CASVS. In hoc cap. posset poni pluribus modis: sed ponamus hoc modo: Cauetur in cap. cum in cunctis, de electio. in ant. q̃ obtinens ecclesiam parochialem, debet promoueri ad sacerdotium infra annum: quod si non fecerit, dicit ille textus, q̃ potest priuari sua ecclesia: sed tamen requiritur sententia priuationis, ita quòd per lapsum anni non est priuatus ipso iure, nec per lapsum anni dicitur ecclesia vacare. Et in capi. licet canon. & in cap commissa. ī de elect. dicitur, quòd obtinens ecclesiam parochialem debet promoueri ad sacerdotiũ infra annum: & si non fuerit promotus, ipso facto vacat ecclesia, ita, q̃ sine sententia priuationis poterit episcopus illã ecclesiam conferre. Sic istæ duæ constitutiones sunt cõtrariæ, quia una dicit, quòd priuatur ipso facto, alia dicit, quòd non priuatur ipso facto: sed per sententiam. Et in dictis ca. licet canon. & cap. commissa. non fit expressa mentio de cap. cũ in cunctis, quia in illis non dicitur quòd ecclesia vacet ipso facto. Non obstante cap. cum in cunctis, quæritur, quod istorum cap. debeat obseruare iudices in iudicijs? Respondet Romanus Pontifex, quod cap. licet canon, quod est posterius, licet in eo non fiat expressa mentio de cap. cum in cunctis; quia Papa condendo posteriorem constitutionem contrariam primæ, videtur primam reuocare, ex eo quod Papa sciebat illam contrariam constitutionem, saltem præsumitur illam scire, cum Princeps habeat omnia iura in scrinio pectoris Sed quid sanctissime Pater, ponamus, retento eodem themate, quod papa fecit aliquam constitutionem nouam, quæ non est contraria aliquibus constitutionibus generalibus, sed particularibus aliquorum locorum particularium: puta, alicuius ecclesiæ, vel corporis, quia forte in tali ecclesia est consuetudo particularis super aliquo iure, quod non fuerat dispositum per ius commune; Papa fecit aliquam constitutionem contrariam illi statuto, & fecit illam constitutionem simpliciter, non derogando illi statuo particulari; quia non dixit Papa, quod vult vti tali constitutione, non obstante tali statuto, vtrum papa videatur reuocare illa statuta particularia? Respondet Romanus Pontifex, quod non. Et ratio est, quia papa non videtur reuocare id quod ignorat: sed papa præsumitur ignorare illa statuta particularia, quæ consistunt in facto: ideo non videtur reuocare; quia quod quis ignorat, non videtur reuocare. Nota primo ex principio huius cap. quod Princeps censetur habere omnia iura in scrinio pectoris sui; ideo si error consistat in iure, non excusat Principem. Simile dicunt Legistæ, in l. omnium. C. de testa. Sed hoc ideo est propter sapientes & consiliarios sibi assistentes, qui dicuntur pars corporis ipsius Principis; ideo machinans in mortem talium, committit crimen læsæ maiestatis; l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. Nota secundo principalem effectum, ad quem emanauit præsens cap. quod lex noua & posterior Principis, tollit præcedentem legem de directo contrariam: licet in noua constitutione non fiat mentio, quod princeps intendat reuocare quascunque constitutiones contrarias; quia non est verisimile, quod Princeps voluerit legem istam nouam esse frustratoriam, & esset frustratoria, nisi reuocaret primam contrariam. Sed in statutis particularibus est alia ratio; quia si hæc lex noua non seruatur in loco, vbi seruatur statutum particulare: seruabitur tamen in alijs locis, & sic non erit frustratoria. Et hoc uerum, nisi talis constitutio particularis, esset generalis in toto loco: quia tunc videretur reuocari

TITVLVS II.

De Constitutionibus.

Bonifacius octauus.

¶ *Noua constitutio Principis tollit primam contrariã, quamuis id non exprimat: Speciales consuetudines, & statuta rationabilia non tollit, nisi id exprimat. Ioannes Andreas.*

CAP. I.

LICET RO-

manus [a] Pontifex (qui iura [b] omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) [c] cõstitutionem † condendo posteriorem, priorem, [d] quamuis de ipsa mentionem non faciat, reuocare [e] noscatur; [f] quia [g] tamen locorum specialium † & personarum singularium [h] consuetudines & statuta † (cum sint [i] facti, [k] & in facto consistant (potest proba-

per constitutionem nouam. Sicut in regno Franciæ est consuetudo generalis. quod hæres alicuius defuncti agnoscendo hæreditatem, est hæres & etiam possessor, absque alia corporali apprehensione possessionis. Ponamus, quod Rex fecit vnam constitutionem nouã, quod hæres declarãdo se esse hæredem, non esset possessor absque corporali apprehensione: 1 & in ista constitutione noua nullam fecit mentionem de illa generali consuetudine; nonne erit ista consuetudo reuocata per nouam constitutionem? Certe sic; aliàs constitutio Principis esset frustratoria, & sine effectu. Quæritur cum glo. in verb. facti. Quod dicitur hic, quod noua constitutio Principis non annullat constitutiones locorum particularium, nisi in ipsa cõstitutione aliud dicatur: vel quod ipsæ constitutiones non reuocant ẽt contraria statuta: quæritur, verum hoc sit verum, etiam si tale statutum particolare disponat idem quod ius commune: puta, Episcopus fecit sua statuta, quæ idem disponunt vt ius commune. Nam plures sunt Episcopi, qui constitutiones suas Synodales extrahunt e corpore iuris, vt rectores ecclesiarum videant ea, quæ pertinent ad officium suum. Ponamus quod Papa fecit cõstitutionem contrariam iuri communi, non est dubiũ, quod illa constitutio noua tollit ius commune. Sed nunquid tollit etiam statuta particularia, quæ disponunt idem quod ius commune? Respondetur quod sic: & ideo castud intelligitur, quando illa statuta particularia erant facta præter ius: quia si sint facta secundum ius commune, tunc reuocato iure communi, reuocantur etiam illa statuta.

† Quę dr̃ quasi cõe statutũ, & verbũ statuti respicit ius scriptum. 1. di, §. cum ilaq; fm Archidiaconum.

a ¶ Licet Romanus.] Noua constitutio principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: speciales consuetudines & statuta rationabilia non tollit nisi id exprimat.

a ¶ Romanus.] Vocantur interdum Episcopi, maximi Pontifices 21. dist. cleros. § Pontifex. Solus vero Papa Summus, vel Romanus pontifex appellatur, vt hic. 23. distinct. in nomine, circa prin. infra tit. proxi. si grati. se, de sent. excom. si summus. in clem.

ADDITIO De diuersis Papæ nominationibus Arch. hic tractans dicit, q̃ quandoque dicitur Romanus, vel Romanæ ecclesiæ Episcopus. 2. q. 6. si quis episcopus. Aliquando, vrbis Romæ Archiepiscopus, vt 4. dist. statuimus. in fi. melius 21. distin. c. fi. Vel, Episcopus, vt 5. q. 4. c. 2. in, b. C. de sum. Trinit. l. inter claras. in fi. Aliquando papa vrbis Romæ 97. dist. victor: in prin. Aliquando, Patriarcha. 22. dist. c. vlt. Aliquando simpliciter, Episcopus. 1. q. 3. saluator. & ca. ex multis. in fi. & se dicitur Ministrum indignum. eo. cap. versi quapropter Archidiaconus.

b ¶ Iura.] Nota ex hac litera rationem, quare aliud in iuribus, aliud in rescriptis, vt primum ius tollatur per secundum contrarium: sed non primum rescriptum per secundum, nisi de illo fiat mẽtio, de rescrip. cęterum.

[Glo. seq. allegat vnam ɔcor. & duo ɔ̃ria, & remittit]

c ¶ Habere.] C. de test. l. omnium Contra. 23. dist. pręterea. & 30. q. 4. quod autem. in gl. 1. vbi non recoluit Vrbanus eius quod præcessor Leo prohibuerat. Sol. vt in prædicto cap præterea, notatur.

d ¶ Priorem.] posteriori directè contrariam.

[Gloss. sequens allegat tres concor. dat simile, de quo dat rationem & regulam: & duos casus excipit.

e ¶ Reuocare.] de ɔsecr. distin. 1. vasa. de cog. spiri c. 1. ff. de leg. l. non est nouum. In legibus ergo contrarijs stamus vltimæ. Idem in testamentis 13. quęst. 2. vltima voluntas, de celebrat. miss. cum Martha. § ceterum. sicut ff. de leg. 1. si mihi & tibi. §. fi. Ratio est vtrobique quia vtrunque pendet ex voluntate vnius tantum: in his autem quæ pendẽt ex voluntate duorum, dic, vt dixi infra de reg. iur. qui prior. Quod de testamento dixi, scilicet, quod vltimo stamus: intelligas etiam si in ipso de primo non fiat mentio. Fallit in duobus casibus, s. si primum testamentũ factum sit inter liberos. C. d̃ testa. Auth. hoc inter liberos. & cum ipse testator legem testandi sibi dixit sic, Si fecero aliud testamentum, non valeat; quia tunc secundum faciendo, oportet quod faciat mentionem primi. ff. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti. Ioan And.

† Dictio spälium, non hr̃ in vetustiorib. codicibus.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Iterum obijcit & remittit]

f ¶ Noscatur.] est ɔ̃ supra de præscript. nonnulli. de ætа. & qualit. eam te. supra de ca. mo. ex parte ĩ. de exces. prælat. c vnico. & 25. q. 2. rescripta. & cap dicenti. §. omnes quæ est lex C si contra ius vel vti. pub. l. vlt. & ibi de hoc. Dic prædicta iura non esse contraria: illa enim de rescriptis datis contra legem loquuntur, quæ nõ valẽt, nisi in ipsis fiat mẽtio de lege, 1 & maxime cum ibi cadit error facti, vt c. nonnulli, hic de secunda lege loquitur, quæ primam tollit directe contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit esse rõ: quia maturius & deliberatius fit legis promulgatio, quam rescripti ɔcessio: ad hoc supra in proœmio huius libri, in fi. In rescripto ẽt dicimus, q̃ si constaret de certa scientia Principis, valeret rescriptum ɔ ius elicitum, vt in contrarijs notatur: sed prima facie præsumitur per importunitatem obtentum: vnde expectari solet secunda iussio: in Auth vt nulli iudi §. & hoc vero iubemus colla. 9. in Authen. de iudi. §. cu nes autem. coll. 6. & si rescriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen rescripti & dicendum est priuilegium. 3. dist. priuilegia, de verb. sign. abbate, Item contra: quia antiquiori iuri standum est 33. q. 2. hoc ipsum, & 50. dist. domino sancto. in fin. Dic ut ibi in glo penult.

† Statuta locorũ intelligo illa, quę generaliter, ibi obseruētur, & extraneos trãsgressores ligant. c. quę contra mores 8. dist gl. in l. item Mela. ff. ad l. Aqu. statuta personarũ voco, statuta alicuius corporis, q̃ nõ nisi incorporatos ligant. Pe. d̃ Anc. Fon.

g ¶ Quia tamen.] Diuersitatis ratio.

h ¶ Singularium.] Nota, quia per hoc patet, q̃ generalem consuetudinem bene tollit noua constitutio Principis, & merito: quia illius legis promulgatio aliàs superflua & inutilis esset, sed in singularibus secus: quia licèt lex non habeat locum Bonon. habebit locum Mutinæ, Paduæ, & locis alijs.

1 Sequit Anch & de cla. ill'a. Non obstante, vide Bar. in extrauag. ad reprimendam, ad finem. Fon.

i ¶ Cum sint.] Ratio rationis.

[Glossa sequens rec. per quæstionem, quam exemplificat, & solu t inducens sex rationes.

k ¶ Facti] non enim reuocat q̃ ignorat: ignorat autem quæ sunt facti Et puto per hanc literam terminatam quęstionem illam quæ quæritur, an noua constitutio reuocet statutum Episcopi contrarium, quo solum cauebatur ius commune. Pone in terminis decr. de ęta. & qualita pręterea, quæ quantum ad pręsentationes patronorum, est hodie reuocata per decr infra de instit. ca. 1. Nunquid & sublatum erit statutum ẽpiscopi, quo illud simpliciter cauebatur, q̃ dicit decre. pręterea. Eodem modo potest poni exemplum de decret. supra de conces preb. accedens. & de decret. eo. ut cap. 2 de decre. infra de censi. Romana. & cap. exigit. & de decre eo. ut felicis. Dico autem, q̃ sicut sublatum est ius commune, ita & statutum quod simpliciter continebat ius commune, 2 cum illud nõ sit facti, nec consistat in facto: immo sit iuris, & consistat in iure, & facit quod not. Innocen. Hostien. & moderni, inf. de rescript. c. 1. vbi no. quod de rescripto, vel priuilegio, quod simpliciter continet ius commune, in secũdo priuilegio, vel rescripto non est necesse fieri

2 idẽ dicit de Anch. respõ. Ioan. de Ligna. tenent ɔtra glo. Fon.

mẽt-

mentionem. 1 Quod si contrarium diceremus, iam Episcopi possent tollere potestatem Summo Pontifici tollendi iura, in diœcesibus suis, statuendo simpliciter, quæ iure cauentur. Item probo id euidentissima ratione: ista decre. æquiparat ista duo, consuetudines, & statuta singularia: sed iam sequeretur, ꝙ omnium iurium correctio vel mutatio esset inutilis. Dicam. n. ꝙ licet reuocatum sit ius cõe tamen cõsuetudo præscripta, qua seruatum fuit ius cõmune, reuocata non sit 2 eadem ratione, qua id supra diximus de statuto, & id esset absurdum. Item non possumus dicere, ꝙ statuta continentia ius cõmune, sint singularium personarum: quod requirit hæc decretal. Item si Papa tollit suam constitutionem, quod est plus; multo fortius constitutionem inferioris idem dicentem, quod est minus. Ad hoc optime facit extra, de fide instrumentorũ, c. pastoralis, vbi dicitur, quod si decret. extrauagans consonat iuri communi, iudicari debet secundum ipsam: quia ius est. Idem igitur dicas in locali statuto: quod si continet ius commune, sublato iure, tollitur statutum, 3 quod ius commune est. Si igitur consuetudo, & statutum singularia sint, & consistant in facto, & sint rationabilia, nec expresse reuocentur, eis non derogatur per constitutionem nouiter editam: aliàs secus. hoc dicit decre. Io. Andr.

1 Idem Phil. Vide Fely. in c. 3. inf. de rescript. Fon.

2 Et sine dubio sic dicẽdum est qñ sic fieret scandalum, si lex nõ obseruaret. not. glo. Do. c. sup eo. 3 de cogn. spi. Dom. Phil. Fon.

3 Nisi alia cet rõ statuti, q̃ sit iuris cõmunis. Do. & plenius vide Imo. Bar. in l. j ff. ad l. Fal. Fon.

4 Idem Phi. & i dubio pręsumitur rõnabilis. Fon.

5 Glo. sequuntur. Phi. & D. ...

biliter ignorare: [a] ipsis, [b] dum tamen sint rationabilia, [c] per constitutionem a se nouiter editam (nisi expresse [d] caueatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare [e]

¶ Ibidem.

¶ Duo sunt dicta. Primum ꝙ statuta ordinariorũ non ligãt probabiliter ignorantes. Secundum, ꝙ statutum Episcopi, extra suã diœcesim, subditum non ligat. Ioan. Andr.

a ¶ Ignorare.] sup. vt eccle. bene. vt nostrum.

b ¶ Ipsis.] s. consuetudinibus, & statutis.

c ¶ Rationabilia.] Vtrum consuetudo sit rationabilis necne, relinquendum est iudici: 4 cum nec certa regula tradi posset secundum Host. qui hoc no. in summa. de consue § quid sit consuetudo, versic. consuetudo est vsus. Et bene dicit, Rationabilia: quia hoc solum quod rationabile est, defendit ecclesia 34. dist. c. vlt. & 81. d. si qui sint. De rationabili autem consuetudine pone exempla, infra de consue c. 4 & 4. sup. de consuet. cum dilectus. & facit quod dicam inf. de elect. ex eo, quod, in fine.

d ¶ Expresse.] infra de consue. ca. j. & 2. de elect quia sæpe, &c. cum non deceat in quibus reuocantur etiam priuilegia & statuta. de clericis, non resi. c. vno. infra de censi. quamquam de pœn. & re. cap. 1. de biga. c. vno de cap. mon. cap. vno cum simi quæ omnia non videntur competentia exempla, cum illa non essent rationabilia. Quod verum potest dici hodie, quia ius resistit. 5 habes exempla hodie circa consuetudines de ætate, & qualitate, vt hi qui, in fine cum suis concordant. in Clemen.

[Gl. sequens signat contrarium & soluit, & opinionem Host reprobatam dicit.]

e ¶ Derogare.] contra ff. de sepul. viol l. 3. § Diuus. Sol. Illa lex multis modis intelligitur. vt ibi no. & ff. de leg. l. de quibus. Sed inquantum dicere videtur, quod consuetudo vel statutum præcedens legem, tollatur a lege dici potest hoc verum: cum princeps hoc intẽdit, vt no. Ber. se intelligere illam legem supra de fi. instru. pastoralis. in gl. 1. in fi. quæ solutio approbatur per hanc decre. 6. Reprobatur autem hic opi. Host. qui contra hũc textum no. in sum. de consue. §. & de virtute. versic. sed speciale est.

VT animarum.] Duæ sunt partes: Secunda ibi, Statuto. In prima ponit dictum, cui determinationem subdit: ibi, dum tamen. In secunda soluit dubiũ & rationem subdit: ibi, Cum extra.

CASVS. Eps fecit statutum, vt nullus clericus suæ diœcesis portaret arma, vel comam nutriret, vel aliqd aliud faceret sub pœna excommunicationis, q̃ volebat contrafacientem incurrere ipso facto; Accidit, quod tempore, quo fuit factum tale statutum, non eram in diœcesi, sed postea sum reuersus in diœcesim & feci contra statutum: vtrũ sum ipso facto excõmunicatus? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non; quia cõstõ Epi (idem de quacunq; alia cõstitutione) non ligat probabiliter ignorãtes; secus est de ignorantia crassa & supina, quia illa nõ excusat. Sed quid Sanctissime pater, ponam, ꝙ eps meus fecit statutum, quod nullus clericus arma portaret sub pœna excommunicationis: sciebam tale statutum: accidit ꝙ dum fui extra diœcesim, portaui arma, & sic feci contra statutum. Vtrum inciderim in pœnã statuti? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non; & dicit, ꝙ statuta facta ab eo, qui habet territorium limitatum, non hñt vires extra territorium & diœcesim, sed solum in diœcesi. Textus. Supina quæ est ignorare, quod omnes sciũt, vel scire tenent. Textus. Furtum. iura bene dñt, ꝙ faciens furtum excõicetur: sed non dñt, ꝙ qui facit furtum, sit ipso iure excõicatus. Nota ex principio c. quod statuta episcoporum, vel quorumcunque habentium ptãtem statuendi, non ligant probabiliter ignorantes, qui possunt prætendere iustam causam ignorantię: nisi eorum ignorantia fuerit crassa & supina: vt ponamus, ꝙ in hac ciuitate fuit facta constitutio pęnalis, & fuit publice publicata, si dico, ꝙ ignoro talem constitutionem, quia non fuit mihi notificata, non habeo iustam cãm ignorantiæ: quia non est necesse quod constitutio auribus singulorum inculcetur, vt in c 1. de postula. prælator. in ant. tñ quia admittitur ad probandum, ꝙ notificatio illius constitutionis non venit ad cuis notitiam. Nota, ꝙ statutum alicuius statuentis non habet vires extra territoriũ: sed restringitur ad limites territorij facientis statutum: Secus est in infamia & excommunicatione, quæ afficiunt personam, sicut lepra afficit personam leprosi: ideo si subditus epi fuerit excõicatus, & exeat diœcesim, semper remanet excommunicatus.

CAP. II.

VT [f] animarum [g] † periculis obuietur: sententijs [h] p statuta [i] quorumcunque ordinariorũ [k] prolatis, ligari nolumus

† Do. hic no. ꝙ laici ligãtur statuto Epi in fauorẽ aïæ facto. ca. nouit. de iud. c. nos inter. de purg. can. Fon.

f ¶ Vt animarum.] hæc decretalis edita fuit ad declarationem decretalis de sentẽ. excom. a nobis, 1. & eius quod ibi no. Et eius duo sunt dicta: primum, ꝙ statuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, ꝙ statutum episcopi extra suam diœcesim, subditum non ligat. Io. And.

g ¶ Animarum.] ad idẽ ꝫ. de iureiu. c. 1. & de sepul. c. j.

[Glo. seq. reci. per q. & soluit. & huic literæ respondet dupliciter.]

h ¶ Sententijs.] quæ ligant animam, vt locum habeat proxima ratio: sed idem in aliis sententijs, quæ pœnas temporales inferunt per l. ff. de decre. ab or. fa. l. vltima. vbi habes, quod municipali statuto non ligatur ignorans, sed sciens tantum: ad hoc C. de testa. l. iubemus. in fine. & potest dici, quod in hoc prouidetur animabus, saltem propter peccatum inobedientiæ, qđ est maximum 7 8. quæstione prima, sciendum. vel de his dixit: quia de alijs non erat dubium, per dictam legem.

7 Placet D. Phil. q ex gl inferunt, ꝙ veniẽs ꝯ statutũ municipale, peccat. vide gl. 10. d. c qđ autẽ. Fon.

i ¶ Statuta.] De generalibus ergo statutis canonũm vel legum non loquitur, quæ ab omnibus sciri & custodiri debent, sup. de consti. c. 1.

k ¶ Ordinariorum.] Qui dicantur ordinarij, no Glo. & Ber. sup. de offi. ord. cum ab ecclesiarum.

1 Do. hic, quod peccans punietur poena alterius legis non statuit. idem Phil. Font.

a ¶ Ignorantes.] Contrarium not. 1 Ber in praed. decre. a nobis supra de sen. excō. & non mouebatur ex eo, quia incidebat in factum iam damnatum : & quia in culpa fuit, rem prohibitam faciendo : & quaerere debuerat : & sicut etiam vbi culpa praecedit, non excusat metus. ff quod metus causa l. si mulier.

ignorantes: [a] dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina [b] ¶ Statuto [c] Episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, [d] excommunicationis sententia promulgatur : subditi eius furtum [e] extra ipsius dioecesim [f] committentes, minime ligari noscuntur : Cum extra [g] territorium [h] ius dicenti non pareatur impune. [i]

b Supina.] quae est, ignorare quod oēs sciunt, de postu. pla. c. 1. §. verum qm. de cler. excommu. min. Apostolicae. Ignorantia ergo alia facti, alia iuris. Si iuris, aut cōis, aut singularis : statutum. n. epi ius facit inter subditos, quod tamen nō ligat probabiliter ignorantes. vt hic.

c ¶ Statuto epi.] nota epm posse facere statuta : ad idem supra proxi respons. ff. de maio. & obed. si quis venerit. & legatus in prouincia sua. sup. de offi. lega. c. vlt. & sunt alia statuta perpetua etiam post obitum vel recessum. vt ibi.

[Glo. seq. signat contrarium, tripliciter soluit: primā approbat, & remittit.]

d ¶ Commiserint.] contra inf de sent. excom. Romana : §. caueant vbi dicitur, quod pro futuris delictis excōmunicatio ferri nō debet. Sol. Aliud est, ferre in aliquē excōicationis snīam pro futuro delicto : vt si dicat Excommunico te si tale quid feceris, quod ibi prohibetur. Aliud statutum generale facere, excommunicationem fulminādo, quod hic permittitur, vt sup de sen. excom. a nobis 1. Vel licet ibi prohibeatur ferri, tamen lata tenet vt ibi no. Ber. Vel si dicatur, quod istud commiserint, sit praeteritum, nullum est contrarium. Quod prius dixi, 2 tene, & adde quod ibi dicam.

2 Istud & tenet Do. de Ancha. & cōmendat gl. ibi praeteritū: in dubio tū verba ītelligunt, vt sint futuri temporis. Font.

e ¶ Furtum.] quod est contrectatio rei alienae inuito dn̄o fraudulosa, & animo lucrandi. Insti. de ob. quae ex quasi deli. in prin. & §. furtū autem. & §. placuit. & prohibitum etiam in decalogo, 14. q. 5. poenale, & in secunda prohibitione obtinet quartum locum. quod dic, vt no. 32 q. 7 quid in omnibus.

f ¶ Dioecesim.] in qua tota iurisdictionem habet ordinariam: & in quolibet ipsius loco non exempto, pōt pro tribunali sedere, sup de off ord. cum episcopus.

g ¶ Cum extra.] ratio Et nota de omnibus rationem reddendam: quod dic. vt sup de rescr. si quando.

h ¶ Territorium.] suum. sup de off leg. nouit. ff. de iurisd. om. iud l vlt Et est territorium, vniuersitas agrorum infra fines cuiusque ciuitatis : quod ab eo dictum quidam aiunt, magistratus eius loci infra eos fines terrendi, id est submouendi ius habent ff. de verb. sign. pupillus. § territorium.

i ¶ Impune] id est, sine poena, id est, non parens, ex eo poenam non patitur.

DE RESCRIPTIS.

¶ Ista rubrica continuatur ad praecedentem in modum qui sequitur: Dictum fuit supra titu. proxi. de constitutionibus, & sic de iuribus. Nam constitutio large sumpta accipitur pro omnibus partibus iuris scripti. verum quia parum esset iura condere, nisi essent iudices, qui illa tuerentur, & redderent vnicuique ius suū: ideirco viso de iure, restabat videre & de iudicibus, qui iura reddunt : Sed quia iudices vt plurimum constituuntur per rescripta ; ideirco praemittitur haec rubrica, de rescriptis. Vnde sciendum, quod nos habemus rescriptum, priuilegium, & beneficiū. Rescriptum in iure accipitur dupliciter, videlicet, stricte, & large ; rescriptum large sumptum, cōprehendit rescriptum, stricte, siue in specie sumptum, & beneficium Principis. Sed rescriptum, stricte, & in specie sumptum, dr̄ illud, quod emanat ad obseruantiam iuris cōmunis : puta, cum quis conqueritur Principi, quod aliquis facit contra iura, supplicans, vt Princeps det sibi iudicē delegatū, qui faciat obseruare ius cōmune. In isto autē titulo rescriptū accipitur large : quia in eo tractatur de gratijs circa beneficia obtinenda. Priuilegium vero dr̄ illud, quod emanat contra ius commune in fauorē aliquarum personarū : & dr̄ priuilegiū, quasi priuata lex: vt, quia de iure communi omnes habentes praedia, tenentur soluere decimas praediales ecclesiae parochiali, Papa concedit aliquibus priuilegium, vt de laboribus suis, non soluant decimas, vel de terris suis, quas colunt siue coli faciunt proprijs sumptibus non soluant decimas : sicut fuit concessum pluribus religiosis, vt de terris suis, quas colunt, siue coli faciūt proprijs suis sumptibus nullas soluant decimas : illud vocat priuilegiū. Sed beneficium Principis, dicitur gratia, quam princeps facit alicui praeter ius : vt puta Papa fecit mihi gratiam, vt mihi detur beneficium, quod primo vacabit in Ecclesia Pictauiensi. Et licet priuilegium, rescriptum, & beneficium differant (vt dictum est) tamen rescriptum largo modo sumptum comprehendit omnia ista.

TITVLVS III.

De Rescriptis.

¶ Gregorius nonus.

¶ Rescriptum impetratum ab excōicato, est ipso iure nullum, & quicquid inde secutū est; nisi in causa excommunicationis, vel appellationis.

CAP. I.

IPSO IVRE.

Istud c. procedit ī excōicatiōe occulta si ue manifesta, exceptis casib. hic positis sed qd de appellatio ne hic dr̄, hoc fallit ī actu partis extraiudicialiter facto. c. sicut. §. de ele. nā tunc non excipit: sed agit. Philip. & Do. in sua lecturae colligit. 15. limitatiōes ad istud c. quas vide. Fon.

IPSO iure.] Ponit dictum, a quo duos casus excipit : ibi, quam excommunicationis. Ioan. Andr.

¶ Rescriptum delegatorium ab excōicato impetratum, est ipso iure nullum: nec valet processus per illud rescriptum factum etiā si oppositum non fuerit. Fallit in rescripto in causa excōicationis vel appellationis, hoc dicit. Pro intellectu huius c. praesupponendum est, quod habetur ī eo. li. de exce. c. pia vbi dr̄, quod si excōicatus maiori excommunicatio fuerit in iudicio agendo, & non fuerit exceptum de excōicatione, valet processus cum eo factus : tñ licet excōicatio ante litem contestatam opposita non fuerit, poterit opponi in quacunque parte litis, & obtenta absolutione, accipiet excommunicatus processum in statu, in quo erat ante excommunicationem.

Summarium Dn̄i Heliae.

CASVS. Praetendebā te debitore meum in aliqua pecuniae summa: vel te possidere beneficiū meū, eo quod habebā ordinariū loci certa ratione suspectū nolui te cōuenire corā ipso: sed a Papa impetraui rescriptū delegatorium ad aliquem iudicem, qui cognosceret de huiusmodi causa : tempore impetrationis eram excommunicatus maiori excommunicatione: praesentaui illud rescriptū delegato, qui virtute illius rescripti processit vsque ad diffinitiuam sententiam : postea peruenit ad notitiam tuam, quod tempore impetrationis rescripti eram excommunicatus maiori excommunicatione : voluisti proponere nullitatem processus, sententiae, & rescripti ; quaeritur, nunquid sis audiendus ? Videbatur, quod non : quia exceptio proposita in quacunque parte litis, non annullat processum factum antea. Non obstante ista rōne dubitandi, dicit Romanus Pontifex, quod certe istud rescriptum nō valet, nec processus inde secutus. Et id est ppter defectum iurisdictionis ; quia ex quo fuit rescri-

rescriptum ab initio nullũ, per id non fuit tributa iuris dictio delegato;sed secus, si iudex aliàs haberet iurisdi ctionem, quia esset ordinarius vel delegatus, & impe trans non erat tpe impetrationis excõicatus: quia processus esset validus, donec esset opposita exceptio excõi cationis. Sed quaeritur, an sit verum indistincte, ꝙ rescriptũ delegatorium impetratum ab excõicato, sit nullum ipso iure? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ hoc non est verum indistincte: sed fallit, si excommunicatus impetret rescriptũ in cau sa excommunicationis,vel appellationis:puta,eps Picta uiensis me excommunicauit: dico excommunicationẽ esse iniustã : & vlterius dico, ꝙ sum absoluendus sine emenda, & absque aliqua cautione, accessi ad sedem Apostolicam,& impetraui rescriptum ad aliquem iudi cem delegatum,per quod mandabatur, vt si iudici con staret de iniusta excommunicatione,me absolueret:qa potuissem adire ordinarium:& Papa concurrit cum or dinario: & sic potui adire Papam, & impetrare rescri ptum: Alias sequeretur, quod excommunicatus iniu ste, non haberet aliquod remedium contra iniustã ex communicationem. Item fallit in causa appellationis, vt si aliquis excommunicatus appellet, & impetret re scriptum,in causa appellationis rescriptum valet, vt re petetur iniuria sibi facta a iudice a quo. Textus. Articu lo.vnde articulus est pars intentionis continens illud, quod actor vel reus intendit probare.c.veniens. 2. ibi, pars autem.sup.de testib Et articuli qñque vocantur in tentiones,quandoque assertiones. Nota primo,ꝙ excõ municatus regulariter non potest impetrare rescriptũ delegatorium ꝯ suos debitores. Nota secundo,ꝙ proces sus factus virtute rescripti nulli, est ipso iure nullus: quia vbi non est fundamentum, desuper aedificari non potest: secus si rescriptum non esset nullum, licet esset surreptitium,& elidibile ope exceptionis:quia tunc de legatus virtute illius rescripti haberet iurisdictionem, sed elidibilem per exceptionem. Nota tertio duos ca sus exceptos a regula posita in principio cap. in quibus valet rescriptum ab excommunicato impetratum: vide licet in casu appellationis,& in causa excommunicatio nis:Nam in causa excommunicationis,excommunica tus potest esse in iudicio tanquam actor, & impetrare iudices delegatos, & petere relaxari excommunicatio nem suam, quam dicit iniustam. Item in causa appel lationis potest excommunicatus maiori excommuni catione appellare,& appellationem prosequi & rescri pta impetrare.Sed verum per istud capitulum sit corre ctum cap.pia,inf.de excep. Dicit gloss in verbo.proces sus,(& bene) quod non:quia illud c. pia, intelligitur in excommunicato agente coram ordinario,vel delega to, qui agens tempore impetrationis non erat ex com municatus, sed incidit in excommunicationem post quam delegatus recepit iurisdictionem virtute rescri pti,delegatorij.Istud autem cap.intelligitur de excom municato agente, qui tempore impetrationis rescripti erat excommunicatus.

re a rescriptũ, b vel proces sus c per ipsum habitus nõ

[Glo.seq ponit quod reprobat]

a ¶ Ipso iure.] ego i. sine exceptionis ope: & sic fal sam puto opinionem Tancredi & Inno no. sup.de offi. deleg prudentiam.§.sexta.& Ber.Compost not sup co. c super litteris,in glo hic quaeritur. & Guil Du.not in Spe.tit. de rescr. praesentatione. §.ratione autem impe trantis.versi quid de processu. qui omnes dixerunt, ꝙ processus habitus per litteras impetratas ab excommu nicato, valet, si non opponatur exceptio: Et hoc dico territus,cum supradicti omnes (excepto Tancredo) hãc viderint decretalem, vnde vel non ponderauerunt hoc verbum,ipso iure,positum in principio hic,vel hanc de cretalem putauerint esse correctam per decre. pia.quod non credo,cum pars illa, quae correcta est, remota fue rit,vt infra dicam.

[Gl. seq. soluit q.& solutionẽ probat tribus rõnibus]

b ¶ Rescriptum.] sup. eo.dilectus filius Abbas.Et satis hic puto terminatam quaestionem,qua quaeri solet,vtrũ reus actorem, quem excipiendo contra rescriptum & personam repulit excommunicationis vigore coram ip so delegato reconuenire possit. Et patet, ꝙ non a Si enim nullum est rescriptum,& conuentio est principale, & reconuentio accessorium,sublato principali, & accessorium. ꝯ. de reg. iur. accessorium. cum suis concordantijs. Item causa con uentionis & reconuentionis,simul sunt tractandae. su pra de mutuis petitionibus. cap 1. de ordi. cognit.cum dilectus quod hic esse non posset. Item conuentio est expressum,reconuentio tacitum.Sublato igitur expres so,& tacitum est sublatum, C. si reus vel accusat mor. fu.l.vltim. & facit quod nota.de cle.coniug quod a te, & hoc tenuit Tancred Bar. Brix.in quaestione Veneria li,quae incipit, Actor conueniebat reum.

[Glo.seq quaerit,& soluit distinguendo. Item quaerit de ratione,& ponit duplicem, quam improbat,& qua druplicem,quam approbat.

c ¶ Processus.] nunquid ergo correcta est decret.pia.ꝯ. de exce.vbi dicitur,quod processus habitus cum excõ municato tenet,donec opponatur exceptio,& postmo dum ipso absoluto, reassumatur causa in eodem statu. Sol Non est correcta, immo potius corrigeretur ista per illam, cum illa sit posterior. Est enim Innocentij IIII.sed haec Greg.IX sup.tit.prox.cap.1 Sed neutra per alteram corrigitur, sed in diuersis casibus loquuntur. Nota igitur primo, falsam esse opinionem moderno rum,q̃ Ber.not in decre.pia. in gl sed mirum.& in prae dicta decret.dilectus.in glo sic videtur.versi secus si an tiquis,& in decre de offi.dele prudentiam. in gl.sic vi detur & in glo. secus esset in quibus dixit, rescriptum ab excommunicato impetratum valere post suam ab solutionem. Et vera est ipsius Ber. opi. antiqua,vt per praedictas gl apparet.& de aeta & qual.cum bonae. & de cle excom.minist. proposuit Circa hanc igitur materiã sic distingue: aut excommunicatus maiori agit coram delegato,aut coram ordinario.In primo casu subdistin gue:quia aut erat excommunicatus tempore impetrati rescripti,aut postea fuit excommunicatus. In primo ca su subdistinctionis, habeat locum haec decre. vt scilicet non valeat rescriptum, nec processus per ipsum habi tus,nisi impetratum fuerit super causa excommunica tionis vel appellationis,vt hic, & in concor.superius al legatis. In secundo casu.s. quando post impetrationem excommunicatus fuit,locum habet decre. Pia. 3. & de offi.deleg.prudentiam § sexta. si agit coram ordinario, tunc tria tempora distingue: secundum vetera iura nõ tenebat processus cum ipso habitus.sup.de except exce ptionem. aliàs non video quare ibi fieret condemna tio expensarum 4 si tenuisset habitus processus, vt ibi etiam nota.Postmodum statuit ibi Greg.in decis.huius decret.quod teneret processus habitus cum excommu nicato, si reus eum scienter admisit, aliàs non. Secun dum moderna vero iura tenet processus, & locum ha bet decre.pia.& sic nec corrigitur, ne corrigit.Si quaera tur quae sit ratio diuersi iuris, & si dicatur, quod ex communicatus impetrans peccauit se ingerendo com munioni hominum: non valet haec responsio, cum ea dem ratio sit in ordinario. Si dicatur,quod haec sit ra tio,quia rescriptum impetratum fuit tali veritate taci ta,qua expressa litteras non habuisset,non valet etiam haec responsio quia tunc scriptum habet elidi exceptio nis ope,nõ ipso iure,supra eodem.super litteris, & hoc notat Bernar.supra eodem,ad audientiam 2. Vnde sa tis mirandum videtur, quod si ago coram ordinario,te net processus. & si ab eo impetro delegatum, nec re scriptũ valeat, nec processus.Sed potest esse ratio,qa iu risdictio delegata sumit initium ex persona agentis & impetrantis, & ideo cum vitiosum fuerit principium, 2. q. 1. principatũ. nec rescriptũ valeat,nec processus. Ordina-

a Glo.bene dicit secundum Doct. si tamen exciperet solũ ꝯ personã fiet reconuentio,facit ꝯ.de elec. ab eo Do. Fon

1 Sicut .n. sequẽs excõicatio si vitiat votũ eligentis, sed solũ pcedẽs, de elec cũ iter R. ita nec vitiat rescriptũ. Io.Andr.

4 No. glo. iũcto text. quem allegat quod reus differens proponere exceptionẽ reddẽtẽ iudicium retro nullũ punitur & expensis. Phil. Do. Fon.

ꝫ gl. ant o. ex not. p iu. pce. ad ora, vali cef. vbi cũ art ide n.

Ordinaria autem iurisdictio ab actore agente non incipit, & ideo ibi secus. Item iurisdictio ordinaria fauorabilis est, extraordinaria odiosa, vt sup. eod. ad hoc. Item quando proceditur coram ordinario vel delegato impetrato ante excommunicationem, est in aliquo quod imputetur reo, qui de excõicatione debebat excipere, si sciebat, aliàs inuestigare debebat: sed vt plurimum, delegatum impetrat actor absente reo, & ideo nõ valet impetratio: nec processus habitus ipsius impetrationis vigore, vt hic. His ergo rationibus & excõicati odio, speciale dicat, q in hoc casu veritas suppressa ipso iure vitiet rescriptum, & processum habitum per illud.

valeat, si ab excommunicato,[a] super alio[b] quam excommunicationis[c] vel appellationis[d] articulo, fuerit impetratum.[e]

¶ Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen.

¶ *Per clausulam, Quidam alij, possunt soli quatuor conueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi sit locus.* 10 *Ioan. Andr.*

a ¶ Ab excommunicato.] maiori excommunicatione, vt sup. de excep. a nobis. & ĵ eo. c. pia.

[Glo. seq quærit, ponit opinionem quam tenet contrarium, & respondet allegatis in contrarium.

b ¶ Alio.] Quid si excommunicatus impetrat litteras inquisitionis? Notauit Gof. de off. deleg. prudentiam, in gl. colligitur, q bene valent litteræ: & hoc dico, quia fama ibi habetur accusatoris loco, vt sup. de accus. qualiter 2. §. ex quib. & licet promouens ineptus appareat, nihilominus valet rescriptum, & proceditur per illud, š. de accus. cum oporteat. vbi idem tenet Innoc. & Host. & hoc quando excommunicatus solum ministerium præbuit, nec nominatus fuit in literis[1] idem Guil. in Specu. de inqui. §. 1. ver. quid si in littera allegat Innoc. & Host. ad hoc C. de preci. impe. off. l. 1 & l. vniuersis & ff. de inoff. testam. posthumus. §. 1. & l. si pars §. vlt. Non enim refert secundum eos, a quo & quo tempore fuerit nunciatũ. ff. de petitio hære. l. item veniunt. §. a quo. & ff. de euictio. si rem. §. vlt. per hanc literam credo contrarium, cum in odium excommunicati sit hoc inductum, q nullæ litteræ valeant, nisi hic contentæ, nec puto tutum a litera recedere: & ad hoc optime facit: quia si excommunicatus pro alio litteras impetrat ad agendum, non valent.[2] supra de proba. post cessionẽ. & bene refert interdum, per quem preces offerantur. ĵ. de hære. c. 2. §. 3. Ad decre. cum oporteat, tũde vt ibi no. ſm Io. in gl. pen. Præterea non est inimicus ita persona prohibita ab impetrando, sicut excommunicatus: vnde agit pro sua iniuria, quod non facit excommunicatus, de iud. intelleximus. 4. q 6. omnibus.

1 Placet Do. nam tex. hic loquit de rescripto ad instantiã impetrantis cocesso. Fon.

2 Idẽ Do. & Pet. de Anc. Fon.

c ¶ Excommunicationis.] supra de senten. excom. cum pro causa.

d ¶ Appellationis.] supra de exce. cum inter. & c. significauerint. & c. vlt.

e ¶ Impetratum.] & sic inspicitur tempus datæ, vel[3] impetrationis. ad idem supra eo. eam te. & ĵ. eo. tibi. qui. de præb. cum cui. Sequebatur autem olim hic in fine talis littera, Quod coram eo actum est, coram ordinario similiter irritum est censendum, nisi forsitan, qui conuenitur scienter admisisset eundem. Remota fuit, quia reuocata per decre. pia. vt dixi supra in glo. nunquid ergo. Io. Andr.

3 Glo. sequit Phil. in principio lecturæ. Fon.

CVm in multis.] Duo sunt dicta, quorum primum causam præmittit: secundum submittit ibi, Quorum Io. And.

¶ Pro intellectu huius capituli presupponendum, quod aliquando in rescripto delegatorio, videlicet in narratione, ponuntur ista verba: Sixtus eps seruus seruorum Dei, &c. Conquestus est nobis talis, q talis Titius, & quidam alij super tali re ei iniuriantur. Mandamus quatenus vocatis vocandis, quod iustum fuerit decernas. Aliquã ponuntur non solum in parte narratiua, sed etiã in parte dispositiua, hoc modo: Sixtus Episcopus, &c. Conquestus est nobis talis, quod talis Titius, & quidam alij iniuriantur, &c. Mandamus, quatenus dictum Titium ad præsentiam tuam conuoces, & alios quos dictus talis tibi duxerit nominandos.

CASVS. hoc præsupposito, sic figuratur. Ego a Sede Apostolica impetraui rescriptum q te sub prædicta forma, non est dubiũ, q virtute illius rescripti possũ te cõuenire coram delegato, & ẽt alios comprehensos sub clausula, Et quosdã alios. Sed quæritur vtrum potero conuenire psonas tot, quot voluero? Respondet Romanus Pontifex, q virtute illius clausulæ 20 non potero, nisi tantummodo quatuor conuenire. Sed quid: Ponamus, q contra aliquem comprehensum sub illa clausula impetraui a iudice delegato aliquam citationem: vtrum in ista citatione impetrata contra vnum ego debeam nominare alios tres? Rñdet Romanus Pontifex, q sic, quia virtute illius clausulæ: Et quidam alij, non possum nisi quatuor conuenire, quos teneor exprimere in citatorio. Et licet quidam dixerint, q non debebam alios quatuor in citatorio exprimere: communis sentẽtia Doctorum est. q debeo omnes quatuor no 30 minare, & debeo impetrare citationem contra omnes & si impetro citationem solum contra vnum, debeo in ipsa citatione alios nominare: aliàs citatio non valeret. Nota primo id, ad quod allegatur principium capituli quod infinitas in multis articulis iuris reprobatur. Nota secundo principalem effectum huius capituli, videlicet, q rescriptum delegatorium non solum comprehendit nominatos in ipso rescripto, sed etiam alias personas non expressas, si in rescripto apponatur aliqua clausula, per quam appareat Papam hoc voluisse. Nota ter 40 tio, q per clausulam, Et quidam alij, possunt solummodo quatuor conueniri: plures non possunt cõueniri. Nota finaliter, q in citatione impetrata contra aliquem de comprehensis in clausula, Et quidam alij, omnes sunt nominandi, quos intendit impetrans conuenire: aliter citatio non valeret, vt dictum est: quod est intelligendum, nisi impetrans diceret, q virtute illius clausulæ non intendit conuenire nisi illum quem nominat: puta, quod non intendit conuenire nisi C iuum, & alios tres non exprimit: quia illos non intendit conuenire, 50 quia cum eis transegit: tunc si hoc dicatur ab impetrante in citatorio, valebit citatio; sed si simpliciter nominet vnum, & non fiat mentio de alijs tribus, citatio est nulla: quia iste textus requirit illam expressionem, vt satis dictum est.

CAP. II.

CVm[f] in multis[g] iuris articulis infinitas reprobetur...

f ¶ Cum in multis.] per clausulam, Quidam alij, possunt soli quatuor conueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi sit locus. Io. Andr.

Glo seq. ponit viij. exempla, quibus vitiatur infinitas. 60 In fine ponit casum, & remittit.]

g ¶ Multis.[4]] exemplificata vt supra de reli. do c. vlt. & ĵ. eo. tit. religionum. supra de testi. cum causam §. volentes. & c. significauerunt. §. mandamus. ff. de testi. l. 1. in fi. Item in relictis pro redemptione captiuorum restringitur infinitas. C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinũ. Item restringitur seueritas, cum multitudo peccauit: de cler. excom. mini. latores. cum simil. Item non oneratur hæres in infinitum fideicommissum soluere. ff. de lega. 3. fideicõmissa. § si quis decem. Item non valet promissio, ne vlla exceptio deferri iudicij obijciatur, puta, promitto q si per casum fortuitum impeditus fuero, vt cõparere non possim, non obijciam de casu. ff. si quis cautio.

4 Ad istã glo. vide Fel. ca. licet. de testibus.

cautioni.l. sed & si quis. §. quæsitum. Item in stipulatione damni infecti non debet quis esse in infinitum obligatus. ff. de dam. infe. l. qui bona. § vlt. Item legatum, quod non potest sciri ex testamento: puta, Lego centum ei quem mihi Titius nominauerit, non valet. ff. de iure fis. l. ita si. & merito reprobatur infinitas: quia multitudo est canonibus inimica supra de preb. quia in tantum. & onerosa, nihil habens honesti, in authé. de referen. ad fi. colla. secunda. de hoc habes plures concordantias de ætate, & qualitate. c. penult.

†perinde,

probetur, prouide [a] † duximus statuendum, vt per illam generalem [b] clausulam: quidam alij, [c] quæ frequenter [d] in litteris [e] nostris inseritur, vltra tres, vel quatuor [f] in iudiciũ nõ trahantur: quorum [g] nomina [h] in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi [i] forsitan relinquatur, si circa ea [k] possit [l] libere variare. [m] †

†al. variari.

a ¶ Prouide.] quia per generalitatem istam derogabatur iurisdictioni ordinariæ, cui per hanc cõstitutionem prouidetur.

b ¶ Per illam generalem clausulam.] præter expressos, enim poterunt quatuor conueniri.

1 Ista clausula locum habet, vbi ponitur post psõnam expressam, non aliàs. Do. Phil. Fon.

c ¶ Quidam alij.] supra eodem pastoralis, & capitu. Rodulphus. Idem intelligo de qualibet consimili clausula. vt si dicatur, Titius & nonnulli homines ciuitatis Bononien. vel simili modo. Item si dicatur, homines talis loci: nam aut conueniet eos, vt vniuersitatem, & tunc omnes habentur loco vnius: aut, vt singulos, & tunc solos quatuor præter expressos poterit conuenire, vt hic secundum Innocentium.

d ¶ Frequenter.] & ideo prouidendum fuit. ff. de legibus. nam ad ea. & infra de restitutione spoliatorum. frequens. hodie autem hæc clausula non est in vsu.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

e ¶ In litteris nostris.] Quid de litteris Episcoporum? Dic secund. Hostiens. quod non extenditur ad illas ad hoc 25. dist. qualis.

[Glo. seq. quærit, & soluit, subdit duo, quæ possunt recitari per quæstiones.]

f ¶ Vel quatuor.] Olim trahebantur quadraginta: argumentum, de testibus, cum causam. & capitulo significauerunt. & de clericis excommunic. ministran. latores. Si quæratur, quæ sit ratio, quare restricta fuit ad quatuor, dic, quod arbitraria, quia æque potuit restringi ad plus & minus. Posset reddi similitudinaria. quam habes supra de consanguinitate, & affinitate, non debet. Dico tamen secundum Bernardum, quod super re indiuisibili, puta, iudicio communi diuidundo, familiæ erciscundæ, & similibus, possunt per generalem clausulam vltra quatuor euocari ad iudicium. Item omnes vltra illos quatuor qui ius habent in re, possunt agere, vel defendere pro suo iure coram illo iudice. Argumentum supra de re iudicata, cum super, & sup. de offi. deleg. super eo, argu. infra de elect. cap. 1.

[Glo. sequens recit. per quæstionem, ponit opinionem Innocen. secundum Hostiensem, tertio Bar. quam approbat. Secundo subdit dictum, cuius ponit opinionem contrariam, quam reprobat. Tertio quærit, & soluit. Quarto quærit argum. pro, & soluit contrarium.]

g ¶ Quorum.] scilicet illorum, quos intendit conuenire per clausulam, & debet expressio in actis scribi de probationibus, quoniam contra §. primo. Et dixerunt quidam, scilicet Innocentius, quod in qualibet citatione illorum debeant omnia nomina exprimi. Satis potest dici, quod sufficit exprimi in citatione eius, qui primo citatur, & scribantur in actis. vt sup. dixi secundum Hostiensem. Vel secundum Barto. satis est, quod scribantur in actis, licet in primo citatorio non scribantur: quia iam cessat variatio. Quod satis credo: 2 quia si hæc litera dicere velit, quod antequam fiat citatio, nomina exprimenda sint illorum quatuor. Et credo tutius, quod fiat hęc expressio in prima citatione quæ fit auctoritate rescripti: etiam si fiat de expressis in eo: licet alij contra, dicentes, quod sufficit quod fiat in prima citatione alterius illorum quatuor: sed secundum hoc non est plene fraudibus prouisum.

2 Post factũ tene istam glo. Sed ante Host. Phil. Do. Fon.

¶ Idem in eodem.

¶ *Si actor contra reum super pluribus personalibus literas impetrat ad diuersos, non valent littera nec processus earum: & reo condemnabitur in expensis. Et idem in reo conueniente, vel reconueniente actorem, eodem durante iuditio.*

CAP. III.

DISPEN-

Et si quæratur, an de non expressis conuenire possit prius, quam conueniat expressum? Est dicendum, quod sic: quia donare, liberare, & remittere potest, nisi forte in fraudem expressisset secundum formam decreti supra eodem., sedes & hoc tenet Bar. 3 in quæstione Venetiali, quæ incipit: Aliquis impetrauit. Sed pone: quatuor expressit, postea mutat vnũ ex personis: vel neminem expressit, postea alterum conuenit, nihil excipitur: quæritur an valeat iudicium? Et videtur, quod sic: quia hæc exceptio dilatoria est, vt dici consueuit de exceptionibus duarum dietarum, supra eodem, nonnulli. Item quia multa fieri prohibentur, & c. de regular. ad Apostolicam. Contrarium dico secundum Bartol. quia si nomina in primo citatorio vel actis fuerunt expressa tẽpore debito: perinde est, ac si in rescripto fuissent expressa. Si non fuerunt expressa tempore debito: perinde est, ac si non fuisset ibi clausula. Vnde cum rescripta non extendantur ad alias res, vel personas: de offic. delega. P. & G. dico quod etiam si non excipiatur, non valet iudicium. 4

3 Hic nõ est Bar. de Saxoferr. sed Barthol. Brixiens. cui sæpe meminit Io. Andr. & alij veteres interpretes.

h ¶ Nomina.] & cognomina, vel certas circumlocutiones. §. testes. supra de testib. licet ex quadam. & ff. si cert. pet. l. centum. vt euitetur æquiuocatio. sup. eod. significante. & c. quia nonnullis.

4 Do. notat hic, vbi iudex funditus caret iurisdĩne: pgrediẽdo ad vlteriora nõ facit se competentẽ: & pcess. nõ valet. Fon.

i ¶ Fraudi.] cui occurrendum est inf. de renunt. ca. 1. cum simi.

k ¶ Ea.] scilicet nomina.

l ¶ Possit.] Impetrator.

[Glo. seq. no. ad breuiar. & remittit: secundo notat ad quæstionem.]

m ¶ Variare.] Not. variationem, & inconstantiam reprobari: alibi permittitur. Quod dic vt plene dixi infra de regulis iuris, quod semel. Et nota per hanc literam, quod per litteras generales ad obtinenda beneficia ex quo aliquid specificauit sine protestatione: si succumbat, ad aliud transire non poterit: 5 quia perinde est, ac si rescripto fuisset expressum illud beneficium quod optauit: infra de concessione præbendæ. quia cunctis. quod sane intelligas secundum id quod habes infra eodem titulo, nec captandæ. Ioannes Andreæ.

5 Tenementi gl. sed fallit ubi, si acceptans pbabiliter ignorauit Fon.

Dispendia.] Diuiditur in duas partes: in prima ponitur causa cõstitutionis, in secũda ibi, Decernimus: ipsa cõstitutio, in qua duo facit. Nam primo prouidet de actore, & contrafacienti triplicem pœnam imponit. Secundo: ibi, Reus quoque, prouidet de reo, in quo vnum casum excipiens prædictam pœnam repetit. Io. Andr.

CASVS.

h ¶ De iure teneri.] sed quæ sunt hęc beneficia, quæ possunt simul de iure teneri? Super hoc uide Spe. tit. de leg. § restat, versic. illud autem. Posset dici, secundum Inno. qui hoc tenet. supra de elect. dudum. de prębend cum iam dudum, quod habere plura beneficia non curata & quæ de cōsuetudine vel statuto residentiam non requirunt, non est peccatum, nec contra iura: & de talibus hic posset intelligi. Vel posset dici secundum Goffred. qui hoc not. supra de cleri. non resid. capit. 3. quod de iure potest quis habere plures præbendas, quarum altera per se non sufficit: allegat eod. tit. conquerente, ad quod facit etiam s. de præbend. cum teneamur. Vel dic, quod loquitur de beneficijs vnitis, annexis, vel dependentibus, illa enim simul possunt de iure teneri. Sed hæc lectura non procedit; per collationem enim unius haberet utrunque, 3 & sic non fuisset necessaria alterius collatio. Vnde dici posset, opinionem Innocen. veram esse: quam sequitur consuetudo, quam papa scit, & tolerat: 4 vel saltem opinio Goffred. argum. supra eod. si gratiosè argum. pro & contra. infra de præbend. is cui. Vel dic, quod littera ista loquitur de ijs beneficijs, quæ prętextu consuetudinis uel statuti super hoc ex causa facti, simul teneri possunt. Ad primum, de conces. præbend. ex parte, in fin. Ad secundum de constitu. cum omnes, & est simile de iure, supra ut lit. pen. capit. 1. & sup. de elect. Cumana. ad fin. Ad primum contra, de consuet. cap. 1. supra de conces. præbend litteras: Solu. illud speciale in duobus beneficijs in una & eadem ecclesia. Secus in diuersis, unde uidentur facere pro. & facit quod no Hosti. in prædi. decre. litteras, in glo. non obstante, in fin.

i ¶ Non potes] de iure communi, dispensatiue tamen posset. Et si quæratur, per quem dispensari possit: vide quod not. 70. distinct. sanctorum. in gl. 2. 21. q. 2. si quis iam translatus de elect. dudum 2. de præben. de multa. de conces. præben. litteras. & inf. de consuet. c. 1. Ioan. And.

[Glo. seq. primo dat simile, secundo quærit arg. pro & contra. & soluit.]

k ¶ Eligas] sic & olim electio dabatur ei qui duo beneficia curata simul habebat, supra de præbend. referente &c. præterea. 5 hodie secus. eod. tit. de multa. Sed nunquid electo uno re integra pęnitere poterit, & aliud eligere? Argum quòd sic 2. quæst. 6. cap. ei qui. §. si quis libello. supra de elec. in causis. § quia uero. de iure pat. cum autem 6 quod facit etiam contra. & inf. de offi. deleg. quamuis. & inf. de procu. quāuis, & infra, de reg. iu. mutare cum si. Arg. contra. 32. quæst. 5 horrendus. de iureiur. quemadmodum. supra eod. lib. de rescrip. c. 1. & infra de reg. iu. quod semel. cum suis concord. Sol. satis uideretur, ꝙ re integra possit mutare consilium & aliud eligere per prima iura. Ad hoc. inf. de præb. si tibi absenti. ff. de opt. leg. l. in mancipiorum. Contrarium tene per præaddi reg. quod semel. ad h. c. inf. eo. c. pen. in fi. & de pollu. c. 1.

1 Ecu glo. Do.

3 Glo. est sing & notabilis. Do. & Philip.

4 Et iō ualet sc̄dm Doc. gl. ē ī §. leges. 4. dist. vide Do. hic late loquentem, qn̄ liceat plura bñficia tenere. Fon.

5 T. de ęt. & qualit. eam te.

6 Et c. cū laici, ubi de hoc in 1. gl. Ioan. And.

ADDITIO Ioan. Monachus. ǰ. de praeb. si tibi ita distinguit. Aut optio, vel electio data est in contractib. & tunc variare licet ff de verbo oblig cum qui certarum. in si de actio. empt l. si sterilis § fin Aut in beneficijs vel vltimis voluntatibus & hoc dupliciter. Aut tenuit electio, & tunc nõ potuit variare ff. de lega. 1. serui electione ff de opt. leg. l. apud Aufidiũ. Aut nõ tenuit, & hoc dupliciter. Aut illam fecit optans iure proprio, & tunc iterato põt optare. ff. de op. leg l. 2. §. fi. & l seq. ad instar iudicis ordinarij qui põt iterato cognoscere, cum snia est nulla C. de accu. si accusatorib & l. absentem & ǰ. de conces praeb. nec captãdę. 2. rñso. Aut iure alieno, & tunc iterare non potest. ǰ. de elect. si cõpromissarius §. 1. & vido qd ibi no in §. idem fit. in vlt. gloss ad instar iudicis delegati. C quõ & qñ iud l. si vt proponis §. 1. De materia vide quod scripsi de testi. praesentata. super ver. optione. Io. And.

† Hodie hmõi mãdata de prouidẽdo oino sunt sublata p Cõci. Triden. sess 24. de ref. c. 19.

¶ Idem.

¶ Si restituatur quis ad gratiã reuocatam, sine alterius praeiudicio intelligitur restitutus: vnde alteri ante restitutionem impetranti praeferri non debet. Ioan. And.

CAP. VIII.

QVamuis [a] is, cuius gratia, [b] (per quam mandabatur † in certa ecclesia prouideri [c] sibi de beneficio proxime [d] vacaturo) per nos fuerat reuocata, [e] restituatur à nobis denuo ad eandem: non tamen ei, cui post reuocationem, [f] & ante restitutionem prędictas, similis [g] in eadem ecclesia gratia facta fuit (nisi † de hoc expresse [h] diximus) anteferri debebit. Cum talis [i] restitutio, vbi aliud non exprimitur,

QVamuis is, cuius.] Ponit dictum in quo inserit exceptionem: ibi Nisi, & ponit rationem dicti ibi, Cum talis.

¶ Praesupponatur primo, ꝙ inter expectantes auctoritate Apostolica habet locum illa regula: Qui prior est tempore potior est iure, vt si sint duo vel plures, qui in eadem collatione habent similes gratias expectatiuas: tunc in beneficio, quod primo vacabit, est praeferẽdus ille, qui prior est in data.

CASVS. Hoc praesupposito potest sic figurari: Papa mihi in ecclesia Pictauensi fecit gratiam hoc anno: quia ipse mandauit canonicis ipsius ecclesiae, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & praebendam vacantem, vel proximo vacaturam mihi assignarẽt, cum clausula decreti irritantis, si canonici facerent in praeiudicium meae gratię: Tractu temporis accidit, quod Papa reuocauit gratiam mihi factam, & anno sequenti fecit tibi in illa ecclesia similem gratiam: quia mandauit dictis canonicis, &c. Accidit, quod ego primus accessi ad Papam, & petij, vt ipse dignaretur me restituere ad meam gratiam, quã ipse reuocauerat: quod fecit: Post vacauit praebenda in Ecclesia Pictauensi: Quaeritur nunc an praebenda debeatur mihi vel tibi secundo, attento, quod mea gratia fuit reuocata? Respondet Papa, quod quando restituit aliquem ad gratiam reuocatam, hoc facit sine praeiudicio alterius: ideo respondet ad quaestionem, quod licet sim primus habito respectu ad gratiam, non tamen sum primus habito respectu ad restitutionem: ideo tu secundus in data gratiae, es mihi praeferendus: quia nos attendimus tempus restitutionis, & non tempus datae gratiae: Et hoc verum, nisi Papa aliud diceret in restitutione: videlicet, quod me restituit ad datam & prioritatem temporis, & vult gratiam meam valere perinde, ac si reuocata non fuisset, etiam quoad prioritatem temporis. Nota primo ex textu iuncta glossa, quod si sub eadem collatione sunt plures expectantes, habentes similes gratias: ille praefertur qui est prior in data. Et sic habet locum illa regula. Qui prior est tempore: Secus si non haberent similes gratias: quia aliqui habent aliquas praerogatiuas: puta, si Papa mandet secundum in data praeferri quibuscunque, tunc seruanda est voluntas Papae, quia in his spiritualibus Papa habet plenam dispositionem. Nota secundo principalem effectum, ad quem emanauit istud cap. videlicet, quod cum Papa aliquem restituit ad gratiam reuocatam, non videtur in dubio velle praeiudicare iuri alterius: Et istud facit ad decisionem talis quęstionis, videlicet. Aliquis vasallus commisit felloniam contra Regem, propter quod eius bona sunt confiscata: pendente illo tempore princeps dat feuda alijs: tractu temporis iste, qui commisit felloniam, restituitur per Principem, vtrum restituatur ad bona sua confiscata? Textus iste facit, ꝙ non: quia Princeps videtur illũ restituere sine praeiudicio alterius: & hoc verũ, si princeps simpliciter restituat: quia tunc non videtur remouere ius alteri quaesitum.

† In antiquis codicibus ita: nisi hoc expresse dixerim[9].

[Glossa prima summat.]

a ¶ Quamuis.] si restituatur quis ad gratiam reuocatam, sine alterius praeiudicio intelligitur restitutus: vnde alteri ante restitutionem impetranti praeferri non debet.

b. ¶ Gratia.] concessa forte a Nicolao IIII. vel Caelestino V. Ioan. And.

c ¶ Prouideri.] nec adhuc prouisum erat, nec ad possessionem deuenerant, vnde habebant ius non in re, sed ad rem. ǰ. de conces. praeb. c. ult. Io. And.

d ¶ Proxime uacaturo.] quod solus Papa facere potest. de conces. praeb. c. 2.

e ¶ Reuocata.] tenorem huius reuocatoriae constitutionis non habemus: sed de ipsa fit mentio ǰ. de praeb. c. pen, & antep. & de conces. praeb. c. vlt. Reuocatoria illarum Nicolai incipiebat, Pridẽ ad apicem. Illarum Caelestini, Olim Caelestinus. & c. dudum, Io. And.

f ¶ Post reuocationem.] idem & multo magis si ante reuocationem.

g ¶ Similis.] s. de beneficio proxime uacaturo.

h ¶ Expresse diximus.] hoc enim Papa facere potest, ad hoc ǰ. de pręb c. penul.

ADDITIO. facit Clem. quoniam. de immu. eccle.

[Glos. seq. alleg. in contrarium, fortificat textum, & cõtrarijs respondet, secundo arguit ad quaestionem, ponit opin. Goffr. contra quam alleg. 5. iura & remittit: demum subdit tres opiniones.]

i. ¶ Cum talis.] ecce ratio. Et aduerte, quia in contrarium uidebatur ex eo quia restitutio est prioris status reparatio; & restitutus in pristinum ius recidit. argu. 15. q. 6. nos sanctorum. & c. iuratos. & ș de elect. quia diligentia 2. q. 3. c. si quem. in fine. & C. de sen. pal l. 1. Restitutio enim hoc operari debet, ut nec prosit, nec obsit quod euenit. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. 1. responso. & ff de mino. quod si minor. §. restitutio. Sed contrarium est uerum, ut hic & sic pro parte hac debuit quaestio. terminari per decre de renun. ex transmissa. & de simo. ex insinuatione. & Concor. C. de remis. pig. l. ult. ubi, si de uoluntate creditoris debitor pignus distrahit, si iterum deueniat ad ipsum debitorem res illa distracta, non renascitur hypotheca, quam habebat a principio: actio enim semel extincta, &c. de consecra. dist. 4. quaeris. §. item per hanc in glo. 1. de solu. qui res §. aream. Ad contraria respondetur, quod hic non est uere restitutio: immo quaedam noua concessio, per praedicta iura. 1 Et nota, quod haec decr. facit in argu. ad quaestionem dominicalem: an scilicet, episcopus inuito patrono restituere possit presbyterum per se depositum & determinauit Goffred. de renun. ex transmissa, in fine, ꝙ non: per l. C. de nupt. si ut proponis. 2 ubi dicitur, quod in matrimonio restaurando per filium post diuortium, requiritur consensus

1 Nota ꝙ restiõ ad gratiã extinctã nõ retrotrahit ad tẽpus primae cõcessionis. vñ si creditor si post pactũ de nõ petendo. hat pactũ de petendo, nõ recuperat interesse, neq; vsuras medij tpis. Pet. de Anch. Do. Font

patris

tris sicut a principio in contrahendo. In contrarium cit, de renun. post translationẽ de Iudæ. Iudæi de ci-tate. & c. consuluit. de his quæ fiunt a præl. cũ Apolto a 17. q. 1. cos. & not. de hoc 24 q. 4. Nabuchodono- in prin. dicebat Host. opin. Gottr. esse veram, cum re tuitur ab inferio- secus si a Principe r iura superius ꝙ stituto iducta Bar Brix in quęstione ominicali. 1 quæ cipit sacerdos ali- is fuit: dixit, ꝙ si epositus appellauit ra decem dies: re- tus pôt inuito pa- ono: alias nõ Tan. xit, ꝙ si episcopus zuenit in restitu- ane patronum, vi- restitutio: alias ꝙ approbat Host. pat. decre. ex uâl- issa & de elec. in- otuit, & facit, ꝙ no. de constit. cum ac ssissent in ult. glo. ¶ intelligatur]cõ r. infra eodem capitulo secundo.

intelligatur [a] fieri sine iu- ris præiudicio alien.

¶ Idem.

¶ In litteris ad beneficia impetratis, inspicitur tempus datæ: Vnde per illas beneficium curatum obtinere nõ poterit, qui licet nunc sit maior, illo tempore minor erat. Ioan. Andr.

CAP. IX.

SI [b] eo [c] tempore, quo tibi de beneficio cum cura [d], vel sine cura mandauimus prouideri, ad ob tinẽdum curatum beneficium idoneam [e] † nõ habebas ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus [f] sis ætatis, authoritate litterarum huiusmodi (cum tempore datæ [g] ipsarum adhuc † non esses [h] idoneus) de beneficio curam [i] animarũ habente nequaquam poterit prouideri. Beneficium [k] autem sine [l] cura (cum ad ipsum sufficientem tunc [m]

conualescunt. Nota finaliter, ꝙ litteræ ad beneficia possunt pro parte ualere, & pro parte non ualere, ut in casu huius capituli: Nam si minori uigintiquinque annis facta fuerit gratia respectu beneficij curati: litteræ non ualent, & tamen respectu aliorum beneficiorum, ualent: & sic utile per inutile nõ uitiatur.

[Glossa prima summat]

b ¶ Si eo.] in litteris ad beneficia impetratis inspicitur tempus datæ, unde per illas beneficium curatũ obtinere non poterit, quia licet nunc sit maior, illo tẽpore minor erat.

[Glos. seq. signat contrarium, & ibi se mittit.]

c ¶ Si eo.]contradicit ad hanc infra de præben. ei cui prouideri. ibi soluitur.

d ¶ Cum cura.] nisi hoc fuisset expressũ, de curato prouideri non posset. ꝟ. de præb. c. ult. & ꝟ. de præb. cum illis.

e ¶ Idoneam.] scilicet 25. annorum supra de elect. cũ cunctis.

f ¶ Effectus] spectamus ergo initium & facit sup. de elect. dudum 1. & quod ibi not. Nec firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ualebat. infra de reg. iur. non firmatur. cum suis concor.

g ¶ Cum tempore data] sic nota inspiciendum tempus datæ, sic sup. eo. eam te & inf. eod. ubi qui & de præb. cum cui.

[Glos. seq. recit. per quæstionem, alleg. pro, & soluit contrarium.

h ¶ Non esses idoneus.] propter defectum ætatis, [1] & idem dici posset de defectu ordinum argu. sup. de ætate, & qual. Præterea, le1 hoc est falsum, ut inf. de præb. si pro clericis pauperibus.

i ¶ Curam animarum.] in his, qui ad curata beneficia promouentur, requiritur maior idoneitas, quam in alijs, & ideo si mandatur prouideri de dignitatibus, personatibus, uel beneficijs, de cura mentione nõ habita, de curatis, dignitatibus personatibus, uel beneficijs nõ poterit prouideri. ꝟ. de præb. cum in illis.

k ¶ Beneficium.] quia poterat dubitari, ne illa inutilis adiectio, scilicet Cum cura, uitiaret in totum rescriptum, scilicet, quod nec etiam de simplici posset prouideri, ideo annectit quod sequitur. Et sic not. utile non uitiari per inutile, infra de reg. iur. utile, cum suis concor.

l ¶ Sine cura.] quia ex se curam non habet, si autem haberet annexam parochialem & curatam ecclesiam, dic ut dicam infra de præb. super eo.

m ¶ Tunc.] scilicet tempore impetrationis.

ADDITIO. Adde ergo, qđ si quis impetrauerit beneficium cum cura uel sine cura, & tempore impetrationis est legitimæ ætatis, si uacat, ei debetur ut in hoc cap. & hic not in glos. illa antepe. Contrarium not. de præb. ꝟ. c. ei cui eo. lib. ubi apparet sufficere quod tpe uacationis habeat sufficientem ætatem. Sol. ibi not. in 3. glo. quia prima glos. loquitur in impetratione curati, secunda in impetratione sacerdotalis. Satis obstat quod nota. eod. titu. non poten. in 4. gl. Sed credo, glos. c. ei cui, posse sustineri, licet aliqui contra, quia plus est habere curatum in actu & habitu, quam in habitu tantum, ad hoc quod not. de cler. non resid. quia nonnulli. super uer. parochiales, & per Hostien. de offi. Archidia. cum satis, & Io. An. dr. super uer. animarũ, & opti-

† Quæ sit idonea ætas in quolibet ordinato tradit Panormitanus in ca. super inordinata. de præb.

[1] Illum defectum probabis obijciẽs, quia fundans se in ætate dẽt illam probare. Do. Adde Bar. in l. de ætate. ff. de min. Fon.

[Casus] ¶ I eo tempore] Vnius thematis duo dubia soluit, & vtriusq; causam reddit: secundum ibi, Benefi. ium. Præsupponendum primo, ꝙ quis non potest obtinere beneficium curatum, nisi attigerit 25. annum. CASVS. Qui iam Titius minori 26. annis, quia for in 24. anno a sede Apostolica impetrauit litteras gratiosas ad epm Pictauien. sub hac forma: Mãdamus ut ei prouideas de bñficio cũ cura, uel sine cura, si ꝙ de præsenti uacat, alioquin de ꝓximo uacaturo: Accidit, ꝙ antequam uacaret aliquod bñficium, ille Titius effectus est maior, q. peruenit ad 2. annũ, & uacauit ecclesia parochialis, q̃ Titius petit sibi conferri uirtute suæ gratiæ: Dicit eps, ꝙ illud bñficiũ curatũ nõ cõprehendebatur sub sua gratia, quia tẽpore impetrationis ipse erat incapax ad obtinendũ illud beneficium curatum. Dicit ex aduerso impetrans, ꝙ licet tpe impetrationis esset incapax ad obtinendum illud beneficium curatum, tñ nunc ple est capax, utrum bene dicat? R̃ndet Romanus Põtifex, ꝙ non, quia requiritur capacitas tempore impetrationis, & non sufficit capacitas tempore uacationis. Sed utrum uitietur beneficium sine cura ꝑ clausulam, Cum cura, puta, quia Papa mandauit ut eps tali Titio conferret beneficiũ uacans uel proxime uacaturum cũ cura uel sine cura, utrum per clausulam, Cum cura, uitietur clausula, Sine cura, ita ꝙ tota ipsius gratia sit uitiata? Respondet, ꝙ non; ideo si uacet aliquod beneficium non curatum, episcopus tenetur illud conferre, & si eps nolit conferre, tunc impetrans habebit recursum ad suum executorem, qui ei conferet illud beneficium non curatum, non obstante recusatione episcopi, quia utile per inutile non uitiatur, qñ sunt separabilia, secus si essent inseparabilia. Nota primo ex hoc tex iuncta gloss. ꝙ minor 25. annis non est idoneus ad obtinendum beneficium curatum, tamen sufficit, ꝙ cõpleuerit xxiiij & attigerit xxv. annum, ut dr in c. cum in cunctis. sup. de electio. licet secus sit in episcopo, quia requiritur in ep scopo, ꝙ compleuerit annum 30 & inceperit annum 31. Quæ ætas requiratur in quolibet ordinato, tractat Panorm. in cap. super inordinata. de præb. in ant. Nota ulterius illud, ad qđ allegatur illud capitulum, ꝙ respectu illius, pro quo scribitur, attendi- tur tempus datæ litterarum, & non tempus uacationis, & iste est principalis eff. ctus huius capituli. Et ratio huius potest assignari. quia litteræ fuerunt nullæ respectu illius incapacitatis, ergo tractu temporis non

me probat extrauagans. Ioan. execrabilis iuxta finem, versi. quantum autem. Et quod not in præalle, c. ei cui. super ver. licite, in nouella. & vide contrarietatem glo. Grego. Sed adhuc insto per hunc textũ in fi & in glo. q̃ loquitur in beneficio simplici. Vnde potest sic dici, ꝙ est quædam inhabilitas rõne ętatis temporaliter ad beneficium: quędã solum rõne ætatis ad qualitatẽ beneficij curati: quędã sacerdotalis tm. In prima & secũda inspiciamus tps impetrationis, in tertia tẽpus vacationis: quia plus est aliquẽ esse inhabilitatũ ad totum, q̃ ad partem, vel ad qualitatem patuam: ad hoc qđ notatur hic in nouella, de ætat. & qual. indecorum de præb. super inordinata & ꝙ no. de corpo. vitia. c. 1. & 2. & fi. Et forte speciale est in ista qualitate sacerdotali, vt hic sentit Io. Andr. & adde ꝙ notatur supra de conces. præb. cum nostris. per Inno. & Ioa. And. in additione, quæ incipit: Et in Clementina Hieronymus Clarius Brixien.

ætatem [a] haberes) per eas licite [b] poteris obtinere.

¶ Idem.

¶ Gratia generalis non præiudicat speciali, & debet facere mentionem de præceden ti priuilegio, consuetudine, vel statuto, hoc dicit Zenze.

[Glo. seq. q̃rit allegat opinio. interserens. & soluit.]

a ¶ Aetatem.] sed 1 quæ est idonea ætas in beneficio sine cura: Vr̃ ꝙ maior quattuordecim ad illa dicat idoneus. supra de præben. super inordinata. vbi Hostiensis hoc tenet in canonicis pp maturitatẽ consilij, qđ requiritur in illis: nam ibi pueri non dicuntur idonei ad beneficia obtinenda. Certum autem est, ꝙ infans dr̃ vsque ad septimum annum: puer aũt, de septimo vsque ad duodecimum, vel 14. annum 22 q. 5. pueri. & C de falsa moneta. l. 1. & dixi supra in procœmio. circa finẽ. Sed vt ibi notat Bernardus, dici potest, ꝙ pueri ibi dicuntur minores septennio. & isti dicuntur indigni. Septennes autem, & maiores septennio dicuntur idonei, cum enim tales possint ordinari. 28 distin. de his. cum glos. 1. ergo & in beneficijs intitulari. Argumento, de præb. cum secundum. Ad hoc optime facit ĩ. de elect. ex eo. & hæc vera intelligo, nisi essent talia beneficia, quæ sacrum ordinem ex priuilegio, consuetudine vel statuto, vel alio modo requirerent: & facit quod dicã infra de fil. presb. cap. 11. responso. & probatur expresse infra de pb. ei cui prouideri. An hodie dispẽsent episcopi in ætate, not supra de elect. cum dilectus. & dicã infra, de electio. licet canon & de ętate & qualit. cap. vnico. Ioan. And.

1 Istã gl. sequũtur Philip & Do. q. Do. de mate ria bene cõcludit. Ron.

b ¶ Licite] id dicimur posse, quod licite possumus. 22 q. 5 faciat Ioan. And.

SI propter.] Propter multiplicitatem intellectuum glo. Ioan. And. non summat: potest tamen sic summari: Generalis gratia habens clausulam generalem 3 scilicet: Non obstante, nisi id aliter exprimatur, non præiudicat iuri specialiter ex statuto, consuetudine, vel priuilegio alij quęsito hęc dicit ſm Io. de Fantuzis, ſm quem hoc summarium comprehendit vtramque lecturam positam in gl. Diuiditur secundum Ioã And. quia primo ponit thema, & eius dubium soluit ibi, Intentionis. casum exceptum interserens. ibi, Nisi.

CASVS. 2 Papa concessit episcopo Bonon. debitorum onere grauato priuilegium, ꝙ fructus beneficiorũ primi anni vacantium in sua diœcesi perciperet, & erat hæc gratia vsque ad quinquennium duratura; apposito in priuilegio, quod non obstarent consuetudines, priuilegia vel statuta, per quæ sua posset impediri concessio: Vacauit quoddam beneficium, cuius redditus primi anni de priuilegio, consuetudine, vel statuto spectabant ad fabricam ecclesiæ, vel alium vsum, vel aliquam singularem personam, quæritur cui debeantur huius beneficij redditus primi anni? Respondetur secundum vnam lecturam, quod debentur fabricæ, vel illi vsui, vel singulari personæ: nisi in concessione facta episcopo aliud caueretur expresse. Vel dic vt infra. in vlt gloss.

2 Hic casus vsque ad illa verba vel dic vt inf. in vlt. glo. Io. Andr est, & in antiquis codicib reperitur.

CASVS 3 secundum veriorem intellectum: Papa fecit epo Pictauiensi gratiam (videlicet pro exoneratione & solutione debitorum ei indulsit) vt fructus primi anni oĩum bñficiorum vacantiũ in sua diœcesi perciperet vsque ad quinquẽniũ. In ipsa diœcesi Pictauiensi erant aliqua beneficia, quæ habebãt hoc onus, ꝙ redditus primi anni erant deputati alicui hospitali vel fabricę: vacauit tale beneficium: Quæritur tunc, quis habebit redditus primi anni: an eps, vel fabrica? & vtrum ista gratia faciat præiudiciũ fabricæ? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ per talem gratiam non fit præiudicium fabricæ, quominus percipiat fructus vnius anni: tñ eps habebit fructus primi anni, & non fabrica: sed fabrica habebit fructus secundi anni: & institutus in beneficio habebit fructus tertij anni: & sic fiet sine præiudicio fabricæ. Et ratio est quia aliàs ista gratia esset inutilis ipsi epo: puta, si illud beneficium solum vacaret in quinquennio: tunc si epũ perciperet solũ fructus secundi anni, gratia esset ei inutilis: quia secundo anno esset expirata. Et istud verũ, ꝙ dabuntur fructus epo vel fabricæ deductis oneribus ipsius beneficij, videlicet, ꝙ institutus accipiat moderate aliquam portionem pro seruiendo in diuinis: & residuum dabitur epo vel fabricæ. Nota primo ex isto capitulo, ꝙ eps non potest retinere fructus beneficij vacantis, si cõtingat vacare tpe messium, sed illos fructus tenetur reseruare futuro successori, quem instituet: quia aliàs frustra impetraret priuilegium, vt perciperet fructus primi anni beneficiorum vacantium in sua diœcesi: quia frustra precibus imploratur, quod alicui iure cõmuni conceditur. l. vnica, de thesauris, lib. 10. C. Nota principalem effectum huius capituli, videlicet, ꝙ si episcopo mole debitorum grauato fuerit facta gratia, ipse percipiet redditus primi anni beneficiorum vacãtium in sua diœcesi, si tales fructus primi anni antea erant assignati fabricæ, vel alicui personæ: per gratiam episcopi non præiudicatur fabricæ, vel personæ singulari, etiam si Papa dixerit in gratia episcopi Non obstãtibus priuilegijs vel consuetudinibus, sed debet fieri interpretatio, quia episcopus habebit redditus primi anni: fabrica autem vel persona singularis habebit redditus secundi anni, & instituti habebunt redditus annorum sequentium: licet aliqui dicant, quod fabrica haberet fructus primi anni, & episcopus secundi, & institutus annorum sequentium.

3 Hic casus paulo lõgior est cuiusdam Helię.

CAP. X.

SI propter tua [c] debita persoluẽda fructus [d] beneficiorum primi anni [e],

c ¶ Tua debita.] ad idem infra de præb. si tibi 2.

d ¶ Fructus.] Nota, ꝙ non habet retinere beneficia, sed fructus. Vide vt dixi ſ. eo si gratiose. in hoc casu vacant beneficia. unde is, ad quẽ pertinet electio, infra tps statutum necessario habet eligere 4. Et facit quod notat Bernardus de magist. quia nonnullis. & probatur hoc satis ĩ. de præb. si tibi concessio. Io. And.

4 Eligere: Nõ obstat secũdum Archid. ꝙ ecclesiasticã beneficia dñt sine diminutione cõcedi. ſ. vt eccl. benef. in rubro & nigro: & qđ spirituale ius sine tẽporali: nõ cõsistit. 1. q. 3. si qs obiecerit. Itẽ quod inane nomen habebit sine fructibus quia hoc operatur indulgentia: quod patet etiã in oib' vltra numerũ auctoritate Papali receptis, q expectat, ſ. de præbẽ. relatum. Io. And.

[Glo. seq. quærit, & soluit duo dubia: & solutioni secundæ signat contrarium, cui respondet.]

e ¶ Primi anni.] quid dices? cõputabiturne annus iste a die fructuum colligendorum, an die vacationis vel mortis? Credo à die vacationis computari. Vnde non credo hic seruari legem de vasallo, quæ dicit, quod si vasallus decedat post Augustum & ante kalendas Martij, quod ad dominum pertinet: alioquin ad vasallum vel eius hæredem, vt in lib. feud titu. hic finitur lex regni cap. si vasallus. Sed credo quod à die vacationis vsque ad annum quicquid obuenerit beneficio, & separatum erit à solo, totum erit huius priuilegiati. Comparo enim hunc priuilegiatũ vsufructuario, qui fru-

fructus separatos & reconditos, suos facit. ff. de vsufru. l. arboribus §. Iulianus. aliàs incipit, si fur, secundum moderationem tamen decret. infra de offi. ordina. præsenti. §. porro. & facit quod ibi dicam. Et dico, quod annus ille habebit ccclxv. dies. vnde si vacauerit ecclesia prima die mensis, sequenti anno prima die eiusdem mensis finitus erit annus. & facit quod dicam inf. de elect. quam sit eccle siis. & si esset bissextus, illi duo dies cedunt sibi pro vno. pro vno enim computantur, vt s. de verb. sig. cum bissextus. ff. de diuer. & temp. præs. l. a in vlt. glo. Licet sit arg. contra. ff. de statu liber. l. cum hæres. § Stichus. Sed illud in pœnis vel odijs, quæ sunt mollienda, de pœn. dist. 1. pœnæ. j. de regul. iur. in pœnis. & facit quod not. in prædi. decre. quæsiuit. & 55. dist. cap. 2.

quæ in tua vacabunt [a] diœcesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegijs, vel statutis, per quæ nostra impediri [b] posset concessio) vsque ad quinquennium [c] de speciali [d] gratia concedimus: [e] intentionis [f] nostræ nequaquam existit, si fructus huiusmodi ecclesiæ tuæ fabricæ, † vel alteri [g] vsui, seu cuicunque singulari personæ, de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto [h] forsitan debeantur, quòd eis per concessionem [i] ipsam (nisi hoc expresse [k] caueatur in ea) præiudicium [l] aliquod generetur.

¶ Idem.

¶ Causæ ab Apostolica sede, vel eius legato commissis debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum ecclesiæ cathedralis. Nec tractari debent, nisi in ciuitatibus vel locis insignibus. h. d. vsque ad §. cum vero.

† No. textum hic insigendo cum verbo statutis, quod episcopus statuit, quod fruct' beneficiorum vacantium debeantur fabricæ Philip. & Do. & Pe. Fon.

[Glo. seq. ponit quatuor exempla, & subdit genus, demum quærit, argu. negatiue: & contrarium soluit.]

a ¶ Vacabunt.] morte, renunciatione, depositione, translatione, vel quocunque alio modo. Quid, si permutatione? Videtur, quod secus, per decr. j. de rerum permu. cap. vnico. Sed contrarium puto: quia negari non potest, quin propter permutationem vacet: & æquitas in eo solo casu iuris rigori præfertur, in quo scripta reperitur, in alijs non: non enim ex illo speciali casu est regula danda.

b ¶ Impediri.] secus ergo si differri: & licet intendat per clausulam Non obstante, impedimenta tollere: dilationes tantum tollere non intendit, licet ex dilatione impediri possit, vt j. dicam.

c ¶ Quinquennium.] tantum narratiuè idem erit in citeriori & vlteriori tempore.

[Glo. seq. declarat in quo est gratia, & quid confert.]

d ¶ Speciali gratia.] quia de iure futuris successoribus conseruari debebant, vel in vtilitatem ecclesiarum expendi j. de elect. quia sæpe & de offi. ord. præsenti. [& intelligo hanc gratiam, & illam quæ sequitur secundum moderationem illius decre. præsenti §. porro.] quod hoc solum intelligatur de illis fructibus ecclesiarum vacantium, quæ solutis debitis, si quæ sunt: & his, quæ necessaria fuerint, pro seruitoribus, & ministris, & alijs incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus reperta fuerint superesse.

[Glo. seq. quærit, & opinionem ponit, quam fortificat per aliquam opinionem cui opponit, & dupliciter respondet.]

Legatus de latere, an possit concedere fruct' primi anni beneficiorum vacantium.

e ¶ Concedimus.] an legatus de latere similem gratiam dare possit, tractat u. t. o. de Deo in quæstionibus suis, in prin. & Guil. in Spec. tit. de legat. § nunc tractemus in fi. & dicunt, quod dato, quod ex causa hoc possit: beneficium tamé vel dignitas debet cum aliquo eius fructu conferri. Quod verum est, vt dixi s. in gl. prox. & in gl. nota quod nõ. Notat etiam Bernar. sup. vt eccl. benef. sine dim. in vlt. glo. quod episcopus ex iusta causa ad tps possit fructus alicuius beneficij retinere. probat per decret. s. de verb. sign. cap. penult. quæ etiã facit contra, cum id fuerit impetratum a Papa. Sed potest dici sic fuisse de facto ad nos. sup. de fil. presbyt. literas vel illud secundum Goffr. in fructib. omnium beneficiorum v. cantuum vsq; ad certum tẽpus, vt hic ẽt.

In vno autem beneficio & eius prouentibus conuertendis ex causa in vsum prælati, non erit necessaria licentia Papæ: quia cum Epũs cum capitulo possit supprimere dignitatem, & propter necessitatẽ possessiones alienare, multo fortius prouentus percipere.

ADDITIO. Et hoc est verum dummodo illa perceptio nõ concernat vtilitatem ipsius Episcopi. Do. Font.

f ¶ Intentionis.] nota ad intẽtionẽ scribentis recurrẽdum. facit. s. eod. c. 2. & j. de concel. preb. c. vlt. & s. de deci. ex multiplici cum sim.

g ¶ Alteri vsui.] puta, mensæ capituli.

h ¶ Statuto.] nota, quod oĩa priuilegia, consuetudines, vel statuta quacunque firmitat. vallata: concessa capitulis, conuẽtib. vel collegijs cathedralium, regulariũ, & conuentualium ecclesiarum, seu singularibus earundem personis, vt bona ecclesiarum ipsarum vacantiũ a prælatis dimissa, vel tempore vacationis obuenientia possint suscipere, diuidere, vel in suos vsus conuertere, sunt hodie reuocata & quassata per decret. j. de elect. quia sæpe. & c. statutum, in clemen. quæ tamẽ in alijs beneficijs locum non habet, vt infra de offi. ord. præsenti. in fi.

i ¶ Concessionem ipsam.] sibi factam.

k ¶ Expresse.] ad idem sup. eod. cum aliquibus. & c. si scriptum. & c. quamuis.

[Glo. seq. ponit duas lecturas: Contra secundam dupliciter opponit, & primam approbat.]

l ¶ Præiudicium aliquod.] nisi illud verbum esset ita generale, ita decret. sic posset intelligi quod ex ea nil sequeretur absurdum, scilicet, quod fabrica vel vsus ille, vel aliæ singulares personæ sic priuilegiatæ habeant redditus secundi anni: ille autem priuilegiatus habeat redditus primi anni: & ita bene consequeretur secundum hoc suum effectum illa clausula priuilegij. Non obstantibus quibuslibet consuetudinibus priuilegijs, &c. Alij dicunt, quod illa fabrica vel alij hic contenti, habebunt redditus primi anni: quia papa non intendit eis derogare, sed soli successori: iste autem priuilegiatus habebit redditus secundi, qui sibi est primus, sed quoad successorem vel beneficiatum, tertius erit primus: & sic nullum præiudicium etiam ex aliqua dilatione, generabitur fabricæ: sed secundum hoc posset impediri concessio, quod est contra tenorem ipsius gratiæ. Pone enim quod in anno quinto, quo finiri debet gratia, vacet beneficium: si fabrica primos redditus habeat, Episcopus nihil habebit. Item quid operabitur illa clausula: Non obstantibus, &c. cum successori sine clausula illa præiudicium fieret. Vnde prima lectura magis mihi placet, [a] & magis est amica literæ, vt dicamus, quod illa erat dubitatio Decretalis, an per istam concessionem sic factam, scilicet, Non obstantibus quibuscunque, &c. videretur derogare ipsi fabricæ, vsui, vel singulari personæ: vt ex quo ex illius priuilegij vigore redditus primi anni habere non possunt, amplius nil habeant: Et Papa respondet quod habebunt redditus secundi anni, quia sic fit prior, in illa clausula, Non obstantibus, non successorem, sed priuilegiatum tantum considerat.

a Ista opinio est gl. & eois qui Archid. & Pet. de Anc. & d. ipsi tenẽt Fon.

CAP. XI.

STatutum[a] †quod[b] circa iudices à sede Apostolica[c] deputandos nuper edidimus, cum quædam[d] contenta in eo, quæ pro cõmuni[e] vtilitate credebantur[f] inducta, sicut experientia[g] docuit, tendere dignoscantur ad noxam.[h] sanctione[i] præsenti, quam irrefragabiliter obseruari mandamus, suadente vtilitate, in melius[k] duximus reformandum.[l] Sancimus igitur, vt nullis, nisi dignitate[m]

† Vide q͠d nouissime sanciuit Cõcil. Trid. sess. 25 de ref. c. 10.

STatutum.] Principium huius c. legitur vsque ad § Cum vero eiusdem.

CASVS sic figuratur: prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ summa: & quia habebam ordinarium loci certa ratione suspectum, nolui ipsum corã ordinario cõuenire, sed a sede Apostolica impetraui, cãm delegari canonico ecclesiæ B. Mariæ maioris Pictauij, vel canonico ecclesiæ B. Hilarij maioris, vel simplici sacerdoti, q non habebat dignitatẽ ecclesiasticã, nec psonatũ nec canonicatũ ecclesiæ cathedralis: Præsentaui litteras meas delegato, qui Titium meum debitorem ad præsentiam suã fecit citari: qui in die citationis cõparuit, cui obtuli libellum meum: Qui reus excipiendo proposuit, q non tenebatur litigare coram ipso delegato pp incapacitatem personæ: qa causæ a sede Apostolica non possunt committi, nisi personis existentibus in dignitate, vel personatu, vel nisi sint canonici ecclesiæ cathedralis: & sic, quia virtute literarum delegatus, iste non recepit potestatem, quæritur an bene dicat? Respondet Romanus Pontifex, q sic: Et hoc verum, nisi Papa hoc faceret ex certa scientia: videlicet committendo alicui quamuis non sit in dignitate vel personatu: vel quãuis non habeat canonicatũ ecclesiæ cathedralis: Sanctissime Pater, quæritur vtrum habentes dignitatem, vel personatum, vel canonicatum ecclesiæ cathedralis possint cognoscere in omni loco de causis sibi a sede Apostolica cõmissis? Dicit Romanus Pontifex q non: immo tales delegati, vel ipsorum subdelegati debent de causis commissis cognoscere in ciuitatib. & alijs locis insignib. in quib. possit haberi copia peritorum. Nota primo, q eum statutum positiuũ tractu temporis incipit esse damnosum, pp varietatem morum mutari potest: quia non debet reprehensibile iudicari, si s̃m veritatem temporum statuta varientur humana capit. non debet. sup. de consanguinit. & affinit. Nota vlterius, quę personæ sunt capaces iurisdictionis seu delegationis Apostolicæ: quia solum illæ personæ, quæ sunt constitutæ in dignitate, vel personatu, vel quæ obtinent canonicatum in ecclesia cathedrali. Sed quomodo cognoscemus, quod aliquis habeat personatum, vel dignitatem? Declarat Panor. in cap. de multa. sup. de præben. vbi dicit, quod recurrendum est ad consuetudinem, vt si sit consuetudo, quod talis habeat præeminentiam & iurisdictionem, dicitur habere dignitatem: Si autem sit consuetudo, quod talis habeat præeminentiam in ecclesia, & non iurisdictionem: tunc dicitur habere personatum, & non dignitatem. Nota insuper, quod canonicus ecclesiæ collegiatæ, quãtumcunque illa ecclesia sit notabilis, non est capax Apostolicæ iurisdictionis: & sic est correctum c. præsenti, quod hodie non habemus: de quo fit mentio in principio huius capituli: Et quamquam canonici ecclesiæ cathedralis possint esse delegati ad vnam vel plures causas: non tamen possunt esse conseruatores. c. fi. infra de offi. deleg. Nota, quod delegati a sede Apostolica, non possunt pro libito suæ voluntatis cognoscere de causis sibi delegatis in quocunque loco, sed debent causas examinare in ciuitatib. populosis, vel alijs locis insignibus, vbi sit copia peritorum. Et si alibi cognoscerent, processus non valeret, vt in fine huius capituli, vbi ponitur clausula, quæ irritat facta contra istam constitutionem.

a Statutum.] Licet hæc decretalis per paragraphos aliter diuidatur: eam tamen in quatuor partes diuido principales: Prima durat a principio vsque ad §. Intuper. Scda ab inde vsq; ad §. Proferendo. Tertia ab inde vsq; ad § Quicquid. Quarta vsq; ad finẽ. In prima statuitur quib. psonis, & in quib. locis causæ a sede Apostolica, vel legatis vel delegatis ipsi cõmitti dẽant, & tractari. In scda pruidẽ circa actiones, q̃ fiebant in iudicijs ab ipsis delegatis, assessorib. vel notarijs cãæ: & apponitur pœna. In tertia, prouidetur circa vocationes testium ad iudicium, quę sępius malitiose fiebant, & cã fatigandi testes, vel ab eis aliquid extorquendi. In vltima decernitur cassum & irritum quicquid fuerit factum contra prædicta statuta.

ADDITIO. Ioan. Monachus diuidens decret. in sex partes de prima faciebat tres dicens, q primo statuit circa loca & iudices: Secundo circa actores & reos in §. Cum vero. Tertio in §. In nullo circa loca & iudices prorogat. Archid. non diuidit Io. And.

b Statutum quod] loquitur de decretali sua extrauaganti, quę incipiebat, Statuimus, reformat etiam Decretalem Inno. iiij. eod. tit. præsenti, quam hodie non habemus & decre sup. eo nonnulli.

c A sede Apostolica] legatis, vel delegatis ab eis, vt inf. patebit. Ioan. And.

d Quædam.] ibi non distinguebatur, an actor, & reus essent eiusdem ciuitatis vel diœcesis, vel diuersarum. Item additur q de expresso cõsensu partium extra locum, quo deputatus est, possit iudex cognoscere & committere, si referas ad decret præsenti, secundum illam poterit fieri commissio institutis in collegiatis honorabilibus, & in cathedralibus ecclesijs: vnde secundũ eã videbantur posse causæ committi mansionarijs, & quibuscunque priuilegiatis in talib. ecclesijs: quod erat absurdum. Hic autem prouidetur, quod solis canonicis cathedralium ecclesiarum fiat commissio.

e Communi vtilitate.] quæ in legib. constituendis attendenda est. 4. dist. erit autem lex. & supra in prooemio huius libri.

f Credebantur.] & erant sine dubio respectu prioris temporis. Ioan. And.

g Experientia.] ad idem infra de elect. quàm sit. & ff. de leg. 3. l. legatis § ornatricib.

h Ad noxam.] & ideo non debuit iudicari reprehensibile si, secundum temporum varietatem, varietur ipsum positiuum statutum. 63. distinct. c. quia sancta. § verum. in fin. 25 q. 1. c. 1. inf. de senten. excomm cap. vltim. in princ. s̃. de consang. & affin. non debet. cum suis concor. Sic & priuilegium cum tendit ad noxam, reuocationem vel moderationem a Principe recipit, sup. de dec. suggestum, infra de priuileg. c. 1. & cap. authoritate, & cap. sequenti.

i Sanctione.] sanctio proprie dicitur, cui adijcitur pęna, quod dic vt notatur 1. dist. in summa.

K In melius.] laudabilior est autem qui rem emendat, eo qui prius inuenit. C. de vete. iure enuclean. l. 1. § sed neque.

l Reformandum] eo quod nõ in totum, 1. sed pro parte corrigitur illud statutum, vt inf. videbis.

1 No. ex hac glossa q͠d ut reformare.

[Glo seq. remittit, obijcit, & dupliciter soluit.]

m Dignitate.] dignitas sumitur multis modis quod dic ut notat Ioan. 4. dist. denique & Vin. & Bernar s̃. de cler. non resi. c. 3. hoc ad literam de ecclesiasticis dignitatib. intellige. Et nota mirabile: quia possunt cõmitti causæ maioribus xx. ann. vt supra de offi. deleg. cum vicesimum, a quocunque, & etiam minorib. a Papa, vt ibi, & ff. de re iud. quidã cõsulebant. Sed certũ est, q qui est in dignitate, vel psonatu, debet attigisse,

prædiris, [a] aut personatū obtinentibus, [b] seu ecclesiarum cathedralium [c] canonicis, [d] causæ [e] auctoritate litterarum [f] sedis Apostolicæ, [g] vel legatorum [h] eiusdem de cetero [i] committantur, [k] nec

saltem 25. annum. s. de ele. cū in cūctis & sic vr, q minoribus 25 annis non pñt causæ committi, ijs, dico, q non attigerint. Solu. Si causę nō possent committi nisi personis in dignitate vel personatu constitutis, tunc procederet obiectio: sed possent ēt cōmitti canonicis ecclesiarum cathedralium: in quib. non requiritur tāta ętas, vt probatur inf. de elect. ex eo & dixi s. eo. si eo tēpore, & sic obiectio nō procedit. Dico ēt q dispēsatiue potest aliquis habere dignitatem vel personatū, etiam minor xxv. annis, per dispensationem Papæ [1] vel episcopi: primum patet, secundum probatur infra de ætate & qualit. c. vno.

1 Si tamē talis est inhabilis ad iudicādū, nō erit delegatus, q̃a dispēsatio non extēditur ad contrariā actus dispēsati. Do. Font.

a ¶Præditis.] idest, præ alijs ditatis. Est enim dignitas quædam præeminentia in ecclesia, vt s. de verbo. sign. quamuis.

b ¶Obtinentibus.] idem de officialibus episcoporum principalibus & foraneis & de Priorib religiosis conuentualibus & claustralibus: Dic vt in Clem. eod. titu. & si principalis.

c ¶Cathedralium] sufficit ergo q sit cathedralis. Et sic sublatum est quod olim continebatur de ecclesijs collegiatis honorabilibus: licet adhuc hodie in alio sit comparatio, vt infra, de electione, quia sæpe alibi æquiparantur cathedrales & regulares. s. de electione, ne pro defectu.

[Glo. seq. primo duo puncta declarat. Secundo quęrit, arg pro, soluit contrarium, & arg. respondet. Tertio ponit ius vetus. Quarto notat præsumi, &c. allegat 8. infra. Quinto soluit duas quæstiones.]

d ¶Canonicis] habentibus igitur perpetuum officiū in ecclesia cathedrali sine dignitate, personatu & canonicatu: de quo loquitur inf. tit. prox. c. non poterit causa cōmitti, cum de his non exprimat. Itē scias q licet isti canonici delegari possint: Cōseruatores tñ dari nō pñt: cu n decre. vlt. inf. de offi. deleg. eos non exprimat. Sed, vt su. dixi, Canonicus pōt esse maior septennio p decre. inf. de elect. ex eo. & dixi de hoc sup. eod. si eo tē pore: in gl. pen. si committatur causa tali canonico, nūquid dicemus litteras valere? Vr q̃d sic: quia ista decretalis vltima de hac materia hoc solū requirit q sit cathedralis ecclesię canonicus: ergo huic stabimus. Sed contrarium credo, & dico q si tali impuberi cōmitteretur causa, nisi appareret de certa scientia Papæ, non teneret cōmissio. Et idem dico, si committatur ab alio, q̃ a Papa minori xx per prædictam decret. cum vigesimum, quam non dico, nec credo, correctam per hanc. Quod enim non mutatur, cur stare prohibetur C. de testam. sancimus. & correctio iurium est vitanda s. de electione ecclesiæ. 2. & inf. de elect. cū expedit in prin. nec ista decret. dicit, q hoc sufficiat sed q hoc requiritur, vnde non contradicit: alias eadem ratione dicendum esset, q dummodo sis canonicus cathedralis ecclesię vel in dignitate vel in personatu nō possit repelli prætextu acceptionis, excōicationis, infamiæ, inimicitiarum, vel alia iusta causa; quod est absurdum, & est simile q̃d no. Io. bo. inf. de elect. licet canon. Et not. quod dicit canonicis, olim dicebat, institutis: unde uidebat q cuilibet instituto in cathedrali, etiam mansionario, possint causæ committi: quod hodie per decre. hanc sublatum est. No. ergo q pro dignitate & loco [2] præsumitur pro aliquo: quanto enim quis meliorib. pest, tanto maior & sanctior est .i. esse p̄sumitur in Auth. de defens. ciuit. ad finem primę col. § nos igitur. coll. 3. 61 dist. miramur. 63. dist. Metropolitano s. de præsum. cum in iuuentute. 74. dist. quando de magistris cap 1. & c. quia & c. super spe cum sim. Et si tempore datæ qs esset canonicus, tempore præsentationis non: puto q procedere possit: [3] nō sic econuerso: spectamus enim initium. ad hoc supra eodem, cap. 1. & c. si eo tempore,

2 Vide l. q si nolit. ff. de ędil. edic. Fon.

3 Hāc gl. sequūtur doctores cōiter.

supra de elect. dudum & quod ibi not. ff de Sena. feminæ ff de iu l. cęcus. & hoc habes in glo. fi. in Cle. gratię eo tit. Ioan. And.

e ¶Causæ] hæ sine iurisdictione non cōmittuntur. s. de offi. deleg præterea, non ergo prohibet, quin audiētia alicuius articuli, uel mera executio rei cuilibet clerico committi possit.

ADDITIO Vnde signanter dicit, Causæ s̃m B. contra arg. ad hoc s̄ de offi. deleg super qōnum. §. ubi dicit, uel iudex quicunq;. &c. sup. de re. iud c. cum Bertholdus. Archid.

Glo seq quærit, & soluit: secunda pars recitatur per quæstionem: ponit opinionem Innocentij cum moderatione & declaratione.]

f ¶Litterarum.] pone, Papa in litteris uocat aliquem simplicem clericum, nunquid ualebit commissio? secūdum Ber & omnes? dic q non habet hic locum talis exceptio, ex quo Papa scienter cōmittit, quia facit & facere potest contra constitutionem istam. Ad hoc optime s. de priuileg. cum olim 1. versi. interim. Et nota q s̃m Inno. si cancellarius ex se dat iudices & hoc constat, non habet locum hęc exceptio, quare enim imputari debet parti, quæ talem iudicem non petit? quod uerū est etiam secundum Ber. & Host. cum hoc ex certa [4] scientia facit: quod intelligo, si id in litteris exprimitur, vt inf. de præb. si motu proprio.

4 Tūc aūt ex certa sciētia dr̄ Papa rescribere, ut bñ notat Francus hic, cū ex tenore rescripti apparet eū habuisse notitiā facti & impedimenti.

[Glo. seq quærit, & soluit.]

g ¶Sedis Apostolicæ.] quid de ordinarijs? nunquid comprehenduntur & tenebuntur hac constitutione? Dic s̃m Ber & omnes, q non: & pōt esse ratio, quia epi & ordinarij habent melius notitiam clericorum diœcesis suæ, q̃ Papa clericorum totius orbis: unde, etiā si simplici clerico committant ordinarij, tenet cōmissio: pone enim q simplex clericus excellens sit Decretorū Doctor. Præterea non est ita absurdum, q aliquis etiā rudis & pannosus clericus gerat vices episcopi, sicut esset, q gereret vices Papę: igitur ad ordinarius non extenditur hæc constitutio. Et est simile quod consueuit dici s eo. nonnulli, & inferius tangam.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem, quam soluit & determinat.

h ¶Legatorum.] quia uerbum gñaliter positum, &c. 19. dist. c. 5 Intellige hanc literam generaliter in omnibus legatis quorum tria sunt genera: quod dic ut s. de offi leg. c. pen. & inf. eod. cap. 1. quod uerum puto indifferenter: cum ex legationis uigore committunt, & idē intelligas in delegatis s. cum committunt, delegationis uigore inf. eo. c § in nullo quoque.

[Glo seq quærit & remittit.)

i ¶De cetero] constitutio enim nō extenditur ad prȩterita. s. de constit. c. ult. Quid de pendentibus? dicam inf de elect. licet canon. Io And.

[Glo seq. quærit, ponit opinionem & soluit.]

k ¶Cōmittantur.] pone q qō fuerit commissa, & pars non excipit, nunquid ualet processus? Dicebat Bern. & omnes post eum, quod tacite & expresse poterat pars huic iuri renunciare. Introductum est enim in ipsorum fauorem, ne scilicet in opprobriū proprium cogantur episcopi & magni clerici coram rudibus & pannosis clericis litigare, & interdum propter ruditatem ipsorum ius amittere suum. & facit de regularibus, ad Apostolicam. cum suis concordan. Sed hodie per finē istius decretalis, credo contrarium: ubi inuenitur, q ipso iure est irritum & inane, quod contra aliquod istorum fit: unde necessariam non credo exceptionis opē. & facit quod dixi s. eo. c. 1. in prin Et potest esse ratio, ut s. tetigi: quia hoc uidetur non solum in fauorem partium inductum, sed etiam in fauorem ipsius Apostolicæ sedis, ne uilipendatur in tali ministro. 61. dist. in sacerdotibus, cum sim.

a ¶Nec:

audiantur [a] alibi, quam in ciuitatibus [b] vel locis [c] insignibus, vbi possit commode [d] copia [e] peritorum [f] † haberi.

¶ Actore & reo eiusdem diœcesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi in sex casibus, in quibus tamen non trahatur vltra vnam dietam: & nisi in duobus vltimus casibus impetrans per iuramentum fidem fecerit de illis, repellitur a iudice; & in expensis condemnabitur. hoc dicit vsque ad §. Cum autem, Dominicus.

¶ CVM VERO [g]

a ¶ Nec audiantur.] Not. quod versiculus iste non prohibet circa commissionem, sed circa agitationem & idem erat in prædicta decretali, præsenti. Si ergo extra talia loca fiat commissio, dummodo in his locis causa audiatur, satisfactum est huic instituto secundum Bar. & oes. arg. §. eo. tit. nonnulli de exce. olim. & infra §. prox. & eo salvo quod ibi dicitur: & ad hoc. ff. q. satisd. cog. si fideiussor §. 3. vbi dicitur, quod cum difficile est satisdare in vna ciuitate, in aliam mittitur, vt satisdet.

b ¶ Ciuitatib.] ciuitas i. murorum ambitu terminatur, regulariter tamen, etsi in suburbijs audiret, idem credo, arg. infra de sent. excom. si ciuitas Et bene dicit, ciuitatibus: quia in eis præsumunt esse periti: & sic epi in solis ciuitatib. statuendi sunt. 80. dist. c. 1. supra de priuile. c. 1 Et leges & artes in regijs ciuitatib. sunt docendæ, vt in proœmio. ff. §. hæc autem. & de magist. c. 1. & nomine stuuij, non intelligitur villa, vel castrum. de cle non resi tuæ.

ADDITIO. Dicit Isid. in 15. lib. Etymol. quod ciuitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a ciuibus, i. ab ipsis incolis vrbis, quia plurimorum constituat & contineat vnitatem. Nam vrbs ipsa mœnia sunt: Ciuitatis autem nomine non saxa, sed habitatores notantur secundum Isidorum. Archid.

[Glo. seq. ponit duas lecturas]

nem, [a] † quam in vestra ecclesia seruatum asseritis tanto tempore, quòd in contrarium memoria non existit. [b] videlicet, quòd ipsius ecclesiæ canonici duos personatus, aut duas dignitates, vel præposituras, [c] seu administrationes, [d] aut duo officia, [e] vel eorum alterum cum reliquo [f] insimul & præbendam possint in ea [g] licitè [h] absque dispensatione Sedis Apostolicæ [i] obtinere: corruptelam (cum sacris sit inimica canonibus, [k] & de ambitionis [l] radice processerit) merito reputantes, eam auctoritate Apostolica reprobamus: volque ad ipsius obseruantiā etiam si iuramento [m] firmata extiterit, cum iuramentum iniquitatis vinculum [n] non existat, decernimus non teneri: statuentes, ut cum unum officiū [o] vix dignè valeat aliquis adimplere, nulli liceat de cetero, nisi vnicum [p] personatum, vel dignitatem, aut præposituram, siue ad ministrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine [q] censeantur, † cum præbenda insimul asque dispensatione dictæ Sedis in eadem ecclesia obtinere; uel iam obtenta [r] † tenere. Quòd si a quoquam secus præsumptum fuerit, irritum sit omnino. [s]

¶ Idem.

¶ Non valet cōsuetudo, quòd ab officiali episcopi ad episcopum appelletur. Ioan. Andr.

d Administrationes.] sic ꝟ. de sta. monach. monachi, §. qui verò sicut cameraria, vel quisquis sit vestiarius, vel eleemosynarius, vel aliud simile. Archidiac.

e Officia] perpetua, vt ꝟ. sequitur.

f Alterū cum reliquo.] id est, dignitatem cum personatu, vel præposituram cum administratione, vel officium perpetuum insimul cum præbenda, prout statim sequitur.

g In ea.] eadem ecclesia.

h Licitè.] 22. q. 2. faciat.

i Absque dispensatione Sedis Apostolicæ.] nota casum, in quo solus Papa dispensat. Duos similes habes ꝟ. de præbend. cum singula.

ADDITIO. Hic uidetur confundi sñia Io. Vincen. Gof. Host. & Pet. qui dixerunt, ꝙ in talibus dicti epi poterant dispensare, prout ipsi notant ꝟ. de præbend. de multa, in fine. Et idem not. in Specul. de legato, §. videndum restat, ver. sed nunquid eps, de hoc etiam nota. 70. dist. sanctorum. Archid.

k Canonibus.] 70. dist. sanctorum. de cõces. prębend. litteras, & hoc idem dicebat constitutio Vrbani, quæ incipiebat: Prouisionis, vnde tracta fuit decret. ista.

l Ambitionis.] ꝟ. de præbend. quia in tantum, de electio. dudum, 2.

[Gl. seq. recitatur per quęstionem, de quo iuramento, &cet.]

m Iuramēto.] speciali 2 vel generali, non curo: quia si specialiter iuraret hanc consuetudinem expresse seruare, fuit iuramentum temerarium, non seruandum: & de eo quod iurauit, posset & deberet imponi pœnitentia, de iureiur. sicut. Si generaliter iurauit se seruaturum consuetudines ipsius ecclesię: iuramentum istud ad possibilia, & licita tantum extenditur, 3 vt inf. de iureiur. c. 1. Io. Andr.

n Vinculum.] i. vinculans, vel obligās in iniquitate. concor. 22 q. 4. inter cetera, ꝟ. de iureiur. quanto, & ꝟ. de iureiur. c. 1. Ioan. Andr.

n Vinculum.] i. non obligat ad aliquod iniquum obseruandum aliquem, nec astringit, sic 22 q. 4. inter cetera, ꝟ. eo lib. de iureiur. contingit, §. quia verò. Archid.

o Vnum officiū.] Concor. 89. dist. singula ꝟ. de hæc cum ex iniuncto §. 1 & ꝟ. de præb. cum singula, quæ ponit similem casum: & est simile, supra de electio. missar. te referente de consec. dist. 1. sufficit.

p Nisi vnicum] ergo videtur, quod de dispensatione inferioris a Papa, vnicum personatum, uel officium cum canonicatu & præbenda, possit habere: & sic posset approbari illa opinio posita per Ber. de concess. præbend. litteras, in fin. vlt. gl. Et idem credo, si hoc esset de statuto vel consuetudine ecclesiæ, ꝟ. de rescriptis, eam te. ibi, erat idē archidiaconus canonicus. ad idem ꝟ. de præbend quia sæpè, supra de conc. præbend. postulasti, infra de app. a collatione, & infra de præbend. cum in ecclesia, & c. fin. 2. respon. & in Cle. fin. de præbend. in quibus habes, quod episcopus, præbendarius & canonicus est in ecclesia.

q Quocunque nomine.] vnde per hoc et camerlangariam vel massariam, vel œconomatum perpetuum credo prohibitum. Ioan. Andr.

ADDITIO idem est de vestiario, & eleemosynatio, secundum Archid.

[Glo. seq. querit, & soluit.]

r Vel iam obtenta.] quid ergo de obtentis? quero, vtrum detur optio, quid retinere, & quid dimittere poterit? Videtur ꝙ sibi detur optio: argum. ꝟ. de pręb. referēter &c. pręterea, & melius, inf. de pręb. cum singula, § 1. Vel dicatur, quod secundum adeptum retinere poterit, & non primum, cum vacauerit primum ipso iure, per prędictam decr. de cōces. pręb. litteras. Ad decretal. Cum singula, dici posset, quod in alio casu loquitur. Ioan. Andr.

s Omnino.] vt possimus dicere, ꝙ omnibus careat, quia omnia illicitè concupiuit. facit ꝟ. de transl. licet. &c quanto: & melius de prębēd. cum singula, i. respon. in fi. Ioan. And.

ADDITIO. Et apertius in constitutione, Execrabilis Ioan. xxij. vers. alioquin, & vers. sequen. Ioannes Andr.

1 Vide B. Th. 2. 2. q. 29. ar. 7. & ibi Caiet.

2 idem dicas de statuto generaliter loquēte, facit l. si qs sub cōditione, & ibi Ang. per illū text. ff de cōd. & dem. Fon.

† à l cẽ seatur.

† No. ꝙ statutū antiquum iuris declaratoria extendit ad præterita, etiam si ꝙ se habeat consuetudine, dūmodo declaret illam nō valere: Do. Phil. Fon.

Non putamus.] Primo ponit dictum. Secundo rationem assignat ibi, ne ab eodem.

¶ Pręsupponitur primo, quod si substantia appellationis est, quod appelletur de inferiori ad superiorē: nec potest appellari de superiori ad inferiorem, vel de ęquali ad ęqualem: quia appellatio est de inferiori ad superiorem prouocatio. Item præsupponitur, ꝙ consistorium episcopi, & sui officialis principalis, dicitur idem consistorium.

CASVS

CASVS. Ponamus, ꝙ officialis Pictauiens. protulit cõtra me aliquã sñiam qua appellaui ad Epm: certũ est, ꝙ nõ valet appellatio de iure communi. Sed ponamus, ꝙ in diœcesi Pictauiensi fuit longo tpe seruatũ contrarium, videlicet, ꝙ fuit appellatum ab officiali ad epm, & eps sępius cognouit de causis appellationis: vtrum valeat talis consuetudo, ita ꝙ pretextu illius cõsuetudinis sit introductum vt eps possit cognoscere de causis appellationis sui officialis principalis? rñdet ꝙ non: quia illa cõsuetudo esset cõtra substãtiã appellationis: quia appellatio est prouocatio ab inferiori ad superiorẽ: modo ipse officialis & eps faciunt vnum consistorium. Et hoc verum, loquendo de officiali principali: sed non est intelligendum de foraneis officialibus, qui sunt subdelegati officialis principalis, siue episcopi: quia ab eis posset appellari ad Episcopum: quia a subdelegato appellatur ad primum delegantem.

CAP. II.

NOn putamus [a] illã consuetudinẽ quantocunque tempore [b] de facto [c] seruatam consonam rationi, quòd ab officiali [d] episcopi ad eundem episcopũ valeat appellari: ne ab eodem ad seipsum [e]] cum sit idem auditorium [f] vtriusque [g]] appellatio interposita videatur. [h]

[Prima glossa summat.]

a Non putamus] non valet consuetudo, ꝙ de officiali episcopi ad episcopum appelletur.

b Quantocunque tempore.] etiam si in contrarium non sit memoria sup c. prox.

c De facto.] bene dicit: quia de iure non, vt inf. dicã.

[Glo. seq. primo dicit de quo officiali loquitur: secũdo dat duas opi. reprobatas, vnam s. Goff. alteram Bal. & Host. Tertio ponit duplicem reprobationis rõnem: Quarto respondet ad rationem contrariam]

Ista gl. sequunt Doct.

d Officiali.] generaliter. secus. n. si delegatus esset ad causam specialem ab episcopo: quia tunc ad ipsum epm appellari deberet. de off. deleg. super qõnem. de app dilecti, & ibi de hoc super gl. 2. & quis & a quo appell. sit. l. 1. Et reprobata est per istud c. gl. Goff. q not. in Sum de off. vic. §. item dubitari, ꝙ de officiali epi, debet ad epm appellari: & adde qd dicam de app Romana. 1. Resp. & reprobata est gl. Bar. posita in ipso c. dilecti filij prior. de app. vbi dicebat, ꝙ de consuetudine poterat induci, ꝙ de officiali ad epm appellaretur, sicut inducitur ex ea, q omisso medio appellaretur ad superiorem. Idem dicebat Hostiẽ. inf. de app. Romana, §. sin. & eadem rõne, sed falsum est, vt hic vides. Et potest esse ratio: quia appellatio est de minori iudice ad maiorẽ prouocatio, vt notant Summistæ. Goffr. & alij in titu. de appel. sed hic non prouocabatur ad maiorem, sed ad parem, vel eundem, vt hic vides. patet. ergo ex ipsius appellationis descriptione: ꝙ hęc appellatio dici non pot: Vñ cõsuetudine induci nõ poterit id, pp quod appellationis substantia in descriptione mutetur, ex qua rõne sequitur, ꝙ nõ valet consuetudo, quod ad minorẽ appellaretur, sicut vides in simili: quia nõ valet pactum factũ in precario, per quod ipsius precarij natura mutetur, vt si vsque ad certum tẽpus detineret ante tẽpus reuocabit. ff. de preca. l. cum precario. Præterea, licet interlocutoriam suam iudex reuocet, diffinitiuam tñ non. Quod dicit, ut not. de app. cum cessante. cum ergo officialis sententia sit episcopi: nõ mirum, si ipse adiri nõ põt. Et nõ obstat, ꝙ per consuetudinem põt appellari omisso medio: quia appellari gradatim nõ est de substantialibus appellationis, sed de circunstantiis: vnde appellatur ad Papam, & ad legatum omisso medio, & circunstantiæ contractuum per pactum tolli possunt, inf. de commoda. c. vno. de depo. §. bona fides. sic & ista circunstantia per consuetudinem, vt prædicta decret. Romana.

ADDITIO. De materia glo. Vide l. pacto, ff. de contrahenda emptione.

e Ab eodem ad seipsum.] idest de officiali ad officialem, vel verius, de episcopo ad episcopum.

f Auditorium.] inf. de appel. Romana, 1. responso.

ADDITIO. Et per hæc iura dixit Archidiaconus, ꝙ a delegato officialis appellari põt ad epm, vel ipsum officialem, & tu idem dicas etiam de subdito epo eadem ratione. Io. Andr.

g Vtriusque.] episcopi & officialis.

ADDITIO. s. quoad appellationem, sed non quoad recusationem inf. eo. lib. de offic. deleg. si contra in fin. & ista litera satis tollit sñiam Dñi Goffr. qui scripsit, officialem epi esse delegatum, non ordinarium. & hæc ipse scripsit in Sum. de offi. vica. §. 1. Sed licet hęc sñia tempore suo posset saluari, tñ hodie non est vera, vt hic. Nam cum consistorium epi, & officialis sit vnum & idem, ergo talis officialis ordinarius dicitur, & ab ipso sicut & ab epo est ad archiepm appellandum inf. eo lib. de app Romana. in prin. Arch.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit: secunda parte teci. per obiectionem, de c. si contra.]

h Videatur] contra inf. de app. a collatione. vbi de epo ad eundem epm appellatur. Sol. nõ est idem consistoriũ epi inquantum est Canonicus, & inquantũ eps, & io si collationi interfuit vt canonicus, ad eum bene poterit appellari, vt ibi. Eodem modo rñderi põt ad iura per Bar. inducta in supradicta gl. Item not ꝙ licet idem sit consistoriũ epi, & eius officialis, ita ꝙ nõ appellatur de officiali ad epm, tñ si officialis epi recusatur, suspicionis cã coram epo est probanda. inf. de off. deleg. si cõtra vnũ, in fi. Vnde licet dicamus, ꝙ appellatio & recusatio paria sint, nõ est verum per oia, vt recitari solet sup. de app. super eo. 2. Vnde in recusatione recurritur ad parẽ: & obtinet etiam in delegatis datis cum clausula, ꝙ si non omnes, vt in ead. decret. Si contra, in princip.

Appellatio & recusatio an sint paria.

¶ Idem.

¶ *Valet consuetudo præscripta, quod episcopus in inquirẽdo puniendo, et corrigend. subditorũ excessus, sui Capituli consilium requirere non tenetur. Ioan. Andr.*

CAP. III.

NOn † est [dum ta-

† Vide Do. ca. si. de cõsuet.

NOn est.] Non diuiditur. Et not. ꝙ quia per hãc cõsuetudinẽ iudicatur inter eos, inter quos nõ assueuit, adaptatur hæc decret. huic titu. aliàs fateor, ꝙ videtur esse pręscriptio contra Capitulum. Io. Andr.

Præsupponitur pro intellectu istius c. ꝙ licet eps solus habeat iurisdõnem in suos subditos, & canonici nõ habeant iurisdõnem, illam tñ iurisdictionem debet exercere ipse eps cum consilio canonicorum, non dico cũ consensu: quia eps non tenetur sequi eorum cõsilium, nisi vellet. Idem de collatione beneficiorum, vt in c. nouit, & c. qto, sup. de his quæ fiũt a pla. sine cõsen. Capit.

CASVS. Eps Pictauiens. per spatium xl annor. & per tẽpora sufficientia ad inducendum consuetudinem, solus exercuit iurisditionem puniendo subditos suos, inquirendo, corrigendo &c. postea Capitulum ecclesiæ Pictauiens. opposuit, ꝙ episcopus non habebat nec poterat exercere iurisditionem solus, nisi requisito consilio Capituli: eps allegat consuetudinem præscriptam. nunquid prætextu consuetudinis sit acquisita iurisdictio ipsi epo, vt non teneatur requirere consilium sui capituli? hoc est quęrere, nunquid valeat consuetudo legitime præscripta, contra c. nouit, & c. quanto, de his q̃ fiunt a pręlat. sine consen. Capit. alleg. Respondet Romanus Pontifex, quod sic. Heli. Reg.

[Prima glo. summat, & dicit quid corrigat.]

i Non est.] valet consuetudo pręscripta, ꝙ eps in inquirendo puniendo, & corrigendo subditorum excessus, sui Capituli, consilium requirere non tenetur.

En

Et corrigitur quod notatur per Hostiensem sup. de his, quæ fiunt a prælat. sine consensu capituli nouit. &c. ea noscitur, in fi Io. Andr.

a Præscripta.] super hoc vide quod not. de consuet. c vlt. & 8. distin. frustra.

b Canonice] .s. cum bona fide & titulo; ꝙ dic, vt ĩ. de pſc. c. 1.

† al. legitimè.

c Consuetudo.] quæ describitur esse ius quoddã morib. institutum, quod pro lege suscipitur, cũ deficit lex. 1. dist. cõsuetudo.

† al. requirendis.

d Quam allegat.] & probat. Et enim non creditur, licet episcopus sit 6. quæſ. 1. si tantum. & cap. placuit.

e Inquirendis.] debet prælatus inquirere de excess. subditorum. de offi ord. per niciosam. quod intelligunt ibi Tanct. Goff. Bernar. & Inn. quando fama præcedit supra de simon. licet Hely. Achid.

menaliãs sit præscripta, [a] canonicè [b] †) cõsuetudo, [c] quam allegat [d] Episcopus, reprobanda: quod inquirendis, [e] † puniendis, & corrigendis [f] subditorum excessibus, [g] consilium sui Capituli requirere minimè teneatur. [h]

¶ Idem.

¶ Per rescriptum Apostolicũ, quo de præbenda primo vacatura mãdabatur alicui prouideri, laudabilis illius ecclesia cõsuetudo nõ tollitur: hinc est, ꝙ si ibi est consuetudo, ꝙ

f Corrigendis] ista omnia generali damnatione episcopi non transeunt in officialem, infra de offic. vicar. cap. 1. 2. nec beneficiorum collatio. eodem titu. ca vlt.

g Excessibus.] ad quos corrigendos proceditur multis modis, vt sup. de simo. licet Hely Io. Andr.

h Teneatur.] ad quod aliàs tenebatur de iure communi. 15. q. 7. Episcopus nullius, de exces. prælato c. 1. aliàs irrita esset sententia sua, 1 vt ibi, & in c. episcopus, & concordat, de his quæ fiunt a prælat. nouit. & c. quando, de talibus sermonibus intelligitur. de accusat. qualiter, 2. de simo. licet Hely. 15. q. 7. si quid. 87. di. si quid. & hic adde, quod not. 15. q. 7. episcopus, de off. ord. cap. irrefragabili.

1 Not. ꝙ cõsilium requirendũ, & nõ requisitũ reddit actum nullum. Bart. in l. 1. §. si plures, ff. de exerc. Pet. de Anchar. Phil. Fon.

Casus D. Heliæ.

C Vm in tua ecclesia.] Diuiditur in tres partes. In prima ponitur casus dubij diffinitio: in secunda exceptio. in tertia prouisio. Secunda ibi, In præbendis. Tertia: ibi, Ne autem. Io. Andr.

CASVS. Papa mandauit canonicis ecclesiæ Pictauiensis, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & præbendam, si vacaret, mihi assignarent: alioquin præbendam primo vacaturam. Tractu tẽporis vacauit quædam præbenda, canonici receperunt me in fratrẽ & canonicum peto vt ipsi mihi conferant illã præbendam vacantem: Dixit antiquior canonicus ꝙ in ecclesia ipsa erat consuetudo, ꝙ antiquior canonicus poterat præbendã vacantẽ optare, & suam dimittere, & sic antiquior canonicus hoc volebat facere: Dicebam ego, ꝙ vacãs præbenda mihi debebatur, & non alia: rursum virtute consuetudinis fiat præiudicium gratiæ, vel econtra, vtrum per istam gratiam fiat præiud. c. consuetudini? Respondet ꝙ non, & dicit, ꝙ iste antiquior canonicus poterit præbendam vacantem optare: & si nolit illam optare, secundus antiquior poterit illam optare. & sic deinceps. Et tunc expectans habebit præbendam quæ dimittetur ab antiquiore, vel illo, qui optauit præbendam vacantem. & hoc verum, nisi præbenda vacaret in curia Romana, quia tunc antiquior canonicus nõ posset optare illam præbendam: immo talis præbenda esset assignanda ipsi expectanti Nota primo, ꝙ valet consuetudo, vt antiquior canonicus possit optare præbendam vacantem, & suam dimittere. Nota vlterius, ꝙ si antiquior sit negligens, vel nolit optare præbendã vacantem tunc executor expectantis tenetur expectare viginti dies: & vltra non tenetur expectare: illis viginti diebus elapsis poterit executor expectantis ipsi expectanti conferre præbendam vacantem. Quæritur vtrum optio habeat locum in præbendis vacantibus ex causa permutationis? Communis opinio Doctorum est, quod non habeat locum [2] optio: per Clementinam vnicam. de rerum permutatio in Clemen. vbi dicitur, quod beneficia vacantia ex causa permutationis, debent assignari permutantibus, & non alijs: & si assignarentur alijs, non valeret collatio.

antiquiores canonici vacantes præbendas possint optare gradatim: illo non obstante mandato, poterit antiquior vacantẽ optare præbendã, et expectatis per xx. dies optare volentibus, executor de nõ optata prouidebit eidẽ: Si autẽ præbẽdã vacãtẽ in curia Papa cõfereret, tũc illã antiquior optare non poterit. Io. Andr.

[Prima glo summat.]

i Cum.] Per rescriptum Apostolicum; quo de præbenda prima vacatura mandabatur alicui prouideri, laudabilis illius ecclesiæ consuetudo nõ tollitur: hinc est, quod si ibi est cõsuetudo, quod antiquiores præbendas possint optare gradatim: illo non obstante inaudito, poterit antiquior vacantem optare præbendam, & expectatis per viginti dies optare volentibus, executor de non optata prouidebit eisdem. Si autem præbendam vacantem in Curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. Andr.

CAP. IIII.

CVM [i] in tua [k] † ecclesia (in qua consuetudo [l] habetur, ꝙ antiquiores [m] canonici gradatim [n]

† Nota, ꝙ ecclesia dr̃ esse prælati, qđ intellige quo ad administrationem; qa prælatus nõ ẽ dñs, de don. c. 2.

K In tua.] in Bononia est talis consuetudo, & in multis alijs ecclesijs.

ADDITIO. Vide Hostiensem in Summa de maior. & obed. post prin. Io Andr.

[Glo. seq. soluit duas quæstiones.]

l Consuetudo.] Nota, simpliciter dixit, Consuetudo, non dixit præscripta. Nota igitur, quod vbi consuetudo rationabilis [2] est, & non contra ius, sufficit, si longeua: licet quadraginta annor præscripta non sit. Vnde dixit Ioannes, tunc sufficere spacium decem annorum, hæc nota, duodecima distinctione, consuetudo, & facit pro his, quæ notat Innocen. & Hostien supra eodem titulo, capitulo vltimo. & Compostella, ibidem, in prima glossa, vbi dicit sic iudicatum fuisse per Papam in Mediolanẽsi. Ecclesia, in qua erat consuetudo seruata viginti quinque annis, quòd antiquior canonicus posset mutare domum, & pronunciauit Papa illam valere: licet quadraginta annis præscripta non esset: si enim Papa hic putasset præscriptionem requiri: ita hic addidisset, vt supra addidit, capitulo proximo. Ista vero consuetudo innititur rationi, & æquitati iuris, vt patet in glossa sequenti Et quod hic dicit de consuetudine, puto verum etiam in statuto: ad hoc supra eod lib. de Constitut. cap. 1. & quod ibi dixi.

2 Dixit rõnabilis, qm consuetudo irrationabilis nullo tpe præscribitur. Ruin. cõs. 555. lib. 4.

m Antiquiores] non ætate, sed tempore, quo in ecclesia militauerunt Idem si esset consuetudo de antiquioribus ætate, vel maioribus ordine, vel aliam æquitatem continens. Nota, quod consuetudo ista innititur æquitati canonicæ, quæ vult antiquiores præferre canonicos: ad hoc 61. distinct. qui proderit. & cap. sequen ad finem, & 73. distinct. Episcoporum, cum similibus.

n Gradatim.] sc. licet, quod primo antiquior mutare possit, & si mutare noluerit primus, poterit mutare secundus, & nolente secundo, tertius: & sic de singulis: & hoc vult dicere. Io. Andr.

[Glo.

meliores [a]; si voluerint, possint cum vacant, [b] per se, vel per alios [c] optare praebendas) prouideri mandamus † alicui de praebenda nulli alij de iure [d] debita: proximè [e] inibi vacatura; huiusmodi non obstante mandato [f], poterunt ipsi antiquiores iuxta consuetudinem eandem optare: cum praebenda vacabit: & illa, quae optata non fuerit [g] (sit nulli [h] sit debita) erit illi, pro quo scripsimus, conferenda. ¶ In praebendis verò apud Sedem Apostolicam [i] vacantibus [k], cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, [l] locus praedictae consuetudinem † non existit. ¶ Ne autem praetextu eiusdem consuetudinis, prouisiones [m] authoritate Apostolica faciendae, vltra debitum differant: statuimus, vt executores super ipsis prouisionibus [o] deputati, operare volentes, per viginti dies [p] duntaxat [q] † expectent: quibus elapsis, liberè in non optatis, ad exequenda sibi mandata [r] procedant, praefata consuetudine non obstante.

[Glo. seq. non quaerit, arg. negatiuè, soluit contrariū, & argumento respondet.]

a Meliores.] non enim minores optare volunt de cle. non resid. c. 1. nec vult quis iactare pecunias suas, ff. de probat. cum de indebito. Et nota, quod in praebendis distinctis non reprobatur imparitas, vt vna sit melior altera. & facit ad ea quae not. de maior. & obed. statuimus. Quid si in tali ecclesia minorem magis forte ex causa sibi gratam mutare velit, & optare antiquior canonicus, nunquid poterit? Vr quod non, j. de praebend. cui de non sacerdotali. contrariū credo: & quia quod fauore, &c. j. de reg. iur. quod ob gratiam, C. de legibus nulla iuris rō. in fine. & argu. ff. de vsu & habit. l. vlt. Et satisfactum creditori intelligitur, quomodocunque satisfiat, ff. de pignor. actio. l. si rem alienā, § oīs. Ad decretal. Cui de non sacerdota. dico illud in mandato speciali, cuius formam transgredi non licet, vt ibi patet: aliàs regulariter contra: quia cui licet plus, & id quod minus. j. de reg. iur. cui licet, cum suis concordantijs.

b Cum vacant.] non vacantes ergo optare vel acceptare non potest: sed hoc, quia consuetudo id non habet. Idem enim de non vacantibus crederem, si consuetudo esset, eadem ratione.

c ¶ Vel per alios.] hic enim inest regula, quod id potest quis per alium, quod per se. infra, de regu. iur. potest quis, cum suis concor. De hoc tamen dic, vt ibi dixi.

d De iure debita.] per hoc satis patet, quod potest fieri mutatio: consuetudo enim est ius quoddam, vt sup. dixi. sed de consuetudine debetur haec praebenda antiquiori, qui mutare voluerit, ergo de iure. Non igitur est de iure haec praebenda debita impetranti, sed alia non optata, vt infra Papa respondet: & hoc idem probatur olim per decretalem, de concess. praeb. Ex parte, in fine. Ioan. Andr.

e ¶ Proximè.] & si non adijceretur, de proxima intelligendum esset: aliàs qua ratione de secunda & tertia, & sic de singulis. Probatur hoc ff. de verb. oblig. l. cum qui kalendis.

f ¶ Mandato.] quo mandatur sibi prouideri de praebenda, &c.

g ¶ Non fuerit.] ex quo enim vacant praebendae, necesse est vnam remanere non optatam. De illa igitur prouideatur impetranti.

h ¶ Nulli.] puta, priori tempore impetrationis. sup. tit. prox. tibi, & j. de praeb. cum cui & c. si postquam. Ioā. Andr.

i ¶ Apud Sedem Apostolicam.] apud praepositio, per d, scribitur, quia veteres pro apud, saepè vsi sunt, Ad, duabus literis subtractis: sic j. eod. lib. de praeb. c. 2. c. praesenti, c. si Apostolica: sed hic potest exponi, Apud proprie, vt eod. tit. statutum, in princ. Archid.

k ¶ Vacantibus.] istae olim de consuetudine conferebantur a Papa, de accus. accedens. hodie verò de iure communi sedes Apostolica illa confert, j. de praeb. licet. Et de quibus beneficijs vel praebendis intelligatur, dic, vt eod. tit. praesenti &c. seq.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.

l ¶ Ordinatur.] Sed quare dicit hoc, cum alius de ipsis ordinare non possit, vt dixi s. in glos. proxi. Dico quod interdum per alios de talibus ordinatur. puta, cum Papa de ipsis non prouidebit infra mensem, vt j. de praeben. statutum, & tunc non haberet locum versiculus iste, cū locum solum habeat, cum Papa prouidit, vt patet per literam. Sed pone, de speciali potestate tributa à dño Papa (quia generalis non sufficit, vt in praedicta decretali, licet) collata est per alium talis praebenda, nunquid locum habebit iste versiculus: Dico quod sic. arg. sup. eo. ver. per se, vel alios, vt j. de reg. iur. qui facit cū suis concord. hoc optimè probatur j. de praeben. hi, qui, & supra tit. prox. cum aliquibus.

m ¶ Praedictae consuetudini.] quia scilicet antiquior seruato gradum mutare non poterit.

n ¶ Prouisiones.] praebendarum: quia canonicatus collatus erat per Papam, vel per executorem authoritate Papae conferri potest.

o ¶ Prouisionibus.] erant ergo dari ad prouidendum, vel forte ad compellendum tantum, vt infra dicam.

p ¶ Viginti dies.] similis dilatio temporis infra de elect. cap. 1. & c. cupientes, & credo hoc tempus currere a tempore scientiae, sup. de concess. praeb. quia diuersitatem, cum simil.

ADDITIO. Viginti dies, alibi habes inducias & expectationes quinque dierum, 85. dist. perlatū, alibi duorum, 5. q. 2. praesenti vbi etiam dicitur de expectatione septem dierum, & vnius diei. Archid.

[Glo. seq. recitatur per qōnem & solutionem, cui solutioni obijcit & rñdet: Finis soluit aliam qōnem.

q ¶ Duntaxat.] credo quod litera ista loquatur de oib. optare volentibus, sicut in plurali probata est: Vnde non solum primus antiquior, sed & secundus, & tertius & quartus, & sic de singulis inter omnes, solos xx. dies habebunt. Si enim contrarium dicamus, iam sequeretur, quod si viginti essent canonici, & omnes deberent viginti dies habere, iam haberent annum: & vltra: quod esset absurdū, & contra mentem istius decretalis: quae in plurali dicit, Volentes: & dicit, Duntaxat. Et secundum hoc antiquior optare nolens, impediet alios, quia non optabit infra viginti dies, nec alij poterunt ante ipsum optare; & sic erit casus, quo quis punitur sine culpa, sed non sine causa, j. de reg. iur. sine culpa. Vel est in culpa, quia Capitulum poterat ipsi antiquiori statuere terminum, puta duorum dierum ad mutandum vel optandum, vt sic locus daretur sequentibus, & sic de singulis, & sic hoc non fecit, sibi imputet. fiet enim prouisio in non optata, & si de expressa voluntate canonicorum apparet, quod mutare nolunt, non habebit necesse per hos dies expectare. In eorum enim fauorē est haec dilatio inducta, vnde ei renunciare possunt, & facit quod dixi in gl. non enim.

r ¶ Mandata.] vt si mandatum est quod prouideant, debeant prouidere: si mandatum est quod compellant, debeant compellere. j. de concess. praebend. executor, & duobus capitulis seq.

† Hęc mandata de prouidendo sublata sunt hodie per Cōciliū Trident. sess. 24. de reformat. c. 19.

† Idē Pet. de Anch. per l. Sabinus, ff de in diē addict. Fō.

† Papa cū scribit, nō intēdit derogare statutis ecclesiae, c. 1. s. de cōstit. Hoc fallit qn ius ecclesiae est ad ipsum deuolutū. Pet. de Anchar. per tex. hic. Font.

† De dictione, duntaxat, vide Archidiaconum, in c. statutū, §. in nullo, sup. de rescript. & Bart. & Alex. in l. 1. ff. si quis ius dic. nō obtempe.

Cōsuetudine de optando stante, an possit Capitulū praefigere certos dies ad optandum.

DE POSTVLATIONE PRÆLATOR.

¶ Dictum fuit supra tit. præced. de iure scripto, & non scripto: verum quia parum esset iura esse condita, nisi essent magistratus, qui ipsa iura tuerentur, l. 2. §. post originem, ff. de orig. iur. c. vbi periculum, § præterea, ĩ. de elec. ideo nunc videndum est de ipsis Magistratibus seu iudicib. verũ, quia iudices assumuntur altero de tribus modis, videlicet, per postulationem, electionem, vel translationem: ideo de istis tribus modis est nunc videndũ: & primo de postulatione. ¶ Pro declaratione rubricæ quæritur, qd sit postulatio: Vnde glossa posita sup verbo, vera postulatio, describit, quid sit postulatio: & Panor. super rubr. eo. tit. in antiq. ꝙ postulatio, est petitio gratiæ facta à superiore. Electio vero, est alicuius personæ ad superioritatem vel societatem fraternam assumptio. Et est sciendum, ꝙ cũ aliquis est electus, & est capax electionis de ipso factæ, superior non potest eum refutare, sed tenetur illũ confirmare, & si nolit confirmare, potest compelli per suũ superiorem, vel ei præfigi terminus ad faciendum confirmationem cum comminatione, siue intimatione, ꝙ nisi ĩ. talem terminum confirmet, superior iure deuoluto hoc faciet. Et idem est dicendum in præsentato, si ep̃s nolit instituere præsentatum, non fit immediate deuolutio ad archiep̃m, sed archiep̃s põt compellere ep̃m ad instituendum præsentatum, vel ei præfigere terminum certum infra quem ipse ep̃s habet facere institutionem, cum comminatione, ꝙ si ep̃s, infra talem terminum non faciat institutionem, ipse archiep̃s dicto termino elapso instituet, vt tenet Panor. in c. Olius ep̃s, eo. tit. in antiq. licet vsus aliter obseruet. Quia cum ep̃s refutat præsentationem, fit immediate deuolutio ad ipsũ archiep̃m: Secus est in postulatione: quia superior nõ tenetur admittere postulationem, nisi velit: quia postulatio dependet a mera gratia & postulatio fit de eo, qui non est eligibilis pp aliquem defectum puta, quia non est procreatus de legitimo matrimonio, c. innotuit, s̃. de elect. Vel quia non est perfectæ ætatis, s̃. de elect. cũ in cũctis. puta si sit assumendus in ep̃m, & non compleuit annum xxx. vt dicto c. cum in cunctis. Vel sit assumẽdus in Abbatem, & non fecit expressam professionem vel alium defectum patitur, pp quem non est eligibilis: tunc si eligentes velint eum habere prælatum, est postulandus: quæ postulatio fit a solo Romano Pontifice, q dispensabit circa istos defectus: Quia si episcopus posset dispensare, tunc posset postulari ab episcopo, vel illo, qui posset dispensare circa illos defectus: & sic postulatio est petitio gratiæ.

TITVLVS V.

De postulatione Prælatorum.

Bonifacius Octauus.

¶ Si aliquis eligat postulando, vel postulandum, vel in postulandum: vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum; talis electio, vel postulatio est irrita ipso iure. Si autem dicat; Eligo & postulo prout melius de iure valere potest, idem; nisi probabiliter dubitaretur, an esset eligendus, vel postulandus; & tunc consensus tempore eligat alterã viam, electionis scilicet, vel postulationis; qua electa, ad alteram redire non poterit. Ioan. Andr.

CAP. VNICVM.

Perpetuo [a] prohibemus edicto, ne sub aliqua ex his for-

Perpetuo.] Primo damnat sex formas cũ appositione decreti: Secundo damnat septimam, etiam cum decreto, sed ab hac excipit vnum casum cum determinatione: Secunda ibi, Sub ea. Io. Andr.

CASVS. Quia constitutus in præsentia Romani Pontificis Bonifacij VIII. quæsiuit ab eodem Sanctissime Pater, sum in tit. de postul. prælat. occasione cuius materiæ vellem informari, sub qua forma sit facienda postulatio: vtrum valeat sub hac, vt eligentes dicant, & quilibet eorum in scrutinio: Ego eligo talem, ipsum postulando, vel postulo talem, ipsum eligendo, vel eligo talem postulandum, vel postulo talem eligendum? Respondet Romanus Pontifex, quod non valet sub illa forma, sed debent dicere, Ego postulo talem, & non debent dicere, Ego postulo talem ipsum eligendo. Sed si probabiliter dubitant, vtrum ille, quẽ ipsi petunt in prælatũ, sit legitimus vel perfectæ ætatis, vel alias sit capax, vtrum poterunt dicere: Ego eligo talem, & postulo, prout melius de iure potest, an valeat talis postulatio? Rñdet Romanus Põtifex, ꝙ sic, si illi de Collegio, vel Capitulo verisimiliter dubitant de incapacitate ei. Sed quid si facta electione & postulatione sub prædicta forma, eligentes præsentant electo vel postulato illam electionem, vel postulationem, vtrum teneatur eligere præcise postulationẽ vel electionem? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ licet eligentes possint illo modo variare, tñ postulatus vel electus debet eligere vnam viam, & vna electa non poterit redire ad aliam: puta, si acceptauit electionem, non poterit redire ad postulationẽ, & si acceptauit postulationem, nõ poterit redire ad electionem, quia perdit ius quæsitum ex electione, quia si est impostulabilis, non poterit eligi si semel elegerit electionem. Ecõtra, si elegit viam postulationis, & reperiatur ineligibilis, nõ poterit venire ad electionem. Nota primo, ꝙ nimia curiositas in iure reprobatur, vt sunt quidam, qui volunt esse curiosi, vbi non expedit, & si quæstiones, in princ. de sim. c. cum contingat, § ceterum, de Rescriptis & per dictum Apostoli: Non plus sapere, quam oportet sapere. Nota, ꝙ non potest fieri postulatio sub hac forma: Postulo talem eligendo: vel, Eligo talem postulando: qa ista continent repugnantiam. Nam postulatio & electio sunt contraria: quia postulatio dependet à gratia superioris, electio vero non. Nam confirmatio est de iustitia, & debet sequi electionem: Et allegans contraria, non est audiendus. Nota, quod postulatio facta cũ aliqua de quinque, vel sex formis hic contentis, est nulla ipso iure. Nota, ꝙ postulatio facta sub hac forma: Postulo & eligo prout melius de iure fieri poterit, nõ valet, nisi probabiliter dubitetur, an postulandus sit capax, vel non, & vtrum debeat eligi vel postulari. Notã, quod in casu prædicto, vbi probabiliter dubitatur, an eligendus sit capax, vel non: licet in eligentibus admittatur illa variatio, non tamen admittatur in ipso postulato: sed debet eligere vnam viam. scilicet electionis, aut viam postulationis. Nota, quod vbi datur alicui electio duorum contrariorum, electo vno contrariorum, videtur renunciare alteri: ita quod amplius non potest ad illud redire, sicut hic vna est via gratię, alia iustitię, quæ sunt contrariæ: & ideo electa vna, videtur alteri renunciare.

Rom. 12.

[Prima glos. summat, & dicit quid prouidet, & quid declarat.]

a ¶ Perpetuo.] si aliquis postulando, vel postulandum, vel in postulandum: vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum; talis electio vel postulatio est irrita ipso iure. Si autem dicat, eligo & postulo, prout melius de iure valere potest, idem; nisi probabiliter dubitaretur, an esset eligendus, vel postulandus, & tunc consensus tempore eligat alteram viam, electionis

ctionis & vel postulationis: qua electa, ad alteram redire non poterit. hoc dicit. Prouidit ista decretalis contra aduocatorum imperitiam, qui his formis vtebatur: Et edita fuit ad declarationem eorum, quæ not. 63. dist. Valentinianus & sup. eo. c. vlt.

a Perniciosa.] sunt quidam, qui volunt esse curiosi, vbi non expedit, & perniciẽ inducunt: ad hoc supra de rescriptis: cũ contingat §. fina. de sim. & ti quæstiones. C. de fide instrumentorum l. vltima ad finem.

a Perniciosa.] idest morbosa, vel perniciosa, calamitosa, funesta: sic 18 qõ 2. perniciosam. C. de probat. l. exemplo. sicut is qui dat opem, vt aliquid perdat. Archidiaconus.

b Eligo postulando.] sicut enim postulandus eligi non debet, sup. eod. capit. vlt. supra de elect. innotuit, sic nec eligendus postulari: quia postulatio soli gratiæ innititur, sup. eo. bonæ 2. & c. penult. electio autem iuri communi de elect. publicato. & matrimoniale contrahitur vinculum: 1 de transla. inter. in prin. vnde olim indifferenter vtebamur his vocabulis, Eligo & postulo, & eligebamus postulandum, & postulabamus eligendum, 36. distinctione. capit. statuimus §. his omnibus. 63. distinc litteras. hodie non sic propter rationem supra dictam: & quia qui postulat, non consentit vt in virum: sed qui eligit, consentit. Not. tamen Innocent supra eodem tit. c. 1. q si sollemniter postuletur eligendus, nihil agitur ratione prædicta: sed si minus sollemniter: puta, quia clericus subditus episcopi petitur ab eo, nõ est malum: postea tamen sollemnem electionem necesse est interuenire.

c Eligo postulandum] ista forma approbata videbatur per decret. de renun post translationem. in princi. vel illa de qua sequitur Eligo in postulandum.

d Vera ele.] per quam habet matrimonium contrahi, quoad consensum eligentium, subsecuto postmodum electi consensu.

ADDITIO. Illa est vera electio, quæ fit ab his, siue ex eorum consensibus qui ius habent eligendi, & quasi matrimoniale vinculum cõtrahendi cum illo, quem eligunt eo animo, vt sit sponsus suæ Ecclesiæ viduatæ. supra de electione, cum inter canonicos. Archidiaconus.

e Vera postulatio.] per quam nullum ius acquiritur: quod tamen isti tribuere intendebat, dicendo. Postulo eligendo. Describi enim solet: Postulatio est petitio gratiæ a superiore facta: electio autem alicuius p sona ad prælationem vel societatem fraternam canonice facta vocatio.

f Aduertentur.] & sic repellendæ 74. distin. gesta 23. quæst. 7 quemadmodum. sup de appell. sollicitudinem C de sur l. 1.

[Gl. seq recit. per quæstionem, alleg. pro, soluit contrarium, & contrariæ rationi respondet.]

g De cetero.] Licet ista constitutio sic iuris veteris declaratoria: puto tamen per hoc verbum Papam præcedentes electiones sic factas noluisse comprehẽdere. Et potuit esse ratio: quia omni communi iudicio ante istã decretalem hæc forma bona esse putabatur, vnde iniijceretur laqueus ei, qui de cõmuni iudicio non peccauit. quod esse non debet. ff. ad Maced. Senat. l. 3. 17. qõ 1. de viduis. & facit sup. de translat. inter corporalia. versi. fin. ibi Maiorum secutus errorem, &c. & bene etiam facit supra de diuor. gaudemus. in fi & de consecr. Ecclesię, vel alt aqua. in fi. Vnde secundum hoc ad id quod inf. sequitur, Si secus actum fuerit, &c. repete, de cætero.

[Glo. sequ. recitatur quæstionem.]

h Irritum.] licet igitur sequatur admissio vel confirmatio talis electiõis, vel postulationis, non propterea conualescit: quia a principio nullũ erat supra. de elect. dudum, &c. auditis. 36. quæst. 3. c. placuit, §. fin. ver quæ enim ab initio, infra de regu. iur. non firmatur, cum suis concord. & facit quod di cam inf. titu. proxi. quam sit. in fi.

mis quas perniciosa [a] curiositas aduenit, Eligo [b] postulando, & † postulo eligendo: aut eligo [c] postulandum, seu postulo eligendum: cum nec vera electio, [d] nec vera postulatio [e] resultet ex ipsis: quin sibi potius inuicem aduersentur: [f] aut sub illis verbis: † Eligo in postulandum, vel postulo in eligendum; cum rem imperfectam significare noscantur, ad faciendas electiones, vel postulationes de cetero [g] procedatur: si secus actum fuerit, eo ipso irritum [h] decernentes. ¶ Sub ea etiam forma, Eligo & postulo, prout potest melius [i] de iure valere (cum incertitudinem [k] contineat) quemquam postulari vel eligi prohibemus; statuentes, quod contra factum fuerit, viribus omnino carere; nisi quãdo probabiliter [l] dubitatur, vtrum quis sit eligendus vel potius postulandus? quo casu is, qui sic [m] postulatus fuerit, aut † electus, consensus † [n] tẽpore, viam electionis, vel po-

i Prout potest melius.] hanc formam approbat glo. supra eodem capit. vltimo. & Innocen. supra eodem, cap. 1. Ioan. Andr.

k Incertitudinem.] vota autem incerta in electionibus, & postulationibus reprobata sunt, inf. tit. prox c. 2.

[Glo. seq exemplificat & declarat.]

l Probabiliter.] in hoc igitur casu intelligatur illa Ber. opi. ipse etiam sic intellexit, prout ex verbis suis satis apparet. Et potest poni exemplum, quando dubitatur, an quis in personatibus vel beneficijs cum cura assumendus attigerit xxv annum: vel an assumendus in epm peregerit 30. annum. sup de elect. cum in cunctis. vel dubitatur de monacho assumendo ad prælaturam eiusdem vel alterius ordinis, an sit expresse professus. infra tit. proxi. nullus. In his enim & similibus casibus potest eligi & postulari: prout melius de iure valere poterit. Sic enim videmus, q ratione dubij admittitur libellus disiunctiuus. ff quorum legatorum. l. 1. §. qui autem Et quod hic dicit, intelligo, si dubitetur, in facto: si autem dubitaretur ignorantia iuris, tũc secus credo, tum quia peritiores consulere debuerunt, & quia iuris ignorantia nec est probabilis, nec excusat. ff. de iur. & fact. igno. l. regula, inf. de reg. iur. ignoran. eo. lib. cum suis concor.

m Sic.] scilicet, secundum hanc vltimam formam, eligo & postulo, & prout melius potest de iure valere. Et aduerte, quia nullam de his formis credo permissam, nisi vltimam. Hoc casu cum probabiliter est dubium, tum quia in eo casu est sola certitudo, quæ admittitur cum probabiliter dubitatur, vt supra probaui. in alijs autem casibus insurgit contrarietas, & res imperfecta, vt patet in textu: tum quia aliàs non video, quare sic diuisisset istud capitulum, faciendo ibi, sub ea §. & in priori parte ponendo speciale, & indeterminatum decretum, in secunda autem cum determinatione: & facit de decimis, ad audientiam, & hoc probo etiam per literam, quæ sequitur Postulatus & electus: quia ista sola vltima forma dicit, Postulo & eligo.

n Consensus tempore.] quem infra mensem post præsentationem sibi factam exhibere tenetur, infra titulo proximo, quàm sit. cum determinatione, quæ ibi ponitur.

Marginalia: † al. itaque vel postulo. — †' Dictio. verbis, de est in manuscript. codicib. — a Per consensũ filiorum, ad quos spectat eligere, quem eo aĩo exprimunt & p cõsensum electi secutum. Io. Andr. — Constitutio antiq iuris declaratoria an trahat ad præterita, si cõsuetudo & cõmunis opinio prudẽtũ in contrarium. — † al. ita: & electus, [e]lectionẽ agnoscit gl in versi. sic in fi. — Dubitatio ꝓbabilis, an quis sit eligendus vel postulandus.

a Ne in.

a Ne in incerto.] concordat ad hoc,& ad id, quod sequitur inf. tit. proxi. vt quis duas.
b Necessario teneatur.] Quid si non elegerit? Dico totum viribus carere, vt sup cũ. n. ista fuerit pęna superius imposita, nisi determinatio sequens fuerit obseruata, patet q locum hēt pœna prædicta.
c Ad aliam.] viam.
d Interdicta.] sic C. de fur l. 1. ff de tribu. quod in hīdem, §. eligere. Præiudiciales ergo sunt sibi adinuicem istæ viæ: alias. n. electione vnius nō tolleretur altera Facit quod not. de libel obl. c. 2.

† Vide c. vt quis duas inf. tit. proxi. & l. cũ q duob. ff. de acqui. hæred.

stulationis (ne in incerto[a] † vagetur) eligere necessario[b] teneatur, redeundi ad aliam,[c] postquam vnam elegerit, sibi licentia penitus interdicta.[d]

TITVLVS VI.

DE ELECTIONE, & electi potestate.

De electione & electi potestate.

¶ Innocentius Quartus in Concilio generali Lugdunens.

¶ Dictum fuit, sup. tit proxi. de vno mō instituendi iudices, siue ministros iuris: puta de postulatione: nune videndum est de alio modo. s. de electione. Et quia dubitari posset de potestate electi ante confirmationem, vel consecrationem, ideo annectitur in rub. & electi potest.

Statvimts.] 1 Tria facit. Primo ponit statutum. Secundo pęnā contumacis in nō, veniendo. Tertio pęnā calumniosi. Secunda: ibi. Sed si. Tertia ibi, Adijcientes. Et ista tertia subdiuidit, quia duo facit. Primo ponit obijcientem in formā: Secundo illū, qui obiicit in psonā ibi, Qui vero. Et hęc scda ēt tria facit. Primo imponit pœnam. Secundo aggrauat: ibi, Ad quæ. Tertio excipit: ibi, Nisi: sup Modo dicit, q primo ponit statutum. quod secundo protogat: ibi, Hæc autem. Tertio imponit pęnā nō pbāti: ibi adijciētes an ille §. Hęc aūt. determinet, ptegat, vel restringit: ibi, dicit, circa textum

1 Illud c. hēt locū in appellatione iudiciali, & extraiudiciali, & in illa, quæ interponitur ab iniusta collatione executoris dati a Papa. Do Pont.

¶ Pręsupponendū est pro intellectu huius c illud, quod hr in c fi. inf eo videlicet, q cū electio est facta de aliquo, eligentes constituunt procuratorem ad præsentandum electionem superiori, & requirendū vt illam electionem confirmet, superior non debet statim electionem confirmare, ne faciat cōtra dictū Apostoli dicētis. Nemini cito manum imponas: sed debet iste superior videre an sint aliqui opponentes. Et si sint, debet illos citare peremptorie, seu citari facere ad dicendum causas suæ oppositionis: Si vero nulli reperiantur opponentes, debet decernere citationem generalem, & illā apponere in valuis ecclesiæ illius electi, vt si sint opponentes, compareant coram ipso ad certum terminum. Hoc præsupposito?

Præsuppositio Dñi Hel.

1. ad Timo. 5. ca. 78 dist. qd est cito.

CASVS. In hoc c sic figuratur: Vacante Abbatia monasterij S. Cypriani Pictauis, monachi illius monasterij conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri Abbatis; Electione facta, illam præsentauerunt epō Pictauiensi, & requisierunt vt ipsam electionem confirmaret, & electo committeret administrationem illius monasterij in spiritualibus, & temporalibus; Eps decreuit suā citationē generalē cōtra opponētes: in termino assignato cōparuerunt aliqui opponētes, qui allegauerunt aliquas causas oppositionis, videlicet, q ipsi fuerāt spreti, & sic opposuerunt aliq 1 cōtra formā electionis; Nam vocatio est facienda in non est de substantia electionis; hoc est, tenet electio de meio iure ca. quod sicut, eo tit. in antiq. & c. qui pp. eo. ti. tñ si opponentes prosequuntur cōtemptum facient ipsam electionē cassare; Vel ēt isti opponentes opposuerunt aliquos defectus in personam electi, puta, q ipse erat imperfectæ ætatis, non aūt, q esset illegitimus: quia ingressus religionis tollit maculam natalium. Eps noluit admittere istas causas oppositionis: vel forte cum causæ essent irrationabiles, illas admisit: & in effectu fuit appellatum ad Apostolicam sedē; Quæritur, quid debeāt facere opponentes & electus? Rñdet Roman. Pōt q ipsi debēt arripere iter Romanū, inf. mensem a tpe appellationis, & debent facere diligētiam scdm cōmunem cursum, vt se, plenitēr cōspectui Apostolico: Sed quid? Ponamus, q opponentes comparuerunt, electus vero non, vtrum teneantur longo tēpore expectare ad hoc, q procedatur in causa appellationis? Rñdet q debent expectare electum per tps hic contentum. quo tpe elapso si nō compareat electus, poterit procedi in causa appellationis. Sed ponamus, q opponentes non probauerunt defectum, quem obijciebant contra formam electionis? Rñdet, q ipsi opponentes debent mulctari in expensis, & vltra sunt suspendendi a perceptione fructuū suorum beneficiorum per triennium, & si int. illos tres annos se immisceant illis beneficijs suis, sunt perpetuo priuandi. & hoc verum, q sunt suspensi a fructibus beneficiorum, quæ obtinent in illa ecclesia, & non beneficiorum, quæ obtinent in alia ecclesia. Nulla super hoc: Hic ponitur quædam comminatio: Nam Papa posset illum restituere, si vellet, nec per hoc imponit sibi necessitatem. Nota primo ex isto cap. quod ab electione facta, postulatione, vel prouisione pōt appellari: vnde prouisio, vt hic accipitur, fit per deuolutionem ad superiorem: vt qñ monachi peccant eligendo indignū, sunt priuati pro illa vice potestate eligendi, quæ electio deuoluitur ad superiorem immediatum, & illud quod facit superior, vocatur prouisio. Aliquando superior hoc facit iure suo, sicut plures Abbatiæ habēt Prioratus conuentionales sub se, quos conferunt abbates iure suo, & non eligunt monachi illos Priores conuentuales, & talis collatio, quā facit abbas de Prioratu conuentuali, vocatur prouisio, & ab illa pōt appellari. Nota vlterius, q cum appellatur ab electione, prouisione, vel postulatione ad Apostolicam sedem, appellans & appellatus debet arripere iter ad Curiā Romanam, inf mensem, & una pars tenetur expectare aliam partē per xx dies: quib elapsis poterit procedi in causa appellationis, & sic in causa electionis poterit procedi ad testium recept onē, lite non contestata, c qm frequenter, vt lit. non conte. in antiq Nota vlterius, q si aliquis ad impediendum confirmationem electionis aliquid opponat contra formā & nō probat illud, cōdemnabitur in expensis. si vero opposuerit aliquid cōtra personam elect., ēt condemnabitur in expensis, sed vltra suspensus est triennio a beneficiis suis, quæ obtinet in ecclesia, cuius prouisionem vel electionem voluit impedire.

¶ Si aliquid opponatur contra prouisionem, electionem, vel postulationem factam ad personatum, dignitatem, vel canoniam, in personam vel formam: & ab hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans & defendens, & quorum interest, a die obiectionis infra mensem arripiant iter eundi ad Papam. Io. Andr.

CAPI. I.

Statvimts,[e]

[Prima glossa summat, & diuidit.]

e Statuimus.] Primo dr, q si aliquid opponatur contra pusione, electionē, vel postulationem factā ad psonatu, dignitatem vel canonicam in personam vel formam, & ob h. c fuerit appellatum ad Papā, appellans, & defendens, & quorum interest, a die obiectionis ī. mensem arripiant iter eundi ad Papam Secundo, q si pars altera expectatur per xx. dies post aduentum alterius, & nō venerit, in negotio procedet. Tertio, q non pro-

probans, ꝙ in formam opponit condemnatur parti alteri in expensis; non probans, quod objicit in personā est a beneficijs triennio suspensus, & perpetuo priuatus, si se interim ad illa miscuerit ha pœnæ locū non habent, si legitime patet eū calumniosum non fuisse. h. d Tria ergo facit, primo ponit statutum. Secundo pœnam contumacis in non veniendo. Tertio pœnam calumniosi.

vt si quis [a] electionem, postulationem, vel prouisionem [b] factam [c] impugnat, [d] in formam [e] † objiciens aliquid, vel personam, [f] & propter hoc [g] ad nos [h] appellari [i] contigerit: tam is, qui opponit, [k] quam qui defendit, [l] & generaliter omnes, quorum interest, & quos causa contingit, [m] per se, [n] vel per procuratores ad causam instructos, ad sedem Apostolicam, a die obiectionis iter [o] † arripiant infra mensem. [p]

¶ *Si pars altera expectata per viginti dies post aduentum alterius non venerit in negotio procedatur. Ioan. Andr.*

¶ Sed si pars alia [q] † non venerit, per viginti dies [r] post aduentum [s] alterius expectata: in electionis, [t]

a Si quis]vel si quis. 17 q. 4. si quis suadē te, & de sent. excom. mulieres saluo tamē eo, quod dicitur j. eo. indemnitatib. §. porro. & §. seq. & ad hoc j. eod generali. Io. Andr.

b ¶ Prouisionem.]factam vel ex superioris officio, vel ex negligentia subditorū. sup. eo. tit. ne pro defectu de cōcess præb cap 2. vel suo iure, quia forte ad eum pertinet prouisio, & prouidendo eligit & confirmat, ꝙ dic vt not. de elec. cum inter canonicos & dixit hic Inno. quod hæc decre. locum habet ante confirmationem: post vero non, & hoc verū, nisi eligendo confirmaret; puta per prouisionem factam: vt hic.

[Glos. sequent. quærit, opin. ponit, & soluit distinguendo.]

¶ Ipsos insuper feudis & bonis ceteris, quæ ab eadem Romana ecclesia, vel quibuslibet alijs ecclesijs obtinēt, ipso facto decernimus esse priuatos, [f] ita quod ad ecclesias ipsas plene ac libere reuertantur, administratorum earundem ecclesiarum arbitrio, sine contradictione [g] aliqua disponenda. ¶ Ciuitas vero prædicta, [h] non solum sit interdicto supposita, sed † & Pontificali dignitate priuata [i].

¶ *Obtestatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum, & cassat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo.*

¶ Ceterum (quia cum arbitrium, vel inordinatus [k] captiuat affectus, vel † ad certum [l] aliquem obligationis cuiusque necessitas adigit, cessat electio, [m] dum libertas adimitur eligēdi) Cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, vt pensantes attentius quid eis imminet, cū agitur de creatione Vicarij † Iesu Christi, successoris Petri, Rectoris vniuersalis Ecclesię, gregis Dominici directoris, omni priuatę affectionis inordinatione deposita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis necessitate, nec non condicti & intendimenti contemplatione cessantibus non in se reciprocent considerationis intuitū vel in suos: non quæ sua sunt, [n] quærant: non commodis priuatis intendant; sed nullo arctante ipsorum in eligendo iudicium, nisi Deo, puris & liberis mentibus, nuda electionis conscientia, vtilitatem publicā libere prosequātur, omni conatu & sollicitudine, prout possibilitas [o] patitur, id acturi tantūmodo, vt eorum ministerio acceleretur vtilis & pernecessaria totius mundi prouisio: idoneo [p] celeriter eidem ecclesiæ sponso † dato. Qui autem secus egerint, diuinæ [q] subiaceant vltioni, eorum culpa, nisi graui [r] propter hoc peracta pœnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, siue iuramenti siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, † cassamus, [s] irritamus, & viribus decernimus omnino carere, [t] ita † quod

† In antiquis legitur, dūs.
† In vno codice manu scripto ita: eo ipso excōicationis vinculo sint nodati.
† In aliquot manu scriptis ita: sed etiam Pontificali, &c.
† In antiquorib. codicib. ita, vel ad certū aliquid obligationis, &c.
† Vide Turrecrematam in summa de eccle. lib. 2. c. 36.
† Vide Turrecrematā in summa de eccle. lib. 2. c. 27. & 28.
† al. in nexa.
† al. ita vt nullus &c.

a ¶ Humana.] C. de nupt. Authen quod eis. & ff. de obseq. l. nullum. ff. de lega. 1. si quis inquilinos. §. fi. ff. de pact. iuris gentium. §. pactorum. Ioan. And.

ADDITIO. Et in corpore unde sumpta fuit colli. 5 scenicas no solu si sideru. & c post princip. & allegat hic Archidiaconus, quod ibi not in glossa, sed quare.

b ¶ Orationis.] 23. q. 8. in qualibet ibi: scientes magis religionibus quam officijs & labore corporis, vel sudore, nostram rempublicam contineri.

ADDITIO. Quod multum valent orationes iustorũ, alleg. Io. Mo. 45. dist. disciplina. circa fin. 12. q. 2. animæ. uide quod no. in cle. vna de reliq & ue. sancto. ad fi. ina glo. Io. Andr.

c ¶ Vbi primum.] idest, cum primum. Ioan. And.

d ¶ Circunstantiæ. puta qa timetur de zizania & magna discordia inter Cardinales.

e ¶ Ieiuniorum.] ad hoc cõ. or. de uet. & noui redem. magnæ. & vigiliarum exercitium, ut ibi.

VT circa] sũma, & diuide prout in prima glossa.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesiæ, ad quos spectat electio, conuenerunt in vnũ, tractaturi de electione futuri pastoris, habito tractatu, cũ maior pars vel let Titium postulare vel eligere: vel pp negligentiam canonicorũ potestas eligendi fuisset deuoluta ad superiorẽ: & superior prouidere vellet Titio de eccl'a Pictauiensi, fuerunt aliqui opponentes & appellãtes ad Aplicã sedẽ, ne Titius eligeretur, postularetur, vel idẽ puideretur: quæritur qd debeant appellantes

quòd nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non seruatæ: sed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana [a] testetur: Deo magis transgressiones huiusmodi, quàm iurisiurandi obseruationes.

¶ Monet omnes fideles, vt statim audita summi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & quotidie orent pro vtili, concordi & vtili prouisione Romanæ Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationem & obseruantiam ieiuniorum indicant. Ioannes And.

¶ Quia vero fidelibus nõ est tam de sollicita quantumcunque inuentione fidendum, quàm de instantia orationis [b] humilis & deuotæ sperandum: huic adijcimus sanctioni, vt in omnibus ciuitatibus, ceterisque locis insignibus, vbi primum [c] de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: a clero & populo sollemnibus pro eo exequijs celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesiæ prouisione indubitãter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud † eum deuotis orationibus insistatur: vt ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit vtilitas) ex ipsorum vnanimitate sequatur.

¶ Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, districte præcipimus: vt Patriarchæ: Archiepiscopi, Episcopi, & alij ecclesiarum Prælati, ceterique, quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc specialiter frequentius cõgregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, solerter hortentur: & ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed † obseruantiam (prout circunstantiæ [d] pensandæ suaserint) ieiuniorum [e] indicant.

¶ Idem in eodem.

¶ *Appellationes contra electiones, postulationes, vel prouisiones, omnia quæ obijcere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere; & iurare, quod illa credunt vera esse, & ea se posse probare. Super non expressis ipsi, vel adhærentes eis, non audientur; nisi de nouo emergant, vel perueniant, vel superueniat probandi facultas; super quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes quæ obijciuntur in personam vel formam, in suo robore conseruatur. 7.*

CAP. IIII.

VT CIR-

obseruare? Respõdet Romanus Pontifex, debẽt nominatim exprimere in sua appellatione vitia, quæ opponut tam contra formam electionis, quam personam electi, postulati, vel prouisi. & hoc non sufficit: sed vlterius debet iurare, q omnia quæ opponunt, sunt vera, & ea posse pbare. Sed quid, sanctissime Pater, ponamus quod appellantes volunt iustificare appellationẽ ex causa non expressa in appellatione: & uolũt aliqd deducere cõtra formam uel personam: quæritur possint, Respondet quod non, regulariter: fallit tamen, vbi illud qđ opponunt, venit de nouo ad notitiam: uel si de nouo ista emergunt; puta quia electus post electionem perpetrauit homicidiũ; tunc .n. ex istis poterut appellantes iustificare suam appellationem. Sed utrum p istud capitulum sit correctũ capitulũ primũ. sup. eo titulo, dicit q cõstitutio Innocentij Quarti facta contra deficiẽtes in probatione obiectorũ, remanet i suo robore & efficacia: deficiẽtes i probatione puniuntur pœna illius constitutionis. Alioquin refertur ad verba s. q appellantes tenẽtur iurare, q credunt opposita p eos esse vera. Nota primo ex illo capitulo, q malitijs hominũ non est indulgendũ sed potius p superiore obuiandũ. Nota vlterius, principalẽ effectu huius capituli, q sé opponẽtes vel appellãtes electioni, postulationi, vel puisioni factę vel faciẽdę. debẽt ipsi appellãtes in suo instro appellationis inserere causas, pp quas intendunt impugnare electionẽ, prouisionẽ, vel postulationẽ vel personas el gentium

† al. ita sed & obseruantiã, &c.

al. ita, & ud cũ.

a Ne in incerto.] concordat ad hoc, & ad id, quod sequitur inf. tit. proxi. vt quis duas.
b Necessario teneatur.] Quid si non elegerit? Dico totum viribus carere, vt sup cũ. n. ista fuerit pęna superius imposita, nisi determinatio sequens fuerit obseruata, patet q̃ locum hẽt pœna prædicta.
c Ad aliam.] viam.
d Interdicta.] sic C. de fur l. 1 ff de tribu. quod in hr̃dem, §. eligere. Præiudiciales ergo sunt sibi adinuicem istæ viæ: alias. n. electione vnius nõ tolleretur altera. Facit quod not. de libel obl. c. 2.

† Vide c. vt quis duas inf. tit. proxi. & l. eũ q duob. ff. de acqui. hæred.

stulationis (ne in incerto [a] † vagetur) eligere necessario [b] teneatur, redeundi ad aliam, [c] postquam vnam elegerit, sibi licentia penitus interdicta. [d]

TITVLVS VI.

DE ELECTIONE, & electi potestate.

De electione & electi potestate.

¶ Dictum fuit, sup. tit proxi. de vno mõ instituendi iudices, siue ministros iuris: puta de postulatione: nunc videndum est de alio modo. s. de electione. Et quia dubitari posset de potestate electi ante confirmationem, vel consecrationem, ideo annectitur in rub. & electi potest.

¶ Innocentius Quartus in Concilio generali Lugdunensi.

¶ Si aliquid opponatur contra prouisionem, electionem, vel postulationem factam ad personatum, dignitatem, vel canonicam, in personam vel formam: & ab hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans & defendens, & quorum interest, a die obiectionis infra mensem arripiant iter eundi ad Papam. Io. Andr.

CAP. I.

STATVIMVS, [e]

1 Istud c. hẽt locũ in appellatione iudiciali, & extraiudiciali, & in illa, quæ interponitur ab iniusta collatione executoris dati a Papa. Do Font.

STATVIMVS.] 1 Tria facit. Primo ponit statutum. Secundo pęnã contumacis in nõ veniendo. Tertio pęnã calumniosi. Secunda: ibi. Sed si. Tertia ibi, Adijcientes. Et ista tertia subdiuidit, quia duo facit. Primo ponit obijcientem in formã: Secundo illũ, qui obiicit in p̃sonã ibi, Qui vero. Et hęc sc̃da ẽt tria facit. Primo imponit pœnam. Secundo aggrauat: ibi, Ad quæ. Tertio excipit: ibi, Nisi: sup Modo dicit, q̃ primo ponit statutum. quod secundo prorogat: ibi, Hæc autem. Tertio imponit pęnã nõ p̃bãti: ibi adijciẽtes an ille §. Hęc aũt. determinet, p̃regat, vel restringit: ibi, dicit, circa textum

Præsuppositio Dñi Hel.

¶ Præsupponendũ est pro intellectu huius c illud, quod hr̃ in c fi. inf eo videlicet, q̃ cũ electio est facta de aliquo, eligentes constituunt procuratorem ad præsentandum electionem superiori, & requirendũ vt illam electionem confirmet, superior non debet statim electionem confirmare, ne faciat cõtra dictũ Apostoli dicẽtis. Nemini cito manum imponas: sed debet iste superior videre an sint aliqui opponentes. Et si sint, debet illos citare peremptorie, seu citari facere ad dicendum causas suæ oppositionis: Si vero nulli reperiantur opponentes, debet decernere citationem generalem, & illã apponere in valuis ecclesiæ illius electi, vt si sint opponentes, compareant coram ipso ad certum terminum. Hoc præsupposito?

1. ad Timo. 5. ca. 78 dis. qd est cito.

CASVS. In hoc c sic figuratur: Vacante Abbatia monasterij S. Cypriani Pictauis, monachi illius monasterij conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri Abbatis; Electione facta, illam præsentauerunt ep̃o Pictauiensi, & requisierunt vt ipsam electionem confirmaret, & electo committeret administrationem illius monasterij in spiritualibus, & temporalibus; Ep̃s decreuit suã citationẽ generalẽ cõtra opponẽtes: in termino assignato cõparuerunt aliqui opponẽtes, qui allegauerunt aliquas causas oppositionis, videlicet, q̃ ipsi fuerãt spreti, & sic opposuerunt aliq̃ cõtra formã electionis; Nam vocatio est facienda tn̄ non est de substantia electionis; hoc est, tenet electio de mero iure ca. quod sicut, eo tit. in antiq. & c, qui p̃p. eo. ti. tñ si opponentes prosequuntur cõtemptum facient ipsam electionẽ cassire; Vel ẽt isti opponentes opposuerunt aliquos defectus in personam electi, puta, q̃ ipse erat imperfectæ ætatis, non sũt, q̃ esset illegitimus: quia ingressus religionis tollit maculam natalium. Ep̃s noluit admittere istas causas oppositionis: vel forte cum causæ essent irrationabiles, illas admisit: & in effectu fuit appellatum ad Apostolicam sedẽ; Quæritur, quid debeãt facere opponentes & electus? Rñdet Roman. Põt q̃ ipsi debẽt arripere iter Romanũ, inf. mensem a tp̃e appellationis, & debent facere diligẽtiam s̃m communem cursum, vt se, p̃sentẽt cõspectui Apostolico: Sed quid? Ponamus, q̃ opponentes comparuerunt, electus vero non, vtrum teneantur longo tẽpore expectare ad hoc, q̃ procedatur in causa appellationis? Rñdet q̃ debent expectare electum per tp̃s hic contentum. quo tp̃e elapso si nõ compareat electus, poterit procedi in causa appellationis. Sed ponamus, q̃ opponentes non probauerunt defectum, quem obijciebant contra formam electionis? Rñdet, q̃ ipsi opponentes debent mulctari in expensis, & vltra sunt suspendendi a perceptione fructuũ suorum beneficiorum per triennium, & si int. illos tres annos se immisceant illis beneficijs suis, sunt perpetuo priuandi. & hoc verum, q̃ sunt suspensi a fructibus beneficiorum, quæ obtinent in illa ecclesia, & non beneficiorum, quæ obtinent in alia ecclesia. Nulla super hoc: Hic ponitur quædam comminatio: Nam Papa posset illum restituere, si vellet, nec per hoc imponit sibi necessitatem. Nota primo ex isto cap. quod ab electione facta, postulatione, vel prouisione põt appellari: vnde prouisio, vt hic accipitur, fit per deuolutionem ad superiorem: vt qñ monachi peccant eligendo indignũ, sunt priuati pro illa vice potestate eligendi, quæ electio deuoluitur ad superiorem immediatum, & illud quod facit superior, vocatur prouisio. Aliquando superior hoc facit iure suo, sicut plures Abbatiæ habẽt Prioratus conuentionales sub se, quos conferunt abbates iure suo, & non eligunt monachi illos Priores conuentuales, & talis collatio, quã facit abbas de Prioratu conuentuali, vocatur prouisio, & ab illa põt appellari. Nota vlterius, q̃ cum appellatur ab electione, prouisione, vel postulatione ad Apostolicam sedem, appellans & appellatus debet arripere iter ad Curiã Romanam, inf mensem, & vna pars tenetur expectare aliam partẽ per xx dies: quo elapsis poterit procedi in causa appellationis, & sic in causa electionis poterit procedi ad testium receptionẽ. lite non contestata, c qm frequenter, vt lit. non contest. in antiq Nota vlterius, q̃ si aliquis ad impediendum confirmationem electionis aliquid opponat contra formã & nõ probat illud, cõdemnabitur in expensis. si vero opposuerit aliquid cõtra personam electi, ẽt condemnabitur in expensis, sed vltra suspensus est triennio a beneficiis suis, quæ obtinet in ecclesia, cuius prouisionem vel electionem voluit impedire.

[Prima glossa summat, & diuidit.]

e Statuimus.] Primo dr̃, q̃ si aliquid opponatur contra p̃uisione, electione, vel postulationem factã ad p̃sonatu, dignitatem vel canonicam in personam vel formam, & ob hoc fuerit appellatum ad Papã, appellans, & defendens, & quorum interest, a die obiectionis ĩ. mensem arripiant iter eundi ad Papam Secundo, q̃ si pars altera expectatur per xx. dies post aduentum alterius, & nõ venerit, in negotio procedet. Tertio, q̃ non pro-

probans, ꝙ in formam opponit condemnatur parti alteri in expensis; non probans, quod obijcit in personã est a beneficijs triennio suspensus, & perpetuo priuatus, si se interim ad illa miscuerit. hæ pœnæ locũ non habent, si legitime patet eũm calumniosum non fuisse. h. d. Tria ergo facit, primo ponit statutum. Secundo pœnam contumacis in non veniendo. Tertio pœnam calumniosi.

vt si quis [a] electionem, postulationem, vel prouisionem [b] factam [c] impugnat, [d] in formam [e] † obijciens aliquid, vel personam, [f] & propter hoc [g] ad nos [h] appellari [i] contigerit: tam is, qui opponit, [k] quam qui defendit, [l] & generaliter omnes, quorum interest, & quos causa contingit, [m] per se, [n] vel per procuratores ad causam instructos, ad sedem Apostolicam, a die obiectionis iter [o] † arripiant infra mẽsem. [p]

¶ *Si pars altera expectata per viginti dies post aduentum alterius non venerit in negotio procedatur. Ioan. Andr.*

¶ Sed si pars alia [q] † non venerit, per viginti dies [r] post aduentum [s] alterius expectata: in electionis, [t]

Not. ꝙ il[...] dr̃ im[...]gnare [...]tũ, qui [...]ponit [...]equid ꝯ [...]rmam [...]tus, vel [...]psonã, [...]uius cõ[...]odum [...]rigitur [...]ecutio [...]tus.

a Si quis.] vel si qua. 17 q. 4. si quis suadẽte, & de sent. excom. mulieres saluo tamẽ eo, quod dicitur j. eo. indemnitatib. §. porro. & §. seq. & ad hoc j. eod generali. Io. Andr.

b ¶ Prouisionem.] factam vel ex superioris officio, vel ex negligentia subditorũ. sup. eo. tit. ne pro defectu de cõcess præb cap 1. vel suo iure, quia forte ad eum pertinet prouisio, & prouidendo eligit & confirmat, ꝙ dic vt not. de elec. cum inter canonicos & dixit hic Inno. quod hæc decre. locum habet ante confirmationem: post vero non, & hoc verũ, nisi eligendo confirmaret; puta per prouisionem factam: vt hic.

[Glos. sequent. quærit, opin. ponit, & soluit distinguendo.]

c ¶ Factam.] quid de facienda? Dixit Abbas hic, quod idem, cum vtrobique eadem sit ratio. Credo, ꝙ si contra certam personam appellat; vera sit opinio prædicta; alias non; & hoc probatur j. eo qui contra certam, nam quod ibi dicitur de decret. vt circa. j. eo 1. eadem ratione intelligam & de ista.

[Glo. seq. ponit & exponit dictum Inno.]

d ¶ Impugnat.] dixit hic Inno. ꝙ nullo se opponente, is, ad quem pertinet confirmatio, poterat confirmare nulla citatione facta, & nullis edictis propositis. Idem in consecratore & ordinatore; quod in confirmatore verum erat secundum sua tempora, hodie secus j. eod. tit. c. vlt. Tamen nullo se opponente ipse habet inquirere de meritis eligentium & personæ electi, supplet. n. in causis electionum de facto. Quod dic vt not 28 dist. prius quam & sup. de elect. cum nobis olim. & de postul. præl bonæ 1.

e ¶ Formam.] sup. eo. quia propter quædam tamẽ ibi contenta, sunt de substantia, quædam vero non, vt ibi not. in glo. Dic vt inf. Ber. Io. And.

[Glo. seq. recitat. per q ponit antiquam opi. Ber. & cõtrarium ipsius & Inno.]

f ¶ Personam.] electi, idem si opponatur in personam eligentium, vtrumque enim electionem reddit inualidam. s̃. eo. cum in cunctis, cum Vinton. congregato, & in pluribus alijs c. & ꝯ de consue. cum dilectus. secundum Ber. olim tñ ipse idem dr̃ mutasse, & dixisse cum Inno. contrarium, maxime cum hic dicatur, Personam, in singulari. Nec est bona ratio secundum Inno. dicere, Vitium eligentium reddit electionem nullam, ergo eadem pœna tenetur: quia & vitium famæ reddit nullam electionem: & tamen non est eadem pœna quæ in persona, vt patet j. dico tamẽ secundum ipsum Inn. ꝙ licet non sit idem, quantum ad huius constitutionis pœnam, tenetur tamen ire, & appellationem prosequi: & potest hæc obiectio melius dici contra formam, quã contra personam.

[...]ponẽs [...]psonas [...]gentiũ [...]dr̃ pro [...]c oppo[...]e ꝯ for[...]m, vel [...]sonã.

g ¶ Propter hoc.] nota quia exprimi debent oĩa & singula quæ opponuntur, & iurãm interuenire, & non expressa prosequi nõ poterit appellans. Quod dic vt j. eo. vt circa. & hęc vera cum in his casib extra iudicium appellatur: secus si in iudicio, vt j. eo. titulo, constitutio.

[Glo. seq. reci. per q ponit opi. & solui t.]

h ¶ Ad nos.] secus si alios, fm̃ Compostel. Abbas autem neutrum firmauit. Alij contra, scilicet Hostien. satis credo per decre. j. eo. cupientes, & p̃ hoc verbum, ꝙ hoc locum habeat solum in appellationib. interpositis ad Papam, cum a iure exorbitet; & sic ad consequentiam trahi non debet j. de reg. iur. quæ a iure. cum suis concordant. probat cle eod. tit. causam. in princ.

† De hic terminis vide glos. in c. personas s̃. de app.

i ¶ Appellari.] etiã si non appelletur, sed immediata subiectio confirmationes harũ deducat ad Papam. In regularibus, & cathedralib. ecclesijs tene quod habes j. eodem cupientes.

† aliqua altera.

[Glo. seq. successiue format, & soluit duas qõnes.]

k ¶ Opponit.] Sed nunquid illi, qui se opponunt, & non appellant, venire tenentur? R̃ndeo, illi soli venire tenentur, qui appellant, vel quorum nomine appellatum est, vel qui appellationem ratam habuerint expresse: alij autem, qui solum se opponunt, venire non tenentur: videntur enim suo iuri renunciare, & electioni acquiescere. ff. quando app. sit. l. 1. §. solent ff. de appellatio. scio. vnde illorum absentia non obstante procedetur in negotio: tunc enim est appellandum, cum ordo decretum electionis interponat, vt in prædicto §. solent, victoria tamen eorum, qui appellauerunt, omnibus proderit. C. si vnus ex pluribus. l. 1. supra de appellationibus. tua, cum similib. Quid si ille, qui appellauit, dolose non prosequitur: [1] nunquid qui non appellauit, potest negotium assumere, etiam inuito eo, qui ex fide non prosequitur? Videtur, quod sic. ff. de appel. l. ab executore § alio condemnato. Ber. & Innoc. & facit ad hoc vltimum infra eodem lib. de appell. concertationi.

1 Iudex de hoc inquiret, & hoc inuẽto, oĩa retractabit, si c. s̃. de collu. Do. Fon.

l ¶ Qui defendit.] scilicet electus, postulatus, vel in cuius persona facta est prouisio. Io. Andr.

m ¶ Contingit.] sicut adhærentes. j. eo. vt circa.

n ¶ Per se vel per procuratores.] in cathedralibus, & regularibus ecclesijs hoc restringitur per decret. infra eodem, cupientes, vt per se tantum ire teneantur, nisi ex iusta causa, vt ibi, & de personis instructis, dic vt ibi.

o ¶ Iter arripiãt.] statuitur hic, & infra eo. cupientes. terminus ad iter arripiendum, sic sup. de appel. ad hoc & c. personas. & de re iudic. cum causa. & 2. q. 6. cap. & qui. § appellatore.

p ¶ Infra mensem.] qui currit ab interpositione appellationis facta corãm appellato, vel ipsius speciali procuratore ad causam, vel post notificationem alteri eorum debito modo factam, quod dic vt in Clem. eo. tit. causam. quæ determinat hic & alibi scripta, vt ibi not. in glo. quid ergo.

q ¶ Pars alia.] opponens vel defendens. Io. Andr.

r ¶ Per viginti dies.] similis dilatio temporis supra de consuetud. c. vlt. supra de cri. fal. dura. supra de cler. excom. mini. illud.

s ¶ Post aduentum.] æquior temporis computatio est illa, quam habes j. eo. cupientes. §. quod si pet. Sed non est mirum, cum ibi pœna priuationis imponatur: hic autem pœna solius processus in absentia.

t ¶ Electionis.] postulationis, vel prouisionis.

a ¶ Cuius.

negotio, non obstante cuiusquam [a] absentia, [b] sicut de iure [c] fuerit, procedatur. ¶ Hæc autem [d] in dignitatibus, [e] personatibus, & canonijs obseruari volumus & mandamus.

Non probans quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expensis. Non probans quod obijcit in personam, est a beneficijs triennio suspensus, & perpetuo priuatus, si se interim ad illa miscuerit. Ha pœna locum non habent si legitime pateat eũ calumniosum non fuisse. Io. Andr.

¶ Adijciẽtes, vt qui plene [f] non probauerit, quod in formam opponit: ad expẽsas, quas propter hoc pars altera † se fecisse docuerit, [g] condemnetur. ¶ Qui vero in probatione [h] defecerit [i] eius quod obijcit in personam, a beneficijs [k] ecclesiasticis

a ¶Cuiusquam.] prædictorum.

[Glos. seq. rationem reddit, & declarat duplicem absentiam: Secundo tractat, an veniens facto iam processu, qui fit post litem contestatam, petat libellum dari, vel contestationem fieri: & dicit ꝙ non: Tractat demũ, quid si negatur procurator, & ponit tria dicta Innocentij, q̃ in fine declarat.]

b ¶Absentia.] vbi n. agitur de spirituali matrimonio contrahendo, absentia cõtumacis partis non obest vt hic, & ĩ. eo. dudũ. 1. & idẽ in carnali etiam cõtracto. sup. vt lite non contest. accedens 2. &c. quoniã §. porro. Et citata est hic pars interpretatiue. ad idẽ sup. de appe. sæpe ter minus. n. præfixus loco peremptoriæ citationis habet, vt ibi. Ber. Et quod dicit, absentia, intelligas, quandocunque contingente, siue ab initio: quia non venit, siue ex postfacto: quia venit, & contumaciter recessit sup. de iudi. c. 1. 11. q. 3 certum, & infra de eo, qui mit. in pos. eum qui sup. vt lite non conte. quoniam. § porro & §. ꝙ si fortan. Et vt dixit Innoc. si processum fuerit ad aliquod de illis, ad q̃d non proceditur lite non contestata, puta ad receptionem testium, vel huiusmodi; si postea veniat, & libellum petat, vel litis contestationem fieri, audiendus non est, 1 fecit. n. eius contumacia, ꝙ lis habeatur pro contestata. Item si procuratori postmodum obijciatur, ꝙ nõ sit procurator, non est postea cogendus probare mandatum ratione prædicta. ff. de procur. Pomponius. §. ratihabitionis. Alij dicunt & vr securius secundum Innoc. ꝙ licet de ijs, quæ egit ante aduẽtum partis, non sit cogendus probare mandatum, tñ iudex vlterius non admittet eum procuratorio nomine agentem, nisi mandatum probet, tamen s̃m eum, cum hoc videatur esse quadam æquitate non scripta, tum arg. prædict. l. Põponius, s̃ris vr̃, ꝙ si in remotis partibus ageretur causa, nec de facili posset probari procuratio, quia forte amissa est, ꝙ tunc non probata procuratione procederet iudex vsque ad finem causæ. Hæc omnia vera dici possent ad partis petitionem, credo tamen, ne iudex laboret in vanum, ꝙ procuratorem compellere poterit exhibere mandatum vel cauere, si dubitatur. argu. sup. de procu. cap. 1. & de iud. causam quæ, cum si.

c ¶Sicut de iure.] de iure autem est vt distinguatur, an appellans sit præsens, 2 an appellatus, secundum formam decre. ĩ. de appel. ord. secundum Inno.

d ¶Hæc autem] scilicet, quæ dicta sunt superius. Nam hæc clausula omnia superiora respicit, supra de rescrip. olim §. vlt. Host. Archid.

[Glo. seq. ponit quatuor æquiparationes.]

e ¶Dignitatibus.] hic æquiparatur hæc tria, dignitas, personatus & canonia Alibi æquiparantur dignitas, personatus, & beneficium cum cura animarum. sup. de fil. presby. nimis. Alibi, personatus, & beneficium curam habens. ĩ. eod. tit. dudum. Alibi, personatus & ordo presbyteralis. sup. ne cleri. vel mona super Specula. §. ga vero. In dignitatibus tamen cathedralium vel regularium ecclesiarum quarum confirmatio vel ex immediata subiectione, vel ex appellatione ad Papam spectat, tene quod habes ĩ eo cupientes.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

f ¶Plene.] nota, quia non sufficit semiplena probatio: ratio, quia petit ius alterius ;. & sic non obstat infra de procurat. ex insinuatione, cum simil. & dic plene & legitime, & modos probandi habes supra de scrut. spo. cum ad sedem. in fi.

[Glos. seq ponit dictum, & soluit contrarium.

g ¶ Docuerit.] taxatione & iuramento præmissis: & dic, vt nota. sup. q̃d metus causa, c vlt. de huiusmodi expensis dic, vt no de dolo & contu. finem & 2. q. 1. in primis. § glorio sus, gl 1. & adde q̃d habes ĩ de appel. cũ appellationibus. Et bene dixi, taxatione, & iuramento: q a taxatio iuramẽtum sequi nõ potest, nec obstat ff. de in lit. iu. l. videamus. §. iurare quia loquitur de iuramento in litẽ, q̃d est de affectione: vn de illud bene potest sequi taxatio: quia nulla fit verecundia iuranti: quia poterat ex affectu æstimare centum rem, quæ non valebat quinquaginta, pone exemplum in libro tuo, sed hic loquimur de iuramento, quod est de veritate, vnde si postquam iurauit se centũ expendisse, & de mandato iudicis fieret taxatio, iniuria & verecundia esset iuranti.

h ¶Qui vero in probatione.] videtur dicendum plena, vt præmittitur supra proxi. dicit Host. 1 saltem semiplena, & in hoc iste §. diuersificatur a litera praeceden. Archidiaconus.

[Gl seq primo soluit contrarium, secundo quærit, arg. pro & contra, soluit, & contrarijs respondet.

i ¶Defecerit.] hanc pœnam incurret non simpliciter appellans, sed qui probandi onus assumpserit, quia licitum est ab appellatione recedere secunda quęstio. 6. cap. ei qui. § appellatione cessante & §. si quis libellos. ff. de in ius vocand. l quamuis, & sic credendo euadet hanc 3 pęnam. Sed nunquid hoc casu appellans, qui non venit, saltem in expensis appellato condemnabitur legitime comparenti? videtur quod sic. C. de his qui accu. non pos. qui crimen, nec enim in pręiudicium alterius potuit mutare consilium. infra de regul. iur. mutare cum suis concordant. Econtra videtur, quia non interest appellati, iam enim in absentia eius procedi potest, ac si præsens esset, & est sim. quod nota. supra de dolo & contum. c. vlt & ad hoc facit ff. de arb. l. si cũ § si arbiter. ver. sed si in aliquem. & ff de pęn. l. sanctio legum. Solu. dic eum teneri ad expensas, nec obstat quod dicitur, quod non interest appellati, quia immo interest, quia multa potuisset per confessionem eius si præsens fuisset, habere. Nec obstat l. sanctio, quia condemnatio expensarum non imponitur sicut pęna, sed tanquam interesse appellati, secundum Compostellanum.

[Glo. seq soluit duas quæstiones.

i ¶ Defecit.] intelligo secundum Compostellanum, hanc pęnam locum habere siue crimen aliquod obiectum fuerit siue defectus, cum generaliter loquatur. Et si plura quis obiecit, euitat 4 hanc pęnam, si vnum solum probat, quod ad cassationem sufficiat, supra de rescriptis, inter cætera item quia pęnam hanc patitur excipiens præter ius comm une, de accusat super his. Item prodita est in illorum odium, qui ordinationem impediunt, sed ex quo vnum probauit, patet quod non fuit in fraudem.

k ¶ Beneficijs.] quæ in illa ecclesia obtinet, vt ĩ. eod si compromissarius, in fi.

1 Nota, quod primus act[9] in sũmarijs iudicijs qui ĩ plenarijs fieri non põt, nisi lite contestata, excludit dilatorias, vnde iuramento de calumnia ĩ causa beneficiali præclusus est aditus dilatorijs.

Nota secundo, ꝙ cõtumax veniẽs debet causã capere vt eam inuenit.

Tertio not. ibi, non credo tamen exclusus ab exceptionibus põt nihilominus proponere exceptionem, quæ reddit iudiciũ retro nullũ Do. & Philip. Fon.

2 Vide Spec. titu. de app. §. nunc vero uiter. ver. sed nunquid.

† al. aduersa.

3 Scilicet suspensionis a beneficijs, sed pœnã expẽsarũ non euadet in si ne litis, si vict[9] fuerit. vt no notat As to. Butr.

4 Idẽ Innoc. Host. Cõpostel. Archid. & alijs.

a ¶Ad

a ¶ Ad quæ.] beneficia.
b ¶ Tempus.] trium annorum.
c ¶ Temeritate.] secus autem si auctoritate superioris vel si restitutus fuisset. C. de sen. pas. & re. l. 1. 2. q. 3. c. si quem. §. accusatorum.

[Gl seq. quærit, & remittit.

d ¶ Priuatur.] nunquid ille, ad quẽ collatio pertinet, statim possit illa conferre? Dic vt dicam inf. eod. commissa.

e ¶ Spẽ.] nec enim sub spe veniæ debet quis peccare, vt sup. de cle. excom. mi. illud, de consec. dist. 4. quando quis.

f ¶ Manifestissimis.] 2. q. 8. sciant. C. de proba. sciant.

g ¶ Calumniæ.] nota in excipiendo, ac celando & denunciando quem calumniari, de ac. super his. 2. q. 3. qui non probauerit, & q. 8 qui crimen & de calumn. cum dilectus. Io. Andr.

[Glo seq. exemplificat, notat, & remittit.]

h ¶ Sufficiens.] defecerunt testes qui testificari promiserant, ꝙ probauerã illum excõicatum, qui sĩ clanculo se prius absolui fecerat, ad hoc 2. q. 3. Paulum, de cler. excõ. mi. propo suit. Et not. ꝙ in cã appellationis non indistincte condemn. tur victus victori in expẽsis. Quod dic, vt dixi inf. de reg. iur. ignorantia.

1 Nota ꝙ promittẽs testificari non est suspectus. facit c. dilectus de capel. mona. Fon.

triennio nouerit se suspensum: ad quę [a] si infra illud tempus [b] propria temeritate [c] se ingesserit, eis ipso iure perpetuo sit priuat. [d] nullam super hoc de misericordia spem, [e] aut fiduciam habiturus: nisi manifestissimis [f] constiterit documẽtis, quod ipsum a calumniæ [g] vitio causa probabilis & sufficiens [h] excusaret.

¶ Idem.

¶ Vota cõditionalia & alternatiua, & incerta, in electionibus reprobantur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure consentientes. Ioan. And.

CAP. II.

IN electionibus [i] & postulationibus, ac scrutinijs, [k] ex quibus [l] ius oritur [m] eligendi, [n] vota conditionalia, [o] alternatiua, [p] vel † incerta [q] penitus reprobamus. Statuentes, vt huiusmodi votis pro non adiectis habitis, ex puris

† al. ita, & incerta.

IN electionibus.] Duo facit: quia primo tria reprobat: secũdo ibi, Statuẽtes, declarat & punit. Io. Andr.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali vel regulari canonici vel monachi illius ecclesię conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri plati, q canonici vel monachi erãt xii numero, quidã ex eis dederunt vota sua cõditionalia, alternatiua, & incerta: quia dixerunt, Eligo talem, si talis eum elegerit, & sic votũ fuit conditionale. Vel dixerunt, Ego eligo talẽ, vel talem, & sic votum fuit alternatiuũ. Vel dixerunt, Ego eligo illum quem talis eliget, & sic votum fuit incertum, vtrum valeat ista electio? & vtrum ista vota cõputetur ad augendum numerum? Respondet Romanus Pontifex, quod ista vota conditionalia, alterna. & icerta nõ augẽt numerũ, & sũt nulla ipsoiure, ita ꝙ tota ptãs eligẽdi remãsit apud alios, qui pure elegerũt.

[Glo prima summet.

i ¶ In electionibus.] vota conditionalia, alternatiua & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure consentientes.

[Glo. seq. ponit tres significationes scrutinij.]

k ¶ Scrutinijs.] scrutinium multis modis dicitur, s. catechismi, de ma. & obed. his qui, & de capel. mona. dilectus, & de illis loquuntur canones de cõsec. dist. 4. ante baptismum, & seq. Item dr̃ illorum, qui ad ordines vel dignitates promouentur, examinatio, supra de scruti. c. vno. item dicitur inquisitio voluntatum, quæ fit secreto in electionibus faciendis sup. eo. quia propter & sic sumitur hic.

ADDITIO. Host. ponit hic xiii. modos, quibus dicitur scrutinium. Io. Andr.

l ¶ Ex quibus.] s. scrutinijs, & intellige publicatis, supra eo. publicato.

ADDITIO. Quia aliter non oritur ius eligendi. Ioan. Andr.

m ¶ Ius oritur.] saluo eo, quod habes inf. eo. ꝑpetuæ.

ADDITIO. Ius oritur, idest, legitime factis, quasi dicat, si scrutinia aliàs essent malefacta, non recideret in alios ius eligendi. Innoc.

n ¶ Eligendi.] vel postulandi, sup. eo. tit. scriptorum.

o ¶ Conditionalia.] idest, sub conditione prolata hoc mõ Consentio in A. & si noluerit, consentio in B. vel cõsentio in A, si nouit iura; vel si habuit maiorem partẽ capituli, vel si decanus in eum consenserit.

p ¶ Alternatiua.] eligo A, vel B. Cardinales tñ interdũ sub his formis conditionalib. & alternatiuis eligunt, & per has formas veniũt ad duas partes, vt dicũt moderni, & fit in eis spãle sicut & reliqua in si. eo licet, & ĩ c. px.

[Glo. seq. primo ponit exẽplũ, & huius iuris cãm, & ius antiquum. Secundo notat inducens quattuor similia. Tertio quærit & soluit. Infert ex solutione, & contrarium tenet]

q ¶ Incerta.] eligo illũ, quẽ Archidiaconus eliget. Oĩa talia vota non valẽt, quia certũ consensũ non exprimunt, & ideo merito reprobãtur, licet olim admitterẽtur, vt colligit, & not. 61. dist. studij, & 85. dist. Archidiaconũ, sed ex illis c. illud non colligitur, & ẽt sic posset intelligi, sup. eo. tit. cũ terra. Nota ergo, ꝙ hi sunt legitimi actus qui conditionẽ non recipiũt ff. de reg. iur. actus legitimi, & inf. de reg. iur. actus, vbi de hoc. Certa enim dẽt esse persona eligenda, sicut iudex, arbiter, tutor, & procurator sup. de rescr. ad hæc. sup. de arbi. innotuit. ff. de testa. tu. l. tutor incertus, ff. de proc. l. 1. De procuratore tamen d. c. vt inf. de procur. c. 1. Sed nunquid ꝙ hic dr̃ de postulatione & electione hẽat locum in collatione seu prouisione? Dic ꝙ sic, secundum Compost. & pp eandẽ rationẽ, nisi sit talis conditio, quę insit de sui natura, puta confero tibi talẽ ecclesiam vel prębendam, si vacat, vel si capax es: talia enim non faciunt actum conditionalem. Vt si dicat Do. Titium tutorẽ si satisdederit, vel Titio lego x. si hæreditatem adeat hæres, ff. de tuto. l. muto. §. 1. de præb. signatum. Vnde & papa & eius executores quotidie conferunt prębendas cũ conditione, si vacat. Sed in hoc, ꝙ dicit Compost. ꝙ valet electio facta, si vacat: ꝯtrium posset dici, cum tẽpus eligendi non currat ignoranti, de conces. præben. quia diuersitatẽ, non ergo dẽt eligere prius, quam sciat vacare. Nec obstat quod dicitur de tutore dato, si satisdederit, & legato relicto, si adierit: qa illæ sunt de futuro, & insunt alias, quare non eadem rõne valeret, consentio in illum, in quem maior & sanior pars, &c. cũ hoc ẽt videatur inesse, s. eod. quia propter. Nam & video, ꝙ condõ quæ inest si exprimatur, facit legatum condõnale. ff. de leg. 1. l. si ita legatum sit § 1. & de hoc vide ꝙ dixi ĩ. de spon. c. in vno. vlt. glo. Io. Andr.

Beneficii collatio conditionalis, seu alternatiua, vel icerta, an valeat.

ADDITIO. Conditio ergo, quæ de sui natura inest, non facit contractum conditionalem vt not. in quæst. 3. in summa. & not. de elect. significasti. in 1. glo. & de scrut. non ordi. eo libentius in glo. 1 & de testi. spol. olim 1. in gl. 1. Contrarium not. hic in ista glo. Solu. si apponitur & exprimatur, nihilominus facit ꝯtum conditionalem; Sed si nõ exprimitur, sed relinquitur dispositioni iuris sic disponẽtis, & ptitur sic fieri, nõ censetur conditionalis, dato ꝙ ius sub conditione disponat. Ad hoc quod not. de spon. in vno. in glo. fin. ĩ. eod. lib. Hiero. Clarius Brixien.

[Gl. seq. re. per obiectionem]

a Residēte] quia si ex xii. canonicis, iiii. sic eligant, potestas eligendi sic remanet apud reliquos viii. ac si ipsi iiii. de capitulo nō essent: ita ꝙ valebit electio facta ab illis viii. vel maiori parte ipsorum. Et not. ꝙ licet pœna decre. cum in cunctis, nō habeat locum nisi electione secuta, ut I[nfra] eo ti. ꝑpetuo. ista tamen etiā ante electionem locū habet, cū dicat, Scrutiniis. Vnde etiā si non sit ad electionē processum, dūmodo in scrutinium fuerit votū tale depositū, incurrit deponens hāc pœnam ex ipso consensu, cum non dicat voce illorū qui elegerint, sed voce illorum qui consenserint.

consensibus celebretur electio: voce illorum, qui nō pure consenserint, ea vice † in alios residente.[a]

† Deponēs vota hic expressa, nō priuatur potestate eligendi, sed vox sua non cōputatur. Do. Fon.

¶ Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunen.

a Residente] aliàs recidente. Io. Andr.

VBi periculū.] Diuiditur in vi partes. Secunda: ibi, Hoc sacro. Tertia: ibi, Porro. Quarta: ibi, Præterea. Quinta: ibi, Ceterum. Sexta: ibi Quia vero.

ADDITIO. Et partes possunt subdiuidi: ſm Io. Mon. quia primo tractat de Cardinalib. intrantibus conclaue: secundo, de non ingredientib. vel exeuntibus: ibi, Sane. Hęc autem prima iterum potest subdiuidi: quia primo tractat de expectatione absētium, & de ipsis ingredientibus conclaue, & de seruitoribus eorū. Secunda: ibi, In eodem, dat modum habitandi in conclaui. Et hęc facit quinque: quia primo ꝓhibet velamina. Secundo in §. Nulli prohibet accessum, missionē nuntij vel scripturæ, & ꝯfacientes excōicat. Tertio in §. Conclaui dat modum habendi cibū & potū in conclaui. Quarto. ibi, Prouisionis, prohibet pendente prouisionis negotio aliquid per Cardinales de Camera recipi, & punit ꝯfacientes: ibi, Idē, prohibet Cardinales alteri negotio intendere, duos casus excipiens. Boati. in diuisione concordat, & aliud hic non glossat Franchus diuidit in vii. Partes, & primam protendit vsq; ad § Verum si quod absit. secundā vsq; ad §. Sane, tertiā vsque ad §. Porro. In alijs concordat. Clericus Pisanus facit viii partes: in secunda concordat: tertiam facit: ibi, In cōclaui. quartam: ibi, Prouisionis. quintam: ibi, Idem sextam: ibi, Sane septimam. ibi, Præterea. octauam, ibi, Ceterum, vsque ad finem. Io Andr.

¶ Istud c. legitur vnico cōtextu vsque ad finem. Et in principio huius c. primo ponitur cā constitutionis, & iuris veteris conseruatio, protestando, ꝙ non intendit reuocare ca licet. de vitanda discordia, eo tit. in ant. vbi dr̄, ꝙ si Cardinales in electione Romani Pōtificis sint in discordia, & duæ partes Cardinaliū conueniāt in aliquē, ille est habendus pro Romano Pontifice, nō obstante ꝯdictione tertiæ partis, sed si tertia pars Cardinaliū opponat exceptionē, nō est admittenda. Postea in secunda parte statuit, quo modo & in quo loco debeat celebrari electio Romani Pontificis, siue in Romana ciuitate, siue in alia, vnde in ciuitate, in qua moritur Romanus Pōtifex, dēt à Cardinalibus electio fieri, & si sint absentes, sunt vocādi & expectandi per decē dies, & quēmodū dēant seruare Postea in tertia parte prouidet vbi sit facienda electio, qñ papa morit nō in ciuitate vbi est curia Romana, sed morit extra curiam, quia forte proficiscebatur ad aliq̄ peregrinationem cū suis familiaribus, & mortuus est. De forma nihil dixit quia eadē forma semper est seruanda In quarta parte Romanus Pontifex sue conciliū generale [quia ista constitō fuit facta in concilio gn̄ali] considerans ꝙ Cardinales possent recedere a forma illius constōnis diabolo suggerente, & sic possent retardare electionē propter suā discordiā, deputauit executores dñus tēporales loci, in quo erit celebrāda electio. Qui dñi tēporales poterunt ipsos Cardinales īcludere sine metu excōicationis, & eis alimenta denegare ſm formam contentam in hoc capitulo, quia Cardinales debebunt esse cōtenti vno ferculo in die: & si infra quinque dies non possint concordari dabitur eis panis & aqua. In quinta parte inhibet Cardinalibus, ne pactionibus & iuramentis se astringant ad aliquē eligendum: sed in arbitrio cuiuslibet remaneat ſm suam conscientiam. In sexta & finali parte monet & hortat Chr̄i fideles, vt audita morte Romani Pōtificis, ipsi continue orent pro Romana ecclesia & ꝙ prælati hortentur subditos suos ad orandū pro

¶ Ponitur causa constitutionis, & iuris veteris conseruatio. Io. And.

CAP. III.

VBI † PERICV-

† vide cōcilium Lateranen. sub Alex. iii. c. 1. & Clem. ne Romani. tit. de electione.

Romano Pontifice Hoc hēt istud capitulum vsque ad finem. Et ista diuisio sit loco positionis casus. Textus. Dispendiis, i. damnis & incommodis. Absentes expectare Hic est vnum speciale in electione Romani Pōtificis: videlicet ꝙ pręsentes non tenentur expectare absentes, nisi per decem dies: nec tenentur illos expectare, licet secus sit in alijs electionibus aliorum prælatorum a Romano Pontifice. Nam in ceteris electionibus vocandi sunt absentes, c. quia propter, c. sicut eod. tit. in ant. Ex tunc idest, elapsis decem diebus. Seruientibus, idest famulis, & quilibet Cardinalium non potest secum ducere ad palatium, in quo facienda est electio, nisi vnum seruitorem, tamen datur sibi Cardinali electio, an velit ꝙ sit clericus vel laicus Et istud verum, nisi Cardinalis esset detentus tam graui infirmitate, ꝙ vnus seruitor non sufficeret, tunc. n. permitteretur sibi habere duos famulos. Vnum conclaue, i. vnam cameram Velamine, dicit glo. idest cortinis. Secretam cameram pro depositione superflui ponderis naturæ. Conclaui prędicto, & dicit ꝙ debet claudi, ita quod nullus intret Sed quō ministrabūtur eis necessaria? Hic prouidet, vt dimittatur aliqua parua fenestra, per quam ministrabuntur victualia necessaria, quæ fenestra dēt esse ita arcta, ꝙ per eam nullus possit intrare & exire. Prouisione, id est, electione. Intra tres dies, & sic durantibus tribus diebus possunt eis ministrari tria fercula: sed post tres dies solum eis ministrabitur vnum ferculum. Quid, si vnus velit vnum ferculum. alius aliud: puta vnus vult carnes bouinas, alius capones, alius perdices? Dicunt Doctores, ꝙ est ministrandum vnum solum ferculum omnibus, & non sunt eis ministranda diuersa fercula quia aliàs posset fieri fraus Nam ipsi sibi ipsis ministrarent diuersa fercula. Intromittant. durante electione non debent se de alijs rebus intromittere, nisi grande periculum immineret, vt dicit hæc litera. Suffragio, idest voce. Ciuitas. Si Ciues videant, ꝙ eorum dominus non vult exequi istam constitutionem, ipsi hoc debent facere, alias enim ipsi ciues punirentur, quia excōmunicarentur, & eorum ciuitas poneretur sub interdicto ecclesiastico. Nam ex quo culpa est grauis & magna, etiam dēt esse magna pęnitentia. Vbi primum idest, quam primum. A clero & populo. vnde exequiæ papæ non debent fieri expensis solius cleri, sed populus dēt contribuere. Nota ex isto cap. notabilia plura Primo nota ex principio capituli, ꝙ vbi est maius periculum, ibi cautius est agendum, concor. Authen. apud eloquentissimum, de fide instru. C. vbi dicitur, quod in causa criminali iudex dēt examinare testes, licét in causa ciuili possit vices suas alijs committere: quia in causa criminali maius periculum vertitur, quam in ciuili. Nota locum, in quo dēt celebrari electio papæ quando moritur in ciuitate, & ponitur forma electionis, quam debent obseruare Cardinales. Nota, ꝙ si papa dimissa curia in ciuitate, se trāstulit ad aliū locū, & in itinere mortuus est, tunc electio est celebranda in ciuitate illius loci. Sed si ibat ad peregrinationē, tunc electio est facienda

ciendа vbi dimisit curiam. Vnde istud cap. limitatur secundũ Clem ne Romani. eod titu. Sed quid, si moritur in mari? non est in territorio seu dominio alicuius: quia quando dominia de iure gentium fuerunt distincta, mare remansit commune, & indiuisum, secundum quod erat de iure naturali. Dicunt Doctores, ꝙ licet mare nō sit ī territorio alicuius domini, tamen partes maris consueuerent distingui per ciuitates proximas, & censeatur pars ciuitatis. l. insulæ, ff. de iudi. Et ideo si Papa moriatur in mari, tunc electio fiet in ciuitate distinguente illã partem maris. si aũt illa pars maris nō cō sueuit distingui, fiet electio in proximiori ciuitate. Nota illud, ad quod allegat istud capitulũ, ꝙ in famibus non patent portæ dignitatũ. Nota, quod parum esset iura esse condita, nisi essent magistratus qui iura tuerentur. Et ad hoc quotidie alleg. istud c. Helias Regnier.

[Glossa prima simul diuidit, & summat.]

lum [a] maius intenditur, ibi proculdubio est plenius [b] consulendum. [c] Quàm grauibus autem sit onusta dispendijs, quot 10 & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti [d] consideratio temporis edocet, & considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant. [e] Hinc nos euidens euocat ratio, [f] vt dum reformandis etiã minoribus [g] nostra solerter [h] vacat intentio, ea, quæ periculosiora [i] sunt, nequaquam absque remedio reformationis ac commodę [k] relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda discordia in electione Romani Pontificis, à nostris sunt prædecessoribus, [l] & præcipue à felicis recordationis Alexandro [m] † Papa tertio, salubriter instituta: omnino immota in sua firmitate [n] manere censentes: nihil enim detrahere illis intendimus, sed quod experientia [o] deesse probauit, præsenti constitutione 20 supplere.

Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat.

30 ¶ Hoc sacro Cōcilio [p] approbante statuimus, ut si eundem Pontificem in ciuitate, [q] in qua cum

a ¶ Vbi periculum.] in prima parte, quæ durat vsque ad ver. Hoc sacro. ponitur causa constitutionis, & iuris veteris consecutio. In secunda ponitur, quō habeat fieri Romani Pontificis electio, qñ morit in ciuitate, in qua cum sua curia residebat. In tertia, quæ incipit: ibi, Porro, ponitur, quid iuris qñ moritur extra ciuitatem, in qua erat curia. In quarta quæ incipit ibi, Præterea, dat executores huic iuri cum pœnis. In quinta, quæ incipit: ibi, Ceterum, obtestatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum: & cassat omnia pacta obligationes, iuramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo. In Sexta, q̃ incipit: ibi, quia vero, monet omnes fideles, vt statim audita summi Pontificis morte eius celebrent exequias: & quotidie orent pro vigili, concordi, & vtili prouisione Romanæ ecclesiæ. Prælati autẽ in suis prædicationibus ipsos subditos adhortentur: & eis frequentiam orationum, & obseruantiam ieiuniorum indicant, hoc dicit in summa.

b ¶ Plenius] aliàs, penitus.

c ¶ Consulendum.] 52. dist. quiescamus, 7. q. 2. c vlt. ff de Carbo. edic l. 1. § sed & si quis.

d ¶ Exacti.] idest, retroacti vel transacti: sic prouidetur ex præteritis circa futura. de hoc vide 41. dist. ir vlti. 14. q 2 cum bellicam, supra de præsump. scribam, & facit de prom. c. 1. de fer. non ordi. c. 1.

e ¶ Manifestant.] ad idẽ ↓. eo. fundamenta. Io. And.

f ¶ Hinc nos euidens euocat rō.] Nota, rōnẽ legis attendendam non minus, quàm ipsam legem, C. quæ sit lon. consue. l. 1. ff. de iure pa. adigere, §. quamuis. Et nota, quod vbicunque habet locum ratio, & lex. ff. de interd l. 1. cum simil.

g ¶ Minorib.] scilicet, inferiorum ecclesiarum vacationibus, 50. dist. postquam, de electio. ne pro defectu. & ca. seq. & ↓. per totum. & 21. q. 2. c. 5.

a Hæc glossula ex annotatione marginali huc irrepsit & qñ liceat arguere a rōne legis, vide Nicolaũ Eueraidũ loco a rōne legis, ad ipsam legem.

h ¶ Solerter.] aliàs solerter, aliàs feliciter.

i ¶ Periculosiora.] sicut est Romanæ ecclesiæ vacatio & est simi. ↓ de immu. eccl. quoniam.

k ¶ Accommodę.] id est multum commodę.

l ¶ Prædecessoribus.] 23. dist. c. 1 79. dist per totum.

m ¶ Alexãdro.] ↓. eod. licet de vitãda. Ioan. And.

n ¶ In sua firmitate] bene dicit, vt patet 25. q. 2 si ea. & c. ꝙ verò & c. ecclesiasticæ, cum sim. Archidiaconus.

o ¶ Experiẽtia.] sic supra eo. lib. de resc. statutum, & inf. eo. tit. quam sit.

ADDITIO. Sic in auth. hæc consti. Inno consti. & c. col. 8. & infra eo. quam sit. 1. respon. Archidiaconus.

p ¶ Cōcilio.] generali. 1. & edito Lugdun. Sumit tamẽ illa cōstitutio potius vigorem ex renouatione Calestini quinti: & hac approbatione & cōseruatione Bonifacij, quàm ex primæua constitutione Gregorij, ex eo, quia reuocata fuerat per dominum Hadrianum, 2 & per dominum Ioannẽ xxj. Papam: Et pro reuocata habebatur: nec olim inter Gregorianas legebatur. Et certe cum constitutio ista tam 40 vtilis, approbatione tanti concilij fuerit edita, non æquum fuit, ꝙ absque requisitione concilij reuocata fuerit, supra de regulis iuris, capitulo primo, de plenitudine tamen potestatis id facere potuerat: cum sit Papa super 3 omnia concilia, supra, significasti.

ADDITIO. Ille prius vocatus fuit Petrus Hispanus, & fuerat Tusculanus Cardinalis, de hoc commendatur, quod se pauperibus & diuitibus communem exhibuit. Ad reuocandam autem constitutionem mouit eũ, quia mortuo Gregorio X. huius decr. 50 auctore, seruata illa constitutione, surrogatus fuit Innocentius quintus, qui fuit Burgundus, frater prædicatorum, & doctor sacræ paginæ, & vixit quinq; mensibus & duobus diebus post eum. In creatione Hadriani V. etiam seruata fuit hęc constitutio qui parum vixit, vt prædixi. quo mortuo, in electione etiam ipsius Ioannis seruatus fuit effectus, constitutionis: quia vero etiam quamplures Cardinales tunc decesserunt: æstimatum fuit, quod illarum mortuum causa fuerit refectio illius constitutionis: ideo per eum reuocata 60 fuit vel suspensa, quo ad omnem ipsius effectum. Io. Andreæ.

ADDITIO. Alia Ioann. Mona dicit, quòd fuerat suspensa: & quia suspensio non fuerit in scriptis redacta: Ioann. illam suspendit quo ad omnem ipsius effectum, & ideo Gul. noluit hanc decret. aliter glossare: sed prosequebatur hic xij. specialia in electione Papali, & circa illa seruabat aliquas quæstiones, quas vide in decret. licet, eodem tit. Gar. autem nil glossauit, nisi excusationem prætermissionis glossandi, Io. And.

q ¶ Ciuitate. ciuitas murorum ambitu terminatur. ↓. de sent. excom. si ciuitas. Ioan. And.

† In concil. Laterañ. c. 1 & refert in c. licet ↓ vitanda extra de electio.

2 Qui fuit ↓ Flisco, & nepos Innocẽtij quarti: vixitq; minus xl. diebus.

3 Vide Turrecremată in sũma de eccl'a, lib. 3. c 24. in fi. & c. 44. vbi late ↓bat hoc dictũ glossæ.

[Glo. seq. in prin. reci. obiectionem, quam soluit: ꝙ in incidenti quæstionem remittit, secundo quærit arg. pro, & soluit, tertio quærit, & soluit.]

a ¶ Decem diebus.] nota constitutio ista nõ iubet eos citari, sed tantum expectari: & sic est speciale in electione sũmi Põtificis, cũ in alijs absẽtes de ꝓuincia sint vocãdi. s. eo. coram. vel saltem secundũ ꝙ est cõsuetudo, vt ibi no. & 7. q. 1. factus. & si ꝯsuetu locẽt, nõ vocarent. j. de præb. cũ in eccle sijs. Si autem quæratur q̃ sit prouincia Romana: dic vt s. de offi. vica. sua. Sed pone, Cardinales q̃ iã sunt absentes & ita remoti, ꝙ nullo modo posset venire infra decẽ dies ad locũ, vbi debet electio celebrari, nunquid poterunt præsentes statim ad electionẽ ꝓcedere: vel ante lapsũ horũ decem dierũ? & vr̃ ꝙ sic ff. ad Velleia. l. aliquã. §. fi. maxime ꝑ periculũ morę, vt s. Sed cũ hic simplr̃ dicat, ꝙ expectari dẽnt ꝑ decẽ dies, simpliciter intelligendũ est, fm Gul: ff. de alea l. 1. §. qđ vero & s. de prim. q a cite possent enim absẽtes uti se lici deplomate. ff. de verb. obli. cõtinuus, § cũ ita, cir. a finẽ. vnde ante decendiũ ꝓcedere nõ debẽt: & forte audiẽtes de infirmitate Papę vel illa cã venire cæperãt ante mortẽ: ita ꝙ infra decem dies a morte erunt in loco: & beneficiũ iuris nemini est auferendũ 28 dist. de his. j. de reg. iur. indultũ, & facit optime inf. eod commissa. s. re spon. cũ suis cõcor. Sed pone aliq̃s Cardinalis non sub eo tempore expectatus vult agere de contẽptu quæritur vtrum possit? Di: quod si electio facta fuit ab omnib. reliquis, vel à duabus partib. eo non cõputato, nulla obstat exceptio, & sic nec actio. s. eod. licet. & ff. de superfi. l. 1 §. ait, in fi. §.

b ¶ Omnes] præsentes: ẽt si essent pauciores quàm tertia pars per hanc constitutionem.

c ¶ Habitabat] sim. ff. de iudic. si locus, ff. de arb. si cũ dies. §. si arbiter.

d ¶ Necessitas.] vt forte quia podagras patitur, ita quod necesse habet per seruientes sustineri, & portari, vel alia similis causa.

sua curia residebat, diem claudere contingat extremum: Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus [a] tantummodo teneantur: quibus elapsis, siue absentes venerint siue non, ex tunc omnes [b] conueniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat; [c] contenti singuli, singulis tantummodo seruientibus clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens necessitas [d] id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem † electionis arbitrio [e] reseruato.

¶ In eodem autem Palatio vnum conclaue [f] nullo intermedio pariete, seu alio velamine, [g] omnes inhabitent in communi: quod (reseruato libero ad secretam cameram aditu [h]) ita claudatur vndique, vt nullus illud † intrare valeat vel exire.

¶ Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secrete [i] loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro his tantum, quę ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. [k]

¶ Nulli etiam fas sit, ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam: Qui vero contra fecerit scripturam mittendo, uel nũcium, aut cum aliquo ipsorum facere loquendo: ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. [l]

¶ In conclaui tamen prædicto aliqua fenestra [m] competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum commode necessaria ministrẽtur; sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus.

¶ Verum si (quod absit) infra tres dies, postquam (vt prædicitur) conclaue præfatum ijdem Cardinales intrauerint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore prouisum: per spatiũ quinque dierũ immediate sequentium, singulis diebus tam in prãdio, quam in cœna, uno solo ferculo sint contenti: quibus [n] (prouisione non facta) decursis: ex tunc tantummodo panis, vinum & aqua † ministrẽtur eisdem, donec eadem prouisio subsequatur.

¶ Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de camera [o] Papæ recipiant, nec de alijs eisdẽ ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: sed ea omnia ipsa vacatione durante, sub eius, cuius fidei & diligẽtiæ camera eadem est commissa, [p] custodia

e ¶ Arbitrio.] vt possit habere, vel vult clericos vel vult laicos: vel alterum clericũ, vel alterum laicum.

f Conclaue.] ad idẽ 12. q. 1. cap. 1. j. de sta. reg. c. 1. & ff. de dam. infec. l. qui cõclaue. ADDITIO. Et solet dici conclaue, quod pluribus clauibus clauditur: uel ad quod per plures claues itur. Ioannes Andr.

g ¶ Velamine.] vt puta settorijs vel cortinis.

h ¶ Aditu.] 18. q. 2. diffinimus.

i ¶ Secrete.] 81. dist. clerici. 28. q. 2. in decima.

K Vocarentur.] puta aduocati, vel iurisperiti, vel religiosi viri, vel tabelliones.

l Incurrat.] Nota canonẽ latæ sententiæ, alium habes j. eo cap. § ꝙ si. Alios h[…] nota no taui j. de senten. excom. eos [2] Et cum nõ reseruauerit sibi absolutionem: dicamus quod ordinarius absoluere poterit, ut dicam inf. eo. sciant cuncti.

m Fenestra competẽs.] ita quòd nullus intrare per eam possit, vel exire, ut s. & infra.

ADDITIO. Erit cũ rota ad modum monialium, secundum Fran. Vercel. vel cũ barris ferreis circundata, secundum eũ. Ioan And.

n Quibus.] s. quinque diebus.

o Camera.] sic & in clericis collegiatorum cathedraliũ, vel regularium ecclesiarum, inf. eo. quia sępe. & fuit hoc statutum, quia forte ꝓpter hæc habẽda essent in prouidendo tardiores. Ioan. And.

p Commissa.] per Papam, cuius morte non expirat officium camerarij. vt in clem. eo. tit. ne Romani § cũ tamen.

† In antiquis codicibus legitur eiusdem [1] Idẽ Ph. ex quo no. ipse ꝙ pendente dilatione nihil nouandũ ẽ, & si certũ sit partem nihil agere posse Fon.

† In antiquis exemplarib. legitur, illuc.

[2] Et sunt 32 & 2. inductos ꝑ cle. ibi, collegi. & sent. excõ. c. 1. in gl. ẽ scien dum. Io. And.

† Præter Philippũ Frãchum hic, vide glossã in Clem. 1. de hær. verbo, tormentis.

a ¶ Reseruanda.] sic inf. eod. quia sæpe. & de offi. ord. præsenti.
b ¶ Intromittant.] simile inf. de hær. accusatus. §. sane. & §. seq. An collegium Cardinalium sede vacante papali potestate vti possit, dicam inf. de schism. c. 1. ad fi. & est expedi-tū hodie quod non nisi quātum hic conceditur: vel nisi circa substitutionem camerarij vel pœnitentiariorum deficientium: quod dic vt in Clem. eo. tit. ne Romani vbi etiā determinat hanc cōstitutionem, vel eius partem, tunc per collegium alterari non posse. Io. Andr.
c ¶ Singulis.] licet alias dicere consueuerimus, quod fit à maiori parte, dici factum fuisse concorditer. 46. di. Apostolica. in gl. 1. & de elec. cum inter canonicos, & ff. ad muni. quod maior, nisi minor pars iustam causam contradictionis ostendat. de his quę fiunt a ma. par. ca. c. 1. tamen per hanc literam quæ hoc hic exprimit, dico : omnes debere esse concordes.
d ¶ Celeriter.] scilicet, suspenso electionis negotio Et not. quod desideratur celeritas de hoc dixi inf. eo. c. vlt. Io. Andr.
e Infirmitatis.] alia ergo necessitas non excusat.
f Exire.] si autem oēs exierint simul vel successiue: dic, vt in Clem. eod. tit. ne Romani, §. porro.
g Suffragio] idest, consensu. sic sumitur ff. de legi. de quibus, in fi. ff. quod cuiusque vniuer. item eorum, §. 1. ad hęc. ff. de decur. spurij. §. minores intr. eod. ex eo. aliquādo sumitur pro auxilio, concilio, vel seruitio. 12. q. 2 quicunq; suffragio. C. de suffragijs. l. 1. Archid.
[Glossa sequens quęrit: ponit dictū Hostien & soluit.]
h Sanitatem.] quid si Cardinalis propter infirmitatem nolens inclusus stare, renunciet voci suæ: nunquid valeat renunciatio, & nunquid rediens admittetur? Host. cui hoc de facto contigit, plene notauit hanc quæstionē sup. de renun. nisi cum pridem, §. propter malitiam. dicens finaliter quod pœnitens & rediens admittendus est: de iis autem quæ medio tempore facta sunt, conqueri non poterit, & hæc quæstio satis hic terminatur per sequentia.
i Videlicet.] vide mirabilem expositionem huius verbi, reintegra, aliter exponitur sup. eo. in causis §. quia vero. vbi de hoc.
k Inuenerint.] sim. inf. vt lit. penden. c. 2. in fine.
[Glos. seq. quærit, arguit negatiue, & soluit contrarium.]
l Potu] pone: Cardinalis absens venit post diem octauum a die inclusuræ, ita quod Cardinales inclusi tunc non habebant, nisi panem, vinum, & aquam, vt dictum est supra, nū quid ille superueniēs statim cōpellitur suscipere eorū vitam? & videtur quod nō: quia non fuit in culpa. sup. de constit. c. 2. dic secus per hanc literam, & per illam superiorem in eo statu, &c. Ad hoc de statu monachorum, cum recolentes, & sæpe sine culpa quis punitur ex causa, ꝙ dic vt infra. de reg. iur. sine culpa.
m Curia.] & erat ordinatum de ipsa curia transferenda; alias si in primo loco remāsisset audiētia litterarum & causarum, licet suspensa, ibi celebraretur electio, vt in consti tu. clement. eod. tit. ne Romani. §. sane. in fine.
[Glo seq. recitatur per quæstionem.]
n Territorio.] siue districtu. Quid sit territorium, dixi supra de consti. cap. 1. quo ad hunc casum ponitur pro diœcesi, vt in Clemē. eo. tit. ne Romani, §. sane. & per hanc literam puto, ꝙ si moriatur in mari, Cardinales dēant conuenire in ciuitate, per quam locus ille maris distringit ‡ ad hoc ff. de verbo. sign. l. pupillus. §. territorium, ff. de iudi. insulæ Italiæ & si non distringatur ‡ per aliquam ciuitatem, dicerem in viciniori id faciendum ad hoc sup. de consue. cum olim ff de verb. sign. notionem §. 1. ad hoc int §. 1. ibi: in alia viciniori, &c.
o Interdicta.] nota ꝙ in loco interdicto non potest electio celebrari: nisi velis dicere hoc speciale in electione Romani Pontificis, & posito etiam ꝙ in tali loco celebretur, nihilominus valet: quia nulla exceptio admittitur, vt sup dixi.

† al. l. ita ad. ipsos.

† Idem Dom. & hoc est præter adiectiuū geminatum & idē dicas, si in ordinatio ne aliqua ponatur; plena cōcordia. Phi. Fon.

† In antiquis codicibus ita: ad eligendū substituēdū Pōtificem libere procedatur.

† Hę duę voces: ad electionē desunt in aliquot antiquis codicib.

‡ al. distringitur.

‡ al. distinguatur.

maneant: per eum dispositioni futuri Pontificis reseruanda. a ¶ Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc à receptione quorumlibet reddituum ad eos † spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. ¶ Iidem quoque Cardinales accelerandæ prouisioni sic vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio intromittant, b nisi forsan necessitas adeo vrgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius ecclesię defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel nisi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quod omnibus & singulis c Cardinalibus præsentib. concorditer videretur illi celeriter d occurendum. ¶ Sane si aliquis ex prędictis Cardinalib. conclaue prædictum (vt supra exprimitur) non intrauerit: aut intrans absque manifesta causa infirmitatis e exierit, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad † reliegendum summum Pontificem libere procedatur. ¶ Si vero infirmitate superueniente, idem conclaue ex eis aliquem exire f cōtingat: ipsa etiam infirmitate durante, poterit eius suffragio g non requisito [ad †electionem] procedi: sed si ad alios, post sanitatem h sibi redditā seu antè, redire voluerit; vel etiā si alij absentes, quos per decem dies dicimus expectandos, superuenerint: re integra, videlicet i antequàm eidem ecclesiæ sit de Pastore prouisum, in eodem negotio in illo statu, in quo ipsum inuenerint, k admittantur: prę-missa tā de clausura, quā de seruientibus, cibo, ac potu, l & reliquis, cum alijs seruaturi.

¶ *Quid iuris, quando moritur Romanus Pontifex extra ciuitatem, in qua erat curia.*

¶ Porro si quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prędictam, in qua erat cum sua curia m residens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate in cuius territorio n seu districtu idem Pontifex obijt, conuenire: nisi sit forsitan interdicta, o vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat, quo casu, in alia viciniori cōueniant, quæ similiter nel interdicto subiaceat, nec sit, vt prædicitur, aperte rebellis. ¶ In hac etiam ci-

a ¶ Tueatur.] ut, ff. de or. iur. l. 2. §. post originē, & inf. de sta. re. c. vnico. §. & quoniam.
b ¶ Celebranda.] secundum distinctionē superius factam.
c ¶ Præsumant.] quia tūc essent excōicati: sicut & in se defendēdo modū excedēs, quod dic vt sup. de resti. spol. olim. 1 in fin. Et nota casum, in quo laicus auctoritate canonis potestatem habet in clericum contra id 96. distin. bene quidem, de sent. excom. si vero.
ADDITIO. Et dic: canonis id statuentis pp bonum publicū, & superioris defectū bene facit 79. dist. si quis pecunia, alios casus vide 25. q. 5. principes, in glo. 2. Ioan. Andr.

† In antiquis legitur, dñs.

d ¶ Corporaliter.] vide quod not. c. prox. Io. Andr.
e ¶ Pateant.] sup. de excess. præla. inter dilectos. inf. de reg. iur. infamibus.
f ¶ Priuatos.] sic inf. eo. fundamenta. §. quod si secus. sup. de pœn. in quibusdā, & infra eo tit. felicis.
g ¶ Sine ɔ̄dictione.] præscribi tamen possunt, quod dic vt inf. de præscr c. 2.
h ¶ Prędicta.] in qua secundum superiorem distinctionē erat electio facienda. Io. Andr.
i ¶ Priuata.] sic inf. de pœn. felicis, in fi. & 15. q. 2. ita nos.
k ¶ Captiuat.] idest, quasi captiuatum facit, & tenet. Io. Andr.
l ¶ Certū.] puta talē eligendum. Io. Andr.
m ¶ Electio.] quæ libera debet esse cum ex cōsensu procedat, ad idē de spon. cum locum.
n ¶ Sua sunt [de censi cum Apostolus.
o ¶ Possibilitas] q. a vltra posse nemo obligai. 12. q. 2. faciat, ff. de reg. iur. nemo. sup. de pactis cap. vlt.
[Glo. sequens quærit & remittit.]
p ¶ Idoneo.] tenentur ergo Cardinales idoneum eligere: licet dicamus quod nulla exceptio admittitur contra electum a duabus partibus, supra eod licet. Quid ergo si laicum illiteratū vxoratum eligant? De hoc vide 79. distin. si quis pecunia.
q ¶ Diuinæ.] ad hoc inf. eo cōmissa, in fi.
r ¶ Graui.] fuit ergo grauis offensa 24 q. 1 non afferamus.
s ¶ Cassamus] sim. C. de leg. non dubium ff de pac l. iuris gentiū §. & generaliter, & si hoc nō dixisset papa: tñ nō tenebāt ɔ hāc cōstitutionē, & alia iura. quod dic vt leg & not. 10. dist vides. sup. de spon. duorū, in 1 Ar.
t ¶ Carere.] concor. inf. de offi ord. quia plerique.

† In vno codice manu scripto ita: eo ipso excōicationis vinculo sint nodati.

uitate, tam quoad expectationē absentium, quā quoad habitationem communem, clausuram, & cetera omnia in domo episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda, eadem obseruentur, quæ superius obeunte dicto Pontifice, in ea, in qua cum sua curia residebat, sunt expressa.

¶ *Dat executores huic iuri cum pœnis. Io. Andr.*

¶ Præterea (quia parum est iura condere, nisi sit qui eadem tueatur [a]) adijciendo sancimus, vt domini, † alijque rectores, & officiales ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda, [b] auctoritate nostra, & eiusdem approbatione concilij potestate sibi tradita, præmissa omnia & singula plene ac inuiolabiliter, sine fraude ac dolo aliquo faciant obseruari: nec Cardinales vltra quam premittitur, arctare præsumāt. [c] ¶ Super his autem taliter obseruandis, statim audito summi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerso ciuitatis ipsius ad hoc specialiter conuocandis, præstent corporaliter [d] iuramentum. ¶ Quòd si præmissa diligenter non obseruauerint, aut fraudem in eis vel circa ea commiserint, cuiuscunque sint præeminentiæ, conditionis, aut status, omni cessante priuilegio, eo ipso † sententiam excommunicationis incurrāt, & perpetuo sint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateāt, [e] nec ad aliquod publicum officium admittantur. ¶ Ipsos insuper feudis & bonis ceteris, quæ ab eadem Romana ecclesia, vel quibuslibet alijs ecclesijs obtinēt, ipso facto decernimus esse priuatos, [f] ita quod ad ecclesias ipsas plene ac libere reuertantur, administratorum earundem ecclesiarum arbitrio, sine contradictione [g] aliqua disponenda. ¶ Ciuitas vero prædicta, [h] non solum sit interdicto supposita, sed † & Pontificali dignitate priuata [i].

† In aliquot manu scriptis ita: sed etiam Pontificali, &c.

¶ *Obtestatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum, & cassat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo.*

¶ Ceterum (quia cum arbitrium, vel inordinatus [k] captiuat affectus, vel † ad certum [l] aliquem obligationis cuiusque necessitas adigit, cessat electio, [m] dum libertas adimitur eligēdi) Cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, vt pensantes attentius quid eis imminet, cū agitur de creatione Vicarij † Iesu Christi, successoris Petri, Rectoris vniuersalis Ecclesię, gregis Dominici directoris, omni priuatę affectionis inordinatione deposita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis necessitate, nec non condicti & intendimenti contemplatione cessantibus non in se reciprocent considerationis intuitū vel in suos: non quæ sua sunt, [n] quærant: non commodis priuatis intendant; sed nullo arctante ipsorum in eligendo iudicium, nisi Deo, puris & liberis mentibus, nuda electionis conscientia, vtilitatem publicā libere prosequātur, omni conatu & sollicitudine, prout possibilitas [o] patitur, id acturi tantūmodo, vt eorum ministerio acceleretur vtilis & pernecessaria totius mundi prouisio: idoneo [p] celeriter eidem ecclesiæ sponso † dato. Qui autem secus egerint, diuinæ [q] subiaceant vltioni: eorum culpa, nisi graui [r] propter hoc peracta pœnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, siue iuramenti siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, † cassamus, [s] irritamus, & viribus decernimus omnino carere, [t] ita † quod

† In antiquioribus codicib. ita, vel ad certū aliquid obligationis, &c.

† Vide Turrecrematam in summa de ecclesia li. 2. c. 16.

† Vide Turrecrematā in summa de ecclesia, li 2. c. 17. & 18.

† al. sponsa.

† al. ita vt nullus &c.

quòd nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non seruatæ: sed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana [a] testetur: Deo magis transgressiones huiusmodi, quàm iurisiurandi obseruationes.

¶ *Monet omnes fideles, vt statim audita summi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi & vtili prouisione Romanæ Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationem & obseruantiam ieiuniorum indicant. Ioannes And.*

¶ Quia vero fidelibus nō est tam de sollicita quantumcunque inuentione fidendum, quàm de instantia orationis [b] humilis & deuotæ sperandum: huic adijcimus sanctioni, vt in omnibus ciuitatibus, cæterisque locis insignibus, vbi primum [c] de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: a clero & populo sollemnibus pro eo exequijs celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesiæ prouisione indubitāter rumor per tulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud † eum deuotis orationibus insistatur: vt ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouisio celer, concors, & vtilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit vtilitas) ex ipsorum vnanimitate sequatur.

¶ Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, districte præcipimus: vt Patriarchæ: Archiepiscopi, Episcopi, & alij ecclesiarum Prælati, cæterique, quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc specialiter frequentius cōgregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, solerter hortentur: & ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed † obseruantiam (prout circunstantiæ [d] pensandæ suaserint) ieiuniorum [e] indicant.

¶ Idem in eodem.

¶ *Appellationes contra electiones, postulationes, vel prouisiones, omnia quæ obijcere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere; & iurare, quod illa credunt vera esse, & ea se posse probare. Super non expressis ipsi, vel adhærentes eis, non audientur; nisi de nouo emergant, vel perueniant, vel superueniat probandi facultas; super quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes quæ obijciuntur in personam vel formam, in suo robore conseruatur. 7.*

CAP. IIII.

VT CIR-

† al. ita, & apud eū.

† al. ita sed & obseruantiā, &c.

[a] ¶ Humana.] C. de nupt. Authen quod eis. & ff. de obseq. l. nullum. ff. de lega. 1. si quis inquilinos. §. fi. ff. de pact. iuris gētium. §. pactorum. Ioan. And.

ADDITIO. Et in corpore unde sumpta fuit coll. 5. scenicas nō solū si fideiu. & c. post princip. & allegat hic Archidiaconus, quod ibi not. in glossa, sed quare.

[b] ¶ Orationis.] 23. q. 8. in qualibet ibi: scientes magis religionibus quam officijs & labore corporis, vel sudore, nostram rempublicam contineri.

ADDITIO. Quòd multum valent orationes iustorū, alleg. Io. Mo. 45. dist. disciplina. circa fin. 12. q. 2. animæ. uide quod no. in cle. vna de reliq. & ue. sancto. ad fi. ma. glo. Io. Andr.

[c] ¶ Vbi primum.] idest, cum primum. Ioan And.

[d] ¶ Circunstantiæ. puta q̄a timetur de zizania & magna discordia inter Cardinales.

[e] ¶ Ieiuniorum.] ad hoc cō. or. de uet. & noti redem. magnæ. & vigiliarum exercitium, ut ibi.

VT circa] sūma, & diuide prout in prima glossa.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesiæ, ad quos spectat electio, conuenerunt in vnū, tractaturi de electione futuri pastoris, habito tractatu, cū maior pars vellet Titium postulare vel eligere: vel p̄p negligētiam canonicorū potestas eligendi fuisset deuoluta ad superiorē: & superior prouidere vellet Titio de eccl'a Pictauiensi, fuerunt aliqui opponentes & appellātes ad Ap̄licā sedē, ne Titius eligeretur, postularetur, vel idē p̄uideretur: quæritur q̄d debeant appellantes obseruare? Respōdet Romanus Pontifex, debēt nominatim exprimere in sua appellatione vitia, quæ opponunt tam contra formam electionis, quàm personam electi, postulati, vel prouisi: & hoc non sufficit: sed vlterius debent iurare, q̄ omnia quæ opponunt, sunt vera, & ea posse p̄bare. Sed quid, sanctissime Pater, ponamus quod appellantes volunt iustificare appellationē ex causa non expressa in appellatione: & uolūt aliq̄d deducere cōtra formam uel personam: quæritur possint, Respondet quod non, regulariter: fallit tamen, vbi illud q̄d opponunt, venit de nouo ad notitiam: uel si de nouo illa emergunt; puta quia electus post electionem perpetrauit homicidiū; tunc enim ex istis poterit appellantes iustificare suam appellationem. Sed utrum p illud capitulum sit correctū capitulū primū. sup. eo titulo, dicit q̄ cōstitutio Innocentij facta contra deficiētes in probatione obiectorū, remanet i suo robore & efficacia: deficiētes i probatione puniuntur pœna illius constitutionis. Alio quin referetur ad verba: s. q̄ appellantes tenētur iurare, q̄ credunt opposita p eos esse vera. Nota primo ex illo capitulo, q̄ malitijs hominū non est indulgendū sed potius p superiore obuiandū. Nota vlterius, principalē effectū huius capituli, q̄ se opponētes vel appellātes electioni, postulationi, vel prouisioni factę vel faciē dę, dēnt ipsi appellātes in suo instro appellationis inserere causas, p̄p quas intendunt impugnare electionē, prouisionē, vel postulationē vel personas eligentium

tium vel electi: ita quod non poterũt iustificare suam appellationem ex causis non insertis in instrumento appellationis. Et sic de nihilo seruiret illa clausula, quam communiter inserunt appellantes in suo instrumento appellationis: videlicet quando dicunt, quod ob illam causam & alias causas loco & tempore apponendas se opponunt: & intendunt iustificare suam appellationem. Nota causas exceptas, vt appellans possit iustificari ex causis nõ insertis in appellatione: Primo, quãdo illud

ca [a] electiones, [b] postulationes, & prouisiones ecclesiasticas viam [c] malitijs, prout est possibile, [d] præcludamus, ne diutius periculose [e] vacent † ecclesiæ, [f] vel personarum, dignitatum, [g] & aliorum [h] ecclesiasticorum beneficiorum prouisio differatur: Edicto perpetuo [i] prouidemus, vt si quando aliqui [k]

† Vide Conc. Lateran. sub Innocen. iij. c. 23. & referi extra de electio. c. ne pro defectu.

quod non erat expressum in appellatione, & nunc opponitur, de nouo emersit. Secundo, cum de nouo superuenit facultas probandi, quæ de nouo non superuenerat. Tertio, si illud erat antiquum: sed peruenit de nouo ad notitiam appellantis. Nota insuper dispositionem huius capituli locum habere in quibuscunque beneficijs etiam simplicibus: Nam si aliquis appellet a prouisione facta de capellania vel canonicatu, vel alio beneficio simplici: habet locum dispositio huius c. vt appellans teneatur inserere in scriptis, quę unque ipse vult opponere contra prouisionem. Et si istam formam non seruauerit, non est admittendus ad prosequendum suam appellationem. Nota finaliter, quod indefinitiua iuris æquipollet vniuersali, vt hic late per gl. ad quam quotidie recurritur.

[Prima glossa summat, & diuidit.]

a Vt circa] appellantes contra electiones, postulationes, vel prouisiones, omnia quæ objicere intendunt cõtra personam vel formam, tenentur exprimere: & iurare, quod illa credunt vera esse, & ea se posse probare. Super non expressis ipsi, vel adhærentes eis non audientur: nisi de nouo emergant, vel perueniãt, vel superueniat probandi facultas: super quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes, quæ objiciuntur in personam vel formam, in suo robore cõseruatur. Et secundum Gar. & Ioan. Monachum hęc decretalis in sex partes diuiditur: quarum. Prima vsque ibi: Edicto; in qua ponit constitutionis causam. Secunda vsque ibi; Alioquin, & ponit ibi cõstitutionem. Tertia vsque ibi: Nisi aliquid, & ponit ibi pęnam non obseruantis constitutionem. Quarta vsque ibi; Super hmõi; in qua facit exceptionem. Quinta vsque ibi: Illa sane. in qua de iurando ponit super exceptione præstanda. Sexta ibi: Illa sane, vsque in finem, in qua corroborat Domini Innocentij decretalem.

b Electiones] nota hic tres modos tangi, quibus prouidetur ecclesijs. sic sup. eo. c. 1. eo. lib. quorum primi duo pertinent ad subditos, alius ad prælatos qui eo ipso quod prouident, confirmant, quod est verum si eodem iure spectat ad illos eligere & confirmare 63. dist. in sy nodo ff. de auct. tu. l. 3. secus si diuerso. & sic intelligitur sup. eo. cum inter canonicos. vbi de hoc. & de fide instru. inter dilectos §. cæterum.

c Viam malitijs] in f. c. proxi. de rescript. sedes. & c. plerunque. sup. qui ma. accu. pos. significante. ff. de rei. vend. in fundo § constituimus.

ADDITIO Vide de simo. nobis. super 3 glo.

d Possibile.] non enim omnibus hominum malitijs viam præcludere posset. 6. q. 1. si omnia, malas enim hominum voluntates ad plenum cohibere non possumus. 31. q. 1. hac ratione. in fi. nihil. n. est quod homo semel deditus malitiæ, non adinueniat. in Auth. coll. 6. ut hi, qui se ob. ha. perhi. res mi. in princ. & idem, ff. cõmo. ad eos ff. de præscript. uer. natu. alis. C. mand. l. ab Anastasio.

ADDITIO Qui circa lites versantur, legem Anastasij fraudabant suis machinationibus, contra quas ibi prouidetur. Ioan. And.

e Periculose.] aduerbialiter ponitur. sic de pœ. dist. 7. periculose. & est periculum in spiritualibus & temporalibus, sup. eod. ne pro defectu. 50. dist. postquam. & inf. eo quam sit.

f Vacent ecclesiæ.] id est prælatis careant, & ministris, sic & mulier dr vacans, quæ virum non habet. ff. ad l. Iul. de ui pub. q. cotra. § qui vacantem. Archidiaconus.

g Dignitatem.] de quibus est idẽ iudicium habendũ. sup. eo ti. dudũ. 2. & sup. de præbẽ. de multa.

[Glo. seq. respondet per quæstionem & solutionem, objicit rationi & solutioni. quæ est indefinitam æquipollere vniuersali, & obiectioni respondet.]

h Aliorum ecclesiasticorum omnium vniuersaliter. 19. dist. c. 1. ff. de offi. præsid. l. 3 igitur siue super simplici beneficio appelletur, siue super alio, locum habet hæc decret. Dici enim solet, quod indefinita [1] canonis vel legis regulam tradere intendentis æquipollet vniuersali; [2] indefinita communis locutionis nõ: sm iuristas, uel logicos, indefinita æquipollet vniuersali in materia necessaria, ut hõ est animal; ergo omnis homo in materia uero contingenti secus, vt homo currit, ergo omnis homo, non sequitur. Sed contra, quod ẽt sm iura, indefinita non æquipollet vniuersali? Nam si lego alicui omne marmor, videor legasse & statuas marmoreas, & ceteras spẽs ex marmore factas ff. de leg. 3. hæres meus, si [1] de au. & arg. leg. l. 1 & tñ si legeẽ marmor indefinite, sub legato comprehenditur sola rudis materia, & non species de marmore factæ. ff. de leg. 3. l. quæsitum §. illud fortasse. Item si lana indefinite legetur, tincta non continetur in legato, ff. de leg. 3. l. si cui in prin. & si legatur oĩs lana, etiã cedit tincta legato ff. de au. & arg. leg. l. pediculis, § Labeo. ergo indefinita non ęquipollet vniuersali. Item aliud qñ transigitur super gnali petitione, aliud qñ super indefinita, ut no. sup. de transac. c. 1. Sed dic, quod qñ non est eadem rõ & condõ (pp aliqđ accidens) omnium particularium in vniuerso comprehensorum, indefinita non æquipollet vniuersali, vt patet in contrarijs: nam tinctura lanæ, & species marmoris non procedunt ex ipsa origine, sed ex accidenti hois operatione, & posset maioris æstimationes esse ipsum additum tincturæ vel speciei, q̃ ipsum principale, [3] sed qñ omnium particularium est eadem ratio, & conditio, ut prius: quia non uariantur per aliquod accidens, licet forte sit ibi imparitas ex origine; puta quia alia lana melior & nobilior est ex origine: idẽ in marmore: tunc indefinita negatiue uel affirmatiue prolata æquipollet vniuersali. ff. de leg. 2. si plurib. & l. si ita. ff. de reb. dub. l. si is qui, § verum in fi.

[Gloss. seq. ponit 6. modos cognoscendi legem generalem.]

i Perpetuo] id est generali sup. eo. Massana & sunt hæc signa cognoscendæ gñalis constitutionis, cum edicti uocabulo nuncupatur, ut hic: si mittatur venerabili cœtui: si præcipitur per omnes populos diuulgari, sententia publice procedente: si dicatur idem in similibus obseruandum: si lex vel canon appelletur generalis: si iubetur expresse ad omnes pertinere. hos modos habes C. de leg. l. 4. Ioannes Andreæ.

[Glo. seq. soluit qõnẽ: & ponit obseruantiam curię.]

k Aliqui] quorum interest, vt qa canonici, parochiani, vel patroni. 6. q. 7 filijs & si collegium objicit se, ad hoc tenetur ff. quod me cau. l. metum autem præsentem. § animaduertendum dixit Gar. quod Romana curia quemlibet clericum de diœcesi vel ciuitate admittit contra electum episcopum, siue beneficiatus sit, siue inde oriundus: si vult objicere in personam, contra formam autem non nisi canonicos admittit.

1 De materia huius glossę pter Doctores hic vide Dinũ in Rubric. de regu. iu. lib. 6. & Consi. 1. varia. resol. ca. 13.

2 Sec[a] de idefinita statutorũ, q̃ strictè intelligũtur. c. 1 nostra de in iu. l. pstõnib. ff. ad muni sed quod indefinita æquipolleat vsi hoc ẽ ex significatione larga, Bar to in l. si seruitus. ff. d seru vrb. præd fallit si a liàs cluderetur statutũ. Bar i l. oẽs populi. Fon

3 Sequitur Ph. S Do. itẽ in definita plata a psonas in odiosis æquollet vsi. l. 1. § 2. ff. de li & posth fallit i fauorabili b[9]: l. si q ita. §. 1. d tur.

electionibus, postulationibus, vel prouisionibus se opponunt, proponendo [a] aliqua contra electionis, postulationis, seu prouisionis formã, [b] aut personas eligentium, [c] vel electi: [d] siue illius, cui erat prouisio facienda, [e] siue facta: & propter hoc cõtigerit appellari [f] appellantes in instrumento publico, [g] seu litteris [h] super appellatione confectis, omnia & singula exprimant, & quæ in formam intendunt obijcere, vel personas: Coram [k] personis autheticis, aut persona, [l] quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali [m] præ-

a Proponendo aliqua.] si ergo, quæ opponuntur, non sunt talia: sed directe respiciunt ius Ecclesiæ, vel opponentis personæ, constitutio ista non arctat, vt in clemẽ. eo. ti. constitutionem. 1. respon.

b Formam.] vt quia seruata non fuit forma decreta. quia pp. in electione, cõtra formam postulationis obijci põt, q non est concors, vel saltem a duab. partibus celebrata: & hoc qñ vnus postulatur, & alter eligitur sup. eo scriptum, vel q postulatus est, qui debuisset eligi sup. titu. proxi. c. vno, contra prouisionem potest opponi: q adhuc nõ fu prouidendi potestas ad superiorem deuoluta: vel quia per litteras subreptitias sit facta prouisio. de rescrip. super litteris.

c Eligentium.] vt quia sunt excommunicati maiori snia vel ab homine suspensi sup. eo. cum inter, de consuet. cum dilectus vel quia priuati a canone, vt quia scienter elegerunt indignum, sup. eo cum in cunctis: vel sunt infames: quib. sunt tactus legitimus interdicti, ff. de reg. iu actus, sed eligere est actus legitimus. infra de sen. excom. solet, ad si.

ADDITIO. Et dicit Gulielmus hic reprobari opin. Inn. & approbari opi. Bern antiquam, de quib. sup. c. 1. in gl. electi. dic vt ibi. Et videtur reprobari quod dixit ibi Inno. & Compost. q obiectio in personas eligentiũ proprie dicatur in formam. hic ponit ista vt diuersa. Sed dicit ibi: Archid. q hoc fit per similitudinem quam habent obiectus contra eligentes & electos. s. criminum, & defectuum. Io. Andr.

d Electi.] puta defectus ætatis, sciẽ, & natalium. 1 sup. eo. cum in cunctis. obiectorum autem defectuum examinatio fiet, vt traditur inf. eo. si forte.

e Facienda.] quod igitur hic de prouisione dicitur, repetitum intelligatur in postulatione & electione faciendis: quod iuris enim in vno, & in reliquo. & hoc verum, si contra certam personam appelletur, vt non eligantur, vel postuletur: si autem contra incertam, huiusmodi constitutionis formam non est necesse seruare. inf. eo qui contra certam.

[Gl seq. respondet per quæstionem: ponit opin. Gul. & contrarium Gar. quam approbat. secundo ponit dictum Gar. hodie reprobatum.]

f Appellari.] ap Papam secundum Gul & est ratio: quia appellationes interpositæ ad Papam magis cõsueuerunt protelare negotia ecclesiarum, de appella. sæpe & ad ea, quę frequentius accidunt. & c ff. de legib. nam ad ea & ita constitutio videtur supplere illam, supra eo. statuimus. quæ expresse de appellatione interposita ad Papam loquitur. Arg ad hoc inf eo. is qui, & cap. seq Tu dic secundum Gar. q hæc decret. etiam locum habet in appellationibus ad inferiores interpositis, cũ generaliter loquatur, & sic sit generaliter intelligenda, ff. de off. præsid. præses. 2. 19 dist c 1. ff. quod met. caut. l. metum autem. § animaduertẽdum, ff. de publ. in rem. ac. de pretio. Præterea Host. intelligit illam decre. sup. eo. statuimus, licet ibi exprimat, ad nos etiam in appellationibus ad inferiores interpositis: quod facit pro hac parte, tamen id non puto verum, vt ibi dixi: hęc autem decret. secundum Gar. locum habebat siue in iudicio, siue extra iudicium appellaretur: quod non est hodie verum: non enim locum habet, nisi in appellationibus extra iudicium interpositis, 2 vt declaratum est inf. eo. constitutio.

g Publico.] facto. s. per manum tabellionis. Quid sit publicum instrumentum, no. sup. de fi. instrum. c. 2. & dic publico. s. super appellatione confecto.

h Litteris. 3] testimonialibus s. sigillo authentico sigillatis. inf. de offi. ordin. si canonici & in decret. cum medicinalis. inf. de sen. excom Vel dic, q sufficit si per suam vel alterius priuat. manum fuerint literę, conscriptæ: probabitur tamen talis scriptura per testes: tamen secundum Guli. prior intellectus præualet & ideo dictum est de litteris: quia in plerisque locis vsus tabellionum nõ habetur: sed instrumẽtorum loco habentur officialium lræ.

[Glo. seq. quærit. alleg. pro, soluit contrarium, finis glosſ. dat consilium.]

i Omnia & singula.] quid ergo si dicat electum periurum, vel homicidam, vel excommunicatum, nunquid sufficit talis expressio? De hoc fertur tempore Ioannis & Nicolai multum disputatũ: & diuersæ declarationes factæ dicuntur super hoc, & videtur, quod hoc satis sufficiat: quia quodlibet periurium, vel homicidium repellit. 4 Sed dic contra per hanc literam: alias quare fieret hæc verborum geminatio, & probatur hoc satis infra de exceptio. pia, & melius infra eod. procurator, & in clemen. constitutionem, eodem titu. primo respons. ad idem ff. de dolo. l. sed si ex dolo. § fina. inf. de testib. præsentium. §. testes. 2. quęst. 8 per scripta, §. libellorum. de pœniten. distinct 5. consideret, & tutum est quod iuret per hunc modum, iuro omnia & singula, & cætera.

ADDITIO. Sed non est necessarium secundum Archidia Gar. tamen dicit Nicolaum interlocutum, quod non sufficit iurare quod credat omnia, &cę. nisi etiam addat, & singula, &c. quod hic placet Ioan. Mo. Ioan. Andr.

k Coram.] hic sit versi. refertur enim ad inferiora, non ad superiora, coram aliquo autem fieri dicitur qđ fit eo sciente, & intelligente: licet non consentiente, ff. de verb. sign. coram. sed & hic eius testimonium requiritur, vt inf. dicam.

l Aut persona.] s. authentica, & intellige illam personam authenticam hic appellari, quę præest iurisdictioni. Et habes hic casum, in quo creditur vni personæ authenticę, ad hoc 86. d. tãta, vbi de hoc, ibi videas. in gl arg quod creditur, &c. & 18. dis. placuit. 2 in gl. 2. & 8. q. 3. c. 1. in gl 2. Arch.

[Glo. sequ. primo soluit duas quęstiones: secundo quærit: ponit opin. Gar. contrariam Gul. quam approbat in glosſ.]

m Corporali.] per hoc dicas secundum Guli. & Gar. quod si iuret præsente textu Euangeliorum, & non tangat: quod huic constitutioni satisfactum non est: & sic Papam Nicol in hoc interlocutum dicunt. 5 Si autem Euangelia tangeret pede cubito: vel si manus habet, non sufficit: quia singula mẽbra singula habent officia, 89. distinct. singula, supra de hęre cum ex iniuncto facit enim contra generalem consuetudinem, quæ est optima interpres legum, supra de consuet. cum dilectus. Quid si sit episcopus, qui appellat: quæro an teneatur tangere sacra? Dixit Gar. quod sic: quia generaliter loquitur hæc decret. & sic generaliter intelligenda. 19 distinct. cap 1. §. dicendo, ff. de offic. pręsi l. 3. Item priuilegium episcoporũ est in corpore iuris clausum: vnde per illud tolli videtur, ac si ius esset, ff. de constit. licet, eo. lib. cum suis concordã. 6. Gulielm. contradicit, quod episcopi tangere nõ tenentur. 6 quęstio. 1. capit. testimonium, § nec honore. C. de episco. & cler. Auth. sed iudex. de iuram. calum. c. vlt. & hoc credo.

1 Etiam q sit leprosus dęmoniacus paralyticus. Do. Fon.

Cõsti, vt circa, an heat locũ in appellationib. ad inferiorẽ a Papa interpositus.

2 Idẽ Pet. de Anch. Bon.

3 Hic vide de Phil. Fon.

4 Hæc q̃ lto nõ puidet circa repulsionẽ: sed circa propõnem: & multa valẽt in probando, C. de proba. siue q̃ nõ valent in proponendo: vbi ius p̃sens allegari oportet, ff. de rei vẽ. si rem. in prin. Ioã. Mo. cõco. qđ not. Jo. c. is qui. J gl. pe. Ioã. Andr.

5 Ad idẽ cle. 1. ver. porro. de hæret. & ibi vide gl a p q̃ decido qđ hic no. Ar chid. Io. Andr.

6 Illud ĩ legib. cõibus; hic loqtur cũ vna generalis, alia specialis. vt l. sancitio. ff. did poe. Io. Mo & Archid.

do verius, licet opinio Car. sit tutior. & facit quod dicam inf. c proxi. Sicut enim per illam decre. non tolluntur illi speciales casus, in quibus quis administrat ante confirmationem de iure veteri: sic & per istam sublatum non credam illum casum, in quo quis tangere non credam, 1 scilicet in episcopo: procederet hoc dictum, si priuilegium episcoporum esset generale: tunc responderetur ad contraria infra signata. quæ ponunt casus speciales: sed quia per iura superius allegata: & per Authen. de sanct. episcop. collat. 9. §. sed nulli. potius probatur illud speciale in iuramento testium prius prorogatum ad iuramentum calumniæ per prędictam decret. vlti. de iuramen. calumn. ibi: sicut in dicendo testimonio, &c. dicam quod in alijs tangere tenentur. ad hoc 2. quæst. 7. quoties, supra de iureiurã ego N. in fin. de pur. can. quoties. §. porro, in prin. & in fi. de sentent. excom. venerabili.

1 Idẽ Anch. Bar. in extrauag. ad reprimendum. Fon.

stito [a] iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare; [b] Alioquin [c] tam opponentes, quàm tempore appellationes interpositæ, vel postmodum adhærentes [d] eisdem obiiciendi aliqua, quæ nõ fuerint in huiusmodi litteris vel instrumẽtis expressa, [e] potestatem sibi nouerint interdictam: [f] nisi aliqd postea forsan emerserit, [g]

a ¶ Pręstito.] in iuramentis, quæ iure pręcipiuntur, vt est iuramentum testis, & calumnię semper est iurandum super sancta Dei Euangelia 2. 11. q. 1. c. testimoniũ, §. episcopus non flagitetur. ad idem 1 q. 7. quotiens. de consecra. dist. 2. ego Berengarius. sup. de iureiur. ego. in fi. supra de iu. calum. cum in causa. sup. de pur. can. quoties. §. 1. in princ. & idem in omnibus alijs iuramentis, quæ a iure vel iudice, vel a partibus ex necessitate deferuntur. Archid.

2 Idẽ Pe. de Anch. Fon.

[Glo seq quærit, & soluit: secundo soluit quæstionem: tertio consulit]

a ¶ Præstito.] pone φ vna die appellauit, sequenti die iurauit: quæritur an sit huic constitutioni satisfactum? Dixerunt Guliel. & Gar. quod non. & sic dicebant fuisse declaratum per Nicolaum. & arg. ad hoc, ff. de dam. infec. qui bona. § si quis stipulaturus. & sup. de elect. qa propter. in quibus habes, quod stipulaturus de dam. infecto eodem tempore debet iurare & stipulari: aliàs non est ei cauendum, & publicatio scrutinij, collatio, & electio insimul fieri debent, non ex interuallo: vnde hæc videtur fuisse illius constitutionis mens, quod incontinenti super oppositis in appellatione iuretur. ad idem ff. de testamen. heredes palam. §. fi. 3 Item secundum eosdem. dicas, & bene, quod si appellans dicat sic, offero me paratum iurare omnia & singula, & cętera, non est huic constitutioni satisfactum: quia constitutio ista iuramentum exigit, non pollicitationem ad idem C. de vsu. acceptam. vbi dicitur, φ aliud est soluere: aliud esse paratum soluere, ad idem supra de eo qui mit. in poss. cap. Idem secundum eos, vt plene & in omnibus huic constitutioni satisfiat. Primo ipse tabellio fidem faciat in instrumento de sacramento: faciat etiam fidem de tactura 4 licet enim durum videatur, quod ob hoc nõ valeat appellatio, si aliter probari possit tactura: tamen sic fertur per Nicolaũ fuisse declaratum.

Appellẽs vna die, & sequẽti die iurãs: an satisfaciat cõstitutioni, vt circa.

3 Idẽ Io. Mo & Arch. qui dicit, φ sic seruat curia. illud ẽt probat lrã. inf. q̃ sic exprimunt, non dicit expresserũt. Io. Andr.

4 Idẽ Pe. de Anch. Fon.

ADDITIO. Quod tamen non placet Gul. qui dicit, quod ex quo in instrumento fit fides de iuramento, omnia præsumentur sollemniter acta. Instit. de fideiuss. §. fin. & C. de contrahen. & committen. stipula. l. 1 Sed vt dicit Io. Mon. & Archi. illud verum de qualitate intrinseca: secus in extrinseca ff. de publ. in rem act. l. quacunque. ad fi. & inducit Archid. quod not. Compo. supra eod. cum dilecti. ad fin. Est ergo necesse etiam de qualitate iuramenti (quę de substantia est) fidem fieri. Ioan. Andr.

[Gl seq. quęrit: opinionẽ ponit: & contrariã soluit.]

b ¶ Probare.] Si autem dicat se credere posse probare ea, quę sufficiant ad victoriam suæ causæ, non est huic constitutioni satisfactum: nec valet appellatio, inf. eo. is qui. Quid si appellans quædam probauit ex oppositis, & iuratis, quæ bene sufficiunt ad victoriam suæ causę, & quædam non probauit: quid erit? Dicunt quidam eum succumbere. ad hoc de probat. licet versi. item quoq; & ita dicunt quidam Nicolaum interlocutum. Contrarium tamen est verum: quia constitutio ista intendit, vt videatur solam calumniam excludere: non enim iurat, quòd sint vera: sed quod credit ea vera: sic etiã intelligit Hostien. supra eod. statuimus. decre. illa, licet, non obstat, quia ibi se adstringit ad vtrunque probandum: vnde mos gerendus fuit. ff. de probationibus l. circa.

Opponẽs plura, & probãs alterum.

Qd sufficit ad victoriã, an dicat succumbere.

c ¶ Alioquin.] idest si non expresserint omnia quæ intendunt opponere. Alij exponunt, & male, alioquin, idest si non iurauerint. Vnde dicunt, φ pœna istius cõstitutionis est solum, φ si non iurat non audiatur super non expressis. sed hoc est falsum, quia si non seruat constitutionem, in nullo valet appellatio: & est expressum, inf. eo is qui. & ibi etiam dicam, & probat hoc Cle. eo. tit. constitutionem. in fine.

[Glo. seq. teci. per quæstionem, ad quam ponit opi. Gar. & contrarium. Gul.

d ¶ Adhærentes.] dixit Gar. φ adhærentes debent seruare hanc constitutionem, vt principalis, aliàs non audirentur: alias enim non præcluderetur via malitijs, qđ intendit ista constitutio. ad hoc. infra eod. auaritię, & dicit Papam Nicolaum interlocutum. Sed Gul. contra: quod potius credo, cum hæc constitutio (nulla quantum ad hoc de adhærentibus mentione facta) dicat appellantem iurare debere, & crimina specificare: adhærentes ergo, quandiu appellans prosequetur negotiũ, ad hoc tenentur: argu. de deci. ad audientiam, nec sit tutum, nec honestum cogi multitudinem ad iurandũ: illo vero defuncto, vel prosequi omittente: si ipsi velint prosequi, bene iurabunt & specificabunt. Et scias quod non admittentur ex virtute appellationis adhærẽtes, nisi inf. tempus quo appellasse debuissent, appellationem expresse ratificauerint, & dixerint se adhærere velle 2 q 6. non solent, ff. rem ra. hab. l. bonorum.

Constõ, vt circa, an afficiat adhærentes.

e ¶ Expressa.] singulariter, vt dictum est.

ADDITIO. Satis ergo probat hęc litera, φ si aliqua sufficienter expresserit, aliqua non, valet appellatio quoad sufficienter expressa, dummodo in alijs fuerit seruata constitutio, & patet in cle. constitutionem §. 1. & 2. eo. tit. Ioan. Andr.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶ Interdictam.] alius autem qui non appellauit, nec adhæsit, poterit se opponere: non potest tamen prosequi in causa illa pro interesse communi articulos non specificatos, quod dic vt in cle. eo. tit. constitutionem. §. 2. & sic debet intelligi infra eodem, si forte ibi, aut dabit initium, &c. vel superior ex officio suo inquiret hoc, ne electus forsan criminosus ascendat ad apicem. 23. distinctione, qui episcopus. Quid si appellans qui deficit in probatione obiectorum: vel cuius appellatio reijcitur, offert se paratum probare incontinenti electum excommunicatum? Dic secundum Gulhelmum & Gar. quod non admittetur tanquam pars: quod dic, vt in clem. eod. tit. constitutionem §. insuper. imo etiam per modum querelę non audietur, vt ibi: sed superior ex officio inquiret de hoc & hoc si probationes sint in promptu: aliàs non: sic enim retardaretur confirmatio: taceat ergo. 2. q. 7 plerunque. in prin. 7. q. 2. si tantum.

g ¶ Emerserit.] vt si de nouo homicidium commisit, vel aliud mortale.

ADDITIO. Exemplũ patet, ĩ. de iurei. c. si Io. Andr.

a ¶ Anti-

a ¶ Antiquis.] tunc notis, sed non oppositis, si vero fuissent opposita circunstantijs omissis, non audiretur volens illa exprimere, etiam cum iuramento quod sequitur, vt in Cle. eo. constitutionem. 2. respon. & quæ est ratio, ibi not.

b ¶ Superuenerit.] cum enim ab initio probandi nō habuit facultatem, exprimere nō debuit. 1. q. 7. plerunque, in princ. non sic in casu, inf. eo. l. nulli. vbi dixi. Io. Andr.

c ¶ Verisimiliter.] vt quia non consueuerant multam familiaritatem habere cū illo electo: & quę opponuntur, non erant publica: & in facto alieno est probabilis ignorātia, ff. pro suo l. viti. Gar.

d ¶ Ignorantia.] vt in vltimo casu, quo de ignorantia dicitur.

e ¶ Superueniente.] vt in secundo casu. In primo ergo casu non iurat, nisi vt excludat calumniam, vt sequitur.

[Gl. seq. recitetur p obiectionē de regula præsum tur: & soluit: secunda pars recitetur per quæstionem & solutionem.]

vel super antiquis [a] super uenerit [b] probandi facultas; aut aliqua antiqua in opponētium notitiam de nouo peruenerint, quæ appellantes appellationis emissæ tempore verisimiliter [c] ignorare potuerint, & etiam ignorarint.

¶ Super huiusmodi autē ignorantia, [d] & superueniente [e] facultate probandi, fidem per proprium [f] præstandum corporaliter faciant iuramentum; hoc adijciendo in iuramento eodem, quod ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere.

¶ Illa sane, quæ felicis recordationis Innocentius Papa IIII. contra non plene probantes ea, quæ in formam vel personam obiecerant, statuit, [g] in suo volumus robore permanere.

¶ Idem in eodem.

¶ Electus ante confirmationem administrare non debet per se, vel per alium in totum, vel in partem, sub quocunque colore, qui contrafecerint, ipso iure priuati sint iure ex electione quæsito. Ioan. Andr.

CAP. V.

Avaritiæ [h] † cæcitas, [i] & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illā temeritatem †

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesiæ conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati: tractatu habito inter eos, elegerunt quendam Titium: qui Titius antequam esset confirmatus, requisiuit a capitulo, vt capitulum ipsum constitueret œconomum vel procuratorem ad administrandū bona epatus, quæritur an sub illo colore posset se ingerere administrationi ante confirmationem? Respondet Romanus Pon. quod non: aliàs si se ingerat, perdit ius sibi quæsitum ex electione: ideo electus ante confirmationē nec directe, nec indirecte debet se ingerere administrationi, quod si fecerit, eligētes vel superior poterit puidere de alio. nam facta electione ecclesia adhuc dr̄ vacare. Vnde sicut matrimonium carnale initiatur per sponsalia per verba de futuro perficitur sequente consensu p verba de præsenti, & cōsumatur per carnalem copulam, sic matrimonium spirituale initiatur per electionem, perficitur per confirmationem, & consumatur per consecrationē. Nota primo id ad quod allegatur iste textus: videlicet, quod auaritia excæcat homines, vt nō videant ea quæ sunt recta. Nota insuper principalē effectum huius c quod licet sede vacante capitulum habeat administrationem in spiritualib. & temporalibus, & eam possit alij committere: non tamen potest committi electo vt administret tanquam procurator vel œconomus: aliàs fieret fraus ad c qualiter. alleg. Not. vlterius quod ingerens se administrationi ante confirmationem, perdit ius sibi quæsitū ex electione. Vnde electus sine vitio ambitionis potest postulare & prosequi confirmationem suæ electionis ex quo semel fuit vocatus à Deo.

† Vide LL bertinum de iure patron. li. a. par. 1. q. 5. art. 1.

† Nota optimum tex. q dicantur agere actū temerariè: quia ille qui agit scienter actum sibi a iure prohibitū sub colore fraudulēto, vide textū qui fil. sint legit. per venerabilē, ver. videbatur, & Ioā. And. in Cle. 1. de sepul.

¶ Auaritiæ cæcitas.] de auaro habetur 47. dist. c. virum & bonorum 1. & c. sicut hi. per quæ iura apparet, quod per hoc vitiū quis a Deo separatur, & huic largitas obuiat quæ sancta in canone appellatur. 16. q. 2. visis. ver. diuinę & c. cupiditas vero sæua nuncupatur sup. de lud. ita quorundam in prin. Archidiaconus.

[Prima glossa summat.]

h ¶ Auaritiæ.] electus ante confirmationem administrare non debet per se vel per alium, in totum, vel in partem, sub quocunque colore, qui contra fecerint, ipso iure priuati sunt iure ex electione quæsito.

i ¶ Cæcitas.] nota auarū appellari cæcum & ambitiosum. j. eo. quorundam, excæcant n illa aīos, vt agenda non videant, & a prohibitis nō declinent, ibi, & 47. dist. virum, &c. sicut hi. Et quis dicatur auarus, quis largus, quis prodigus, not. supra de consuet. ex parte. Ioan. Andr.

ADDITIO. Io. Monachus auarum dicit esse cęcum, vt tetigit hic gl in prin. & hec probat tali ratione: secundum philosophum. Possessio diuitiarum est in distribuendo: auarus aūt hoc non faciendo, non videt fructū diuitiarum, & sic est cæcus. Differt autem secundum eū cupidus ab ambitioso. vt dicit versus.

Est censu cupidus, sed honore vir ambitiosus. Io. Andr.

f ¶ Per proprium.] nota ignorantiam probari per iuramentum. j. eo. nulli, & ideo compelluntur iurare, quia debuerunt ab initio quærere: & quia præsumuntur malitiose hoc opponere: aliàs quilibet præsumitur ignorans. j. de reg. iur. præsumitur. Dixit Guili. quod generalis procurator non præstabit hoc sacramentum: sed specialis (scilicet habens ad hoc mandatum) bene, sic dicit se obtinuisse, ad hoc. ff. de iureiur. iusiurandum quod. §. procurator. C. de procurato. l. in pecaniarijs. ad hoc j. eod procurator.

ADDITIO. Vide Bart. in l. inter omnes. §. recte ff. de furtis.

g ¶ Statuit.] sup. eo. statuimus. ibi enim ponitur pęna deficientis in probatione, hic pęna non seruantis hanc formam in appellando.

Avaritiæ] Diuiditur in quatuor partes secundum Io. Mon. Prima ponit proęmium ad dicenda: Secūda narrat fraudem contra ius antiquum: ibi, Nonnulli: Tertia illam fraudem reprobat: ibi, Cum itaque; Quarta pęnam apponit: ibi, Omnes. Io. Andr.

¶ Pro intellectu istius c. præsupponendum est qđ habetur in c. qualiter. eo. ti. in ant. vbi dr̄ quantumcunque quis fuerit electus in concordia nemine discrepāte nō debet se ingerere administrationi, nisi fuerit per superiorem confirmatus: per quam confirmationem acquirit potestatem administrandi; sed non habet facultatem ordinandi ante consecrationem: & proprie ante consecrationem non vocatur episcopus, sed electus, quod si ante confirmationem se ingerit administrationi, priuatus est ipso iure electionis; & eligētes possunt alium eligere. Secundo præsupponendum est, quod vacante ecclesia cathedrali, iurisdictio & potestas ordinandi est apud Capitulum illius ecclesiæ: ita quod Capitulum per se potest exercere iurisdictionem, c. olim, de ma. & obed. in an. Et ea quæ sunt ordinis, potest per alium exercere.

a ¶ Interdicta.] scilicet ante confirmationem administratae, sup. eo. nosti, & c. qualiter. & sup de praeb. cũ iam dudum.

[Glo. seq. soluit quaestionem, & remittit.

b ¶ Fraudibus.] fiebat fraus quasi de contractu ad cõtractu, & hoc prohibitum est, quod pro sequere ut not. 14. q. 3. plerique, supra de priuil. quanto, & ff. de leg. contra.

[Gl seq ponit quatuor casus exceptos.

c ¶ Ecclesiarũ.] omnium, cũ indefinite loquatur, ꝙ verum intelligas. nisi in Papa. sup. eod. licet & idẽ ſm Hug. & Ioã. in Imperatore l. qui hoc not. 93. dist legimus. Alij ꝗ sup eod. venerabile, & in casu ꝗ. eo. indemnitatibus. §. si vero, & §. caeterũ. & in vltimõ sano concorditer electo immediate subiecto dño Papae. ꝗ. eo. nihil, ad finem.

d ¶ Ingerere.] vocari enim debet a Deo tanquam Aaron. ꝗ. eo qualiter.

e ¶ Indulgendũ 1.] sup c. prox. ff de rei vendi. in fundo. §. constituimus.

{Glo. seq. recitetur per obiectionem, ꝗ dupliciter soluit.

1 Vide Oldrad. cõs 107. ti. de elc. & electi potestia. Font.

2 Vide supra de simon. ca. nobis, in glo.

impellunt, vt quae sibi a iure interdicta [a] nouerint exquisitis fraudibus [b] vsurpare conentur. ¶ Nonnulli siquidem ad regimẽ ecclesiarum [c] electi: quia eis, iure prohibente, non licet se ante confirmationem electionis celebratae de ipsis, administrationi ecclesiarum, (ad quas vocantur) ingerere: [d] ipsam sibi tanꝗ procuratoribus seu œconomis cõmitti procurant. ¶ Cum itaq; nõ sit malitijs hominum indulgẽdum; [e] Nos latius [f] prouidere volentes, hac generali constitutione sancimus: vt nullus de cętero administrationem dignitatis, ad quam electus est priusquã celebrata de ipso electio confirmetur, [g] sub Oeconomatus], [h] vel procurationis [i] nomine, aut alio de nouo quaesito colore [k] in spiritualibus [l] vel temporalibus, [m] per se, vel per alium, pro parte [n] vel in totum gerere, [o] vel recipere, [p] aut † illis se immiscere praesumat. Omnes illos, qui secus fecerint, iure (si quod eis per electionem quaesitum fuerit) decernentes eo ipso [q] priuatos. [r]

¶ Idem in eodem.

¶ Eligentes quã cito commode possunt, electionem electo praesentent; Electus infra mẽsem consentiat: aliàs priuatus est iure quaesito, nisi conditio personae ipsum excuset. Post consensum confirmationem petat infra tres menses, aliàs electio viribus vacuetur. Ioan. Andr.

strat. Et adde quod not. de simo. sicut tuis, in glo. 1. & quod ibi dixi. Io. And.

k ¶ Colore.] quicunq; fuerit ille, puta vicaria, commẽda, castaldionatus: vel dicebat se facere id vt canonicũ, secundum opi Lau qui notat hoc sup. eo. qualiter.

l ¶ In spiritualibus.] vt excõicare, absoluere, interdicere, pœnitentias iniungere. & similia, sup. de exces. praela. accedentibus.

m ¶ Temporalib.] vt recipere census & debita: habere curã colligendorũ & conseruandorũ fructuũ, & similia.

ADDITIO. Liberat tamen ecclesiam, soluendo quod dẽt, ff. de neg. gest. soluendo, sed debitorẽ sibi soluentem non liberaret. ff. de solu vero procuratori Io. And.

n ¶ Pro parte.] Gerere enim videtur qui minimã partem attigerit de haereditate, ff. de acqui. haer. si seruũ §. si qs seruus.

o ¶ Gerere.] in iudicio, vel ex. ff de verb. sign. verba. & l. licet inter gesta.

p ¶ Recipere.] de ꝓuentibus, sic dicit lex in tutore C. arb. tut. l finali.

Glo. seq recitetur per quaestionem.]

† In manuscriptis ita, aut illi.

CAP. VI.

QVAM †

q ¶ Eo ipso.] s. quod se administrationi immiscuit: nõ autem eo quod fecit procuratorem vel œconomũ constituit si se non immiscuit, haec probantur per superiorem literam, & verba cum effectu, &c. de cler non resi. relatum. cum sim.

[Gl seq recitetur per obiectionem dupliciter, & soluit finis recita per obiectionem.]

r ¶ Priuatos.] ipso iure olim vero per sniam: Nisi velis dicere, quod administrantes, vt electi nullo colore quasito priuandi sint per sententiam per antiqua iura: administrãtes quaesito colore priuati sint ipso iure vt hic, quod satis mihi placet, vt euitetur correctio iurium, vt inf. eod. cum expediat. Sed primum verius secundum Gar. & pro eo inf eo cupientes, §. caeterum. Et si electus alias nullum ius habebat ex electione, vel ei renuncia uerat, tenetur ad fructuum restitutionem: & aliàs indicis arbitrio puniri debet secundum Gulielmum, sup. eod. dudum. 2

ADDITIO. Secunda opin huius glossae quae placet Io. And. placet etiã Io. Monacho, qui inducit illud Grego. simulata aequitas duplex est iniquitas, ꝙ est dicere, dupliciter peccat qui facit malum, & abutitur bono. & facit ad hoc infra de dolo & contu. cum qui. & quod ibi no Hieron. ad Celantiam 6. Multo deformior est superbia, quae sub humilibus signis latet. vide quod no. in Cle. ad nostrum, in fi de haeret.

QVam sit.] Praemissa cõstitutionis causa, statuit tria tpa ab antiquis iurib. non prouisa: Primo tẽpus electionis praesentandę sine adiectione pœnae: Secundo. ibi, Electus, tẽpus consensum praebendi, pœnam apponens, & vnum casum excipiens; Tertio. ibi, Caeterum: tempus petendi confirmationem. & pœnam apponit, & determinat, quod satis not. Host. in summa

f ¶ Latius.] i. late, sic sup. de aetu licet, prope fi. ibi, potius. & inf. de iniur. & si pignorationes, ibi. districtius hoc dico, quia idem prouisum est ex mente priorum iurium. Vel dic proprie, quia haec constitutio latius & clarius exprimit Item olim vitiabatur electio, hodie aliter est, vt inf sequitur.

[Glo. seq ponit triplicem rationem quare, & secundo quaerit & soluit.]

g ¶ Confirmetur.] & tunc administrabit quae iurisdictionis sunt, non quae ordinis, vt sup. eo transmissam, est rõ quare electi ante confirmationem non administrant: quia alias de cõfirmatione nõ curarent, 3 maxime hi qui non habẽt consecrari: & etiam confirmatio nil operaretur, si administrationẽ per electionem haberent. Item si contingeret electionem cassari, non possent sic de facili remoueri. Quid dices de electo cõfirmato, a cuius confirmatione est appellatum; nunquid si administrabit appellatione pendente, incurrat pœnam? & fuit disputatum & terminatum olim Bonon. ꝙ administrator talis incurrat pęnam. facit de ap pel. obiata, ad fi. per l. ff. de mu. & hon. l. reus. §. cum cõtra quem. 4 & hoc nisi talis esset appellatio, quae non teneret & sic intelligitur de appel. constitutis 2.

h Oeconumatus.] œconomus dicitur cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. C. de sacros. ecc. l. iubemus circa prin Io Andr.

i ¶ Procurationis.] sumebant hanc fraudem ex decr. sup eo cum nobis olim in fi.

ADDITIO. Inn. Papa ibi loquitur: nec puto excusari hodie electum per commissionem talem, quam faceret inferior confirmator: licet litera haec contra. & Arch. loquitur obscure, quia dicit electum pœnam incurrere, si sine authoritate legitimi superioris admini-

3 Ne se submittesent periculo cassationis. Io. And.

4 Vide supra eo ꝑ inquisitione in vlt. glo.

† Vide Cõcil. Lateran. sub Innocen. III. c. 22. refertur § c. ne pro defectu. ext. de electio. adde sancita in Cõcil. Trident. sess. 7. de refor. c. 23.

5 Idem Do. Phil. ex quo no tant ꝙ cõstitutio puniẽs facientẽ nõ ligat parãtem se ad faciendũ. Fon.

summa huius tit.§.fin.versi. quid ergo si capitulum. in
in Ioan.Andr.

CASVS. Cauetur in cap,ne pro defectu, eo.tit.in an.
illi,ad quos spectat electio in ecclesia cathedrali, vel
collegiata, debent eligere infra tres menses numeran-
dos a tempore vacationis: & sic ibi satis est prouisum circa electionem: sed non fuit prouisum circa tempus, infra quod debeat electo præsentare electionem: ad hoc emanat istud cap scilicet, ꝙ eligentes debent quanto commode possunt electionem præsentare electo: & ipsum requirere, vt cõsentiat vel dissentiat electioni. & istud tempus hodie est restrictum ad tempus octo dierum c cupientes, inf.eo Sed vellem informari verũ electus facta præsentatione, & requisitione teneatur incontinenti cõsentire vel dissentire: vel verum detur sibi tempus ad deliberandũ? Rñdet, ꝙ electus facta præsentatione electionis, non tenetur incontinẽti consentire, sed habet vnum mensem ad deliberãdum: infra illum tenetur declarare animu suum ꝙ cõsentiat. Si autẽ non cõsentiat inf mensem, tunc ipso iure perdit ius sibi quæsitum ex electione: nisi forte condo sio aliud requirat, quia forte erat religiosus, qui fuerat electus in ep̃m, qui non potest consentire sine licentia sui Prælati, c.si religiosus. inf.eo & non põt in breui tẽpore habere licentiam sui abbatis: quia abbas forte est absens in remotis partibus. Sed quid si electus consentit electioni, inf. mensem? vtrum pro libito suæ voluntatis possit petere confirmationem suæ electionis; vel vtrum sint tpa statuta? Rñdet, ꝙ inf. tres menses tenetur petere confirmationem suæ electionis: & si infra illos tres menses non petierit. ipso iure perdit ius sibi quæsitum ex electione & eligentes poterunt alium eligere No Primo ꝙ celebrata electione non possunt electores pro libito suæ voluntatis celare electionem, sed illam debent publicare sollemniter clero & populo: & publicata electione, electores debent illam præsentare electo, vt consentiat vel dissentiat. Nota quod electus non tenetur incontinenti declarare animum suum, imo non debet de honestate: ne videatur affectare, dignitatem: tamen põt si velit. Nota, quod electus facta præsentatione electionis, debet consentire inf. mẽsem & si infra mensem non consenserit, electores põt alium eligere: quia illa ecclesia est libera, & vacat. No. vlterius ex textu iuncta gl ꝙ Papa potest alicui inhibere ne consentiat electioni de se factæ: & talis inhibitio annullat consensum electi, ita ꝙ electus nõ põt cõsentire. quia nõ minorem hẽt potestatem Papa in clericos, q̃ abbas in suos religiosos: & tñ religiosus nõ põt consentire sine consensu sui Abbatis.c.si religiosus. al lato. Nota finaliter, ꝙ facta declaratione per electũ, quod consentit electioni de se factæ, debet petere confirmationem suæ electionis infra tres menses; non dico quod obtineat: quia sufficit quod petat, & faciat quod in se est. Vnde sciẽdum quod in ecclesiis sæcularibus sufficit, quod fiat electio inf sex menses ca.1.de concess. præb. in ann quia ille, ad quem pertinet prouidere habet sex menses, vt d.c.2.qui sex menses currunt a tempore notitiæ.cap quia diuersitatem.eo.titu de concess. præb. in antiq

Prima glo. summat.]

Quoniam sit.] eligentes quam cito commode possunt, electionem electo præsentent: electus infra mensem consentiat, aliàs priuatus est iure quæsito, nisi conditio personæ ipsum excuset: post consensum confirmationẽ petat inf tres menses: aliàs electio viribus vacuetur.

sit [a] ecclesiis ipsarum dispendiosa vacatio, quàm periculosa etiam esse soleat animabus: non solum iura [b] testantur, sed etiam magistra [c] rerum efficax experientia manifestat. ¶ Cupientes itaque competentibus remediis uacationum diuturnitatibus obuiare, hoc perpetuo decreto statuimus: vt si quando fuerit electio in aliqua ecclesia [d] celebrata, electores electionem ipsam quam citius [e] commode [f] poterunt, electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent †: Electus vero illum adhibere infra mensem [g] a tempore præsentationis huiusmodi teneatur †. Quam si electus ipse vltra præstare distulerit [h]: iure (si quod ei

b Iura.] 50.dist. Postquam. sup.eod ne pro defectu & c.cum inter vniuersas.

c Magistra rerum.] dicit Philosophus. Natura potentem, ars facilẽ, vsus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentũ. ff. de leg.1 l. legatis, § ornatricibus.

ADDITIO. Ioannes Mon. allegat secundam constitutionem Codicis § 1. & C.de iud.l.certi. In prima lege commendatur iurisperiti experientia rerum: in secunda causarum experti iudices dari possunt. Ioan. Andr.

d In aliqua ecclesia.] nota quõ hæc litera loquitur indistincte. ad hoc s̃. de testa. relatũ, in prin. cũ concor. ibi positis & sup. de coniug sep. quoniã in gl pen. Archid.

e Quam citius.] est hoc tempus ad arbitrium boni viri: cum lege vel canone non terminetur ff. de iu. deli.l. 1.& sup.de offi deleg de causis & magis intellectu quã elocutione certa exprimi potest de don. Apostolicæ

f Commode.] sup.eo qu a p.p.1 2.q.2 faciat. ff. de ver. sig l. nepos Proculo si autẽ electores fuerunt negligentes in præsentando, non nocet electo: quia non det per alterũ alter inique cõdõ afferri. ff de reg. iur. non det: & est expressum inf.eo cupientes, §.ceterum & ideo hodie quod ibi habes: quia si eligentes differunt electionem præsentare inf. octõ dies, postquam cõmode poterunt, totaliter quoad se exclusi sunt a prosecutione processus, & ab ecclesiasticis beneficiis, quę in illa ecclesia obtinent, per triennium continuũ sunt suspensi: electo per hoc nullum fit prejudicium. hoc habes in prædicto §.ceterum. Et scias ꝙ illud locum habet generaliter in omnibus electionibus: non in illis tantũ de quib. alias loquitur decret. cupientes: vt ibi dicam. & hoc probat principium ipsius decretalis.

[Glo seq reci. per quæstionem.]

g Mensem.] subaudi computandum a tempore, &c. Et dic secun Gul.& Gar. ꝙ tot dies habebit iste mensis, quod habuerit ille, in quo præsentata fuit electio: & si dies aliqui lapsi erant: supplent de mense sequenti. 1 & probatur aperte sup.de sup. negl præl licet. vbi duo semestria faciunt vnum annum. Si enim diceremus, ꝙ mensis deberet xxx. dies hẽre, iam non facerent duo semestria integrum annum: sed solum ccclx. dies, si 31. essent ccclxxij. si 28. 2 cccxxvj. Est ergo necessariũ concludere, quod fieri debet computatio ſm ꝙ menses occurrunt, & faciunt ad hoc, quæ notantur ff de diuer & temp. præscr.l.2 & idem intellige in tribus mensib. datis ad eligendum, & tribus ad confirmationem petendum, vt infra sequitur.

ADDITIO. Mensis debet xxx. dies habere, vt tenet Pet. de sen. excom. sacr. per ca.de illicita.24.q.3. & quia est quoddã medium: & quia vulgus sic recipit. Io. And.

h Distulerit.] per hoc patet, ꝙ si impeditus fuerit, non currit ei tempus: quia impeditus non differt, de concess. præb quia diuersitatem. & facit quod in vltimo casu inferius dicitur.

ADDITIO. Distulerit.] negligentiam notat & causam iustam siue impedimentum excludit, vt patet, inf.eo § vltimo. & sup.eod. ne pro defectu vbi de hoc. & patet in eo quod legitur & notatur 61. dist bene nouit. Archid.

† al festinent.

† Not ubi validitas actus celebrati pendet ex voluntate alterius, ad quod vide l. Iulianus §. si quis colludẽte 1. resp. de act. empt. Pet. Font.

1 Idem Bart. in l, cum bisextus ff. de ver. sign. glo. in l 2 ff. de diuer & temp. Fõt.

2 Iuxta, qd vulgus recipit quattuor septimanas pro mense. Io. Andr.

a Ex

ex sua electione fuerat acquisitum) ex tunc [a] se nouerit: eo ipso [b] priuatum: nisi forsan ea sit electæ personæ conditio, [c] vt electioni de se celebratæ absque superioris sui licentia, ex prohibitione, seu quauis prouisione sedis Apostolicæ, consentire non possit: quo casu idem electus, seu electores ipsius, consentiendi licentiam ab eius superiore, cum ea celeritate, [d] quam superioris ipsius præsentia vel absentia permiserit, petere studeant, & habere. Alioquin si lapso tempore, pro eiusdem superioris præsentia vel absentia (vt premittitur) moderando, huiusmodi licentiam eos nequaquam obtinere [e] contingat: electores ex tunc ad electionem aliam procedendi liberam habeât facultaté. [f]

¶ Ceterum quiuis electus, infra tres menses [g] post consensum electioni de se celebratę pręstitum, confirmationem electionis ipsius petere [h] non omittat. Quòd si, iusto [i] impedimento cessante, infra † huiusmodi trimestre tempus omiserit: electio eadem eo ipso virib. vacuetur. [k]

¶ Idem in eodem.

¶ *Si non sequatur electio nõ est quis ex consensu in scruti nio scienter habito in indi gnum, eligendi potestate priuatus. Hoc dicit. Ioann. Andr.*

CAP. VII.

PERPE-

a Ex tunc.] extremum tempus significat ff. de condit. & demon. l. si is. §. si ita. vnde vsque ad finem mensis poterit expectare.

ADDITIO. Adde quod notatur inf. de resti. spo. frequens. in gl. quia dies. in fi. Io. And.

b Eo ipso.] nec requiritur alia priuationis sententia: licet ubi dubium est, declarari posset sententialiter illum esse priuatum: & adde quod dicam. inf. eodem commissa.

[Glo. seq. exemplificat, & quæstionem soluit.]

c Conditio.] vt quia Papa prohibuit, quod non cõsentiret electioni de se factæ, vel monachus, canonicus regularis, vel alius frater est, quia sine licentia superioris consentire non põt, inf. eo si religiosus. j. respõ. Licentia aũt obtenta, dico quod habebit mensem integrum illi enim nõ currit nisi ex quo cõsentire potuit supra eo. ver. electus de cõces. pręb. quia. C. de ann. excep. l. j. § fi.

d Celeritate.] si hoc in dubium reuocetur: boni viri arbitrio terminetur. ff. de verbor. obliga. l. continuus. §. 2. de donat. Apostolicæ.

e Obtinere.] si superior illam dare nolit: dic vt dicam inf. eo si religiosus: & voluit Gul. in tantum adhærere huic literæ; quod dixit, quod nisi obtineatur, puta quia superior non vult dare, quod electores ad electionem procedere possunt: quod satis videtur iniquum. Vnde intelligo obtinere inquantum in eo est secundum Gar. Verius est dictum Gul [1] vt in gl. sequ.

f Facultatem.] supple & electus iure (si quod sibi cõpetebat) sit eo ipso priuatus, per extrauag. Benedicti eo. tit. si religiosus.

ADDITIO. Et per illam extrauag. terminatum est, quod diffuse tractat hic Ioan. Mo. in additione. l. an si post tempus obtineatur licentia, fieri possit illius electionis confirmatio & patet quod non. Idem patet, quod licet electores non eligant alium: non conualescit ius electi: Io. Andr.

g Tres menses de diuersis temporibus, vide quod dicam, inf. eo. si electio.

[Gl. seq. primo no. secundo soluit quæstionem; tertio quærit, & soluit, & solutionem determinat.

h Petere.] sufficit petere, licet non obtineat, ex quo per eum non stat. In confirmationibus cathedralium vel regularium ecclesiarum, quæ ex immediata subiectione vel appellatione habet peti a Papa, serua decretalem Nicolai, infra eod. cupientes. Et scias secundum Guliel. & Gar. quod sufficit si electores petant, sup. eod. cum inter canonicos: & capit. cum dilectus. & ca. dudum. in prin. & electo tunc nil petente vitatur hæc pœna. Item electus per suum procuratorem confirmationem petere poterit. sup. de rescr. cum dilecta. saluo quod semper decret. cupientes. seruetur in suo casu. Sed pone, quòd amicus eius nomine cõfirmationem petit sine mandato: nunquid sufficit? Sic dummodo ratum habeat: quia & in iudicijs, vt ff. de iudi. l. licet & in contractib. [2] C. ad Mace. l. vlt. Et in maleficijs ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quoties. ratihabitio retrotrahitur & comparatur mandato inf. de sent. excomm. cum quis. & inf. de reg. iur. ratihabitionem vbi dicam de hoc. Et intelligas quod debet ratum habere ante lapsum illorum trium mensium: aliàs ratihabitio postea facta non prodesset, ff. rem ratam haberi l. penult.

i Iusto impedimento] puta infirmitate, viarum disc rimine superioris impedimento Frequenti curiæ mutatione, vel alio simili, vt si quis cau. l. 2. sup. de pig. significante. de appe. cum pirati. 18. dist. cps ad Synodũ cum similib. Et nota hoc tempus quodã modo vtile quia nõ cessantibus non officit. C. de inoffi. testa. contra maiores, sup. de rescri. si autẽ. & c. plerumque.

ADDITIO. Aduerte, quod l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. superius allegata ponit exemplum in eo, qui sistere nõ potuit propter tempestatem maritimam, vel terrestrẽ, vel vim fluminis, vt quia pons fractus, vel nauigari nõ poterat. Ioan. Andr. in nouella.

[Glo. sequen. Primo ponit duas opiniones: secundam approbat: secundo soluit dubium, tertio quærit & soluit.]

k Vacuetur.] dixit Garsias per sententiam: & ideo aliud in isto casu, quam superiori: quia maius vinculum cõtractum est post consensum, quam ante, & ideo difficilius rumpitur. Gulielmus contra: quod puto verum [3]: Cum hic dicat litera, eo ipso viribus vacuetur per quod satis patet, quod est canon latæ sententię, non ferendæ: hoc est ergo ius nouum: nam olim si post præstitum consensum non petebat electus confirmationem, nunquam propter hoc cadebat a iure sibi per electionem iam quæsito: sed per superiorem cogebatur ad confirmationem petendã, secundum ea, quæ notat Innoc. de electio. cum in cunctis. Et nota secundum Guli. quod hic statutum est in electione, intelligi & in postulatione: [4] Quia eadem est ibi ratio. de con stitu. translato. Quòd si postea confirmationem petat electus, & eam obtineat. dico non posse conualescere quod a principio fuit nullum: & peccat detinendo episcopatum, nec facit fructus suos: nisi confirmatio scienter fuisset facta per illum, qui alias suo iure conferre potuisset secundum Guli. & facit quod notatur sup. de æta. & quali. cum bonæ Io. Andr.

PErpetuo.] Primo ponitur declaratio. secundo continuatio: ibi. Licet Ioan. & hoc habet in effectu: Consentiens scienter in indignum, non est priuatus potestate eligendi ipso iure: nisi ex illo consensu, cum consensu aliorum fuerit secuta electio.

Præsupponendum est primo pro intellectu istius capituli, illud quod habetur in c. quia propter, iuncto ca. cum in cunctis. eod. titu. in antiq. & glossis illorũ; quã scienter

[1] Idem Phil. vnde no. regulã, quod vbi licẽtia requiritur, debet expresse obtineri, neque sola petitio, sufficit, nisi in casibus notatis in c. 1. sup. de rescri. Font.

[2] Et in quasi contractibus, de nego. ge. l. Pomponius. 1. & in distractib. ff. de solu. l. vero procuratori. l. si. & in vltimis voluntatib. C. de don. inter vir. & vxor. l. antepe.

† al. ita, inf. trimestre tẽpus omiserit petere cõfirmationem.

[3] Idem clericus Pisanus: Io. Mo. & Arch.

[4] Secus in pusione nã illius nõ petitur confirmatio, vt patet, in t. de præb. ca. si tibi absenti.

Scienter eligunt indignum: Vnde sciendum, quod ad electionem de aliquo faciendam, pōt procedi vna de tribus vijs, videlicet via Spiritussancti: via compromissi, & via scrutinij: vt d c quia per forma Spiritussancti est, quando nullo habito tractatu inter eligentes, nec conuentione, statim quod eligentes conuenerunt in loco solito, clamant vnanimiter: Nos talē eligimus, nullo cōtradicente, & nulla disputatione facta inter eos, 3 vel vnus eligētium dixit, ego eligo talē, & oēs alij dicūt similiter. Alia est forma cōpromissi & forma compromissi est, cum eligentes vident se in discordia: ita quod non possunt conuenire tunc transferunt potestatem eligēdi in aliquos. Alia est forma scrutinij, quæ est difficilior, de cuius substantia sunt plura: Primo, quod eligentes debent conuenire in loco capitulari: & deliberare qua via procedent assignando diē, qua procedent in electione facienda: ad quam diem debent absentes citari: qua die adueniente ipsi eligentes conuocati in loco deputato debēt eligere tres scrutatores de ipsorum corpore: qui scrutatores debent se trahere ad partem & locum secretum: & esse in loco ita remoto, quod vota & deliberationes aliorum nō possint ab alijs intelligi: qui scrutatores interrogabunt vnumquemque eligentium, quem eligunt, quæ deliberationes omnium debent in scriptis redigi: & auditis deliberationibus omnium, isti tres scrutatores debent publicare scrutinium & legere, & fiet collatio zeli ad zelum, numeri ad numerum, meriti ad meritum, & illa examinatio secreta vocatur scrutinium. Et in c. cum in cunctis, dicitur, quod eligentes scienter indignum, sunt priuati potestate eligendi pro illa vice. Hoc præsupposito, casus in hoc c sic figuratur. Ponamus, quod vacante ecclesia Pictauiensi, canonici conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri Prælati, & ordinauerunt inter se, quod procederent ad electionem per formam scrutinij, vnde ipsi elegerunt scrutatores, qui reciperent vota singulorum, tres vel quattuor ex canonicis nominauerunt scienter indignum, scilicet illegitimum, vel imperfectæ ætatis, antequam procederetur ad electionem, pœnitentia ducti reuocauerunt nominationem suam, & voluerūt consentire in alium, vtrū sit locus pœnitentiæ? vel vtrum sint priuati voce sua pro illa vice, vel requiratur quod alij fuerint secuti nominationem suam? Respondet quod ipsi non sunt priuati potestate eligendi, sed requiritur perseuerantia vsque ad electionem completam, & quod ex votis & nominationibus illorum sequatur electio. Nota primo, quod quis in scrutinio nominando scienter indignum, peccat, licet ex nominatione sua non acquiratur ius electo, quo minus eligētes possint alium eligere, nisi post publicum scrutinium, quia publicato scrutinio non possunt amplius variare c. publicato eo. tit. in antiq. & hoc nisi scienter elegerint indignum, tunc enim possunt pœnitere, vt est hic textus. Nota vlterius, quod scienter eligens indignum, est priuatus potestate eligendi pro illa vice. Et si omnes peccauerunt, tunc potestas deuoluitur ad superiorem. Si autem omnes peccauerunt vno excepto, tunc in illo remanet ius collegij, & ipse solus poterit eligere.

[Prima glossa summat.]

a ¶Perpetuo.] si non sequatur electio, non est quis ex consensu in scrutinio scienter habito in indignum, eligendi potestate priuatus. h. d.

b ¶Perpetuo sanctionis.] .i. generali, vel .i. perpetuo duraturo, 25. q. 1. quę ad perpetuam.

tuo [a] † sanctionis [b] oraculo [c] declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum †, propter suffragium [d] in scrutinio præstitum (nisi adeo in eo perstiterint [e], quod ex votis eorum cōmunis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate priuentur [f] †: licet pro eo quod indignum nominando, scienter contra conscientias suas agunt †: & diuinam vindictam [g], & Apostolicæ vltionis metum †, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare [h].

c ¶Oraculo.] idest responso. C. de legi. digna vox. Et dicitur oraculum, quia orando seu precando impetratur. concordat infra de verb. sig. c. fi. eo. lib.

ADDITIO. Archidiaconus ¶ eod. tit. cap. fundamenta, in fi. dicit, quod oraculum dr̄ propitiatorium. Exod. 17 Fecit propitiatorium .i. oraculum, & in hoc sensu accipitur fere per totam Bibliam. Pro tēplo tamen potest accipi 3 Reg. c. 6. vbi dicit, In ingressu oraculi fecit duo ostiola. Dicitur etiam oraculum, diuinum eloquium, cęleste responsum, vel imperiale rescriptum, C. de sacrosan. eccl. iubemus nullam. Item dicitur ab oro oras: & dat ibi versum,

Supplicat, implorat, petit, obsecrat, hæc notat oro.

Vnde orator, idest, actor, defensor, patronus, causidicus, aduocatus. Io. And.

d ¶Suffragium.] idest, consensum in scriptis reddactū: cum .f. dicit: ego talis talem nomino in prælatum, & sumitur suffragium pro auxilio, seu seruitio, 12. q. 2. quicunque suffragio. C. de suffra. l. vna supra de celeb. missa cum Marthæ. in fi.

[Gl. seq. obijcit, & quæstionem soluit.]

e ¶Perstiterint.] sed nonne publicato scrutinio compelluntur ad electionem, § eo publicato. & c in electionibus. 1 Sed dic illud verum, cum dignum nominat: si autem in collationibus forte appareat, vel prius apparebat cum indignum: tunc locum habet hæc decretalis, & quod hic dicitur de peccato in personā, idem intellige de peccato in formam: & multo fortius, quia minus est peccatum.

ADDITIO. Idem Ioan. Monachus.

[Glo. seq. ponit opinionem, & notat.]

f ¶Priuentur.] Idem intelligo secundum Gat. & Guil. de pęna suspensionis a beneficijs: cum ea non puniantur nominantes, sed eligentes, ī. eo. cum in cunctis §. clerici. Et nota quod constitutus in mortali eligere potest: sicut & excommunicatus minori sup. de cleri. excom. mini. si celebrat & interdum eligitur etiam qui mortaliter peccauit ī. de iureiur. sicut.

g ¶Vindictam.] sic, C. de sum. Trini. l. 1. & supra eo vbi versi. qui autem.

[Glos. seq. quærit & soluit.]

h ¶Formidare.] quæro quæ fuerit ratio dubitationis huius constitutionis? Solu. Dicebant quidam olim, videlicet Inno & Host. & Compost. supra eo. dudum, quod scienter nominantes indignum 2 in scrutinio, erant priuati potestate eligendi, & probabant hoc tali ratione, certum est quod tempore decre. cum in cunctis innotuit cum Vinton. adhuc non emanauerat decre. quia propter, vnde ex solis consensibus videbatur illa pęna inferenda, quia non erat tunc necessaria alia communis electio. Sed contrarium est verum, vt hic vides, & triplici ratione. Primo, quia illa iura puniunt eligentes tantum. Secūdo, quia nec nominatio, nec votorum publicatio dici potest communis electio supra eod. in Genesi. Tertio quia simplex nominatio nō tribuit ius. sup. eo quod sicut. Ad id quod dicitur, quod ante decre. quia propter, sufficiebat consensus, verum est, talis qui electionem inferret, vnde non dixit decret. cum in cunctis, quod in quenquam consenserint, sed elegerint, vnde & olim suo modo necessaria fuit electio, & hodie suo modo adhuc est, vt locum habebat illa pęna, fateor tamen, quod pęna decre. ī. eo. lib. & eo. tit. cap. 1. bene habet locum ante electionem, vt ibi dixi in glossa penult.

† Priuantur, legit, in manu scriptis libris.

† Al. agāt.

† In oīb. antiquis exemplarib legit, motum.

1 Supra hoc tit. & libro.

2 An sufficiat eligere dignū, relicto magis digno, grauis est quō de qua vide not. in c. constitutis 2 extra de appellatio. Concilīū Trident. sess. 24. de refor. cap. 18. magis idoneum eligendū iubet.

NVlli licere.] Tria facit fm Io. Monachum, scilicet primo ponit regulam: secundo dat instantias ꝯ illam: tertio dat formam probationis illarum: Secunda ibi, Nisi: Tertia ibi. De huiusmodi. Ioan. Andr.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, canonici vnanimiter & cōcorditer ab initio quendam Titium elegerūt: facta electione, orta fuit discordia inter Titiū electum & canonicos: q̄dā ex his canonicis voluerūt se opponere dicētes, ꝙ erat indignus, & forte re vera erat indignus, vtrū n̄ sint admittendi? Rñdet ꝙ non, & hoc verū, nisi post electionem electus ꝯmisisset maculā, vel ipsi eligentes tēpore electionis illos defectus ignorasset, tunc essent admittēdi ad probādū istos defectus. Et hoc verum. ꝙ eligentes nō possunt impugnare electionem in concordia factam, nō tñ per hoc sunt ligatæ manus superioris, quin si velit, possit inquirere de defectibus, & eum repellere si sit indignus. Nota primo, ꝙ eligentes aliquem, electione secuta nō pñt se opponere electioni, nisi i casib. hic expressis. Nota vlterius, ꝙ vocatio absentiū non est de substantia electionis, quo minus valeat electio: tñ si absentes, qui nō fuerunt vocati, velint prosequi oppositionē, faciant electionem declarari nullam c. quod sicut. eo. tit. in ant. tñ si velint, possunt ratificare electionem, Hel. Reg. Nota ex fine tex. ꝙ ignorantia eius quod dependet a cōscientia alicuius, probatur per suum iuramentum. Ad hoc dictum cap. vt circa. & facit quod notat glo. in §. sed & aliena. Inst. de actio. Domi.

¶ Idem in eodem.

¶ Eligens, vel electioni consentiens contra electum (nisi ex noua causa, vel noviter ei pandita) se nequit opponere, vel renunciare. Ioā. Andr.

CAP. VIII.

NVlli [a] licere decernimus (postquam in scrutinio [b] nominauerit aliquem, & electio fuerit subsecuta [c]: vel postquam præstiterit electioni de ipso ab alijs celebratæ [d] consensum) illum super electione ipsa (nisi ex causis postea emergentibus [e]) impugnare: [f] vel nisi ei morum [g] ipsius antea celata, de nouo pandatur improbitas, seu alicuius alterius latentis [h] vitij, vel defectus [i], quæ verisimiliter [k] ignorare potuerit, veritas reueletur [l]. De huiusmodi autē ignorantia fidem faciat proprio † iuramento [m].

¶ Idem in eodem.

¶ Contra electū à duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi quod votū extenuet, sed id bene opponitur, quod votum annullet. Ioan. Andr.

CAP. IX.

SI QVAN-

[Prima glossa summat.]

a ¶ Nulli.] eligens, vel electioni consentiens contra electum (nisi ex noua caus., vel nouiter ei pandita) se nequit opponere, vel renunciare.

a Et tō ē, quia consensus sequens nō auget numerū, vt hic tradit Ioā. And. quem cæteri cōmuniter sequuntur.

b ¶ Scrutinio.] quid sit, habes s̄. eo. quia propter.

c ¶ Subsecuta.] vel scrutinium publicatum: quia post publicationem scrutinij non est locus variationi, s̄. eo. publicato, & dic, vt ibi: nisi in casu præcedentis decr. vt ibi dictum est. Et ꝙ dicit, subsecuta: intelligat ex illis consentibus. Verba enim sunt cum effectu intelligēda, de ele. non resi. relatum ff. quod quisque iuris. l. 1.

d ¶ Celebratæ.] nota hic paria esse, eligere, vel eligentibus consentire: sed non per omnia, a vt sup. de electio ecclesia vestra. a.

ADDITIO. Et ff. de reg. iur. l. aliud est vendere, aliud vendenti consentire. Io. And.

e ¶ Emergentib.] & sic nouo auxilio opus est, s̄. de offi. deleg. in f. nuabte. ff. de interro actio. de ætate §. ex cā.

f ¶ Impugnare.] sup. de proba. per tuas. C. de non num. pecun. generaliter, & sic not quod semel approbatum non possum reprobare. & quomodo hoc intelligatur. a hic habes, & vide quod plene dixi infra de reg. iur. quod sem el.

a Vide notata per Bart in l. post legatum ff. de his quib. vt indig. & per Innocēn in ca. cū olim. extra de censib.

g ¶ Morum.] debet. n. esse morib temperatus Et boni mores plusquam diuitiæ operantur. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. scire. § cum reliquis. & decorari non debēt pallio moribus indecoris 100. dist. contra morem.

h ¶ Latentis.] dicit, quod latebat electores tempore electionis, puta luxuriosus erat, vel adulter, vel aliud simile, vnde in redhibitione erat. ff. de ædil. edic. cum sex. & l. ob quæ vitia.

i ¶ Defectus.] scientiæ, ætatis, ordinum, vel alicuius irregularitatis.

k ¶ Verisimiliter.] alias de facili non crederetur, vt circa ea, quę publice facta sunt, vel quæ omnes sciunt 16. dist. q̄d dicitis. de postul. plat. c. 1. cum simi.

ADDITIO. Concor. sup. eod. vt circa. Gar Io. Mona.

[Gl. seq. quærit opponendo, & soluit.

l ¶ Reueletur.] quare nō posuit certum casum. l si super antiquis superueniat probatio, vt fecit s̄. eod. circa? Rñdeo vt ibi dixi, bene fecit appellans non exprimendo crimē quod probare nō poterat, sed hic male fecit eligens eligendo crimi nosum, licet id probare non posset, cū probatio non quæreretur ab ipso.

†Vide Panor. in c. 2. de cōst. & Bal. cōsilio 229. par. 2.

m ¶ Iuramento.] sup. eo. vt circa.

SI quando.] Prima prohibet, Secunda permittit, ibi, Si quid. Domi.

¶ Præsupponendum est pro intellectu istius c. ꝙ si aliqua electio fuerit facta a maiori parte, & alia a saniori: illa electio quæ est a saniori parte, præualet: & dr̄ fieri a saniori respectu zeli ad zelum, meriti ad meritum: Dr̄ autem fieri a maiori parte respectu numeri ad numerum: v g. Vacante aliqua ecclesia, in qua erant aliqui canonici consanguinei vel affines Titij; qui ducti affectione carnali ipsum elegerunt: alij canonici in minori tamen numero, non ducti affectione carnali, quēdam alium elegerunt: certe electio istorum valet tanquam facta a saniori parte tamen vbi est maior pars, præsumitur quod etiam sit sanior.

CASVS Ponamus, ꝙ in ecclesia Pictauiensi sint xviij. canonici, qui vacante ipsa ecclesia conuenerunt in vnū tractatum de electione futuri epi xij. elegerunt Titiū, & sex Sempronium; isti sex se opposuerūt electioni de Titio factæ, dicendo ꝙ voces illorum 12. qui Titium elegerunt attenuantur, siue debent diminui; eo, ꝙ ipsi non processerunt ad electionem zelo charitatis, sed affectione carnali potius ducti. Item dicunt isti sex, ꝙ Sēpronius electus ab ipsis est dignior, q̄ sit Titius electus ab alijs 12. vtrum bene dicāt: & possint illa ita opponere ad attenuationē & diminutionem votorum dictorum duodecim? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: nā illud quod dr̄, ꝙ debet haberi respectus zeli ad zelum, meriti ad meritum, est intelligendum, quādo vna pars eligentium in duplo aliam partem non excedit; Sed quid sanctissime pater: ponamus quod isti sex opposuerunt, quod aliqui istorum duodecim erant excommunicati maiori excōicatione: & sic non poterant eligere, an bene dicant? Respondet quod sic: nam excommunicatio opponitur; non vt vota attenuentur: sed vt vota nulla reddantur. Nota primo ex isto textu, quod non semper valet electio a maiori parte facta: sed requirit quod illa pars fuerit sanior: vnde sanitas proprie respicit zelum eligentium, & merita electorum: sed maioritas respicit numerum eligentium. Nota insuper

duobus

rincipalem effectum huius cap. videlicet. ꝙ si duab. electionib celebratis, vna a parte duplo maiori: alia autem a minori parte non potest minor pars aliquid opponere ad diminuendum vota eligentium: puta, ꝙ minor pars est maioris auctoritatis: vel quod electus a minori parte est dignior vel magis idoneus: vel alia, quæ extenuent vota eligentium: dum tamen non annullent eligentium vota. Nam ista quæ annullant vota eligentium, possunt obijci à minori parte contra duplo maiorẽ: puta ꝙ aliqui partis duplo maioris erant excommunicati maiori excommunicatione. Quærit glossa, an vacat electio facta, in qua fuit admissus excommunicatus maiori excommunicatione? Respondet glo. ꝙ non valet electio, ex quo eligentes admiserunt scienter excommunicatum maiori excõ. alioquin essemus privati potestate eligendi pro illa vice. Hel. Regnier.

ADDITIO. Celebratis.] vno contextu sup. eo. congregatio. antequam divertant eligentes ad extraneos actus: nam quæ incontinenti fiunt, inesse videntur sup. eo officij ꝙ si cer. per. lecta. si autem fiant ex interuallo, dic vt no. sup. eo auditis in glo. nota quia Arch. ...

do[a] contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo maiorem numero inueniri: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt,[b] ad extenuationem zeli,[c] meriti,[c] vel auctoritatis[d] ipsorum, reliquis,[e] vel electo ab eis, aliquid opponendi[f] omnem præsenti decreto interdicimus[g] facultatem. ¶ Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum[h] redderet ipso iure: id eis non intelligimus interdictum.

¶ Idem in eodem.

[Prima glossa summat, & declarat quid sit extenuatio, & quid annullatio.]

a ¶ Si quando.] contra electum a duplo, maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi ꝙ votum extenuet, sed bene opponitur, quod votum annullet. Sed scire debes, ꝙ extenuare votũ, est illud obijcere quod non annullat penitus votum sed illud minoris reddit auctoritatis, sicut ego litteratus, tu illiteratus, ego in dignitate, & tu simplex canonicus, vel his similia. Annullare est nullum reddere vt si quis dicatur excommunicatus maiori, vel ab homine suspensus, vel incidisse in decret. cum in cunctis, vel in decret. supra eodem, c. i. vel bigamus, vel miles factus, vel vxorẽ duxerit, vel canonicatui renuntiauerit, vel voci suæ. 7. q. i. quam periculosum vel his similia & hic bene obijci possunt a tertia parte contra duplo maiorem. vt h. c.

b ¶ Sic excedunt.] in duplo maiori numero.

c ¶ Zeli, meriti.] de his dic vt supra eo ecclesia 2.

d ¶ Auctoritatis.] in quibus consistat auctoritas, habetur supra eod. dudum ... & infra de testib. in nostra. Archidiaconus.

e ¶ Reliquis.] paucioribus scilicet.

f ¶ Opponendi.] post electionem intelligas: quia ante bene fiat de istis collatio, nec hoc hic prohibetur, cum dixit in post electionibus celebratis ...

g ¶ Interdicimus.] nota, quod numerus duplo maior præfertur auctoritati & præsumitur Zelus in hoc, & facit ad ea quæ notantur supra de testibus c. in nostra, si autẽ numerus maior esset, sed non in duplo, est arg. a contrario ꝙ numerus non præfertur, sed de hoc notatur supra eod. ecclesia ... in gl. quæ incipit. Ab hac et nota, quia hæc interdictio est cautela solum de electoribus, vnde videtur, ꝙ contra electum bene posset opponi aliquid, quod ad extenuationem pertineat, sed non est verum secundum Gulielmum per literam sup. quæ dixit, meriti quod proprie respicit electum.

h ¶ Nullum redderet.] pone exempla, quæ posui supra. Quid si aliquis ex eligentibus excommunicatus erat, an teneat electio? Non, si scienter eũ admiserunt: alias, sic de test. & te iudi. ad probandum de hoc 9 q. i. nos in hominem. & per modernos supra eo illa.

¶ *Appellatio iudicialis, vel extra, deuoluit causas electionum episcoporum & superiorum ad Papam, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: alias non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere prius quam Papa præsentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere: quam si reppererint, de causa non cognoscendi sed statuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis se Apostolico conspectui repræsentent. Ioan. Andr.*

Qvamuis.] Diuiditur in quatuor partes secundũ Ioã. Monachum. Primo recitat constitutionem Alexandri: Secundo partim illam reprobat: ibi, Sed cum. Tertio permittit ab appellatione certo casu recedi: ibi, Ceterum. Quarto ... formã ordinario cũ ab appellatione receditur: ibi, inferiores. Io. Andr.

a De articulo huius gl. plene hic Geminianus, Francus, & alij, ad de doct. in c. illa. sup. eod.

ADDITIO. Gul. dicit hic se hanc constitutionẽ procurasse. Idem dicit in Spe. ti. a. §. superest. 2. col. & de appel. §. qualiter v. s. illud autem.

CAP. X.

QVAM-

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est, quod causæ electionum episcoporum & aliorũ superiorũ, puta archiepiscoporum, patriarcharum, vel primatum, sunt de maioribus causis, quæ Papæ reseruãtur, iuxta notata in c. maiores. de bapt. in antiq.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauien. canonici illius ecclesiæ vnanimiter, & concorditer aliquẽ in pp̃m elegerunt, & electũ ne præsentauerunt archiepiscopo Burdegalensi, vt ipsum confirmaret, & electo committeret administrationem in spiritualib. & temporalibus, coram quo archiepiscopo fuerunt aliqui opponẽtes, puta aliqui canonici, vel fundatores ecclesiæ vel parochiani, q̃ volunt habere vnum bonũ pastorem, q eos doceret exẽplo bonæ vitæ. Archiepiscopus noluit admittere suas causas oppositionis, sed pronunciauit illas causas oppositionis non esse rationabiles, propter quod appellatum fuit ad Apostolicam sedem. Quæritur nunc quid debeat appellãs obseruare ad hoc q̃ causa ista deuoluatur ad Apostolicam sedem? Respõdet Romanus Pontifex dicens, Ipse debet appellare in scriptis, & in instrumento appellationis inserere causam, quæ si esset vera, deberet legitima reputari, licet aliqui dicerent, ꝙ illa quãtumcunque friuola, euoluebat negotiũ ad sedem Apostolicam cum sit de maioribus causis, vt dictũ est in præsuppositione: Sed dicendũ, ꝙ illa duo requiruntur ad hoc ꝙ deuoluatur negotium per appellationem ad sedem Apostolicã. Sed quid? Romanus, & appellans renunciauit suæ appellationi, an sit ei permissum? Rñdet ꝙ sic, si appellatio sua nondum fuerit præsentata conspectui Apostolico, & illud verũ, si ipse appellans appellationi renũciet sine prauitate & sine sinistris. Sed quis habebit cognoscere, an renuncians appellationi renunciauit sine prauitate? Respondet Romanus Pontifex, quod iudex a quo fuit appellatum, debet inquirere, an sine prauitate fuerit recessum ab appellatione, qui iudex à

quo, si inueniat interuenisse prauitatẽ simoniæ: puta q̄ electus dedit appellanti aliquo bñficiũ, vel pecuniã, vt renũciaret suæ appellationi: tunc iudex a quo, nõ obstãte renunciatione, debet partes ipsas citare ad cõparendũ in causa appellationis coram sede Apostolica Sed cõi electionum.] Vnde sicut qñ appellat in iudicio, debent illa duo obseruari, videlicet ꝙ appelletur in scriptis: itẽ ꝙ in appellatione inseratur causa rationabilis, quæ si esset vera, deberet legitima reputari: illa eadem debẽt obseruari, si appelletur extra iudiciũ: puta, cũ appellatur ne talis eligatur in pastorẽ. Nota primo ex isto textu, ꝙ licet causæ electionũ episcoporum & aliorũ superiorũ prælatorum sint de maiorib. causis, quæ de sua natura pertinẽt ad Apostolicam sedem tamẽ non deuoluuntur ad Apostolicam sedem per appellationem, nisi sit appellatum in scriptis cum causa legitima. Nota vlterius vnum casum, in quo cũ appellatur a diffinitiua oportet exprimere causam appellationis, & quod appelletur in scriptis: licet regulariter in diffinitiua non sit opus, ꝙ appelletur in scriptis, nec ꝙ inseratur causa rõnabilis in appellatione, sed istud est speciale in causis electionũ episcoporũ, archiepiscoporum & aliorũ superiorum: Rõ specialitatis est, ne malitiose, & sine causa impediatur prouisio ecclesiæ, quæ est multum periculosa tã ecclesiæ, quam subditis c. quã sit sup. eo. t. c. quoniam vt lite nõ contest. in antiq. Nota insuper, ꝙ cum appellatur in causa electionis, tam in iudicio, quam extra iudiciũ, debet inseri causa rationabilis i appellatione, & etiã debet appellari in scriptis. Nota quod appellans in causa electionis potest renũciare appellationi, antequã sit deuoluta ad sedem Apostolicam. Nota finaliter, ꝙ iudex a quo debet præfigere terminum ipsis partibus infra quem partes se præsentent conspectui Apostolico cũ suis munimentis, id est, instrumentis, quæ ideo vocantur munimenta, quia muniunt causam: vel possent dici monumenta, quia monent iudicem.

† Causæ electionũ epõrũ, & sup eiorũ, sũt de maiorib. de quo vide dict. hic, & plene p Ho & Io An in c. vlti. extra de cri. falsi.

Quia[a] constitutio[b] felicis recordationis Alexandri Papæ quarti prædecessoris nostri, causas electionum[c] episcopalium, seu super electionibus episcoporum exortas,[d] non immerito maioribus[e] † causis annumerans, cognitione ipsarum per appellationes quaslibet[f] deuolui afferat ad Apostolicæ sedis examen. Nos tamen & temerariam appellantium audaciam, & effrænatam appellationũ frequentiam refrænare volentes: Hac generali constitutione duximus prouidendum, vt si extra[g] iudicium in prædictis electionibus,[h] vel in alijs dignitatibus episcopatu maioribus[i] celebratis, expressa causa manifeste friuola † contigerit appellari: per appellationem huiusmodi nequaquam ad sedem eandem negotium deuoluatur. ¶ Sed cum in electionum earundem negotijs, in iudicio, vel extra iudiciũ appellatur, in scriptis,[k] † ex causa probabili,[l] quæ probata deberet legitima[m] repu-

(Prima glossa, summat.)

a ¶ Quoniam.] Appellatio iudicialis vel extra deuoluit causas electionum episcoporum & superiorũ ad Papam, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: alias non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere prius quam Papæ præsentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere, quam si repererint, de causa nõ cognoscent, sed statuent partibus terminũ, in quo cum actis, & munimentis se Apostolico conspectui repræsentent Io. Andr.

b ¶ Constitutio] quæ incipiebat dilecti filij Gar (& Arch.) habebat eam sub titu. de elect. & Gul. de selec. Hostien. de appel. qui tractat de ipsa, de accus. cũ dilectus, & Cõpostellanus sup. cod. statuimus. ad si hodie non habemus eam & est argu. n. quod cum vnũ ius reuocatur per aliud, facienda sit de ipso mentio. quod non est verum, vt sup. eod. lib. de consti. c. 1. vbi de hoc & 18. d. si quoniam.

ADDITIO. Clericus dicit ꝙ constitutio, de qua fit mentio in prin. huius gl. fuit edita propter causam electionis ecclesiæ Hostiensis. Io. Andr.

c ¶ Causas electionum.] principales scilicet.

d ¶ Exortas.] accidentaliter, & in processu.

ADDITIO. Et sic patet, ꝙ idem iuris in principali, & in accessorijs, vel exortis, secundum Io. Mona. & Archi. bene facit d. dispendiosã, de iud. Io. Andr.

d ¶ Maioribus.] q̃ sint, no. 12. di. præceptis, in glo. fin. sup. de offi. leg. post translationem.

ADDITIO. Quod autem non fiat de maiorib. causæ electionum episcoporum, patet: quia illas confirmant archiepiscopi, & patriarchæ, & legati de latere. j. eod. si abbatem. 2. respon. Ioan. Andreæ.

e ¶ Maioribus.] vt est dignitas metropolitica archiepalis primatia, patriarchatus. 21. di. Cleros. Et dixit Guli. Du. ꝙ etiam in inferioribus dignitatibus seruatur quod hic dicitur. & inf. de appel. c. vt debitus. & c. cordi. eo. lib. Archid.

† Friuolæ causæ appellandi, q̃ dicantur, vide in c. cum appellationibus. j. de app. hoc libro

(Glossa sequens recitatur per quæstionem, quod fuerit. Alex.)

f ¶ Quaslibet.] etiam frustatorias, & erat hoc contra ius commune: & per hoc manebant longo tempore ecclesiæ viduatæ, & ideo fuit correctione dignũ, & innixus fuit Alexander opinioni Innocentij, quã notat sup. de app. vt debitus. in vlt. gl. sua, vbi enumerat cãs electionum episcoporũ inter maiores causas. Sed secundum Gul. salua pace Inn. Alex. Vin. & aliorum ita dicentiũ: illud, saluus, &c. est quædam protestatio, quam Papa facit de iure suo, sic 9. q. 3. saluo. & de supplenda negli. præla. licet. absurdum enim videtur quamlibet appellationem illas causas ad Papã deferre, de quib. alius quam Papa cognoscere non potest

† No. hic cu dr: in scriptis, &c. casũ, in quo in appellatione reqritur scriptura: alios vide per gl. j. de cẽsib. c. 1. Dom.

g ¶ Extra iudicium.] idem si in iudicio, vt infra sequitur.

ADDITIO. Et multo fortius propter honorem iudicatiuum, secundum Fran. Vercel. Io. Andr.

h ¶ Electionibus.] episcoporum

i ¶ Maioribus.] vt archiepiscopatibus, patriarchatibus, primatibus, sed idem hodie in regularibus, quod dic vt inf. eo. si postquam. 1. respon.

k ¶ In scriptis.] nota appellandum in scriptis, & est hoc generaliter verum, siue in iudicio, siue extra appelletur, nisi cum a diffinitiua & incontinẽti appellat: tunc appellari potest viua voce ff. de appel. l. 2. C. de appel. litigatoribus. 2. q. 6 ad fin q. § litigatoribus. nisi dicere contrarium in casu huius decret. etiã in diffinitiua & adde quod dicam j. de appel. cordi.

l ¶ Probabili.] dixit Gar. quod hoc speciale inducit hæc decretalis, quod siue a diffinitiua, seu ab interlocutoria appelletur, quod teneatur rationabilem causam exprimere, licet alias regulariter fit secus in diffinitiua. Gul. videtur tenere contrarium, quod satis verum crederem, sed primum dictum est tutius.

(Glo. seq. exemplificat, quærit, & soluit. Iterum quærit & soluit: solutioni obijcit, & respondet.)

m ¶ Legitima] ergo si est expressa legitima, defert negotiũ ad sedem Apostolicã, sed non manifeste frustratoria: puta, ne fiat electio regiis precibus nõ expectatis,

† Ex rõne, quia tex. dicit de appellatione q̃ in iudicio opponit, sed plane diffinitiua nõ est iudiciũ. c. forus de ver. signi. Do. tn tenet glos. & P. t. similiter. Font.

Batis, vt dicebatur in illa constitutione, dilecti. vel ne eligatur nisi doctor decretorum, vel magister in theologia, vel his similia. [puta ne eligatur ignobilis genere. i. de præb c pen Gul. & Archid] Tunc non defert. Sed quid in dubio? Dic secundum Gulielmum, & Gar. deferri et illud dubium Papa decidat 6 q. 4. Omnes. Quid si appellauit, & nullam causam expressit? Dicas idem, ac si expressisset frustratorium, & secundum prædictos. i Quia nullum & inutile æquipollent in iure, ĩ de translatio. inter §. sed neq; versi. sicut ff. qd cuiusque vnicuili i §. & qui demisit: n promulgata constitutio ista, vt refrænaretur temerarius appellandi abusus: sed ita potest quis appellare temerarie, non exprimendo sicut exprimendo, videbatur autem contrarium: quia in causa non expressa nihil immutatum videtur: ergo antiquo iuri standum est. C. de appel præcipimus in fi. sed prius dictum verum est: quia hæc constitutio non vult q̄ causę hic deferantur ad Papam, nisi ex causa expressa probabili, quæ debeat reputari legitima.

† Idē Clericus Pisanus, Io. Mona. & Archid.

† Do. & Phi no. hic, q̄ iudex pęsi- ...

tari, ad sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur. ¶ Ceterum in præmissis [a] omnibus casibus liceat [b] partibus [c] ab huiusmodi appellationibus, nulla tamen interueniente prauitate,[d] recedere, antequam præfatæ sedi fuerint præsentatæ.[e]

¶ Inferiores autem iudices, quorum erat ipsarum causarum cognitio, appellatione [f] cessante, an in hoc [g] grauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: [h] & si eam intercessisse repererint, se de causis ipsis nullatenus † intromittant: sed præfigāt dictis partibus terminum peremptorium [i] competentem, in quo cum omnibus actis & munimentis [k] suis, Apostolico se cōspectui repræsentent.[l]

¶ Idem in eodem.

¶ Si inter reliqua, quæ obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus scientiæ, vel personę, illud ante omnia examinari debebit: & si reperiatur falsum, opponens a prosecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioan. And.

CAP. XI.

SI [†] forte [m] inter cetera, [n] quæ obijciuntur electo, aut postulato,

a ¶ Præmissis] cum scilicet appellatum est ex causa probabili, in iudicio vel extra.

b ¶ Liceat.] quod olim non licebat per prædictā constitutionem Alexandri.

[Gl seq. arg. per plura; & argumentum determinat: fin quærit & remittit.]

c ¶ Partib.] per hoc videtur, q̄ nisi ambæ partes consentiant, nō potest fieri renunciatio: quod verum puto secundū Gul. & Gar. re non integra: sed re integra solus appellans hoc poterit, ad hoc de elect. in causis. ff de reg iur. nemo Et adhuc si res non est integra, & velit satisfacere aduersario de suo interesse: adhuc poterit pœnitere secundum Gul. secundum ea quę notāt in Spec. tit. de excep. § viso. vers. sed nūquid iudex. Ex quo tamen appellatio præsentata est papæ, vlterius recedere non pōt, etiam si vtraque pars consentiat, qđ probatur. ĩ. vbi dicit: antequam præfatæ sedi, &c ad hæc de postu. bonæ. 2 uers. nec obstabat. uersi. si n de off leg. licet. in fi. & maxime quando obijciuntur crimina vel defectus de coll. dete. crimina. 24. q. 3. ecce. [Et sit speciale in his maioribus secundum Io Mona. qui distinguit hic post Gar. causas maiores, medias, & minores: quas plenius prosequitur Host de cri. falsi c. fi. quæ ibi abbreuiaui in gl quærit hic Host.] Solet quæri, verum electus sine superioris licentia suo iuri renūciare possit. de hoc dicam int eo si electio.

d ¶ Prauitate.] vt simoniaca pactione, vel aliqua illicita datione, vel promissione, vel violentia, vel metu. 20. q. 3. præsens Si aūt electus ius hēat, an liceat vexationem redimere? Dic ut no. de simo dilectus. [Dic si plene & iuste habeat, & possideat, potest dare pecuniam, ne turbetur. Dom. Font.

e ¶ Præsentatæ.] ergo non postea. ad hoc sup. de postulat prælat. bonæ 2. §. nec obstabat. ĩ. de off lega. licet Archidiaconus.

f ¶ Appellatione cessante.] idest, si appellatio interposita non fuisset.

g ¶ In hoc] in renunciatione appellationis.

h ¶ Inquirant.] quod si huiusmodi inquisitione omissa ad eosdem confirmandos, vel consecrandos processerint: vel alios processus in causa fecerint: confirmatio, vel consecratio, vel processus illi sunt nulli: & confirmantes, & consecrantes ab episcoporum confirmatione, & consecratione, per annum continuū sunt suspensi. coll. ut. prou. da. in fi.

i ¶ Peremptorium.] & adhuc locum habebit expectatio xx. dierum, secundum formam decr ĩ. eod. c. 1. secundum Gulf. & Gar.

k ¶ Munimentis.] idest probationibus, & instrumentis, sic dictis: quia causam muniunt, alias monimentis: monent enim & informant iudicem quid facere debeat.

ADDITIO. Et eo respectu dicuntur etiā documenta: quia docent, & informant, quid iudex facere debeat. 1. q 7. plerunque. in prin. de prob. quoniam in fi. Io. And.

[Glo. seq. rec. t. per quæstionem.]

l ¶ Repræsentent.] q̄ si nō venerint, pcedat ad confirmandam electionem ac si appellatū nō esset. q. nō appellare, & appellare. & appellationem non prosequi, sunt paria 3. de off deleg. gratū. de testi. cū uenisset C. de temp appel. 1. in fi. licet nō per omnia, ut ĩ. de sen ex com licet. & sup. de eo qui mit. in pos. cum venissent.

SI forte inter. Prima dat ordinem. Secunda pœnam imponit, ibi, Ceterum. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali vel collegiata, canonici vel clerici illius ecclesie conuenerūt in vnum, tractaturi super electione futuri plati, & ordinauerunt, q̄ procederent per uiam scrutinij, facto & publicato scrutinio, fuit compertum, q̄ Titius fuerat electus a maiori parte: Vnde quidā ibi existens appellauit, ne Titius nominatus eligeretur, ex eo q̄ ipse Titius non habeat scientiam sufficientem requisitā ad illā dignitatē & q̄ erat homicida. Item oppugnabat forma scrutinij, & personas eligentium, an sit admittendus ad probādum omnes illos defectus simul? Rūdet q̄ non; sed primo est admittendus ad probandum defectum oppositum ꝯ personam electi, qui defectus si probatus fuerit, declarabitur ineligibilis; Si autem nō possit probari defectus contra personam electi oppositus, ipse appellans condemnabitur in expensis; & punietur iuxta tenorem c. statuimus sup. eo. ac si in omnibus probationibus defecisset, nec ultra admittetur ad improbandum alia uitia. Hel. Reg.

[Prima glossa summat.]

m ¶ Si forte.] si inter reliqua, quę obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidēs defectus scientiæ, vel personæ, illud ante oīa examinari debebit. Et si repertum fuerit falsum, opponens a prosecutione negotij repelletur, & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum Io. And.

n ¶ Cetera.] vt puta, q̄ est homicida, periurus, excōicatus,

† Hoc decretū declarat per Ro. Pont. ĩ hoc eo. li in c. ab eo. hoc ti. & in c cō stōrē de verb. sig. § Vel illi renunciare, secundum Gul. & Arch Ioan. And.

catus, vel his similia: quæ ita de facili probari non possunt, sicut euidens defectus scientiæ vel personæ, quæ per oculorũ inspectionem, vel examinationem de facili probari possunt.

sobrius: & hanc quia p̃sumitur habere, sicut nota. ff. qui satisd.cog. si vero. §. 1. donec contrarium probetur. si intelligitur, de præsump. dudum de scrut. c. vno. Est quædam extrinseca, vt literatura; & talis qualitas non præsumitur, nisi probetur: & ideo super hoc examinatur & sic intelligitur hic cum suis similib. [Dicit Ioan. vbi nil facere habeo cum homine, præsumere debeo illũ dignũ. Sed vbi tibi dare volo filiam meã, idest, eccl'am in spõsam: debeo inquirere de dignitate sponsi: saltẽ quoad expressa, s. eo. cum in cunctis. & j. eo. licet canon. Et quia eligens inuenire tenet cõditionem debitam similiter & de rit. nup. qui liberos, nõ punitur hoc non faciẽs. Ioa. And.] De negatiua facti, iuris, & qualitatis, dic vt 6. q. vlt. accusator. de elect. bonæ 1.

seu aliàs promouendo [a] ad aliquam dignitatem, [b] euidentem [c] scientiæ, [d] vel alium personæ defectum [e] opponi contingat: [f] in discussione obiectorum, illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruandum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia [g] subijciatur [h] examini, † cuius euentus examinãdis alijs, aut dabit initium, [i] aut negabit.

¶ Ceterum si præmissis examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponẽtes [k] omnino † a prosecutione causæ, in qua talia obiecerunt, [l] excludimus & perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defecissent [m]

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui grauauerit aliquã p̃sonam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias: seu bona, pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipso facto excommunicatus est, Ioan. And.*

a ¶ Promouendo.] puta per superiorem, ad quem deuoluta est potestas, vel quia plures noiati sunt dño Papæ: & petitur de altero, p. uideri, 85. dist. Arch. & de hoc supra eod. q sicut. [Idem Ioa. Mona.

b ¶ Dignitatẽ.] non est ergo ad simplicia bñficia hoc extendẽdũ: cũ si de eis intelligi voluisset vel expressisset vel gñaliter locutus fuisset. de decim. ad audiẽtiã. ad hoc j. eo. ab eo. & j. de verb. sign. c. 2. vbi semp hoc repetitur. [Gl. seq. primo duo notat a vi literæ, & a simili: secũdo q̃rit & soluit distinguendo: tertio iterũ quærit & soluit, & solutionẽ exemplificat.]

c ¶ Euidentem.] si ergo defectum opponit, sed non euidentem, non hẽt locum pœna, sed si opponit manifestum, idem: cũ hæc sint synonima. s. de verb. sig. cũ olim. & est expressum inf. de verb sign. c. 2. Sed pone plures opponit euidentes defectus: alterum probat, alterum non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitur ipse opponens: si probat primũ, repellitur electus. Si ãt simul examinati fuerint, si sufficiens est defectus, qui verus reperitur, repellitur electus, sed opponens ẽt de calumnia punitur, nisi iudex viderit ipsum probabili de causa a calumniæ vitio excusari, vt in auth. de iudi. §. oportet. coll. 6. supra de accusa. accedens, & supra eod. cap. 1. Si autem opponeret non euidentia, fateor quod sufficiat alterum probari, vt supra eod. c. 1 & s. eo vt circa. de re iud. cum l. & A. sed nunquid iudex ex suo officio talem discussionem facere possit, etiam parte non petente? Dic q sic, secundum Gar. quia laborare dẽt vt breuientur lites. ff. si cer. pet. l. quidã existimauerunt. ff. de postul. l. quos prohibet. ff. de proc. l. filiusfamilias. §. inuitus, supra de excep. c. exceptionem. Hoc idem poterit etiam si ambæ partes expresse renunciẽt per iura prędicta, & per l. C. de iureiur. prop. calum. dan. l. 2 §. sed quia veremur. Si autem tacite, scilicet intrando iudicium & permixtim examinando oppositiones tam euidentium defectuũ, quam alias, & aliæ reperiuntur veræ, oppositiones vero euidentium defectuum falsæ, non habet locum pœna huius canonis propter impossibilitatem sui. ad idẽ j. eo. indemnitatibus in fi. Pœna. n. est q repellatur a prosecutione, sed isti iam sunt prosecuti, & sic non potest habere locum pœna. Nec obstat quod non possunt renunciare expresse, quia multa possumus tacite, quæ non possumus expresse, ff. de procura. filiusfamilias §. veterani. C. de iureiur. prop. calum. dan. l. 2 §. sed quia veremur. & inf. de iur. cal. ca. 1. & sufficere debet ad repulsionem electi, quod aliquid inuenitur probatum, quod eum repellat, quia vndecunque crimina claruerint, & c. 24. q. 1 ecce. X de iu. exhibita.

[Glo. seq. respondet per obiectionem, & solutionem & distinctionem.]

d ¶ Scientiæ.] qui etiam in laicis intolerabilis est, 38. dist. si in laicis. Sed no. q est q̃dam intrinseca qualitas cum qua hõ nascitur. s. q aliquis sit castus, pacificus

e ¶ Defectum.] sed si electo opponatur, quod sit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic, quod opponens probat per notata Innocen. in cap. super his. de accus. & de dolo & contu. cum olim.

f ¶ Contingat.] nec poterit postea reuocare inf. eo. tit. ab eo.

g ¶ Ante omnia.] nota, q cum plura obijciũtur, quorũ quodlibet per se sufficit, illud quod facilius probari potest, primo probandum est. facit de præter. auditis.

g ¶ Ante omnia.] i. antequam examinent alia nõ euidentia, quæ sunt opposita. Archid.

h ¶ Subijciatur.] a iudice, cui fides debet fieri de his, quæ coram eo aguntur. 4. q. 3 cap. si testes § sæpe. in fine. vbi de hoc. ad hoc 30. q. vlt. iudicantem. Archidiaconus.

[Glo. seq. obijcit per locum a diuisione, & quadrupliciter soluit.]

i ¶ Initium.] videtur quod hęc pars huius disiunctiuę locum habere non possit, quia aut electus inuenitur insufficiens, & tũc penitus repelletur, aut sufficiẽs, & tunc repelletur opponens, & sic nullo casu obiectorũ discussio sumet initium. Dic quod vera est obiectio, si insufficiens reperitur electus; sed si sufficiẽs reperitur, adhuc locum habebit aliorum obiectorum discussio; quia superior inquiret ex officio suo illo repulso: de alijs obiectis, ne per subreptionem, & &c. sup. eo. cũ nobis. & inf. eo. indemnitatibus. & ca. vltimo. Vel admittetur alius cuius interfuit: licet iste repellatur ꝓp eandem rationem. Vel dic hoc tunc locum habere, cum defectus oppositus reperitur verus: sed non sufficiens ad repulsionem electi, & tunc alia examinabuntur, admitti tamen non debuisset ad opponendum talem defectum. Vel dic quarto, quod opponens admittetur ad alia probanda, si probabilis & sufficiens causa eum a calumnia excusauerit. sup. eod. c. 1. ad fin. vt quia tales fuerunt verisimilitudines de defectu illo, quod dici vel credi poterat euidens, & sic calumniatus non fuit secundum Gar.

k ¶ Opponentes.] nota q dicit, opponentes repellendos, non alios, quorum interfuerit, pro eo quod dixi supra gl. proxi. in secunda solutione.

l ¶ Obiecerunt.] & defecerunt.

m ¶ Defecissent.] ut supra eo. c. 1.

† De examine eligẽdorum ad beneficia, vide sancita in conc. Tri. ses. 24. de ref. c. 18.

† al. deest dictio, omnino.

Opponẽs cõ electum q est illegitimus, hoc p̃bare debet.

1 Dom. & Phil. not. hic, n. reci piatur probatio eius q admitti non dẽt. ex illa debet sequi sñia cl cõ fessionẽ. eo. tit. & an testis examinatus, q examinari ñ debuit, probet. vide Hyp. in l. 1. §. Corne lio. ff. de qõ. Font.

2 Placet Do. Fonta.

Sciant.]

CAP. XII.

Sciant [a] † cuncti [b], qui clericos, vel quaslibet alias personas ecclesiasticas [c] (ad quos in aliquibus ecclesijs, monasterijs, aut alijs pijs locis spectat [d] electio) pro eo, quod rogati [e], seu alias inducti [f], eum, pro quo rogabantur, siue inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos [g] eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cætera beneficijs, siue alijs bonis suis, per se, vel per alios [h] spoliando, seu alias iniuste persequendo †, grauare presumpserint [i], se ipso facto excommunicationis sententia [k] innodatos [l].

¶ Idem in eodem.

¶ Primo ponit vsurpantes de nouo custodiam vacantium ecclesiarum; Secundo punit clericos, & monachos hoc fieri procurantes; Tertio punit clericos se talibus non opponẽtes: Quarto ponit, qualiter debeat se habere habentes talem custodiam ab antiquo.

CAP. XIII.

GENE-

Sciant.] Non diuiditur: quia totus textus vno contextu clauditur, secundum Gar.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, dñs temporalis, in cuius territorio & iurisdictione erat situata illa ecclesia, scripsit canonicis, & eos rogauit vt suum filiũ, vel aliquẽ eius familiarem eligerent in p̃latum: Canonici videntes illu filiũ, vel familiarem non esse sufficientẽ, nec idoneum ad dictam prelaturam, vel ex alia causa, noluerunt ipsum eligere, sed aliũ in suũ prælatum elegerunt: Dominus tẽporalis hoc ægre ferens, cępit molestare canonicos, & eorũ cõsanguineos: vel inuadere bona canonicorum & csanguineorum: quæritur, vtrum ipse dominus temporalis incurrat aliquam pęnam, & quãdo: R̃ñdet, q̃ ipso facto est excommunicatus, nec ab ipsa excommunicatione est absoluendus nisi pręmissa debita satisfactione. Nota primo ex hoc c. q̃ vota debentium eligere aliquem pręlatum, debent esse libera Nota insuper principalem effectum huius c. videlicet, quod si quis molestauerit clericos, ecclesias, vel consanguineos clericorum pro eo, quod eligentes clerici noluerunt eligere aliquem, pro quo molestans scripserat: ipse molestans incurrit ipso facto sententiam excommunicationis Nota vlterius casum, in quo inijciens manus in laicos, incurrit ipso facto sententiam excommunicationis, quia quantumcunque consanguinei clericorum sint laici: inijciens manus in ipsos, vel eos molestans, ipso facto est excõmonicatus.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sciant.] qui grauauerit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias, seu bona, pro eo, q̃ eum, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipso facto excommunicatus est. Io. Andr.

[Glo. seq. soluit q & respondet contrario.]

b ¶ Cuncti.] etiam episcopi. Nec obstat ĩ. de sen. exc. quia periculosum, quia non de sententia excommunicationis, sed suspensionis & interdicti loquitur.

c ¶ Ecclesiasticas.] vt Conuersos, Templarios, vel Hospitalarios, qui licet non sint clerici, sunt tamen ecclesiasticæ personæ. 17 q. 4. quisquis. in glos. penult.

[Glo seq. recit. per quæstionem.]

d ¶ Spectat.] de iure communi in collegiata ecclesia ad collegium spectat electio, de iure patr. nobis 16. q. vlti. congregatio. si nõ est collegium, spectat ad patronũ. sup. de iure pat. postulasti & hoc de iure cõmuni nisi aliud inuocatur de consuetudine de cau. pos. cũ ecclesia. si autem non esset ibi collegium, vel patronus, per diœcesanum si spect ordinari. 10 q. . . regenda 16 q. 7. omnes basilicæ. & hæc vera quo ad electionem prælati. de intercessoribus not sup. eo cum ecclesia Vulterana dic vt not Gar.

e ¶ Rogati.] an preces inducant simoniam, dic vt nota. 1. q. 1. in summa & q. 1 Moyses, & supra de sta. & qualitate.

f ¶ Inducti.] per promissiones, vel alio modo.

g ¶ Consanguineos.] nota specialem casum, in quo laicũ gentes, vel alias offendens, excõicatus est ipso iure. ad idem infra de sent. excom. quicunque. & de immu. eccle. quoniam.

ADDITIO. Et vsque ad quem gradum dicantur hi consanguinei, recurre ad not. sup. de appel. postremo. in 1. glo. Et quia de affinibus non sit hic mẽtio, & cõstitutio est pœnalis: nõ includit illos ĩ de reg. iur. in pœnis. Ioan Andr.

[Glos seq. rationẽ reddit, quam declarat: secundo soluit q̃onem: tertio q̃rit, arguit negatiue, soluit distinguendo.]

h ¶ Alios.] quia qui per aliũ facit, & c. ff. de admi tu. ita tñ. §. gessisse. sic & in maleficijs tenetur mandator 3 ac si p se faceret. ff. de vi & vi ar. l. 1. § deiecisse. & §. quoties, & hoc verũ de his, q̃ per alios explicari possũt: secus in adulterio, & similibus, q̃ nõ possunt p alios explicari C de cad. tol. l. vnica. § ne aũt, & mãdatarius etiã excõicatus hic erit. de sent. excom. mulieres, &c. vniuersitatis. Sed nunquid huius decre pœna locum habebit in præsentante patrono? Et videtur, quod non, quia de electione tantum loquitur, & non de præsentatione, & est pœnalis & restringenda. ĩ eo. tit. de sentent. excom statutum. D. c. quod si patronus est clericus, vel persona ecclesiastica, locum habebit constitutio, nec est ob hoc odiosa: immo fauorabilis ecclesiarum fauore, quibus propter hoc melius prouidebitur. & quia decr indefinite loquitur, indefinite intelligitur. & dicit, clericos, &c. Si autem patronus est laicus, pœna locum non habebit, cum constitutio dicat clericos, vel ecclesiasticas personas.

i ¶ Præsumpserint.] si de exces. præl. tãta. sup. in anti.

[Glo. seq soluit quęstionem.]

k ¶ Sententia.] sim. infra de sent. excom. quicunque. & sm Gul. episcopi bene poterunt absoluere ab hac sententia: ex quo conditor huius canonis sibi absolutionem non reseruauit de sent. excom. nuper. & arg. præd. decr. quicunque. in fine.

l ¶ Innodatos.] ergo est canon latæ sniæ, vt hic patet. Et cum Papa hic sibi nõ retineat absolutionem, ordinarius diœcesanus clerico delinquẽti indulgere videtur. supra de sent. excom. nuper. ad hoc facit quod not. eo. tit. 1. quem in glo. vlt. in fi Archid.

Generali.] Diuiditur in quattuor partes: Secunda, ibi, Clericos. Tertia, ibi, illos vero; Quarta, ibi, Qui autem Io Andr.

ADDITIO. Clericus, & h. ã. Mona diuidũt in tres tãtum, coniungut duas primas, & bene; venit literæ suspensiuæ, sed glo conuenit menti Fran. autem iungẽs tres primas partes, diuidit in duas tantum.

¶ Pro intellectu huius ca. præsupponendum est secundum veriorem intellectum ipsius, quid proprie iste textus appellet regaliam Quidam volebãt dicere, quod regalia accipiũtur pro iuribus imperialibus, de quib. in lib. feudorum c. quæ sunt regalia vt si rex donauerit regalia ecclesiæ, & aliquis illa vsurpet, ipso facto est excommunicatus Alij dicut, quod regalia accipiũtur pro iuribus, quę habet princeps in aliquibus ecclesijs, videlicet q̃ vacante aliqua ecclesia rex percipiat fructus, & ecclesiam custodiat

3 Vide Bart in l. nõ solum §. si mãdato. ff. de iniur. Alex. cõsil. 65. in 4. volu. & Iasonem l §. pęnales Instit. de actio.

... de c. ... is ff. ... pœnis ... ibi ... atis. Cõuersi dicant, ... adunt ... in ca. ... priuile ... gia, d pri. ... c non ... dubiu, ac ... ent. exc. ... adde Co... uar. in ca. ... alma ma ... ter. d sen. excom. lib. 6 par. 3. §. 3. ... De hoc ... an prę ... ces indu ... cãt simo ... niam vi ... de B. Th. 2. 2. q. 100 ar. 5. ad 3. ar.

Casus literalis Domini Holiæ.

¶ Hoc presupposito ponamus sic casum: Vacante aliqua ecclesia, aliquis Comes vel Dux, q dicebat se hře iura regalia in ipsa ecclesia, occupauit custodiã ecclesiæ vacãtis: & dicebat, q fructus ipsius ecclesię ad ipsum spectabant: licet non fuisset vsus ipso iure, an ille Comes vel Dux vsurpans illud ius in ecclesia vacante sit puniēd' aliqua pęna? Rñdet Romanus Põtif. q sic: & dicit, q incurrit sētam excõicationis, & clerici illius eccelsiæ sibi non resistentes puniuntur pęna hic contenta. Sed ponamus, q rex vel alius princeps nõ cognoscens superiorem in tpalibus, habet ista iura regalia in aliquib. ecclesijs. Et ponamus, quod vacante tali ecclesia est sylua cædua: tñ nondum venit tempus ipsam syluam cęduam scindendi, siue amputandi: verum talis princeps possit illam scindere, siue scindi facere? Rñdet, quod nõ, sed si tempus scindendi & colligẽdi aduenisset, cum sylua cędua sit in fructu, posset talis rex, vel princeps facere scindere huiusmodi syluã cæduã.

† Pro intellectu huius casus vide hic & alijs Galielmum Durandũ cognomēto Speculatorem.

† Nota q dispositio emanãs ꝯ vniuersos, nõ includit singulos cõprehẽsos sub vniuersitate, vide Ioã. An. de excess. prælat. nimis.

rali[a] † constitutione sancimus: Vniuersos[b] † & singulos, qui regalia[c], custodiam[d], siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulũ, in ecclesiis, monasterijs, seu quibuslibet alijs[e] pijs locis de nouo[f] vsurpare conantes, bona[g] ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare[h] pręsumunt, quantęcunque dignitatis honore pręfulgeant[i]: Clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant[k]: eo ipso excommunicationis sen-

Nota primo ex hoc tex. iuncta gl. quod patronus laicus non habet custodiam ecclesiæ vacantis, sed superior prælatus cui subest ecclesia: secus est de patrono ecclesiastico: ideo patronus ecclesiasticus posset colligere fructus ecclesiæ vacantis, non vt fructus suos faciat, sed vt illos reseruet futuro successori. Nota insuper, quod patronus ecclesiasticus nõ potest prætẽdere ius aliquod in fructib. illius ecclesiæ vacantis, & hoc verum, nisi de auctoritate superioris tpe fundationis retinuerit sibi illud ius. Nota vlterius, q vsurpans de nouo prædicta iura, vel procurãs vsurpationẽ, est ipso facto excõicatus. Nota finaliter, q ille, qui habet custodiam ecclesiæ vacantis, non potest capere fructus, qui nondum venerunt ad maturitatem: Et istud facit pro archipresbyteris, qui, durantibus xl. diebus percipiunt fructus ecclesiarum vacantium: ipsi enim non debent præuenire maturitatem fructuum.

[Prime glossa diuidit, & summat.]

a ¶ Generali] decre. ista diuiditur in quattuor partes, in quarum prima punit vsurpãtes de nouo custodiam vacantium ecclesiarum, & durat vsque ibi, Clericos, In secunda, quæ durat vsq; ibi, illos vero: punit clericos & monachos hoc fieri procurantes. In tertia quæ durat vsq; ibi, Qui autem, punit clericos se talib. non opponentes In quarta quę durat vsque in finem ponit qualiter debeant se habere, habentes talem custodiam ab antiquo.

[Glo. seq recit. per q. an includat feminas: Et soluit quod sic, alleg. tres leges, & vnam allegat in contrarium & dat quattuor solutiones.]

b ¶ Vniuersos] & vniuersis, nam appellatione si quis & si qua continetur. ff de verb. sign. l. 1. ff. de pact. tres fratres 1 & de contr. pec. l. 1 § 1 Arg contra, quia si pater exhæredat filium nasciturum, si nascitur filia, non erit exhæredata. ff. de vent. in pos mitt. l. 1 §. sed & si incertum. Communiter dici solet, q in fauorabilibus masculinum cõcipit fœmininũ, in odiosis nõ sic si luitur. ff de verb sign l 1. Alii dicunt q si masculinũ verbũ pferatur ab homine, & est odiosum, nõ cõprehendit fœminam, & sic intelligit prædictus §. sed & si incertum. sed si a lege, siue sit odiosum, siue non, fęmina cõtinetur ff de iu omnium iud. si quis id. Odoffredus dicebat, q si et a lege proferatur verbum odiosũ, non comprehendit fœminã, nisi in lege caueatur. Dic secũdum Gar. quod verbũ masculinum prolatũ a canone, comprehendit fęminas, quod probatur 16. q 4. si quis suadente. coniuncto cum c. de senten. excom. mulieres, quod est verum, nisi eadem vel alia constitutione excipiatur fęmina. inf. eodem. indemnitatibus, §. sed cum eas.

b Vide ibi Angelũ.

ADDITIO. Quæ excepta intelligitur articulis, q fęminis nõ congruunt, ŝ. de sta. reg ca q. in. & de hoc Spec de disp. & alle. § post hæc. vers. vel in masculinũ, & Host. de test. Raynaldus in prin. & Arch. plenius i pręalleg. c. si quis suadẽte. per Cyn. C. de ser. fug. quicũque Ioã. And.

c ¶ Regalia.] i. collectam, quæ sit Regis ratione, vel Imperatoris, vel tributum, quod debetur regi. 11. q. 1 si tributum, sic solet exponi de iure patr præterea. 2. Vel iura, quæ ad Imperatorem pertinere consueuerunt, vt portus & vectigalia, sed illa erant ecclesijs concessa. & modo volebat ea de nouo aliquis occupare, vt in lib. feu. tit. quæ sint regalia, aliàs est sub c. Imperialem Ioan. Andr.

x Vidẽ Bertrandum conf. 276. inci. vita concessione, par. [illegible]

d ¶ Custodiã]& cetera, quæ sequuntur, expone secun. Gar. idest iuris patronatus, quod sm diuersas regiones diuersa sortitur vocabula ĩ. de iure patron. quia clerici. &c. pręterea 2. de statu mona in singulis. § 1. 16. q. 7. piæ mentis. &c. Frigentius. quocunque ergo nomine censeatur, vsurpantes de nouo tale ius in ecclesiis, & alijs locis pijs, & bona ipsorum locorum vacantium occupantes, excommunicati sunt ipso iure.

e ¶ Alijs.] vt hospitalibus, vel alijs quocunque nomine vocatis.

f ¶ De nouo.] scilicet a xl. annis citra, secundum Gar. de consue. c. vlt. de præscrip de quarta 16. quæst. 3 c. placuit §. quas actiones, & hoc per literam, quæ sequitur, vel ex antiqua consuetudine, &c. Christma tñ, matrimonium, mã. ipium, vipum, dicitur noua, quæ non excedunt annum, vetera quæ excedunt. Probatur primum de consecrat. distin. 3. litteris. Secundum. 35 quæst. 8. c. 1. Tertium, ff. de publi. & vectig. l. interdum §. quotiens. Quartum, ff. de tri. tri. & ole. lega vetus. alibi dicitur nouum, cuius extat memoria, & eius contrarium dicitur vetus. ‡ ff de aqua plu. arce. l. 1. § fin. & in l. summa §. 1. supra de verb. signifi. c super quibusdam.

‡ Qđ dicitur antiquũ tps, vide per Marianũ Soci cõs. 89. incip. in causa agitata.

ADDITIO. Dicit Archid. quod hic, & supra eod. auaritię, dicitur nouum, quod nunquam fuit. Io. An.

g ¶ Bona] de quibus nulla est laicis attributa facultas. 96. dist. bene quidem. de contr ecclesia.

h ¶ Occupare.] in mala parte ponitur: sic supra eod. vt præteritæ alibi in bona. 7. q. 1. factus est Cornelius, & sup. de proc. non iniuste. & ĩ de proc si duo. & decõ lec di. 3 nunquam, & proprie mobilia dicuntur occupari, vel rapi: immobilia dicuntur inuadi: sæpe tamen sumitur vnum pro reliquo, 47. di. sicut 2. 12. q. 2. quicquid que. sup. de rest. spol. sæpe C. vnde vi, si quis in tãtum. Institut. vi bono. raps. § quod non solum.

ADDITIO. Dicit Arch q isti tales rerum ecclesiasticarum occupatores dicuntur committere furtum & sacrilegium: & non qualecũq; furtum, sed peculatus, quod est furtum de re publica. 23. q 4. quid ergo glo. [Ioan Andr.]

i ¶ Præfulgeant.] hic assume literam in fine sequentis vers. eo ipso, &c. & maiori pęna sunt digni, quibus cum plurimum honoris defertur, inueniuntur in crimine, 3 q 6. c. quia iuxta §. si forte presbyteri.

k ¶ Procurãt.] forte occasione discordię inter ipsos sussi[illegible]

tate, & dicuntur procurare ope, consilio, persuasione, & operatione. de hom. sicut dignum. de officio deleg. ca. 1. ff. de ser. corrup. l. 1. §. persuadere.

a ¶ Opponunt.] nota clericos se debere opponere, pro iuribus ecclesiæ defendendis. ad idem j. de re. eccles. non alie. hoc cōsultissimo.

b ¶ Pro tēpore.] id est, pro ea parte temporis, vel idest, ab eo tempore citra.

[Gloss. seq. quærit, & soluit distinguēdo.]

c ¶ Inhibemus.] ꝯ faciēs est trāsgressor canonis, q canonem trāsgreditur prohibitionem ꝯtinentem, 4. dist. c. denique. in fi. secus si consilium tm̄, vt ibi. Sed quæro quæ sit pœna trāsgressionis canonis? Dic s̄m Gar. ꝙ qui trāsgreditur canonē credens Romanā ecclesiā nō habere potestatem cōdendi canones. & de tali trāsgressione punitur vt hæreticus, 19. di. nulli fas. vbi de hoc. Si autem credit Romanā ecclesiam potestatem habere, sed facit contrarium: quia sic ei placet, est pœna depositionis. 1 vt 4. di. §. vlt. & adde hoc qđ no. s̄. de treug. & pa. cap. 1.

tentiæ decernimus † subiacere.

¶ Illos vero clericos, † qui se (vt deberent talia faciē tib.) nō opponūt:[a] de prouentibus ecclesiarum, seu locorum ipsorum, pro tēpore,[b] quo præmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus.[c]

¶ Qui aūt ab ipsarū ecclesiarum, ceterorumque locorum fundatione,[d] vel ex antiqua[e] consuetudine iura sibi huiusmodi[f] vendicāt: ab illorum abusu sic prudenter abstineāt & suos ministros[g] in eis sollicite faciēt abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus, siue redditus[h] prouenientes vacationis tempore, non vsurpent: Nec bona cetera,[i] quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant; sed in bono statu conseruent.

d ¶ Fundatione.] fundans n. & dotans ecclesiam de diœcesani consensu pōt 2 hoc statuere, vt fructus ipsius ecclesiæ, cū vacabit, suos faciat. 18. q. 2. Eleutherius de iure patro. præterea. 2 & c. nobis.

ADDITIO. Licet donationis tēpore possit dari onus imponi, nō tamen tpe traditionis, q̄ fit ex interuallo. facit C. de pac. con. l. ex morte. in fi. & quod not. de rei vxo. act. l. vna § accidit. facit de testi. cog. præterea. cum concor. in vlt. gl. Io. And.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

e ¶ Antiqua.] præscripta s̄. de consue. c. vlt. videtur ergo ꝙ consuetudo, qua vsurpari possint bona ecclesiarum, & sic onerosa præscribi possit ꝯ id, s̄. de consue. c. 1. Dic, quod in hoc quod quis habeat ius patronatus, custodiam, guardiam vel similia, bene valet consuetudo: sed in hoc quod vsurpet, non valet, & sic intelligitur contrarium.

f ¶ Huiusmodi.] scilicet, guardiam, custodiam, vel regalia.

g ¶ Ministros] qui res alterius saluare tenentur, & de facto ministrorum tenentur. ff. nau. caupo. sta. l. fin. in princ. 86. dist. an putatis. & culpæ reus est, qui malorū vitiat opera. Inst. de obl. quæ ex quasi deli. §. sed si alicuius, circa finem.

[Glo. seq. quærit, & arg. & soluit.

h ¶ Redditus.] vt sunt syluæ cęduæ: quæ tempore vacationis nō sunt in tali statu, quod cædi dēant. 3 Et nota ꝙ omnis fructus consistit in redditu. ff. de vsu. Paulus §. 1. sed non conuertitur: quia partus ancillæ est in redditu, sed nō in fructu. ff. de vsur. in pecudum. §. partes. Inst. de re. di. §. in pecudum. Sed quæro an fructus medio tempore perceptos faciant tales suos? Ita videtur per hanc literam: quia non prohibet de fructibus, sed de his q̄ nō pertinēt ad fructus. Tu dic, ꝙ fructus ꝯseruari debēt futuro successori. s̄. de offi. ord. cū vos. s̄. eo. vbi periculū §. prouisionis. & j. eo. quia sæpe. & de offi. ord. præsenti. Qui enim custodiam habet, custodire debet, nō cōsumere. ff. vt in pos. lega. l. is. cui. §. qui legatorum habebit tamē s̄m Gulielmum, q̄diu custodiæ operam dant moderata cibaria. arg. 12. q. 2. charitatem. s̄. de præb. extirpanda. ff. comm. in rebus. §. possunt. & sic nō habet locū hic. & arg. a cōtrario sensu. C. de epi. & cle. conuenticulam, & ff. de cond. inser. l. 1.

i ¶ Cetera.] ff. de verb. sig. l. ceterorū. Io. And.

3 Vel sūt magna, vł minuaria, ñ in statu quo p: sca :1 dēant. Io. And.

¶ Idem in eodem.

¶ Parochialis ecclesia nemini conferatur, qui non sit idoneus scientia, moribus, & ætate: & si conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio: Ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, & infra annum sacerdos fieri: si autem promotus non fuerit, elapso anno, priuatus est ipso iure. Super residentia autem prælatus eius ad tempus poterit dispensare. Ioan. And.

CAP. XIIII.

LICET[k] † CA-

Licet canon.] Sūma & diuide, ꝓ ut in prima glo.

CASVS. Quidam clericus constitutus in præsentia Rom. Pontificis q̄siuit ab eo, Sāctissime Pater, vellem bene informari a vobis, quæ idoneitas requiritur in promouēdo ad ecclesiā parochialem? Ad qđ rñdet Rom. Pōtifex, ꝙ in promouendo ad ecclesiam parochialem requiritur, ꝙ ipse habeat scientiam sufficiētem: & sit ambobus bonis virtutib. ac insuper sit alienus a vitijs & ꝙ compleuerit annum vigesimumquartum, & attigerit vigesimumquintum; ꝙ si nō attigerit xxv. nulla ē collatio ipso iure? Sed quid si promotus ad ecclesiam parochialem habeat omnia ista: quia est ætatis perfectæ, idoneus scientia, & moribus: sed tamen non est sacerdos? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ ipse dēt effici sacerdos infra annū ꝯputandum a tpe adeptæ pacificæ possessionis ipsius ecclesiæ Parochialis: aliās si non promoueatur ad sacerdotiū infra illud tempus: illo tpe elapso priuatus est ipso iure dicta ecclesia parochiali. c. commissa, j. eo & sic correctum est c. cum in cūctis. eodem tit. in ant. quod requirebat amotionē per sniam: sed per istud capitu ipso facto est amotus absque aliqua monitione vel sententia. Sed quid si promotus ad ecclesiam parochialem fuit effectus sacerdos infra annum: vtrum teneatur residere personaliter in ipsa ecclesia: & eidem personaliter deseruire diuinis? Respondet quod sic: nisi suus prælatus cum ipso dispensauerit, ne residere personaliter in sua ecclesia: sed ut posset in ipsa ecclesia deseruire in diuinis per alium suum vicarium.

†Vide 3. Later. sub Alex. iij. c. 13. & cōc. Trid. sess. 7. de ref. ca. 3. vbi hoc decretum cōfirmatur.

[Prima glossa summat, & diuidit.]

k ¶ Licet] parochialis ecclesia nemini cōferatur, qui nō sit idoneus scientia, moribus & ætate: ꝙ si conferatur non attingenti vigesimumquintum annum, non valet collatio: ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, & infra annū sacerdos fieri: si autē promotus non fuerit elapso anno priuatus est ipso iure. Super residentia autem prælatus eius ad tempus poterit dispensare. Et potest diuidi in sex partes. In hac prima ponit constitutionem Alexandri 3 & statuit cui debeat conferri parochialis ecclesia,

In secunda:ibi Decernentes, irritat collationem aliter factã. In tertia:ibi, Is ẽt, ponit de residentia facienda. In quarta:ibi, Et infra annũ, de promotione ad presbyteratum. In quinta:ibi, Quod si infra, pœnam non promoti. In sexta:ibi, super residentia de dispensatione residentiæ.

ADDITIO. Ista diuisio in sex partes placet licet Frã. diuidat in quatuor tantum, quia cõiungebat tertiam, & quartam itẽ quintam, & sextam. Clericus diuidebat in quinque coniungendo primas duas. Item Ioan. Mona. in quinque, subiicendo tertiam. Io An.

[Glo seq. ponit tria quæ supplet ipse canon.]

a ¶ Canon.] ĩ eo. cũ in cũctis, qui hic in trib. maxime supplet: quia ibi collatio parochialis ecclesiæ minoribus fieri phibebatur tm: hic irrita decernitur, nisi dicere velis, q̃ id satis erat irritum per ipsam constitutionẽ: quia sufficit legislatorem aliquid prohibuisse, & si non adijciat ꝯ factum non valere. C. de legibus, non dubium. nec fuit hoc propterea superfluum, cum clarius exprimat. ad idem sup. de sum. Tri. c. vni. eod. lib. & sic innouit & suscitat illud ius, quasi per abusum abolitum. Item per canonem illum moueri debent ad suscipiendos ordines, per istum nõ. Item per illum priuandus est per sententiam: per istũ priuatus est ipso iure. Io. And.

non [a] à felicis recordationis Alexandro Papa tertio prædecessore nostro editus, inter cetera [b] statuerit, vt nullus regimen ecclesiæ parochialis suscipiat, nisi vigesimumquintum annum ætatis attigerit. ac scientia, & moribus commendandus existat: quodque talis ad regimen assumptus huiusmodi, si monitus, non fuerit præfixo a canonibus tempore [c] in presbyterum ordinatus, a regiminis eiusdem amoueatur officio, & alij [d] conferatur. Quia tamen in obseruatione canonis memorati, se multi exhibent negligentes: Nos periculosam [e] illorum negligentiam [f] volentes iuris executione [g] suppleri, præsenti decreto statuimus: vt nullus ad regimen parochialis [h] ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus † moribus, scientia, [i] & ætate: Decernentes, collationes de parochialibus [k] ecclesijs, his, qui non attigerint [l] vigesimumquintum annum, de cetero [m] faciendas viribus omnino carere. [n] ¶ Is

1 Idẽ Do. allegat simile glo. in cle 1. de iu. pat. Fon.

b ¶ Cetera] quia multa alia statuit præter ista.

c ¶ Tempore.] quod erat in proximis quatuor temporibus. 75. dist quasi per tot. vel dic præfixo ab hosp.

d ¶ Alij.] ergo non primo, ne fiant leges ludibrio, & dicatur solum verbis lex imposita. ĩ. eo. cõmissa. §. porro. & dic, alij qui cum effectu faciat id, in quo primus fuit negligens, supra de cler. non resi. relatum. alias remouebitur vt ibi.

e ¶ Periculosam] sibi & illis, quos corrigere debebãt & itaceteratim sequebatur eos pereuntes multitudo pereuntium. 40. dist si papa.

f ¶ Negligentiam] hæc omnia lædit in auth coll. 6. de quæstore. §. hæc omnia. & nouerca est eruditionis. 83. dist. c. nihil.

g ¶ Executione.] nota quod quilibet canon, qui est latæ sententiæ, potest dici executorius, & hoc est verũ quo ad iuris executionem.

2 Qualitas requirat in promouẽdis ad qualibet digni tates, & beneficia sanciuit Alex. iij in conc. Later. c. 3. & nouissime conc. Trid sess. 24 de ref. c. 12.

ADDITIO. An necessario sit executio facti vel declaratio. no ĩ. eod. commissa. § 1. Archid. remittit de præb. licet 1. a. Io And.

[Glo seq. quærit, arguit pro, soluit contrarium. Item quærit, & soluit.]

h ¶ Parochialis eccl. siæ] sed nunquid erit idem in decanatu & alijs dignitatibus, de quibus loquitur §. inferiora, c. cum in cunctis, ĩ. eod. arguendo de simili bus ad similia? videtur q̃ sic, cum sub eadem prohibitione manauerit ĩ. de consti. trãslato. Dicas ꝯm Gar. & Gul. quod in illis per hanc ꝯstitutionem nihil immutatur, quod enim non mutatur, & cetera. C. de appel præcipimus, & C. de test sancimus. Habeat ergo tm locum in ecclesia parochiali, nec recedam a verbis. ff de leg. 3. nõ aliter. seruabitur ergo in eis §. inferiora. c. cũ in cunctis. ĩ. eo. Itẽ scias, q̃ nõ habet locum hæc cõstitutio in parochialibus collegiatis, vel assumptis ad earum regimen. ĩ. eo. tit. statutum. Quid si ecclesia olim habuit parochianos, sed nũc habere desijt? Dic ꝯm Gar. quod nõ habet locum constitutio: quia & deficientibus personis collegij, desinit esse collegium, vt not ff q̃ cuiusque vniuersi. § sicut municipij, §. 1. si aũt reincipperent ibi esse parochiani, ex tunc incipiet constõ locũ habere: quia facta est parochialis. & o. reuoluitur ad a. 35. d ab exordio quẽadmodũ si de nouo fieret aliqua ecclesia parochialis, locũ haberet constõ. & concor. ad hoc Hostien. ĩ de cler. non residen. quia nonnulli.

† Idẽ cauetur in 3c. Later. sub Alex. iij. c. 3 & in concil. Late sub Inno. iij. c. 30 & in ꝯcil. Trid. sess. 7 d re for. c 3. & sess. 14 de ref. c. 12.

i ¶ Scientia.] quæ requiratur in eo, hẽs 38. dist quæ ipsis.

k ¶ Parochialibus] de talib. ecclesijs habetur 38 dist quando, in prin. 1o q 1 re genda 13 q 1. c 1. Parochia Græce, Latine dicitur partitio & dr parochia, quasi partitio curæ: quia rector ipsius habet curam animarum totius populi infra illos limites congregati: vnde dicitur populum regere. ĩ. de capel. monach. c. 1. Archidiaconus.

l ¶ Attigerint] sufficit ergo in his, quod attigerint 25. annũ, secus ergo in epo ĩ. de ele. cum in cunctis. & in abbatissa ĩ. eod. indemnitatibus, & in casu int. de æta & qualit. c. vno.

ADDITIO Et in casu de regul ad nostram. vbi, vide cum suis remissis. Ad vtramque partem facit Clem. de statu monach ne in agro §. ceterum. Solue vt ibi in gl. 4. Io And.

[Gl seq. notat & remittit, secundo quærit, de pendentibus opponit, & soluit distinguendo.]

m ¶ De cetero] 3 ad futura tm extenditur: & habet hoc locum in qualibet constitutione præterquam in casibus ĩ. de constit. c. vlt. dic vt ibi. Quid de pendentibus nunquid ad illa constitutio extendatur? Et quidẽ si pendeat per appellationem, negotium decidi debet secundum ius, quod erat tempore primæ sententiæ, nõ secundum ius, quod emanauit appellatione pendente. in auth vt cum de appel. cog. in prin. & §. 1. Si autem principaliter pendet, dixit Hostien. sup de cõstitu c 2. decidi debere secundum ius quod emanauit. Goff. ibi, & Accur C. de legi. leges. secundum ius quod ante constitutionem erat, & vterque allegat prædict auth. dic secundum Gar. quod si cõstitutio loquatur de ordinatione negotij vel actus, vt de numero testiũ, de scriptura, vel alia sollemnitate, vera est opinio Goffre. Non enim pars potuit diuinare. C. de test testium. C. de testa iubemus 81. dist. proposuisti. Si autem constitutio loquatur circa ordinationem sententiæ vel processus, pone exemplum de iuram calum. cap. 1. § vlt. de sent. & re iudic. c. vlt. potest vera esse opinio Hostien ita q̃ processum causæ iam factum non tangat, sed faciendũ, & quod alias constitutio de sui natura non extendatur ad pendentia, probatur opti inf de offic. lega. c. pen. in fine.

3 De materia glo vide ret. de Anc. late loquentem. Fon.

[Glo. seq. de duobus simul quærit, & soluit. Iterum quærit, arg pro, & soluit contrarium.]

n ¶ Carere] ipso iure. Si quæratur an epi possint in ætate dispẽsare, ꝯm q̃ olim a quibusdam dicebatur per illam

etiam,[a] qui ad huiusmodi regimen assumetur, vt gregis sibi crediti diligentius curam gerere possit, in parochiali ecclesia, cuius rector[b] extiterit, residere[c] † personaliter[d] teneatur; Et infra annum[e] a sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad sacerdotium promoueri. Quòd si infra idem tempus[f] promotus non fuerit: ecclesia sibi commissa, nulla etiã præmissa monitione, sit præsentis constitutionis auctoritate priuatus.[g] ¶ Super residentia vero (vt præmittitur) facienda, possit ordinarius[h] gratiam dispensationis ad tempus[i] facere, prout causa rationabilis id exposcit.

¶ Idem in eodem.

¶ Parochialis ecclesia non commendetur, nisi constituto in ætate legitima, & sacerdoto: & tali non nisi vna, & illa tunc demum, cum necessitas vel vtilitas exigit. Talis autem commenda vltra sex menses non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, est irritum ipso iure. Ioan. Andr.

C A P. XV.

N E-

istam decre. de æta. & qualit. præterea & c indecorũ. & vtrum dispẽsatiue possint annum prorogare? Dic q nõ. p decr. istam, quę solum super residentia ei pñtẽ.n dispensandi reseruat: eo tñ saluo, quod habes ĩ. eo. tit. cum ex eo De dispẽsatione autem ordinum hic nihil prohibetur: vnde antiquo iuri stabitur. s. alii decr. pterea. Sed nunquid nõ cõstitutus in maiorib vel in minorib dem re cõi ad talẽ ecclesiã eligi põt? & vr q sic: quia ista decre. nihil exigit, nisi q promoueatur ĩ. annum. sed ad oẽs ordines promoueri poterit intra annũ; Sed dic q: quia hęc decre. pterea nihil per istam immutat: immo per istam quodammodo exponitur, quod ibi dicit, infra breue tempus.

a ¶ Is etiam.] tertia pars. in qua ponit de residentia facien. a.

b ¶ Rector.] vel perpetuus vicarius: in quo locum habet, hic dicitur circa ordinem & ętatem, per clemen. de offi. vica. de ecclesijs, cuius cõtrariũ dicit hic Archi. p hãc literã.

c ¶ Residere.] ad hoc etiam tenebatur olim sup. de cler. non resi. relatum.

c ¶ Residere] is dicitur residere, qui continue ibi moratur. arg. C. de metatis. l. deuotũ. lib. 12. nisi in casib. a iure exceptis: in quib. is qui abest, fingitur esse præsens & residere, vt ĩ de cle. non resi. de cetero. c. ex parte. & c. cum dilectus. cum. si. Arch.

d ¶ Personaliter.] ergo non per vicarium, nisi in casu, sup. de præb. extirpandæ quam per hanc tolli non credo secundum Guil.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici conuenientes in vnum super electione futuri Prælati, quendam Titium elegerunt, Papa putans adhuc ecclesiam vacare, reseruauit ecclesiam Pictauien. suæ prouisioni pro illa vice, & inhibuit canonicis cum decreto irritante, ne ipsi pcederēt ad electionē; Vtrū per istā reseruationem retractetur electio prius facta? Respondet ꝙ non: Sed si electus adiuit superiorē immediatū: & consecutus est confirmationem suæ electionis: an teneat confirmatio? Dicit ꝙ non: nam, licet electio non sit nulla, tñ omnia quæ sequuntur illā reseruationē, sunt nulla ipso iure: Ideo si electus velit hře confirmationē, & consecrationem: op⁹ est, ꝙ adeat Apostolicā sedē pro habēda cōfirmatione, & consecratione.

[Prima glossa ponit summam, quid causam dedit, & q d declaret.]

h ¶ Si eo tempore.] Si Papa sibi ꝓuisionē ecclesię cathedralis reseruauit, inhibuit, & decreuit: nō est vitiata electio, q̄ pręcesserat: omnia tñ, quę reseruationē sequuntur, carent effectu. causam dedit huic decre. quia vacante ecclesia Bonon. per mortē bonę memorię domini Octauiani ipsius ecclesię episcopi, infra biduum canonici de reseruatione timentes, elegerunt bonæ memoriæ Dominum Sclatam stratiem suum, postmodum Papa Bonifacius audiens de morte O. reseruauit, inhibuit & decreuit, post triduum audiuit de electione facta de domino s clata prędicto, satis gratum habuit, sed ab adstantib. iurisperitis quæsiuit, an ad ipsum, an ad archiepiscopum ipsius electionis spectaret confirmatio, quod hic determinat, & determinatum per hanc decretalem quæ not. sup. eo. in anti. innotuit in fi. I. Andr. [& vide quod dixi super glo. penul.

[Glossa sequens quærit, arguit pro, & contra, & soluit.]

i ¶ Cathedralis.] Quid de inferioribus? Videtur, ꝙ in eis locum non habeat, quia si de eis voluisset intelligi, illud expressisset. supra de decimis, ad audiētiam & ad hoc faciunt omnia argumenta, quæ inducuntur a verbis; Contra videtur, quod idem sit in alijs, cum eade sit in eis ratio, ergo idem ius, & est simile quod dixi supra eodem titulo, ex eo, quod satis potest dici, quod esset standum literæ, vt in cathedralibus tantum locum habeat decret. nec est verum quod sit, eadem ratio, quia causæ episcopatuum sunt merito connumerandæ maioribus causis supra eodem quamuis. in principio, quod non est in alijs, & ideo licet iurisdictio papæ sit præuenta, tamen propter maioritatem suam deferuntur ad Papam, in inferioribus verò, quæ non sic connumerantur, maioribus, sufficiet præuētio, vnde ex quo præcesserat electio reseruationem, poterit quicquid faciendum immineat per ordinarium expediri, alias graue esse quod propter reseruationem, quæ electionem alicuius beneficiati sequitur, necesse esset pro confirmatione Papam adire. nec hic æquiparabo regulares cathedralibus, sicut nec supra eodem lib quanquam. licet æquiparentur supra eodem, si postquam. vnde si post confirmationem abbatis fiet reseruatio ante benedictionem, benedicet ordinarius, hac vera, nisi Papa aliud in reseruatione iussisset, & sic non habilitabo verba, nec recedam a litera.

K ¶ Ex quauis causa.] ex sola etiam voluntate, sibi enim sola voluntas est pro ratione, de concet. præb. proposuit, cum suis concord.

Cōfirmatio præcedit consecrationē.

¶ Vide I. 1. ff. de diu. in prin. & Bart. in I. ꝓtor att. §. hoc quę interdictū. ff. de no. oper. nūt.

Consecratio nulla nō vitiat electionē prius factam.

† An in ordine ep̄ali imprimatur character traduūt latę docto. theologi. in 4. sent. di. 14. ad de Turrec in ca. deros 21. d. & in c. episcopus 23. dist.

† Not. ꝙ verbum. prouisio. īducit totalē ꝓuisione ecclesiæ, & sic electionem, & confirmationē. vide glo in cle. fi. eo. titu Do. 2 al Sclatam.

Reseruatio dignitatis inter ioris ab epō, interueniens post electionem, an ab ... ciat ea, q̄ sūt ipsius electionis consecutiua.

‡ Ita expresse dicit Phi. Fon.

a ¶ Reseruamus.] has reseruationes legati etiam de latere facere non possent. infra de officio lega. deliberatione. in prin.

[Glo. seq querit, & soluit.]

b ¶ Prouisionem.] puta faciendam ex iure deuoluto. sup eo quamquam. Nuquid sola reseruatio sine inhibitione sufficeret? Credo ꝙ nō ad cassationē, sup. de pb. dilectus. puniendi tñ essent qui elegerunt, postq̄ reseruationē sciuerint esse factā. vt ibi & j. de cōcel pb. si soli, ꝑ quā decr. vr̄, ꝙ inhibitio bene sufficiat sine decreto. hoc verum ad cassandū ea quę scienter post inhibitionē sūt facta: sed ad hoc, vt ab ignorantib facta vitietur necessarium vr̄ decretum, vt hic. ADDITIO Non sto pręcise huic dicto. l ꝙ sola reseruatio sine inhibitione sufficiat ad cassationem; nec credo, quod curia illud reciperet, vt reseruatio aliquid operetur, facit quod not. j. de concel. præb. si capitulo. io j. gl. Si tñ bene ponderatur illa decr. facit pro gl. scilicet, ꝙ saltem ante tempus scientiæ reseruatio nō afficiat: nam datio executoris ad prouidendum, satis vr̄ habere vim reseruationis, nec tamen siue decreto afficit ante præsentationem vt ibi, & sup eo. lib. de rescrips. ubi qui, & plus afficere debet cum quæritur de iure alterius, pro quo Papa scribit, quā ex nuda reseruatione, in qua ius non est alteri acquisitum j. de pręb. dum facit pro glos stylus curiæ semper submittens hanc clausulam. cum de reseruatione fit tec. no, & decr. j. de præben. si beneficia. in prin. lo. Andr.

tioni sedis Apostolicæ reseruamus[a], inhibentes, ne ad electionem vel prouisionem[b] faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes si secus super hoc a quoquā scienter vel ignoranter[c] attentatum extiterit, irritum & inane: iam[d] ad electionem forsitan sit processum in ipsa: Præsenti constitutione sancimus, quod licet reseruatio, inhibitio, & decretum[e] huiusmodi non afficiant electionem vel alia[f], quæ præcedunt: afficiunt † tamen vt effectus[g] careant ea, quæ postmodum[h] subsequuntur.

¶ Idem.

Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest insolidum, & non aliter: & in altero admittendo ponit tres gradus, hoc dicit usque ad §. porro. Dominicus.

CAP. XLVI.

SI quis iusto. ... Si

g ¶ Effectu careat.] si ergo ante reseruationem electus & post reseruationem confirmatus fuerit, nō valet cōfirmatio, etiā ab ignorantibus exhibita & recepta Electio tamen propter vitiosam confirmationē nō vitiat̄ s̄. eo. tit. si confirmationem quam per hanc exemplificare potes, & adde qđ dixi s̄. eo c. pxi.

† al. afficiant.

[Glo. seq. colligit argumentum.]

h ¶ Postmodū.] s. post reseruationē, inhibitionem, & decretum: Et argu: ex hac decre. ꝙ si Papa prouidit alicui de epatu, alius q̄ Papa sine eius mā dato illum nō poterit consecrare. ar. ad idē s̄. de acc. meminimus. ADDITIO Nisi aliud habeat cōsuetudo, vbi dixi ꝑ decr. sup. e. in anti. nihil est ad fi. lo. An.

Casus litera lit. Domini. Heliæ.

SI quis iusto.] CASVS. Dicitur Ec. quia pp. eod titu in ano ꝙ si quis ex canonicis ecclesiæ vacantis sit absens, quod non potest comparere in die assignationis pro electione facienda, potest vnum ex canonicis constituere nomine & vice absentis: Sed ponamus, quod iste absens plures procuratores vult constituere, an possit? Rñdet ꝙ sic: dum tñ istos plures procuratores ꝯstituat insolidum, quia si illos ꝯstitueret simpliciter, ipsi cōstituti possent variare & eligere plures personas Sed quæritur, vtrum oēs isti constituti in solidum admittentur, vel sit tm̄ vnus admittēdus: & quis debeat prefferri? Rndet ꝑ ratiōnē pręclictā: ne ipsi constituti possint eligere diuersas personas nomine eiusdem, nō sunt plures admittēdi, sed erit melior conditio primitus occupantis. Sed ponamus, ꝙ oēs ꝯstitui se simul pręsentant quis erit preferendus? Rñdet ꝙ erit in optione capituli quem velit admittere, & illū, quē admitteret capitulū pręferret aliis. Sed q̄ si vna pars capituli vult admittere vnum, alia pars aliū, & sunt in ęquali numero: q̄ritur qs sit pręferēdus Rñdet, ꝙ ille q̄ primo est nominatus in procuratoria Sed ponamus, ꝙ aliquis absens constituit plures ꝓcuratores simpliciter: vtrū aliquis admittatur ad eligendum pro absēte? Respondet ꝙ nullus debet admitti, quia nullus habet mandatum in solidū, sed solū vnus posse eligere simpliciter cū aliis, & sic omnes possent variare & eligere diuersas ꝑsonas, ideo procuratoriū nō valet. Sed ponamus ꝙ iste canonicus absens ꝯstituit vnum canonicū, vtru iste constitutus possit vnum eligere nomine suo, & aliū nomine magistri sui? Rñdet, quod non: quia non potest hr̄e vnam ꝯsideratio nem nomine suo, & aliam nomine alieno. Et istud verū, nisi in procuratorio caueretur, quod iste procurator eligeret talem noīe magistri sui, tunc enim nominē suo posset vnum eligere, & noīe suo alium, si iste videatur magis idoneus. Sed quid si nullus ex canonicis vult admittere procuratoriū, nunq̄d poterit aliū extraneū a collegio siue capitulo constituere? Respondet quod sic, ꝯsentiēte capitulo vel collegio, sed dissentiēte capitulo non pōt. Sed nunquid ad minus poterit absens mittere votum suum per litteras? Respondet quod sic, sed tamē non prodesset tale votū, quia nullus debet exprimere votum suum ante scrutinium. Nota primo ex nominatione ius acquiri, de quo remittit Arch 93. dist. dominus, & supra qui fil. sint leg. ꝑ tuas. Nota secūdo, quod pares sunt, non ꝯstituere procuratorem.

Reseruatio sola sine decr. an afficiat ignorantes.

c ¶ Ignoranter.] nota, quod decr. ignorantes afficit, sed notare potes contrarium: si enim ignorāter afficeret, quare hic additum fuisset, vel ignoranter, superflua secundum hoc videretur hæc litera. si decreto Papæ dicimus, quod ignorantes afficit. inf. de concel. præben. quia cunctis.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

Reseruatio & electio si fiāt eodem die, quæ illarum sit potior.

d ¶ Iam.] s. ante tempus, quo facta fuerit reseruatio. Quid si eadem die facta fuerit reseruatio & electio? Dico, ꝙ si potest apparere quæ primo: puta per instrumēta electionis & reseruationis, puta si in eis dicatur de die & hora, vel per testes, qui pręclictis interfuerūt. hic nullo dubiū, si autem hoc nullo modo pōt apparere, dico negotium ad Papam deferendum, vt sui voluntate determinet, per decr. sup. de rescr. c. penult. e. lib. cum enim hic de iure Papæ quæratur, ꝙ dubium est, non poterit inferior ipso ratificare: & hoc cū reseruauit tm̄, sed si reseruasset & contulisset, præfertur datus à Papa in eo. catu. inf. de pręb. si a sede lo. Andr.

e ¶ Et decretum.] nota copulatiue, & non disiunctiue ponuntur, & facit pro his, quę supra dixi.

f ¶ Vel alia.] si ergo confirmatio & consecratio præcessissent decretum, esset electi negotium expeditum: Si autem sola electio, confirmatio, & consecratio pertinebit ad Papam: Si autem præcedat electio & confirmatio, tunc sola consecratio ad ipsum pertinebit. ADDITIO. Cum enim ante consecrationem non sit prouisum ecclesię de translat. c. 2. Papa reseruando prouisionem consecrationem reseruasse videtur, secundum Arch. Ioan. Andr.

rem, vel constituere in forma prohibita a iure: & sic compatens cum procuratore minus legitimo, videtur contumax, ad hoc de appel Nicolao. Domi.

[Prima glossa diuidit, casum ponit, & dicit quid de dicet.]

a ¶ Si quis.] Hanc decretalē diuido ī tres partes: Prima durat vsq; ad §. Porro. Secūda vsque ad §. absens. Tertia vsq; ad finem. Aliquis iusto impedimento detētus, in electionis negotio cōmisit pluribus vices suas: quęritur si voluerit commissio? Respondetur, quod sic, dummodo insolidum dati fuerint, & erit melior tūc occupātis cōditio: si autē nullus occupat, sed ambo simul concurrūt, admittetur ille, quem capitulum vel maior pars elegerit: si aūt capitulum nō cōcordat, ille admittetur, qui primo in instrō procurator exstiterit nominatus. Et ratio quare alter solus admitti debet, est, quia possent vota dirigere in diuersos & sic res nō haberet exitum: & quod fieret, non valeret. Si autem non fuerint dati in solidum, tunc neuter admittetur propter superiorem rationem & sibi imputet, qui sic eos instituit. Secundo quęritur: aliquis dedit procuratorem in negotio electionis: ille procurator nomine suo eligit vnū, & nomine domini aliū eligit; quęritur an possit? Respondetur quod non, nisi de certa persona eligenda habuerit speciale mandatum. Tertio quęritur, pone canonicus absens non inuenit aliquem procuratorem in collegio: quęritur an possit dare extraneum? Et Respondetur, quod non, inuito capitulo Sed quęritur, an saltem votum suū possit exprimere per litteras? & respondetur, quod non: quia votum in ipso scrutinio secreto & sigillatim tantummodo est exprimendum: & non ante scrutinium. Emanauit hęc decr. ad declarationem decre de electio. quia propter. §. penul. & eorum, quę ibi notantur.

b ¶ Iusto.] Hoc relinquēdum est iudici, quia nec numerari possent: exempla tamē habes. ff. si quis cau. l. 2.

[Gl. seq. soluit duo dubia, an constituens habet necesse iurare, & quibus verbis iuret procurator.]

c ¶ Detentus.] & in loco existens, de quo debeat euocari: alias locum nō habet commissio s̄ eo. in ant. qua propter. §. pen. Et de hoc impedimento si opus fuerit, fidem facere debet iuramento: vt ibi: vnde non est de necessitate q̄ iuret in instrō procuratoris ipse dñs: sed cautum est, quod det mandatum ipsi procuratori iurandi in animā suam, quod ipse tali impedimento detentus est secundum omnes modernos, qui hoc notant in decretali ꝯ quia propter & est ratio, quia si capitulum requireret iuramentum, procurator iurare nō posset: nec praterea vlterius expectaretur: Fuit enim procurator minus sufficiens, & ideo sibi constituens imputet. ad hoc ꝭ. §. si autem, nec debet dicere procurator, dico dominum in loco, in quo debet vocari, iusto impedimento detentum, quia ista sunt verba iuris, ... dicere debet verba facti l. dico dñm in tali loco, & tali impedimento detentum: puta tali infirmitate, vel ... & tunc si non admittatur appellet; ... Host. qui hoc ibi notat.

quis [a] † iusto [b] impedimento detentus [c] in electionis negotio nequeat commode interesse: potest nedum vni (prout dicitur in concilio [d] † generali) sed & pluribus [e] committere vices suas: dum tamen eorum cuilibet det insolidum [f] potestatem: & erit tunc [g] melior conditio occupantis. [h]

¶ Verum si ambo concurrant insimul, [i] & postulent se admitti, audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diuersos, sicque res non haberet exitum: & quod ab eis hoc casu fieret, non valeret: sed is admittatur duntaxat, [k] quem capitulum, vel pars maior [l] elegerit: [m] vel si concordare nequeant: [n] is, qui primo † in instrumento, vel litteris procurationis extiterit nominatus. [o]

¶ Si autem nullus ipsorum in solidum fuerit deputatus, tunc propter [p] rationem eandem, ipsorum aliquis non debebit admitti: [q] sibique imputet, qui sic eos constituit.

d ¶ Concilio.] supra eod. in antiq quia propter Ista enim fuit dubitatio: quia ibi dicebatur, committat vni de collegio.

ADDITIO. Sed effectiue vnus solus erit procurator. Ioan. And.

e ¶ Pluribus.] idē no. V. n. & Compo. st. sup. eod. quia pp & quod dicit, pluribus intelligo siue duo fuerint, siue plures: dū tū in solidum, vt sequitur; quia eadē ratio est.

f ¶ Insolidū.] alioter neuter admitteret. ꝭ. eo. §. si autem.

g ¶ Tunc.] cū potestatem habet insolidum

h ¶ Occupantis.] ꝭ. de procur. non iniuste. vbi de hoc.

i ¶ Insimul.] ita q̄ non apparet quis pri mo.

k ¶ Dūtaxat.] idest, tantum modo, vnde isto electo alter omne ius amittit. & est sim. s̄. in antiq. de rescri. c. pen. quod verū credo, nisi in instrō diceretur: meliorem nō esse condōnem occupantis, & quod vnus incepisset, alter finire posset, arg ad hoc in pdi. decr in si & ꝭ. de, pc. si duo.

l ¶ Pars maior.] sic sup. eod. lib. de rescr. c. pen. ad idē 58 dist. Apostolica de ele. in antiq. cum inter canonicos. ff. ad muni quod maior.

m ¶ Elegerit.] nec credo quod variare possint, vt supra eo tit. vt quis duas. de postu supra eod. lib. c. uno. in fi. Ioan. And.

[Glo. seq. soluit vnum quęre.]

n ¶ Nequeant.] quia nolunt eligere, vel pari numero discordant. Et nota quod primo recurrendū est ad electionem capituli, scdo ad ordinem scripturę; Tabelliones. n. pponunt qd volunt in instrīs, & ideo fuit ęquius primo recurri ad electionē capituli, p quā magis idoneus eligetur, ad hoc inf. de proc si duo ff de accu. si plures. secundo ad scripturę ordinem in subsidium.

[Glo seq. alleg. concord quęrit, & soluit.]

o ¶ Nominatus.] per ordinem scripturę ꝯcor. optime. ꝭ. de pręb. mandatum. ad idem 4. dist. sit rector. in fi. cum suis ꝯcor. & s̄. de rescri. in ant q. cum dilecta cum suis ꝯcor. & facit, ff de leg 1. cum pater. § penul. Quid si non apparet, puta quia duo sunt in instrō, nec apparet q̄ prius? puto quod mutuo se impediant ff. de vsufr. l. quotiens & imputet sibi qui sic eos constituit.

p ¶ Propter rationem eandem.] qui possent vota dirigere in diuersos, & sic res non haberet exitum.

[Gl. seq. quęrit, & soluit, secundo signat contrariū, & soluit.]

q ¶ Admitti.] Quid ergo? nūquid de nouo citabitur ipse canonicus? Non: aliàs quid sibi imputaret, vt sequitur? Idem n. est non venire, quod non sufficienter venire, contumax ergo fuit & procedent ipsius socij ad electionem ꝯ inf. de procu. si duo. vbi dicitur, quod si in causis electionum sunt dati plures procuratores, sed nō in solidum, iudex eliget idoneiorem. Sol ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in causis electionū & postulationum vel prouisionum, hic de procuratore dato ad negotium, s ad ipsam electionem faciendum. & ibi de iure iam nato, hic de nasciituro, quod minus fauorabile est, & vtrobique vtilis prouisio ob celerem expeditionem.

† Et ē rō, qa ex ordine verborum ꝑsumitur ordo itellectus. de ꝯse. d. 1. in Xpo pi. l. si seruus cōis. ff de lib. ser c. qm abbas. de offi. dele. Fon.

Canonic' īpeditus, q ad actū electionis procuratorem non legitimè cōstituit, an debeat iterum citari.

ADDITIO. Dicebat ergo Ioan Monach. si non assumatur vnus ex duobus, qui prosequatur electionem iam tactã, hic imminet periculum: sed nullum periculum, si vnus de collegio non mittatur ad electionem faciendam.

a ¶ Indiscrete.] nõ enim dẽnt stulti melioris esse cõditionis quam periti. inf. de præben. cum qui beneficium.

b ¶ Porro]Secunda pars: Hic approbatur opinio Vincent. & Compostel. s. eo. quia propter, & Abbatis eo tit. in antiq. c. cõgregato tamen Gof. & Hostien. ibi notãt qđ satis poterat dici valere, cum in diuersos consentit: dũmodo neuter sit malus: quod falsum est, vt hic vides.

c ¶ Nihil agit.]Ratio: q̃a qua consciencia tenetur meliorẽ eligere suo nomine eadem ratione tenetur ad idẽ nomine dñi sui, ad hoc 45. di. sicut nõ suo. & j. de reg. iur. ꝙ alicui. & incerta videntur hæc vota. s. eo. tit. c. 2. qđ dicit nihil agit: intellige, q̃a neutrum votũ valet: & est simile quod dicimus in delegato, qui subdelegationem recipit a socio. s. de offi. deleg. super quæstionum. in §. si vero.

stituit indiscrete.[a]

¶ *Procurator ad eligendum constitutus, vnum nomine suo, & vnum nomine domini sui eligere non potest: nisi a domino de certa persona speciale mandatum habeat. hoc dicit.*

¶ Porrò [b] cum vnus est procurator simpliciter cõstitutus; si is vnum suo, & alium domini sui nomine in scrutinio nominandũ duxerit, nihil agit; [c] nisi de certa [d] eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum: tunc enim in illam [e] eius, & in aliam suo nomine licite poterit consentire.[f]

¶ *Canonicus absens (licet nullus de capitulo eius procurator esse velit, & ipse procuratorem, qui non sit de capitulo, nolente capitu-* 10 *lo deputare non possit) votum per litteras exprimere non potest; cum cuiuslibet votum sit secrete, & sigillatim in scrutinio exprimendum. hoc dicit.*

¶ Absens [g] † quoque (li- 20 cet nullus de collegio velit esse procurator [h] eiusdem, nec ipse, nolente [i] capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum suũ: [k] quod non est ante 30 scrutinium, sed in ipso scrutinio secrete & sigillatim tantummodo exprimendum.[l]

f ¶ Consentire.] not. arg. quod habens speciale mãdatum, id pòt quod aliàs nõ posset: ad idem. j. de procur. c. 1. & vlt & facit ad quæstionem, quam hoc anno disputaui: an delegatus ab alio, quàm a principe, habens speciale mandatum subdelegandi, subdelegare possit: & de hoc dicam. inf. de offi. delegat. is cui.

[Glossæ duæ seq. cũ penul dicũt quid approbat, & quid reprobat.]

g ¶ Absens.] hic in primo dicto approbat gl. Ber. sup eod. quia propter. in glo. pen. & omnium modernorum: idem ibi notantium: sed in secũdo puncto reprobatur eiusdẽ Ber. opinio in eadem glo. & quasi Host cõsentiebat, sed idem Inn. & Ber. & Compostel. s. & eorum approbatur hic opinio, & intelligas hanc literam de supradicto absente, qui cõpromittere potest. scilicet iuste impedito, & existente in loco, de quo &c.

h ¶ Procurator.]dicebat Goffr ꝙ putabat talem canonicũ indirecte cõtemni: Alij dicebant, quod compelli debebat aliquis de capitulo. vt ab ipso mandatum susciperet; sed non est verum, a principio enim nullus compellitur procurato- 40 rem recipere. C. de procu. inuitus. Insti. mand. §. mandatum. Ioan. And.

† Not. ꝙ officiũ procuratoris a principio est voluntariũ, & sic non cõpellitur quis illud recipere, secus si illud acceptasset, vide de cle. & de procu. Dñicus.

[Glo. seq. dicit quid approbat, & quid reprobat: secũdo quærit & soluit: & solutioni obijcit & respondet. Iterũ quærit & distinguendo respondet.

d ¶ De certa.]nota approbatam opinionem Compostel & Inn. & reprobatã opinio. Vin. qui dicebat s. eo. congregato. quod non poterat fieri compromissum vel mandatum procuratori de certa persona, dicebat enim, quod videbatur singularis electio, & sic non valebat. s. eo in antiq. in Genes. Item talis commissio est contra concilium, quod requirit, quod committat vicẽ suam. sed iste non committit vices suas, qui dat mandatum de certo eligendo: sed falsum est, vt hic patet: & de hoc per Abbatem. sup. eo. congregato. Sed nunquid procurator ad eligendum datus poterit alium substituere? Dic secundum Compost. quod sic: [3] quia procurator est ad negotium; qui alium procuratorem dare potest. inf. de procu. c. 1. §. procurator. ff. man. si procuratorem § si quis mandauerit. Est tamen arg. cõ. inf. de off. deleg. is cui. & sup. de off. deleg. c. vlt. §. is autem cui. Solu. illa loquuntur in iudicibus, non in procuratore. Item quæro nunquid procurator datus ad eligen- 60 dum, compromittere poterit? Dic secundum Cõpost. quod si liberum mandatum habuit compromittere poterit: quia id potest, quod dominus; si autem ad certam personam, tunc compromittere non potest: quia sola necessitatis forma, s. scrutinij, tunc intelligitur demandata. arg. ff. de pœ. licet. § si seruus.

3 Verũ est si hẽt mãdatum de certa psona, secus si d incerta. Font.

e ¶ Illam.]certam personam, de qua habuit mandatum expressum, & nota illam, quia aliam eligere non potest; quia faceret contra formam mandati sup. de rescrip. cum dilecta, & ff. man. diligenter & inf. de præb. cui de non.

[Gl. seq. arguit, & remittit.]

i ¶ Nolente capitulo]Si enim capitulum vellet; bene tunc posset extraneum deputare, sed inuito capitulo non, & sic debet intelligi decret quia propter. extraneum. n. etiam sine mandato admittere posset, & ibi præiudicare, & in extraneum etiam compromittere. sup eo. in anti. causam cum si.

k ¶ Votum suum.]Bern. contradicebat, ita tamen ꝙ publicatio ipsius voti fieret tantum cum aliorum fie- 50 bat publicatio, sed non inspexit, quod non solum publicatio, sed etiam expressio in scrutinio tantum fieri debet, ut sequitur.

ADDITIO. Et per hoc patet, quod neque in litera aperta possit mitti schedula inclusa aperienda in scrutinio, continens nomen eius, in quem ille consentit, & licet Ioan. Mona. hoc dicat sub dubio forte, tu dicas assertiue. Io. And.

[Glo seq. obijcit & soluit.]

l ¶ Exprimendum.]nota, non sola publicatio inspici- 60 tur, sed etiam expressio. Sed cõ. sup. pxi. §. vbi exprimit votum consensus ante scrutinium, dãdo s. procuratori mandatũ de certa persona eligenda. Sol. falsum est, ꝙ tunc exprimat votum, sed mandatum dat de voto exprimendo, sicut aliud est inuestire, aliud mandare de inuestiendo. de his quæ fiunt a maior. par. cap. ex ore Vnde aduerte pone, quod procurator, qui mandatũ habuit de certa persona eligenda, nõ eligit, ille electus fuit a quibusdam alijs, nunquid vox illius absentis & mãdãtis augebit numerũ illius ut possit dicere, ꝙ electus sit a decẽ: quia nouẽ elegerunt, & decimus mãdauit de eo eligendo? Absit. Dico ergo quod aliud est dicere, consentio in talem, & hoc debet fieri in scruti-

scrutinio & secreto, & sigillatim, vt hic,& tali modo consentit in spirituale matrimonium:& aliud est dicere, demādatum Titio de tali eligendo, quia istud non est votum, nec per hoc contrahitur matrimonium, & ideo ante scrutiniū fieri potest:vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud est contrahere, aliud est dare mādatum de contrahēdo: hinc est, q qui ptrahit, amplius non pęnitet, sed qui mādatū dedit, pęnitet ante contractum, ff. de proc.c.vl. sic ergo intelligas, nec similitudinem dicas, vbi nō est Io. Andr.

QVoniam.] Hęc est sollēnis decretalis, & quotidie practicatur. Diuiditur aūt ī tres partes. Primo ponit cōfirmātium abusum, quem prohibet cum decreto: Secūdo ponit vocationis formā, ibi, Vocationem. Tertio ad electionem concordem hoc prorogat: ibi, Quæ etiam.

† Quę electio dicatur concors & q. nō, no. in c. quorundā. sup. e. & vnde glo. in c. 1. sup. de maio. & ob. Bat batiā cō. sil. 1. uol. 1. & late Ale cons. 48. in c. in causa vertente. vol. 7.

ADDITIO. Quid autem corrigat, non dico reprobet, videbis in glossa dicebamus. & super ea. Ioannes Andreæ.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauen. canonici illius ecclesiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prælati: tractatu inter se habito: quendam Titium elegerunt, & aliqui se opposuerunt isti electioni, vel fuerunt duo electi, vnus istorum electorū accessit ad superiorem, & declarauit, q ipse fuerat electus in episcopum ecclesiæ Pictauen. vtrū superior potest illū confirmare absque causæ cognitione, nō vocato coelecto vel opponente; Rñdet q non. Sed quid si electio fuit facta in cōcordia: vtrum superior illam electionem sine vocatione,& citatione illorum, quorū interest, possit confirmare? Respondet q nō: immo illi, quorum interest, sunt vocandi & citandi peremptorie. Sed quæritur qualiter sunt ipsi citandi? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione, quia aut sunt aliqui opponentes vel eis competitor, siue coelectus, & tales sunt nominatim & peremptorie citandi, vt ad talem diem veniant dicturi causas, propter quas electio non sit cōfirmanda. Sed ponamus, q electio fuit facta concorditer? Rñdet q tunc citatio debet esse generalis, videlicet vt si sint aliqui, qui velint pretēdere aliquas causas, quare electio non sit confirmanda, q ipsi compareāt peremptorie ad talem diē,& poni debet citatio ista peremptoria in valuis illius ecclesiæ, de cuius electionis confirmatione tractatur, aliàs confirmatio non valeret Hel. Reg. Nota primo, q iudex non debet esse nimis festinans,& celer. ad sententiā proferendam. Ad hoc supra de restitutione in integrum, cap. cum ex litteris,& infra de re iudicata, cum æterni. Nota secundo, quod actus dicitur repentinus, qui fit sine citatione, & cognitione requisita. vide text. 48. di. c. 2. Dominicus.

[Glossa prima summat.]

a ¶ Quoniam] Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatim, aliàs fiet crida in ecclesia generalis, quod se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato, aliàs confirmatio facta non tenet.

[Glossa sequens soluit duo dubia, de tertio remittit.

¶ Idem.

¶ Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatim, aliàs fiet in ecclesia crida generalis, quod se confirmationi volētes opponere, veniāt peremptorio assignato; aliter confirmatio facta nō tenet. Io. Andr.

CAP. XLVII.

QVoniā [a] electione [b] non in concordia [c] † celebrata, superior, ad quem electionis ipsius confirmatio pertinet, [d] consueuit interdum suę confirmationis celeritate, [e] præferens [f] cupiditatem [g] propriam iuri, [h] & inordinatum affectum etiam ęquitati, competitorem aliquando; vbi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est vnicus [i] supplantare, dum nullis vocatis,& non discusso negotio [k] per repētinam confirmationē cito (contra doctrinā Apo

b ¶ Electione.] Idem dicam de postulatione, cum eadē sit ratio: quod verum puto in admissione postulationis, quæ fit a superiore illo, qui postulatum admittendo confirmat: secus in eo, qui postulatur a prelato suo, vt monachus electus in episcopum ab abbate: quia in ea non fiet vocatio. Et idem puto in præsentatione. vt etiam ille, cui fit præsentatio, seruare teneatur hanc decr. & sic seruat. De collationibus dicam in fine cap.

c ¶ Non in concordia] idem si in concordia quoad vocationem faciendam, vt dicitur in fi. Ioan. Andreæ.

d ¶ Pertinet.] verbū hoc late patet. ff. de verborū signific. verbum pertinere. vnde intelligo siue ptineat iure cōi, vt ad episcopū. 16. q. 7. nullus omnino, supra de hæretic. cum ex iniuncto siue iure speciali: puta, ex priuilegio vel consuetudine præscripta, siue iure delegato, quia omnes habebunt hanc formam seruare.

Pertinere uerbum qualiter intelligatur.

[Glo. seq. de celeritate ponit quosdam casus, quibus approbatur,& quosdam quibus reprobatur.]

e ¶ Celeritate.] nota, quod hic reprobatur celeritas. & est generale in omnibus personis promouendis. 8. quæstio 1. licet ita sit. Item propter rei nouitatem. 48. distinct. cōmunis filius, vbi de hoc per Archidiac. 43. distin. cap. 1. vnde Paulus. Item propter reuerentiam sacramenti recipiendi. de consecrat. distin. 4. Iudæi. Item propter metum incommoditatis emergētis. 12. quæst. 2. sine exceptione. Item propter honestatem, vt res carior habeatur. 27. quæstio. 2. institutum. Item propter certitudinem habendam, vt 17 quęstio. 2. si quis incognitus. Item propter reuocandi difficultatem, ut in dandis sententijs 2. quæst. 1. Deus omnipotens,& hic, vel in ipsarum executione. 1. q. 3. cum apud idem in legibus condendis 4. dist. in istis.] Item propter rei dignitatem. 61 distinctio. miramur. Item propter periculosum sacramenti iteratione. de consecratione distin. 4. cum itaque. Interdum autem desideratur acceleratio propter metum contaminationis 8. distin. mala, propter metum defectus. 5. distin. baptizati propter metum vsurpationis 35 quæstio 9. loci. propter magnitudinem transgressionis 27. quęst. 1. si custos propter inobedientiæ culpam. 12. quæstio. 2. qui & humanis, propter debitum obedientiæ. 93. dist. c. 1. propter rectitudinem dispensationis. 45. dist. disciplina. propter periculum imminens, vt in vacatione ecclesiæ supra. eod. in ant. cum inter vniuersas, vnde & cautio damni infecti celeritatem desiderat. ff. de dam. inf. l. 1. & idem in similibus, vt sup. de re iud. c. 2. de rescr. in ant. ad hoc, vbi ex certa causa idem est reperiri.

Celeritas in quibusdā casib. reprobatur & in alijs desideratur.

f ¶ Pręferens.] sic supra eod. tit. auaritiæ & cap. quorundam.

g ¶ Cupiditatem.] quę omnium malorum radix est. 47. di. bonorum. de pœn. di. 2. quia radix.

h ¶ Iuri.] quod facere non debet. 9. q. 1. si quis episcopus, in fi.

i ¶ Vnicus] sim. sup. eo. cupientes. §. si vero.

k ¶ Non discusso negotio] male faciunt & puniuntur si promouent indignum, vt supra eo. nihil est, & supra de præben. graue.

stoli[a]) imponit manus[b] electo: Nos volentes huic morbo[c] & fraudibus[d] obuiare: præsenti constitutione sancimus, & confirmationes tales[e] viribus omnino carere, ipsasque decernimus irritas, & inanes.[f] ¶ Vocationem † autem huiusmodi nominatim,[g] vbi est coelectus, vel apparet oppositor, † alias generaliter[h] in ecclesia, si in qua electio facta est, vt si qui sint, qui se velint opponere,[i] compareant assignato peremptorio[k] termino competenti;[l] faciendam esse censemus. Quæ[m] etiam si electio in concordia celebrata fuerit, volumus obseruari.[n]

TITVLVS VII.

De Renũciatione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Romanus Pontifex potest libere Papatui renunciare, hoc dicit secundum Zen.

Voniam[o] † aliqui curiosi[p] discepantes de his, quæ non multum expediunt[q]

a ¶ Apostoli.] Pauli 1. ad Tim. 5. c. 24. dist. §. 1. 78. dist. quid est manus cito. s̄ eo in ant. cum nobis olim.
b ¶ Manus.] confirmatorias, de quibus loquimur.
c ¶ Morbo.] nã quod medicamenta morbis exhibẽt hoc iura negotijs: in auth. hęc constitutio innouat cõstit. in prin. coll. 8.

1 Ti. 5.

d ¶ Fraudibus obuiare.] quod faciendũ est s̄. eo. auaritiæ. & ca. commissa & j. tit. proxi. c. 2.
e ¶ Tales.] s. factas nõ vocatis competitoribus, vel his qui se vellent opponere, si qui essent.
[Glos seq. ponit, quid prius tenebat: quærit, & soluit distinguendo.]

† Vide Romanum cons. 342. & Barbatiã cõs. vl. vol. 4.

f ¶ Inanes.] dicebamus olim, & not. de hoc Inno. & Host de appell. constitutis 2. de do. & contu. in antiq. c. cũ olim. ꝙ cõfirmatio facta vocatis his, qui vocãdi erãt, & cũ causæ cognitione, habet vim diffinitiuæ: hinc est, ꝙ reuocari non poterit, & si appelletur, appellari põt vt à diffinitiua. Si aũt fiat sine causæ cognitione, & non vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ. ibi de hoc plenius per eos videre potes. 1 Sed hodie non valet confirmatio sine vocatione huius decre. vt hic vides. Quid si sic cõfirmatus administrat? Satis crederem, quod si errauit in facto, quia credidit vocationem factam, que facta non erat, excusetur à pęna decr. sup. eo. auaritię & c. qualiter. maxime cum vacatio & citatio ista sit superioris officium, & non partis. Sed si errauit in iure, cum a dicta pęna non crederem excusari. ad hoc j. de reg. iur. ignorantia. cum suis concor.

† Nota tex: & vide Inn. in cap. inter quattuor de mai & obedi. & Doc. in l. si C. de iure delib.

1 Ita. n. tenebãt p̃dicti Doct. ibi, & in decr. cum dil. ct. e. ti. ad fi & c. nihil ẽ, & vide ꝙ ibi dixi i glo. dicebat & Cõpost. e. tit. ꝙ sicut, ꝙ non erat necesse vocatione fieri. & suo tpe verum dicebat & sic seruabat pp illa loca q̃b. per prouinciales, vel synodalia statuta erat prouisum cõtrũ vt Buno. Io. Andr.

g ¶ Nominatim.] sim. j. de sent. excom. statuimus.
h ¶ Generaliter.] & publice, quia talia edicta in publico proponi debent de postu. c. 1. ꝙ est contra illos, qui adhuc fraudem faciunt constitutioni, faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.
ADDITIO. Concor. quod not. in cle. eo. titu. cum sam, §. verum in 4. glo. Ioan. Andr.
i ¶ Opponere.] ne electus confirmetur.
[Glo. seq. quærit, & remittit.]
k ¶ Peremptorio.] nunquid post hunc terminũ veniens audiretur? Super hoc dic vt supra qui ma. accu. sa. pos. cũ in tua. Vide secundam quæstionem quã posui sup regula, mora. j. de reg. iur. & scrip si. sin Spec. de cita. §. vlt. in prin. Io. Andr. officium tamen iudicis in his non quiescit, vt sup eo. cum nobis olim.
l ¶ Competenti.] secundum locorum distãtiam, personarum & negotij qualitatem. Io. Andr.
m Quæ.] scilicet dicta de vocationibus faciendis, & quod non valeat confirmatio aliter facta.
[Glo. seq. quærit, & soluit.]
n Obseruari.] quid in prouisionibus, vel collationib. nunquid in eis habebit fieri hæc vocatio? tutũ puto & in his hæc fieri, non tamen credo de verbis, vel mente huius iuris hoc esse, & facit j. de præb. cum in illis. & optime eo. tit. licet episcopus Io. Andr.

DE RENVNCIATIONE.
¶ Dictum fuit supra tit. proximo de elect. verũ quia nihil est sub sole adeo tam firmum, quin rumpatur, & electio rumpitur per renuntiationem, ideo ad nos informandum qualiter rumpatur electio, annectitur præsens rubrica de renunciatione.

Voniã.] Diuidit in tres partes sm. Io. An. In prima ponitur cã cõstitutionis Cælestini: In scda ipsius cõstitutionis mens: ibi Cęlestinus. In tertia ex duplici cã illam, inter has cõstitutiones iterserit: ibi, Nos igitur. Ioan. Andr.
CASVS. Papa videns se impotentẽ ad regẽdũ vniuersum orbem: vult renũciare Papatui, an possit? Vẽ ꝙ nõ, q̃a obtinẽs administrationẽ ecclesiasticã, nõ p̃t illi renunciare & resignare nisi in manib. superior. ca. admonet. & c. quod in dubijs. eo tit. in antiq. modo Papa nullum habet superiorẽ. Nõ obstante tñ ista rõne dubitandi, deciditur cõtriũ, videlicet ꝙ põt renunciare Papatui: & vacat ipse Papatus ita quod Cardinales possunt alium eligere: Et iura loquentia, quod obtinens administrationem ecclesiasticam non potest renuntiare, nisi in manibus superioris, intelliguntur quando talis renuntians habet superiorem. Statutum.] i. tenorem, quia ipsum statutum non inseritur hic de verbo ad verbum, sed solummodo tenor ipsius. Nota, ꝙ nimia curiositas est reprobata. 37. di. sacerdotes. Nota reprehensibile esse sapere vltra quã expediat, & maxime in his quæ sunt fidei, in quibus simplicitas commendatur, de quo de sum. Tri. c. 1 in anti. Nota insuper, ꝙ subsistente iusta causa. potest Papa renunciare Papatui. Nota finaliter ex isto textu, ꝙ beneficiatus habens superiorem, non potest dimittere beneficium, & se exonerare ab obligatione qua est astrictus, nisi in manib. sui superioris, & tunc requiritur consensus superioris ita ꝙ superior posset ipsum cogere, vt resideret, quia obligatio licet ab initio sit voluntatis, tamen ex post facto est necessitatis, & istud verum nisi subesset iusta causa, nã tunc posset superior compelli ad acceptandam renuntiationem. c. nisi. de renun. eo. tit. in antiq.

† Vide Lodouicum Gomez in in regula cancel. de infirmis resignantibus q.

[Prima glossa ponit casum.]
o Quoniam.] Quia quidam plusq̃ expediret curiosi, reterebant in dubium, an Papa possit renuntiare Papatui. Cælestinus quintus dũ præsideret ecclesię Romanæ regimini, statuit de consilio & assensu suorum fratrũ, ꝙ summus Pontifex libere possit renũtiare Papatui: Quod statutum ne obliuioni daretur, & de p̃dicto casu dubitaretur vlterius, inter alias huius sexti libri constitutiones de fratrum suorũ consilio dñs Bonifac. hic redegit ad perpetuã rei memoriã Io. Andr.
p Curiosi.] qui maiores curas exhibere volunt, quam res exigat. ad hoc 4. di. denique. de consecr. di. 5. quinque modis.
ADDITIO.] Et ff. de nouatio. do. in fi. 49. dist. c. 1. vers. paruo autem naso. & sup. eo. lib. de postul. c. 1. in prin. Io. Andr.
q Expediunt.] quod faciendum non est. C. de summa Trin. l. nemo. intra de hære. cap. 2. & infra de re iudic. abbate ad fi.

a ¶ Apo-

& plura sapere, quam oporteat, contra doctrinam Apostoli,[a] temere appetentes, in dubitationem sollicitam,[b] an Romanus Pontifex (maxime[c] cum se insufficientem[d] agnoscit ad regendam[e] vniuersalem ecclesiam, & summi Pontificatus onera supportanda) renunciare valeat Papatui: eiusque oneri, & honori, deducere minus prouide videbantur:[f] Cælestinus Papa quintus prædecessor[g] noster, dum eiusdem[h] ecclesiæ regimini præsidebat, volens super hoc hæsitationis cuiuslibet materiam amputare, deliberatione habita cum suis fratribus[i] ecclesiæ Romanæ Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de nostro, & ipsorum omnium concordi consilio & assensu, auctoritate Apostolica statuit,[k] & decreuit: Romanum Pontificem posse libere resignare.[l]

¶ Nos igitur, ne statutum huiusmodi per temporis[m] cursum obliuioni[n] dari, aut dubitationem eandem in reciduam[o] disceptationem vlterius deduci contingat: ipsum inter constitutiones alias, ad perpetuam rei memoriam,[p] de fratrum nostrorum consilio duximus redigendum.

¶ Idem.

¶ Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat, non tenetur expectans illam recipere; immo illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacantem: Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit vtraque.

a ¶ Apostoli.] Pauli epistola ad Romanos, c. 12. habes eadem verba 45. dist. sit rector.

b ¶ Sollicitam,] vide infra deducere minus prouide videbantur.

c ¶ Maxime.] comparatiuum: vnde etiam si sufficiens sit, renunciare poterit vt per inferiora patebit.

[Gl. seq. primo ponit dubium, secundo notat, dat simile, & exemplificat.]

d ¶ Insufficiētem] pp hoc tñ nō posset deponi: quia pp solā hęresim, deponitur. 40. distin. si Papa sed alij plati pp insufficiētiam bene deponuntur, & ecclesiastici & sæculares. 18. q. 2. qs abbas. 15. q. 6. alius. & propter negligentiam. 81. distinct. dictum. supra de hæret. excommunicamus in fi. Et nota, quod licet omnis sufficientia esse dicatur in Papa: ita q oīa iura in, pectoris scrinio habeat. s. eod. tit de cōst. c. 1. tñ interdum insufficiēs esse pōt, vt hic, & interdū eū fallit obliuio. 23. dist. pręterea. vbi de hoc. sic sedes ipsa aut sanctū inuenit, aut sanctū facit. qs. n. sanctū dubitet quē apex tantæ &c. 40. dist. nō nos, & tñ hæreticus posset esse. & pp hæresim deponi ea. dist. si Papa. & posset ex multis insurgere insufficientia hæc, vt ex defectu literaturæ, ex senectute, ex infirmitate vel similib. Ioan. And.

e ¶ Regendam.] ad quod ex officio suo tenetur, vt in procemio huius libri.

[Glossa sequens ponit rationes contrarias, & eis respondet.]

f ¶ Videbantur.] & erat ipsorum ratio motiua: quia qui renunciat, debet in manibus superioris & aliter matrimonium spirituale non dissoluitur supra eod de renunc admonet sed Papa superiorem non habet, ergo renunciare non potest. Item fungitur vice Dei, quas vices sic videtur ossibus habere annexas, q a se abdicare non possit ad hoc de sta. mo cum ad monasterium, in fin. Multæ aliæ rationes inducunt, vt scilicet quia Papatus a solo Deo est, & quæ a Deo sunt vel committuntur, ab inferiori tolli non possunt Ergo Papalis dignitas a Deo commissa, alicuius inferioris auctoritate dimitti vel tolli non potest. Item nullus potest auctoritatem vel potestatem auferre, quam conferre nō potest: sed Papalem auctoritatem nullus conferre pōt, nisi Deus: ergo nec eam auferre; quod fieret si valeret renunciatio. multas alias rationes vide hic p Io. And. in sua nouella. Sed cōtrariū verū est, vt hic vides, & probatur ex eo, q Marcellinus renūciauit Papatui, cui substitutus fuit Marcellus. 21. dist nunc autem. Item Clemēs renūciauit Papatui, cui successit Linus, & eo mortuo, Cletus, & illo mortuo iterum successit Clemēs, vt in chronicis. & vide de hoc 8. q. 1. c. hinc disputat hic mundus, &c & hanc opinionem approbauit. Io. 7. q. 1. c non autē. Ad id quod dicitur, q renunciatio fieri debet in manibus superioris: fateor id verum vbi est superior: Sed hic propter impossibilitatem ius illud seruari non potest. & fecit optime s. tit. pri. indemnitatibus. §. penul. & s. eod. licet de uitanda discordia in fi. [Io. Mona. alleg. ff. de ijs, quę in testa. delen. l. pxime, melius facit tit. seq. de hære. inst. l. & hoc Tiberius] Itē inferiores plati a suis platis confirmantur & instituuntur: vnde non est mirū si sine ipsorū licētia renūciare non pñt: Sed Papa a nemine cōfirmat, vnde sicut sine superiore instituitur: ita sine superiore renunciat. ad hoc s. de reg. iur. c. 1. Io. And.

ADDITIO. Dicit Ioan. Mona. q sicut populus Romanus penes quem erat sūma potestas lege lata, illā trāstulit in principem. Instit de iur. natura. §. sed & quod principi. Sic & Papa q hēt potestatis plenitudinem, hac lege lata cedere potuit oneri & honori. Ioannes Andreę.

[Glo. seq ponit differentiam.]

g ¶ Prædecessor.] cū dignitas vacat aliàs quam per mortem, successor non congrue dicitur prædecessor, sed dicere deberet præcessor. Prædecessor n. idem quod prædecedens: nisi dicere velit, quod quomodocunque vacet prælatura, quo ad illam decessisse putatur. & est expressum 7 q. 1. §. ecce in quibus. & 33 q. 2. §. 1.

h ¶ Dum eiusdem.] postea n. ipsius constitutio non valuisset, quia Pontifex non erat, vt j. patebit.

i ¶ Fratribus.] Cardinales ergo fratres vocat, cum de ipsis permixtim loquitur infra de officio legati. officij.

k ¶ Statuit] credendum est Papæ hoc referenti. s. de testi. cum a nobis. in fine.

l ¶ Resignare] hoc expresse notat Ioan. 7. q. 1. non autem, in glo. magna. in fine. & facit quod no. 79. dist. si quis pecunia. 18. q. 2 quàm sit.

m ¶ Temporis.] hinc est, quod antiquorū memoriā melius præscripta tenetur, & de hoc vide quod nota. sup. de proba tertio.

n ¶ Obliuioni.] omnium enim habere memoriam, & in nullo peccare, &c. vt supra, vt ecclesi. benefic. vt nostrum.

o ¶ Reciduam] quod esse non debet, vt supra de verborum significatione ex parte, secundò, cum suis concordantijs.

p ¶ Memoriam.] facit infra de re iudicata, ad Apostolicæ. in superscriptione. & quod ibi dicam in prima glossa.

SI te præbendam.] Fraudulenta renunciatio nõ nocet expectanti hoc dicit, secundũ Zen. Prima prouidet impetrantibus contra fraudes, de quarum coniecturis ponit exempla, ibi Vt quia. Secunda, ibi, Ceterũ, conuincit, & punit fraudulentos.

CAP. II.

SI te præbendam [a] † vel dignitatem in aliqua ecclesia proximo [b] vacaturam, auctoritate Apostolica [c] expectante, aliquis præbendam seu dignitatem [d] tenuem obtinens in eadem, [e] fraudulenter ei renunciet [f] vt illa [g] primo sic vacante, præcludatur tibi [h] via per consequens ad obtinendum præbendam, vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicuius, [i] vel aliàs [k] in ipsa ecclesia creditur verisimiliter in proximo [l] vacatura: per renunciationem huiusmodi (dummodo de præmissa fraude appareat, saltem per aliquas probabiles coniecturas: [m] vt quia dictæ renunciationis tempore, is qui præbendam, vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat; propter quod illis præbenda, seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus ob

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius ca. φ Papa aliqñ scribit ꝓ aliquo sub ista forma, Mandamus, quatenus tali ꝓuideas de p̃benda vacante, si qua vacet in tali collatione, alioqñ de prima vacatura. Aliquoties papa ita scribit, Mandamus quatenus tali ꝓuideas de p̃benda primo vacatura tali collatione, si ipsam præbendam duxerit acceptandam. alioquin de illa quã ipse acceptandam duxerit. In primo casu ille pro quo scribit Papa, non poterit petere nisi primo vacaturam, fallit in casu huius cap. videlicet quando vacat in fraudem impetrantis.

† Hodie grãæ quæ dñr expectatiuæ, siue ad vacatura, oĩno sublatæ sunt p Cõc. Tri. sess. 24. de ref. c. 19.

CASVS. Papa volens mihi facere gratiam in aliqua ecclesia, mandauit alicui ep̃o, vt mihi prouideret de p̃benda primo vacante in tali ecclesia, si qua vacaret; alioquin de proximo vacatura: Tractu temporis cum speraretur vacare quædam præbenda pinguis, quia forte canonicus erat senex: vel fecerat tractatum de intranda religione, vel volebat redire ad sæculum, cum nondum esset in sacris. Quidã aduersarius meus prosequens me odio, vt me frustraret illa præbenda, q̃a habebat unam p̃bendam modici valoris, forte vnius floreni, fecit vacare suam p̃bendam p renunciationem: nolo illam acceptare: postea vacat pinguis p̃benda: volo illam petere, an possim? Rñdet Romanus Pontifex, φ si appareat per coniecturas, quod illa renunciatio fuit facta in fraudem, possum illam præbendam modici valoris omittere, & acceptare præbendam pinguem. Sed ponamus, φ p̃benda pinguis fuit collata illi canonico, qui renunciauit præbendam modici valoris: utrũ eo ipso, quod fuit sibi collata, sufficienter sit probata fraus? Certe sic, nec requiritur alia probatio fraudis: idẽ debet ipse priuari vtraque præbenda, s. illa cui renunciauit, & illa pingui, quæ fuit ei collata. Nota primo dñiam inter præbendam & dignitatem, & sic patet, φ canonicus non dr̃ habere dignitate. n. ad hoc s. de rescriptis, statutum, in principio. de consuetudine, c. 1. eod. lib. Nota secundo, φ habens gratiam ad proximum beneficium vacaturum, non põt acceptare aliud; nisi fraudulenter introducatur vacatio primi. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dubium soluit.]

a ¶ Si te præbendam.] Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem quam habebat, non tenetur expectans illã recipere, immo illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacantem: Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit vtraq;. Scire debes, φ quia nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & ꝯsentiunt, vt ff. de reg. iur. nemo videtur, infra eod. tit. scienti. puto nec decr. istam, nec eius pœnam locum habere, vbi expectans consentit: quia hoc sciens voluit illam tenuem habere: pone enim quod plus sibi placet: prouiso tamen quod non committatur simonia.

ADDITIO. Et hæc quæstio inter quæstiones collatas, in hoc studio fuit prima in ordine disputata per dominum Henricum Anglicum, ponebant tamen terminos, quod renunciatio & collatio fuerant factæ clandestine, & sup hoc fundabat solutionẽ suã quare dicebat illas non valere. Io. And.

b ¶ Proximo vacaturam.] debebatur. n. sibi primo vacans, vt j. de preben. si clericus, & sic p fraudes videbatur via præcludi ad aliam: secus si hẽret litteras super ea, quã duceret acceptandam, quia tunc fraus ista sibi non p̃clusisset viã, quod est verum, nisi acceptasset primam, quæ vacaret, quod potest licet certã. & nominatam talis acceptare non possit. j. de cõcessio. præbend. ne captandæ. quia tunc per omnia idem.

c ¶ Apostolica.] q. est etiam in casu decretal. infra de præben. si qui. & capitu si eum. & supra eodem, de rescrip cum aliquibus. cum simi. Alius enim, quàm Papa ad vacaturas contra Lateranense Concilium ius non tribuit, vt supra de concess. præb. capit. 1.

ADDITIO. De legatis, dic ut j. de offic leg. c. 3. & 4. Ioan. And.

d ¶ Dignitatem.] singula singulis refer.

e ¶ In eadem.] ecclesia s. in qua expectans. & idem si expectabat in ciuitate vel prouincia, si in ea fieret talis fraus: cum eadem sit ratio.

f ¶ Renunciet.] de vacatione per renunciationem dicit: quia de illa ad titulũ. sed idem credo [1] si in fraudem occideretur, vel deponeretur, scilicet quia tenuẽ obtinebat, vt præcluderetur expectanti via ad pinguẽ, & secundum hoc dicã quod expectans primam vacaturam, primam si vacat in eius fraudem, recipere non tenetur.

1. Idẽ Phi. Franc.

g ¶ Illa.] tenui renunciata.

h ¶ Tibi.] cui debebatur prima & non secunda.

i ¶ Alicuius.] quia valde senex est: vel infirmus valde. Ioan. And.

c ¶ Proponatur.] in contrarium videbatur, quia inefficax est apud ipsum iurisdictio, ex quo elidi potest: quia nihil refert an aliquid ipso iure inefficax sit an per exceptionẽ. ff. de reg. iu. nihil interest ff. qb. ex caus. in poss. ea, l. Fulcinius. § si in diem. si ergo inefficax est iurisdictio in delegante, ergo & in delegato, qui vicibus eius fungitur. ff. de iurisd. omn. iudi. l. solet, prætor. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. §. qui mandatam. Item pars iurisdictionis est delegare ff. de iurisd. omn. iudi. l. 3. in fi. Cum ergo alias partes iurisdictionis aggredi non possit; ergo nec istam: inspicimus enim an delegatus cognoscere valuerit, vt sit demũ delegatio valeat. C. qui pro sua iurisd. l. vna. hinc est quod si Procons. committat causam antequam ingrediatur prouinciam, quia tunc cognoscere non potest: nec delegatus ab ipso, nisi tunc demum cum ingressus fuerit, ff. de offi. procons. obseruare. §. vlti. Item delegatus præuenire non potuit diligentiam recusantis. ad hoc sup. de appell. sæpe. & c. oblatæ. Item exceptio quæ obstat venditori, & emptori. ff. de contrah. empt. l. dolia. §. 1. [Facit Clement. religiosus §. 1. de procurat.] Pro ista parte facit, quia causa suspicionis personam afficit: vnde contra subdelegatum non competit. 1 ff. de diuer. & temp. præscript. l. an vitium, & personales exceptiones personas non egrediuntur. ff. de except. exceptiones: vnde mutatione personæ vitium aboletur. 1. q. 1. cito. sup. in antiq. de fil. presby. ex transmissa. ff. vii pol. si duo §. nõ videor. Item videmus quod ordinarius ẽt recusatus delegat. supra de foro compet. si quis contra, de appellat. cum speciali. Item licet iudex sit suspectus, dum tamen non recusetur: tenet eius processus. 2 vnde tria tempora distinguens hæc decret. alternationem determinat.

d ¶ Nequibit.] intellige cum incęperit subdelegatus vti iurisdictione. inf. c. prox.

ADDITIO. Idem Io. Mon. Et respicit gl. verbum. recusari: non verbum, impugnari, vt sit sensus, ꝙ si re integra subdelegatum reuocaret, quod potest vt ibi adhuc recusari posset. Item & si subdelegatus non recipit subdelegationem Io. And.

e ¶ Quod posset.] s. recusari, & facta commissio impugnari Io. And.

f ¶ Aliquid.] quodcunque sit illud ad idem ĩ. c. 2. ex quo enim sibi aliquid reseruauit, saltem in reseruato iudex remanet. 3 Item de suspicione subdelegati habet cognoscere. Item reuocat ad se iurisdictionem, supra eodem. super quæstionem ff. de iudic. l. iudicium, vnde adhuc recusari potest, & commissio impugnari.

g ¶ Recusatoris.] nõ est ergo necessarius cõsensus aduersarij: habet. n. delegatus hoc a lege, vt delegare possit; impeditur autem in hoc ex facto recusantis: 4 volente ergo illo, hoc poterit, etsi aduersarius contradicat, ĩ. eo. ti. c. vlt.

h ¶ Super ea.] ergo ista non sunt paria, per oĩa, aliquid esse probatum, & secundum probata esse iudicatum.

ADDITIO. Ad idẽ ff. de iis qui not. inf. athletas. §. calumniator. & § seq. & l. non alia. 1. resp. Io. And. sup. de verb. signi. c. cum olim.

i ¶ Ex tunc.] idest ex quo ꝓnũciatũ fuerit illũ esse suspectum.

K ¶ Desierit.] ĩ. eo. in litteris, & c. significantib. & c. venerabili. ff. de re iudi. l. iudex.

l ¶ Assensu.] cum enim ibi desinat iurisdictio, non est quid prorogetur. 5 de quo dic, vt sup. eo P. & G.

QVamuis. ponit dictum, cuius rationem reddit ibi, Cum iurisdictio. Io. And.

¶ Delegatus Papæ, qui in totum subdelegauit potest re integra causam illam reuocare: & alteri subdelegare. Idem si subdelegatus moritur hoc dicit. Præsupponendum pro intellectu ca. ꝙ delegatus Papę subdelegãs in totum, vr̃ a sede abdicare iurisdõnem cum limitatione huius ca. si subdelegatus incœperit vti iurisdictione: ita ꝙ res non est integra.

CASVS. Ego iudex delegatus inter te & Titium, vices meas Caio in totum commisi, nihil retinendo de iurisdictione: & ista subdelegatio fuit præsentata Caio subdelegato: tñ non vsus est adhuc iurisdictione: an potero ergo reuocare illam subdelegationem? R̃ndet ꝙ sic, ex quo res est omnino integra, & non incœpit vti iurisdictione: Sed quid si subdelegatus re integra est mortuus, nunqd potero cãm reassumere, vel alteri subdelegare? R̃ndet, ꝙ sic: quia non est abdicata a me iurisdictio cum effectu: ex quo subdelegatus non incępit vti iurisdictione sibi subdelegata: & res est adhuc integra Nota primo ex hoc textu argumentũ a contrario sensu, ꝙ delegatus qui subdelegauit in totum, põt commissionem reuocare: & reuocando extinguitur iurisdictio subdelegati. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Nota vlterius affectum principalem huius ca ꝙ si subdelegatus incœpit vti iurisdictione, etiam per citationem decretam, licet reus non sit citatus, ita ꝙ res desijt esse integra, delegatus nõ potest reuocare commissionem: & in eo non habet locum l. alle iudicium soluitur. ff. de iudic. Et sic solus actus per quem inducitur vius iurisdictionis, perpetuat iurisdictionem, de quo hic aliquid per Dominicum.

[Prima gl. ponit quid declarat, & summat.]

m ¶ Quamuis alicui.] declarat notata sup. eod. super quæstionum. §. si vero in glo patet & sup. eo. venerabili. in glos. penul. & vlti & ibi etiam not. per modernos, & Gulielm. in Specu. tit. 1. § restat. vltra modum. & Hostiens. plene in summa eod. titu. § delegati. versicu. sed nunquid potest reuocare. Et hoc dicit. Delegatus subdelegans, etiam in totum, re integra, causam reassumere potest.

1 Idẽ Pe. de Anch. Fon.

2 Nota a ꝯrio, ꝙ si recuset si tenet Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb. Phil. Do. hic, fallit tñ si procedat, de consensu. tex. hic: aut si recusatio notorie ẽ iniusta. Phil Fon.

3 Et sic nocere posset. ꝙ cõsiderandũ est. Do. Anchar. l. Labeo. ff. de fletu. lib. Fon.

4 Text. Bar in l. j. C. si quis prędi. pote. Pet. de Anch. Fõ.

5 Et dicat idẽ, si iudex se ꝓnunciauit incõpetentem. in c. significantib. ĩ. eo. Anch. Fõ.

a ¶ A sede

a ¶ A sede Apostolica.] quia delegatus alius non pot. b ¶ In totum.] quod si reseruasset, iudex remanebat: vnde non erat sic dubitandum in eo casu. videbatur enim in totum committendo ita esse officio suo functus, quod resumere non posset, ad hoc supra c. proxi. in fi. cum suis concordan. & hoc dixit Tanc. & Ber. olim secutus est eum, sed postea mutauit, vt patet per supradictas glossas.

c ¶ Vsus fuerit.] qualitercunque 1 ad idem sup. eo cap licet vndique.

1 Dic tu percitationem Phi. Fon.

d ¶ Efficaciter.] vides enim in casu conuerso: pone quod moritur subdelegans re integra: certum est quod subdelegatus nô procedet. sup. eo. licet ergo patet, quod adhuc efficaciter iurisdictionem nô hêt: retinet delegatus êt ptâtem compellendi, nisi malicio se ipsum, &c. ê. ca. pastoralis. Aliud ergo est in procuratore qui habet mandatû ad substituendû: quia dando subst. tutum, qui mandatum suscepit: amplius re integra nequit eam reassumere, aliud in delegato, vt hic vides; & est expressum ꝗ de procur. is qui. & quæ sit ratio diuersitatis, ibi dicam.

a sede Apostolica [a] delegata, in totum [b] commisisse noscaris: si tamen antequam ille iurisdictione vsus [c] fuerit, commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso: vel eum rebus eximi contingat humanis: causam ipsam resumere poteris: Cum iurisdictio (ex quo ipsa vsus non extitit) non censeatur in eû efficaciter [d] transiuisse.

¶ Idem.

¶ Si delegatus subdelegauit quotiens abesset, vel donec reuocaret, & mortuus sit, re non integra, subdelegatus procedit. Et semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari debet: etiam post sententiam, hoc dicit. Ioan. And.

CAP. VII.

SI [e] delegatus, [f] quotiens eum abesse [g] contigerit, tibi commiserit vices suas, poteris eo rebus humanus exempto (cum & tunc censeatur abesse) commissum tibi negociû (dum tamen illo viuente iurisdictione vti [h] cœperis) libere diffinire. Idem [i] poteris quando tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas duceret reuocandas. [k] Nam talis commissio per quam censetur etiam sententiæ prolatio (nisi antea fuerit reuocata) committi, [l] ne-

pirat mandatû §. soluitur. Inst. de man. l. mandati. C. man. êt si mandans alio respectu erat mandatarius. Nota quod cum appellatur a subdelegato principis, appellatur ad subdelegantem, nisi ille delegatus subdelegasset in totum: nam tunc esset appellandum ad principê primû delegâtem. l. vnica. C qui pro sua iuri. f m lect. quæ habet ad nos. Nota insuper vnum, in quo nô potest appellari ad Papam omisso medio: videlicet cum appellatur a subdelegato delegati Papæ, qui non subdelegauit in totum vices suas.

[Prima glossa summat, & dicit quid approbet.]

e ¶ Si delegatus.] si delegatus subdelegauit quotiens abesset vel donec reuocaret & mortuus sit re nô integra, subdelegatus procedit: & semper de subdelegato ad delegatû, qui sibi aliqd iurisdictionis reseruauit, appellari dêt, êt post sniam. h. d. Approbat primum dictû. notatû per Inno. & Host. sup. eo. licet vndique. in prin.

f ¶ Delegat[9].] Apostolicæ sedis, vt s. c. pxi.

ADDITIO. Et addam quod hic dicit Io. Mon. Io. And.

SI delegatus.] Sunt tria dicta: Primo ponit primû dictum cum sua determinatione: ibi, Dum tamen: Secundo secundum: ibi, Idem, cum causæ redditione: ibi. Nam talis, Tertium: ibi, Ad eum quoque. vbi tria coniûgit: quæ in fi. fortificat: ibi, Etiam si.

CASVS. In causa quæ moueri sperabatur inter te, & me, impetraui iudicem delegatum forte decanum Pictauien. qui decanus considerans quod non poterat commode causam nostrâ examinare, alteri vices suas commisit sub hac forma: Tibi in tali causa vices nostras committimus, quotiens nos abesse contigerit, vel donec duxerimus reuocandas: ille subdelegatus incœpit vti iurisdictione, & causam examinare; postea delegatus est mortuus: vtrum subdelegatus poterit causam finire, & terminare? Respondet, quod sic: si ante mortê delegantis res desierat esse integra, hoc est quia subdelegatus incœperat procedere in causa Sed quæritur ad quem est appellandum: vtrum ad subdelegantem, vel ad Papam? Respondet cum distinctione: quia vel subdelegatus subdelegauit in totum: tunc non est ad ipsum recurrendum: sed est appellandum ad primum delegantem: aut iste delegatus subdelegans sibi aliquid reseruauit de iurisdictione, puta sententiam vel executionem ipsius causæ, & tunc appellatur ad ipsum subdelegantem: & non ad Papam. Nota primo quod delegatus Papæ potest vices suas committere, etiam sub cōditione, nam ista verba, quotiens me abesse contigerit, habêt vim conditionis, idest si me abesse contigerit aliquibus assignationibus. Nota quod delegatus mortuus. dicitur abesse. Et sic patet quod verbum, abesse, verificatur in absentia temporali, & in absentia perpetua & naturali, quod nota pro statutis, quæ faciunt mentionem de absentia. Nota vlterius, quod morte mandantis ex-

g ¶ Abesse.] idem dicebant prædicti Doctores per l. ff. de verbor. sign. l. mulieris. §. fin. vbi dicitur abest cares, quæ in rebus humanis non est, sed non conuertitur, est ergo de significatione vocabuli, a qua recedendum non est nisi vbi res aliter salua esse non potest. ff. de leg. 3. l. non aliter, immo tunc vere & finaliter abest scilicet non reuersurus.

ADDITIO. Per hunc modum ergo si in rebus humanis est, non abest, res enim quæ in rebus humanis est, potest abesse: Sed res quæ in rebus humanis non est, nô potest nô abesse, ponderatur enim diuersus modus abessêdi, vt not. ff. de procu. l. præsens. de quo hic etiam per Archid. Io. And.

h ¶ Vti.] qualitercunque, etiam citra litis contesta. sup. eo. relatum, & c. licet.

i ¶ Idem.] scilicet commissum tibi negotium libere diffinire.

k ¶ Reuocandas.] reuocare iurisdictionis est. ff. de iu. l. iudicium soluitur, retinendo ergo reuocandi potestatem, aliquid de iurisdictione retinuit.

[Glo. seq. ponit contrariam opi. Inno. & rationê qua mouebatur, & ei respondet.

l ¶ Committi.] reprobatur lectura Innocentij & abbatis, qui not. s. eo. si pro debilitate, quod per talem commissionem non transferebatur sententiæ prolatio, quia per illam clausulam, donec duxero. &c videbatur sententiam retinuisse, vt illa clausula aliquid operaretur, quod esse debet de leg. 1. l. si quando quis vxori. ad idem ꝗ. de primi. si. Papa 1. responso. in fi Contrarium tenebat ibi Hostiensis, cuius opinio hic approbatur, nec obstat quod dicitur, quod clausulâ debet aliquid operari, satis enim operat, quia reuocare potest deligans, quod simpliciter vel totum committendo non potuisset. 2 Itê quia ex vigore clausulæ illius ad eum appellabitur, vt dicitur in fi. cap.

2 Adde tu quod si delegatus aliquid faciat, adhuc nô vf reuocare, dûmodo prius hoc protestet, neque protestatio illa est facto 9tra. Ioâ. And. in regula, in genera. li Fon.

[Glo seq quærit, arg. pro, & contra, & soluit.

a ¶ Mor.

a ¶ Morte.] quia si delegatus vsque ad suæ voluntatis beneplacitum subdelegauerat? Videretur prima facie p decre. sup. de rescrip. si gratiose. q illo mortuo expiret iurisdictio. Contrarium vr per hanc dec ad hoc sup. de bap. maiores. C. de vsufr. l. ambiguitatem. Nec obstat illa decre. quæ in odiosis & restringendis loquitur: hic aut fauorabile puto: melius est. n hunc iudicẽ procedere, quam nouo, & incognito cãm delegare: ff. de vaca. munc. l. prætor §. vlt. arg. 19. q. 3. monasterijs & sup. de renun. ca. 1. & licet hoc videatur equum: primũ vr verius ad idẽ. ff. local. 4.

[Glo. sequ ostendit duas opiniones reprobatas.]

b ¶ Tantum.] hic reprobat opinio. Tãcr. qui dicebat delegatũ sibi reseruare non posse tm executionẽ snïæ: & reprobatur opinio Ber. & Inno. qui dixerũt, q licet executionem reseruare possit, si tamen appelletur a sententia, non appellabitur ad eũ, sed ad primum delegantem. Sup hoc vide quod not. sup. eo. super quæstionum. §. porro in gl. 2. [Et in Spe. de app. §. nunc tractemus. ver sed quid si delegatus & ver. seq. Approbatur autem opinio Host. q hoc quod dicitur, ibi no. & sup. eo. quatenti.

† Nota q executio ẽ iurisdictionis, iõ non faciẽda die feriata de ter. Dñic. Fon.

1 Notat Dñicus, q facienda ẽ benigna interpretatio ad cõseruandã delegationem D. & Phi. pbãt gl. si tamẽ clausula sonaret actũm positiuũ nouæ volũtatis, per mortẽ non expiraret Fon.

quaquam morte [a] committentis expirat: ex quo res integra non existit. ¶ Ad eum quoque, qui vices suas committit, donec reuocet: vel qui executionẽ sententiæ † tantum, [b] aut quicquid aliud de iurisdictione sibi reseruat; non ad delegãtem primum appellari debebit: Etiam si post sententiam fuerit appellandum.

¶ Idem.

¶ *Plurium delegatorum in solidum quilibet cognoscit: Et vno cognoscente, alij nisi ex causa, se non intromittunt: Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes. hoc dicit. Zen.*

CAP. VIII.

CVm [c] plures sub illa forma: [d] vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut alia consimili [e] iudices vel executores a sede Apostolica [f] deputati contingit: ipsorum quilibet iniunctũ potest liberè [g] adimplere mãdatum. ¶ Porro vno [h] eorũ integra mortuo mandante expirat mandatum? R fidet Papa, q iurisdictione pp etuata per vnum delegatorum perpetuata est etiam quoad alios, licet non incœperint vti iurisdictione Nota primo, q clausulæ plurium delegatorum quoque dantur disiunctiue, ita vt ex propria volũtate quilibet ipsorũ possit sine alio procedere. Nota secũdo, q dictio, plures, scludit vltra duo, qñ ex sequent. istam dictionem apparet loquẽtem illud voluisse, limita regulã, pluralis. j. de re. iu. Dominicus.

[Prima gloss. dicit quid declaret.

c ¶ Cum plures.] declarat & approbat notata per Hostiensẽ sup. eo. prudentiam. 1. responso.

[Glo. seq distinguit inter formas: ponit & probat opinionẽ contrariam, & respondet.

d ¶ Forma.] ista forma est bene aduertẽda, aliud. n. est cũ scribitur cũ clausula, q si non omnes, vel, q si ambo. quia tũc iurisdictio datur conditionaliter, tunc igitur vnus vel duo iurisdictione vti poterunt, cum constiterit de conditione, & de impedimento tertij, vel collegæ, aliter non valet quod agit sup eo. prudentiã. in prin hic vero iurisdictio datur alternatiue 2 vnde quilibet est iudex insolidum vigore alternationis j. de reg. iur. in alternatiuis. cum suis concor. Dicebant tamen quidam in casu nostro 3rium, & tali ratione, cum dr in litteris, vt oẽs, vel duo, vel alter, &c. videri Papa intellexisse, q si oẽs volunt & possunt procedere, omnes procedant, & si non omnes, duo, & si non duo, vnus, ad hoc ff. de admi. tuto. l. quidam decedens. §. Papinianus. & gradus disiunctiue interdum cõsideratur fm ordinem scriptu ff. ad Trebel. l. hæredes. §. si ibi tamen ex certis coniecturis apparebat intentionem scribentis fuisse talem. ad idem. ff. de leg. 2. cũ pater § pen. & j. de præ. mandato. sup. eo. lib. de elect. c. penul. Et si dicatur, q fm hoc nõ erit differentia inter hanc clausulam, & clausulã q si non omnes? Respondebant, immo erit, quia per hanc clausulam, sufficit requirere: sed per clausulam, q si non oẽs, necesse est de impotentia constare, vt in decr. prudentiam. & pro eis facit, quia Papa libentius committit causas tribus, quam duob. & duob. quam vni, vt ibi, sed 3rium est verum, vt hic patet, vnde non sunt istæ alternatiuę ordinis, sed pstationis, & est regulare, nec potest negari quin si alter solus procedat, mandatũ Papę sit adimpletũ. ff. de solutioni qui res. §. area. in fi & in prædicta regula, in alternatiuis. cum suis concordantijs.

e ¶ Consimili.] vt si dicatur, q quilibet eorum insolidum & per se iudicare & exequi possit.

ADDITIO. Vel si dicatur, quod alter alterum non expectet, vel non requirat. Ioan. And.

f ¶ Apostolica.] idem si ab alio, est enim quo ad hoc eadem ratio.

g ¶ Libere.] idest etiam non requisito collega, simili modo exponimus illud, libere, quod habetur supra de præb. de multa, vt patet j. de præb licet episcopus.

h ¶ Vno eorum.] idẽ credo de duobus, vel de omnibus qui simul inchoauerunt quoad quid, s. quod si omnes incœperunt omnes finiant, nisi ex causa, vt sequitur. [Vide cap. si duo. inf. de procu. Fon.

2 Vide no. l. cũ qdã. C. d verb. sig. & dic q disiunctiua inter personas grauatas accipit pprie l. si ex toto. de l. 1. sicut hic nã iudicatura grauamen est gl. in ver. probari c. si j vnũ. j. eo. tit. sed inter honoratos capit coniunctĩ. dic l. cũ, nisi constaret aliud de mente disponentis expresse l. Titio aut Seio. de leg. 1. aut tacite l. cũ pater de leg. 1. Fon.

CVm plures.] Sunt tria dicta: Secundum, ibi, Porro. Tertium: ibi, Iurisdictione, Dominicus.

¶ Cum causa est pluribus delegata cum clausula quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum: quilibet delegatus recipit iurisdictionem insolidum: tamẽ si vnus causam occupauit, alij non possunt eam impedire, nisi occupans differret procedere malitiose.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius capituli, q cum causa est delegata simpliciter pluribus iudicibus, licet iurisdictio sit indiuisibilis, quia est apud quemlibet iudicum insolidum, tamen exercitium iurisdictionis est apud omnes simul. l. duo ex trib. ff de re iu. c. pastoralis. eo. tit. in ant. Verumtamen Papa consueuit apponere istam clausulam, quod si omnes interesse nequiueritis, alter negotium exequatur. Aliquotiens etiã ponitur ista clausula, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum negotium exequatur.

CASVS. Cum prætenderem te debitorem meum, impetraui duos vel tres delegatos sub ista forma, Conquestus est nobis talis, quod Titius super tali re ei iniuriatur, quod circa mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum quod iustum fuerit decernatis, vnde præsentaui litteras meas vni delegatorum, vt mihi decerneret vnam citationem, vtrum iste possit procedere alijs irrequisitis? Respondet quod sic, quia forma suæ iurisdictionis hoc habet. Sed quid, ponamus, quod vnus istorum incœpit procedere in causa, vtrum alij postea poterunt implere? Respondet quod non, nisi iste qui causam occupauit, non vellet, vel non posset causam finire, quia forte mortuus est, vel est occupatus, vel si malitiose differret procedere, volens fauere vni parti, tunc potest dimitti, & alij poterunt adiri, & de causa se intromittere. Sed quid si vnus solus incœpit vti iurisdictione, deinde mortuus est Papa, & moritur ille delegatus, volo adire alium pro parte tua, dr q nõ possum, quia est res integra quantum ad istum? modo re

a ¶ In-

a ¶ Inchoante.] qualitercunque, etiam si lis nōdum sit contestata corā eo. ȝ. eo. gratum. & c. licet. & sup. eo. in aut. quamuis & infra eo. si à subdelegato. aliud in procuratore, qui dicitur occupasse per litis contesta. vt sit melior eius conditio. inf. de procura. si duo.

b ¶ Nequibunt.] ecce aliam differentiā inter clausulam, q si nō omnes, & clausulam: vos vel alter quia i primo casu q̄ vno impedito procedit alter: cessante impedimento simul procedunt, ille enim im peditus postea veniens, & cū alio volens procedere, admittetur.

ADDITIO. Vt no. sup. eo. quoniam abbas. in gl. 2. & ca. coram in glo. penul. Ioan Andr.

c ¶ De eodem.] sic in plurib. procuratorib. datis in solidū. ff. de procu. l. pluribus. ff man. l. creditor. §. duobus sup. de procurato. nō iniuste.] eo. lib eo tit. si duo alias sequi posset perplexitas, si quilibet per se procedere vellet, quia eodem forte tempore ad diuersa loca citarent. supra de rescriptis. cap. vlti. ibi vnus excōicaret, alter absolueret sup. in ant. de rescrip. c. cum contingat. & sic se impedirent, sicut duo vsufructuarij ff. de vsufr. l. quotiens, & necesse esset ad superiorem habere recursum sup eo. c. 1. & sic contra iura superfluis fatigarentur laborib. & expensis: tutior ergo & melior fuit hæc interpretatio, vt res valeret, & non periret. supra de verb. sign. abbate. ad idē. ff. de admi. tu. l. decreto. ad fi.

d ¶ Illum.] scilicet inchoantem.

[Glo seq ponit vnam differentiam ad proc. & duas conuenientias.]

e ¶ Recusaret.] Tunc ergo poterunt alius vel alij procedere: non sic in procuratorib. datis in solidum, quia vno occupante, & postea impedito, alij non possunt procedere, nisi dictum fuisset in constitutione, q non fieret melior conditio occupantis inf. de procur. si duo. Et quod dixi delegato impedito, collegam hoc casu procedere posse: verum intelligo, nisi ille qui inchoauit subdelegatum daret 2. Argu prædi. decre. si duo. puto etiā q cum collega propter impedimētum inchoātis procedit ipse inchoans cessante impedimento suo, causam resumere nō poterit, nisi & ille impediretur, vel procedere nollet, ad instar eius quod de procuratore diximus in prædicta decr. si duo.

[Glo seq. soluit quæstionem, quam solutionem multipliciter probat: ponit opinionem contrariam, quam reprobat.]

f ¶ Quo potest.] vt quia scriptum erat cū clausula, q si nō omnes, & collega etiam actu perpetuationis impeditus non poterat interesse, vel scriptum erat cum clausula, vos vel alter Et patet per hanc literam, q si iudex processerat cum non posset, per illum actū, non fit perpetuata iurisdictio: Vnde per hanc litteram, & per decr. prudentiam terminaui quęstionem de delegato dato in diem vel sub conditione, qui forte volentibus partibus ante diem, vel conditionem fuerat vsus iurisdictione: deinde mortuus fuerat delegans, an per illū actum perpetuata esset iurisdictio: Nonne iurisdictio vni sub conditione mandatur per clausulam, q si ambo, & si antequam conditio superueniat, p. ocedit: nihil reputatur egisse. sup. eo. prudentiam in prin. 3. Ergo si ille actus habetur pro nullo nō est perpetuata iurisdictio, & sic perpetuationē inducere non potest, vnde satis est iudicatus. Item ex conditionali demādatione nondū est attributa iurisdictio, sed spes iurisdictionis: sicut ex conditionali obligatione solā spes est debitum iri. Insti de verb. obli. §. ex conditionali: ergo quod ante conditionem facit, vt priuatus facit, non vt iudex. Item si prorogatur iurisdictio post tēpus requiritur q actor, reus, & iudex consentiant. ff. de iudi. l. 2. & facit quod non supra eo. P. & G in principio vltimæ glossæ, & q recitatur, supra eod. de causis ita arguendo de posteriore ad prius in præuētione requiretur cōsensus iudicis, sed iste iudex nō erat, cōditione vel die nō veniente, vt dixi: Sicut statuliber, qui agit medio ipse, facit vt seruus, non vt liber. ff. de statulibet. l. statu liberum Item video q terminus hominis non præuenitur supra de appell. oblatæ, & forma mandati exacta diligentia seruanda est, ita q ei renunciare nō potest. intra de præbendis. cui de non Item pendente dilatione, iudicis officium quiescit. sup. de appel. signisicantibus. C de dilationibus, siue pars. ad quæstionem bene facit ff. de ver. obli. cum filius, ff de cond. & demon. l. multum ff. de condictione indebiti. l. sub cōditione. Item bene facit infra de spon. cap. vno. nam vides ibi, q sponsalia nulla inducunt publicę honestatis 4 iustitiam, & tamen sponsalia conditionalia non, q ante conditionem consensum non habent, a simili dicam adhuc minus esse de iurisdictione sub cōditione delata ante conditionem, quam in alias nulla, verum est tamen, quod Host. no. sup. eo. licet q ad perpetuationem iurisdictionis non requiritur, q ille actus de iure teneat, quod non est verum, præcipue in casu nostro cum non possit perpetuari quod nondum est, sicut nec renasci quod nondum est natum, de consec. di. 4. qui in maternis. nec relabi qui nōdum est lapsus infra de hæret. accusatus.

[Marginal notes, left column:]

f Immo licet alter habeat iurisdi- ctionē in habitu: si tñ procedat, nō valet actus ipso iure l. 1. ff. de offi. Consul. g prorogationē tñ posset preuenti vna procedere. Anchara. Font.

a Tunc ille pcedere collegam, nisi collega eū pueniret. Phil. & Do. Fō.

3 Fa. qd not. i Spe. de ci ta. §. 1. vers. sed pone Papa vbi dicit Guli. pronūciatū p Papā q ille cui mandatur q Titium moneat vt j. decē dies dimittat beneficiū, alias citet illū ad curiā, si simul moneat & citet, nō valet citatio & facit qd no. in cle. attēdētes i gl. pe. de statu reg. & vide qd dixi. s. eo. li. de ele. cōmissa.

2 sñ. Et faciunt hęc ad formā illā moneatis, & si necesse fuerit per cēsuram, &c. I. An.

[Text:]

rum negotium inchoanti te ^a commissum, alij nequibunt ^b se vlterius intromittere de eodē: ^c nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum ^d contingeret impediri: aut si nollet, vel malitiose in eo procedere recusaret. ^e ¶ Iurisdictione vero perpetuata mandatore viuente, per vnum (eo casu quo ^f potest) ex iudicibus delegatis: perpetuata intelligitur quo ad omnes.

¶ Idem.

¶ Executor super gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur. Ioan. And.

CAP. IX.

SI SVPER GRA-

S I super.] Ponit dictum, quod primo probat per regulam: secundo per euitationem absurditatis, Secunda: ibi, Ne gratiam.

CASVS. Papa ꝯtulit mihi canonicatum in ecclesia Pictauiensi, quia creauit me canonicū ecclesię Pictauēsis, & mandauit canonicis, vt de facto me installarēt. & ponerent me in possessionē canonicatus, præbēdam que mihi assignarent, si qua vacaret, alioquin proximo vacaturam, & dedit mihi executorem, ad compellendum canonicos, antequam meus executor exequeretur mādatū, Papa mortuus est, postea in ꝯtumaciam canonicorum imploraui officium mei executoris, vt exequeretur mandatum: pro parte canonicorū fuit mihi oppositum, q potestas ipsius executoris expirauerat per mortem papæ: ego dico contrariū, quia mea gratia non expirauerat, & executio est accessoria ad gratiam: Consultus Papa respondet, q executor poterit facere executionem, licet Papa mādans sit mortuus, & hoc propter rationem textus, quia executio est accessoria ad gratiam iam factam, ideo secus si gratia non esset iam facta, sed facienda: tunc enim executor mortuo papa non posset vti sua executione si res sit integra, & non incæperit vti sua executione cap. si cui. infra de præben Nota primo, q Papa potest alicui conferre canonicatum sine præbenda, & sic canonia potest esse sine præbenda, tamē non debet esse diu, & tamen præbenda potest esse sine canonia, vt in notabilibus ecclesijs paruuli habent vnam præbendam, non tamen per hoc sunt canonici, & laicus pōt esse præbendatus in ecclesia, non tamen per hoc est canonicus, de hoc in c cum M. de constit. in antiq.

4 Vide ꝯcilīū Trident. sess. 24. de refor. c. 3.

tis [c] cuiquam ab Apostolica sede facta [b] executores fuerint deputati: æquum esse censemus, vt sicut ipsa gratia (licet nondum sit in eius executione processum) morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integra perimatur executoribus data potestas: quam [c] veluti gratię prædictę accessoriam, naturam sequi congruit principalis:[d] Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem,[e] vel ipsius effectum in tempus longius[f] (cum litis † dispendio, cui facta extitit) differri contingat.

¶ Idem.

¶ *Duos casus ponit, quibus de subdelegato non in totũ appellatur ad primum delegantem, scilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus est: Alios casus ponit infra eodem, si à subdelegato. Ioan. Andr.*

C A P. X.

SI is [g] cui causa (licet proprio nomine non expresso [h]) à sede fuerat Apostolica delegata, subdelegauerit non in totũ [i] vices suas alicui, à sub-

Nota q si Papa postquam mihi contulerit canonicatũ, mandis canonicis, vt me inducerent in possessionem actualem, & præbendam si qua vacaret mihi conferrent, alioquin proxime vacaturam: datis ad hoc certis executoribus, & accidit q Papa moritur antequã executor in negotio processerit, non propter hoc expirauit potestas executoris propter rationẽ textus. Nota insuper id ad quod allegatur præsens c. q si quis fuerit creatus canonicus per Papam, mortuo Papa nõ expirat creatio canonicatus, & sic per mortem papę non expirant gratię per eũ ad beneficia concessæ. Tamen Papa in crastinum suæ confirmationis consueuit reuocare omnes gratias p suum prædecessorem concessas, ne detur materia captandi mortẽ. Nota deinde q potestas executoris nõ dicitur principalis quo ad gratiam, sed potius accessoria. Nota finaliter, quod aliud est rem reddi inutilem, aliud eius effectum elongari, & sic patet quod dilatans executionem rei, non semper dicitur facere rem inutilem. Dominicus.

[Prima glo ponit summam & quid declaret.]

a ¶ Si super gratiæ.] Executor super gratia facta datus a papa, mortuo papa etiam re integra, gratiã exequitur. Et declarat hęc constitutio quod no. Goffr. & Host. de rescri. constitutus in prin. & Hostiensis sup. c. quoniam. & c. licet.

[Glo. seq. soluit contrarium, & remittit.]

b ¶ Facta.] istud est quod soluit contra decre infra de præb. si cui. vt ibi dixi in vlt glo.

ADDITIO. Item Io. Mon. & Archid. qui alleg. facilius impediri faciendum, quam tolli iam factum. 15. quæst. 1. §. vlt. supra de iureiuran. quemadmodum. Ioan. And.

c ¶ Quam.] scilicet potestatem datam executoribus super ipsa gratia sibi facta.

[Glo. seq alle. concor. obijcit & soluit.]

d ¶ Principalis.] ad idem infra de reg. iur. accessorium. cum suis concord. huius contrarium videtur, quia iura inducta supra eodem indistincte dicebant potestatem delegati perire re integra morte mandatoris. supra eodem relatum gratum, licet. cum sim. sed executor habet delegatam, quod patet, quia tractatus ipsorum ponitur sub isto titulo, vt dixi supra eodem lib. de rescrip. tibi qui. ergo eorum potestas expirare videbatur. Et non obstat si dicatur illud rescriptum esse executorium gratiæ, quia si rescripta, quæ causæ cognitionem committunt, pereunt re integra morte committentis, multo fortius videbatur in executorijs gratiarum, cum facilius via exordinaria, quam via iuris communis tolli debeat [In Authent. de rebus ecclesia. non alienan. §. quia vero. verisimile colla 2. Ioannes Mon. Ad idem. C. ad Velleian. antiquæ 2. responso. ff. de milit. testa. l. eius militis. §. 1.] Et si dicatur quod gratia posset esse inutilis, recurretur ad ordinarium, sicut in causa infra de præbend. si clericus. §. verum, sed contrarium est verum, & ratio sequitur.

e ¶ Inutilem.] puta quia gratiam habebat contra ordinarium, & nouos executores non impetrat.

f ¶ Longius.] quia necesse habet adire Papam pro consequenda iustitia, vel pro nouis executoribus impetrandis.

SI is cui.] Ponit dictum, cuius cãm interserit: ibi, Ne absolutionem. Io. An.

¶ Præsupponendum primo, q cum appellatur a subdelegato Papæ, est appellandum ad subdelegantem, quando non subdelegauit in totum: fallit in casu huius capituli.

C A S V S. Papa causam moueri sperati inter te & me delegauit alicui, puta Decano Pictauiẽsi, qui subdelegauit aliquẽ reseruando sibi sententiã: subdelegatus incepit cognoscere de causa, tractu ipis subdelegans fuit excõmunicatus ex aliqua causa rationabili, vel est mortuus, postea subdelegatus tulit sententiam contra te: tu vis appellare, quęritur ad quem est appellandum? Respondet q in hoc casu, quando subdelegans est mortuus: est appellandum ad Papam primum delegantem omisso medio. Nota q delegatus Papæ potest subdelegare in totum nihil sibi reseruando de iurisdictione, vel non in totum, sed reseruando sibi sententiam vel executionem. In primo casu non potest reuocare subdelegationem nisi re existente integra. Item est appellandum tunc ad Papam, & non ad ipsum subdelegantem; In secũdo vero casu potest commissionem suam reuocare, etiam re non existente integra. Item appellatur ad ipsum subdelegantem, & non ad Papam, nisi in casu huius capituli, quando delegatus est excommunicatus vel mortuus. Nota vlterius ius commune mutari propter præiudicium quod verisimiliter litigantib. immiuet. infra de re iud. ab bate, ad fi. secũdum Io. Mon. Nota finaliter, quod litigantes grauari non debent ex alieno facto. ad hoc 25. q 4. si quis à catholica. & c. forte. &c. diminutum in fi. secundum Archi. Dominicus.

[prima glossa dicit quid declaret & summat.]

g ¶ Si is.] declara. notata per. Innocentium & Hostiensem supra eo. licet. in fi. & duos casus ponit quib. de subdeleg. non in totum appellatur ad primũ delegantem. scilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus, est. Alios casus ponit infra eodem, si à subdelegato.

h ¶ Non expresso.] aliàs non erat dubitatio, si enim nomen fuisset expressum, successor non succederet in delegatione. supra eo quoniam Abbas.

ADDITIO. Quæ cum ista per. §. iungi debuisset, Ioan. And.

i ¶ Non in totum.] hoc dicit, quia aliàs non esset dubitatio quo ad secundum membrum; Si enim delegatus subdelegasset in totum, indistincte appellaretur ad primum delegantẽ, supra eo. super quęstionũ. Sed qñ aliquid reseruat, appellari debet ad ipsum delegatum subdelegantem, vt ibi, & sup. eo. si delegatus.

ADDITIO. Et quod ibi dixi post Hostien. super prima glo hic ponit Archid. scilicet, q quando scribitur dignitati successor cognoscit, etiã si prædecessori, quãerat.

erat tpe data, rescriptū pñtatum non fuerit. Io. And.

a ¶ Excōicari.] maiori excommunicatione: minori enim excommunicatus bene exercet ea quæ sunt iurisdictionis supra de cle. excom mi. si celebrat.

b ¶ De medio.] id est, de hoc mūdo: quod quare dicat medium, vide 23. q. 4. hæc autem vita.

[Gl. seq. primo arguit a ɔ̃trio: secundo qōnem soluit: & ponit opinionem contrariā. tertio arguit ad aliā qōnem.]

c ¶ Durante. Nota quia sublato impedimento, idest, illo absoluto vel confirmato successore: ad primum delegantem appellari non debet. Et si dubitaretur, an ipse delegatus esset absolutus: credo φ teneret appellatio alternatiua propter probabile dubium. 1 Ad hoc supra eo lib. de postula. c. vno si cui etiam propter dubitationem probabilem format actor libellum alternatiuū. ff. quorum legā. l. 1. §. qui autem, aliās non credo: maxime sm canones, quod liceat alternatiue appellari: 2 ne liceat vagari, &c. supra eod. lib. de electio. vt quis duas. ad idem bene facit eo. tit. c. 2. vbi non tenent vota alternatiua, sm canones dixi: quia secundum leges non appellatur ad Imperatorem omisso medio: & si appellaretur, Imperator remittit ad eum, ad quem debuerat appellari. ff. de appellationibus. Imperatores. vnde si appelletur ad Imperatorem, vel ad præsidem: tenere posset appellatio ad præsidem prædicta rōne. sed secundum nos, appellari potest ad Papam omisso medio sup. de appella. dilecti. vi. & ad legatum. sup. de offic. leg. c. 1. vnde si appellans de episcopo dicat, appello ad archiepm vel ad Papam, non puto appellationē tenere: 2 nisi alterum eligat infra id tempus, infra qđ poterat appellari. Arg. sup. de postula. c. 1. §. fi. ne cum discrimine appellari licet sic vagari. ff. de iniur. l. prætor. licet Guil. foueat contrarium in Spec. de appella. § nunc tractemus vers. sed pone aliquis, & vers. quid si dicat. Bene autem facit hęc decre. & illa infra eo. si a subdelegato ad quæstionem nostam & de fo compe. si quis contra clericum. in glo. 2. scilicet ad quem appelletur de delegato episcopi recusati. Et dicebant Vin. & Tancr. quod appellari potest ad archiepiscopū, non obstat decret. dilecti. cum hic iam per seculationem sublatum sit medium, pro quibus in arg. faciunt ista iura.

d ¶ Prorogari.] circa quod debent iudices prouidere. sup. de dolo & contu. finem, infra de offi. ordi. ex litigantes.

delegato huiusmodi, si delegatum ipsum excōmunicari,[a] aut de medio[b] tolli cōtingat, impedimēto tali durante[c] ad sedē ipsam (ne absolutionē vel successorem expectādo † illius, præiudicari litigantibus, vel causa plus debito prorogari[d] valeat) volumus appellari.

¶ Idem.

¶ Ab arbitris iuris appellatur ad Papam. Io. And.

CAP. XI.

AB arbitris, qui secūdum formam iuris,[f] vt de proposita contra iudicem[g] suspicionis causa cognoscant, vel qui cum de reuocatione ambigitur litterarum, iudicib. nequeūtibus in vnam sniam concordare,[h] ad concertationem huiusmodi sopiendā a partibus eliguntur: est (si grauauerint)[i] ad sedē Apostolicā appellandū.[k]

¶ Idem.

¶ Executor datus a Papa, vt prouideat persona, subdelegat: si detur vt prouideat ecclesia non expressa persona, non subdelegat, nisi habeat speciale mandatum, & causam reddit. Io. And.

AB arbitris.] 3 Non diuiditur: quia tota litera vno constructu clauditur Dom.

CASVS Cūm, quæ inter te & me mouebatur, vel moueri sperabatur, Papa ad mei instantiam delegauit archidiacono Pictauiensi, tu voluisti recusare iudicem, quia inimicus tuus capitalis: fuerunt electi arbitri ad cognoscendum de ista causa suspicionis, & tulerunt suam sententiam interlocutoriam vel diffinitiuam [quia istud capitulum habet locum etiam si arbitri assignauerunt terminum nimis arctum] ab ista snia interlocutoria vel diffinitiua appellausti: Quæritur ad quem debes appellare, vtrum ad iudicem recusatum possis appellare? Respōdet, φ non: nam cum sit suspectus in cā principali, esset similiter suspectus in causa appellationis: Sed est appellandum ad Papam. Sed quid sanctissime Pater: habemus in c. pastoralis de rescrip. in ant. q̄ qñ sunt plures & diuersi iudices impetrati, si dubitetur vtrum prima commissio sit reuocata vel non: Sed quæritur: si arbitri tulerunt suam sententiam, ad quem erit appellandum? vtrum appelletur ad ipsos iudices? Respondet φ non: sed est appellandum ad Papā. Nota primo, φ cā suspicionis est proponenda coram iudice, qui recusatur, ad hoc sup. eo. suspicionis, & supra eo. tit. & li. di con tra vnum, & c. iudex. Nota secundo arg. quod isti arbitri non possunt cognoscere de causa principali. probat tex quod dicit de causa suspicionis, de quo in dicto c. suspicionis. Dominicus.

[Prima gloss. ponit quid approbet, & summet.]

e ¶ Ab arbitris.] approbat quod notat Ber. sup. eo. suspicionis. circa principium in gl. & Gu. in Spec. de appel. § nūc tractemus, ver. sed ad quem. Et breuiter dicit, quod ab arbitris iuris appellatur ad Papam.

f ¶ Iuris.] 4 vbi sunt iura videbis infra, & ista ratio quare debet appellari ad Papam; quia cum isti arbitri secundum iuris formā sint electi ad ipsum ius, à quo potestatem habent, oportet appellari, & sic ad papam, qui est lex animata in terris.

ADDITIO. In authentico de Cōsulibus. ad finem. & colla. 4. Io And.

g ¶ Iudicem.] delegatum papæ. sup. eo. suspicionis. & intellige vt sup. eo lib. si contra vnu. & idem si recusetur ordinarius. sup. de appel. cum speciali.

h ¶ Concordare, nec sibi inuicem deferentibus. s. in ant. de rescrip. pastoralis. in prin.

i ¶ Grauauerint.] siue in sententia, puta quia inique pronunciant illum suspectum; quia suspectus probatus non est, vel econuerso, vel ante sententiam, puta nimis breuem dilationem dando, s. de dila. c. 1. quod est ipsorum officium, sup. eo. suspicionis.

[Glo. seq. ob-icit & soluit, casum addit, solutionem per simile fortificat.]

k ¶ Appellandum.] contra C. de recep. arbit. l. 1. 2. q. 6. a iudicibus. in quibus dicitur, quod non appellatur ab arbitris. Solu. sunt quidam arbitri qui compromissarij vocantur, & voluntate adeuntur, & ab istis non appellatur. 5 Et sic loquuntur contraria. 5 Sunt alij, qui de necessitate iuris habent assumi, de quibus loquitur hæc decretalis; & a talibus bene appellatur, ut hic, & sic etiam posset intelligi lex si non sine la C de iud. l. vlt. Et hac ratione puto hanc decre. lo. & no. 2. q. cum habere in arbitris electis ad audiendam causam, & c. a iudi quam mouet episcopus contra suum subditum: cum xib. § φ & etiam illo casu de necessitate eligantur arbitri. 1. q. 1. arbitris, & si clericus. & de hoc sup. de offic. ord. irrefragabili in fi. pen. gl. glo. pen. sic etiam magis laues lex ei qui nec. declarat Archid.

L a laudā.

Vide Ar. hac. § 1. 30. de cu. ius. mēte ff, φ cessante ista rōne, appellet ad primum pōdero pro co ver. dū rāte, signi ficās lon gū tēpus. Fon.

1 Idem si dubitat an subdelegauerit totum vel partē, & stat p iudicem vel aduersarium, φ certifica te nō pōt. Io. And.

2 Idem Philip. & Ang. Ar. i l. 1. §. si qs ff. de app. Fon.

3 Nota hic φ isti arbitri iudicant de oib. emergentibus. Ancha. & Do. Fon.

4 Ista glo. facit φ debeat appellare ad statuētes, qñ per statuta dēat arbitros promittere. Philip. Fon.

5 Suppli cari ñ pt de arbi. non sine

Nota secundo arg. quod isti arbitri non possunt cognoscere de causa principali.

satisdationem præstare debet, quam ei, qui voluntarium quia primum si ibi satisdare non potest, alio loco satisdare permittit, secundum non. ff. qui satisd. cogan. l. fideiussor. ad idem C. de rebus credi. generaliter. in fi. responso.

d ¶ Prouincia.] ergo non requirimus quod beneficium sit certum sufficit quod sit certa persona, licet incertum beneficium, vt subdelegare possit: in hoc casu non habet locum decretalis vlt. sup. eo. tit.

e ¶ Non pôt.] & sic intelligatur sup eo. c. vlt. ... cuius industria eligit, nô subdelegat. & ibi plene de hoc.

IS cui.] Sunt duæ partes. scda ibi, Sed si q facit tria: Primo ponit dictū: Secūdo rationem interserit: ibi, Quia circa. Tertio: ibi. N. si excipit Io. And.

CASVS. Papa mandauit episcopo Pictauensi, vt prouideret psonæ idoneæ de tali præbenda, quæ a... forte vacauit in curia, & Papa non habebat notitiā personarum huius patriæ: vtrum talis executor sic deputatus a Papa, possit vices suas committere alij? Respōdet quod non, nisi Papa daret sibi specia'e pōtem, vt prouideret per se vel alium. c. vlt. eod. titu. in ant. sed quid si Papa mandauit, vt de illa præbenda prouideret certæ personæ: puta Titio, vtrum possit subdelegare? Respondet quod sic: nam tunc non est electa industria personæ, ideo pôt alij cōmittere: secus est in primo casu, cum est electa industria personæ circa personam eligendam: tunc enim non potest alij committere, nisi ad hoc habeat specialem potestatem a Romano Pontifice, vt dicto cap. præallegato. Nota primo quod cum Papa mandat alicui, vt ipse prouideat de tali beneficio certæ personæ; puta Titio, non videtur electa industria personæ executoris: secus si committitur prouisio incertæ personæ. Nota insuper, quod in eligenda persona idonea magnum periculum versatur: & ideo talis executor cui mandatur, vt eligat personam idoneam, nō potest subdelegare, quia industria eius est electa. Nota hic glossam notabilem, quæ limitat iura di..., quod delegatus alius à principe non potest subdelegare, verum est, nisi detur sibi potestas specialis subdelegandi: nam delegans dando potestatem subdelegandi, videtur ipse delegans subdelegare; sicut etiam dominus dando procuratori suo facultatem substituendi; & procurator substituens videtur ipsemet dominus substituere; Heli. Reg.

[Prima glossa tria dicit; vnde sumpta, quid declaret, & summat.]

a ¶ Is cui.] sumpta fuit de extrauagāti, quæ incipiebat, qua sunt a nobis. Et declarat ista decretalis & sequens, decretalem vltimam sup. eod. tit. §. is aūt. Et in summa dicit, quod executor datus a Papa vt prouideat personæ, subdelegat; si detur vt prouideat ecclesiæ non expressa persona, non subdelegat, nisi habeat speciale mandatum, & causam reddit.

ADDITIO. Et approbat quod ibi dixit Pet. de Ancharano, & reprobat quod ibi dixit Inno in gl. fin. quæ distinxit, an dicatur, prouideas vel exequaris, & tunc non committit; An prouideri facias vel compellas; & tunc committit.

b ¶ Ab Apostolica sede.] speciale enim est delegati à principe, quod subdelegare potest. C. de iudi. a iudice. sup. eo. c. pastoralis. & c. vlt.

c ¶ Prouisio.] et si committatur ei, quod inquirat de illius vita & conuersatione, vt in cle. eo. tit. iudices.

ADDITIO. Et hoc est quod dixit Io. Mon. ita seruari in forma pauperum. Io. And.

CAP. XII.

IS cui[a] ab Apostolica[b] sede committitur certæ psonę prouisio[c] de bñficio in certa ecclesia, diœcesi, vel prouincia[d] faciēda: potest alij committere licite vices suas. ¶ Sed si non expressa certa persona committatur eidem, vt alicui personæ idoneę de certa ecclesia, vel beneficio debeat puidere (Quia circa eligendam persoṅā eius industria † tunc videtur electa) prouisionem sibi cōmissam alteri demandare non potest:[e] Nisi forma commissionis habeat, vt per se vel per alium[f] id valeat expedire.

¶ Idem.

¶ Is cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex iusta causa illud expedire poterit extra locum hoc dicit Io. And.

CAP. XIII. STATVI.

[Glos. seq. allegat vnam concordantiam, & per illam & istam quæstionem soluit: ad quam solutionē adducit 10. decre. & duas leges.]

f ¶ Per alium.] ergo quod de iure cōmuni non pôt, ex potestate cōmissionis potest: ad idem intra ca. vlt. §. vices. Et tangunt hæc ad quæstionem quā disputauit an delegatus ab alio quam a principe, habens speciale mandatum subdelegādi, subdelegare possit. Et credo quod sic: quia sicut isti non habent à lege quod subdelegare possit, tñ si ad hoc haberent speciale, hoc possent, si dicā quod licet delegatus ab alio quam à principe non habeat hoc à lege, & sic loquuntur contraria, tamē si habet hoc ab homine, subdelegare potest. Ad hoc optime facit infra de proc. c. 1. in responso, vbi procurator ad iudicia ante litem contestatā non substituit ex potestate legis, nisi esset datus in rem suam. tñ si habet speciale mandatū substituere pôt. ad idem eo. tit. c. vlt. ubi procurator datus ad matrimonium contrahendum non substituit, nisi habeat speciale, & compromissarius datus ad eligendum, non eligit vnū nomine suo, & alium nomine dñi ex ptāte legis, tan en si habeat speciale hoc potest ex potestate hominis supra eod. lib. de elect. c. pen. §. postq. ad hoc etiam facit infra tit. proxi. c. 2. & sup. tit. proxi. c. 2. & 3. & infra de re. iu. qu. per alium. & in regula, pôt quis. Stabo igitur regulæ, cū contrarium nō reperiam. Et dicit lex, quod non refert an ipse ordo decurionum elegerit, an is cui ordo ipsum negotium dedit. ff quod cuiusq; vniuer. l item eorum §. si decuriones. ad hoc etiam facit sup. eod. de rescrip. cum aliquibus. & infra de præben. his qui. secundo responso. Infra de Atl. l. tuto. § sed quod iure veteri.

STatuimus.] Primo ponit speciale statutum cum sua causa: Secundo illud generaliter prorogat, & causam reddit: ibi, idem Io. And. hic.

¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est, quod mandatarius tenetur fines mandati obseruare diligenter, ita quod si fines sui mandati excedat, non valet, eo quod excessit fines mandati. Secundo præsupponendum, quod inquisitor a sede Apostolica deputatus ad inquirendum excessus, dicitur delegatus. Tertio est præsupponendum, quod delegatus in certo loco, non potest cognoscere extra illum locum. c. statutum sup. eodem lib. de rescrip.

CASVS. Peruenit ad notitiam Papæ, quod in monasterio S. Cypriani Pictauis erat magna dissolutio tam in capite, quam in membris, mandauit Papa Archidiacono Pictaueñ. vt ad dictum monasterium accedens, inquireret de dictis excessibus, tam in capite, quam in membris, & inquisitione facta totum processum remitteret ad Papam: Archi. delegatus timet, quod monachi cum male tractent; Quæritur vtrum inquisitor deputatus ad certum locum, possit locum mutare, ad faciendum inquisitionem, secundum quod fuit suā man-

† Dic quod illa censetur electa in magnis in concernentibus publicam vtilitatē, & qū vltra factū aliqd amplius requiritur, puta ex arbitratio. Bart. in l. inter artifices. ff. de so. Io. And in re. q. g. alium. vide de Anch. Fon.

† Ita prædicatur, quia ordinarij delegant causa, per se, vel per alium, quem ex nunc. Phil. remittit ad Bart. in l. more maiorum. ff. de iur. omn. iud. & tenet Bal. tex. ibi. L. nō distinguimus. §. quæstitum ff de recep. arbi. Fon.

mus, [a] vt is, per quem ab Apostolica [b] sede certo loco inquisitio fieri vel quicquid aliud [c] expediri mandatur: si propter potentiam vel malitiam illius, contra [d] quem inquiri debet, siue procedi, seu fautorum † eiusdem, non possit hoc exequi eo loco secure [e] (ne ipse commodum ex dolo vel fraude reportet) ad id exequendum locum alium eligat idoneum & securum. ¶ Idem faciat si alia rationabilis causa [f] subsit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commode [g] quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apostolicum, vel deferri. [h]

¶ Idem.

¶ Quādo à subdelegato nō in totū appellatur, quia nō admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iurisdictionē ad primū delegātem appellabitur. hoc dicit Io. And.

CAP. XIIII.

Si à subdelegato, [i] cui delegatus non in to-

mandatum? Videtur quod non per c. statutum. alleg. hoc tamen non obstante respondet Romanus Pontifex in contrarium: videlicet, quod inquisitor deputatus ad certum locum, si subsit causa rationabilis poterit locum mutare, & illud cap. statutum intelligitur quando nō subest rationabilis causa: & hoc ne monachi reportent lucrū ex suo dolo: nam necessitas non habet legem ca. consilium de obser. ieiu. in antiq. Nota primo ex isto text. quod delegatus à se de Apostolica deputatus: (Idem in delegato à quocunque alio, cui est iniunctū et mandatum certo loco exequatur) tenetur exequi in loco assignato: nisi subsit iusta causa, vt hic. Nota insuper, quod non solum iudex ordinarius potest mutare locum suorum maiorum l. si vt proponis C. quomodo & quando iudi. sed hoc etiam pôt facere iudex delegatus cum iusta causa, nec in hoc reqritur consensus partium: sed si non subsit iusta causa, non potest sine consensu partium, sed de cōsensu partium potest prorogari iurisdictio ea. statutum, supra eo lib. de rescript. Nota vlterius. quod si Papa mandauit, vt delegatus aliquam inquisitionem certo loco faciat, si executor timeat potentiam illius contra quem est facienda inquisitio: poterit alium locum idoneum assignare, nec poterit excipi contra delegatum, quod procedit extra locum sibi deputatum.

(Prima glossa summat, & dubium soluit.)

a ¶ Statuimus] Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur ex iusta causa illud expedire poterit extra locum hoc dicit. Et nota quod dicit, statuimus i. quasi innuat, quod ante hanc decretalem ex quo commissum erat expediendum in loco: extra locum expediri non poterat, vt forma mandati diligenter seruaretur. iuxta de præben. cui de nō sit ergo hoc de iure nouo

ADDITIO. Et per hoc patet falsam esse opinionē Vin. quam vide supra de re iud. cum I & A. super ver. ad ecclesiam. quam etiam hic reprobat Archi qui dixerat valere processum factum per delegatum, ex quo non opponebatur exceptio Io. And.

[Glo. seq. quærit, soluit, arg. pro, soluit contrarium.]

b ¶ Apostolica sede.] Quid si ab inferiori ordinario fiat talis commissio cum eadem sit ratio? Satis videretur idem. ff. de leg. non omnium, sup. de transl. inter corporalia Sed contrarium puto, & vt illud verbū aliquid operetur, ad hoc sup. de deci. ad audientiam & j. de priuil. si Papa. nec est eadem ratio, quia nō sic de facili de delegato Papæ per vniuersum orbem recurritur ad Papam, sicut ad ordinarium de prouincia vel diœce. sua potest recurri: Hic est etiā, quod licet delegatus Papæ recuset coram arbitris, quia ibi difficile esset recurrere ad Papam, delegatus ordinarii non, sed recusatur coram ordinario s. p. eod. tit. & lib. si contra vnum §. cum autem. Si igitur delegatus ordinarii in loco exequi non potest, in; iuet ordinario, qui super hoc sua deliberatione prouideat, vel expresse committendo eidem, quod extra locum statutum id possit, vel alio modo.

c ¶ Aliud.] puta pronunciatio, monitio, denunciatio, vel his similia.

d ¶ Illius contra quem.] idem si propter aliam iustam causam, vt dicitur in fi.

e ¶ Secure.] Locus ergo non solum debet esse securus partib. supra de app. ex parte, sed etiā iudici vel inquisitori, vt hic, debet ēt esse idoneus: qa nō in taberna: vel in loco in honesto expediri id debet, vt hic.

f ¶ Causa.] etiam sine dolo & fraude eius, contra quem id imminet expediendum. Io. And.

g ¶ Commode] 12. q. 2. faciat. ff. de verb. sign ne pos Proculo.

h ¶ Differri] quide ri igitur debet nō solū ne impediatur in totū: sed etiā ne nimium differatur, & concor. 7. e. tit. si sup gratia. In fi. Io. And.

Si à subdelegato.] Ponit statutum, quod secundo proro gatibus, Idem Tertio causam redditsibi, Aliâs. Io. And.

¶ Præsupponendum est, quod cum delegatus Papæ causam subdelegauit non in totum, si appelletur a subdelegato, appellandum est ad delegatum subdelegantem: talli, in casu hic expresso.

CASVS. Impetraui contra te delegatum, cui mandatum fuit in communi forma, vt vocatis vocandis, quod iustum esset decerneret, delegatus iste, quia isti causæ examinandæ nō poterat commode vacare, quēdam subdelegauit non in totum, sed reseruata sibi sententia vel executione. accidit quod corā isto subdelegato fecite conuenire, in termino assignato comparuisti, comparitione facta tu reus excepisti, quod non tenebaris procedere coram iudice subdelegato propter defectum iurisdictionis, quia. s. delegans fuerat mortuus, antequam subdelegatus decerneret citationem, subdelegatus interloquendo declarauit istam exceptionem non fore admittendam; tu ab ista sententia interlocutoria appellauisti, quæritur ad quem debes appellare? Respondet quod in hoc casu est appellandum ad Papam omisso delegato, nam appellando ad delegatum esses tibi ipsi contrarius, nam tu negas delegatum habere iurisdictionem, quia per mortem Papæ non solum extinguitur potestas delegati, sed etiam subdelegati, & appellando ad delegatum, fateris eum habere iurisdictionem; idem est in aliis casibus, in quibus negas delegatum habere iurisdictionem vt in glos. puta si proponis rescriptum nullum. Nota quod allegans contraria non est audiendus, & sic contrarietas in iudicio repellitur, & ad hoc quotidie allegatur istud capitulum, & l. prima, C. de iur & feruo cor. & c sollicitudinem, de appellat. Nota vlterius. quod per quemcunque actum iudex delegatus procedit, intelligitur perpetuata iurisdictio, probat tex. per illud verbum, in aliquo. de quo supra eo. tit. & lib quamuis.

(Prima glossa summat)

i ¶ Si a subdelegato.] Quando a subdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionē, per quam denegatur etiā delegatum habere iurisdictionem, ad primum delegantem appellabitur. hoc dicit. Ioan. And.

Marginalia (left): ¶ nota quod partia sunt impedit ... vel fautores ... Petrus ... Dñicus. — Iudex ordinarius nō tātum pôt locū maiorum mutare, sed ēt delegatus cū suo litigante. — 1 Nota quod dictio statuimus, ē nouī iuris signum. glo in cle. generale. de ætate & qual. glo. in ver. statuimus. in cle. fin. de rescri. Do. & nolentibus partibus non procedet extra locum signatum quia forma delegationis alteranda nō ē Petr. de Anch. Ioan. — a Idē Arch. p. e. an ... ionem Io. And.

Marginalia (right): Delegatus ordinarii locū nō mutet sine nouo mandato. Iudicij locus sit tutus, & honest. — Iurisdictio pperpetuatur per actū subdelegationis.

totum [a] commiserat vices suas, ex eo fuerat appellandum, quia exceptionem coram se propositam quod antequam per eum, vel per ipsum delegatum in aliquo processum [b] fuisset, delegans viam fuerat vniuersæ carnis ingressus, admittere recusauit: non ad delegatum (cum iurisdictione negetur habere) sed ad delegātem potius appellari debebit. ¶ Idem fiet [c] in alijs casibus [d] in quibus delegatus iurisdictionem habere negatur: Aliàs si appellari deberet ad ipsum [e] esset appellans (qui sic [f] fateri videretur eundem iurisdictionem habere, quod ante negauerat†) contrarius [g] sibi ipsi.

Idem.

¶ *Ponit hic qui possint esse conseruatores, & vbi cognoscere, & an, & quibus possint delegare, & quantum duret eorum potestas, & de expensis talium. hoc dicit Zen.*

CAP. XV.

HAC CONSTI-

a ¶ Non in totum.] aliàs non esset quæstio, vt dixi sup eo.tit.si duo ex tribus.& c.si is cui. Io Andr.

[Glossa sequens quærit, & soluit: secundo quærit, & remittit.]

b ¶ Processum.] quid dices pone: Papa dedit delegatum: ille subdelegauit non in totū: demum & antequam subdelegatus incipiat vti, moritur delegās. s. Papa: nunquid delegatus, vel subdelegatus procedere poterūt? Satis credo: q̄a subdelegare, est iurisdictionem delegare, ex quo subdelegauit, perpetuata sit iurisdictio. & hoc sonat hæc litera, q̄ dicit, in aliquo processum [1]. s. eo.ti & lib. cū dicit, inchoāte. & sup. c.licet. dū dicit, vti cœperit. [Et ibi hoc tenet Host q̄ cœpisse dicatur, committendo vices suas etiā in parte.] Sic & retinere potestatem reuocandi est iurisdictionis. supra eo tit. & lib. si delegatus. 2. responso. Sed pone quod omissa hac exceptione cum comperit procedatur, tenet ne processus? De hoc vide supra de testi. cum venisset.

c ¶ Idem fiet.] scilicet quod non appellabitur ad delegatum subdelegantem, sed ad primum delegantem Ioan. And.

[Glo. seq. ponit 11. exempla

d ¶ In alijs casibus.] puta quia dicit rescriptum impetratum ab excommunicato sup. eo. lib. de rescr. c. 1. Vel ipsum delegatum, subdelegantem excommunicatū. sup. de re iud. ad probandum. Vel delegatum non esse talem, qualem requirit constitutio sup. eo. li. de rescr. statutu n. 2 respon. Vel commissionem ad eum factā extra locum de quibus ibi dicitur. Vel rescriptū esse impetratum per subreptionem: ita quod non valet seruata distinctione decr. sup. in ant, de rescr super literis. Vel q̄ ipse delegatus subdelegans est seruus vel infamis, de rescr. in antiq. rescriptus Vel nō est ætatis idoneę. sup. eo. cū vigesimum. Vel q̄ ipse primus delegans reuocauerat delegatum subdelegātem ante iud. iudicium. Vel quod ipse delegatus retulerat. supra de appel. intimasti Vel ab eo fuerat legitime appellatū supra de app. vt debitus. Hæc & similia coram subdelegato opponuntur. per quæ negatur delegatum iurisdictionem habere.

ADDITIO Vltra prædictos casus potest pars allegare delegatum iurisdictionem non habere, quia dicit ipsum hæreticū, de hoc satis hic Arch. alleg. 1. q. 3. cum est. Vn̄ dicit Garu q̄ extra ecclesiā nulla. est iurisdictio, & ideo sententia per talem lata nō tenet: ad hoc 24. q. vbi sana. &c. aperte &c. seq. §. his auctoritatibus in prin. Io. And.

e ¶ Ad ipsum.] delegatum subdelegantem.

f ¶ Sic.] scilicet appellando ad eū, quē negat iudicem.

[Glo seq recitetur obijciendo, & soluit.]

g ¶ Contrarius sibi ipsi.] & sic non audiendus, de appel. sollicitudinem. in fin C. de fure l. 1. cum si. Et hoc est mirabile, quia si iste delegatus non subdelegasset, coram ipso potuisset proponi exceptio, per quam negaretur eum iurisdictionem habere, & super ipsa posset pronunciare [3] supra de rescript. super litteris. in fin. ff. de iudic. si quis ex aliena. tamen si coram subdelegato proponatur, & propter hoc appelletur, non appellabitur ad delegatum, sed ad primū delegantē: appellando enim fungitur vice actoris [4] & in agendo non licet cōtra proponere: quod tamē licet in excipiendo, supra de re iu. nullus ad hoc infra de excep. cum inter priorem.

HAc constitutio nc.] Prima pars circa qualitatem conseruatorū ponit tres prohibitiones. Secunda prouidet circa processus loca, subdelegationes, & durabilitatē ipsorū prorogās alias prouisa per decr. statutum: Tertia decretum apponit. Io. And.

CASVS. Dictum fuit in cap. statutum s. eo. lib. de rescr. q̄ ad hoc, vt quis sit capax iurisdictionis Apostolicę, requirur q̄ habeat dignitatē, vel personatum, vel quod sit canonicus ecclesię cathedralis. Item dictum fuit in capitu. 1. supra eo. titu. & lib. quod conseruatores religiosis vel alijs clericis a sede Apostolica deputati, cognoscunt de manifestis iniurijs: Sed quæritur qui possunt esse conseruatores? Respondet quod episcopi, archiepiscopi, abbates, & alij habentes potestatem: canonici vero ecclesię cathedralis non possunt, licet possint esse delegati ad vnam causam: Et ista est differentia inter conseruatores, & delegatos ad vnā causam. Sed quid ponamus quod Papa deputauit abbatē sancti Cypriani conseruatorem priuilegiorum concessorum monasterio nouo Pictauis, & deputauit abbatē monasterii noui Pictauis conseruatorem priuilegiorum concessorum monasterio sancti Cypriani, vtrum hoc possit fieri? Certe non: nam præsumitur q̄d sibi inuicem fauerent. Sed quid: ponamus, aliquis vult impetrare conseruatorem sibi subditum an possit? Certe non: sed reges & reginæ possunt, alii non. Et hæc est alia differentia inter conseruatores & delegatos, quia causæ possunt committi & mutuo. Item pōt impetrari subditus in causa, & valet processus si non fuit exceptum: secus est in conseruatore, quia ipso iure processus conseruatoris non valet. Sed quæritur, in quo loco cognoscere debent conseruatores de causis priuilegiorum? Respondet q̄ in loco, in quo sunt deputati, & non in alio: etiam de consensu partium: licet secus sit in delegato, q̄a delegatus de consensu partiū pōtest cognoscere in alio loco, q̄ in loco sibi deputato e statutū alle. & hæc est alia differentia inter conseruatores, & delegatos. Sed vtrum conseruator possit subdelegare causās ad se spectantes? Respōdet q̄ nō: nisi illud sibi fuerit specialiter concessum in sua creatione, secus in delegato, quia absque speciali potestate potest subdelegare. Os sanctissime pater habemus in cap. 1. supra eo. titu. & lib. q̄ conseruatores possunt solummodo se impedire de manifestis iniurijs: Sed quid si conseruator de facto excessisset fines suæ potestatis? Certum est quod processus est nullus: sed vtrū puniatur aliqua pœna? Rnde quod sic, quia est suspēsus per annum ab officio: delegatus vero non punitur, licet processus suus nō valeat. Et hæc est alia differentia inter cōseruatores & delegatos. Sed quid de parte, quia vna pars litigantium procurauit vt conseruator excederet fines mandati, an puniatur; Respō-

1 Tñ littera hic p eū facit in cōtrū, sed est exceptio partis sic loquentis. Io. And.

Delegatū multipliciter iurisdictionem habere denegatur.

2 Hoc dictū, si ad hæreticos referatur, vide Alfonsum Castrum li. 2. c. 23. de iust. hæret. punit. si ad alios infideles, vide B. Thomam 2. 2. q. 10. ar. 10.

3 Idem do. glo. in l. amplio-rē. C de tempo. appel. cle. 1. de rescri. Fon.

4 Idē Phi. & Do vide gl. magnū i cl e. si appellatione. de appella. Doct in l. hi qui ad ciuilia C. de appel. Fon.

† al. negauit.

Al. denegarat.

det ꝙ sic nam ipso facto incurrit sententiam excommunicationis, a qua non debet absolui: nisi prius satisfacto de expensis factis ab aduersa parte. Sed quid; vtrum per mortem Papæ expiret iurisdictio conseruatorum? & respondet quod sic, quo ad negotia non incœpta, & in hoc æquiparātur cōseruatores delegatis. c. gratum. eo. tit. in ant. Sed quid sanctissime pater: dictum fuit supra de rescrip. quod delegati non debet aliquid accipere: vtrum idē sit dicendum in conseruatore? Respondet quod sic: & in hoc similiter æquiparatur conseruator delegato. Sed quid si conseruator fecerit cōtrarium in omnibus casibus præmissis, an valeat processus? Respondet. ꝙ non: immo suus processus est ipso iure nullus. Non possint.]. de potestate ordinaria, sed bene de potestate absoluta: nam Papa si vellet, posset derogare huic constitutioni.

Nota quod qualitates requisitæ in cōseruatore, requiruntur in subconseruatore: sicut etiam dicitur in cap. statutum. sup. eo. lib. de rescri. quod qualitates requisitæ in delegato, requiruntur in subdelegato.

Nota vlterius conseruatores non posse se intromittere nisi de manifestis, de quo supra c. 1. supra allegato. Nota finaliter arg. quod appellatione episcoporum non comprehenduntur habentes dignitates superiores, de quo infra de sent. excom. quia periculosum. Dominicus.

e ¶ Exceptis.]est sim. infra de priuil. ne aliqui.
f ¶ Ecclesiastico.]sup. vt lit. non contest. accedens 1.
g ¶ Vel temporali.]vt lit. non cōtest. accedens 2. & ecce tertiū:q[saluo iure recusationis] subditū mihi bñ possum impetrare delegatū, cōseruatorem nō, vt hic.

tione [a] perpetuo valitura sancimus: Vt conseruatores, qui aliquibus (vt a manifestis iniurijs, & violentijs tueantur [b] eosdem) plerunque a sede Apostolica conceduntur, de cætero deputari non possint, nisi episcopi, vel eorum superiores, aut Abbates, seu dignitates, vel personatus in cathedralibus vel collegiatis ecclesijs obtinentes: [c] nullusque deputati sibi conseruatoris esse valeat conseruator. [d] ¶ Nec aliquis (regibus † & reginis, † qui sicut dignitatis altitudine præminent: sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferri, duntaxat exceptis) [e] deinceps conseruatorem habeat eum, qui sub ipsius iurisdictione, dominio vel districtu ecclesiastico [f] vel temporali [g] consistat. ¶ Conseruatores autem huiusmodi extra ciuitates, seu diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscunque procedere, aut aliquos vltra vnam dietam a fine diœcesum eorundem trahere non præsumant. [h] ¶ Vices quoque suas (citationibus & sententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeant exercere) nulli committere [i] possint: nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum: [k] sed nec tunc, [l] nisi intra ciuitates, seu diœceses, in quibus deputati fuerint, & personis tantum, quæ superius [m] sunt expressæ. ¶ Vt autē conseruatores limites sibi traditæ potestatis (quos frequenter excedunt) metu [n] pœnæ diligenter obseruent: Decernimus, vt si de alijs, quàm de manifestis iniurijs & violentijs sciēter [o] se intromiserint: seu ad alia, quæ iudicialē indaginem exigunt, suam extenderint potestatem: eo ipso per vnum annum ab officio [p] sint suspensi. [q] ¶ Pars vero, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excōmunicationis incurrat: [r] a qua non possit absolui, nisi ei, quem sic fatigauit † indebite, primo satisfaciat integraliter de expensis. [s] ¶ Officium autem quorumcunque [t] conseruatorum, ipso iu-

h ¶ Non præsumant.] idē in delegato: eo saluo, quia delegatus de expresso consensu partium hoc bene posset. sup. eod. lib. de rescrip. statutum. §. in nullo quod in conseruatore non credo. quia si hoc voluisset, hoc addidisset hic sicut ibi fecit: & hoc maxime per fin. huius cap.

i ¶ Nulli committere]Guil. not. contrarium in Spec. tit. 1. ad fin. versic. sed nunquid conseruator, ibi dicebat, quod conseruator in eo, in quo iurisdictionem habet, vices suas alijs committere poterat. 2 Et ecce quarta differentia inter illum & delegatum a principe, qui potest in totum & in partem committere. sup. eod. pastoralis, & c. fin.

k ¶ Litterarum.]ad idem supra eod. tit. is cui in fine.

l ¶ Nec tunc.] scilicet cum hoc competit eis ex beneficio litterarum.

m ¶ Superius.] scilicet in primo responso, & idem in delegato: quia subdelegatus talis esse debet, cui possit delegari, supra de rescript. statutum. §. in nullo. in fin.

n ¶ Metu pœnæ.] ad idem supra de elect. cum in cunctis, de vi. & hon. cleri. vt clericorum.

[Glo. seq. huius cap. principaliter insistunt in ostendendis differentijs inter delegatos & conseruatores; quas demum colligit penult. glo]

a ¶ Hac constitutione.]Quædam ex istis sumptæ fuerunt de extrauaganti Alexandri, quæ incipiebat. Quia de conseruatoribus.

ADDITIO. De qua Specu ponit eo tit. §. vlti. prope fi. Ioan. And.

b ¶ Tueantur.]de hoc supra c. 1. in gl. 1.

c ¶ Obtinentes.] ecce vna differentia inter delegatum & conseruatorem; quia delegatus potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis, conseruator non: & in hoc constitutio Alexand. mutatur, quæ id permittebat.

d ¶ Conseruator.]ecce alia differentia: quia eius qui est mihi iudex delegatus, possum esse delegatus, saluo iure recusationis. 1 sed in conseruatore secus, vt hic, ꝙ intellige etiā si non opponatur exceptio per fi. huius c.

o ¶ Scienter.]si ignorantia esset iuris, vel crassa, vel affectata, idem essent, infra de reg. iu. ignorantia, supra eod. lib. de tempo. ordina. eos. supra de clandest. despon. c. 3.

p ¶ Officio.]& a beneficio, quod est eius sequela. 12. dist. præter hoc 81. dist. si qui.

ADDITIO Idem Ioan. Monachus, & Arch. vide quod no. in de cupientes de pœ. in glo. no. nouam, in fine Ioan. And.

q ¶ Suspensi.]ecce quintum speciale in conseruatore, quod non est in delegato, qui a dato quod delegatus intromittat se de eo, quod non est suæ iurisdictionis, nō propterea locum habet pœna, cum in illo non inueniatur expressa.

r ¶ Incurrat.]Nota nouum casum, quo quis excōicatus est ipso iure: alios no. inf. de sent. excom. eos.

s ¶ De expēsis.]ad idē ꝗ de immunita. eccle. q̄m in fi.

t ¶ Quorumcunque.]quasi diceret, siue sint dati ad cōseruatio-

† Notat Pe. de An. ꝙ dē hic et de conseruatoribus laicorum ponderando istā exceptionem quia exceptio de regula ē l. si. §. cui dulcia. ff. de vi. tri. & eleg. legato F.

† al. ita, vel regibus.

2 Abb. T. tut & li. c. 1. dicebat, ꝙ consuetudo curiæ habebat, ꝙ committere non poterat. Io. And.

† al. fatigauerit.

Ignorantia ē multiplex.

† Quę sit n pot eo casu fm Guliel. in Spe. tit 1. §. supest. ver. itē si vnus. & dicā post Host. ꝗ de app. l. legitima. Io. And.

Suspensus ab officio est suspensus a bñficio.

uatio-

nationem priuilegiorum, vel ad defendendum a manifestis iniurijs, vel alio modo, vt dixi s. eo. c. 1. Io. And.
a ¶ Ipso iure.] vnde si postea procederet in nō cęptis processus esset nullus, ad idē j. in fi. c. & fm opi. Goff. Inno. & Bart. Brix hic est alia differentia, sed fm Ber. & Host. secus, de hoc sup. de testi. cum venisset.
b ¶ Expirare.] saluo eo. quod dr sup. eod. tit. & li. cum plures, in fi. 1 q si plures essent conseruatores: quo ad negotium cęptum per vnum perpetuata sit iurisdictio quo ad oēs. 1 Et nota, q licet potestas executoris, dati ad gratiam, non pereat re integra mortuo Papa, vt sup. eo. li. si super gratia, tñ ptās cōseruatoris priuilegiorum, in quib. continentur gratiæ, bene perit quoad non cępta morte concedentis, vt hic.
c ¶ Edita.] sup. de rescr. statutum. §. insuper. cū §. seq. In hoc ergo cōparantur alij delegati & conseruatores: licet discrepēt in quinque superius enarratis. s. quia canonicus ecclesiæ cathedralis potest esse delegatus, sed non conseruator. Secundo, quia eius qui est mihi conseruator, conseruator esse non possum. 2 Tertio quia eius cui sum subiectus ecclesiastica vel temporali iurisdictione, conseruator esse non possum. Quarto, quia conseruator non subdelegat, nisi secundum formam hic positam. Quinto, quia conseruator excedens metas potestatis suæ, suspensus est ab officio. hæc patent ex textu. Sextum addidi, supra in gl. idem in delegato, Septimum, secundum opin. in gl. vnde si.

ADDITIO. Octauum, quia conseruatores dantur, ad futura delegati non, vt scripsi post Inno. supra de testi. spol. audita. in prin. Ioan. And.
d ¶ Oīno.] ergo sine aliqua ope exceptionis, & facit quod dixi s. eo. li. de rescri. c. 1 & eo. tit. statutum, in fi.

ADDITIO Ioan. And. circa materiam conseruatorum ponit hic 16. quæstiones per modum summæ: quas videas per te, si tibi corde sedet.

re[a] quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus expirare.[b]

¶ Circa munera vero & expensas, assessores, ac notarios, & personas testimonij causa vocandas, illa præcipimus in huiusmodi conseruatoribus per omnia obseruari: quæ in delegatis iudicibus constitutio a nobis super his edita[c] obseruanda decreuit. †

¶ Quicquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod attentari contigerit: omnino[d] decernimus irritum: & inane.

1 Non in alijs nondum cœptis Phil. Fon.

† al. ita, decernit.

2 Quia ista mutua defensio est iuri suspecta, tñ duo pñt pro se inuicem testimoniū dare. l. q testō si d testa. similiter duo tutores p se, fideiubere, Bar. in l Romanus Apulus. ff. de tut. & cura. da. ab his Pe. de Anch. Fon.

DE OFFICIO LEGATI.

¶ Dictum fuit supra de his, qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali, uidelicet de delegato, qui gerit vices delegantis: verum quia legatus Papæ gerit similiter vices Papæ, ideo, &c.

Officij nostri.] Præsupponitur pro intellectu illius capit. illud quod habetur in glos. 3. huius ca. posita super ver. legati, quod tria sunt genera legatorum: Quidam enim sunt legati Cardinales, qui dicuntur legati de latere, & hoc ideo, quia assumuntur de latere Papæ: nam sicut Imperator & patritij siue consiliarij faciunt vnum corpus, cuius Imperator est caput: & consiliarij, qui sibi assistunt in secretis, dicuntur esse membra, ita quod machinans in mortem ipsorum consiliariorum committit crimen læsæ maiestatis, sicut si machinaretur in mortem Imperatoris. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ita similiter Papa & Cardinales faciunt vnū corpus, cuius Papa est caput, & Card. sunt membra: Ideo qñ aliquis assumitur de Cardinalibus vt mittatur legatus, dr sumptus de latere: & appellatur legatus de latere. Alij sunt legati nati, sicut est archieps Cantuarien. vt in c. 1. de offi. leg. in antiq. Alij sunt legati missi qui mittuntur ad aliquā prouinciam, vt in ea reformanda reforment, tamen non sunt Cardinales.

Côtinuatio dñi Heliæ. dimisso.

TITVLVS XV.

De officio legati.

¶ Innocentius quartus.

¶ Legati non Cardinales sine speciali mandato iure legationis beneficia conferre nō possunt: sed legati Cardinales hoc bene possunt. Ioan. And.

CAP. I.

Officij nostri[e] debitum remedijs inuigilat subditorum: quia dum eorū excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in

CASVS. Est aliquis legatus in his partibus a sede Apostolica missus: durante sua legatione vacant aliqua beneficia, vt ponamus archiepiscopus Burdegalen. est legatus: vacant bñficia in sua diœcesi particulari, quæ non spectant ad suam collationem: vel vacāt bñficia extra suam diœcesim particularem, quę non spectant ad suam collationem, vtrum possit ille conferre? Rñdet quod nō: nisi in creatione suæ legationis fuerit sibi a sede Apostolica nominatim data potestas, vt possit conferre beneficia: Et ista sunt vera, tam in legatis natis q̄ in legatis missis simplr. Sed ponamus, q est legatus Cardinalis, vtrum possit conferre beneficia vacantia in sua prouincia? Rñdet q sic: exceptis aliquibus beneficijs, de quib. in c. præsenti. j. eo Et istud verum, q legatus Card. potest conferre beneficia vacantia in sua diœcesi, dum tamen præuenerit ordinarium, ad quem spectat collatio illorum beneficiorum vacantium.

Nota primo ex prin. c. q princeps superior ex debito sui officij debet laborare circa commoda suorum subditorum: nam ad hoc fuerunt sibi constituta tributa fiscalia. Nota secundo principalem effectum huius cap quod legatus non Cardinalis, non potest conferre beneficia in prouincia concessa, licet habeat iurisdictionem ordinariam in tota prouincia sibi decreta, ita quod in iurisdictione concurrit cum ordinarijs, & potest adiri a subditus ordinariorum in prima instantia, & istud faciebat rationem dubitandi; quia collatio beneficiorum est iurisdictionis, sed Papa voluit expresse suis remouere hanc facultatem. Nota tertio, qđ si legatus Cardinalis potest conferre beneficia vacātia in sua prouincia etiam posset reseruare beneficia vacatura certæ personæ; sed non potest dare ius ad beneficium vacaturum; Ratio diuersitatis est; quia licet reseruans fecerit mentionem de certa persona, tamen potest variare & conferre alteri; & sic ista persona non habet certam & indubitatam spem, & ideo non cito machinabitur in mortem illius, qui tenet beneficiū, sed si haberet spem indubitatā, puta si sibi est datum ius ad beneficium vacaturum, citius machinaretur in mortem illius, qui tenet beneficium. No quarto, quod existens in maiori dignitate debet magis honorari in concessione priuilegiorum, ad hoc de præben. de multa, & supra titulo proximo, cap fi. §. 1. Dominicus.

Legatus non Cardinalis, licet habeat ordinariā iurisdōnem tñ beneficia côferre nō pôest.

3 Hæc celsāt hodie p concil Trid. sess 24. de ref. non potest.

[Prima glossa summat & diuidit.]

e ¶ Officij nostri.] Legati non Cardinales sine speciali mandato iure legationis beneficium ꝯferre non pñt. Sed legati Cardinales hoc bene possunt. Et primo ponit

nit Inno. procemium ad dicenda vsque: ibi, Proinde, secundo ponit statutum delegatis non Cardinalibus: vsque, ibi, Quod in fratribus, ibi ponit de Cardinalib. vsque in finem.

ADDITIO. Scias quod auctor huius decretalis Inno. glossauit hanc decretalem. Io. And.

a ¶ Pace.] ad hoc procemium concordat procemiũ huius libri, & inf. de resti. spol frequens.

(Gl. seq. de paritatibus legatorum remittit: & ponit quatuor imparia.)

b ¶ Legati.] Tria gña legatorũ distinguit hæc decre. & licet quo ad quadam non sit in illis imparitas, vt dixi sup. eo. lib. de rescri. statutum, 1 resp. in gl. quia verbum tamẽ quoad alia est impa ritas: in excõicatos absoluendo, vt sup. eod. c. penul & in confirmationibus exemptorum, sup. eo. lib. de elect. si abbatem, & in cognoscendo de causis exemptorum, & illos puniendo, inf. de verb. signi. c. 1. & in collationibus beneficiorum, vt hic. Et qui dicantur esse legati de latere Papæ, no. sup. eo. c. penul. Et quod Cardinales dicantur esse de latere patet inf. dum dicit: quod in fratribus nostris, &c.

Legatorũ tres sunt species inter se differentes.

1 Vide Anch. hic Fon.

c ¶ Ecclesiarum.] suarum: sicut Cantuarien. & Eboracen inf. eo. c. 1. & de app. c. 1. cum sim.

d ¶ Legationis.] q. d. si alio iure hoc eis competeret; legatio illud non priuat.

(Glo. seq. signat contrarium, & soluit.)

e ¶ Potestatem.] contra supra in anti. de supplen. neg. prælat litteras, vbi legati, qui Cardinales non erant (vt patet ex subscriptione) beneficia conferunt: Dic quod illud fuit ex speciali mandato, & sic non contradicit: sed concordat ei quod statim sequitur, nisi hoc, &c. multa ergo licent ex speciali demandatione: quæ ex generali virtute legis non licent, de his vide sup. titu. proxi. is cui in fi.

f ¶ Fratribus nostris.] nota quia cum Papa promiscue de Cardinalibus loquitur: vocat fratres illos. 2 Si specialiter, epõs Cardinales vocat fratres reliquos filios sup. de rest. licet 3.

2 sit sic hic intelligitur de Cardinalib. et nõ epis, scc. Fon.

ADDITIO. de præb. dilecto in prin. Io. And.

g ¶ Legatione.] repete Ecclesiæ Romanæ de qua sup. tractauerat.

h ¶ Prærogatiua.] concor. sup. tit. prox. c. vlt. §. 1. & infra de priuil. ne aliqui.

(Gl. seq. litteram exponit: quærit. arg. proponit 2 opiniones contrarias: in fine ponit duo dicta.)

i ¶ Ampliori.] vnde beneficia conferre poterunt cum restrictione tamen, & determinatione, quam habes ĩ. eo. præsenti, & cap. seq. Sed quid dices: potest ne legatus Cardinalis conferre beneficia, quorum collatio deuoluta est ad Papam per Lateranen. Concilium? Videtur quod sic: 3 per decret. supra de præben cap. penul. vbi legatus tale beneficium contulit. Dicebat ibi Vin. quod talis legatus hoc non poterat sine speciali mandato: & ideo ibi institerat ipse legatus apud Papam, quod illam collationem confirmaret: & sic faceret illam valere, Goffred. ibi reprehendebat Vin. & Innoc. concord. ibi Gog. & Guil. in Specu. titu. de legato §. nunc tractemus, circa prin. qui omnes dicunt quod legatus de latere bene potest conferre talia beneficia, per prædictam decre. immo dixit Goff. quod illa præcipue pôt conferre, quæ sunt ad Papam deuoluta: cuius vices gerit in prouincia. alleg. & decre. sup. eo. dilectus, & sup. de iure pat. c. cum dilectus, pro hoc etiam bene facit sup. eo li. de ele. si abbatem. 2. resp. vbi confirmat electiones, quarum confirmatio spectat ad Papam!, & inf. de verb. sig. c. 1. 4. resp. Quod ergo petijt in prædicta decr. per ille legatus, quod Papa collationem eum factam, prosequeretur benigno affectu: intelligatur quo ad facti executionem: quia legato nõ patebatur. Certũ est 4 aũt, quod legatus ẽt de latere non pôt conferre bñficia vacãtia in curia sine speciali mandato, vt in f. de præbẽ licet. in fi. quod intelligo infra mensem, vt eo. ti. statutum Et not. quod vbi est legatus Cardinalis in prouincia: vel alius habens speciale mandatum: possent tres concurrere in collatione beneficij: s. Papa, legatus, & ordinarius: 5 & si apparet quis primo contulerit, non est dubium: si vero nõ apparet quis primo contulerit: tene quod habes inf. de præben. si a sede. Io. And.

3 Transit Dñicus cum glo. Fon.

† In manuscriptis ita: quæ sunt &c.

4 Idem Doct.

5 Idem Doct. Phi. vide Feli. in c. si. ĩ. de confir. Fon.

pace. a ¶ Proinde præsenti decreto statuimus, vt Ecclesię Romanę legati b q̃tumcunq; plenã legationẽ obtineant, siue a nobis missi fuerint, siue suarũ p̃textu ecclesiarũ c legationis d sibi vendicent dignitatem; ex ipsius legatiõis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatẽ, e nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod in fratribus f nostris legatione g fungentibus nolumus obseruari: quia† sicut honoris prærogatiua h lętãtur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori. i

¶ Clemens IIII. S. titu. S. Cęcilię presbytero Cardinali, Apost. sedis legato.

¶ Legatus habet ordinariã: vnde per mortem Papæ non expirat eius officium. h. dic. Io. And.

CAP. II.

LEGATOS, k quibus in certis p̃uincijs committimus, ...

LEGATOS.] Duo facit: præmittit & probat declarationis causam, secundo declarat: ibi, Præsenti. Ioan. And.

CASVS. Papa creauit aliquem legatum in aliqua prouincia: accidit quod Papa mortuus est: vtrum sit expirata potestas ipsius legati: ita quod mortuo Papa non possit aliquid iure suæ legationis expedire? Rñdet Romanus Pontifex, quod cum legatus habeat iurisdictionem ordinariam: (nam si sit legatus de latere, æquiparatur, proconsuli; Si vero sit legatus natus, vel legatus missus simpliciter, æquiparatur præsidi prouinciæ) mortuo Papa poterit legatus expedire ea, quæ incumbunt sibi iure suæ legationis. Nota primo, quod legati mittuntur vt euellant vitia, & plantent virtutes: veruntamen plura alia possunt expedire. No. secundo, quod legati Papæ habent iurisdictionem ordinariam: & istud indubitanter verum de his, quæ eis competũt iure suæ legationis: Sed quid de his: quæ eis competant ex speciali facultate: Dicendum quod communis opinio doctorum est, quod ipsi legati habent delegatã iurisdictionem: ideo illa expirat per mortem Papæ: sed nõ alia quę eis competunt iure simplicis legationis. Nota tertio ex suprascriptione, quod quũ Papa scribit presbytero Cardinali, præmittit titulum suum, quod tamen fallit in Cardinali Basilicæ 12. Apostolorum, vt nõ. Host. sup. de priuile. cum olim. Nota quarto, quod legatio dicitur esse officium de quo sup. c. proxi. vbi appellauit dignitatem, Dominicus.

(Prima gl. dicit vnde sumpta, & quod approbet ponit summam; & soluit dubium.)

k ¶ Legatos.] Extrauagans fuit eiusdem Clementis: & incipiebat, ex parte & approbat hac decre. quod no. Ioan. 7. q. 1 sicut vir & 25 q. 2 igitur Ioan. de Deo. in quęstionibus suis, in princi. Inno. de offi. de lega. in antiq. licet Host. de restitu. integ. tum ex litteris, & sup. eod. c. vlti. & Guil. in Specu. co. titu. §. superest verũ quid de sententia, & §. finitur versi. pone ergo, & versi. sequen. Et nota quia licet decret. dirigatur legato Cardinali: tamen indistincte loquitur de omnibus legatis: 6 Ex quo infert postea solutionem ad ipsum legatum quærentem: quod etiam patet ex eo quod infra dicit, cetero-

6 Et sic dixit Fra. ĩ. c. pa. fuis se seruatum post mortem istius Clementis in archiepo. Rauennæ. Io. And.

10 20 30 40 50 60

cæterorumq; præsidum: licet ergo quo ad quædam sit differentia inter eos, vt dixi sup. c. proxi. non tamē quo ad hoc, vt hic vides.

a ¶ Dissipent.] Vitia.

b ¶ Placent.] Virtutes: & ista propriè sunt ordinariorum, sup. de offi. ordi. cap. 1.

c ¶ Proconsulum.] legatos Cardinales æquiparat proconsulibus, reliquos præsidibus: Nam proconsul est, qui ex consulibus ab Imperatore ad regendam certam prouinciam mittitur: [Aliter dicitur proconsul suffectus loco consulis: quia pro consulibus fungeretur] Præsides autem illi dicuntur, qui cū non essent prius consules, mittebantur ad regimina prouinciarum ff. de offi. præsid. l. prima. 1 vbi de hoc & l. 2. & ff de offi. q. l. 1 § ex his vnde arguen... o a nomine legati Cardinales qui ex latere Papæ, & ex consulibus suis (assistunt enim sibi in secretis consilijs supra eod. lib. de elect. fundamenta. § decre) mittuntur ad regendam prouinciam: æquiparantur proconsulibus, supra de senten. excomm. ad eminentiam. ff. de offi proconsu. l. 2 Reliqui autem qui secretis consilijs non assistunt, missi ad regendas prouincias æquiparantur præsidibus: sed illi habent ordinariam, ergo & isti.

1 Sic dicti quia p̄ sunt & ē nomen gñale, vt ibi. l. qñ nō adijcit cuius. prouinciæ. Io. And.

† Intellige se te non integra: te vero Integra, an p mortem Papæ expiret legatio, distingüit hic Pet de Anch. Fō.

mitti: legationis officium, vt ibidem euellant & dissipent, [a] ædificent atque plantent: [b] prouinciarum sibi commissarum, ad instar proconsulum, [c] cæterorumque præsidum, quibus certæ sunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes: [d] Præsenti declaramus [e] edicto, commissum tibi a prædecessore nostro legationis officium, nequaquam per ipsius obitū † expirasse. [f]

¶ Bonifacius VIII.

¶ Finita legatione expirant reseruationes legatorum, & omnis processus habitus super illis: nisi tunc illa beneficia iā vacantia sint collata. Demū dicitur, quod pēdente vna sua reseruatione in ecclesia collegiata, vel de beneficio spectante ad collationē alicuius: legatus in eadē ecclesia, vel beneficio spectante ad collationem eiusdem, aliam facere non potest; & quod sit contra prædicta irritum decernit. Io. Andr.

CAP. III.

PRæsenti [g] declaramus edicto, reseruationes † quorumcunque beneficiorum ab Apostolicæ sedis legato suæ [h] legationis

d ¶ Reputantes.] hic incipe constructum: nos reputantes legatos, &c & merito dicūtur ordinarij: nec expirat eorum officium: faciunt. n. statuta perpetua sup. de loca. c. 2 & sup. eo tit. c vlti. & adeuntur per querelā sup. eo tit c. 1. & de hoc 2 q. 6. ca. 3. item habent imperium. sup. eo. lib. de elect. si abbatem ff. de offi pro cun. l. & ideo. ad idem eo tit l. 1. & 2. & C. de offi. eius qui vicem alt. iu. ob. l. ... & 2.

[Glo. sequ. primo notat hoc ius declaratorium, & respondet contrario, rationem reddit, & interserit opinionem Goff. secundo tractat de nondum ingresso, tertio quærit, an cœtus Cardinalium illum reuocet ponit, opi. & remittit.]

e ¶ Declaramus.] non est ergo iuris noui promulgatoria: sed veteris declaratoria. quod ergo dicitur in prædicta decret. tum ex litteris, de restitut. in integ. in princi. cui etiam Alexander successor ipsius Anastasij officio legationis denuo in partibus illis fungenti &c. illud, denuo, determinat verbum, commisit, quod sequitur: non enim morte Anastasij expirauerat legatio. Notat tamen Goff. in summa illius titu. § finitur, quod morte Papæ licet expiret legatio: non tamen iurisdictio quo ad excepta: sed nec expirat legatio, ut infra sequitur: nec mirum: legatus enim Papæ dicitur legatus sedis Apostolicæ: sed sedes ipsa non moritur. 2. q. 2 liberti. 2. sup. eo lib. de rescri. si gratiose. Et nota, quod ista decret non distinguit an ille legatus tempore mortis ingressus fuerat prouinciam, vel non: vnde sicut in rel quis ordinarijs non inspicimus mortem constituentis, ita nec in isto. An autem vacante se... cœtus Cardinalium reuocare possit legatum forte commissum a Papa, & Cardinalibus deputatum. not. Host in prædicta decre. tum ex litteris & Guil. in prædicto §. finitur, ver... sed nunqu... quod ex magna, & euidenti causa hoc possent: aliàs non debent. 3 De potestate tamen Cardinalium sede vacante, vide quod dixi inf. de schisma. c. vnico.

3 Idem Phil & D.

ADDITIO. Clemen. ne Romani de elect & sup. eo de elect. vbi periculum, & idem quoque in glo. prima. Fon.

f ¶ Expirasse.] idem habes de inquisitoribus hæreticæ prauitatis: infra de hære. ne aliquid.

PRæsenti.] Sunt tres partes: Prima in vno declarat; Secunda circa duo restringit; Tertia decernit. Secunda: ibi, Cæterum. Tertia, ibi, Quicquid. Ioan. Andr.

CASVS. Legatus Cardinalis in hac prouincia sua collationi reseruauit præbēdam proximo vacaturam in Ecclesia Pictauiē. in fauorem certæ personæ: & illi personæ dedit executores ad prouidendum in defectum capituli: postea vacauit præbenda: executor tamen eam non contulit, accidit quod finita est potestas legati. vtrum expirauerint omnes effectus reseruationis: ita quod executor non possit cōferre illam præbendam? Respondet quod sic, si executor nondum processerit ad collationem: sed si processisset, & illam præbendam contulisset, valeret collatio: licet persona illa certa non apprehendisset possessionem illius. Sed vtrum sit verum indistincte, quod legatus possit reseruare beneficia, & quot voluerit? Respondet quod non: sed in vna Ecclesia vnicum poterit reseruare beneficium: vel de beneficijs spectantibus ad vnum collatorem: & hoc pendente illa reseruatione: sed illa finita posset sibi reseruare vnicam aliam collationem: & hoc etiam verum de beneficiis spectantibus ad collationem vnius collatoris. Nota primo argum quod quando legatus facit actum pertinentem ad officium legationis: debet dicere, q facit auctoritate legationis, & non auctoritate Apostolica. Nota secundo, q potestas data executori super gratia fienda, expirat expirante gratia, ad hoc inf. de præb. si clericus, & c. si cui Dom.

† Vide Cōci. Tri. sess. 24. de refo c. 19. vbi reseruationes quælibet ad vac...ā bñficio tolluntur.

[Gl. prima facit quattuor, dic t quid restringit quæ pars sit declaratoria summat, & dicit q d determinet]

g ¶ Præsenti] ista decret ... & sequens restringit gñalem potestatem legatorum circa beneficia conferenda, de qua supra eo c. ... verum est tamen, quod primū dictum huius decretalis declaratoriū est iuris veteris. § vt in principio patet. Et hoc dicit: finita legatione expirant reseruationes legatorum: & omnis processus habitus super illis: nisi tunc illa beneficia iā vacantia sint coll... Denū dicitur, q pendente vna sua reseruatione in Ecclesia collegiata: vel beneficio spectante ad collationem alicuius: legatus in eadem Ecclesia, vel de beneficio spectante ad collationem eiusdem, aliam facere non potest, & q fit contra prædicta, irritum decernit. Et determinet hac decretalis notata per Hostien. sup. eo c. vlti. & per eum, & per Ber. ī de su. pat ... dilectus & Guil. in Speculo ti. § nunc ... ver sed cere.

1 Vñ Guil. in vers. tu si. allega. & Acch hac dñs q cuira ... les hoc te nebāt. dictes, q si pe sic fuerat declaratum. Io. Andr.

h ¶ Suæ legationis.] quia si ex speciali auctoritate sibi tradita a Papa hoc faceret tunc secus ad hoc inf. de præben. ... quia ... Et non quia si legatus non Cardinalis

dinalis non potest conferre beneficia vacantia iure legationis, supra eo. tit. & lib. c. 1. multo minus ergo poterit reseruare in Cardinalibus ergo habet locum hæc decretalis.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona.

officio, omnes dignitates, personatus, & beneficia in legatione sua vacantia suæ collationi reseruauit, restricta est ergo hodie eorum potestas, vt ĩ. patebit.

[Glo seq ponit quattuor exempla, quibus non pendet, ad duo quæ solutioni obstant, respondet & remittit.]

nis auctoritate factas, & decreta interposita super ipsis, nec non denunciationes, inhibitiones, & processus quoslibet per eum, vel per executores deputatos ab eo habitus circa ipsas (dummodo ad collationem[a] eorundem beneficiorum iam vacantium † minime sit processum) eo ipso quod illius finitur[b] legatio, viribus penitus vacuari; nec executores eosdem posse vlterius beneficia taliter reseruata conferre. †

¶ Cæterum reseruationes huiusmodi (per quas interdum prælati & ecclesiæ nimium onerantur) restringere[c] cupientes: Prohibemus, ne postquã legatus in aliqua cathedrali vel collegiata ecclesia reseruationem aliquã duxerit faciendam: aliam (illa pendente[d]) faciat aliquatenus in eadem.[e] Nec etiam postquam aliquod sibi reseruauerit aliquod beneficium ad collationem pertinens cuiuscunque: aliud[f] quod ad illius[g] collationem pertineat (quamdiu reseruatio pendet alterius) sibi quoquomodo reseruet. Quicquid autem contra præmissa[h] contigerit attentari, eo ipso viribus non subsistat.

¶ Idem.

¶ Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas ecclesias legati reseruare, vel conferre non possunt; Idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quæ sunt maiores post Episcopo, etsi ipsarum prælati per electionem debent assumi, & contra hoc factum est irritum.

a ¶ Ad collationẽ.] ergo non sufficit, quod vacauerint antequam processum esset, sed oportet quod ipsorum beneficiorum vacantium sit facta collatio & est si. ĩ. de concess. præb. c. vlt. vbi nõ sufficit, quod beneficia vacauerint, & quod ab executoribus fuit petitum vt illa conferant, si ipsorũ non fuerit facta collatio immò habuit locum reuocatoria.

[Glo. sequẽ. ponit quattuor modos quibus finitur legatio.]

b ¶ Finitur legatio.] hoc potest esse multis modis puta, quia datus fuit legat[us] ad tẽps: finito tempore finita est legatio. ĩ. de offi. dele. de causis. Item quando reuocatus est. ff. de iu. iudicium. Item qñ est egressus 1 legationẽ animo non redeundi, legationem ideo dixi, quia si esset egressus vnã prouinciã, is qui est legatus in pluribus, ex quo non est egressus legationẽ, adhuc nõ expirauit eius iurisdictio sup eo. tit. nouit. sic enim legatus in qualibet parte legationis existens iurisdictionem exequitur, sicut episcopus qualibet parte diœcesis. ĩ. tit. proxi. cum episcopus. Item finitur legatio personalis morte ipsius legati, non tamen morte constituentis supra c proxi. personalis ideo dixi, quia si esset realis, puta quæ competeret dignitati, non expirasset morte legati, vt supra eod. c. 1. & supra de offi. deleg. quoniam abbas Et quod supra dixi his modis legationem finiri, dic verum in sui persona, & quoad non cœpta per delegatos, sed si quas causas commisisset, & res non esset integra, durat finito eius officio illius delegati potestas sup eo. c. vlt. Et est mirabile, quia iurisdictio delegati a legato bene perpetuatur per citationem, & alium iudicialem actum, sed nunciatio, inhibitio, & decretum non perpetuant iurisdictionem executoris hos & alios processus facientis. Sed reseruationes beneficiorum sunt odiosæ propter duo, quia per eas datur via ad vacaturas, & quia præiudicant ordinariæ potestati, igitur sunt restringendæ, sed potestas executorum datorum a Papa super gratia facta, etiam re integra, & super facienda re non integra, bene perdurat post mortem Papę 2 quia Papa potest ius ad vacaturas dare, sed non sic legatus. supra eo. tit. proxi. si super gratia & infra de præb. si cui in fine, bene ergo potest legatus donec durat in officio suo impedire ordinarium in conferendo, sed finito officio non, vt hic.

c ¶ Restringere.] causam huic edicto, & ei quod dicitur ĩ. c. proxi. dare potuit Cardinalis S. Mariæ Nouæ, (scilicet D. Petrus de Biperno, de quo dixi sup. c. 1. in fine.) qui in pluribus prouincijs legationis Papali fungens

d ¶ Illa pendente.] illa igitur sublata, puta mortuus, vel per sententiã debito modo exclusus est is pro quo facta erat reseruatio, vel iam consecutus est præbendã, vel reuocauit legatus reseruationem; tũc bene potest in ecclesia eadem facere aliam 4 quia illa non pendet, si vero illa pendet, aliam non potest facere. Sic & pendente dilatione quiescit officium iudicis. C. de dila. siue pars, sup. de appel. significante sic & pendente lite contra vnum electum, nõ potest alius eligi, quod dic vt ĩ. vt lite penden. c. 1. & 2 & sic attentata pendente appellatione reuocant per modum attentati, quod dic, vt ĩ. de appe. non solum. sic & is qui cõtulit alicui beneficium, pendente termino acceptionis non potest illud alij conferre, vt supra de præb. si tibi absenti. & sic pendente negotio reseruationis, delegatus non subdelegat causam, nisi recusatoris assensu vt supra eodem libro de officio delega. iudex. 2. responso. sic & accusatus pendente accusatione non promouetur. supra de accusa. omnipotens nec testificatur, quod dic vt supra de testi. c. vlt.

e ¶ In eadem.] quia ista littera non distinguit, non curo an illa beneficia spectẽt ad collationem vnius, an diuersorum, ex quo enim sunt in eadem ecclesia, siue ijdem, siue diuersi habeant conferre, pendente vna reseruatione non fiet alia [Idem Archi.]

f ¶ Aliud.] etiam in alia ecclesia, & sic differt a proximo dicto.

g ¶ Illius.] pone, reseruauit legatus beneficium quod spectat ad collationem episcopi, hac reseruatione pendente, reseruat aliud quod spectat ad collationem ipsius Episcopi & alterius, nunquid valet reseruatio secũdi? Credo, quod non 5 quia licet spectet ad collationem alterius, tamen & illius. Et est sim. quod dixi sup. eo. lib. de rescrip. statutum § cum vero in glos 2. Et qui iurat non suum esse, iurat etiam sibi commune non esse. ff. de verb. signi. pupillus. § vlt. Ad hoc. ff. de leg. 3. si quis seruos, vbi testatore legante seruos suos, & qui in totum, & qui in parte sui sunt legati esse videntur. Nec obstat infra de præben. cum in illis. in fi. quia illud induxit intentio Papæ, qui illum solum priuare intendebat, vt ibi dixi in vlt. glo. Nec obstat, quod dixi sup. eo. lib. de rescrip. cum aliquibus quia similitudo & identitas rationis illud inducit, vt ibi dixi.

h ¶ Præmissa.] omnia comprehendit. ad idem. sup. in ant. de rescriptis, olim. si igitur finita legatione exe-

cutor

Si vero legatus finit[ur] … dominiũ… de offi. p… ec. vrb. l. … hoc no. … c. c. nouit. quod hic faceret Archi. cũ sit ordinari[us] sup. c. prox. & alias ex potestate renunciare nõ posset. ergo nec tacite. Io. And.

† Ancha. notat, quod legatus & vacatura, & vacantia reseruat, finita tamen legatione, quo ad vtrunque reseruatio expirat indistincte: quia cum perit legatio, decretũ & alia omnia, vt accessoria pereunt. Itẽ reseruationes ex futuro dependẽt ergo facilius tollũtur. Fon.

† Fallit si legatus contulerit canonicatũ & præbendam vacaturam reseruauerit, dato executore nam talis finita legatione conferri poterit Petr. de Anch. Fon.

2 Vide Specu. tit. delegato. § 3. num. 14. Federicum de Senis con silio 197. & Gemi-

nianum hic.

3 Quod potest ante collationem in dubio rñ nõ præsumitur. Do. Fon.

4 Nec tenetur facere mentionẽ de prima reseruatione, vbi est clausula motu proprio si illa non est certa dẽt maxime cũ pro eadem persona reseruetur. D. Font.

5 Idem Doct. Phi. Fon.

cutor conferat, vel processus faciat, non tenet, vt in 2. respon. & idem in sequentibus casibus, vt in princip. dixi.

tionem: quod aliqui fatentur, sed non est verum [3] Io. And.] quasi diceret archidiaconatū in ecclesia cathedrali legatus conferre non poterit si ista duo concurrunt: quod ille archidiaconatus sit maior dignitas post epm: & quod per viam electionis archidiaconus ibi assumatur: sed si vtrumque vel alterum defiit, tunc legatus illum conferre poterit [4] vnde non sine mysterio sic diuisim sumaut intellectum: ad hoc facit quod sequitur, suæ ordinationi, &c. nec obstat ibi, neque aliquid quominus, &c. quia & sine illa clausula satis erat prohibitum per præcedentia, & ibi sic locutus est pro eo, quod plurimū obuenit: & potest etiam respicere quod hic dicit de dignitatibus cathedralium ecclesiarum maioribus post epos. Sed cū maioritas consideretur circa multa, vt circa ordinem secundum quem archipresbyter est maior archidiacono: circa administrationem sui quam ecōuerso: & circa alia, q not. sup. in anti de relecti. sedes. de qua maioritate intelligamus. Dic, quod de maioritate prælationis loquitur, in qua licet inspicienda sit consuetudo: dicimus tamen de iure archidiaconum præesse Is ergo, qui præest post episcopum capitulo, & conuocat capitulum, & similia facit: in hac prohibitione inclusus est.

ADDITIO. Idem concludit Phi. Fon.

Deliberatione.] Prima pars facit duo: Primo ponit prohibitionem in quadruplici specie: Secundo decretum: ibi, Decernentes.

CASVS. Dictum fuit s. cap 1. quod legati Cardinales possunt beneficia cōferre, & reseruare: vtrum sit verū indistincte, quod possint conferre bñficia quæcunque siue sit ecclesia cathedralis, vel aliud beneficium? Certe nō: Sed quid, vacat abbatia, vel aliqua dignitas ecclesiæ collegiatæ, vt decanatus beatissimi Hilarij maioris Pictauis, vel priorātus beatissimę Radegundis Pictauis: an legatus Cardinalis possit illas conferre? Rndet quod non, dum tñ sit principalis dignitas illius ecclesię aliæ autē dignitates minus principales illius ecclesiæ cadunt sub potestate legati Cardinalis: & hoc verum, nisi ad illas dignitates minus principales aliqui assumerentur per electionem: Nec potest legatus dare alicui potestatem, vt recipiat resignationem alicuius beneficij, & ei committere collationem simul: sed potest committere successiue, vt dicit glossa. Nota primo, quod iura communia debent fieri cum magna deliberatione: ad hoc proœm. huius lib. Nota secundo arg. quod si in mandato generali, quibuscunque verbis vtatur, non includuntur requirentia speciale mandatum ad hoc ş. de proc. c. 2. Dominicus.

CAP. IIII.

Deliberatione [a] prouida duximus inhibendum, ne aliquis Apostolicæ sedis legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoscatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas ecclesias, [b] seu ipsarum ecclesiarum cathedralium dignitates, ad quas hi, qui præficiuntur eisdem, maiores in earum capitulis post episcopos existentes, habent per viam electionis [c] assumi, suæ ordinationi, collationi, prouisioni, electioni, aut dispositioni, quomodocunque reseruet: nec de ipsis ordinandis, conferendis, vel disponendis se aliqua tenus intromittat: neque aliquod, quominus hi ad quos pertinuerit eligere, aut postulare libere valeat cum vacabunt, obstaculum quomolibet interponat: [d] Decernentes quicquid contra hoc actū extiterit [!], eo ipso, irritum & inane.

¶ *Legatus non potest alicui committere, quod recipiat resignationem beneficij, & postea illud conferat, & contra factum, vel faciendum decernit irritum, hoc dicit. Ioan. And.*

¶ Prohibemus [e] insuper, ne legatus ipse in genere, aut in specie [f] cuicunque [g] concedat, vt ab his qui beneficia infra legationem eiusdē habētes, ea

[Prima glossa ponit summam.]

a ¶ Deliberatione.] Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas ecclesias legati reseruare, vel conferre non possunt: idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quæ sunt maiores post episcopos, si ipsarum præsules per electionem debent assumi: & contra hoc factum est irritum. Secundo dicitur quod legatus non potest alicui committere, quod recipiat resignationem beneficij, & postea illud conferat & contra factum, vel faciendū decernit irritum.

b ¶ Ecclesias.] tolle quod est infra, suæ ordinationi, &c. Et conferre ecclesiam, est conferre ipsam principalem dignitatem de ecclesia [1] puta episcopatum, plebaniam, abbatiam, prioratum, vel his similia & has hic prohibet conferri non prohibet canonicatus ipsarum ecclesiarum conferri per legatos; quod ex his patet, quæ sequuntur.

[Glo. seq. quærit, opin. ponit. Iterum quærit, & soluit.]

c ¶ Electionis.] aduertētiā vidi de facto hanc qōnem: legatus contulit plebaniam, quæ ad collationem episcopi spectabat quærebatur, an collatio eius teneret, & dicebant quidam [2] quod sic, per hanc literam, ex quo nō per viam electionis, sed collationis assumitur ibi potestatis. Sed hoc non est verum: quia ista litera, quæ de via electionis loquitur, tantum in prælaturis cathedralium ecclesiarum loquitur. (Alias sequeretur, quod et cathedralem conferre posset, cui prouideretur per colla-

d ¶ Interponat.] nota quod ordinarius ad quem collatio vel electio non spectat: non potest inhibere electoribus, ne eligant. etiam si sit legatus de latere multo minus inferior. supra de sedis. in integrum, c. 2. vbi de hoc.

ADDITIO Et si id faciat, videtur puniendus vt sacrilegus. 17. q. 4. sunt quidam. ad si quæstionis. Archid. Io. And.

e ¶ Prohibemus.] declarat notat. per Inn. & Host. supra de oth. deleg. ex parte 1.

ADDITIO. Et Io Mona. refert hic se prius sic pronuntiasse de capæ mandato Ioan. And.

ADDITIO. Ista secunda pars facit quattuor: primo ponit prohibitionem, secundo eius causam: ibi, Cum per hoc, tertio decernit, ibi, Nos enim quæstio prorogat, ibi, volentes. Ioan. And.

f ¶ Specie.] hic genus & species parificantur, interdum differunt, quod dic, vt 24. dist. quanquam sup. de offi. ordi. si sacerdos.

[Gl. seq. soluit dubium de duob. delegatis, distinguēs, an simul, an successiue dentur.]

g ¶ Cuicunque.] vel quibuscunque, vt in vna persona prohibitum, censeatur in pluribus repetitum, cum eadem subsit ratio, ad idem supra eod. lib. de elect. c. penult. in prin. & ad hoc de pœnit. dist. 1 adhuc perfidi [illegible] 56. dist. cum ad verum. vnde non poterit resignationem committere vni, quod recipiat, & alteri, quod denuo conferat, quia qua ratione committendo hæc eidem, datetur via ad vacaturas, eadem ratione committendo hæc diuersis. Et hic est casus specialis, quod possum

[1] Vide quod no. in cle. de pb. c. 1. in glo. de isto. Io. A.

[2] Archid. olim sed postea mutauit. & tenet quod sequitur in gl. Io. An.

[3] Idē Phi. Fon.

[4] Hoc est verissimū Philip. & Dñicus. Font.

possum per me quod non p alii 3 regulam. J. de regu. iur. potest. vbi hunc & quosdam alios nuir erant. legatus.n bene potest resignationem beneficij recipere : & postea illud beneficium vacans conferre, sed hanc commissionem non potest facere : facilius n per hunc modum fieret fraus ad vacaturas, quam per illum Et est sim expressum supra de concess. praeben. constitutus, vbi non potest alicui episcopus specialiter committere, quod conferat certum beneficium cum vacabit : licet cum vacauerit, possit illud conferre. Puto tamen, quod legatus bene potest committere alicui, quod recipiat resignationem alicuius beneficij. & recepta resignatione cum beneficium vacat, bene posset eidem, vel alteri committere, quod illud beneficium conferat: & per hanc decre. 1 | Maxime ponderato prin huius. § ibi in genere] attentari posset, quod licet eps posset generaliter tradere potestatem officiali vel vicario suo, conferendi beneficia vacatura. sup. eo. lib. de off. vic. c. vlt. non tn aliu quam officialem constituere.

Possum per me qd n.o p alium. Eps an possit cōmittere alicui spāliter, vt conferat certū bnfi tū cū vacabit.

† Hoc est Cōcil. Later sub Alex. III. cap. 8.

1 Ita tenet Phil. & allegat Rot deci. 397. tenere hic cū gl. Font.

in illius manib. voluerint liberè resignare, ipsum resignatione recepta, illa valeat idoneis cōferre personis. Cum per hoc aperiri posset via cōtra Lateranense [a] † Conciliū ad beneficia vacatura. Nos.n. concessionem, quam contra hoc contigerit attentari : & quicquid ex ea, vel ob eam secutum extiterit, nullam prorsus habere statuimus roboris firmitatē: volentes non solum ad futura, sed etiam ad praeterita, & adhuc pendentia [b] negotia hoc extendi.

¶ Idem.

¶ *Collatio legati per taciturnitatem petoru bene ficij vitiatur. hoc dicit Zen.*

CAP. V.

Collatio beneficij per legatum [c] sedis Apostolicae tibi facta nullius momenti existit: si in ea non fuerit † habita mentio de [d] alio beneficio, quod primitus obtinebas.

10

TITVLVS XVI.

De Officio ordinarij.

¶ Innocentius IIII. in Concil. Lug.

¶ *Archiepiscopus non potest sibi constituere officiales in diœcesibus suffraganeorū suorum etiam pro futuris causis per appellationem deuoluendis ad ipsum: nisi de consuetudine hoc habeat, et tūc etiam tales officiales inhibere non possunt, priusquā fuerit appellatum.*

CAP. I.

ROMANA Ecclesia ... [continues]

20

30

40

ADDITIO. Vide quod no. inf de praeb. statutum in vltima gl. Io And.

a ¶ Lateranense.] sup. de conces. praeb. nulla.

b ¶ Pendentia.] q.d. sicut haec constitutio non respiciebat praeterita ita nec pendentia, sed prorogatione eam extendi voluit ad vtramque, de hoc vide sup. de elect. licet canon.

ADDITIO. In gl. ad futura, quam hic ponit Arch. Io. Andr.

Collatio.] Non diuiditur: quia breue est; Sicut taciturnitas beneficij obtenti vitiat collationē obtentam a sede Apostolica: ita vitiat collationē obtentā a legato : Secus esset collatione obtenta ab ordinarijs quia illa taciturnitas non vitiat.

CASVS. Legatus Cardinalis in hac prouincia existens contulit mihi aliqd beneficium vacans ; tacui ei aliud bñficiū qđ obtinebā: an valeat talis collatio? Certe non nam taciturnitas bñficij obtenti vitiat collationem legati a sede Apostolica impetratā. Nota primo legatū posse conferre bñficia, de quo sup eo. tit. & lib. c. 1. Nota secundo, quod in litteris beneficialibus quae impetrantur a legato, eadem mentio debet fieri quasi tatam & circunstantiarum, quae requiruntur in litteris a Papa impetratis Dominicus.

c ¶ Legatum.] Cardinalem : quia alius iure legationis conferre non potest sup. eo. c. 1. in fi nisi ex speciali potestate, vt ibi.

d ¶ Mentio.] quid dices si legatus proprio motu (& hoc exprimitur in litteris concessionis) confert mihi bñficiū habē i aliud de illo mētione non facta. nunquid valebit collatio sicut & valet eo casu si Papa contulisset. inf. de praeb. si motu proprio? Videtur quod non quia Papa non est ligatus a legibus, sicut legatus. C. de leg. digna vox de conces praeb proposuit, vnde aliud in Papa, aliud in legato: Sed cōtrariu n credo : sicut.n. si ordinarius mihi habenti beneficium conferat aliud, bene tenet collatio hoc tacito: licet vtrū que retinere nō possim. vt in clem. de offi. ordi. c. 2. quae in hoc reprobat quod hic no Archidiaconus. si: & si legatus cōferat, tenebit collatio : 3 non tamē vtrumque propter hoc potero retinere, & facit sup. eodem lib. de rescr gratia. hoc ergo intēdit decre. quod sicut impetrans beneficium a Papa tenetur de beneficio quod habet (quantumcunq; modicum sit illud) facere mētionem : sic & impetrans a legato: alias nō ualebit collatio: quia impetratio est 4 subreptitia: Vbi vero non impetrauit, sed legatus contulit in quo peccauit ille cui facta est collatio? Certe in nullo : vnde credo tenere. Sic video, qđ impetrationem impedit facti possessio colorata, si de illa non fit mentio, sup. de concess praeb. cū nostris. collationem non impedit infra de praebē. licet episcopus. Io. And.

Motus proprius sc Pap. an excludat surreptionem sicut motus proprius Papae

3 Vide Bucchar. lib. 15. decre. c. 42. & B. Tho. 1. 2. q. 96. art. 3.

† al. fuit.

3 Idē Pet. de Anch. Fon.

4 Quae proprie sit ab illo, ad quem primo iure spectat collatio. Io. And.

50

60

DE OFFICIO ORDINARII.

¶ Dictum fuit supra de officio legati, qui est maior quibuscunq; ordinarijs in cā sibi delegata: nunc restat, videre generaliter de quibuscunq; ordinarijs, ideo ponit titulum siue rubricam de officio ordinarij.

ROMANA.] sunt quinq; partes sec. Io. Mon. Primo ponit prohibitionem. Scdo: ibi, Nec pro eo solum oppositionem illius prohibitionis: Tertio : ibi, Quia in causis. rōnem solutionis subijcit Quarto: ibi, Officiales, quandam modificationē offic. alib Remententibus iniungit Quinto ibi, Et hoc illā ad alios officiales extendit. Plus mihi placet, vt sint solū duae partes. Io And.

¶ Praesupponendum est, quod Archiepiscopus potest committere causam suffraganeo, vel subditis suffraganei : sed quando committit subditis suffraganei, non potest eos compellere.

CASVS. Arch eps Burdegal. vult officialem foraneum in diœcesi Pictauen deputare ad cognoscendum de futuris causis per appellationem ad ipsum deuoluendis in futurum: vtrū possit? Rñdet, quod nō: licet causas deuolutas cōmittere, siue delegare possit in diœcesi suffraganei : sed non causas in futurū deuoluendas. Rō est: quia post appellationē iurisdictio est ipsius archiepi: ideo causas potest committere : sed ante appellationem non habet iurisdictionem ; ideo non potest committere

communiter: quia nemo dat quod non habet. Sed ponamus, quod archieps per tps sufficiens ad introducendũ consuetudinem, constituit officiales ad cognoscendũ de causis in futurum per appellationem deuoluendis, vtrum valeat consuetudo? Respondet quod sic. Sed ponamus, quod illud ius sibi competit ex consuetudine: & sic constituit officialem in diœcesi Pictauensi. vtrum possit inhibere officiali Pictauen. vt non attentet aliquid, antequam sibi cõpetat iurisdictio? Respondet, quod non, vt in c. Romana inf. de appe & ibi latius. Sed vtrum officialis iste deputatus ab archiepiscopo Burdegalensi possit excommunicare, interdicere, vel suspendere episcopum Pictauen. vel alios suffraganeos? Dicit Romanus Pontifex quod non, si archiepiscopus Burdegalensis sit præsens, uel prope locum: ne episcopo fiat quodammodo injuria ab ipso officiali deputato, qui est humilis persona. tamen istud procedit de honestate. Nam si officialis archiepiscopi episcopum suffraganeum excommunicaret, teneret excommunicatio. Nota primò, quod archiepiscopus regulariter non potest intrare diœcesim sui suffraganei, vt aliquid agat ex auctoritate sua: fallit in aliquibus casibus nam archiepiscopus potest visitare totam prouinciam suam, de censi c. 1. eo lib.

Nota secundo ibi: Disponant, aliquidve.] iuncta gl. quod archieps in diœcesi suffraganei nõ põt sibi sedem constituere, nec ordines celebrare: multo minus põt eps particularis in diœcesi alterius episcopi. Nota tertio principalem effectum huius capituli, quod licet archieps possit inhibere suffraganeis, ne procedant, uel aliquid attentent in causis ad ipsum per appellationem deuolutis, vt in c. Romana inf. de app. non tamẽ põt constituere officialem ad id faciendum in causis, quæ nondum sunt deuolutæ: sed si essent iam deuolutæ, posset: quia nõ tenetur facere inhibitiones personaliter, sed potest alteri committere. Nota quarto, quod archieps põt committere causam ad ipsum per appellationem deuolutam alicui de suffraganeis suis c. pastoralis. eo tit. in antiq. sed non potest compellere subditos suorum suffraganeorum, vt dicto c. pastoralis. Nota vlterius, quod consuetudo dat iurisdictionem, c. cum contingat. de fo. compe. in anti l. 1. C. de eman. lib. l. 1. iuncta l. more maiorum ff. de iurisd. o. iu. iud. Nota insuper, quod archiepiscopus non potest per se vel per alium facere inhibitiones, antequam fiat deuolutio ad ipsum per appellationem: quia ante appellationem non habet aliquã iurisdictionem. Nota vlterius, quod quandiu archieps est præsens: suus officialis principalis nõ dẽt epos suffraganeos excõicare: sed illud reseruare debet archiepiscopo: si tñ faciat, tenet excõicatio: quia licet officialis archieps sit minor quantũ ad ordines: tñ quãtũ ad iurisdictionẽ est maior: & ei est honor deferendus sicut suo domino: tñ est puniendus, eo quod fecit contra canones. Nota insuper in §. Nec pro eo.] quod officialis dicitur actum facere non auctoritate propria, sed vice & auctoritate illius, qui eum creauit. Nota finaliter ex eo §. quod iudex, qui in causis certam habet iurisdictionem, non dicitur illam habere ante ortum causæ, in qua datur iurisdictio.

[Prima gl. summat.]

a ¶ Romana ecclesia.] Archiepiscopus non põt sibi constituere officiales in diœcesi suorum suffraganeorum, etiam pro futuris causis per appellationẽ deuoluendis ad ipsum: nisi de consuetudine hoc habeat. & tunc etiam tales officiales inhibere non possunt priusquam fuerit appellatum. Secundo dr, quod donec archieps de facili. põt hri officialis eius suffraganeũ excõicare, suspendere, vel interdicere non potest pp. ordinis episcopalis reuerentiam, hoc dicit in summa.

clesia; [a] & inf. ¶ Prohibemus quoq; ne Remẽsis [b] archiepiscopus in diœcesibus suffraganeorum suorum foraneos [c] officiales constituat: quia cũ metropolitanis, ne suorũ suffraganeorum ingrediantur [d] diœceses, vt in eis auctoritate propria iudicent, [e] disponant, [f] aliquidve aliud agant [g] canonica [h] prohibeant instituta: nequaquã hoc possunt in illis per alios [i] exercere. ¶ Nec pro eo, [k] qđ causas per appellationẽ delatas ad ipsos, possunt [l] in suffraganeorũ suorum diœcesibus delegare [m]: similiter licet eis tales officiales instituere in eisdẽ: q. eorũ vice (cũ ap-

b ¶ Remensis.] idẽ de alijs, vt in fi.

[Gl. seq. tripliciter exponit foraneos.]

c ¶ Foraneos.] quia foris in diœcesis cõstituebantur: quod archiepiscopus facere non potest, quia in diœcesi sui suffraganei, &c. vt infra sequitur, vel foraneos, idest, qui forum teneant: sup. de verb. signifi. cap. forus. Vel foraneos, quia de foris veniunt vt aduenæ, vel peregrini dicantur, quorum sunt reprobata iudicia. 3. q. 6. peregrina, & c. seq. Io. And.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

d ¶ Ingrediantur.] quomodo ergo visitabunt & procuratorem recipient? & sic est contra sup. de præscri. cum ex officijs. sup. de censi. sopitæ. & c. nuper. & infra eo. tit. Romana, & c. vlt. cum suis simi. Solu. hoc non possunt nisi in casibus permissis quorum iste vnus est, & vide quod no. Ioã. 9. q. 3. c. 1. & 2. & Ber. sup. de offi. ordi. pastoralis.

e ¶ Iudicent.] pro tribunali sedendo.

f ¶ Disponant.] extra iudicium faciendo coram se celebrari, [1] & ante se recognosci contractus. j. de fo. comp. Romana §. vlt. De celebratione vero diuinorũ, dic hodie, vt in cle. de priui. archiepiscopo.

g ¶ Agant.] conferendo ordines, [2] sacramenta, & similia faciendo.

ADDITIO. Vt consecrando ecclesias vel altaria. Io. Andr.

h ¶ Canonica.] loquitur de his canonibus. 9. q. 2. c. 2. & q. 3. nullus primas & c. conquestus. concor. l. in authen. de defen. ciui. §. interim. colla 3. vbi præses prouinciæ, qui potest comparari archiepo: nõ prohibet defensorem ciuitatis, qui põt cõparari epo, quo minus vtatur iurisdictione sua: nõ sic autem in epo, circa subditos suorum subditorum de hoc sup. eo. tit. cum ab ecclesiarum, & probatur in auth. iam alleg. in prin. vbi dicit, quod defensor ciuitatis potest de causis inferiorum (pretermissis magistratibus municipalibus) cognoscere, & de hoc 11. q. 1. de persona.

[Glo. seq. alleg. duas concor. duo contraria soluit, & remittit.]

i ¶ Per alios. quod n. quis per se non põt, nec per aliũ 46. dist. sicut. ff. de admini. re. ad ci. per l. 2. §. 1. Arg. contra 86. dist. non liceat, inf. de cle. vel mona. cap. vlt. cum sim. primum est generale: secunda sunt specialia: quod dic, vt 88. di. eps gubernationem, quod etiam est cotra inf. de reg. iur. potest quis.

k ¶ Nec pro eo.] olim hic erat duplex litera. s. hæc prout iacet: alia secundum causas per app. & c. & hanc literam communiter habebamus: & hanc secutus Ber. posuerat glossam, qua sm hanc literam nec pro eo. falsa est: dicens quod Archieps poterat tales officiales in causis appell. constituere: sed de illis in quibus appellatum non est, nullam habebãt potestatem, nisi de consuetudine, &c.

l ¶ Possunt.] & debent: quod dic, vt supra eodem, vt litigantes.

m ¶ Delegare.] non tamen renitentem compellere ad delegationem suscipiendam sup. eo. pastoralis. 1. responso. ibi plene de hoc, & inf. de fo. comp. Romana 2. responso.

[1] Contractus, q. sequitur.
Io. Andr.
[2] Vide quod dixi s. eo. lib. de tẽp. ordi. cũ nullus. Ioã. And.

a ¶ Inhi-

a ¶Inhibitiones faciant.] s. iudici appe. ne vlterius in causis procedat, vt ĩ eo. c. §. a quibus & ĩ. de appel. c. Romana. § si autem. & de effectu huius inhibitionis dic vt ĩ eo. non solum.

b ¶Quia in causis.] similitudinem improbat.

c ¶Noscuntur.] nota quod eo ipso, quod appellatum est, iurisdictionem habet in ca. vnde videtur, quod statim possit inhibere. Sed de hoc dic, vt dicam ĩ de appella. in decreta. Romana. §. si autem. & in decre. non solum.

d ¶Vices suas.] quia possunt per aliũ quod per se int. de reg. iu. potest quis per aliũ. cum suis concordantijs.

e ¶Nondum.] nemo dat quod nõ habet. 1. q. 7. Daibertũ. de iure pat. quod autem & concor. de off. procons. obseruare. §. vlti. de rescrip. c. pastoralis. in fi.

f ¶Futuris.] tractus futuri temporis &c. ff. de vsur. l. 1. §. 1. & de hoc supra de procurat. auditis in vlt. glossa.

ADDITIO. Et supra de sep. in nostra, inf. de homi. ca. 2. & de sent. excom. Romana §. caueant. Io. And.

g ¶Consuetudine.] præscripta. sup. de cõsue. c. vlt. ad idem ĩ. eo lib. eo tit. cap. 1. & concordat ad hãc literam ĩ. eo. tit. vt litigantes, in fine. Ioan. And.

h ¶A quib.] s. officialibus, & idem dic de ipsis archiepiscopis eadem ratione.

ADDITIO. Et satis patet. inf. de app. ca. Romana §. si autem & §. sequ. Ioan. And.

[Glo. seq recit per quæstionem, quam dupliciter soluit, & remittit]

pellatur ad ipsos) citationes, vel inhibitiones [a] faciant, seu compescant in hac parte rebelles. Quia [b] in causis per appellationem deuolutis ad ipsos, iam iurisdictionem obtinere noscuntur: [c] propter quod licite possunt super illis committere vices [d] suas. Non sic autem in alijs, † in quibus nondum [e] exutit appellatum: & idcirco non debent aliquos constituere pro citationibus in futuris [f] causis appellationum, & inhibitionibus faciendis; nisi aliud Remensis ecclesia circa talium officialium institutionem de consuetudine [g] † obtineat speciali. A quibus [h] etiam si de consuetudine huiusmodi possint in Remensi prouincia constitui: inhibitiones tamen ne procedatur in causis, priusquam ad Remensem curiam appelletur, fieri penitus inhibemus.

¶ Donec Archiepiscopus de facili potest haberi, officialis eius suffraganeum excommunicare, suspendere, aut interdicere non potest, propter ordinis (melius dixisset, officij) episcopalis reuerentiam, hoc dicit in summa. Ioan. And.

¶ Officiales autem Remẽsis archiepiscopi (quandiu in sua prouincia, vel circa illam [i] extiterit [k]) in suffraganeos interdicti, suspensionis, vel excommunicationis proferre sententias non attent. [l] Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum, [m] circa ipsorum suffraganeos (quibus ob reuerentiam [n] pontificalis officij deferri volumus in hac parte) præcipimus obseruari. [o]

¶Gregorius X. in generali Concilio Lugdunen.

¶Canonici, qui a diuinis cessare possunt consuetudine, vel alio iure, si cessare volunt, causam suæ cessationis exprimant in instrumento publico, vel patentibus literis suo, vel alio authentico sigillo munitis: & exhibeant illud vel illas illi, contra quem cessant. Hoc prætermisso, vel expressa causa non inuenta legitima, quicquid medio tempore perceperint ab ecclesia, restituant: & quæ percipere debent, non percipiant, & satisfaciant de iniurijs illi, contra quem cessant. Causa legitima inuenta, tenetur ille ad interesse canonicis, & ad certam quantitatem Ecclesiæ, superioris taxandam arbitrio. Vltimo reprobatur consuetudo, qua imagines Sanctorum in dicta cessatione spinis & vrticis supponebantur; Et statuitur contrarium facientes grauiter puniendos. Ioan. And.

i ¶Circa illã.] puta in vicina prouincia. ĩ. duas dictas vulgares. sup. de rescriptis, nonnulli vel legales, vt ĩ. de præb. præsenti. §. loca. Vel dic arbitrarium, & adde quod dixi sup. eo. lib. de temp. ord. cum nullus. § episcopo.

k ¶Extiterit.] scilicet archiepiscopus.

[Glo. seq. reci. primo per obiect. secundo quærit, ar. negatiue soluit contrarium]

l ¶Non attentent.] licet de iure hoc possunt: quia licet sint minores ordines, sunt tñ maiores iurisdictione: quod eos quorum vices gerunt. 93. dist. c. vlt. & 94. dist. cap. 1. supra in antiq. de officio delega. sane, secundo tamen in honestum erat: & ideo Papa hoc prohibuit. Sed quid si excommunicet: nunquid tenet? vt quod non: quia sufficit legislatorem aliquid prohibuisse: etiam si non adijciat, &c. C. de legib. nõ dubium. Sol. dico cum Bern. quod tenet, quia speciale est in his sententijs, quod iniuste latæ ligant. 11. q. 3. c. 1. sup de sent. excommu. sacro. puniet tur tamẽ qui hoc fecit, vt ibi.

m ¶ Metropolitanorum.] vni de iure scriptũ, omnes instruit. 23. dist. præterea. 61. dist. miramur. de re iud. in causis in anti.

n ¶ Reuerentiam.] supra de officio dele. c. 2. eo. lib.

[Gl. seq. quærit. & soluit]

o ¶Obseruari.] dixi de officialibus quid dices de delegatis ipsorum archiepiscoporum? Credo quod idem cum eadem sit ratio, imo multo fortius, quia magis est iurisdictio officialis fauorabilis, cum idem sit consistorium. ĩ. de appel. Romana 1. respons.

SI canonici.] Sunt quattuor partes secundum Gag. & Ioã. Mona. & Clericum, Primo ponit cessationis formam, Secundo, ibi, Scituri, punit non seruantes illam. Tertio, ibi, Si autem punit illos ĩ quos canonice cessatum est. Quarto, ibi, Cæterũ improbat quendam abusum quem faciẽtes puniri decernit. Io. And.

CASVS. Canonici ecclesiæ Pictauien. habent ex priuilegio, vel consuetudine, quod cũ aliquis eos offendit vel, occupat res ecclesiæ, possunt cessare a diuinis, donec sit eis satisfactũ. Accidit quod quidã offendit vnum ex canonicis, vel aliquod delictum commisit propter quod possunt ipsi canonici cessare a diuinis: Quæritur, quam formam teneantur ipsi obseruare? Respondet, quod in scriptis in instrumento publico, vel literis sigillatis sigillo authentico; debent inserere causam suæ cessationis, & notificare delinquenti, quod propter illam causam intendunt cessare a diuinis. Quid si ipsi non obseruant illam formam? Respondet, quod ipsi punientur: quia non percipiẽt fructus suarum præbendarum.

¶ Not. quod habẽs iurisdictionem solo habitu, & non actu, nõ potest eã delegare hac rõne rescripta, nõ conceduntur sup futuris controuersijs c. fi. de rescr. in antiqua tract. tpis futuris ad iudicẽ non spectat. ĩ. de procu. auditis. l. nõ quemadmodũ. ff. de iudi. Eon.

† No. Do. quod delegare non est iurisdictionis, pa tet, pã ante appellationem regulariter Archiepis delegare non põt, quia iurisdictionẽ, vt dicit hic glo. & Do cto. nõ habet, & tñ stante cõsuetudine potest esse. Ioan.

† Vide S. Tho. li. 4. sen. di. 18. q. 2. Palu. ea. di. q. 1. ar. 4. & Ricardũ ea. dist. art 3. q. 5.

bendarum:& si percipiant, tenent restituere,& satisfacere de iniurijs illi,in odium cuius cessabant Postea reprobatur quædam consuetudo; quia si delinquens nõ curabat de cessatione, ipsi canonici remouebant imagines a suis locis:& ponebant inter spinas, vel urticas. Papa mandat ꝙ ista consuetudo est irrationabilis quia est dedecus Dei & sanctorum: Diuini cultus.] Ista emenda debet applicari ad argumentum diuini cultus: & non est applicanda episcopo. Nota primo,ꝙ canonici de consuetudine possunt inducere cessationem a diuinis in ecclesia, secus ergo de iure communi. Nota secundo, quod parem vim habet in probando instrumentum publicum, & literæ authentico sigillo sigillatæ ad hoc supra eo lib.de elect. vt circa. Dominicus.

l.prima, & fi.

g ¶ Alias.] vt ex priuilegio.

ADDITIO. Argumen. supra de verborum signifi. ex parte, vel concessione Episcopi secundum Gul.vel constitutione synodali secundum Clericum pro quo facit cle.1.de senten, excommun. Arch.intelligit de priuilegio Papali.Ioan. Andreæ.

Cap. II.

SI [a] † canonici [b] a diuinis [c] cessare [d] voluerint,prout in ecclesijs [e] aliquibus sibi ex consuetudine, [f] † vel alias [g] uendicant; antequam ad cessationem huiusmodi [h] quoquomodo procedant, in instrumento [i] publico,uel patentibus litteris [k] sigillorum † suorum, aut alterius [l] authentici munimine roboratis, cessationis ipsius causam exprimant; & illud [m] uel illas [n] ei,contra quem cessare intẽdũt, assignent.

¶ Scituri quod si hoc [o] prætermisso cessauerint: uel causam, [p] quã expresserint, non fuerint inuenta [q] canonica: omnia, quæ de quibuscunq; prouentibus illius ecclesiæ, [r] in qua cessatum fuerit,cessationis tẽpore ꝑceperint, restituẽt. [s] Illa uero, quæ pro eodem tempore debentur eisdem, nullo modo percipient, [t] sed ipsi ecclesiæ cedere, ac nihilominus ei contra [v] quem cessauerint...

[Prima glo.ponit summam.]

a ¶ Si canonici.] Canonici,qui a diuinis cessare possunt, consuetudine vel alio iure, si cessare volunt causam suæ cessationis exprimant in instrumento publico, vel patentibus litteris suo vel alio authentico sigillo munitis, & exhibeant illud vel illas illi contra quẽ cessant. Hoc prætermisso, vel expressa causa non inuenta legitima, quicquid medio tempore perceperint ab ecclesia, restituant, & quæ percipere debent, non percipiant, & satisfaciant de iniurijs,illi contra quem cessant. causa legitima inuenta,tenetur ille ad interesse canonicis, & ad certam quãtitatem ecclesiæ,superioris taxandum arbitrio. Vltimo reprobatur consuetudo, qua imagines Sanctorum in dicta cessatione spinis & vrticis supponebãtur: Et statuitur contrarium facientes grauiter puniendos. Io.And.

[Glo.seq.ponit opinionem quam reprobat.]

b ¶ Canonici.] seculares, non enim in regularibus locum habet hæc constitutio secundum Guli.quod est falsum 1 infra c.quamuis. in prin. & dic canonici & capitulum, quia pauci hoc non possent facere. supra de his quæ fi.a maio.par. c.quæsiuit.

c ¶ A diuinis.] scilicet officijs.

[Gloss.seq.reci.per quæstionem, an sit interdicta ecclesia.]

d ¶ Cessare.] de ista cessatione dicitur supra eo. irrefragabili. §. cæterum. nec medio tempore dicitur talis ecclesia interdicta, sed suspendunt illi organa sua, vnde tali cessatione durãte,potest ibi Eps & alij celebrare sine irregularitatis pœna 2 vt in prædicto §. ceterum,quod non esset,si esset interdicta,de cleri.excommunicati. postulastis.de excel. p. zla. tanta, secundum Guli.& Gar. Nec possent ipsi canonici sine Episcopo ecclesiam interdicere, de his, quæ fi a maio.par. cap. quæsiuit. de iure communi, quia de speciali non loquor, & sic potest intelligi supra de appel.dilectis.& vacante sede de iure communi hoc possent supra de hære.ad abolendam.sup.de maio.& obed.cum olim.ĩ.eo. lib.eo.tit c.1

e ¶ Ecclesijs.] vt Lugdunen. Vien Claremonten. Attrebaten. & quibusdam alijs secundum Guli. & Gar.

f ¶ Ex consuetudine.] Nota quod consuetudo iurisdictionem tribuit, vt 9.quæst. 3 conquestus, de foro compet. cum contingat. de arbi.dilecti C. de emanci...

h ¶ Huiusmodi.] s. posse a diuinis cessare.

i ¶ Instrumento publico.] ad idem supra eo. li.de elect.vt circa. & dic,vt ibi.

k ¶ Patentibus litteris.] ad idem de tempo ordin.cap.primo, infra de senten. excommu. cum medicinalis.

[Glos.sequen. duo notat.]

l ¶ Alterius.] Nota ex vi relatiui sigillũ capituli authenticum; de hoc de prob.post cessionem & plene per modernos de fide instrumen.cap,2.& in Spe de instrumen.edi §.videndum ver. 10. Item nota, quod potest quis alieno sigillo signare, sicut in testamento. C. de testam. si unus ad idem 73 dist.in nomine. ad hoc supra de re iud.cum inter vos.

ADDITIO. Vbi de hoc in quarta glo.dicit Arch. quod ad hoc vt sit cautum in litteris,vel instrumentis,fiat mẽtio quomodo alieno sigillo signatum est. arg. ff.de ijs, quæ in test delen l.1.& ideo. Io.And.

m ¶ Illud.] instrumentum publicum.

n ¶ Illas.] scilicet,patentes litteras.

o ¶ Hoc prætermisso.] idest,causa non expressa in patentibus litteris,vel instrumento publico.& assignatione non facta.

p ¶ Causa.] quæ manifesta, idest, notoria & rationabilis debet esse.supra eo. irrefragabili.§.ceterum.Et super ea debet interuenisse tractatus, & seruari forma decre. infra eo. quamuis. non enim propensione subtracta, vel minima offensa fiet cessatio: sed propter grauem iniuriam, puta fiunt statuta contra libertatẽ: 4 vel imponuntur taliæ vel collectæ clericis, detinetur clericus vel canonicus per secularem balliuum, vel his similia.

ADDITIO. Dicit Arch hæc discernenda arbitrio boni viri idest,iudicis. ff de verb.obli. continuus.§.cum ita, sup.in anti.de oth. de leg.de causis.Io.And.

q ¶ Inuenta.] per superiorem. infra c. quamuis.§. per Papam.

r ¶ Illius ecclesiæ.] sic sup.eo lib.de elect. cupientes.§. ceterum & sup.eo tit.si compromissarius. in fi. & nota pœnas restringendas

[Glo seq tractat quo iure agatur.

s ¶ Restituent] condictione ex ista decre. cum enim per nouam legem inducitur obligatio,datur condictio ex lege. ff. de condi. ex leg l.vna. sic est similiter in canone.[vt not.supra de sepul.cum liberum in glosa 2.] licet secundum canones non intentetur actio.supra de iud.dilecti Gar.

t ¶ Percipient.] alias participent, quia cum contra eos datur actio ad repetendum, multo fortius exceptio ad soluendũ ff.de supern.l.1.§. quod ait.ff de reg. iur.inuitus. §. cui damus,infra de reg.iur qui ad agendum.

u ¶ Ei contra quem.] episcopo vel alteri cuicunque.

Glo.

Ex principio istius. c nota, ꝙ Papa pot statuere formã super statutis priuilegijs, consuetudinibus seruãdis. Per. Anch. Fõ.

† De materia hu9 c. vide citatos in c. quis ĩ.eo. tit. & lib.

† In quodã manu scripto ita cõsuetudine, seu cõcessione, vel priuilegio Papæ, vel alias vendicant,&c.

† Exponit Anch.singulorũ.facit l. ad testiũ ff de test.l.si.ff. de albo scribẽ. vide c. significatibus. inf de appe. Fon.

1 Idẽ Do. notans ex gl. ꝙ simplici vocabulo canonici veniunt etiam regulares, si materia hoc patiatur. Fon.

2 Saluo, ꝙ habes cle.de sẽt. excõ. c. 1 Arch no. de sentẽ. excõ is q 2. responso ꝙ irregularitas cõtrahitur, si cessatio facta erat authoritate legati episcopi, & iudicis delegati Io.And.

fauerant, de damnis[a] & iniurijs satisfacere tenebuntur.[b] ¶ Si autem causa eadem canonica[c] fuerit iudicata, is, qui occasionem[d] cessationi dederat, ad omne interesse dictis canonicis, & ecclesiæ, cui debitum officiũ eius est culpa subtractũ, ad certam quantitatem taxandam, & in diuini cultus augmentum cõuertendam, superioris arbitrio[e] condemnetur.

¶ Cęterum detestabilem abusum horrẽdę indeuotionis[f] illorum, qui Crucis, beatę Marię Virginis aliorũque sanctorũ imagines, seu statuas irreuerẽti ausu tractantes, eas in aggrauationẽ cessationis huiusmodi prosternũt in terram,[g] & vrticis spinisque supponũt, penitus reprobãtes, aliquid tale fieri de cętero districtius ꝓhibemus: Statuẽtes, vt in eos qui cõtra fecerint, vltrix[h] procedat dura sentẽtia q̃ delinquẽtes sic puniat grauiter, quod alios à similium præsumptione compescat.[i]

¶ Idem.

¶ *Statuit Papa, quod habẽtes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarũ habentia, per ordinarios compellantur ostendere infra tempus competens superioris arbitrio statuendũ, dispensationes, quas si non ostẽderint, perinde procedatur ac si nullas haberẽt. Et si ostenderint, & sufficiẽtes nõ amplius molestẽtur, prouiso ne in prædictis beneficijs cura negligatur animarũ: Si autẽ dubitetur de dispensatione, ad sedem Apostolicã recurratur. Talibus plura similia beneficia obtinentibus, aliud nõ conferatur beneficiũ nisi ostensa dispensatione sufficienti, & tũc ita demum conferatur si per dispensationẽ possunt illud cũ alijs retinere. vel si prioribus renũciauerint, aliter collatio facta non teneat. Ioan. Andr.*

CAP. III.

ORDINARII † LO-

[Glos. seq. tractat tria, primo de taxatione: secundo an concurrant petitio damnorum & actio iniuriarũ: tertio quomodo desuper iniuria iuretur.]

a ¶ Damnis & iniurijs.] & hæc superioris taxabũtur arbitrio, vt in casu seq. ad hoc sup. q̃ met. cau. sug. eo. C. vnde vi. l. si q̃n. Et nota ꝙ petitio dãnorum, sup diminutione patrimonij cõpetit. ff. de dam. infect. damnum. § 1. Instit. eo. tit. § pęna. actio vero iniuriarum datur ad vindictam. ff. de iniur. l. prætor. §. 1. & ideo vna non impedit aliam. ff. de condi. fur. si pro fure §. cum furti. sicut & aliud expensæ, & aliud dãna. sup. de iniur. in nostra. & dicit lex, ꝙ tutor dẽt resarcire dãnũ pupillo, si cessauerit in distractione rerũ, q̃ ipę perierũt ff. de admi. tu. l. tutor qui repertoriũ §. si tutor. vel si cessauerit administrare. eo. tit. q. dã decedens in fi. Dicit aut s̃m Guli. ꝙ ille ꝫ quẽ cessatum est, iniuriã æstimabit hoc modo: potius voluissem centũ ꝑdidisse de meo, q̃ hanc iniuriam pati, sed postea taxabit iudex, ne ille in infinitum iuret ff. de iniur. l. constitutionibus §. 1. Instit. eo. tit. §. pœna. de hoc in Spec. de iniur. §. 1. ver. in hac autem.

b ¶ Tenebũtur.] in tribus ergo puniuntur primo in perceptorũ restitutione: secundo quia quod eis debetur, non percipient: tertio in damnorum & expensarum refectione: cum enim non seruierint altari, de altari viuere non debuerant. de præbend. cum secundum. Item puniuntur per Papam, & quanta pœna arbitraria. infra. eo. quamuis.

c ¶ Canonica.] & vera supple, & sic in exhæredatione pater qui vult filium exhæredare, debet causam legitimam inserere in testamento, & illa causa pronunciari debet esse vera, vt exhæredatio sit efficax. in Auth. vt cum de appel. eo. §. aliud. coll. 8. sic & in appellatione ante sententiã interpositam 2. q. 6. ei qui. §. ab eo autem. in fi. & sup de appel. vt debitus.

d ¶ Occasionem.] nota arg. ꝙ qui occasionem prębet interdicto ciuitatis vel alicuius castri, tenetur ad restitutionem damnorum, quæ ecclesiæ, & religiosi, & hospitalia illius loci occasione interdicti in eleemosynis & oblationibus passa sunt, quia qui occasionem damni, &c. de iniu. c. vl.

ADDITIO secundum Gul. qui dicit se hoc induxisse in ciuitatib. Romandiolæ & patrimonij, dum ibi erat rector. Et Archid. dicit se de facto vidisse. Io. And.

e ¶ Arbitrio.] hic determinat taxationem, condemnationem, & conuersionem.

ADDITIO. secundum Gul. Idem Archid. & Io. And.

f ¶ Indeuotionis.] nam imagines ꝑ reuerentiã illorum quos imago figurat, adorare debemus: quod enim facit scriptura legentibus, hoc pictura cernentibus idiotis, vt de conse. dist. 3. perlatum: ita tamen adorare debemus, ne duliam[2] in latriam conuertamus. de hoc de conse. di. 3. venerabiles.

ADDITIO. Dulia est cultus vel seruitus quæ debetur homini: Latria cultus vel seruitus quæ debetur Deo. dabat Gar. hunc versum, *Latria fit Domino, debetur dulia seruo.* Ioan. Andr.

g ¶ In terram.] nam nec signum Saluatoris in solo, aut silice, vel marmoribus humi positus sculpere. vel pingere licet C. nemini lic. sig. sal. l. vna.

[Glos. seq quęrit, respõdet dupliciter: & qualibet in duas subdiuiditur.]

h ¶ Vltrix.] hoc est verbũ in. l. C. de his qui ad sta. confu. l. 1. in fin. Sed quæ erit pœna?[3] videtur ꝙ temporalis, vt scilicet, in vincula publica mittantur. ff. de pœn. capitalium. §. ad statuas, vel ꝙ moriantur, vt not. C. nemi. lic. sig. sal. l. vna. Sed dic q̃d spiritualiter punientur, quia nisi pęniteant & satisfaciant, locis sui dignitate & honore priuandi sunt. 16. q. 5. quicunque in prin. vel iudicis arbitrio. ff. de iur. delib. l. 1. de offi. deleg. de causis in ant.

ADDITIO. Alleg. Gul. C. de colo. Illyric. l. vnica. lib. 11. ibi. multæ. cuius modum in auctoritate iudicis collocamus Ioan. Andr.

i ¶ Compescat.] pœna enim vnius, metus est alterius vt C. ad l. Iul. repe. l. 1.

ORdinarii.] Licet Gar. diuidat in sex partes, & Bonatinus in nouem: Tu dic ꝙ duæ sunt partes principales. Prima prouidet circa collata beneficia: Secunda circa cõferenda: ibi, In conferendis. Iterum prima tria facit: prouidet circa præceptum dispensationis exhibendæ, & ponit pęnam non exhibentis: secunda ibi, Ceterum cum exhibetur distinguit an sit euidenter sufficiens, an dubitetur. secundum membrum: ibi, Si vero Secunda principalis facit duo: primo prohibet, secundo decernit.

ADDITIO. Ibi aliter dicit Franc. ꝙ principaliter propter Teuthonicos & Hispanos emanauit hæc cõstitutio, quia plus in talibus excedebant. [illegible] And.

CASVS. Quidam Titius clericus possidet seu obtinet duo beneficia incompatibilia, puta duas dignitates, vel duas ecclesias parochiales, vtrum diœcesanus loci possit eum cogere, vt ostendat quo iure teneat illa beneficia? videtur ꝙ nõ, quia non potest cogi dicere

Damni & iniurię petitio diuersa est.

Libellus in actione iniuriarũ qualiter dẽat concipi.

1 Vide cõcilium Nicęnum 2. actione 5. & cõcilium Trid. sess. 25. tit. de inuocatione, veneratiõe, & reliqs sanctorũ & sacris imaginibus.

2 Vide B. Thoman. 2. 2. q. 84. art. 1. ad primum arg. & q. 103. art. 3. & Magistrũ & theologos in 3. sen. d. 9. vbi plene de materia huius glo.

3 Vid. Brunum de imaginibus. c. 20. Ioãnẽ de Anania & alios in c. 1. extra de maledicis.

† Hoc decretũ expresse innouat, & cõfirmat sacrum cõcilium Trid. sess. 7. de refor. c. 5.

titulum suæ possessionis.l.cogi.C.de peti.hære.hoc tñ non obstante dicit Papa, q ordinarius loci potest eum cogere ad ostendendum, quo iure tenet illa beneficia Nec obstat l. cogi. alleg. quia illa loquitur de rebus cõibus, in quibus non vertitur periculum animæ, sed hic vertitur periculum animæ. Ideo ordinarius potest cogere talem ad ostẽdendum suam dispensationem Sed quid si diœcesanus ipsi statuit certum tempus ad exhibendum dispensationem infra illud tempus nõ exhibuit, nec habuit impedimentũ: nunquid episcopus poterit illa beneficia, vt vacantia cõferre? Rñdet q lapso illo termino poterit episcopus conferre, ac si non haberet dispensationem. Sed ponamus q iste infra tempus exhibuit dispensationem, quæritur, quid debet facere eps? Rñdet, q ipse debet illum dimittere in quiete. Sed quid si non apparet q iste sit sufficiens, sed est dubium & taciturnitas in quo dubitant Doctores, propter aliqua verba ambigua posita in dispensatione, an illa verba faciãt dispensationem subreptitiam? Rñdet q episcopus debet referre Papę, vt ipse interpretetur illa verba: Or, sanctissime Pater, habemus inc. dudũ 2 de elect. in antè. q qui obtinet plura beneficia incompatibilia sine dispensatione est incapax quorumcunque beneficiorum: Ponamus, q vacat beneficium spectans ad collationem ep. Pictauien. qui episcopus affectat conferre illud beneficium Titio, qui obtinet tria beneficia, tamen dispensato ad tria beneficia, vtrum debeat ei conferre? Rñdet q nõ: nisi episcopus prius videat suam dispensationẽ validam, videlicet, vtrum Titius sit capax alterius bñficii. Sed quid si apparuit epo de dispensatione legitima? poterit ei istud beneficiũ conferre, vt si videat q erat dispensatus solũmodo ad tria beneficia, nõ poterit ei conferre nisi tria bñficia, nisi in dispensatione sua dicatur, q loco illius vel illorum posset vnũ dimittere, & aliud acceptare. Nota primo, q eps pôt cogere subditos ad ostendendum quo iure ipsi teneant plura beneficia incõpatibilia, cũ ius cõe eis resistat, & sic est casus specialis ĵ l.cogi.C.de peti. hæredi. Rõ specialitatis est fauor aĩarum. Nota insuper modum quẽ debet obseruare eps, qñ vult cogere aliquẽ habentem plura beneficia, quia debet ei pręfigere terminum ad ostẽdendum dispensationẽ ad plura beneficia obtinẽda. Nota insuper q eius est interpretari, cuius est cõdere. Nota q beneficium tertium non debet alicui cõferri, licet sit dispẽsatus ad tria beneficia, nisi collatori primo constet, q licite duo prima obtinet. Sed vtrum sit correctum c. de multa. de præb. in ant. Dicit glossa q sic, quia ibi loquitur de illo, qui obtinet vnicum beneficium, & collatio secundi beneficij valet.

† Nota quasi possessionem nõ sufficere in iis, q̃ sine priuilegio vel dispensatione obtineri nõ possũt vbi agitur ꝯ superiorẽ vel parẽ Dec. in l. fi. C. de fide instr. sed inter tertios interesse p̃tendentes sufficit quasi possessio.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Ordinarij locorum.] statuit Papa, quod habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur ostendere infra tempus competens superioris arbitrio statuẽdum, dispensationes, quas si non ostenderint, perinde procedatur ac si nullas haberent Et si ostenderint, & sufficientes non amplius molestentur: prouiso, ne in pręfictis beneficijs cura negligatur animarum? Si autem dubitetur de dispensatione, ad sedem Apostolicam recurratur: Talibus plura similia benefici obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, nisi ostensa dispensatione sufficienti, & tunc ita demum cõferatur, si per dispensationem possunt illud cũ alijs retinere:

corum [a] subditos suos plures [b] dignitates, vel ecclesias, quibus animarum [c] cura imminet, obtinẽtes: seu personarum, [d] aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis [e] est annexa, districtè compellant dispensationes †, [f] auctoritate qua rum huiusmodi ecclesias psonatus, seu dignitates canonicè tenere se asserunt, infra tempus pro facti qualitate [g] ipsorum ordinariorum [h] moderandum arbitrio, exhibere. ¶ Quod si forte iusto [i] impedimento cessante, nullam dispensationem in-

vel si priori renuntiauerint, aliter collatio facta non teneat Ioan. Andr.

[Glos seq recitetur per q de quib. ordinarijs loquatur, & duas opi. ponit.

a ¶ Locorum] per hoc q dicit, ordinarij locorum: vñ tãtum de epis intelligere, ad hoc 11. q. 1. de psona. tñ dic sm Gui & Gar. q etiam hanc cõpulsionẽ facere possunt quicũque inferiores, q habent institutionem. 63. di. si in plebib. de offi. dele. super eo. de insti. cum venissent. & destitutionem de præbẽ referente. ipsi enim ordinarii sunt de offi ordin. in antecum ab ecclesiarũ, & probatur ĵ. eo. § in conferendis.

b ¶ Plures.] hęc pluralitas, quia canonibus inimica, vt š. de clericis non residentibus. quia nonnulli 21. q. 1. per totum. ideo odiosa & restringenda ff de liberis, & posth cum quidam, & inf. de reg. iur. odia & int. de præbendis, non potest.

[Glo seq. rec. per quæstionem: quid de non curatis.]

c ¶ Animarum cura.] licet specialiter hic dicat de his: idem 2 in aliis, cum. n. pluralitas 2 sit reprobata in beneficiis, de iure communi potest etiam in minoribus ordinariis id petere š. de proc. ex insinuatione. nisi essent beneficia, quæ simul de iure teneri possent quod dic. vt š eo. lib. de rescrip. gratia.

Quod dicit q sequitur I glossa, non quoad alia dicta illius. Io. Andr.

d ¶ Personatum] ergo idem iudicium de personatibus, quod de beneficiis curam animarum habentibus š. de elect. dudum, 2 sed non per omnia, vt š. de ætat. & quali. cap. 1.

e ¶ Cura similis. [animarum scilicet.

2 Vide cõcilium Trident. sess. 7 de refor. c. 4. & sess. 24. de refo. c. 17.

[Glos. seq. rationem reddit, & obiectionem soluit]

f ¶ Dispensationes.] in quibus velut ambitiosis stricta fieri debet interpretatio. vt sup. de election. dudũ 2 § insuper. sup de filiis presbyterorum. c. 1. & ĵ. de pb. non potest. Nec obstat q beneficium principis, &c. de verb. sign. olim. quia ambitio & odiũ hoc inducunt. de consanguinitate & affinitate, q dilectio de prębẽdis c. vlt. illud autem de principis beneficio non odioso intelligitur inf. de præben. quamuis 1.

g ¶ Qualitate.] hoc regulariter attenditur in quibuslibet dilationibus. sup. de appel. cum sit. si ergo dicatur habere dispẽsationẽ in remotis partibus maius tempus ei dabitur, quam si in propinqua habeat. ff de eden l. spatium.

[Glo. seq. quęrit, & soluit, & opi. ponit]

h ¶ Ordinariorum.] ad quos spectat animarũ prouidere saluti. ĵ. eo. § prouideat Quid si talia beneficia in diuersis episcopatibus obtinet? Quilibet ordinarius in cuius diœcesi beneficium obtinet, ipsum compellere potest, ad hanc exhibitionẽ. 9. q. 4. cap. 2. Ad hoc sup. eo. lib. de temp. ordi. cum nullus. Quidam dicũt q ordinarius qui præuenit in compulsione exhibitionis, seruabit quod hic dicitur, & postea alter episcopus [in cuius diœcesi habet simile beneficium] quasi sit præuentus ab illo, non poterit eũ ad hoc cogere. arg. sup. de foro compe. proposuisti. ff. de iurisd. om. iud: cũ quadam. sed primum verius secundum Guli. & probat pluralitas, dum dicit ordinarii, in plurali.

i ¶ Iusto impedimento.] istud excusat ne tempus currat sup de elect. ne pro defectu. & ca. quam sit. §. fi. & c. commissa § 1 [de elect. eo. lib.]

K ¶ Nullam.] vel minus sufficientem. arg. de pœn. dis. 3. ostendite. de translat inter corporalia. ver. sed neque. cum concor. ff. quod cuiusque vniuersi. l. 1. & ideo bene sequitur, cęterum,

fra idem † tempus [a] contigerit exhiberi: [b] ecclesiæ beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso [c] illicite detineri constabit: per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere [d] personis idoneis conferantur.

¶ Ceterum si dispensatio exhibita sufficiens euidenter [e] appareat: exhibens nequaquam in beneficijs huiusmodi, quæ canonicè obtinet, molestetur. [f] Prouideat † tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura [g] in eisdem ecclesijs, personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur.

¶ Si vero de dispensationis exhibitæ sufficiétia dubitetur: [h] super hoc erit ad sedem Apostolicam recurrendum: cuius est æstimare [i] quem modum sui [k] beneficij esse velit. [l]

¶ In conferendis [m] insuper personatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs curam habentibus animarum annexam: ijdem ordinarij diligentiam illam obseruent: vt personatum, dignitatem, vel aliud † beneficium similem curam habens animarum, † alicui plura similia obtinenti non ante conferre præsumant, quàm eius super obtentis dispensatio euidenter sufficiens ostendatur. [n] Qua etiam ostensa, ita demum ad collationem procedi volumus, si appareat per eandé, quod is, cui est collatio facienda, huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere libere valeat cum obtentis: vel si ea, [o] quæ sic obtinet, libere ac sponte resignet. Aliter [p] autem de personatibus, dignitatibus, & beneficijs talibus [q] facta collatio nullius [r] penitus sit momenti.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Præcipit Papa, ne prælati subditis interdicant, ne statum ecclesiarum & personarum superioribus inquirentibus manifestent: nec eos ad id celandum iuramentis, promissionibus, obligationibus, aut alijs pœnis astringant: decernit autem quod contra factum fuerit, irritum & inane; & sententias, iuramenta, promissiones, vel pœnas non ligare; & præsumptores præcipit pœna condigna à superioribus eisdem puniri. Io. And.

a ¶ Tempus.] ab ordinario moderatum. [Glo seq signat contrarium, & soluit.]

b ¶ Exhiberi.] sed contra nemo compellitur dicere titulú possessionis suæ, C. de pet. hære. l. cogi. 2. q. 5. §. 1. ad hoc dicas, quod in his, quæ possunt de iure communi possideri, verum est illud: sed in alijs secus, vt hic de præb. c. de multa; transfertur ergo propter hoc onus probandi in eum, vt hic. sim. de deci. dudum. de procu. ex insinuatione, vbi de hoc. & 100 dist. côtra moré & dixi de hoc inf. de reg. iur c. 1.

c ¶ Eo ipso.] quod non ostéderit infra terminos litteræ. n. quæ nô apparent, non sunt. ff. de cõtrahen emp. l. in lege, & l. Rutilia Pollas de conse. dist. 1. solénitates.

d ¶ Libere.] idest, nô obstante cõtradictione tenentis illud Credo tñ quod si peruenirer ipse clericus episcopum, vel eũ ad quem pertinet collatio, dispensationé ostendédo, q episcopus postea conferre nõ posset: quia video hoc in iure acquirendo: multo fortius esse debet in iure acquisito, per decre. inf. de præben. si tibi absenti.

e ¶ Euidenter.] idest, manifeste. s. eod. li. de elect. si forte, & ĩ de verb. signif. constitutionem; si aũt esset dubium, fiet quod dicitur in ver. si vero.

f ¶ Molestetur.] ne locum habeat pœna temeritatis vel calumniæ. ff. de iud. eum quem. de calum. c. p. 1. & 2. de elect. eod. lib. vt circa. §. alioquin

g ¶ Cura.] ad hoc eius spectat officium. 10. q. 1. regenda, ĩ. eo. irretragabili. sup de elect. dudum, 2. prope prin. & côncord. sup. eo. lib. de elect. cum ex eo.

ADDITIO. §. porro. Ioan. Mona. alleg. sup. de appell. peruenit 2. Et dicit in addi. quod licet ordinarius in principali potestatem non habeat propter dispensationem: in his tñ quæ hic dicuntur de cura & obsequio ecclesiæ; potestatem habet; quia dispensatio semper datur vel dari intelligitur, secundum istas duas modificationes, & sic soluitur contrarium de reg. accessoriũ. inf. de reg. iur. Io. And.

h ¶ Dubitetur.] probabiliter de rescrip. cum contingat prope fin. de appel. contulit. inf. de sent. excom. mu. sacro.

i ¶ Aestimare.] sup. de iud. cũ venissent, eius enim est interpretari, & c. 11. q. 1. c. clericum 3. §. ex his. de sent. excom. inter alia. C. de leg. l. vlt.

k ¶ Sui bñficij.] nota solum Papam dispẽsare in pluribus curatis: Pro ijs quæ no. ĩ. de præben. de multa.

l ¶ Velit.] sumpta fuerunt hæc verba ex l. ff. de reg. iur. Neratius. in fi.

m ¶ In côferendis.] dixit de pluralitate beneficiorum, quæ obtinebant: hic dicit de his quæ obtinere volunt.

n ¶ Ostendatur.] quasi propter iuris transgressionem sit inhabilis ad beneficiũ obtinendum, supra de præben. cum iamdudum.

ADDITIO. Et sup. de elect. dudũ 2. Et de hoc in Spe. de legato §. nunc videndum. ver. sed nunquid habens. & an episcopus cũ tali dispenset: ibi in versi. seq. Io. And.

o ¶ Ea quæ.] nota quod in plurali dicit, ea quæ tenetur ergo omnia habita renunciare, si vult de nouo aliud obtinere: nec vnum potest in aliud permutare: & licet potuerit duo vel tria quæ dispensatiue habebat retinere, modo non potest de nouo habere nisi vnum, nisi aliud dicat in dispensatione: & est rō; quia odiosæ sunt tales dispẽsationes, vt dixi & probat expresse hoc hodie ĩ de præb. non potest. 2. resp. Ioan. And.

p ¶ Aliter.] idest, dispensatione non obtenta; vel obtenta si primo non renũciat habitis: cum non extendatur dispensatio ad tot beneficia.

q ¶ Talibus.] idest habentib. plura bñficia cum cura: vel dignitates, vel personatus, vel alterum cum altero.

r ¶ Nullius.] est ne reuocata decr. de multa 2. vbi dicitur, quod primum simile vacat ipso iure; sed tenet secundi collatio, hic dicitur quod non tenet posterioris collatio; quia promptum est iura iuribus concordare, & expediens. supra eo. li. de elec. cum expediat. Dic secundum Gar. quod decre. de multa, loquitur in eo, qui vnum tantum beneficium obtinebat, quod erat de iure communi; hic loquitur de illo, qui ante obtinebat plura, quod erat contra ius commune, & qui non est habilis ad aliud obtinendum, nisi dispensationem habeat, cum sit transgressor canonum, vt prædixi, adde in Clemen. de præbend. si plures, & quod ibi not. in glo. si intelligas. Ioan. And.

[Left margin:] ... Secundũ Gar. & ...rn. idẽ ... Mon. ... Archi. ... No. Do. ...ai. vbi ...ex ipso ...acto pœ... impo...it, suffi...cere ad ...pœnã, quod ...iudex ter...minũ pñ...gat ad se defenden...dũ, qui si non se defendat ab...sq; oĩ alia ...nia pœnã incurrit, quod facit adnota. in c. cũ sim inf. de hæ...re. Fon.

† al. ita, prouideat tñ ordinarius taliter, de animarũ cura, &c.

† al. aliquod.

† Dictio, animarũ, deest in manuscriptis aliquot.

Dispẽsat ad duo, non pôt vnum vel ambo cũ alio vel alijs permutare.

2 Vide Conc. Trid. sess. 7. de ref. cap. 4. vbi fit mẽtio c. de multa.

Quia plerique.] Primo inhibet: Secundo decreuit ibi. Decernentes. Tertio præsumptores puniri præcipit ibi, præsumptores Ioan. And.

CASVS Eps Pictauien. sciens quod Papa mittebat legatum in hanc prouinciam pro reformatione morum, vocauit subditos suos, qui ei iurauerũt non reuelare sua crimina: vel se ad hoc astrinxerũt sub certis pœnis: vel eps illos excõicauit casu quo aliqua crimina reuelarẽt: vtrũ valeat istad? Rñdet quod non: immo excõicatio est nulla ipso iure: & si subditi soluere promiserunt aliquas pęnas: pęnę non pñt ab eis exigi: vel si iurauerunt non dicere aliquid, & postea dicant, non propter hoc sunt periuri Nota primo, quod iura debẽt adaptari ad id quod sæpius fit, vide s. de despon. impub. litteras. Nota secundo, argu. quod appellatione ecclesiæ nõ cõprehenditur monasterium: de quo aliquid in gl. Dominicus.

[Prima glos. summat, & dicit vnde sumpta.

a ¶ Quia.] præcepit Papa, ne prælati subditis interdicant, ne statũ ecclesiarum & personarũ superioribus inquirentib. manifestent: nec eos ad id celãdum iuramẽtis, promissionibus, obligationibus alijs, aut pœnis astringãt: Decernit autem quod q̃ factum fuerit irritũ & inane: & sententias: iuramenta, promissiones, vel pęnas non ligare: & præsumptores præcipit pœna condigna a superioribus eisdem puniri. Hæc decretalis olim erat extrauagans, & incipiebat: Ad audientiam nostram.

ADDITIO. De qua faciebat mentionem Guil in Spe. de inquisitionibus. §. nunc tract. usus. sub ver. quid si ante. Illa tamen loquebatur solum in religiosis, hæc vero latius Ioan. And.

[Glossæ omnes sequentes sunt textuales.]

b ¶ Plerique.] vt potes videre sup. de accus. olim.

c ¶ Audacia.] ad hoc s. de verb. sign. constitutionem, 2. responso. & est audacia: quia tacere veritatem, peccatum mortale est. 11. q. 3. quisquis. de cri. fal. c. 1.

d ¶ Interdicunt.] hoc ipso se reddebant suspectos. s. de testi. cõstitutis 2. & se ostendit iniquã cãm fouere, vt ibi. & sup. de testi. cogen. peruenit & C. de postul. prouidendum & 2. q. 7. §. verum ver. si quis autem.

e ¶ Superioribus.] pone gradus in archipresbytero circa epm, epo circa archiepiscopum, & sic de singulis.

f ¶ Inquisitoribus.] qui non possunt alijs committere vices suas. sup. de offi. deleg. c. vlt. sup. eo. lib.

g ¶ Corrigendum.] crimina, Ioan. And.

h ¶ Reformandum.] mores. Ioan. And.

i ¶ Ecclesijs.] quarũ appellatione monasteria comprehenduntur 54. di. c. abbati. §. hac autem auctoritate.

ADDITIO. Vide quod not. & dixi sup. eo. lib. de suppl. negli. prælat. grandi. in glo. no. Io. And.

k ¶ Personis.] puta familiaribus ipsorum superiorum legatorum, vel inquisitorum.

l ¶ Statum.] ad quod tales tenẽtur habita distinctione sm duplicem formam iuramenti de qua vel quibus habes sup. de accu. cum dilecti.

m ¶ Malitiæ.] sim. s. eo. li. de offic. deleg. statuimus. s. Io. And.

n ¶ Prædicta.] inter dictum, pęnales sententias, iuramenta & promissiones, vel obligationes alias.

o ¶ Inhibemus.] simile est quod dicit lex, quod dña accusata de adultero non põt manumittere seruos suos: & hoc ideo, vt per ipsos veritas inquiri possit. ff. qui & a qui. ma. li. non fi. l. prospexit.

p ¶ Sententijs.] dico hunc casum specialem, in quo nõ tenet sententia excõicationis ipso iure, & addendum ad alios, quos recitari solẽt. s. de sent. excom. per tuas. & dicam inf. eo. li. & eo. tit. præsenti.

q ¶ Astringi.] si non tenuit pricipale nec accessor. um. inf. de reg. iu. accessorium. cum suis concordan. & merito hoc ligare nõ dẽt: ad hoc ut possit veritas reuelari. & concor. ad hoc sup. de testi. cogen. c. vlt. . expedit. n. peccata nocentium esse nota. ff. de iniur. cum qui §. 1.

r ¶ Præsumptores.] ipsos prælatos.

s ¶ Impunita.] quod esse non debet sup. eo. tit. si canonici. in fin.

ADDITIO. ff. de fideiuss. l. si a reo. ad fin. C. de pœ. l. si operis Ioan. And.

t ¶ Condigna.] intelligamus arbitraria ex quo certa non exprimitur sup. in antiq. de offi. dele. de causis. ff. de inc. del. b. l. 1. & dixi sup. eo. ti. canonici in fi.

u ¶ Præcipimus.] & si ipse prælatus nõ facit hoc, peccat: quia quod præcipitur imperatur: quod imperatur, necesse est fieri. 14. q. 1. quod præcipitur. de verb. sig. in his, & sunt culpæ, &c. 28 dist. quia sunt.

ADDITIO. Et obligat præceptum canonis, sicut & iudicis. Remittit Arch. de app. cum speciali ver. scisatque. Ioan. And.

Quia[a] plerique[b] prælati non † sine multa temeritatis audacia[c] suis subditis aliquando interdicunt,[d] ne ipsorum superioribus,[e] aut Apostolicæ sedis legatis, vel inquisitoribus[f] ad inquirendum, corrigendum,[g] & reformandum[h] in eorum ecclesijs,[i] monasterijs, siue locis, a sede deputatis eadem, vel alijs quibuscunque personis,[k] per quas ad notitiam prædictorum valeat peruenire, statum ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum suorum, personarum[l] & rerum ipsorum insinuent, vel exponant: in ipsos (si secus egerint) excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias proferentes: eosque ad hoc celandum iuramentis, † promissionibus, & † obligationibus, alijsque pœnis nihilominus astringentes. ¶ Nos huic malitiæ[m] (ne tali prætextu in ecclesijs, monasterijs, & locis eisdem inquisitio, correctio, seu reformatio, cum faciendę fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes: prædicta,[n] & eorum quodlibet attentari de cetero districtius inhibemus:[o] Decernentes authoritate Apostolica, quicquid contra præsentem inhibitionem attentatum extiterit, nullius penitus existere firmitatis: nec quemquam sententijs,[p] iuramentis, promissionibus, obligationibus, vel pœnis huiusmodi obligari quomodolibet, vel astringi.[q] ¶ Præsumptores[r] autem eosdem (ne ipsorum temeritas quoquo modo transeat impunita[s]) a superioribus, vel legatis, seu inquisitoribus, memoratis, animaduersione condigna[t] præcipimus[u] castigari.

¶ Idem.

¶ Iurisdictio archiepiscopo attributa in vna diœcesi, sibi in alijs non prodest. hoc dicit Zen.

CAP. V.

Vt † litigan.

Vt litigantes.] Archiepiscopus causas etiam appellationum iure metropolitico ad eum pertinentium in propria diœcesi, vel vnde ad eum deuoluuntur cognoscere vel committere debet, nisi aliud habeat consue-

---

† In antiquis codicibus ita, non sine multæ temeritatis, &c.

† Vide Bart. in l. Seius & Augerius ff. ad l. Falcid. & ca. veniente. de iurein. & l. seq. & ibi Bar. ff. de aqua plu. arc.

† In antiquis exẽplarib. ita & obligationib. alijs, atque pęnis nihilominus. &c.

Ecclesiæ appellatione venit monasteriũ.

† Vide nouissime sancita in conc. Tri. sess. 14. de ref. c. 1.

† Et s. de reg. iu. nõ est obligatoriũ. sup. de simo. nemo. Io. Mona.

consuetudo hoc dicit. Tria facit: Primo ponit constitutionis causam: Secundo constitutionem: ibi, Statuimus. Tertio exceptionem: ibi, Nisi.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã epõ Pictauien. qui ꝯ te tulit sententiam diffinitiuã, à qua appellaui ad archiepiscopũ Burdegalensem: archieps. vult causam istam appellationis examinare in dioecesi Xáctonien. an possit? Rñdet q̃ non, sed dẽt cognoscere p se, vel p aliũ in sua dioecesi particulari, vel in dioecesi illius iudicis à quo fuit appellatũ, & istud verũ, nisi aliud haberet ꝯsuetudo: nã cõsuetudine potest induci, vt alibi posset cognoscere vel committere causas appellationis. Nota primo, q̃ proprie dicitur suum, q̃ est suum ratione iurisdictionis tñ: quam habet in loco. glo. sup. in antiq. de postula. prẹla c. 1. Nota secundo, casus in quib. archiepiscopus põt locare sedem, & de causa cognoscere in dioecesibus suffraganeorum suorum Dominicus.

tes[a] releuentur à laboribus & expensis:[b] Statuimus,[c] ne archiepiscopus causas, quæ per appellationem, vel alias iure metropolitico[d] deferuntur ad ipsum, alibi quam in sua propria ciuitate vel dioecesi,[e] aut in eis, in quibus appellatum[f] extitit, vel causæ ipsæ consistere dignoscuntur,[g] audiat, vel etiam audiendas committat.[h] Nisi sibi aliud de consuetudine[i] † competat in hac parte.[k]

[Prima glossa dicit quid declaret.

a ¶ Vt litigantes.] emanauit hæc decretalis ad declarationem illius vers. sup. eo. c. 1. vers. Nec pro eo, & cętera, ibi dicebatur in genere, suffraganeorum suorũ, & de quib. nõ dicebat, & eorum q̃ ibi notat Hostiẽsis.

ADDITIO. Quod hic dr̃, fuerat olim hic disputatũ, & sic terminatum per dominum Alegradum de Lódenaria, demum episcopum Vicentinum vltra iura quę primo alleg. glos. inducebat. 9. q. 3 nullus, & cap. ꝯquestus. supra eod. ti. in ant. duo simul per quę patet metropolitanum non plus posse in dioecesib. suffraganeorum, quàm alium episcopum, nisi in quantum inuenitur ꝯcessium, sed episcopus non posset. 6. quæst. 3. scriptum. 13. q. 1. cap. 1. 16 q. 5 cap. 1. ergo nec metropolitanus. Inducebat etiam decr. Romana, infra de foro competen. Ioan And.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Expensis.] ad hoc intendere debet iudex, vt sup. de dolo. fine. cũ suis concor. Sed pone, de cõsensu partium archieps audit vel cõmittit causã extra loca de quibus dr̃ infra: quæro. an quod agitur valeat? Et videtur q̃ sic, quia cum hoc ius sit in fauorem litigãtiũ introductum, illi renunciare possunt de reg. ad Apostolicam. cum sim. ad hoc sup. eo lib. de rescr. statutũ. §. in nullo. & hoc satis verum puto, 1 dummodo ipse vel delegatus eius habeat licentiam epĩ illius dioecesis, vt ibi pro tribunali sedere possint? ista enim fuit prohibitionis ratio, quia archieps non potest ingredi suffraganei sui dioecesim, vt ibi aliquid agat vel iudicet, nisi in casibus cõcessis. sup. eod. tit. & lib. c. 1. Si autẽ causa Bononiæ deferatur, æquum nõ est, q̃ pp illam possit Mutinæ sedere, si autem Mutinien. eps cõsentit & ipsæ partes, satis credo quod possit, alias nõ, vt 9 q. 2. & 3. ff. dę offi. præsi. l. 3 ff de iurisd. om. iud. l. vlt. & facit de offi. leg. nouit & quæ ibi not.

ADDITIO. Facit cle. quamuis de foro compet. in prin & §. volumus. Io. And.

[Glos seq. tecit per quęstionem, an edatius nouum vel declaret, & per ad intertur ad tempus pręscriptionis.]

c ¶ Statuimus] videtur q̃ noua sit cõstitutio, aliàs dixisset innouamus, 3 sup. de treu. & pace, c. 2. ubi innouatur quod statutum erat. 24. q. 3 si quis Romipetas. & cap. paternarum. videbatur enim q̃ sicut legatus in qualibet parte prouinciæ potest sedere, sic & archieps posset: sed propter rõnem, quam dixi ĩ prox. glo. satis videbatur esse cõstitutio ipsa, vel eius rõ antiqua 3. quæ idẽ est quod iur. 1. dist. cõsuetudo. ſm quod resta ret q̃ legitime deberet ipsa consuetudo esse pręscripta, s. spatio xl. annorum, vt sup. in ant. de ꝯsuet. ca. vl. de causa poss. cum ecclesia. nec sufficeret præscriptio x. annorũ, ſm quod est in his q̃ sunt præter ius ſm id q̃ not. 12. di. consuetudo. & dixi sup. e. lib. de consuetud. c. vlt.

d ¶ Iure metropolitico.] super quo vide q̃ no. Io. 9. q. 3. ĩ summa. & Ber. sup. eo. tit. pastoralis & aduerte q̃ a interdum cognoscit archieps vt legatus Papæ, vt sup. e. irrefragabili. §. cęterum. & eo casu forte posset dici, q̃ eo modo & his personis posset delegare, quo & quibus delegati Papæ, quod dic vt not. sup. eod. lib. de rescrip statutum, & ideo non dixi simpliciter, deuoluuntur, sed dixit, iure metropolitico.

ADDITIO. Vide quod dixi de hęre. ad abolendam super glos. fin. & quod dicam infra tit. proximo. c. vno super glos. antepenul. Ioan Andr.

e ¶ Vel dioecesi.] satis per hanc literam terminatum erat quod dixi infra eo. cum episcopus.

f ¶ Appellatum extitit.] hoc cum causa per appellationem defertur.

g ¶ Dignoscuntur] cum deferuntur causæ iure metropolico, alias quam per appellationem.

h ¶ Committat.] nota quod nõ potest per se, nec per alium. sup. eod. tit. & lib. c. 1. sic econuerso, quod potest per se, & per alium, vt ibi, & infra de reg. iur. potest. vbi de hoc.

[Glo. seq. quærit, & arguit, & soluit.]

i ¶ De consuetudine.] sic sup. eod. c. 1. ver. nisi aliud. Sicut ergo hic cõsuetudo potest inducere, vt alibi possit committere & audire, sic & cõsensus dioecesani loci, & partium consensus, vt sup. dixi sicut æquiparantur pactum & consuetudo in dote lucranda vel donatione propter nuptias, vt sup. de do. post diuor. resti. c. vlt. Quid dices, clericus agit contra episcopum; ad metropolitanum debet quæstio deferri 11. q. 1. si quis cũ clerico non vult, vel non potest committere in sua ciuitate, nunquid poterit audire uel committere extra ciuitatem ipsius episcopi, secundum id quod dicitur. sup. eod. lib. de rescrip. statutum. §. cum vero & satis id videtur per prædictum. §. quod uerum puto, si de consensu procedat episcopi illius, in cuius dioecesi causa auditur, ut dixi sup. in glo 1.

k ¶ In hac parte.] scilicet in audiendo, uel cõmittendo extra loca prædicta & sic nota q̃ consuetudo dat iurisdictionem. nona quæstione tertia conquestus. de foro competen. cum contingat. supra eod. lib. de consuetudine. c. 3 C. de emancipa. libe. l. 1. & fin & supra eod. tit. cap. 1.

¶ Idem.

¶ Si episcopus cum potest, suam dioecesim visitat per alium, habet illi in necessarijs prouidere, visitati autem in victualibus prouidebunt ipsi vicario visitanti, & non episcopo, hoc dicit Ioan. Andr.

CAP. VI.

SI † EPISCO-

SI episcopus.] Primo prouidet; Secundo prohibet, ibi, Idem. Prima subdiuiditur, quia primo prouidet circa expensas uicariorum extra uictualia, secundo, ibi. Hi tamen. circa expẽsas, uictualium, & causam reddit Dominicus.

CASVS. Episcopus Pictauien. vult suam dioecesim uisitare per alium in casu permisso, puta quia est detentus

1 Sec. Archid. sine determinatione, quæ i gl. ponitur alleg 3. q. 6 pulsat. Io. Andr.

2 Nota signum ꝯstitutionũ, & declarationum Do. Font.

3 Notat Domi. q̃ sicut consuetudo ꝯ ius expressum dẽt induci xl. annis, ita cõsuetudo ꝯ rõnem in iure expressam. Fon.

† Ergo cõsuetudo tribuit iurisdictionẽ. glo. in c. conquestus. 9. q. 4. glos. in c. dilecti. de arbit. Archidi. in ca. placuit. el. 1. 16. q. 1.

† De materia visitationis prout ad hunc locũ spectat, vide concilii Toletani iiij. cap. 33. & nouissimũ concilium Trident. sess. 24. de refor. c. 3.

Archieps põt delegare cãm inter episcopum & clericum extra dioecesim ipsius epĩ.

tus infirmitate, vel q̃a illud habet ex priuilegio. Quæritur, quis tenebitur vicario ministrare necessaria? R̃n̄det q̃ vicario visitanti tenebuntur visitati ꝓcurare in victualib. sed si indiget equis, vel conducat famulos: hoc fiet expẽsis ep̃i. Verumtñ hodie ep̃i hñt ex priuilegio, vt possint visitare per alios, & percipient integrã procurationẽ. q̃ est hodie taxata ad certã summam, vt in extrau. Bened. q̃ incipit, vas electionis. de censi. Nota primo, q̃ delictum est recipere tẽporalia pro administratione spiritualiũ, q̃ est verum in casu a iure non permisso. Nota scd̃o, q̃ ep̃s nõ visitando personaliter non debet habere procurationem respectu personæ suæ. Dominicus.

1 Cor. 9.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

pus [a] suam dioecesim, vbi ei a iure permittitur, [b] faciat per alium [c] visitari, licet ipse [d] illi [e] habeat in alijs necessarijs prouidere: [f] Hi tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium [g] visitanti: [h] Cum secundum Apostolum [i] non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur: ¶ Idem tamen episcopus cum personaliter nõ visitat, † nihil prorsus ab his qui per illum quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit, aut debebit. [k]

suum debitũ recipere posset arg. ĩ. de elect. significasti. Sed prout dicebat decr. cum venerabilis. ĩ. de censi. tũc demum episcopus procurationẽ habebit cũ accesserit, &c. si ergo non accedat sed mittat, nõ habebit ipse, sed missus. vt hic vides. 2. Non enim ferendus est q. lucrũ amplectit', &c. C. de cad. tol. l. vnic. §. pro secundo. & ad quem spectat onus, &c. 12. q. 2. charitatẽ, & c. quicunque suffragio & c. ecclesiasticis. Io. Andr.

† al. visitet.

2 Nec dẽt eo quod plus expẽdisset, si personaliter visitasset illud excessiuũ exigere. arg. ff. manda. l. si q̃s. alicui. §. impẽdia. S̃m Ioan. Mona. Io. And.

¶ Idem.

¶ *In quolibet loco dioecesis non exempto, per se & per alium potest episcopus pro tribunali sedere, & libere exequi quæ ad ipsius spectãt officium. Ioan. Andr.*

C A P. VII.

CVm [l] † episcopus [m] in tota sua [n] dioecesi iu-

CVm episcopus.) ponit dictum cuius rationem præmittit: Secunda, ibi, Dubium. Io. Andr.

CASVS. Ep̃s Pictau. vel eius officialis vult sedere ꝓ tribunali, & causas examinare i alio loco q̃ in sua ciuitate: vtrũ possit? R̃n̄det q̃ cũ episcopus habeat ordinariã iurisdictionem in tota sua diœcesi, potest sedere in quolibet loco suę diœcesis pro tribunali: exceptis in locis exemptis contra volũtatem exemptorum: Sed vtrum episcopus habeat capturam malefactorum in qualibet parte suę diœcesis? R̃n̄det quod sic, nã ex quo habet iurisdictionem in tota sua diœcesi, videntur illi concessa illa sine quibus, & cætera. Arguitur contra textum de l. ancillæ. C. de furt. vbi dicit, quod de casu nõ dubitabili non est facienda lex. Solutio, iste textus post istam cõstitutionem est de casu indubitabili: sed ante istã constitutionem erat dubium, an ep̃s posset exercere suam iurisdictionem in quolibet loco suæ diœcesis, & vtrũ posset capere malefactores in quolibet loco. Nota primo, q' ep̃s solus habet iurisdictionem ordinariã gñalem in tota sua diœcesi: vnde territoriũ est solius ep̃i & non archidiaconi vel alterius inferioris prelati. Ex prodest illud: nam si quis extraneus committit delictum in archidiaconatu: archidiaconus non habet punitionẽ, quia territorium est solius episcopi, & nõ archidiaconi: Secus est si talis delinquẽs esset subditus archidiacono. quia tũc posset illum punire: idẽ est dicendum in abbate: nam isti tales non habent ꝓpriũ territorium, vt dixi. Nota secundo q̃ episcopus potest sedere pro tribunali in quacunque parte suæ diœcesis: & etiam mutato loco suorum maiorum: sed tunc deberet illud notificare parti citatæ. Nota tertio, q̃ ep̃s habet captionem delinquentium: & illam captionem potest facere in qualibet parte suæ diœcesis. Nota vnum singulare s̃m Dñicum, q' locus exemptus, dr̃ de diœcesi: & sic patet, quod dispositiones, & mãdata quæ fiunt in diœcesibus, includunt loca exempta; dũtamẽ fiant per habentẽ iurisdõnem in exempto, vide no. sup de rescrip. abbatem & glo super verbo, primo anno. in cle. frequens. de excess. prælat.

† Vide limitationem ad hoc c. traditam per Deciũ in c. cũ te de offi. dele.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Si episcopus.] si episcopus cum potest suam diœcesim visitat per alium, habet illi in necessarijs prouidere: visitati autem in victualibus prouidebunt ipsi vicario visitanti, & non episcopo. Emanauit autẽ hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ notat Hostiensis sup eo inter cætera. super verbo, subministrẽt. & Guil. & Gar. ĩ. de censib exigit. super verbo, impẽsis. qui omnes tenebant, quod hic dicitur.

b ¶ Permittitur.] scilicet cum id personaliter exequi non põt sup. de offi. ordi. inter cætera & 10 q. 1. ep̃s n. Et semel in anno. 10. q. 1. decernimus & duob. c. seq. sup. de offi. archi. mandamus nisi ex causa, & tũc etiã plures id poterit, vt supra de censi. cũ venerabilis, & 18. q. 2. visitandi & c. non semel. cum sim. Ioan. Andr.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Per alium.] sed visitans prædicare debet 10. q. 1. placuit. & ĩ. de censi. c. 1. sed officium prædicandi non delegatur, vt supra in ant. de offi. dele. c. vlt. ergo visitatio delegari vel demẽdari nõ potest. sed dic secũdũ Inno. Gof. & modernos, quis hoc not. in decr. inter cætera. sup. eo. in ant. aut hoc pertinet iure ordinario, & tunc bene demandatur, vt ibi, & hic aut iure delegato & tunc non demandatur vt in contrario, nisi haberet ad id speciale mandatum, vt supra eod. lib. de offi. dele. 1s cui, &c. vlt. §. vices.

d ¶ Ipse.] scilicet episcopus.

e ¶ Illi] vicario.

[Glo. seq. ponit opinionem.

3 Istæ expẽsæ sunt taxatæ in extrauaganti Benedicti, q̃ incipit, vas electionis. tit. de censi. Font.

f ¶ Prouidere.] & sic intelligi debet decr. illa, inter cetera, vbi dr̃: ep̃i ipsis vicarijs cũ indiguerint, necessaria congrue subministrent: i. vt parent sibi equos, vestes, familiam, & alia opportuna, [sicut pararent sibi ipsis, si personaliter visitarent,] præter victualia, & sic intelligebat Host. Inno. intelligebat etiã de victualibus, & tunc scilicet cum victualia sine scandalo per vicarios à subditis haberi non poterant. prima vera, vt hic vides, nec per hoc secundam reprobo.

g ¶ Victualium] in victualibus n. tantum debet recipi procuratio, quod dic vt ĩ. de censi. c. 1. 2. & 3.

h ¶ Visitanti.] illi vicario Io. Andr.

i ¶ Apostolũ.] Paulũ 1 ad corint. 9. & habes hoc idem sup. de præscr. cum ex officij, & ĩ. de censi. c. 3 ad fin.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

k ¶ Debebit.] de hoc quærebatur in gl. de quibus in prin. c. dixi. Et videbatur, q̃ ex quo iure concedẽte per aliũ soluere poterat debitum, ad qđ subditus tenebatur

[Prima glossa summat]

l ¶ Cũ ep̃s.] in quolibet loco diœcesis. nõ exẽpto, per se & per alium potest ep̃s pro tribunali sedere: & libere exequi quæ ad ipsius spectant officium.

[Glo. seq. dat duo similia.]

m ¶ Ep̃s.] idem est in legato circa suam legationem. sup. in ant. de offi. leg. nouit. idẽ in archiep̃o circa suã propriam diœcesim. supra eo. vt litigantes. sed nõ quo ad prouinciã, vt ibi, & sup. eo. ca. 1. & 9. q. 3. ca. 1. 2. & 3.

n ¶ In tota sua] ita quod nullus alius in tota sua diœcesi sub eo iurisdictionem habeat, in parte autẽ bene. qđ dic vt not. 25. dist. perlectis, & facit quod not. Host. de offi. arch. presby. cap. vlt.

o ¶ Habere

a ¶ Habere.] ita q intentio sua fundata est de iure cõmuni: ita quod qui se dicit exemptũ, habet hoc ostendere. 100. dist. contra morem, quod dic vt inf. de priui. cum personæ.

Eps quo ad iurisdictionẽ epalẽ hẽt intẽtionẽ fundatã de iure cõmuni.

b ¶ Loco.] honesto tñ, maxime cum tractat causas spirituales. ſ. de appel. la. qua fronte.

c ¶ Non exempto.] ad cognoscendum lo. cũ exemptum, vide inf. de priuil. si Papa, & bñ dicit, non exempto: q's in loco exempto cathedram collocare non potest, vt sua dicta exerceat, vt expresse probatur 18 q. 2. lumanio so.

†Istñ locus tutus & securus esse debet oĩbus qui debent in iudicio comparere. Feli. in c. accedẽs vel. 2. vt lite non cõtest. & in cap. cum ipsim. in principio de testa.

ADDITIO. De celebratione diuinorum, & benedictione populi: dic vt in cle. archiepiscopo. de priuil. Io. And.

d ¶ Per alium.] quod n pôt per se, & per alium. inf. de reg. iur. potest dic vt ibi.

e ¶ Sedere.] quod requiritur in cognitione & decisione causarum 3 q. 3. § spatium. ſ. de iud. c. vlt. Io. And.

f ¶ Spectantes.] vt sup. de ver. sig. super quibusdam. inf. de foe. comp. c. cum sit. vbi de hoc.

g ¶ Exegerint.] alias nõ debet eos detinere, si de parendo iuri dederint fideiussoriam cautionem. inf. de sent. excom. si cle ricos. in si.

h ¶ Capere.] idest capi facere: quia manus iniicere i aliquẽ non debet episcopus. 86. dist. non licet. C. de epis. & de. Auth. sed neque & de ipsius mandato capientes excommunicati non sunt sup. de sent. excom. vt tamæ. & inf. eod. lib. & eo. titu. li clericos. Io. And.

Carcer ẽ institutus ad custodiam, aliqñ ad pœnam.

i ¶ Carceri.] qui licet institutus fuerit ad eorum custodiam, interdum est pœna. inf. de pœ. quãuis. & sup. de verb. sign. nouimus in fin.

k ¶ Officium.] ordines celebrare, virgines & ecclesias consecrare, & his similia.]

ADDITIO. Archid. alleg. 68. dist. quamuis, quam plura ad officium ordinarij spectantia, colligit breuiter Guli. in Spe. eo tit. 4. Io. And.

l ¶ Libere.] ac si esset in propria ecclesia, vel palatio iuridico.

ADDITIO. Archid. exponit, idest, absque alicuius contradictione. Io. And.

QVamuis.] Sunt tres partes: Prima ponit in genere ius antiquum, & pro constitutione causæ ponit transgressionem ipsius: Se. unda dat formam cessationi bus ante factis: ibi, Nos. Tertia cessationes aliter factas, iubet non seruari: ibi, Parte insuper Dominicus.

CASVS. Dictum fuit in ca. si canonici. sup. eod. tit. quam solemnitatem debent obseruare clerici in cessatione à diuinis indicenda propter iniuriam sibi, vel ecclesiæ illatam: Sed ponamus quod aliqui canonici sunt absentes, & sunt in loco propinquo, in quo essent vocandi in electione facienda, nunquid etiam sunt vocandi in facienda cessatione a diuinis? Rñdet quod sic: Et iste est vnus casus, in quo canonici absentes sunt vocandi pro negotijs capitularibus: licet regulariter soli præsentes sint vocandi; Alius casus est in negotio electionis: Aliqui casus ponunt in c. præsentium. inf. de testib. Sed quid si absentes legitime fuerint vocati, cõparuerunt, & deliberauerunt, quod offensa erat sufficiens ad indicendam cessationem a diuinis: Quæritur quid debent canonici facere ante cessationem? Rñdet quod causam cessationis debent in scriptis mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt satisfaciat pro iniuria commissa: Si autem non velit satisfacere, poterunt cessare a diuinis: Sed tunc ipsi cessantes & delinquentes debẽt mittere ad Apostolicam sedem. Nota casum, in quo recipiuntur testes lite non contestata & in absentia partis. Nota primo argumen. differentiam esse inter capitulum, conuentum, & collegium. de quo vide sup. de rescrip. c. capitulum sanctæ Crucis. Nota secundo, quod paria sunt non habere rẽ, vel per eum stare, quo minus illam habeat sup. eod. lib. de elect. commissa. in prin. Nota tertio, quod Papa referens se ad collegium Cardinalium, appellat eos fratres & non filios. de quo sup. eo lib. de offi. leg. c. 1. § quod in fratribus, vbi glo. Dominicus.

risdictionem ordinariam noscatur habere: [a] Dubiũ non existit, quin in quolibet loco [b] † ipsius diœcesis non exempto, [c] per se, vel per alium [d] possit pro tribunali sedere: [e] causas ad ecclesiasticum forum spectantes [f] audire; personas ecclesiasticas (cũ earum excessus exegerint) [g] capere, [h] ac carceri [i] deputare: necnon & cætera, quæ ad ipsius spectant officium [k] libere [l] exercere.

¶ Idem.

¶ Canonici qui a diuinis cessare possunt, cum cessare voluerint, vocabunt absentes, sicut si immineret electio facienda, cum quibus de cessatione deliberabunt: & si deliberant cessare, requirent prius eum, contra quem cessant vt irrogatam offensam emendet; quod si fecerit, non cessabunt: alioquin cessare poterũt, ita quod a cessatione infra mensem vtraque pars, & cessans, & contra quem cessatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per se, vel per procuratores sufficienter instructos; nisi interim interuenerit concordia inter ipsos; Et continuatis dietis, quam cito poterunt se coram Papa præsentent, vt vtraque parte præsente, vel altera contumaciter absente, Papa diffiniat negotium & culpabiles puniat; & si pars cessans prædicta non seruet cessatio non seruetur. Ioan. And.

CAP. VIII.

QVamuis [m] † super cessationibus à diuinis, quæ a capitulis, conuentibus, siue collegijs sæcularium vel regularium ecclesiarum multotiens sine causa rationabili attentantur, manifesta satis a felicis recordationis Innocentio † tertio, [n] & Gregorio decimo [o] prædecessoribus nostris manauerint instituta: Quia tamen post illa est plerunque compertum, cessationes easdem irratio

†De materia cessationis a diuinis vide Panormi. & alios in c. dilectis extra de appe. Cal de. tract. de ecclesiasti co interdicto. & Gõdisalluũ tract. de irregularitate. c. de interdicto.

†Id cauit Inno. iij. in cõcilio gñali Lateran. c. 2.

[Prima glossa sun mat.

m ¶ Quamuis.] canonici qui a diuinis cessare possunt, cum cessare voluerint, vocabunt absentes, sicut si immineret electio facienda, cum quibus de cessatione deliberabunt, & si deliberant cessare, requirent prius eum, contra quem cessant, vt irrogatam offensam emendet quod si fecerit, non cessabunt, alioquin cessare poterũt, ita quod a cessatione infra mensem vtraque pars, & cessans, & contra quem cessatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per se vel per procuratores sufficiẽter instructos, nisi interim interuenerit concordia inter ipsos. Et continuatis dietis quam cito poterunt se coram Papa præsentent, vtraque parte præsente, vel altera contumaciter absente, Papa diffiniat negotium, & culpabiles puniat, & si pars cessans prædicta non seruet, cessatio non seruetur. Io. And.

n ¶ Innocentio tertio.] supra eod. irrefragabili. §. exceßum.

o ¶ Gregorio decimo.] sup. eo. tit. & lib. si canonici.

M 4 a ¶ Ista-

nabiliter [a] esse factas: Nos ad tam perniciosum euitandum abusum, eadem statuta cum infrascripta moderatione in suo volentes robore perdurare: de fratrum nostrorum consilio districtius inhibemus, ne a seculari, vel regulari [b] capitulo, collegio, seu conuentu [c] ecclesiæ cuiuscunque, cessationes [d] ipse nisi vocatis omnibus (prout sunt pro electionis negotio euocandi) [e] & deliberatione [f] habita diligenti, ac episcopo, alioue quocunque clerico siue laico (cuiuscunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut status existat) propter cuius iniuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post prædictas vocationem, & deliberationem de cessando habitam, requisito: quod irrogatam iniuriam vel offensam emendet, aliquatenus attententur. Neque tunc etiam, si emendam inde habuerint: vel per eos steterit, [g] quominus habeant competentem.

¶ Si autem præmissis seruatis capitulum, collegium, vel conuentus alicuius ecclesiæ ad cessationem eadem duxerint procedendum: extunc [h] infra vnius mensis [i] spatium pars vtraque: videlicet ij qui cessant, & illi etiam propter quorum factum a diuinis cessatur (nisi superueniente concordia inter eos cessatio illa cesset) iter [k] arripiant † per se, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipsum spectantibus, ad sedem Apostolicam veniendi: & continuatis [l] dietis quam cito commode poterint, se Apostolico conspectui repræsentent: vt partibus [m] præsentibus aut vna præsente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eandem: pars quæ culpabilis inuenta fuerit in præmissis, præter alias pœnas a dictis canonibus institutas, si Romano Pontifici videbitur expedire, pœna docente [n] cognoscat quantum excesserit, quæ cessationi factæ rationabiliter causam dedit, vel quæ sine rationabili, & manifesta [o] causa cessauit. Parte insuper a diuinis cessante, supra scripta † tam in cessando, [p] quam inueniendo siue mittendo [q] ad sedem Apostolicam non seruante, non seruetur cessatio: sed ea non obstante (vt prius) in ipsa ecclesia celebretur.

a ¶ Irrationabiliter.] id est sine rationabili & manifesta causa & illorum iurium forma non seruata.

b ¶ Regulari.] reprobata est igitur opinio dñi Gul. Duran. qui not. sup. eo. canonic. quod decreta illa non habebat locum in regularibus, sed solum in sæcularibus quia dicebat, canonici, vt ibi dixi.

c ¶ Conuentu.] intelligas quod sibi vẽdicet ius cessandi ex cõsuetudine, vel alio iure, vt sup. eod. si canonici in principio.

d ¶ Cessationes ipsæ.] aliquatenus attententur: quod est infra.

{Gl. seq. ponit opi. quam partim reprobat: dubium soluit, arguit & remittit.}

e ¶ Euocandi.] scilicet de prouincia sup. de elect. coram. vbi de hoc. & 7. q. 1. factũ est Cornelius. In his autem vocationibus de quam remoto loco fiunt, statur consuetudini, vt in ant. de elect. c. cum inter vniuersas. & cap. bonæ 2. sed an vocentur vel non, non statur consuetudini secundum quosdam: quod nõ est verum per decretalem. inf. de p̃b. cum in ecclesijs. vnde credo, quod si in ista ecclesia esset consuetudo absentes nõ vocari ad electionem, nec ad hanc cessationem vocari debebũt per hanc literam, quę dicit, prout sunt, &c. Et non ex hac litera, quod in alijs tractantibus ecclesiarum quã electionibus, non debẽt vocari absẽtes: alias quare dixisset, prout sunt pro electionis, &c. facit ad ea quæ not. 10. q. 1. hoc ius porrectum, & inf. de testi. c. præsentium.

f ¶ Deliberatione.] nota casum in quo præcedere debet tractatus: sic & in alienatione perpetua rerum immobilium ecclesiæ. infra de reb. eccl. non ali. dudum.

g ¶ Steterit.] sim. supra eo. lib. de elect. commissa: § an aut. & inf. de præb. licet.

h ¶ Ex tunc.] id est, post cessationem.

i ¶ Mensis.] quot dies computentur in mense: dic vt dixi sup. eo. lib. de elect. quam sit.

{Glo. seq. ponit conuenientiam & differentiam ad c. cupientes.}

k ¶ Iter arripiant.] datur ergo dilatio ad iter arripiendum: & postea tempus arbitrarium ad se præsentandum. sic sup. eodem lib. de elect. cupientes. Sed vnum nota, quia in decreta. cupientes, siue arripuerit iter infra mensem, siue non, debet postea ire: & post tempus arbitrarium expectatur per 20. dies. Sed hic ex quo non arripuit iter infra mensem, habent locum pœnę debitæ. & nec post arbitrarium, tempus expectatur.

{Gloss. seq. soluit dubium & remittit.}

l ¶ Continuatis.] nõ credo quod per hoc compellatur omni die proficisci, & nunquam quiescere: quis. n. imperitus rudes arbitretur quod per 40. dietas deberet venire no quiescendo? & hoc probatur dum dicit: quam cito poterunt. Et illud dicimus posse, quod possumus de iure, & cõmode 22. q. 2. facit ff. de verbo. sign. nepos Proculo, & de hoc dixi supra de elect. cupientes in prima particula. super ver. commode.

m ¶ Partibus.] quarum affectione pendentur merita causarum. supra de in in teg. restit. cum ex literis.

n ¶ Pœna docente.] 34. distin. qui ex de... osti leg. nisi specialis. in ant.

o ¶ Et manifesta.] sup. eo. irrefragabili.

p ¶ In cessando.] ibi licet vt vocentur absentes, deliberetur, & inquirant priusquam fiat cessatio.

{Glo. sequens colligit ea quæ præcedunt cessationem, & ea quæ sequuntur.}

q ¶ Mittendo.] scilicet, iter arripiendo infra mensem, & dietas, prout cõmode poterat continuando. Nota igitur in summa ad hoc quod fiat cessatio, necesse est hæc interuenire: Primo, quod qui cessant, hoc habeant de consuetudine, vel alio iure vt cessare possint. Secundo, quod vocentur absentes ad tractandum de cessatione. Tertio, quod tractent. Quarto, quod de cessando deliberent. Quinto, quod sit manifesta offensa propter quam cessant. Sexto, quod sit rationabilis. Septimo, quod ante cessationem instrumento publico vel patentibus litteris authentico sigillo munitis, causam cessationis exprimant. Octauo illud instrumentum, vel litteras tradant ei contra quem cessant. Nono, quod requirant illum qui emendet competenter iniuriam vel offensam

1 Idẽ Doctores notãt ex glo. quod vbi cõsuetudo disponit in altero duorum casuũ æquiparatorũ, extẽditur ad reliquũ, & ita dicto est textus hic, ibi, prout sunt &c. Font.

† al. arripiat.

2 Et nihilominus ire tenet, sm Arch. alle. s. de dolo & contu. cũ dilecti. & quod not Host. inf de sen. excõ. cum medicinalis, quantum, ergo ad euolutionẽ partium, nõ nocet si non fuerint tempora obseruata. Io. And.

3 Dr. n. aliquid continuũ, etsi sit interuallũ ibi. de ple. di. §. sint tibi. alleg. Archi. quod de aqua quotidiana dicit lex in l. 1. §. 1. & §. fi. de aqua quotid. & not. de cau. poss. c. cũ ecclesia. in gl. ex hoc lo. And.

† al. supra dicta.

offensam propter q̃ cessare volunt: qđ si non fecerint, tunc locũ habet cessatio. Post cessationẽ, pars vtraq; dẽt arripere iter ad sedẽ Apostolicã infra mensem per se vel per procuratores sufficienter instructos: ex tunc cõtinuatis dieb. hẽt ẽps arbitrariũ, quo cõmode possit ire. Oĩbus his nõ seruatis. non seruetur cessatio, & habeant locum pœnæ sup. eo. tit si canonici, & præter illas, arbitraria Summi Pontificis, vt hic.

1 Ecce decimum. Io. And.

Præsenti. 1] partes patent. Prima sic diuiditur in prohibitionem, exceptionẽ: & pœnã: Scđa: ibi. Nisi. Tertia: ibi, Alioquin. Io. And, CASVS. Aliquis obtinet beneficium in ecclesia plura bona ex fructibus prouenientia sui beneficij reseruauit, & ipse dimisit ea bona: Certũ est q̃ iure cõi sui consanguinei non succedut ab intestato, nec ẽt potest ipse testari de hmõi bonis: Sed vtrum fiscus vel ẽps erit eius hæres? Rñdet q̃ no: sed in isto casu fiscus erit sua ecclesiatio illa bona dẽnt custodiri: & reseruari futuro successori in illa Ecclesia: Idem est in canonicis ecclesiarum cathedralium & collegiatarum: & istud uerum nisi aliud habeat consuetudo. Nota primo, q̃ appellatione rectorum comprehenduntur etiam habentes dignitatem vel personatum, siue priorum. Nota secũdo, quod consuetudo potest disponere quod fructus obuenientes tempore vacationis beneficij, applicentur alteri vsui, quam ecclesiæ: de quo in extrauagant. Io xxij. suscepti. Dominicus.

2 Principiũ istius ca. pcedit etiã si isti successores possẽt reuocari ad claustrũ, quia nihilominus dẽnt hĩe fruct⁹ perceptos tpe vacationis, quos cũ ẽpi nec abbates eis detinere possunt, multominus alij hñtes ius in Eccl'a. Phil. Fon.

¶ Idem.

¶ Primo ponit constitutionem de bonis dignitatum, vel ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, præsentatio vel custodia pertinet nisi de speciali iure id eis competat, & contrafacientibus pœnam imponit. Secundo ostendit de quibus bonis intelligatur; cum de speciali iure id alicui cõpetit. Tertio decretalem, quia sæpe. supra eo. lib. de elec. dicit non esse correctam. Ioan And.

CAP. IX.

Præsenti [a] prohibemus edicto, ne episcopi, vel eorum superiores aut [b] abbates, seu quiuis alij regulares, vel sæculares prælati, aut ecclesiasticæ [c] quæcunque personæ: vacantibus [d] dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel ecclesijs quibuscunque [e] sibi subiectis, seu ad collationem [f] ordinationem, præsentationem, vel custodiam [g] pertinentibus eorundem, bona (morientibus eorum rectoribus, vel ministris) in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, quę in vtilitatem eorundem, expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari: [h] occupare, aut in vsus suos conuertere quoquo modo præsumant. Nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iam præscripta legitime, [k] seu alia causa [l] rationabili, hoc eisdem com

(Prima glossa diuidendo summat.)

a ¶ Præsenti.] primo ponit constitutionem de bonis dignitatum, vel ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, præsentatio vel custodia pertinet, nisi de speciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnam imponit, Secundo ostendit de quib. bonis intelligatur: cum de speciali iure id alicui competit. Tertio decretalem, quia sæpe, sup. eo lib. de elect. dicit non esse correctam. Io. And.

b ¶ Superiores.] archiepiscopi vel Patriarchæ

ADDITIO. Dicit hic Archidiaconus, quod inter Archiepiscopum & metropolitanum est differentia alle, 21. dist. c. 1. post prin. & in auth. de priuileg. archiepi colla. 9 in prin. ibi: non solum metropolitanus, sed ẽt archiẽps: Si autem habetur illa rubrica post ut. de san. epis. quæ non legitur, nec glossatur. Io. And.

c ¶ Ecclesiasticæ.] in sæcularibus non posset habere locum pœna inferius posita. Io And.

d ¶ Vacantibus.] vacare ẽt dicuntur si sint manualia non demensa, sed habentem bona discreta: & in his locum habet hæc constitutio, vt in cle. de supplen. neglig. præla. quia regulares, quæ determinat, quod hic Archidiaconus prolixe no.

Vacare dicuntur beneficia licet sint manualia.

e ¶ Quibuscunq; .] in hoc differt a decret. quia sæpe. sup. eo. lib. de ele. ut patet. inf. in fine.

f ¶ Collationem.] inter hæc & sequentia magna est differentia, inf. de preb. cum illis.

g ¶ Custodiam.] sup. eo, lib. de elect. generali. & 63. distin. si in plebibus. de insti. cum venissent de appel. bonæ in antiq.

[Glo. seq primo. dicit per quem seruentur, & remittit: secundo notat ad quõnem in qua distinguit cum Host. & Gar. inter clericum administratorem, & simpliciter beneficiatum.]

h ¶ Reseruari.] per œconomum si est in Ecclesia: vel eum qui custodiam hẽt: quod dic, vt dixi s. de elec. quia sæpe. Dic quod ẽt in monasterio vacanti dare põt ẽps, vt dicit hic Archid. per decret. cum eos sup. eo. & per ea quæ no. Inno. & Host. de sta. mo. ca. q̃. §. si vero. ver. q̃ si abbas, & vide quod ibi dixi super versi. puideatur. Et nota 3 q̃ dicit, reseruari: per hoc. n. vr qđ de illis nõ possint decedentes testari 4 de hoc no Gar. de reb. eccle. non alien. hoc cõsuluisti, no. & distinguebat (prout distinxerat Host. & s. de pecu. cle. c. si quis sanæ) inter clericum habentem administrationem, & non habentem: nam clericus habens administrationem quamdiu viuit, & sanus est, dare potest: moderate tñ sup. de don. cæterũ, comparatur n. vsufructuario; quia eius ius morte finitur: sicut vsufructuarij, vt in prædi. decret. si quis sanę, & sup. de dona consultationibus. sup. de pig cap vlt. instit. de vsufru. § finitur, põt ergo dum viuit voluntatem suam facere, dummodo moderate donet. Cum incipit infirmari, comparatur vsuario, & ita nihil habet nisi vsum tñ eleemosynã tamen facere potest supra de testam. ad hoc testari non. eo. titu. cum in officijs, cum si. Si vero sit clericus non habens administrationem; sed personaliter & simpliciter beneficiatus, & in morte comparatur vsufructuario quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis potest testari: ecclesia tñ succedit ei in istis, si decedat ab intestato. sup. de testam. relatum propositę satis istis distinctio. sup de testam. requisisti. §. illud. & consuetudo generalis quasi vbique eam approbat Et quod dictum est de clerico simpliciter beneficiato, q̃ facit fructus suos, intelligendum est de perceptis & reconditis, alij vero per iura allegata ad ecclesiam pertinebunt.

3 Testari an possint Clerici de fructibus bñficiorũ, seu de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis.

4 Hic articulus valde frequẽs, est, & difficilis de quo pter Doct. hic, vide late doc. in ca. cũ in officijs. extra de test. Panor. in repe. c. cũ esset. eo. tit. Rot decis. 87. in nouis Barbatiã tra. de pitantia Cardinaliũ par. 1. qõ. 3. & B. Th. 2. 2. q. 185. art. 7.

i ¶ Priuilegio.] sup. eo li. de resti. si propter inf. de preben. si tibi concesso & sup. de verb sig. c. pen.

k ¶ Legitime] xl annorum spacio, sup. de consuetud. capit. vltimo.

ADDITIO. Archidiaconus remittit ad c. nullus. 2. q. 1 & 10 q. 3. quia cognouimus. 8. q. 2 seruitutum. & infra de præsc. c. 1. & pro summa, circa præscriptionem remittit 16. q. 3. in summa. Io And.

l ¶ Alia causa.] puta onere imposito in fundatione. 18. q. 2. Eleutherius, & c. seruitium. sup. de iu. pat. præterea vel statuto, vt in præd. decre quia sæpe.

ADDITIO. Quod dixi post. Host. vt ec. bene. c. vnigẽ. super ver. iusta causa, quod hic ponit Archi. Io. And.

a ¶ Ecclesiæ.] ad idem sup eod.lib.de off.deleg.c.1.& si sic suspensus celebraret in ecclesia, irregularis esset, vt inf.de sent.excom.is cui, secus 1 si extra ecclesiam, vt ibi dicam.

1 Priusq̃ facile hoc dictū glo. recipias, cōsule Doctor tū in c.is cui, ꝑ de sen. tū alibi.

b ¶ Ceteri.] inferiores episcopis.

c ¶ Ab officio, & būficio.] dic quibuscunque, vt supra de elec. qa sæpe. nō sic in casu sup. eod.lib. de ele.cupientes. §. caterum. & c. si cōpromissarius I fi. & ratio: quia hic ab officio suspensus est ibi nō, vt dixi in p̄dicta decre. quia sæpe.

d ¶ Quousque:] facta ergo restitutione nō erit necessaria aliqua absolutio, 2 vt no.Ioan 81. distin.si qui.& 16.quęst.7. si quis deinceps. & Ber. de matri.contract.con.interdic. ecclesi.de muliere.

2 Immo vr̄ necessaria, vt ēt notatū est in cap. de muliere. extra de mat.contract.iter-dic.eccle-siæ. vide c.cū desideres & c. a nobis el ij. ext.de sen.excō.

ADDITIO. Vide quod no.in cle.1.de decimis, in gl sic suspensi. Io.And.

e ¶ Restitutionem.] & sic non sufficit cautio. Idem Archi.iam .n.hic fuisset expressum: sic ꝑ.de vsuris.c.2.ad.hoc supra de deci. ad audientiam. si sup. de verb.signi. ex parte, inf.de sent. excom. venerabilib. §. sane. & facit sup. de re iudi. cum aliquibus. ff de pigno. act.l.non est.

petere dignoscatur. Alioquin episcopi & corū superiores ab ingressu ecclesiæ: a cęteri b vero ab officio c & beneficio tandiu eo ipso nouerint se suspensos: quousq; d restitutionem e fecerint de prędictis. ¶Porro f vbi ex priuilegio, vel consuetudine, seu alia de causa rationabili, sibi aliquis prædictorum asserit bona competere supradicta: g hoc de illis bonis solum debet intelligi, quæ solutis debitis, h si quę sint, & his, quę fuerint necessaria pro seruitoribus, & ministris, ac incumbentibus oneribus, i vsque ad nouos redditus supportandis congrue reseruatis, ex ipsis reperta fuerint superesse. k ¶ Sane constitutionem, quam superius specialiter edidimus l contra capitula, collegia, conuētus, seu singulares m personas, bona cathedralium vel regularium, aut collegiatarum ecclesiarum vacantium n occupantes: per constitutionem præsentem (quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus, & ecclesijs alijs locū hr̄e censemus) nolumus in aliquo derogari. o

f ¶ Porro.] sumptū fuit hoc de eo quod not. Hostien. supra de verbo. signi.cap. penult.

g ¶ Supradicta.] s. dimissa tempore mortis, & obuenientia tempore vacationis.

h Debitis.] ad quæ remanet ecclesia obligata, & successor, sicut hęres filius ad paterna, vt sup. de solut.cap. 1.sic etiam dicit lex, ꝙ si mulier dedit bona sua in dotem, dedisse v.dei quod superest deducto ære alieno, ff.de iure do l. mulier & bene debent prius ipsius ecclesiæ debita solui: quia agris eius sitientibus alios irrigare non debet C.de serui præses.

ADDITIO. Et facit ad ea quæ scripsi post Host. supra de arbit.dilecti in prin.& de ver.sig.cum inter super 3. glo. Io And.

h ¶ De collusione.] sed nonne ex quo de collusione timet, habet eum suspectum, quare ergo non reuocat, vt s. eod cap. Sol. timet hoc. sed probare non potest. ad hoc 2. q. 7. plerique, vel aliter hic non vult dilatare processum causæ, qui esset in cognitione suspicionis, vt sup. dixi. & probatur ff. eo l. post litem. Ioan. Andr.

[Glo seq. quærit & soluit.]

i ¶ Adesse.] sed quid sibi proderit adesse? proderit, quia poterit testes & probationes inducere, quas ille omitteret, vel saltem ille producere tenebitur nominatos a domino: beneficium enim iuris quod adesse possit, interpretandũ est late. & vt aliquid conferat, de verb. sign. abbate. & de hoc per Accur. ff. de inoff. testa. si suspecta. in prin.

Adesse litu prodest necesse ... in mul...

IS qui.] Sunt duo dicta principalia: Secundum: ibi, Verum. Iterum primo ponit dictum, inferens contrarium arg. ibi, Licet. Secundo ponit exceptionem a dicto: ibi, Nisi. Io. Andr.

¶ Præsupponitur primo illud quod fuit dictum supra eo li. de off. deleg. c. quamuis, videlicet, ꝙ si subdelegatus in totum cœpit vti subdelegatione, non potest delegatus de causa se intromittere, nec reuocare subdelegationem.

CASVS. In quadam causa, quam eram tecum habiturus, Titium constitui procuratorem meum, cum potestate substituendi, qui Titius videns ꝙ non poterat interesse negotio meæ causæ, quendam Caiũ substituit, qui Caius acceptauit substitutionem, ea tñ substitutione non est vsus, quia non comparuit in causa: vtrum iste Titius meus procurator, qui substituit, possit substitutionem reuocare, & extinguere potestatem substituti, & causam reassumere? Respondet Romanus Pontifex quod non: quia quam cito incępit substituere, vsus est officio suo, & ideo desinit esse procurator, & hoc verum, nisi ad hoc esset sibi data specialis facultas per dominũ constituentem in isto procuratorio, vt posset alium constituere, & causam de nouo assumere. Sed ponamus, ꝙ constitui Titium procuratorẽ meum ad plures causas, cum potestate substituendi: Titius quantum ad vnam causam substituit: vtrum quantum ad alias cã, remaneat procurator non obstante substitutione, quam fecit ad vnam causam? Respondet ꝙ sic. Ratio dubitandi in hoc capit fuit, quia aliud erat ĩ delegato, videlicet, ꝙ re existente integra potest subdelegatus in totum reuocari, vt dictum fuit in præsuppositione, tamen aliud est in procuratore, vt hic, & rationem diuersitatis assignat glo. posita in verbo, aliud Nota primo hic textum notabilem, ꝙ per susceptionẽ mandati non dicitur quis vti mandato, quod no. quia facit ad dubium, ꝙ susceptio mandati facta per delegatum non inducat vsum iurisdictionis, & sic non perpetuat iurisdictionem Nota secundo, quod id quod quis non potest a se ex dispositione iuris communis, potest virtute specialis mandati, facit ad notata supra eo. tit. ca. 1. Dominicus.

† De materia reuocationis procuratoris vide Cynũ & alios in l. mandato. C. mandati. & Ioannẽ Anania consil. 15. inci. vtrũ præsentatio. & Paulũ de Castro cons. 361. incip. venerabilis vir.

[Prima glossa summat.]

k ¶ Is qui.] Procurator habens mandatum substituendi, substitutum à se post mandatum susceptum, etiam si eo non sit vsus, reuocare non potest, nisi & potestatem habuit reuocandi: Si autem erat procurator ad plures causas, & in altera substituit, in aliis remanet procurator. Io. Andr.

l ¶ Potestatem.] quia alias non poterat, nisi in casib. supra eo. cap. 1.

m ¶ Susceptum] & licet dixerit se nolle suscipere, tamen domino in eadem voluntate manente, adhuc suscipere poterit, vt ĩ. eo. licet.

ADDITIO. Et secundum id oportet intelligi finiri mandatum procuratoris per ipsius renunciationem, re integra, re non integra non, nisi ex causa, vt idem dicatur in renunciatione, quod in reuocatione. supra c. 1. Io Andr.

n ¶ Vsus non fuerit.] licet ergo dominus reuocet procuratorẽ re integra. vel ante litem contestatam. Insti. man. §. recte & s. c. prox. in prin. cũ suis concor. & ipso facto secundum id quod dicitur. ĩ. eo. si quẽ. procurator tñ datus ad substituendum hoc non potest post susceptum mandatum, iam enim suo functus est officio & potius hic constitutus a principali domino, quam substitutus a procuratore videtur, [4] vt dixi s. eo c. 1.

4 Idẽ Phili. vnde satisdabit dñm ratũ habiturũ non substituentem. Phi. Fon.

o ¶ Sedis Apostolicæ,] quia alius non subdelegat, C. de iud. a iudice, sup. de offi. deleg. pastoralis, & c. vlt. de app. cum causam.

aliud [a] censeatur) vlterius, reuocari ab illo: [b] † Nisi reuocandi [c] potestas concessa fuisset eidem. ¶ Verum si cum ad plures, vel ad omnes [d] causas generaliter constitutus fuisset, in vna tantum substituerit earundem, in alijs nequaquam prohibetur procurationis officium exercere. [e]

¶ Idem.

¶ Procurator generalis non agit exigentia speciale mandatum, nisi cum aliqua illorum specificatione, vel libera potestate. hoc dicit. Zen.

CAP. IIII.

QVI † AD agen-

Delegat⁹ quare reuocat sub delegatū reintegra & ꝓcurator nō reuocat substitutum.

†Tñ hñs generale mandatū ad oīa ꝓcuratorē in vna cā a se substi tutū reuocat ante lit. cōtest. Petr. de Anch Fō.

[Glos. seq. quærit & soluit. not. vnam differentiam. & rationem reddit, finis reci. per quæst.

a ¶ Aliud.] scilicet quod reuocare possit antequam ille vsus fuerit, & habes hoc s. eo. li. de offi. dele. quamuis. Sed quæro, quare aliud in delegato, q̃ in procuratore? Sol credo ꝙ sit rō, qa delegatus principis habet a lege qđ cōmittere possit, & iō donec iudex subdelegatus vti cœperit, reuocare poterit vt in prędicta decre. quis. Sed procurator de quo hic loquitur hēt hoc ab hoīe, & iō cōmittēdo suscepto mandato p procuratorē, functus est officio suo, & iō amplius non reuocat[Dicit ibi. Io. Mo. & hic Archid ꝙ iudicare licet sit onus, tñ est honor: procurare vero est onus tm̄, & vile officiū. C de decu. l. si quis procurationem. lib. 10. quare non præsumitur quis sic executere honorem sicut onus, nec sic duos sicut vnū. Io. Andr.] Et nota quia si cōpromissarius datus ad eligendum eligat, & electus tenuit consentire, amplius nō eligit, quia suo functus est officio. s. eo. lib. de elec. si cōpromissarius. §. 1. procurator tñ substituens non est functus officio suo, nisi substitutus mandatum suscipiat vt hic vides. & ideo aliud, quia hic procurator causam agere & substituere poterat, ibi solū eligere, & ideo citius illius expirat officium. Et ſm superius dicta nota, qa cū tres casus sint positi. s. c. 1. iu quib. procurator ad iudicia substituit, hic de altero tm̄ dicit, s. de eo qui mandatū hēt, vnde de reliquis secus credo, cū habeant potestatē non ab hoīe, sed a lege, vt superius dixi ex eo, ꝙ factus est dñs litis, vel datus in rem suā: alias. n. quare non sic de aliis expressisset. & facit sup. de deci. c. ad audientiam & quod recitari solet, de eo qui duxit in ma. quam pol. per adul. c. vlt. & de conuer. infide. c. 1.

b ¶ Ab illo.] scilicet substituente, a domino autem bene habita distinctione, quam habes sup. c. proxi.

ADDITIO. Eadem distinctio seruabitur in procuratore, qui habet mandatum reuocandi ſm Archi. Nō enim plus poterit in reuocatione quā dñs, vnde substitutum a se qui contestatus est litem, non reuocabit, nisi eo casu quo reuocaret dñs constitutū a se. Io. And.

c ¶ Reuocandi.] tunc. n. non expirat mandatum, ex quo penes eum potestas remanet reuocandi. & facit optime. sup. eo. li. si delegatus, de offi. deleg.

ADDITIO Reuocat ergo quod transtulit non ex se vel a se, sed ex potestate per dominum tradita, ex quo dominus poterat. sup. c. prox. Io. Mon. Io. And.

d ¶ Ad omnes.] potest ergo constitui ad vnam & ad plures, & ad omnes causas procurator. ff. eod. l. 1.

e ¶ Exercere.] sic & delegatus ab alio quam a principe ad vniuersitatem causarum, vnam delegat & in aliis iurisdictionem retinet. ff. de iudi. cum prætor. §. 1.

QVi ad agendum.] Primo ponit de generali procuratorio cum clausula: Scdo cum illi formę adiicitur speciale: Tertio ponit tria, quę requirunt speciale mandatum, & casum excipit. Secunda ibi, Sed si. Tertia ibi Procurator quoque. Io. And.

¶ Datus procurator ad agendum & defendendum, & generaliter ad omnia alia, quę mandatū exigunt speciale, non potest agere in causis requirentibus mandatum speciale, nisi in procuratorio fuerint expressi aliqui casus requirentes speciale mandatum, subiecta clausula generali: Item sine speciali mandato non potest procurator transigere vel pacisci, nisi sit constitutus in rem, hoc dicit.

¶ Præsupponendū est qđ habetur in glossa magna huius cap. videlicet, ꝙ sunt aliqui casus, in quib. quilibet non potest agere pro alio vt procurator, nisi fuerit sibi data specialis potestas in procuratorio ad hoc, sicut in causa restitutionis in integrum, quis non potest petere releuamentum, nisi habeat mandatum speciale: Item sunt plures alii casus, de quib. in glos. CASVS. Ego Titiū constitui ꝓcuratorē meū sub ista forma: Titium procuratorē meum generalē ad agēdum & defendēdum constituo, creo, & ordino, & ad oīa negotia iudicialia & extraiudicialia, etiā si talia requirāt mādatum speciale, tñ nō specificaui in mādato procurationis illa specialia, q̃ritur an meus procurator virtute illius procuratorii sit admittendus ad petendum in integrum restitutionē, & ad explicandum alios actus requirentes mandatū speciale? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ nō, nisi specificauerit in mandato illa, quæ requirunt mandatū speciale. Sed ponamus ꝙ ego constitui procuratorē meum specialiter ad petendum in integrum restitutionem, & adiungo in procuratorio, & alia requirentia mandatū speciale, vtrū procurator meus possit explicare alios actus requirentes mandatū speciale, posito ꝙ illi actus non sint expressi in mandato? Respondet ꝙ sic: Sed ponamus ꝙ ego cōstitui ꝓcuratorē meū in aliqua cā, vel cōstitui ꝓcuratorē meū generalē ad oīa negotia: ꝙ ꝓcurator meus trāsegit cū debitore meo, i. aliquo sibi dato remisso vel retento, recessit ab actione mea: an valeat talis trāsactio, & mihi obstet si velim scđo agere? Respōdet ꝙ nō pt procurator trāsigere, nisi sit spāliter cōstitutus ad transigendū. Sed ponamus ꝙ nō trāsegit, sed plus fecit, qa gratis noīe procuratorio quietauit? Respondet ꝙ hoc non potuit facere, nisi fuisset procurator in rem suā, quia donaueram sibi debitum, & in eum transportaueram meas actiones, quia tunc exercet actiones meas directas in rē suam, idest ad sui vtilitatem. & ideo poterit transigere cū aduersario, quæ transactio erit in detrimentum sui & mei. Item fallit si fuerit institutus cum libera administratione, hoc est vt possit facere omnia tanquā si essem in propria persona, tunc nomine meo poterit transigere, & valebit talis transactio. Nota primo, quod ꝓcurator quantumcūq; fuerit generaliter constitutus ad omnia negotia, posito quod in mandato fuerit dictum, ētsi talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale: non potest petere restitutionem in integrum, contrahere matrimonium, transigere vel pacisci, nec explicare alios actus requirentes mādatum speciale. Nota vlterius, quod si qs ꝓcuratori suo dederit mandatū speciale ad petendum restitutionem in integrum, vel aliquid aliud faciendum, quod mandatum requirit speciale, & supposuerit clausulam generalem, etiam si talia exigāt mandatum speciale, illa specialitas operatur, vt clausula generalis secuta habeat effectum, licet alias si non fuisset posita specialitas, nullum haberet effectum, & istud facit ad iura dicentia. Ponamus quod aliquis promisit se præsentare certo die in iudicio sub certa pœna si fuerit legitimo impedimento impeditus, ad illam pęnam nō tenetur, nisi promiserit soluere pęnam, non obstante impedimento, talis renunciatio valet, licet fuerit impeditus alio impedimento, siue alio casu fortuito non expresso, nam potest renunciare omni impedimēto aliquibus casibus fortuitis expressis. l. sed & si quis §. quæsitum. ff. si quis cau. Nota, quod procurator cōstitutus ad agendum, non potest iuramentum litis decisorium.

† Vide Lapū allegatione 65. & alleg. 82. & Couarruuiā lib. 2. variar. resolut. c. 5.

ctum deferre:& si detulerit, & aduersarius iuramentum susceperit:non præiudicat domino:secus si dominus detulisset. Nota quod transactio proprie respicit actorem:nam dicitur a transigo:quod est vltra ago,vel litem dando,actionem scilicet remittendo.

a ¶ Ad agendum.] datus ad agendum defendere cogitur, vel satisdare de defendendo ff eod.l. seruum. in fine.

ADDITIO. De hoc ff eod.l. sed & hæ.§. præter. Et quod hoc intelligitur de actionib tempore constitutionis competentibus, vide in Spec. eod.tit. §.1. ver item excipitur,quod licet. Ioan. And.

b ¶ Speciale.] vt inf. § vlt.cum simil.

c ¶ Non det.] & sic non valet tamen genus quoad ipsam, quantum species.ad idem inf. de app.c.2.[Concor. vide ff.eo. Pomponius. in prin. Ioan And.] De hoc habes sup. de off. ord. si sacerdos,in anti 63.dist quamquam.

d ¶ Non expressos.] non tamen per hoc matrimonium contrahere poterit, vt inf.eo.c.vlt. nec poterit côtra electum vel promissum opponere crimina, vel defectus,vt in clem.eo.tit.non potest.

[Gl.seq arg pro opi Bulg.& aliorum doctorum.]

e ¶ Admittetur.]nota pro illa opinione Bulgari,& aliorum doctorum,quod paciscens,quod casum fortuitum non opponet:aut aliquos expressit secuta generali clausula,aut nullum, vt in primo casu teneat renunciatio:in secundo vero non: & nota hac materia per Accur.ff si quis cau.l.sed & si.§. quæsitum & recitari solet inf. de depo.bona fides.

f ¶ Mandato.]vel eo quod habeat vim ipsius specialis mandati,vt supra proximo responso.

g ¶ Deferre.]ff.de iureiur iusiurandum. 1.§.si.

[Glo.seq ponit 20 casus computatos,quos ponit textus,quibus requiritur speciale mandatum]

h ¶ Vel pacisci.]C.de transa transactionis, vbi de hoc ff eo.tit.l.procurator cui generaliter libera,& l.mandato.& inf.de transa.contingit,& de arbi.per tuas.nec in in integrum restitutionem pro alio petere. inf.de resti.in int cotam. vbi de hoc,& hoc quando principaliter petitur: secus si incidenter.sup.eo.tit.sciscitati. C.et per procur. câm. in integ.resti.agi pos.l. varca. Item in causa suspecti tutoris ff de procu.non solum.§ si.Item vbi sunt duo procuratores omnium rerum alicuius: tunc.n.non pôt vnus ab alio sine speciali mandato exigere.ff eo. l. qui duos. & l.itaque.Itê de interdicto.de li.exhib.& dedu. ff. eo. l.Pôponius in prin.Item in acceptilatione ff. de acce p. l.3.Itê in rescriptorû impetratione.sup. de rescrip non nulli.& c.ex parte. Item in câ matrimoniali secundum Vin. 2 sup.q mat.ac.pos.c.ex litteris.in parte decisa[.i.in compilatione antiqua.]arg contra.sup.eo tit.accedens.sed ibi parentibus agentibus de matrimonio filiorum,accessit ipsorum consensus.vt ibi not.Item secundum quosdam in voto transmarino sup.de vo.ex multa.in prin.ver.illis.Item in consumptorum instrumentorum exemplatione de fid instrum.c. vlt.Item in his quæ sedes Apostolica sibi specialiter reseruauit,quod dic.vt no.in ant. de offi dele.quod translationé.Item in contrahendo matrimonio inf.eo.c vlti. & in sponsalibus qui cle.vel vo.veniens In compromisso.sup.de arbi.quod tuas.Item in absolutione petêda ab excôicatione. de sent. exc. quod de his.in fi & arg.de pœnit. dist.1.qué pœnitet. 3 Itê in oblatione alij idolis faciê da,de côse.dist.4.quod ris.in prin. Item in contrahenda excôicatione.24 q.4.si habes in prin. Itê in præstatione iuramenti de calumnia.contra de iura.cal.c.vlt. Item in casu inf. eo li de elect.procurator.& de hoc vide in Spe. eod.tit. §.1.ver.item opponitur,quod licet habeat.

i ¶ Côcessa.] vel datus sit in rê suâ.In tribus ergo casibus hoc pôt.s.quando habet speciale: quando habet gnâlem & liberâ. quando datus est,in rê suâ: hæc probant ff. eo. l. procurator. cui generaliter libera. ff. de iureiur.l. iusiurandum.§.si & l.seq. C. de noua l.non abstulit.& ff.de solu.l. hoc iure. & C. de transa. l.transactionis.

dum[a] & defendêdum, ac generaliter ad omnia,etiâ si mandatum exigant speciale,[b] constituitur procurator:ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum,in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet.[c] ¶ Sed si aliquis, vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati † fuissent,adiecta clausula generali: tunc ad non expressos[d] et admittetur.[e] ¶ Procurator quoque absque speciali mandato[f] iuramentum deferre,[g] transigere, vel pacisci[h] nô potest: nisi ei bonorum, vel causæ administratio libere † sit concessa.[i]

¶ Idem.

¶ Mandatum generale ad negotia,etiam ad iudicia se extendit.

CAP. X.

QVI[k] GENERA-

¶ Supple generaliter non exceptiue, vnde si es procurator ad omnia excepto quod nô transigas, per exceptionem istam nô potes sub illa generalitate facere aliqua requirentia specialem mandatum,quia exceptio diminuit non auget. l. legati § vtiliter. ff de leg.1. Pe. de An. vide Dec. in l. 1. de regu. iur. Fon.

a Idê Io. Mon per rônê ibi notatam. Renunciatio generalis casuum fortuitorum nô valeat. Mandatû speciale in multis casib. exigitur.

2 Azo dicit idem sub dubio forte, in sum.huius ti.§. est & illud Ioã. And.

3 Et tamen iudex non absoluet procuratorem noie dñi, sed mâdabit alteri, vt dñm absoluat. P. Fon.

† al.ita libera.

QVi generaliter.] Soluit tria dubia: Primum de forma: Secundû de persona:ibi,Nedum.Tertiû de ætate, ibi, Licet autem.Io.And.

CASVS. Ponamus quod ego Titiû côstitui meum procuratorem sub ista forma: Constituo Titiû procuratoré meû ad oîa negotia mea,non addito, iudicialia vel extraiudicialia;vtrum virtute illius procurationis Titius poterit agere contra debitores meos & an poterit experiri,hoc est,defendere contra meos creditores vel requiratur quod dicam:constituo Titium meum procuratoré ad lites præsentes & futuras,& ad negotia ? Rñdetur, quod procurator constitutus ad negotia poterit expediri vel defendere contra creditores agentes, & agere contra debitores.Sed quid Sanctissime Pater, habemus in filiusfa.ff.eo. tit quod filiusfa. potest esse procurator ? Sed vtrum possit hoc facere sine licentia & auctoritate sui patris, vel vtrum requiratur licentia & auctoritas sui patris ? Videtur quod sic: quia ipse filiusfa.non potest suscipere iudicium nomine suo absque auctoritate sui patris.l.non solû.C.de ho quæ li.in pat. pote. consti. in glossa magna: ergo similiter nec nomine alieno.Hoc tamen non obstante, Respondet Romanus Pontifex, quod filiusfa.poterit agere & defendere pro alio sine licentia patris. Or sanctissime Pater, vellem informari a vobis, quæ ætas requiritur in procuratore ad lites? Respondet quod licet in procuratore constituto ad negotia sufficiat ætas 17. annorum, tamen in procuratore constituto ad lites & ad iudicia,requiritur quod ipse habeat 25 annos: & quod sit maior 25. annis. Nota primo, quod verbum, negotia,positum in procuratorio,accipitur large, vt comprehendat negotia iudicialia & extraiudicialia,vt in c.forus de ver signi.in anti.vbi habetur,quod negotium dicitur in iudicio, & negotiatio extra iudicium. Nota vlterius, quod licet filiusfa.non possit esse suo proprio nomine in iudicio sine auctoritate patris, alias iudicium esset nullum, tamen potest esse procurator in iudicio nomine alterius sine auctoritate patris. Vnde sciendum quod filiusfa. est nomen iuris,& dicitur ille,qui est in potestate alterius, quamuis habeat liberos,vel non habeat, quia non refert. paterfamilias vero accipitur pro eo qui est sui iuris. Nota quod quis non potest esse procurator ad iudicia,nisi sit perfectæ ætatis,id est, maior 25.annis.& qui minorem 25. annis constituit procuratorem, perinde est ac si nullum constituerit: fallit in casu l. exigendi. C.eod.tit.vbi dicitur,quod filius potest suscipere defensionem pro patre suo absente.

[Prima glossa ponit quid declaret.

k ¶ Qui generaliter.]nô eget summa; quia satis se sum

mat seipsum Hoc primum dictum ponebat Gul. pro q stione. Spe. eo tit. §. 1. & in fi. & sequēte. Vbertus idē dicebat quod dicit hæc decre. & idem no. Host. de proc. petitio. in 1. gl. & satis olim hoc dicebamus per decr. dilectis. in antiq. eod. titu. vbi est hoc latus expressum : sed gl. videbatur ibi tacite consentire, q generaliter fuerit constitutus ad negotia, & ad iudicia.

liter [a] constituitur ad negotia procurator, agere, ac experiri [b] pōt: † exceptis his casibus, [c] qui mandatū exigunt speciale.

¶ Potest filiusfamilias esse procurator, etiam absque patris consensu. Zen.

¶ Nedum vero, ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filiusfamilias [d] absque patris assensu fieri procurator.

¶ Maior annis xxv. ad iudicia, maior xvij. ad negotia deputari potest procurator. hoc dicit Zen.

¶ Licet autē quis post decimumseptimum annū [e] procurator ad negocia [f] licite deputetur: ad iudicia tamen, nisi maior vigintiquinque [h] annis fuerit, deputari nequibit.

¶ Idem.

¶ Ex duobus procuratoribus simul simpliciter cōstitutis, alter solus admitti non debet: Si vero insolidum, qui primo cōtestatur litem admittitur, altero totaliter excluso: nisi adiectum fuerit, quod non sit melior cōditio occupātis, quo casu altero non prosequente, nec aliū substituēte, reliquus admittatur hoc dicit.

CAP. VI.

SI † DVO PRO

a ¶ Generaliter.] nota q generaliter pōt fieri procuratoris constitutio: & dicitur hoc sup. eo. petitio.

b ¶ Experiri.] id est defendere, ī. de iud. c. 1. alibi ponitur pro agere supra de cau. poss. pastoralis.

c ¶ Casibus.] exempla vide supra c. proximo.

[Glo. seq. recitat p obiectionem & solutionem.]

d ¶ Filiusfa.] 1 non dubitamus, quin filiusfam posset constitui procurator, sup. eodem. non iniuste. & ff eod. l. filiusfa. §. ipse quoque. sed an sine mandato patris possit constitui, dubitatur: Et videbatur quod non: quia pro se non admittitur, ergo nec pro alio: cum interdum admittatur pro se, qui pro alio ff. de postu. l. 1. §. 2. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & not. de hoc per Accur. C. de bon. quæ lib. l. vlti. §. 1. in fin. sed quia nil deperit patri, ideirco admittitur sine mandato, vt hic, & est simile infra de iudi. cap. vlt. vbi autem deperiret patri, haberent locum iura prædicta: ad hoc. ff. ad Trebel. l. ille a quo §. si ff. de in integ. restitu. cum mandato in fine.

ADDITIO. Filiusfamilias pro se non admittitur, etiā contra extraneum, nisi in casibus, quos vide nota. in Spec. tit. de actore. §. 1. vers. sed & filius. & not. inf. de iud. c. fi. in fi. Admittitur etiam contra patrem in casib. qui not. ff. de iudi. l. lis nulla. & in Spec. præal. §. vers. item quod est filius. & an tunc egeat consensu sui patris. in eod. §. vers. quid si filius. Io. And.

[Gl. seq. dat simile.]

e ¶ Decimumseptimum annum.] Inst. qui ex caus. ma. non licet. §. iustæ. sic & aduocatus peregisse debet 17 annum. ff. de postu. l. 1. § initium 3. q. 7. c. infamis. §. tria. vers. veruntamen.

ADDITIO. Quare minor ætas sufficiat in aduocato & teste, quam in procuratore ad iudicia, vide in Spe. de aduocato. §. 1. vers. item q est minor. & no. in §. initiū statim allegato. & C eod. exigendi. & ratio est, quia obligatur procurator actione mandati. Item condemnatur: quod non est in illis. Io. And.

[Glo. seq. ponit dictum Host quod reci. per quæstionem.

f ¶ Ad negotia.] not. Host. supra eod. non iniuste: in 4. glo. quod procurator datus ad negotia maior 17. & minor 25. potest agere & experiri; 2 nam ex quo procurator ad negotia agere potest. vt supra proxi. responso: & minor 25. annis datur ad negotia, vt hic: ergo & aget, vt ibi. Ioan. And.

g ¶ Vigintiquinque.] ff. eo. tit. minor. de his qui ue. ætа. impe. l. fi. C. eo tit. l. exigendi.

Si duo.] Ex pluribus pcuratoribus quando vnus sine alio admitti debeat. hic habetur. Zen. Diuiditur secūdū Io. And. hoc modo: quia principium, & finis; ibi, Sane; Ponit de procuratoribus simpliciter datis, distinguens inter causas spirituales, & non: Medium; ibi. Secus ponit de datis insolidum: Primo sine clausula; q non sit melior, &c. Secundo; ibi, Nisi. quando cū clausula: Tertio moderationem subdēs; ibi, Dum tū. Quarto casum dubium circa id soluens: ibi, Cæterum, secundum eū.

CASVS. In causa, quam eram tecum habiturus, Titium & Caium meos procuratores constitui, nō adiecto, q eos cōstituebam meos procuratores, & eorum quemlibet insolidū: Quæritur, an alter istorum procuratorum sine altero possit causam procurare? vel an sit necesse in omnib actis iudicialibus, quod ambo procuratores sint pñsentes? Rūdet Romanus Pontifex dicens, q cum duo, vel plures procuratores sūt in vna cā constituti simplr, non adiecta clausula, & quemlibet insolidum: vnus sine altero nihil potest explicare, sed simul debent interesse: fallit in casu posito in fine huius capituli puta in casu electionis, postulationis, vel prouisionis, secus si fuisset adiecta clausula, & quemlibet insolidum, tunc n. alter sine altero poterit negotium explicare; nam tunc constat de mente constituentis. Sed ponamus, q vnus istorum procuratorum incœpit causam procurare, verum ille, qui incœpit causam, erit potior in promotione causæ & solus: ita q alius non possit de causa se intromittere? Respondet q si alter istorum causam occupauerit, solus sine alio comprocuratore, tunc solus habebit facultatem initiandi causam, & non alius, & hoc verum, nisi esset dictum in procuratorio, q melior non esset conditio primitus occupantis, vel deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum fuerit incœptum, possit alter terminare, prosequi, & finire, tunc n. isto casu, vno occupante, non erit alius exclusus a promotione causæ: immo poterit causam assumere in eodem statu, in quo alius dimisit, & finire vsque in finem, & istud verum nisi ille qui causam primo occupauit, alium substituerit, quia tunc substitutus præferetur comprocuratori. Sed ponamus retento eodem themate, quod si in vna causa constitui duos vel plures, vnus causam primo occupat: postea lite contestata cum aduersario meo iste procurator fuit impeditus, & non substituit, alius comprocurator comparuit pro mea causa, postea cessat infirmitas: vult primus procurator causam assumere, & expellere istum, an possit? Respondet q licet cesset impedimentum tū non poterit istum procuratorem expellere. Postea Romanus Pontifex, in vers. sane, excipit casus a regula posita in princi. c. videlicet, quod cum quis constituit plures procuratores simpliciter, nō adiecta clausula: & quemlibet insolidum, in causa requirente celeritatem, puta in causa electionis, postulationis, vel prouisionis, certe valet talis constitutio simpliciter facta, & omnes non admittuntur ad promouendā cām, sed vnus duntaxat. Sed quis admittet? Certe magis

¶ Etiā in criminalibus ciuiliter motis inf. de iudic. c. 1. ibi gl sec9 in criminalibus criminaliter motis. ea. veniens. sup. de acc. Phi. no. q constitut9 ad vnū actū extendit se ad aliū, nisi natura actus variaret: quia cōstitutus ad recipiendum, non sufficienter agit cōstitēdo receptū. qa ista differunt. l. j. §. si mutuā. ff. si qd in fiau. pa. Pe. de An. Ton.

2 Vide Bart. in l. cum non solum §. necessitatem. C. de bon. q liber. Pont. Aduocat9 dēt peregisse annum 17.

2 Falsum quia in tali nō solū zegritur mandatū, sedēt ętas & princ. tex itelligit qn sufficit mandatum generale Phil. Fōt.

† Ad hūc tex vide quæ dicit Fel. in c. 2. ex de test. adde Socin cōs. 11. inci cit ca presentem, lib. 1.

curatores [a] simul [b] (non adiecto, in solidum [c]) deputētur, vnus sine altero nō debebit admitti. [d] Secus [e] si sint i solidū cōstituti, sed tunc illius melior erit conditio, qui per litis cōtestationem [f] negotium primitus occupabit [g] Post occupationē autem huius modi, alter se intromittere nequ:bit vlterius, cum ille litis [h] dominus sit effectus: nisi dictum in constitutio ne fuisset, quod non fieret melior conditio occupantis: [i] tunc n si eum, qui occupauit, īfirmari, mori, absentari, vel aliàs impediri cōtingat: aut si psequi forte nolit, poterit alter suscipere ac perficere negotium

gis idoneus, & istud relinquitur arbitrio iudicis quis dicatur magis idoneus: nā dicit iudex, gratifico istum, & alios non admitto. Et ratio specialitatis ponitur in textu quia istæ causæ requirunt celeritatem, & segnius expediuntur negotia commissa pluribus, ideo iura cōiter dicunt, q in causis istis spūalibus q requirūt celeritatē, est procedendū summarie, & de plano sine figura, & strepitu iudicij, clem. dispendiosam, de iud Nota primo, q illa verba [3] quemlibet in solidū: non sunt verba ɔstitutionis: nā si ponerentur illa verba in constitutione, forte non valeret ɔstitutio ptāte & volūtate ɔdicentibus. c. cū super. in fi. de offi. & potest. iudi. dele. in antiq.

Nota vlterius, q procurator per litis ɔtestationē efficitur dominus litis, & ad hoc allegatur istud cap. Nota insuper, quod vbi exercitium actus duobus simpliciter, & eodem tempore committitur, intelligitur factū vt simul procedant, ad hoc supra in anti. de offi. deleg. causam. Nota etiam, quod vbi duo habiles concurrunt ad exercitium actus, ille obtinet, qui alium præuenit ad hoc sup. eodem lib. de rescrip. cap penul & sic patet, quod vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt Dominicus. Nota finaliter quid importet clausula, quod non sit melior conditio occupantis, in procuratorio posita, quia præseruat potestatem procuratoris non occupantis quo ad habitum potestatis, non autem quo ad exercitium, nisi in certis casibus, secundum Dominicum.

[Prima glossa dicit quid determinat.

a ¶ Si duo procuratores.] Emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ not. Ioan. 2. q. 7. §. forma, & Ber. supra eod. tit. non iniuste. & Accursius, ff. eod. tit. l. pluribus, & Inno. & Hostien. supra eod. in nostra. & Guliel. in Spe. eod ti. §. ratione autem, vers. quid si duo, & versi. seq.

[Glo. seq. recitat per quæstionem.]

b ¶ Simul.] quia secus si diuersis temporib. ff. eod l. si quis cum procuratore, §. fi. & supra eo. non iniuste. & hoc ideo quia dando secundum, vr primum reuocare, vt in prædictis iuribus, & hoc est verum, nisi exprimat se nolle primum reuocare. ff. de leg. 1. si plurib. ad hoc inf. eod si quem Et hoc verum intelligo, [1] si secundus procurator nolit suscipere mandatum, arg Instit. quibus mod testa infir. §. posteriore. vbi dicitur, quod secūdum testamentum rumpit primū, licet ex secundo testamento aliquis hæres factus non sit, vel esse noluerit; sic & hic arg. prædictorum iurium. Et hoc tractat Guliel in Spe eo tit. §. ratione autem. vers. sed cum dato secundo. Et in eod §. super versi. item quod licet dixi, quod sunt duo procuratoria duorum, nec apparet quod prius. [2]

ADDITIO. Quod quis dando secundum procuratorem, videatur reuocare primum, licet secundus ac ceptare noluit: patet etiam ff. de lega. 1. l. plane, in prin. & institut. o quibus mod toll. obligat § præterea, & vide quod ibi nota. in gl. sed quæ. & quod dicam post Dyn. intra de reg. i. iur. præstat. contra. ff. de rescind. vendi. l. si id quod, primo responso. Dic vt ibid. Ioan Andr.

c ¶ In solidum.] aliquid operatur, sed non per omnia, quod sonat, vt inf. patet.

[Glo. seq. primo ponit tres casus diuersos ab isto: secundo reddit rationem huius dicti: tertio quærit, & ponit tres opiniones, & approbat vltimam.]

d ¶ Admitti.] aliud in executorib. vltimæ voluntatis, vt inf. de testa. cap vlt in fi & in procuratorib. datis ad iudicia spiritualium causarum, vt inf. eo. cap §. sane. & in tutoribus ff. de admi. tut. decreto. in fine. & in his de benignitate secus est receptum, vt ibi. Et est rō dicti: quia hi duo cēsentur pro vno. ī ec. li. de elec. c. pen. §. 1. [3] Est ergo hic necesse, q vterq; admittatur, sicut in iudicibus datis sine clausula, ī. in antiq. de offi deleg. causam matrimonij Sed quid dices: ecce vnus cōfitetur, & alter negat: q d erit? Super hoc fuit dissensio, dicūt quidam. q facta est litis contestatio, & statur confessioni, quod sic probatur: si dominus præsens esset, & confiteretur, & negaret, staretur confessioni, quæ contra eum est. ff. de interroga. act. de ætate. §. 1. ergo idem in his, qui personam domini repræsentant. Alij dicunt quod eligere potest dominus, vtrum stetur negationi, vel confessioni. arg supra de re iud duobus. & ff. de re iudi. duo iudices. Tertij dicunt, & forte melius secundum Inn. quod per talem responsionem non fit litis contestatio, sed procedendum est contra dominum, tanquam contra contumacem, pro eo quod non mittit procuratores instructos, supra de iuram. calum. in pertractandis. [4] Prima opinio placuit Hostien. sup. eo. in anti. in nostra Mihi placet vltima, quia concessio vel negatio vnius solius, etiam altero non resistente, non valet, vt supra in princip. multo minus altero resistente, ad hoc supra eo lib. de elect. cap. pen. §. si autem Et propter euitanda hæc dicebat Ber. supra eo. non iniuste, quod satis erat æquum quod siue adderetur, in solidum, siue non: semper iudex eligeret idoneiorem, ad hoc ff. de accu. si plures. ff. de admi. tuto. si plures, sed non est verum, nisi in casu inf. eod. § sane. Vincen. autem dicebat ob prædictam causam procuratores tales non admittendos. Sed vera est eius opinio in casu supra eod. lib. de elect. c. pen. § si autem, aliàs non, vt hic vides.

e ¶ Secus.] scilicet quia tunc vnus admittetur sine altero.

[Glo. seq. alleg. quattuor concor. ponit duos alios modos occupationis, & casum in quo nihil operatur occupatio.]

f ¶ Litis contestationem] quia tunc demum agere videtur ff. rem rat hab. l. amplius. Ad hoc supra in anti. de offi. deleg. relatū, & de verbor. signific. ex parte, 2. & concord. ff. eod. l. pluribus. [5] Interdum autem dicitur quis occupare, quia primo ad sententiam deuenit, vt in actione de peculio, & in noxa. ff. de pecul. si vero. ff. de noxa. si quis a multis, quia non præsumitur quis astrictus, & ideo ibi ante sententiam appellatione nō suspensam nullus occupare videatur argum. C. de actio. & obli. l negantes, & delegatus cum clausula, vos vel alter vestrum, occupat per quamlibet inchoationem iudicialem, supra eo. lib. de offi. de le. cum plures. aliquādo nil operatur occupatio ff. de damn infect. si finita. §. iulianus ff vt in possess. leg. l. 1. cum. §. qui prior vbi omnes æqualiter in possessionem mittuntur, licet partes sibi faciant per concursum.

g ¶ Occupabit.] in bona significatione. sic 7. q. 1. factus est Cornelius. alibi in mala. supra eo. lib. de elec. generali. vbi de hoc.

h ¶ Litis dominus.] sup. eo. c. 1. cum suis concor.

i ¶ Occupantis] & nihilominus ɔ voluntatem domini melior fiet ipsius occupātis cōditio quia tantum iuris

¶ De occupatione vide quæ dicit Lapus allegat 22.

[1] Idem Arch. ī c. px. alleg. ff. de adim. leg. l. & si transferā. & l. legarū 2. §. 1. Io. A.

[2] Tunc neutrum erit admittēdū: & impu tet sibi ɔstituēs: faciunt no. in c duobus. ī. de rescr. Do. Tone.

[3] ff. de ɔd. & demō. cui fundus. Ioan. Mona. & facit clé. plures, de iure patr. Io. Andr.

[4] Alias opiniones inuenies, de hoc in Spe. de cō fess. §. fin. versic. sed pone. Io. Andr.

[5] Et ff. de leg. 1. si plurib. in fi. Sed ibi valet occupatio ɔstitutionis quo adelectione tm tacendam de re legata, vel pre t. o. Io. An.

tium ab alio inchoatum:[a] dum tamen ab † alio non fuerit alius substitutus: nam si fit, is præferri[b] debebit eidem.

¶ Procurator datus insolidum, qui occupauerat negotium, ex impedimento exclusus, non reassumit, nisi altero impedito, hoc dicit Dominicus.

¶ Cæterum vbi nullo substituto,[c] alter[d] suscipit negotium prosequendum is qui occupauit primitus. ipsum,[e] resumere postea impedimento cessante[f] nequibit: nisi forsam illũ contingeret † impediri.[g]

¶ In causis spiritualibus ex duobus procuratoribus simul simpliciter datis, iudex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit nec alius admittitur, nisi primo legitime excluso, hoc dicit. Dominicus.

¶ Sane in delectionum, postulationum, prouisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis[h] (cum talia celeriorem[i] expeditionem exigere dignoscantur) volumus specialiter[k] obseruari, vt si plures procuratores simul in eis fuerint non insolidum[l] deputati: iudex (ne propter eorum cõcursum negotia eadem intricari[m] contingat) idoneiorem[n] ex ipsis eligere valeat, & ille solummodo prosequatur, habeatque quicquid cum illo sic electo, factum extiterit, plenam roboris firmitatem: Nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censuimus post occupationem factam ab alio superius admittendum.[o]

¶ Idem.

¶ Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pænitere potest, quamdiu constituens in eadem perseuerauerit voluntate.

CAP. VII.

LICET †

---

inmutare non potuit in totum, ad hoc supra de testa. requisisti. & c. tua. ff. de leg. 1. l. nemo: si ergo non valet in totum vt agit, valeat pro ea parte, & eo modo quo valere potest 1. Ad idem infra de despon. impu. c. 1. § 1. [Et bene facit. C. de fideiuss. non recte l. 1. & vide q̃ dixi in anti. de maio. & obed. solitæ. super gl. quod quandoque. facit etiam. ff. de vsuf. leg. si alij, cuius casum vide in decret. de celebrat. Miss. in quadam super glos. antepe.] Et determinatum est hic quod dubie tractabat Gui. in Specu. eodem tit. §. ratione autem. versiculo, quid si dictũ fuit.

a ¶ Inchoatum.] simile supra eod. lib. de offi. delega. cum plures.

b ¶ Præferri.] est enim constitutus ab eo qui potior est, clausula non obstante, vt supra vidisti; excludet ergo illum cum vices potioris gerat 1. ad hoc 93. distinct. cap. vlti. & 49. distinct. c. 1. infra de præbend. hi qui.

c ¶ Substituto.] ab occupante. Nunquid hunc reuocare possit? dic vt dixi supra eo tit. is, qui.

d ¶ Alter.] collega datus cum eo insolidum.

e ¶ Ipsum.] negotium.

f ¶ Cessante.] arg. contra supra eo. lib. de electione cupientes §. quod si. & infra de sentẽ. excommunicat. eos qui vbi cessante impedimento tenetur quis ad hoc, ad qđ. prius tenebatur, sed hic iam alius occupauit, & eo casu quo potuit, vnde nec virtus clausulæ hoc operatur, vt vides.

g ¶ Impediri.] & tunc ille assumet, nec ille substitutum dare poterit, cum litem non fuerit contestatus supra eo. cap. 1 § 1.

h ¶ Causis.] secus in negotiis etiam spiritualibus, vt patet supra eo. lib. de elect. c. penult. §. si autem. quod est contra, & ibi dixi.

i ¶ Celeriorem.] de hoc vide quod dixi supra eo. lib. de elect. c. vlt.

k ¶ Specialiter.] Nota ergo quod fauor aliquid inducit contrarium positiuum, quod habuistis in prin. decre. Et nota, per hanc literam reprobatam illã opinionem, quę videbatur æqua Bernardo sup. in ant. eod. non iniuste. q̃ siue esset clausula insolidum, siue non, iudex poterat eligere, sed non est verum nisi in spiritualibus, vt hic vides, & facit pro illa opinio. ff. de popu. act. l. 2. sed non obstat, quia ib plus tangitur vniuersitas, quam priuata persona, & ideo fuit electio magistratus.

l ¶ Non in solidum.] si enim insolidum, non esset speciale, quia omni casu iudex eligeret si ambo occurrerent, & si nul occuparent. ad hoc supra eo. lib. de elect. cap penult §. 1.

m ¶ Intricari.] vt est contrariis responsionibus. Parat igitur viam expeditioni negotij, prouidet domino absenti occurrit paruum laboribus & inutilib. expensis, ad quæ omnia tenetur iudex supra eod. lib. de offic. ordina. vt litigantes de rescriptis. statutum.

n ¶ Idoneiorem.] ff. de accus. si plures. [Ad idem ff. de dãn. infect. in reficiendo. cum conc. tdan.] ff. de administrat. tut. si. plures, & videtur idoneior magis honestus & qui melius merita causę nouit. supra de iuramento calumniæ, in pertractandis.

ADDITIO. Facit. C. eod. ut. l. si lo. Andr.

o ¶ Andmittendũ.] scilicet quando non dedit substitutum, & non potest, vel non vult, prosequi.

LIcet.] Non diuiditur, quia textus sub vno constructu pendet. Dominicus.

CASVS. In quadã causa, quam, eram tecum habiturus, Titium procuratorem meum constitui, & ei misi litteras procurationis per aliquem nuntium meum; qui nuntius sibi Titio præsentauit litteras & eum requisiuit, vt onus dictæ procurationis in se assumeret, dixit Titius, nolo acceptare procuratorium, nec onus assumere, & renunciauit procurationi, postea pœnitentia ductus, voluit illam procurationem acceptare: Opponebatur pro parte tua quod Titius non erat procurator meus, eo quod renuerat semel accipere procurationem, quæritur an possis eo prætextu eum repellere, & an possit Titius procurationem reassumere? Respondet, quod si ego constituens perseuerauero in eadem voluntate, quod certe ipse Titius potest procurationem reassumere & acceptare, & causam meam promouere, ac si ab initio non refutasset. Nota primo, ex isto capitu. quod officium procurationis est officium voluntarium, & ideo non cogitur quis accipere procurationem. l. filius, §. inuitus. ff. eodem titu. l. inuitus. C. eo. & hoc verum in officio procurationis singularium personarum: secus est in officio procurationis regiæ: nam onera publica quis inuitus cogitur suscipere. Instit. de excusat. tut. & cura. circa prin. & cum istud officium sit publicum, ideo

---

† al. ita ab illo.

1 Nota q̃ verba nõ operãtur vt sonant iure aliter interpretante. Do. & Pe. de Anch. Fon.

† al. contigerit.

2 Neque potest ab altero reuocari q̃ uis ambo habeãt potestatẽ substituẽdi & reuocandi. Imo. Fon. Adde ex Bart. in l. si ante acceptum. §. si. ff. sol. mat. q̃ tunc prior satisfaciẽdo eum reiicit, & dũs de nouo pro isto satisdare dẽt. Pe. de Anch. Font.

† Ad hunc textu vide q̃ dicit Alexander cons. 81. incip. reuocatur in dubio lib. 5.

ideo quis inuitus illud suscipere cogitur. Et secundum Do. quod dicitur quod officium procuratoris est vile officium, non intelligatis quod reddat vilem vel infamem illum, qui exercet tale officium sed dicitur vile, eo quod viles personæ admittuntur ad exercendum tale officium: & intelligitur de procuratione singularium personarum: non autem de procuratione regia: Nam illud officium est dignitas: quia habet iurisdictionem inter priuatum & fiscum quia iurisdictio habet dignitatem annexam. Nota quod licet procurator tenuerit acceptare procuratorium, & dixerit præcise, quod refutabat: tamen est locus pœnitentiæ, si constituens perseuerauerit in eadem voluntate, ideo dicit glossa, quod si in constitutione procuratoris dicat dominus constituo talem: & casu quo noluerit acceptare procuratorem, constituo talem: tunc si primus refutauerit, non est amplius locus pœnitentiæ. Nota ulterius, quod absens potest constitui procurator: concor. sunt in glo. & in c. cupientes. §. ad hæc. eod. lib. sup. de electione.

is,[a] qui procurator[b] constituitur ab absente,[c] dixerit præsentatum sibi suscipere[d] nolle[e] mandatum, hoc tamen nequaquam[f] obstante, quandiu[g] constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsum[h] acceptare poterit † quandocumque placebit.[i]

† Idem ait Pe. & Anc. in oib. alijs concordantib. inter absentes consensu præcabilibus in l. consensu. ff. de act. & obli. Fon.

¶ Idem.

¶ *Dominus dans procuratorem, quotiens contingit eum abesse, causam tractando, procuratorem non intelligitur reuocare, secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quod ipsum reuocare non intendit: vel aliàs hoc appareat ex probabilibus coniecturis. Ioannes Andrea.*

Nota insuper arg. quod voluntas semel posita, semper præsumitur, nisi contrarium probetur. vide sup. de bapt. maiores. in fine. Dominicus.

[Prima glossa summat.

a ¶ Licet is.] procurator, qui renuit acceptare mandatum, pœnitere potest, quamdiu constituens in eadem perseuerat voluntate.

b ¶ Procurator.] ad iudicia vel negotia: non curo, cum non distinguat: & eadem ratio fit vtrobique.

c ¶ Absente.] præsens igitur & absens quis potest constitui procurator, vt hic, & ff. eod. l. 1. sup. de confir. vtil. vel inuti. cum dilecta.

d ¶ Suscipere.] quod si scienter illud sine protestatione recipit, dominum, qui pro eo debitè cauerat, super inclusis in procuratorio defendere cogitur, vt in clem. eo. tit. c. 1.

e ¶ Nolle.] de nolle & velle quomodo alterum extensiuum, alterum non, vide quod no. ff. de ver. obli. si quis stipulatus sit. 1

f ¶ Nequaquam obstante.] & sic not. speciale contra regulam inf. de reg. iur. quod semel. cum suis concordantijs.

g ¶ Quamdiu.] si ergo mutasset voluntatem, vel causam agendo, vel alium procuratorem dando: [Vel id verbis exprimendo.] secus est, vt dixi sup. cap. proxi. in prin. Ad hoc inf. Io. And.

h ¶ Ipsum.] scilicet, mandatum.

[Gloss. seq. significat contrarium: soluit, arguit ad simile.]

i ¶ Placebit.] argum. contra, ff. de suc. edic. l. 1. §. qui semel. vbi si ille qui est primi gradus, dixerit se nolle succedere, statim ius deuoluitur ad eum, qui est secundi gradus. 2 Sed ibi erat ad quem ex renunciatione ius deuoluebatur: hic ad nullum alium, quam ad dominum ipsum procuratorem constituentem: Vnde satis dici potest, quod de quadam perseuerantia voluntatis & æquitate, ille vel non desinit esse procurator: vel si desinit, [prout tenet Io. Mona.] iure permittente reassumere potest: & forte statutum fuit, ne contingat per procuratoris defectum negotia protelari, ad hoc supra ca. proxi. Credo tamen per prædictam l. & per hanc literam quandiu, &c. si dominus dixisset, constituo talem: qui si renuerit, talem constituo: non haberet tunc locum hæc decret. Et not argumen. quod si electus præsentatam sibi electione renuat consentire, si adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus poterit consentire, aliàs non; quod verum est, quia a principio renuunt, & quasi inuiti trahuntur. octaua quæstione prima, qui epi scopatum, & capit. in scripturis. Ioann. Andreæ.

ADDITIO Idem in delegato, & multo fortius cum ipsius officium sit necessarium, secundum Archidiaconum alleg. supra de rescriptis: suscitatus. ff. de officio præsid. legatus. C. de execu. mu. lib. 10. l. placuit. §. si quis.

1 Ibi no. differentiam inter futurum indicatiuum & futurum coniunctiuum; in primo eligens variat vsque ad litem contest. In secundo non; forum non dat Dom. Fo.

2 Quod intellige vt ibi, & §. seq.

1 Insia. ibi iuris de quo s. eo. lib. de ele. quod sit. & vide quod no. & dicam j. de pb si ti bi absenti. sup glo. pen. quæ loquitur in prouiso, ista in electo. Io.

CAP. VIII.

SI quem sub ea[k] forma

Ioan. And.

SI quem.] Sunt duo dicta principalia: Secundum: ibi, Secus. Dominicus.

¶ Præsupponendum pro intellectu huius cap. quod si in aliqua causa mea constitui meum procuratorem, qui causam ipsam incœpit procurare: quia obtulit libellum, sed lis nondum est contestata: si ego dominus compaream personaliter, & aliquem exerceam actum iudicialem in causa: videor meum procuratorem reuocare.

CASVS. Constitui Titium procuratorem meum sub hac forma: Titium meum procuratorem constituo quotiens me abesse contigerit: quasi dicam, quod intendo causam ipsam personaliter promouere sed Titium procuratorem constituo quotiens contigerit me abesse: non potui comparere in primo termino; sed Titius meus procurator comparuit pro me: postea in secundo termino comparui personaliter, & aliquid in causa feci nomine meo proprio: nam aliquem actum iudicialem exercui: vtrum eoipso, quod comparui, videar reuocasse meum procuratorem? Certe non: aliàs videretur procurator reuocatus per comparitionem domini, & hoc verum, n. si dominus constitutus faciat protestationem, quod non intendit reuocare procuratorem, sed quod comparet citra procuratorum suorum reuocationem. n. tunc enim talis protestatio impedit reuocationem. Et si feci constitutionem procuratoris simpliciter, & postea in causa compaream: & aliquid in causa nomine meo exerceam: videor regulariter reuocare meum procuratorem: fallit si faciam protestationem, quod compareo citra procuratorum meorum reuocationem. Item fallit si est talis actus, qui non poterat exerceri per procuratorem, sed requirit præsentiam meam, quia forte est articulus ad iurandum de calumnia, vel respondendum positionibus: tunc. n. comparendo in propria persona non videor procuratorem meum reuocare.

[Prima glo. summat, & dicit quid approbat.]

k ¶ Si quem sub ea.] Dominus dans procuratorem quotiens contingit eum abesse, causam tractando procuratorem non intelligitur reuocare, secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quod ipsum reuocare non intendit, vel aliàs hoc appareat ex probabilibus coniecturis Decretalis ista approbat, quod not. per Innocentium & Hostiensem supra eodem, capitulo petitio, & vide quod not. ff. mand. qui mutuam. §. non ideo.

quotiens te abesse [a] contigerit, constitueris procuratorem ad causam: nō ideo (licet tractes eam postmodum per teipsum) procuratorem ipsum dignosceris reuocare: quinimo procurator idem procuratoris assumet [b] officium quandocunque te contigerit absentare.

¶ Secus [c] si simpliciter a te fuerit constitutus: tunc enim siue ante litem [d] contestatam, siue post [e] ad causam ipsam venias, non vt ipsi procuratori assistas, [f] sed vt causam tractes eandem, tractando ipsam eum reuocare censeris: nisi dicas expresse, quod ipsum vis in officio procurationis (hoc non obstante) manere: [g] vel nisi quod non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus appareat cō iecturis: † vt si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu nosti melius veritatem, [h] aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quicquid aliud accidat, [i] propter quod ipsi causæ tua sit præsentia opportuna. [k]

¶ Idem.

¶ Tria dicit: Primo, quod procurator ad cōtrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum: Secundo, quod talis procurator non substituet: nisi ad hoc mandatum habeat: Tertio quod si talis procurator reuocatus etiam ignoranter cōtrahit, non tenet matrimonium Ioan. And.

CAP. IX.

PRocurator [l] † non

a ¶ Abesse.] sub hac ergo forma potest dominus procuratorem dare: sic & delegatus Papę subdelegatum. s. de offi. deleg. si delegatus cod. lib.

ADDITIO. Et vtrobique si moritur constituens reintegra, mandatum expirat tamen aliter dicitur res non integra in subdelegato, quā in procuratore. item & aliter in procuratore ad iudicia quā ad negotia. de hoc not. C. man. l. mandatum. Ioann. Andr.

b ¶ Assumet.] si C. de cura. furi. l. penul. ff. mand. l. q mutuā. §. non ideo.

c ¶ Secus.] s. quia non assumet, & inf. declarat quare.

d ¶ Ante litem contestatam.] tunc reuocatur sine causa & inuitus, vt s. eo. tit & lib c. 2. cum suis concordantijs.

[Gl. seq. signat contrarium: ponit opin. quam reprobat: demum soluit.]

e ¶ Siue post.] ad hoc s. eod. non iniuste ff. eo li. l. plurib ff. manda. qui mutuā. §. non ideo minus. Sed contra. s. eo tit. & lib. c. 2 vbi post litem contestatam procurator non reuocatur. Sol. quidam dicunt hunc casum addendum s. q procuratorem post lite cōtestatā a se nō reuocat dominus, vt det alium procuratorem; sed si causam tractat bene: sed ad hoc contradicit finis ipsius decre. quæ dicit, q adesse potest; sed non tractare, & est expressum C. eo. l. procuratoribus, vbi habes, quod post contestationem a procuratore factam non habet dominus potestatem prosequendi negotium. Dic ergo & verius, quod decret. ista & supradicta iura loquuntur qñ domino post litem contestatam non contradicitur a litis assumptione, vt legitur & no. ff. eo. tit. l. quæ omnia & ideo illa litera, quæ est sup. eo. tit. & l b. cap. 2 ibi, p so nolente, soluit cōtrarium; & ita etiam tenent prædicti Doctores in decret. petitio, sup eo. Si autem contradicitur, tunc locum habet decret. illa, quod causa cognita reuocabitur, alias non.

f ¶ Assistas.] quod potest eo inuito. sup eod. tit & lib. quamuis. in fine. ff. eo. l. Paulus ff de moff. test. si suspecta. Ioan. And.

g ¶ Manere.] ad idem sup. eo. tit. & lib. si duo & no. pro protestatione; quia hæc saluat q sine ipsa perderetur. de hoc sup. in ant de condit. cum M. & de ele. Cumana, & 17. dist. c. 1.

ADDITIO. Ioan. Mona. remittit inf. de reg. iur. in generali. Ioan. And.

h ¶ Veritatem. ff. eo. si actor. inf. de iud c. 1.

i ¶ Accidat.] puta quia vinculis detinetur. supra eodem quamuis.

k ¶ Opportuna.] pone procurator non habebat mandatum iurandi de calumnia, vnde oportuit venire dominum & iurare. inf. de iura. calum c. vlt.

[l] PRocurator.] Tria sunt dicta; secundum ibi, Et quamuis, Tertium ibi, Sane. Dominicus.

CASVS. Titium feci & constitui meum procuratorem ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia: & ponamus, vt sit maior dubitatio, quod Titium meum procuratorem constitui ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia, cum ptātem faciendi oīa & singula, quæ facerē & facere possem, si personaliter interessem: quid fecit iste Titius procurator meus: Contraxit matrimonium pro me cum Berta, & forte per verba de præsenti: an sit matrimonium inter me & Bertam? Respondet q non: quia ad hoc nō habebat mandatū speciale, & ista specialitas attēditur etiam circa personā cum qua est cōhēdū: aliter non est mandatum sufficiens ad cōtrahendum matrimonium, puta si dicam: constituo talem pcuratorem meum ad contrahendū matrimonium nomine meo cum tali Berta: tunc est matrimoniū inter nos. Sed ponamus, q constitui procuratorem meum ad cōhendum matrimonium cū tali Berta: pcurator meus fuit impeditus, & alium substituit: iste substitutus protulit verba apta ad contrahendum matrimonium cum Berta; quia dixit nomine procuratorio meo talis accipio te in vxorem, & econtra Berta dixit, accipio te in virum, vt procuratorem talis; an sit matrimonium? Certe non: nam procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest substituere, cum agatur de maximo præiudicio. Sed ponamus, q constitui Titium procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta; reuocaui procuratorium; sed non notificaui procuratori, nec Bertæ; ille procurator cōxit matrimonium cum Berta nomine meo; an teneat matrimonium? Rñdet q non, licet dicamus rlr, q reuocans procuratorem, debet notificare procuratori, si fuerit procurator ad negotia; Vel debet notificare iudici & parti aduersę, si sit procurator ad iudicia; fallit tamen in causa matrimonij: quia quamuis reuocatio notificata non fuerit procuratori; tamen non valet qđ procurator egit; nec est matrimonium propter defectū consensus, qui requiritur in matrimonio. Nota primo, casum, in quo requiritur speciale mandatum; alios vide per glo. super eod tit. & lib. qui ad agendum. Nota secundo, ibi, §. & quamuis, quod procurator datus ad matrimonium contrahendum, dicitur datus ad negotia. Dominicus.

[Glossa prima diuidit & summat.

l ¶ Procurator.] Tria dicit; primo, quod procurator ad cōhendum matrimoniū dēt habere speciale mādatum; Secundo, q talis procurator non substituit, nisi ad hoc mādatum hēat; Tertio, q si talis procurator reuocatus, etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium.

[Glo. seq. ostendit de iure veteri, &c. signat contrarium & soluit.]

† Nota Pet. de An ch. q vna plum ptio tolit aliā de plum. litteras. de in integ. resti. l. diuus. Bon.

† Vide Anc. cōsi. 228. inci. A. duas filias habebat & duobus consi. seq Anto. But cons. 64. incip. A duas filias habuit Alexan. cōsi. 146. inci. in cā & lite & cōsi. 149. inci. uiso pcessu lib. 5.

i Idē Phi. Pet. de An. Do. intel lige dūnō cōdicitur a parte, vel ab ipso pcuratore, etiā pcurator vult, pars pōt nolle, q a principalis est indiscretus horribilis. Bar. ī l. si §. si actor male ff eo. Rōt.

a ¶ Ido.

aliter censetur idoneus [a] ad matrimonium [b] contrahendū, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. [c] Et quamuis aliàs is qui cōstituitur ad negotia procurator, alium dare possit: [d] in hoc tamen casu (ppter magnum, quod ex facto tā arduo † posset periculum imminere, non poterit deputare [e] alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. [f] ¶ Sane [g] si procurator anteq̄ cōtraxerit, [h] a dño fuerit reuocatus: [i] contractū postmodū matrimoniū ab eodē (licet tam ipse, q̄ ea, cum qua contraxit reuocationem hmōi penitus ignorarent [k]) nullius momenti existit; [l] cum illius cōsensus defecerit, sine quo firmitatem hīc nequiuit. [m]

TITVLVS XX.

De his, quæ vi metusve causa fiunt.

¶ Gregorius X. in Concilio Generali Lugdun.

¶ Excōicationis suspensionis, vel iterdicti absolutio vel reuocatio per vim extorta, non tenet: & extorquēs excōicatus est ipso iure. Io. Andr.

a ¶ Idoneus.] an per procuratorem possit cōtrahi matrimonium? de hoc non dubitatur per canonem 32. q. 2. honorentur. j. de conuer. coniu. ex par. 2. & qui cle. vel voc. c. ueniens, ad idem de matrim. contract. c. 1. ff. de spon. sufficit. & l. vlt & ff. de ritu nup. l. mulierē, oēs enim contractus qui consensu contrahuntur, inter absentes contrahuntur. ff. de contrah. empt. l. 1. §. est autem. Sed contra. sup. de spō duo. c. 1. ibi, corde tamen & ore, &c. Sed dic, ꝙ satis dr̄ ore cōsentire qui per procuratorem 1 cōsentit. j. de reg. iur. q p aliū. Sed an procurator ille debeat ad hoc habere speciale mandatū, dubitat? Dicebamus aūt ꝙ sic, sicut & in aliis casib. quos no. sup. eo. li. & tit q ad agedum. §. vlti. & ad hoc facit sup. de despō. impub. c. 1. & Instit. de nup §. 1. & expressum erat ff. de rit nup. l. gñali. & l. mulierem.

ADDITIO. Vnde dixit Phi. sup. de restit. in integ. coram per iu aliquod non probari, ꝙ in matrimonio contrahendo per procuratorem interuenire debeat speciale mandatum. Io Andr.

[Glossa sequens ponit dictum cui signat cōtrarium & remittit.]

b ¶ Matrimonium ꝯhendum.] nec ad causam matrimoniale agendā, vt dixi sup. eo. tit & lib. qui ad agendum. § vlt. fin Vinc Sed ad hoc contra sup. eo. tit. accedens sed sol vt ibi no. Ber in fi. vlt. glo.

[Glo seq quærit, arg. pro, soluit contrarium. Iterum quærit arg. negatiue contrarium soluit.]

c ¶ Speciale.] Sed nunquid si habet generale cum quibusdam expressis, clausula subsecuta, ut sup. eo. lib. & tit. qui ad agendum contrahere poterit? vr ꝙ sic per il lud c Sed contrarium credo, vt ibi dixi. Dico enim ꝙ illa clausula generalis, quæ sequitur, specialia expressa similia includit, sed non longe maiora: 2 vt est in casu nostro: notabiliter enim tali concedi debet: & hoc voluit hæc litera. Ad hoc 12. distinct nos consuetudinem: sup. in antiq. de rescrip. sedes, C. de diuer rescrip. l. 1. ff. de vi. tri & oleo leg. l. vlt. in fi. & ad hoc facit finis huius cap. maxime cum requiritur speciale mādatum. & de expressa persona, 3 vt statim dicam: & sic dubitatio procedit Sed quid dices: nunquid sufficit speciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur speciale de certa persona & expressa? & videtur ꝙ non requiratur expressa persona. 4 arg. sup. e ti. & lib. c. 1. 2. responso. Sed dic contra per l. ff. de ritu nupt. generali, ad hoc sup. de arb. innotuit. cum suis concord. & quæ not. 29 q c. n summa.

ADDITIO. Idem Dom Philipp. hic Bar. in l. fi. ff. de dona. ad quod facit gl. 30. q. 5. cap. nec illud. quam vide Fonta.

d ¶ Possit] libere, & qñcunq; sup. eo. ti & lib. c j. § procurator & ff. man. si procuratorem.

e ¶ Deputare.] & sic fallit illa regula. ad idem ff de ri. nup generali. in prin.

f ¶ Commissum] concor. supra eod. titu. & lib. capit. 2. 2. respons. sup. de off deleg. is cui. & capit. vlt. §. vices quoque.

g ¶ Sane.] hoc quod dicitur hic notabat Io. 63. dist. tibi domino. & 30 q. 5 nec illud.

ADDITIO. De hoc ff de spon. sufficit per Inn. de spon. sub cub. quę gl communiter habetur in c. Iudęis, per Hostien. in summa, de sponsa. §. qualiter contrahatur. versi. ꝙ si pœniteat. Io And

[Gl seq. ponit differentiam carnalis ad spirituale.]

h ¶ Contraxerit.] matrimonium dicit ꝯhi per mutuū consensum: & est verū in hoc casu: secus in matrimonio spirituali, quia ex quo clerici elegerūt licet adhuc non sit per mutuū electi cōsensum matrimonium spirituale cōtractum, tñ pœnitere non poterunt. sup. in antiq. de elect publicato. & c. cū inter canonicos, & facit ad hoc de transla. inter corporalia.

i ¶ Reuocatus.] vel vetitus ne contraheret. Quid si iurauerat dñs nō reuocare, vel pœnitere? Idem, licet periurus sit: & de eo debeat sibi pœnitētia imponi. de spon. sicut. & conter in fi. defuit. n consensus: & sic idem iuris, cum eadem sit ratio.

ADDITIO. Firmitas ergo contractus nec per iuramētum, nec per pęnę promissionem potest haberi; sed ipsius consului, ꝙ post contractum procuratoris fiat ratificatio constituentis. Io. And

k ¶ Ignorarent.] speciale in hoc casu cum aliàs reuocatio procuratoris ad negotia ad ipsum procuratorem venire debeat: de quo dic, vt sup. in antiq. de rescri. ex parte decani. 5 De reuocatione procuratoris ad iudicia dixi sup. eo. ti. & lib. c 2.

[Glo seq signat contrarium.]

l ¶ Existit.] arg. contra ff. de diuor. l. si pœnituit. Reuocatū est ergo mandatū, licet mandatarius hoc ignoret, quamquam agat, ne sine culpa sua damno afficiatur, ff man. si vero non remunerādi, & l. si mandassē.

ADDITIO. Lex, si pœnituit in prin. huius gl. allegata dicit, ꝙ si pœnituit me misisse diuortium, tamen nuncius ignorans pœnitentiā meam, libellū dedit, durat matrimonium: in hoc promissis qui recipit pœnitētia cognita, diuertere velit: in hoc contra. Sol. in ꝯhendo requiritur vtriusq; consensus: quod non est in diuertendo, C. de repu consensus. Io. And.

m ¶ Nequiuit.] 27. q. 2. c. 2. & per totum. de spon. cum locum, & c. tua, & de despon. impu. c. 1. Et est rō quare furiosus non ꝯhit, quia non pōt consentire 32. q. 7. neque furiosus. & 27. q. 2. sufficiat. & sup. de spō. dilectus.

DE HIS QUÆ VI METVSVE causa fiunt.

¶ Visum est supra de his, quæ gerunt spontanea voluntate agentiū: & sic valent & tenent irretractabiliter ut dicit Iuriscōsultus l. 1. ff. de pact. nihil. n. est quod magis humanæ naturæ congruit, quam pacta seruare, qñ sponte fiunt: Verum quia aliquando accidit, ꝙ talia fiunt per metum, & dubitari posset vtrum talia teneant irretractabiliter uel non: ideo post titulos pcedentes ponit titulum de his, quæ ui metusve cā fiunt.

Abso-

† Et ideo nō deciditur iuramēto per iudicē delato. B. l. i. l. admonēdi. Font.

1 Qui est I hoc qua si pica, mi niter, & orgānum domini. ad hoc ff. de cōstit. pec. l. & licet. de acqui. poss. ꝙ meo. §. procurator. & no. C. si q s alt. uel sibi. l. multū in glo. pen.

2 Vt in cle. no pt eo. ti. Ioa. And.

3 Idem Pe de Ancha. Phil. & Dom. Fon.

4 Idem Pe. de Anchar.

Matrimoniū p q ꝯhitur.

Procurator reuocari pt licet dñs iurauerit nō reuocare.

5 Ibi uideas Fely. de ista materia. Fon.

Cōtinuatio Domini Helæ.

Absolutionis beneficium.] Duæ sunt partes Secunda: ibi, Nec autem.

¶ Absolutio vel relaxatio ab excõicatione interdicto, vel suspensione per metum extorta, est nulla ipso iure: & extorquẽs absolutionem vel relationem, incidit in aliam sñiam excõicationis: & sic est duabus sententijs ligatus, licet prius nõ esset ligatus nisi vna sententia: & sic hẽt verũ locum illud vulgare: sæpe iastorem ferit sua sagitta.

Istud c.limitat regulã dicẽtem gesta per metũ rescindi per actionẽ q̃ metus cã. ad limitationes vide I cap. abbas sup. eo. F.

¶ Pro intellectu huius c præsupponendum est, q̃ illa, quæ fiunt per metum iustum, qui potest cadere in constantem virum, tenent de mero iure: quia in eis interuenit consensus, licet coactus: mõ coacta voluntas est voluntas: veruntamen probato iusto metu, ille actus rescindetur proposita actione, quod metus cã, quæ accipit denominationem a capite edicti, l.1.ff.eo. nam dicit prætor: quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. Fallit in casu nostri cap.

CASVS Meus competens iudex ordinarius, vel delegatus(non refert)me excõicauit iuste vel iniuste vt sit maior dubitatio. Iuste quia exigente contumacia, & præcedenti canonica monitione me excommunicauit: iniuste, quia non seruauit debitum ordinem in excommunicatione: hoc facto aliqua die ego inueni excommunicantem solum in loco in quo poteram sibi inferre violentiam, & posito gladio ad guttur, minabar eum occidere, nisi me absolueret, vel relaxaret ab excommunicatione. Iste iudex sola vita contentus, vidẽs meam deliberationẽ, fecit illud q̃ volui: quia me absoluit a sententia excõicationis iuste, vel relaxauit me ab excõicatione iniusta: quærit vtrum sim absolutus vel relaxatus? Respondet quod non: immo remaneo in pristina excommunicatione, & nouam excommunicationem incurro, & sum excommunicatus duplici excommunicatione. Si iste casus non esset casus specialis, absolutio de mero iure teneret, sed iudex posset agere contra me, vt ipsa absolutio rescinderetur, & poneret in pristinam excommunicationem. Idem est dicendum de sententia interdicti vel suspensionis.

Nota primo ex capit. isto casum, in quo gesta per metum sunt nulla ipso iure: quod est contra communem regulam, quæ habetur in cap. abbas supra eodem in antiq. nam si compellas me per metum, vt vendam ibi librum, tu es dominus libri, nec librum a te possum vendicare, nisi talis venditio rescindatur per actionem quod metus causa: fallit in certis casibus, in quibus requiritur consensus spontaneus & liber, vt in matrimonio: quia cum quis compellitur ad matrimonium contrahendum: matrimonium est nullum; quia licet ibi sit uoluntas: quia coacta voluntas est voluntas, nõ tamen est voluntas spontanea. Item fallit in absolutione ab excommunicatione, vt hic: nam si excommunicator absoluat per metum, nulla est absolutio: nec est necesse quod rescindatur absolutio: sed potest publicari pro excõicato, ac si nullo modo absolutus fuisset. Quæritur quæ differentia est inter absolutionem & relaxationem: quia prima facie videretur quod essent idem: & sic iste text. esset superfluus: quia in iure nostro non debet esse aliqua superfluitas, ut sup in procemio decre. ibi, resecatis superfluis, & in procemio, C, dicit glossa, quod iste text. non ponit superfluitatem: nam verbum, absolutio, respicit secundum aliquos absolutionem præstitam cum sollemnitate, scilicet, cum Psalmo pœnitentiali: Miserere mei Deus secundum, quod ponit Guil. Duran. Specul. in tit. de imag. sed verbum relaxatio, respicit absolutionem nõ sollemnem: vt dicit gl. Absolutio respicit iustam excommunicationem: & relaxatio respicit excõicationem iniustam, quæ tamen tenet: sed venit relaxanda iuxta c. sacro. sup. de sent. excom. in antiq. Vel absolutio respicit simplicem absolutionẽ, & relaxatio respicit absolutionem ad cautelam, qñ quis negat se excõicatũ; sed tñ petit absolutionem ad cautelam, vtrumque potest saluari sec Doctores. No. vlterius, q̃ excõicatus potest iterum excõicari. Sed quærit quõ est hoc possibile: quia excõicatio ponit aliquem extra ecclesiam hoc est extra communionem fidelium, & si sit extra ecclesiam per primam excommunicationem, quomodo potest poni extra per secundam: Nam cum sit extra ecclesiam, nõ potest amplius poni extra c. cum frequens de resti. spol eo. lib. Dicendum est, q̃ excõicatio habet duos effectus: vt dicit glo. notabilis. cap. ita quorundam de Iudę. in antiq. Primus effectus est, ut ponat excommunicatum extra ecclesiam: Secundus effectus est, vt teneat eum extra ecclesiam donec fuerit absolutus. Secunda excommunicatio non potest habere primum effectum, & sic intelligitur contrarium, sed habebit secũdum effectum; quia retinebit excommunicatum extra ecclesiam: & quantum ad istum effectum excommunicatus potest iterum excommunicari Nota insuper, q̃ absolutio a sententijs censuræ, appellatur beneficium.

¶ Nota finaliter textum, q̃ canon loquens per verbũ præsentis tẽporis cum adiectione huius verbi, omnino, inducit canonem latæ sententiæ, vnde gl. in c. quam sit. sup. eo li. de elect. Dom

CAPIT. vnicum.

Absolutionis beneficiũ [a] ab excommunicationis [b] sententia, vel quamcunque reuocationem [c] ipsius, aut suspensionis, [d] seu etiam interdicti [e]

[Prima glossa summat, & quod fuerit dubium, declarat.]

a ¶ Absolutionis beneficium.] Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel reuocatio per vim extorta, non tenet. Secundo dicitur, quod extorquens excommunicatus est ipso iure. Huius decretalis fuit dubitatio: quia regulariter quæ per metum fiunt, valent, & obligant, quod dic, ut no 15. q. 6. auctoritatem, & sup. eo. c. Abbas fallit in casibus ibi notatis, ad quod adde istum: quia sicut iniusta excommunicatio ligat: sic videbatur de iniusta absolutione, de pœn dist. 1. ver verbum.

b ¶ Excõicationis.] ét iniustæ: humiliter. n. debebat absolutionem petere, non per metum compellere: quia sententia pastoris siue iusta, & cap. 11 q. 3. c. 1. secund Guil. & Gar.

Excõicat iniuste, dẽt humiliter absolutionem petere.

ADDTIO. Idem Io. Mon. & Archi.

[Glo. seq ponit triplicem differentiam.

c ¶ Reuocationem.] differentiam facit inter absolutionem & reuocationem: & potest dici absolutio sollemnis, quæ fit iuxta formam ecclesiæ (De senten. excom. a nobis 2. in fi. Gar & Archi remittunt ad no. per Host. in summa. de sen. excomm § qualiter hæc absolutio. Reuocatio verbalis sine sollemnitate: Vel ubi tenuit excõicatio locum habeat absolutio: vbi non tenuit, reuocatio. Vel refertur reuocatio ad absolutionẽ ad cautelam.

ADDITIO. Facit de sent. excomm sacro. vers. caueant. Ioan. And.

d ¶ Suspensionis.] intelligo indistincte, vt loquitur .i. ab officio siue a beneficio, siue ab ingressu ecclesiæ, inf. de sent. excomm is, cui.

ADDITIO. De varijs speciebus suspensionum not. in Clem. de pęn. cupientes. in gl. no. nouam.

e ¶ Interdicti.] ista tria sunt paria: quia omnia sub ecclesiastica censura continentur, & secum trahunt executionem: vnde sequens appellatio non suspendit eorum effectum, sup. de appel. pastoralis, & c ad hęc quoniam inf. de senten. excom. is cui, & in scriptis ferri debent, inf. de senten. excomm. cum medicinalis §. & hæc eadem.

b ¶ Vi n.

Vis quid dicatur.

a. ¶Vim.] vis est maioris rei impetus, cui non potest resisti. ff eod. l. in fi. & l. 2. & quot modis sumatur, & quot actiones, vel interdicta inducat, not. sup. eo. ad audientiam. Metus autem est trepidatio mentis, instantis vel futuri periculi causa. ff. eodem l. 1. & exigitur quod praesens sit metus, licet futurum sit periculum. ff eodem l. metum. §. & quis metus excuset, not. supra eodem cum dilectus.

Metus quid sit.

per vim [a] vel metum extorta: [b] praesentis constitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus. [c] ¶ Ne autem sine vindicta violentiae crescat [d] audacia: eos, qui absolutionem, seu reuocationem huiusmodi vi vel metu extorserint, [e] excommunicationis [f] sententiae decernimus subiacere. [g]

b ¶Extorta] sic nec subditi electi a praelatis debent tranicam di licentiã extorquere. sup. eo. lib. de elec. quorundam.

[Glo. seq. remittit, quaerit, arg. pro, sed contrarium soluit.]

Extorta ho extorta p vim vel metũ nõ teneat.

c ¶Vacuamus.] ipso iure hic vacuatur ꝙ fit per metum, alibi p actionẽ qđ metus causa, alias per constitutionem principum alias per iudicis officium: quod dic vt no sup. eo. cum dilectus. Quid in excommunicatione per vim vel metũ extorta? Vĩ ꝙ idem. L. ꝙ ipso iure nõ valeat, quia par ius ligãdi & absoluendi dominus esse voluit de poen. dist. 1. verbum ad hoc 11. q. 3. iniustum. Sed dic contra secundum Guil. 15. q. 5. quatuor potest tamen per exceptionem elidi, vt ib no ar ff de tur. interdum. §. 1.

Glo. sequit Dñicus, sed Philip. tenet primam opi. Bont.

d ¶Crescat.] Nam si negligenter ea quae male, &c. 35. q. 9. loci. & de vita & hone. cle. vt clericorum.

[Gl. seq. recitetur per quaestionem, & solutionem.]

e ¶Extorserint] si ergo metum intulit, sed iudex absoluere nolit, non habet locum haec poena [secundum Gar. Ioan. Monac. & Archidia.] quia verba, &c. supra de ele. non rele. relatum cum concor. & optime facit ff. de in ius vo. l. quamuis, alias tñ punietur inferens, pro qualitate delicti. ff ad l. Aquil. ita vulneratus Ioan. And.

ADDITIO. Principium huius glo. non loquitur de poena c. si quis suadente. 17. q. 4. quae bene posset locum habere. Io. And.

[Gloss. seq. arg. remittit, & arg. tollit: secundo quaerit & soluit: tertio soluit tres quaestiones.

f ¶Excommunicationis.] Nota excommunicatum amplius excommunicari: quod dic vt no. 3. q 4. Engeltrudam & de Iudaeis ita quorundã. Si autem non ipse excommunicatus, sed alius metum hunc inferat, non excommunicatus erit, & tunc non sumatur praedictum arg. Sed nunquid hoc casu ipse excommunicatus interdictus, vel suspensus incurrit hanc poenam? dic ꝙ sic, si mandauit, vel eius nomine factum ratum habuit, sup. eo. lib. de elect. sciant. infra de senten. excommu. cum quis Nec dicam istos poenam euadere, licet absolutor postea ratum habeat illud quod ab initio coactus fecerat, quia statim ab initio ligati fuerunt. [Facit supra de senten. excommu. cum desideres.] Absolui tamen poterunt per suum ordinarium, cum conditor canonis sibi non retinuerit absolutionem. supra de sentent. excom. nuper. & dixi supra eo. lib. de elect. sciant. fit in hanc poenam incidit, qui per poenam amissionis rerum ad hoc compellit ipsum excommunicatorem, vt supra eo. cap. Abbas.

a Vel maioris partis de rebus. l. pp li tem. ff de excu. tut. Itẽ subtra ctiõis magni lucri. Cynus in l. interpositas. C. de tant. Phi. Anch. Eõ.

ADDITIO. Secundum Gar. & Gui.

[Glo. seq quaerit & soluit.]

g. ¶Subiacere.] quid si compulit per vanum metum, de quo timere non debebat, nunquid tunc locum habet haec poena? Dic ꝙ non secundum Gar. & Guil Fran. & Io. Mona. quia talis metus non inducit restitutionẽ, nec proprie appellatur metus ff. eo l. metum cum legibus seq. & l. nec timorem, & quis sit iustus metus, not. supra, cum dilecti. Ille ergo metus, qui putatur iustus ad reuocandum ea quae per illum fiunt, ille poenam constitutionis inducit: alias non.

ADDITIO. Guil. & Archidia. dicunt hoc relinquendum arbitrio boni viri. Io. And.

TITVLVS XXI.

De restitutione in integrum.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRUM.

¶Bonifacius IX.

¶Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Ioan. And.

Cap. I.

ECCLE-

[Dictum fuit supra tit. prox. de restitutione, quae regulariter petitur iure actionis cõtra, ea quae per metum fiunt: nunc videndum est de restitutione, quae fit officio iudicis nobili, ita ꝙ ad petendum illam restitutionem, non est introducta aliqua actio a iure, sed solũ potest implorari officium iudicis nobile. Vnde sciendum, quod restitutiones petuntur duplici iure, scilicet iure actionis, sicut in materia tituli praecedentis, vt quando quis per metum compulit me ad aliquid faciendum, tunc petam restitutionem per actionem, quod metus causa, vel si dolo me induxisti ad illud faciendum, habeo actionem de dolo: Aliae sunt restitutiones in integrũ, q̃ petuntur officio iudicis nobili, vt si mi nor 25. annis passus fuit rem vsucapi, vel fuit in iudicio auctoritate curatoris, sed per negligentiam omisit facere aliquem actum, iura volunt, vt iudex rescindat illum actum, vel vsucapionem Idem quando quis est absens causa reipublicae, nam tunc potest petere restitutionem officio iudicis nobili, & istud fundatur in quadam aequitate. Idem est in ecclesia si fuerit laesa in aliquo contractu ex negligentia praelati, vel canonicorũ, iura volunt, vt possit restitui. de hoc latius in cap. fi. de offi iud. in antiq.

Continuatio domini Heliae.

ECclesia.] Primo ponit dictum: Secundo ponit exceptionem a dicto: ibi, Nisi Io. Mona.

CASVS. Ego rector alicuius ecclesiae parochialis feci quendam aduersarium meum cõuenire coram iudice cõpetente ordinario, vel delegato, pro iuribus meae ecclesiae, in causa mea fui negligens, quia omisi aliquos testes necessarios, & fui exclusus a productionibus, vel forte negligentia mea non produxi instrumentum, taliter ꝙ reus fuit absolutus, & ego succubui in causa, non est dubium quin ego possim petere, vt omnes processus & omnia acta rescindantur vsque ad illum statum, in quo erant tempore quo debebam facere istam productionem Ponamus, quod ego fui negligens per quatuor annos ad petendum istã restitutionem, quia elapsum est quadriennium numerandum a tempore sententiae contra quam volo restitui, vel forte ecclesia fuit data in emphyteusim, certum est quod ecclesia potest petere restitutionem infra quatuor annos. eod tit. in anti. sed vtrum possit elapsis illis 4. annis? Respondet, quod non, quia restitutio solum durat p quatuor annos, de hoc est tex. in l. fi. C. de tẽp. in integ resti. Et istud verum, quod ecclesia post quatuor annos non debet audiri, nisi causa rationabilis allegaretur, qu a forte aduersarius qui obtinuit sententiam contra ecclesiam, fecit cum praelato ecclesiae, quod non peteret restitutionem intra quadriennium, nam dedit ei intelligere, ꝙ in perpetuo possit restitui, tunc si fit causa rationabilis, quae debeat mouere iudicem, debere sibi dare restitutionem, vnde iudices habentes merum imperium, possunt in integrum restituere. l. fi. C. vbi.

sia, [a] quæ ad retractādam sententiam, [b] vel contractum, [c] per beneficium [d] restitutionis in integrum postulat se admitti: si quadrienij [e] spatium post sit lapsum, & negligenter [f] omiserit: non est ad beneficium huiusmodi admittenda: [g] † Nisi præuaricationis, [h] vel fraudis manifestæ [i] probetur [k] super hoc interuenisse commentum: [l] aut alia [m] rationabilis causa [n] subsit, quæ superiorem mouere de-

C. vbi & apud quos in integ. resti. peti possit. Nota primo, quod ecclesia potest petere releuamentum aduersus sententiam: hoc etiam potest minor. C. si aduer. sen ten. per totum. Nota vlterius, quod ista restitutio potest peti vsque ad quatuor annos, computandos a tempore læsionis in maioribus & ecclesia: sed in minoribus illud quadriennium non currit, nisi demum post 25. annos, & a tempore perfectæ ætatis: vt si minor sit læsus in 15. an. habebit 14. annos ad petendum releuamentum: & sic minoribus durat vsque ad 29. ann. ætatis ipsorum: sed in ecclesia currit a tempore læsionis: nā ecclesia semper est censenda minor factus maior. Nota quod cum subest iusta causa, quæ impediuit petere restitutionem infra quadriennium, potest peti post illud quadriennium, vnde notat glo. E. in vno, quod illud quadriennium non currit, durante vita illius prælati, qui male administrauit: & fuit causa illius læsionis: sed eius successor poterit petere restitutionem post mortem sui prædecessoris intra quatuor annos. Nota vlterius, quod appellatione ecclesiæ comprehenduntur prælati, & clerici de ecclesia: nam ecclesia cum sit res inanimata non potest petere restitutionem: & sic quandoque ponitur continens pro contento. De isto nomine qualiter multipliciter assumatur, vide glo. ne prælati vices suas. cap. si. Nota insuper, quod fraus prælati nō nocet ecclesiæ, ad hoc reg. delictum. infra de reg. iur. Dominicus.

[Prima gl. tria facit, summat, dicit vnde sumpta, & quid declaret.]

a ¶ Ecclesia.] Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Olim extrauagabatur decretalis ista: & quidam intitulabant eam Alexandro, alij Gregorio IX. & eius fuit, vt hic vides: excepto fine, qui superadditus fuit, vt ibi dicam. Emanauit autem ad declarationem eorum, quæ not. in glo. & omnes antiqui & moderni, supra eod. cap. 1.

ADDITIO. Hostiensis hanc decretalem vsque ad ver. aut posuit & glossauit eo. tit. c. 1.

a ¶ Ecclesia.] quæ fungitur iure minoris facti maioris, & iure reipublicæ. 1 quod dic vt no sup. eod. tit. cap. 1.

ADDITIO. Vide quod ibi dixi super quarta gloss. post Inn. & Host. Io. And.

b ¶ Sententiam.] C. si aduer. rem iud. l. 1. supra eo. cum ex litteris.

[Glo seq supplet tria: & de quarto remittit: secundo notat differentiam.]

c ¶ Contractum.] C. si aduer. ven. l. 1. C. si aduer. do. l. 1. Item si aduersus confessionem infra cap. proxi. vel aduersus probationem omissam. supra eo cum venissent & c. p. auditis. An autem contra præscriptionem restituatur ecclesia? Dic, vt no. sup eod auditis. in gloss. ante pen. [Et de hoc, C de sacrosan. eccle. Auth. quas actiones] vel contra lapsum temporis, ex quo læsa est: & tūc restituitur infra quadriennium a tempore læsionis, sed ad idem tempus tantum quo læsa fuit, vt in Clemen. eo. tit ab ecclesia. Nota tamen, quod quando ecclesia contra contractum restitutionem petit, maius est suum priuilegium, quam minoris in hoc: quia si minor iurat non contrauenire, non restituitur. C. si aduer. ven. Authen. sacramenta puberum. Si autem prælatus iurat nō repetere vel contrauenire in contractu damnoso ecclesiæ sic iurando deierauit, & ecclesia eodem petente, vel alio ex iudicis officio restituitur. 35 q. 9 quod quis, de re

1 Vide quod dixi s. de re iud. inter super vlt. glo. de quo hic Arch. Ioā. And.

Minor cōprehens & iurans nō cōuenire, perdit beneficiū restitutionis.

bus eccle. non alie. si quis. de iureiu. sicut & c. intellecto de inst. cum venissent.

d ¶ Per beneficium restitutionis.] quia si per viam iuris communis, secus: vt si diceret sententiam nullam, contractum nullum fuisse: vel sic casu infra cap. proxi. Et scire debes, quod si prætextu restitutionis quilibet recuperat, quod prius suū erat. ff. de mino. qđ si minor. §. restitutio. & l. intra vtile. C de repu. l. vnica, & C. si aduer. vsuc. l. vnica.

e ¶ Quadriennij spatium.] quod datur minori facto maiori, infra quod oportet, quod assumat & finiat causam. Quod dic vt dicitur in cle eo. tit. ab ecclesia. C. de tempo. in integ. rest. l. petendæ, & l. fi. 2 ff. de mino. l. Papinianus exuli, nisi per iudicem vel reum steterit, vt in d. l. petendæ. in fi. & sic possent intelligi supra eod. tum ex litteris. & supra de reb. eccle. non alie. ad nostram, vt infra dicam.

f ¶ Negligenter.] Nota delictum prælati in omittendo præiudicare ecclesiæ, vt no. 16. q. 6. si episcopum, de hoc dicam ĩ. de reg. iur delictum.

ADDITIO. Et qualiter quis agendo dicatur negligens, habetur ff. de diuer. & temp. præ. l. 1. Ioā. And.

g ¶ Admittenda.] reprobata est ergo opi. Ala. Gui. Nas. & Goff qui no. supra eo. ca. 1. & ipse Goffre. in summa huius tit. §. sit computatio. & § quando autem. quod etiam indistincte post quadriennium restituitur ecclesia: hoc probat per decre. prædic. supra eo. cap. 1. ibi, semper debeāt illæsa, &c per cap. supra eod. tit. tum ex litteris, & supra de reb. eccle non alie. c. ad nostram. Approbata autem est opin. Vicen Bernar. Ioan. Innocen. & Hostien & Abbatis qui omnes dixerunt contra, ad iura in contrarium allegata. Respond. vt in ipsis iuribus no.

h ¶ Præuaricationis.] præuaricator est qui corruptus in totum ab accusatione desistit. ff ad Turp. l. 1. 2. qō 3. cap. si quem. § notandum. sed hic non propriè ponitur quia de tali non loquitur: sed præuaricator quasi varicator, qui ex vtraque parte consistit: quinimo ex altera: sic isti fingunt exterius se bene administrare: & tamen spoliant, vel damna inferunt. Vel dic præuaricationis, quoad sententiam, fraudis, quoad contractum. Io. And.

i ¶ Manifestæ.] idest, euidentis, & sic est nomen & casus genitiui, vel est aduerbium, & expone, manifeste, idest, clare.

k ¶ Probetur.] quia qui dolum allegat, &c. ff de proba. quotiens §. qui dolo.

l ¶ Commentum.] idest deceptionem, vel occultum, vel malitiosum tractatum. Vel confictum machinamentum. 87. distinct. cap 2. supra de test. cog. peruenit 1. in fi.) Et hoc casu licet petens ab ecclesia restitutionem fuerit in culpa, ille contra quem petitur fuit in dolo, ne beneficium illud peteretur intra quadriennium, & dolus culpæ præponderat ff ad leg. Aquil. item si obstetrix. in fi. in glo. tenebitur.

m ¶ Aut alia] possibile est, quod ista verba fuerunt Grego. tamen in extrauaganti sua, qua vtebamur, non erat, vnde credo quod addita fuerint per Bonifacium, & est sim. de præben. dilectus filius G in fi.

ADDITIO. Et infra de reg. non solum. Ioannes Andreæ.

n ¶ Causa.] vt supra eo. tit. tum ex litteris. vel vixit ille prælatus male contrahens tanto tempore, vnde tunc non currit præscriptio. 3 16. q 3. si sacerdotes. vt tenet Inno.

† Iste versicu. habet et locū in alijs personis quibus restitutio competit. Philip. Fon.

2 In illa l. fi. dicūt Doctores quem admodū agēdo nō quit restitutio post 4. ann. ita nec excipiēdo, quia actio & exceptio idē efficiētes, sunt eiusdē vitę sic limitat l. licet C. de excep D. Fonta.

Præuaricator quis dicatur.

3 Glossā tenet Pet. de Anch. per ca. ad nostrā de reb. eccle. nō alie. l. si ex cā. ff. de mi. Ph. Font.

Inno. in dicto c. cum ex litteris. vel multas mutationes prælatorum habuit ecclesia, vel eminentissimum fuit damnum ipsius.

SI aduersus.] Sunt duo dicta principalia: secundũ: ibi, Vbi vero.

CASVS Ponamus ꝙ ego litigabã cũ epo Pictauien. de & sup iuribus ecclesiæ: in qua causa prælatus aliqua confessus fuit quæ vergebant in lęsionem ecclesiæ suę; nõ est dubium quin ecclesia possit petere releuamentum aduersus illam confessionem: Sed quæritur vsque ad quod tempus poterit illud releuamentum aduersus illam confessionom? Dicit Romanus Pontifex, aut illa Ecclesia vult petere releuamentum iure speciali, allegando solam confessionem: & tunc potest petere vsq; ad quattuor annos: Aut Ecclesia petit istam restitutionem iure cõmuni, sicut alius priuatus: tunc admittitur quandocunq; vsque ad finem causæ, puta quia pręlatus allegat, quod per errorem aliqua confessus fuit: tunc admittitur ẽt post quadriennium, probando errorem: quia quilibet priuatus allegans errorem, admitteretur, sed si prælatus solum fundet se in eo ꝙ ecclesia est læsa, & nõ allegat errorem, tunc solum debet petere restitutionem, infra quattuor annos.

¶ Nota primo, quod quadriennium restitutionis petendæ incipit currere a tpe confessionis, & sic facit pro opi. Io. And. sup. c. proxi. Nota secundo, ꝙ confessio reuocatur, qñ errore facti quis fuit inductus ad confitendum: secus ergo videtur, si facta fuit errore iuris. Dominicus.

beat, ad idẽ beneficium concedendum.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Ecclesia contra confessionẽ, quia læsa fuit, admittitur inf. quadriennium per beneficium restitutionis in integr. postea non; nisi per viã iuris communis. Io. And.

CAP. II.

SI aduersus [a] confessionem [b] in iudicio [c] a se factam, [d] læsa [e] ecclesia beneficiũ restitutionis in integrum [f] infra quadriẽnium ab ipsius confessionis tempore computandum, [g] petere negligenter [h] omittat: non est (nisi aliquid rationabile [i] appareat, qđ aliud [k] suaserit faciendum) ad hoc petẽdum vlterius admittẽda. ¶ Vbi vero per viam com- 10 munem reuocationis erroris, quem in facto [l] pretẽdit, vult aduersus suam cõfessionem ecclesia se iuuare: [m] hoc quandocunque poterit, [n] donec negotiũ sit finitum. [o]

20

TITVLVS XXII.

De arbitris.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Si ex trib arbitris duo cõ- 30 cordãt i summa, tenet illorũ sententia; si oẽs discordant, tenet sñia de sũma minori.

c ¶ In iudicio.] ideo dicit: quia extra iudicium facta non nocet: quod dic vt sup. de confes. c. vlt. Io. And.

d ¶ A se.] vel a procuratore sup. de re iu. suborta de confes. c. vlt. vel ab aduocato parte absente. sup. de app. cum causam. de censib. olim.

ADDITIO. Idem Io. Mo. & Arch.

e ¶ Læsa.] enormiter, quia pro læsiõe non datur restõ, vt sup. de re eccle. non alie. ca. pe. ff. de integ resti. l. scio illud. ff. de mi. l. si ex causa. z. responso. in fine.

f ¶ In integrum.] quid operetur dixi supra, c. proxi.

g ¶ Computandũ.] in hoc differt minor a maiore: quia etiã post sententiam inf. quadriennium restituitur minor contra cõfessionem, maior non: nisi ante sentẽtiam, & ostenso de errore.

h ¶ Negligenter.] secus si præuaricatione vel aduersarij fraude, vt sup. cap. proxi.

i ¶ Rationabile.] vt dixi sup. ca. proxi.

- [Prima gl. ponit summam, & quid declaret.]

a ¶ Si aduersus.] Ecclesia contra confessionem, quia læsa fuit, admittitur infra quadriennium per benefi- 50 cium restitutionis in integrum, postea, non nisi per viã iuris communis. Declarat quod no. Inno. Host. & moderni sup. eo. tit. auditis.

ADDITIO. Vide Clemen. eod titu. ca. vnico. in 3. glos. & Guil. in Specu. 2. par. ee. tit. §. 2. ad fi. ver. sed nũquid. Io. And.

[Glossa sequens allegat vnam concord. obijcit, & soluit.]

b ¶ Confessionem. 1] Ergo contra confessionem datur restõ. ff. de confes. certũ, § pen. Sed ꝯ: aut confes- 60 sa est veritatem contra quam non datur restitutio, aut falsitatem: & hoc probato non nocet confessio, ut inf. sequitur: Non est ergo recurrendum ad extraordinariam, ex quo ordinarium competit. ff. de mino. in causæ. 2. Sol. dixit Host. ꝙ posset esse, quod falsitas confessa probari non posset: vnde expedit restitutionem dare. Vel dic, ꝙ fuit confessa per errorem: vel non potest error probari, sed lęsio. Vel fuit confessa tempore quo non debuit, vel lata est sententia: tamen est adhuc ĩ. quadriennium a die confessionis, ut inf. dicam. Idem si contra sententiam uel contractum, uel aliam lęsionem, vt dixi sup. c. proxi.

1 Do. Phi. vix attingũt gl. Pet. de Anc. sequitur eã ibi (vł dic qđ fuit cõfessa) & ibi latet priuilegij ecclę; nã si dẽret errorẽ suum ꝓbare añ sñiam, vel ĩ. quadriẽnĩũ: aliud hẽt priuilegiũ: neq; dicas sicut Spe. ĩ ti. de rest. in ite. §. 1. ver. sed qđ ecclesia, ibi, priuilegiũ cõsistere, ꝙ probat errorẽ suum post sentẽtiã ergo hoc etiã facit maior ex clausula gñali, & voluit Io. And. ca. fi. de confes. Ion.

K ¶ Aliud.] .s. contrarium.

l ¶ In facto.] qui nemini nocet. ff. de iur. & facti igno. l. error. dummodo probetur negotio nondũ finito, supra de confes. c. vlt. & hic. error autem iuris, non excusat, C. de reg. iur. & fac. ign. l. 1. & l. cum quis, & de hoc 40 inf. de reg iur. ignorantia Io. And.

m ¶ Iuuare.] potest ergo aliquis contra factum suum venire: hoc est ratione erroris: quia nil tam contrarium consensui, quam error, ff. de iurisd. omn. iudic. l. si per errorem, sic & in matrimonio, de coniug. seruo. cap. vlti.

Error est consensui cõtrariũ.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

n ¶ Poterit.] & licet vna via admittitur ad id, a quo alia prohibetur: quia per formam iuris communis admittitur ad id a quo prohibetur per restitutionis bene- 50 ficium: Sic interdum econuerso per formam iuris cõmunis repellitur, & per beneficium restitutionis admittitur, sup. eo. titu. coram. vel de hoc. Ad hoc contra. inf. de reg. iur. cum quid. cum suis concord. sed solue, ut ibi dixi.

ADDITIO. Dicit Ioã. Mo. quod ubi uia generalis contineret viam specialem actu, & a speciali qui esset exclusus, per consequens & a generali, ff. de do. excep. l. 2. §. item quæritur, & §. seq. Io. And.

o ¶ Finitum.] quocunque modo, puta sententia, uel 60 transactione: quod dic, ut dicam infra de lit. contesta. c. exceptionis, & huic decret. concor. inf. de appell. concertationi.

Finitũ qñ dicatĩ negotium.

ADDITIO. Potest etiam negotium dici finitum secundum Ioan. Mona. si est conclusum, alleg. supra de procu. auditis de causa posses. pastoralis, & quod not C. de adult. quamuis. 1. & quia post conclusionem non est cognoscere, sed cognitum esse, & sic non est probatio recipienda quæ necessaria est circa errorem. Archi. hoc recitans allega. de fide instructum dilectus. ff. de euic. si rem in ti. Tractat etiam hic an sit idem renũciare & concludere: de quo scripsi in prædict. decr. pastoralis. Io. And.

DE ARBITRIS.

Cōtinuatio Dñi Heliæ.

[Dictum fuit supra de iudicibus tam ordinarijs, q̃ delegatis, qui causas discutiunt & examinant: verum quia arbitri a partibus electi procedunt ad instar iudicum, tā examinādo, q̃ diffiniendo: ideo post rubricas præcedentes ponit rubricā de arbitris: Alij aliter continuant: Dictum fuit sup. de iudicibus: nunc esset dicendum de iudicijs: verum quia arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorū: ideo ponit rubricam de arbitris. Sed ſm modernos Doctores ista continuatio non est bona: nam ista rubrica deberet sequi rubricam de iudicijs.]

CAP. I.

SI ex trib. [a] arbitris, te duo in decē, & tertius in qnq; cōdemnēt: dēt snīa p̄ualere duorū: [b] licet [c] cū vnus in xv. alius in decē, tertius vero in quinque pronunciant, illius, qui dixit de summa minori [d] (cum in illa omnes concordes existāt) sententia efficax censeatur.

¶ Idem.

¶ Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel deffiniēdo negotio interesse, duo procedere poterūt, ac si ille præsens esset: Circa iudices autē antiqua iura seruētur. Io. A.

CAP. II.

VT QVAESTIONI-

Bal. in l. cōnenticulā C. de epi. & clericis alle. p Phi. dicit istū text. p̄cedere in testib. sed Dom. hic dicit si peto 15. & vnus testis dicat de 5. alius de 5. q̄ non probāt: vide ad materiā istā Aret. in l. 1. ff. si stipulāti. ff. de verb. obli. Fon.

SI ex tribus. [Sunt duo dicta: ſm ibi, Licet quo ad mentem decret. quamuis quoad literalē intellectum, diuisionem non recipiat. Dominicus.

CASVS. Petebā a Titio xl. aureos: tractātibus communibus amicis. Titius & ego compromissimus in tres arbitros, qui de causa cognouerunt, & fuit taliter processum in causa, quod fuit deuentum vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiue: quam snīam dicti arbitri pronunciauerunt hoc modo: nam duo ex ipsis condemnauerunt Titium adsoluendum summam quadraginta aureorum quam petebam; alius autem condemnauit solum in decem aureos: quæritur quæ istarum sententiarum præualeat? Respondet quod sententia lata a duobus, & sic a maiori parte arbitrorum. Sed ponamus quod isti tres arbitri fuerunt discordes in sententia: nam vnus condemnauit Titium in sexaginta, alius in quadraginta, alius in triginta; quæritur quæ istarum sententiarum præualeat: vel vtrum neutra valeat, attento quod in nulla istarum sententiarum concurrit maior pars arbitrorum? Respondet quod valebit sententia quæ lata fuit ab arbitro, qui condemnauit in minori summa, quia quia omnes concurrunt in minori summa: Nam ex quo condemnauerunt in maiori summa, bene condēnauerunt in minori: quia in maiori summa semper in est minor. Nota primo, quod etiam in pluribus arbitris communi consensu partium assumptis, habet locum illa regula: quod fit a maiori parte, valet. Nota magis specifice, quod si fuit compromissum in tres arbitros, & duo conueniant in eandem sententiam, & alius discordet: valet sententia duorum Nota vlterius, quod in maiori summa inest & minor. Nota vlterius, quod si omnes arbitri discordant in summa, valet sententia illius arbitri qui cōdenauit in minori summa. quia in illa summa minori omnes alij sunt concordes. Nota insuper arg. quod si compromissum fiat simpliciter: intelligitur etiam factum vt stetur iudicio maioris partis. vide Doct. de elect. in causis. & c. cum in iure. in antiq.

{ Prima glo. summat. }

a ¶ Si ex tribus.] Si ex tribus arbitris duo concordant in summa, tenet illorum sententia: si omnes discordant, tenet sententia summa de minori.

{ Glo seq. ponit opi reprob atam: residuum reci. per duas quæstiones: & prima est trimembris. }

b ¶ Duorum.] s. qui condemnauerunt in decē, & quidam dicebant contrarium, arg. eius quod statim sequitur: & hoc tenebat Guil. in Spe. eo. tit. §. vlt. in prin. cuius hic reprobatur opinio: quia illud verum, cum ofs dicunt de dispari summa; Et sic reprobatur quod nō. Acc. ff. eo. tit. l. diē. §. si plures & si reprobat opi. Placen. quæ placuit Gui quando duo protestantur quod non consentiunt in minori summa. Et quod dicitur hic de tertio, qui cōdemnat in minori summa, dicas idem & multo fortius si condemnaret in maiori; quia tūc minorē dubitatio, vt sup. dixi idem si absolueret, a vel nō pronūciaret, vt inf. c. prox. Et per hoc dicemus idem in termino solutionis faciendæ, vt si duo assignant tres mēses, alius vnum: tenet d̄ilatio duorū si oēs discordant, tenet minor.

a Vide vt dicit Io. Mon. tūc valet snīa duorū cū tertius q̄diceret, tertius valore dēt cū in aliquā cōcordat.

ADDITIO. De vnico qui condēnat in quinque, cum decem peterentur: vide in Spe. de sen. prola. § qualiter ver si quid si peto. Et vide quod plene scripsi de re iudi. cū inter. in vlt. gl. Io. And.

c ¶ Licet cum vnus.] hoc sumitur. ff. eo. tit. diem. §. si plures.

{ Gl seq. rationem reddit, quærit. & soluit. }

d ¶ De summa minori.] s. de quinque. & est ratio q̃ sequitur: plus. n. semper in se continet quod est minus. ad hoc 14. q. 1. si quis dederit. & inf. de regul. iur. plus semper. vbi de hoc & ff. de reg. iu. in eo. quod plus & in obscuris minimum sequitur. inf. de reg. iur. in obscuris, quod dic vt ibi. Quid si ille qui condemnat in 15. protestatur quod ita condemnat in 15. quod non consentit in minorem summam? licet quidā contrarium dicant, satis credo adhuc tenere snīam in 5. cum illa protestatio impossibilis videatur, & videtur sibi contrarius de consti. cum M. in antiq.

Protestatio impossibilis vel contraria actus nihil operatur.

VT quæstionibus.] Tria facit sec. Io. Mona. Primo ponit procemium; Secundo statutum. Tertio tacite quæstioni respondet. Secunda ibi, Statuimus, Tertia, ibi, Circa.

ADDITIO. Et determinat ſm Archid. notata per Inn. & Hos. sup de test Raynaldus in prin. & quod no. Gul. in Spe. de arb § si. in prin. ver. & no. & plenius ibi in ver quid igitur si se, & ver sequ dixit Inno. in prædi. decre. Raynald. & Host posuit eius glo. q̄ quando omnes arbitri sunt præsentes, & unus non vult cum aliis concordare: et si dicat se nō instructum alijq concordant, pronunciare possunt, ff. de re iudi. duo ex tribus, & l. Pomponius, aliàs incipit, si vni. Idem si opinionem suam dixit, & recessit audita opinione aliorum: cessat etiam ratio legis, qua dicitur. quod alios in suam opinionem contrahere posset, ut ī. no secus si illorum opinionē non audiuisset, dato quod malitiose recederet, licet, quidam dicunt, quod ex quo conuenerunt ad sententiam ferendam. qualitercunque unus postea recedat, alij præsentes sententiare possunt, quia verum est omnes affuisse ad sententiam ferendam, i. ad diem ferendæ snīę assignatum, bona ergo fuit hæc constitutio, quæ has perplexitates tollit. Io. And.

Additio Dñi Hel.

¶ Pro intellectu huius cap. præsupponitur illud q̄ habetur in l. si in tres. ff. eo. tit. vbi dr̄, q̄ si fuit factum cōpromissum in tres arbitros simpliciter, non adiecto q̄ duo ipsorum arbitrorum possent procedere sine tertio si duo procedant sine tertio, non ualet eorum snīa, & licet si tertius esset præsens, & contradiceret duobus, sua contradictio non noceret, tamen eius contemptus & contumacia nocet, & reddit processum nullum: sicut dicitur, quod vnius canonici absentia nocet quo minus ualeat electio per alios canonicos facta. in c. 1. de his quæ fiunt a maio. par. cap.

CA-

Caſus literalis domini Hoſtię.

CASVS. Tu & ego de cauſa noſtra compromiſimus in tres arbitros, qui acceptauerunt compromiſſum, licet non compellantur acceptare niſi velint, licet ſit ſecus in iudicibus etiam delegatis: quia munus iudicandi eſt munus publicum; facta acceptatione, duo ex ipſis arbitris erant parati in cauſa procedere, requiſierunt tertium, vt cum eis conueniret ad procedendum in cauſa: ille tertius licet requiſitus noluit venire, vel non potuit venire; vtrum tota poteſtas illius tertij ſit apud duos, qui volunt procedere in iſta cauſa? Reſpondet quod ſic: licet lex ciuilis alleg. aliter dicat, videlicet ꝙ duo arbitri abſente tertio, licet fuerit requiſitus, non poſſunt procedere, niſi dictum fuiſſet in cōpromiſſo, ꝙ ſi vnus eorum intereſſe non poſſet, alij duo in cauſa procedere poſſent: ſed de iure canonico eſt aliud: quia duo arbitri poſſunt procedere requiſito tertio, & nolente venire, vt hic eſt textus. Sed vtrum iſtud cap. debeat ſeruari in foro ſæculari? Reſpondet gl. ꝙ non, nam quando eſt diſconuenientia inter ius ciuile & canonicum, & vtrunque poteſt ſeruari ſine periculo animæ, tunc ius canonicum ſeruatur in foro ſuo, & ius ciuile in ſuo, niſi laicus eſſet de terris Papæ, & ſibi ſubiectus: nam tunc etiam in foro ciuili, ſeruaretur ius canonicum, vt tenet Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. & Doct. in c. 1. de no. ope. nuncia. in anti. &c. at ſi clerici. de iu. in ant. Secus ſi ius ciuile non poſſet ſeruari ſine periculo animæ, vt in præſcriptione 30. vel 40. annorum cum mala fide, quæ procedit de iure ciuili, ſed non de iure canonico. c. poſſeſſor. de reg. iur. ↄ. c. fi. de præſcrip. in ant. Sed quid in iudicibus, vt ponamus, quod cauſa aliqua fuit a ſede Apoſtolica delegata ſimpliciter tribus iudicibus, non adiecto ꝙ ſi vnus nollet comparere, vel etiā nō poſſet: quod alij duo in cauſa poſſent procedere: literæ fuerunt præſentatæ duobus iudicibus, qui requiſierunt tertium vt conueniret cum eis: iſte tertius non vult venire, vel non poteſt venire: quia alijs negotijs occupatus: vtrum iſti duo poſſunt procedere, tertio requiſito & nolente venire? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: ſed in ipſis antiqua iura ſeruantur; nam iura antiqua per iſtud cap. ſolum ſunt correcta in tribus arbitris. Nota primo vnam differentiam inter ius canonicū & ciuile: nam quando eſt factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter de iure ciuili, duo ſine tertio etiam ſi fuerit requiſitus non poſſunt procedere. Secus eſt de iure canonico, videlicet quod duo ſine tertio poterunt procedere, vt hic.

Not. ꝙ lex fingit abſentem præſentem, & in hoc fictio præfertur veritati, licet regulariter dicamus, quod veritas præfertur fictioni. Nota vlterius quod ad electionem vniuerſitatis requiritur maior pars, & quod conueniāt duæ partes ad aliquid exercendum: & quod fit a maiori parte illarum duarum partium, valet. l. plane, & l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. & ſecundum Doctō. in cap. cum omnes. de conſt. in ant. Et illud verum niſi eorum conuocatio pertineret ad aliquem actum: quia tunc ſi fuerunt conuocati, & non veniant, eorum contumacia facit eos extraneos ab vniuerſitate pro illa vice: & hoc de iure canonico. Nota finaliter, quod eſt differentia inter voluntariam abſentiam, & malitio-

bus[a] (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam ſeu malitioſam[b] abſentiam remanent indeciſæ) finis celerius imponatur:[c] Statuimus, vt ſi ex tribus arbitris a partibus electis[d] eorum aliquis ab alijs legitime[e] requiſitus ad examinandum vel diffiniendum[f] vna cum eis negotium, ſuper quo in ipſos extitit compromiſſum, non curauerit (ceſſante impedimento[g] legitimo) conuenire: duo præſentes, penes[h] quos (licet lex ciuilis[i] aliud innuere videatur) totalem, eo caſu remanere decernimus poteſtatem,[k] poſſit (malitioſa ſeu voluntaria illius abſentia non obſtante) dictum examinare negotium, & libere[l] diffinire, ſicut poſſent illo præſente, nec volente cum eis in vnam ſententiam concordare: † vt ſic ipſius abſentia præſentia repleta diuina,[m] eum repu-

ſam: & ſic probans quem abeſſe voluntarie, non concluderet abſentiam malitioſam.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Vt quæſtionibus.] Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniendo negotio intereſſe duo procedere poterunt ac ſi ille præſens eſſet: circa iudices autem antiqua iura ſeruentur.

b ¶ Malitioſam.] vt ſeruirent ſcilicet parti, quæ eos elegerat, quam videbant ſuccumbere.

c ¶ Imponatur.] ad quod prouidere debet iudex, ſupra de dolo & contu. finem. ff. ſi cert. pet. l. quidā. & no. quod hic deſideratur acceleratio, quod dic vt dixi ſupra de elec. c. vlt.

d ¶ Electis.] ſimpliciter: quia ſi eſſet ibi clauſula: vos, vel alter veſtrum, vel quod ſi non omnes: non procederet decretalis dubitatio: ſicut nec in iudicibus, ſicut dicam in fi. Ioan. And.

e ¶ Legitime.] per litteras ſuas, vel nuntium litteratorie deſtinatum, vel per iuratum nuntium quod dic vt ſup. in ant. de offi. deleg. prudentiam.

f ¶ Diffiniendum.] cum ſcilicet concluſum eſt, quod non reſtat niſi ferre ſententiam. ſupra de fide inſtrum. cum dilectus.

g ¶ Impedimento.] ergo tunc ſtabimus legi, cum habet impedimentum legitimum, quod reſcribere debet collegis, vt in prædi. decr. prudētiam. de legato diximus, vel pars id coram eis probare debet.

h ¶ Penes quos.] decernimus totalem poteſtatem, &c. quod ſequitur.

[Gl. ſeq. dicit quæ fuerit legis & contrarij canonis cōſideratio, remittit ad ſimile, quærit & ſoluit.]

i ¶ Lex ciuilis.] ff. eod. titu. l. ſi in tres alias q. 1. §. ſub. l. item ſi vnus, & bona etiam fuit legis conſideratio, quæ voluit ꝙ præſentia, & contradictio non noceret, ſed ſic abſentia, quia forſitan ſi ille præſens fuiſſet, traxiſſet alios in partem ſuam. [facit 36. diſtin. Nicęna.] Et eſt ſimile cum dicimus, ꝙ aliàs tenetur conſilium requirere, & non ſequi, vt no. ſupra eo. tit. cum olim. Sic dicit decre ꝙ in electionibus plus nocet contemptus, quā contradictio. ſup. de elect. venerabilem. & ca. bonæ 2. Sed decretalis iſta voluit illum fingere præſentem & contradicentem, vt infra ſequitur [1] ex conſideratione æquitatis, quæ ponitur in princ. & ſic diuerſo reſpectu vtriuſque bona fuit cōſideratio, &c. & eſt ſim. quod no. ſupra de iureiur. cum contingat. ſupra de præſcr. ca. vlt. Sed quid dices, nunquid ſeruabitur hæc decret. in foro ſæculari? Dic quod non, [2] in locis quæ non ſunt in temporali iuriſdictione eccleſiæ: quod dic vt dixi ↄ de reg. iur. c. 2.

k ¶ Poteſtatem.] ſi compromittentes dixiſſent, quod ſi non omnes, &c. hoc poſſent duo: & hæc decret. ſupplet [3] ac ſi ipſi dixiſſent, & eſt ſim. C. de rei vxo. act. l. vna circa prin. Io. And.

l ¶ Libere.] vnde ſi nolit intereſſe examinationi, non tenentur ipſum in ſententiam vocare per hanc literā. arg. ad hoc ↄ. de dolo & contu. cum qui. ſed dic eum ad omnia citandum, arg. eius quod ibi dicam.

m ¶ Diuina.] ad hoc C. de iud. properandum §. cum autem eremodicium. ſ. de dolo & contum. veritatis, cum ſim. ↄ. de eo qui mit. in poſ. c. vno.

† Adde, aut loquitur Pet. de Ancha. & D. & tenet Bart. in l. itē ſi vnus §. item ſi plures. ff. eod. tit. & Phil. hic Fon.

1 Cōcor. ff. mād. ſi ꝓcedēte. §. Lucius. Ioā. And.

2 Idē Pet. de Anch. Do. & Phi. ponēs hic ſex limitationes ad dictā glo. Font.

3 In caſu abſentiæ malitioſę vel voluntariæ.

tari faciat pro præsente.[a] ¶ Circa [b] iudices uero antiqua iura nolumus immutari.

a ¶Pro præsente.]per hoc dico, quod non est idem in duobus arbitris, quod hic dicitur in tribus: quia si ex duobus vnus se absentat malitiose, alter non potest procedere: quia in tribus duo sunt maior pars sup cap. proxi. præterea ille absens habetur pro præsente & contradicente, vt hic vides: ergo neutrius valet sententia. supra de re iudica. cap. vlt. nam tunc valet sententia præsentium in hoc casu, quando valeret eo contra dicente: alias non 1 & per hoc dico etiam, quod si in compromisso hoc actum est, quod non valeat ipsorum triū arbitrorum sententia, nisi omnes concordent, quod non habebit locum decre. ista eadem ratione. 2 [J. de testam. c. 2. in fi.] vnde tunc locum habet hæc decre. cum simpliciter sunt assumpti, vt sup. dixi.

[Gl. seq. distinguit. demum quærit, & soluit.]

b ¶Circa iudices.] protestatio quædam, vel tacitè, quæstionis responsio: Circa eos ergo dic, quod aut sunt ordinarij, aut delegati: Si ordinarij, aut quilibet per se & in solidum iurisdictionem habet: & tunc potest alter alterum præuenire, supra de foro comp. cap penul & not. supra de appella vt debitus. aut non insolidum, & per se, sicut in capitulo vel syndico, vel his, qui audiunt causam presbyteri diaconi, & subdiaconi, in his casibus omnes citare debent: & si duæ partes sunt præsentes, sufficit. [Vide ff. de re iudi. l. Pomponius. ff. ad municip. l. magistratus. & quod ibi not. & quod not. in Spec. de senten. prola. §. sequitur. versic. quid si sunt. & §. iuxta post princip.] ff. quod cuiusque vniuer. plane. de decre. ab or. fac. l. 3. nisi in prædictis casibus vbi certus requiritur numerus. 15. quæstio. 7. si autem. & cap. felix. supra de re iudi. non potest. Aut sunt delegati, & tunc sub distingue, aut sunt dati simpliciter: & tunc vnus sine alio non procedit supra de offic. deleg. causam matrimonij. aut cum clausula 3 & tunc iterum subdistingue: quia aut cum clausula ista, vos vel alter vestrum, aut cum illa, quod si non omnes, in primo casu tene quod habes supra eodem libro de offi. deleg cum plures. In secundo quod habes supra de offic. deleg prudentiam. Sed quæres quare ius diuersum inter arbitros simpliciter datos, & delegatos simpliciter datos, vt per superiora patuit? Dic 3 quod ius quod minus dictum est a partibus supplet lex sic alias. ff. eod. titu. item si vnum. §. principaliter. Iudices autem maiori maturitate creantur vt supra eodem libro de rescript. statutum & ideo ius in eis supplere non vult. Item in iudicibus rigor attenditur: quia clementiores lege esse non debent, in Authen. de iudi. §. oportet. colla. 6. Arbitri autem prout visum eis est, pronunciant, & plerunque eliguntur amici, & possunt viles esse, & ideo ius magis circa illos prouidere & considerare voluit, vt supra in prin. decre.

1 Idē Philip. & Do. Fon.
2 Idē Do. & Phi. fallit tamen in iā electis item ī arbitris iuris qui cōtra ius non pronunciāt. Fon.
3 Idē Iol. Mona. & est simile quod no. de offi. de leg. cum vicesimū in fin. vlt. glossæ.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBRI

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

¶ Dictum fuit supra de magistratibus, & iudicibus, & de arbitris, nunc videndum est de iudicijs, q̃ exercẽtur ꝑ illos magistratus.

ADDITIO Quindecim significationes iudiciorũ notat hic Io. Mon. quas vides ī. de regu. iur. in iudiciis Io. Andr.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De iudicijs.

¶ Innocentius quartus in generali concilio Lugdunen.

¶ Iudex delegatus non habens ad hoc speciale mandatum à Papa, non potest compellere partem, vt personaliter coram eo compareat, nisi ex rationabili causa. Ioan. Andr.

CAP. I.

IVris esse [a] ambiguũ [b] nõ videtur,[c] iudicem delegatum [d] (qui à sede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale [e]) iu-

IVris esse.] Primo ponit dictũ: Secũdo casus excipit, ibi. Nisi causa.

¶ Pro intellectu huius ca. habemus præsupponere duo: vnũ pro ratione dubitandi, & alterum pro ratione decidendi: Et primo pro ratione decidendi. ꝙ Papa potest cõpellere partes ad comparendum coram se personaliter, licet causa sit ciuilis & pecuniaria. Item ꝙ delegatus Papæ gerit vices papæ, & regulariter in causa sibi delegata potest illud quod Papa posset facere. Aliud pro ratione decidendi: videlicet: ꝙ a iuris beneficio partes habent, vt in causis pecuniarijs possint comparere per se, vel per procuratorem. l. in pecuniarijs. C. de pro. Item quod beneficium iuris nemini est auferendum sine causa.

CASVS. Fratendebam Titiũ debitorẽ meũ in aliqua pecuniæ summa, quia habebam ordinarium loci certa ratione mihi suspectum, a sede Apostolica impetraui delegatum, cui præsentaui litteras delegatorias: delegatus ille mandauit reo, vt compareret personaliter corã ipso, & tñ cã erat pecuniaria siue ciuilis, & in citatione non exprimitur causa, quare debeat comparere in propria persona: vtrũ Titius teneatur cõparere personaliter? Rñdet Romanus Pontifex quod nõ, & dicit ꝙ delegatus suus non põt cogere partes ad cõparendum personaliter coram se in causis ciuilibus, quia non põt partibus auferre beneficium iuris, licet Papa hoc posset, nisi esset talis causa, quæ requireret præsentiã personæ, & esset causa expressa in citatione, vt in l. 1. ff. de fer. vbi dicitur, ꝙ si tempore feriatum, vindemiarum vel messium quis citetur, in citatione debet contineri causa, q̃ illo tempore possit & debeat expediri: Sic in proposito, qñ reus est citatus, vt veniat ꝑsonaliter, debet in citatione exprimi causa, quare debeat venire ꝑsonaliter, puta ꝙ veniat personaliter iuraturus de calumnia, vel responsurus positionib partis aduersæ, vel ad exequendum alium actum, qui requirit præsentiã personæ, & tunc reus citatus tenetur personaliter cõparere, & si mittat procuratorem, nihilominus reputabitur cõtumax, ac si nullũ ꝓcuratorẽ misisset. Sed quæritur cũ illud non esset ambiguum, quare fuit factum illud c. vt in c. cum in iure. de offic. delega & l ancillę. C. de fur. Dicendum, ꝙ postquam emanauit præsens c. illud non erat ambiguum, sed ante bene erat ambiguũ. nam cum Papa possit hoc facere, s. cõpellere partes in causa pecuniaria, vt compareant personaliter coram se, videbatur ꝙ etiam suus delegatus hoc posset facere, vt dictum fuit in ratione dubitandi. Nota primo, ꝙ per verbum, videtur, respondetur de iure, quod no. pro doctore vel consultore qui dicit, mihi videtur, & vide tex. de appellatio præterea requisiti. Nota secundo, quod in causa criminali iudex potest compellere partes, vt personaliter coram se compareant. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Iuris esse.] iudex delegatus si non habeat ad hoc spẽale mandatum a Papa, non põt cõpellere partẽ, vt ꝑsonaliter coram eo compareat, nisi ex rationabili causa.

b ¶ Ambiguũ] ambiguum est, vbi opiniones sunt, & iura varia videntur. sup. de sent. excommu. inter alia. [1]

ADDITIO. soc distinct. quia sanctitas tua supra de resti. spolia. literas, de æta. & qualita. quæsit, & c. a multis. sup. eod. lib. de electio. si religiosus, & inf. de præbend. quia sæpe. Deriuatur autẽ ambiguũ ab ambiguo, quod componitur ab am, qđ est circum & ago: interposito b, quasi circum agor & voluor. secundum Ioã. Mona. & de triplici ambiguitate not. 33. dist. capit. fin. in glo. in ambiguis. Ioan. Andr.

c ¶ Non videtur.] nec est. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. quæsitum.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem quid de ordinario: secundo signat contrarium & soluit: tertio textum determinat.]

d ¶ Iudicem delegatum] a contrario sensu videtur secus de ordinario. 25. distinct. qualis in glo. penult. de ijs quæ fiunt a præla. cum Apostolica. Sed idem in ordinario secundum Ber. non enim potest compellere partes coram se venire personaliter, nisi in sequentibus casibus C. de procur. l. vlti. & ideo de ipso dictum non fuit, quia de ipso non dubitabatur, per prædictam legẽ, sed de delegato Papæ dubitabatur, qui videbatur posse, idem quod Papa quo ad illam causam [1]. Liberum enim est cuilibet per se, vel per procuratorem respondere. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. præsenti. §. cum autem. ff. de proc. l. 1. infra de iura. calum. cap. vlt. supra de procu. querelam. beneficium autem iuris nemini auferendum est. 28 distinct. de his. infra de regu. iuris indultum. cum suis concord. argumen. contra, quod personaliter citatus, personaliter venire teneatur, supra de dolo & contumacia. cum dilecti. Dic quod illud obtinet in Papa, vt ibi notat & sic etiam supra de maio. & obed. humilis. de dilationib. capit. vlti. Et habent hæc locum in causis priuatorum. In causis vero ecclesię, collegij, vel vniuersitatis [2] de necessitate interuenit syndicus. supra de iuramento calumniæ in pertractandis, & cap. sequenti, secundum Bernard.

ADDITIO. Licet hæc glo. dixerit in principio secundum Ber. ordinarium non posse compellere partes coram se venire, non tamen vetat quin extra iudicium possit ipse ordinarius ex causa cogere subditos coram se personaliter comparere, vt si eget ipsorum consilio vel personali auxilio, secundum Host. alleg. 22. q. 5. de forma. de offic. deleg. cap. vlt. Vel vult quod proueantur ad ordines. de æta. & qual. ca. 1. Et secundum eum de consuetudine hoc in diuersis casib experimur: Constat etiam eis in dubio semper obediendum. 23. q. 1. quid culpatur, in glo. fin. Addit Io. Mona. quod uocat abbates, presbyteros, & clericos personaliter ad synodum. 18 distin. cap. vlt. Item clerum & populum cõgregat ad sermonem. sup eo. lib. de ele. vbi periculum. §. quia vero. & ad curiam mittit clericum. 16. q. 1. nos autem. in Auth. de san. epi §. reuerendissimi. coll. 9. Io. Andr.

e ¶ Speciale.] quia tunc sicut Papa id potest, & ipse similiter. sup. de proc. c. pen. cum suis concor.

Ambiguũ quid sit, & vnde dicat.

1 Hoc verum quo ad illa, sine quib. cã non potest expediri sup. de off. de leg. c. 11. & ca. præterea. ſm Innoc. & Archid. sed, sine hoc expediri põt ꝑ procuratorẽ ergo &c. sicut ergo non possem illi, ꝑcipere ꝙ iret ad sanctũ Iacobũ, sic nec ꝙ ad ipsũm personaliter ueniat. ſm. I. An.

2. Etiamsi ipsius cã esset criminalis, uel de crimine, & uide quid not, & dixi de simo. dilectus. 1. Io. Andr.

a ¶ In iudicio] de extraiudicium non dubitabatur, & est si. sup eo. lib. de resti. in integ. c. 2.

[Glo. seq. textum exponit. secundo quærit. argu. pro, & contra, ponit opi. Ber.

b ¶ Criminalis.] intelligas criminaliter intentata. Si. n. de crimine agitur ciuiliter, bene interuenit ꝓcurator. sup. de proc tua. de accu. sup his, vnde tunc ꝑsonaliter venire compelli non poterit. Si aūt criminaliter intentatur procurator non interuenit, nisi in casib. not. 2. q. 6 si quā. in gl. si & sup de accus veniens. Sed quærebat hic Ber. si admittatur procurator in cā criminali, an valeāt quæ facta sunt cum eo? Et vī quod sic, si nō opponitur exceptio. C. de procura. ita demum. ff. de proc. filiusfamilias. §. veterani & ea quæ fiunt cum falso procuratore, valent per consensum ff. de iudi. licet. ff rem ra. habe. l. 5. §. falsus. Sed contra videtur. quia contra legem actum est ff. de pub. iudi. l. penul. § ad crimen. & 5. q. 3. §. in criminalibus. Dicebat Ber. quod valet quod cum eo actum est per prima iura: ex quo non fuit obiectum: 1 iudex tamen talem procuratorem ex officio suo potest & debet repellere sup de excep. exceptionem cum suis concor. & sup. de accu. cum P. Nec obstat si iudex debet repellere: ergo non valuit iudicium: vide instantiam in excommunicato per prædictam decre. exceptionem infra de excep. pia & cum hoc concord. Guil. in Spec. de proc. §. 1. ver. sed pone quod in casu tali.

Procurator in cā criminali an debeat admitti, & an valeat ꝓcessus agitatus cum illo.

1 Idē tenet Dñicus al leg. ca. q; frustra de vsu. iūcto fine cum princ. & cl. cōstitutionem. In fi. de electio. ā Pe. de Ancha allegās Bar. in d. c. ad crimē. tenet ɔtriū. Fon.

bere non posse alterutram partium coram se personaliter in iudicio[a] comparere: Nisi causa fuerit criminalis, [b] vel nisi pro veritate dicenda, [c] vel pro iuramento[d] calumniæ faciendo, vel aliàs iuris necessitas partes coram eo exegerit[e] ꝑsonaliter præsentari.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Mulieres personaliter ad iudicium (quacunque causa in iure non expressa) inuitæ trahendæ non sunt, sed si necessarium sit ipsarum testimoniū in causa, iudex expensis producentis interdum ibit, interdū mittet, & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres religiosæ etiam volentes extra monasteriū suū ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi nō possunt quod contra prædicta fit, est irritum. Ioan. Andr.

ADDITIO. Et Io Mona. hic, & Arch eod. lib. sup. de proc. qui generaliter & facit quod not. C. de adul quāuis indubitati. Sed vt ibi not. Cy Fran. Accur. resistebat illi glo. quæ innuit hanc exceptionem dilatoriam hac ratione: verba sententiæ referenda sunt ad personam domini C. de iniur. l. fi. & absens damnari nō potest, ff. de pœ. absentem. In procuratorem autem sententia ferri non potest, quia nocens non est C. de sent. & interlo. l. 1. ergo semper opponi poterit C. de proc licet, secundum eum, per quod dici potest, quod quo ad fienda repellitur, valebunt tamen prius cum eo gesta per iura præallegata. Ioan. Andr.

c ¶ Dicenda] scilicet ad præstandum iuramentum de veritate: 2 quod solum olim pręstabatur in spiritualibus, hodie secus j. de iur. cal. ca. 1. in fin. & differt in eo a iuramento calumniæ, quia per illud respondetur de eo quod credit & æstimat C. de iureiu. pp calum. dā l. 2 §. fin autem & per istud iuramētum de veritate respondetur, vt litera sonat. sup. de elec. dudum 2.

2 Et ad rñdēdū ꝑ illud ad positiões vel interrogata: & ꝑ id posset dici idem de propositione facti ꝑ decre. Pastoralis, eod. tit. q; dic Vt ibi Io. Andr.

[Glo. seq. recitetur per quęstionem]

d ¶ Iuramento calumniæ] quod principales personæ ꝓstare debent. C. de iureiu pp calum. dan. auth. principales sup de iura calum. in pertractandis, quod verum est nisi procurator habeat ad hoc speciale mandatum. j. de iura calum. ca. vlt. in quo casu dicam quod delegatus principalem adiurandum compellere non poterit, cum ibi tunc non sit iuris necessitas, de qua sequitur: nisi forte principalis iustior sit quam procurator, & natura causæ hoc requirat, vel scit melius veritatem, vt C de procu l vlt. Et facit ad hoc supra de procur. si quem in fi. eo lib Io. Andr.

3 Hæc glossula e lectura Ioā And. huc est translata, ea nō habetur in antiquis codicib.

e ¶ Exegerit.] quasi coegerit Et tractat hic Ioan. Mon. quomodo exigere ponitur pro cōplere, pro petere, pro cogere, pro diuidere, pro expellere, ponens versum:

Exigo perficio, peto, diuido, cogo, repello.

MVlieres] Primo ponitur prohibitio mulierib. in genere: Scđo: ibi, Sed cum prouisio bimembris circa ipsarū testimonia, cū certa prohibitione & pęna: Tertio prohibitio circa religiosas: ibi, Cæterum. Quarto decernit in fin.

CASVS. Tu & ego litigabamus corā aliquo iudice, fuit taliter ꝓcessum, q; fuit ꝯtestatā: volo probare intentionē meā ꝑ testes, & dico q; testimonium aliquarum mulierum est mihi necessariū, & peto q; ipsæ mulieres citent, vt cōpareant corā iudice personaliter ꝓhibituræ testimonium veritatis, vtrū iudex poterit cōpellere mulieres, vt coram se personaliter compareant, & se exhibeant in publico pro ferendo testimonio in aliqua causa? Rñdet q; non: nam non possunt exire domum suam vt se immisceant cœtibus virorum. Quid ergo fiet celabitur veritas? Rñdet q; iudex ibit ad ipsarū domū, & ab eis recipiet iuramentum, & in domibus ipsarum illas examinabit vocata parte & citata. Sed ponamus q; iudex est grauis persona: quia est constitutus in dignitate & non est decens, vt iudex accedat ad domos illarū mulierum bassæ conditionis? Responde q; tunc iudex vices suas committet alicui commissario ad illas mulieres examinandas. Et ista sunt vera, nisi mulieres istæ vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio: nam istud capitulum intelligitur quod non possint compelli, vt veniant ad iudicium: fallit in religiosis & Monialibus, quæ etiam si vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio, non sunt admittendæ. Non fingatur.] vnde si est talis causa, in qua debent produci testes & examinari: debet mittere commissarios, & non debet ire personaliter fingendo quod eius præsentia requiratur, & si in fraudem faciat incidit in excōicationem: puta quia iudex appetit amplexus mulieris, & fingit quod testimonium mulieris est necessarium in causa, & facit cum parte vt pars nominet aliquā mulierem inter suos testes, vt possit habere accessum ad illam mulierē. Religiosæ.] vnde religiosæ hic accipiuntur specialiter pro illis, quæ fecerunt professionē, non sicut in l. prima, C. de Summa Trinitate, & fide catholica ibi, in tali volumus religione versari. & sup. de consti. ecclesia. vbi dī, q; laici etiam religiosi non habent potestatem disponendi in rebus ecclesiasticis. Nota primo q; vagatio est prohibita mulieribus: & similiter permistio earum in congregatione virorū. Nota secundo, q; mulieres non possunt trahi ad iudiciū inuitæ, personaliter, & sic videtur secus à contrario de alijs. de quo sup. proxi. c. Domi.

CAP. II.

MVlieres † [f] (quas vagari non conuenit,

† Vide l. fœminæ. de procu. l. ferum. C. de iud. & l. fœminę. ff de reg. iur.

[Prima glossa summat].

f ¶ Mulieres.] mulieres ꝑsonaliter ad iudicium [quacūq; cā in iure nō expressa] inuitæ trahendæ non sunt. sed si necessariū sit ipsarū testimoniū in cā iudex expensis producentis interdum ibit, interdū mittet, & iudex fraudulenter vadens, excōicatus est. Mulieres religiosæ etiā volentes extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudiciū trahi non possunt. qđ ɔ ꝓdicta fit, est irritū. Ista decretalis Bonifacij extrauagans erat, qa edita ante ɔpilatione huius Sexti libri. Io. An.

[Glossa

[Glossæ oēs sequentes recitantur in textu Io. And.]

a ¶ Immisceri.] periculosa est.n.sexuum commistio 18 q. 1 diffinimus.

ADDITIO. Archidiaconus alleg. C. de arbit. l. vlt. Io. Andr.

b ¶ Litterarum.] generaliter intelligas: puta quib. causa committitur: si n. specialiter expressum esset in litteris quod mulier trahi posset, secus.ad hoc c. proxi.

c ¶ Legatorum.] vel delegatorum multo magis.ad hoc sup. de rescri. statutum.

d ¶ Alia.] puta ordinaria, vel delegata ab eo.

e ¶ Inuitas.] volentes ergo pñt: & ĩ hoc dist. sunt, religiosæ, vt inf. sequitur.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & Archidiaconus.

f ¶ Nō exprimitur.] sup c proxi.

g ¶ Prohibemus.] nota meliorem conditionem mulierū quam masculorum: ad idē sup. de sent. excō. mulieres,& ca. ea noscitur. sup de pign. ex litteris. Interdum est deterior, dic vt no. sup. de pę.& remis. noua quędam ad hoc ff de reg. iur. l. 2. Interdum par vtriusque causa, & de his no. in Spec. de procu. §. 1.

h ¶ Necessariū.] quia nō sunt alij qui veritatem sciant, vel non ita bene sciunt. 14. q. 2. quamquam.

i ¶ Producentis] 4. q. 3 si testes. §. liberi. versiculo veteris supra eo lib de rescri. statutum insi in gl. a producente,& C. de testib. quoniam, sicut ergo producens tenetur expensas ministrare testi producto: ita & tabellioni vel iudici, qui ad eas vadit. vt hic vides.

k ¶ Idoneam.] presbyterum, vel alium virum honestum coram quo iuret & ibi etiam erit tabellio: & citabitur pars aduersa, vt vadat visura eas iurare, vt supra de testi c 2.

ADDITIO. Dicit Archid. quod faceret illum presbyterum vel virum honestum iurare, suum officium fideliter adimpleret, vt sic maior & plena fides illi adhiberetur, alleg. de præsum. illud de præsen. ad audientiam. 1. quæst. 7. sancimus. Aliquando tamen talis persona nuncius appellatur. supra de testib. cog. cap. 1 aliquā do exe utor vel auditor. sup. de offic. deleg. super quæstionem.

ADDITIO Vnde dicebat Ioan Mona quod melius diceret, personas. alleg. supra de probat. quoniam contra. Ioan. And.

l ¶ iure prohibente] vt in criminali criminaliter intentata, vt in auth de testi. § & quoniam. & § hac omnia,& C de fi. instr. auth. apud eloquentissimum.

ADDITIO. Quod dicit hic glo. in criminali criminaliter intentata Intellige. vt no. de verb sig. forus. ad fi.& 11. q. 3. ex eo. Ioan. And.

m ¶ Accedat]expensis producentis, vt no. sup. non. n. in hoc casu. credo locum habere decre. ī. eo. li. de rescript. statutum. § insuper.

nec virorum cœtibus immisceri) [a] auctoritate litterarum [b] sedis Apostolicæ, vel legatorum [c] ipsius, aut alia [d] quacunque, ad iudicium personaliter euocari vel trahi inuitas [e] causa ferendi testimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur) [f] prohibemus. [g] Sed cum necessarium [h] fuerit testimonium earundem, iudex (expensis partis producentis [i] easdem) tabellionem, aut aliam personam idoneam [k] ad eas transmittat: vel si forte talis casus occurrerit, quo iure prohibente, [l] receptio testium alteri committi non possit: iudex † tunc propter hoc personaliter ad illas accedat: [m] † aut (si talis sit personæ [n] iudicantis conditio, quod id per ipsum non deceat fieri, vel non possit) [o] mittat [p] ad eas: † prouiso quod casus huiusmodi (videlicet vt iudex vadat personaliter) non fingatur: [q] nec fraus interueniat in hac parte: Alioquin actor huiusmodi vel fraudator, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. [r]

10 ¶ Cæterum fœminæ religiosæ, præsertim quę debēt sub clausura morari [s] extra suum monasterium vel clausuram non uocentur ex quauis causa [t] personaliter, etiamsi ad hoc voluntas accederet † earundem. [v] Decernimus quoque, vt ipso iure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contigerit attentari.

Idem.

30 ¶ *Maior xiiij. annis, per se & per procuratorem potest agere & defendere causam spiritualem: minor xiiij. per se non agit, sed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarij ecclesiastici iudicis: & etiam delegati dati ad causas illas: Filiusfamilias sine patris assensu agit causam spiritualem. h. d. Ioannes Andrea.*

CAP. III.

50 SI AN- [continuation in gloss]

n ¶ Personæ.] puta epm vel superiorē, propter reuerentiam ipsius pontificalis officij ad mulierculam ire non decet: ad hoc supra de offi. ordi. c 1. eod. lib.

ADDITIO. Vel alias religiosus,& magnæ famæ Arch.

o ¶ Non possit] puta ratione infirmitatis, vel forte loci in quo moraē mulier, vel alia simili.

p ¶ Mittat.] tabellionem vel personā idoneam, vt dictum est sup. Io. And.

q ¶ Non fingatur.] vt iudex posset dominam visitare, faciebat eam nominari in testem.

r ¶ Incurrat.] non reseruat absolutionē: ergo alijs cōcedit. de sent. excom. nuper.

s ¶ Morari] vt infra de sta regu c. vno.

t ¶ Causa.] vnde nec seruare tenentur decret. Nicolai, quo ad personalē comparitionem, vt sup. eo lib. de electio. indemnitatib. §. sed cum eas.

u ¶ Earundem.] nota non potest quis renunciare iuri suo: ad idē sup. de foro cō petenti si diligēti. & quod ibi no. de sent. excomm. contingit multos tales casus quære per Accursium. C de pact si quis in conscriben. & ff. de pactis. l. pactum inter hæredes,& per Gof. de reg. ad Apostolicam. Sæpe enim procurarent Moniales se ad iudicium euocari, vt claustrum exirent ad idem sup. de sent. excom. relatum.

60 SI annū] Prima pars tractat de minore: Secunda de filiofamilias: ibi, in huiusmodi. Prima iterum sub diuiditur quia primo tractat de minore 25 qui est maior 14. Secundo ibi, Si vero minore 14. qui est minor vel maior septennio. Io And.

¶ Pro intellectu capituli præsupponendum est illud habetur C qui leg. perso. standi in iudi habeant vel non. in l. 1.& 2. videlicet quod minor 25. ann. non habet personam idoneam, in qua possit fundari & subsistere iudicium: sed si habet curatorem generalem, debet ingredi iudicium cum auctoritate sui curatoris, si non habet curatorem generalem, debet ei dari curator auctoritate iudicis.

CASVS Quidam Titius contraxit matrimonium cum Berta: contracto matrimonio, per verba de præsenti, Berta

† al. ita: p̄status iudex pp hoc, &c.

† Nota P. de An. cuiq; priuilegia sua seruāda sunt, & potius lędēdam causæ naturam, q̄ priuilegia parui. Pon.

† Vide Bal. consi. 105. lib 1. & Tiraq. de legib. connubia lib. leg 9.

† al. accesserit.

Berta non vult sibi adhærere tanquam marito: certum est quod pōt agere contra ipsam, & petere iudicem, vt iudex compellat illam Bertam ad sibi adhærendum tanquam marito; Sed ponamus quod Titius erat minor 25. ann. vtrum possit esse in iudicio in ista causa spirituali sine auctoritate curatoris? Respondet Romanus Pontifex, cū distinctione: aut iste minor habet 14. annum completum, ita quod est pubes: & in isto casu pōt esse in iudicio sine auctoritate tutoris, & agere per se sine auctoritate curatoris, & pōt constituere suum procuratorem absq; curatore. Si autē non dum compleuit annum 14. non pōt agere sine auctoritate curatoris: & si velit constituere procuratorem dēt constituere cum auctoritate iudicis, coram quo vētilatur causa, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus. Idem dicendum est in causis dependentibus à causis spiritualibus: verbi gratia Titius minor 15. annis contraxit matrimonium cum Berta: pater Bertæ promisit ei centum in dotem: certum est quod iste Titius minor 24. ann. dummodo sit pubes, potest sine auctoritate curatoris petere istam Bertam in vxorem; sed vtrum possit petere dotem sibi promissam sine auctoritate curatoris, licet sit minor? Rñdet quod sic Sed ponamus quod aliquis qui vult tractare cām spiritualem, est filiusfa. qui non potest esse in iudicio sine auctoritate patris, vt in glossa magna. Instit de pat. pote. Ponamus quod filiusfamilias contraxit cum Berta; pater Bertæ non vult dotem soluere, vtrum possit iste filiusfamilias tractare causam sine auctoritate patris? Vel filiusfamilias beneficiatus vult agere in causis beneficij sui, vtrū possit sine auctoritate patris? Respondet Romanus Pōtifex, quod sic: nam in causis istis spiritualibus non curatur de auctoritate patris: & sic filiusfamilias in causis spiritualibus potest agere sine auctoritate patris Infante. }qui non habet potestatem agendi, nec constituendi procuratorem: quia non intelligit illa ætas quid videat. l. prima. C. de falsa mone. Nota primo ex isto capitulo, quod minor vigintiquinque ann. regulariter non potest esse in iudicio per se, nec constituere procuratorem absque auctoritate curatoris sui vel 1. & 2. allegatus. Nota, quod qualcunque causas spirituales vel descendentes a spiritualibus minor 25 ann. sine auctoritate curatoris potest tractare: & censetur quantum ad illas causas maior. Not. quod idem est iudicium de causis spiritualibus & descendentibus ab eisdem: sicut dicimus quod de causis spiritualibus & de causis annexis spiritualibus, idem est iudicium in c. quanto de iudi. in ant. vt ius patronatus non est merū ius spirituale: sed est annexum iuri spirituali, puta institutioni, vt hic dicitur. Nota quod impubes non potest causas spirituales tractare per se, nec in æis constituere procuratorem absque auctoritate sui curatoris. Potest poni exemplum in beneficijs dummodo sint præbendæ: vel ex dispensatione Apostolica. quia in pupillari ætate posset obtinere beneficium ex dispensatione Apostolica: sed tunc debet habere curatorem ad illas lites, vel si velit constituere procuratorem, hoc debet esse auctoritate iudicis. Nota quod iudex delegatus potest dare curatorem minori 25. ann. ad lites ventilandas coram ipso: sed non ad causas, quæ non ventilantur coram se, sed ordinarius potest dare curatorem ad omnes causas tam coram se mouendas, quam alibi Not. vnum casum in quo filiusfa. potest esse in iudicio sine auctoritate patris, quod est contra l. non solum. C. de bo. quæ lib. puta in causis spiritualibus pōt filiusfamilias esse in iudicio sine auctoritate patris: nam ista censentur peculium castrense, vel quasi: Nota vlterius illud ad quod allegatur iste tex. quod clericus etiam sacerdos & beneficiatus non liberatur a patria potestate: nam nos non legimus quod clericatus sit modus tollēdi patriam potestatem: legimus tamen de dignitate episcopali. in Auth. sed episcopalis dignitas. C de epi. & cle.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

num [a] quartumdecimum [b] tuæ peregisti ætatis: in beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, [c] necnon & dependentibus [d] ab eisdem, ac si maior [e] vigintiquinq; annis existeres: ad agendum & defendendum, per te vel per procuratorem † (quem ad hoc constituendum decreueris) admitti debebis. [f]

¶ Si vero infra quartumdecimum annum existas, per te agere, aut defendere non poteris [g] super ipsis: sed vel per tuum episcopum, vel per officialem eiusdem. [h]

a ¶ Si annum.] maior 14. annis per se & per procuratorem pōt agere & defendere causam spiritualē, minor 14. per se non agit, sed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarij ecclesiastici iudicis, & etiam delegati dati ad causas illas. Filiusfam. sine patris assensu agit causam spiritualem: hoc dicit. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ not. Ber. sup. de resti spoliat. ex parte, & de ætat. & qualit. ex ratione. Goffr. Innu. & Hostiensis eo. tit. indecorum & sup. de procur. accedens.

ADDITIO. Et Io. 15. q. 3. in certis & Accursius. ff. de mino. l. ait prætor. in princ. & principium corrigit qd̄ no. Gul. in Spec. de stat. mona. vers. 41. Io. And.

b ¶ Quartumdecimum.] In muliere hoc intellige, in muliere 12. & sic intellige pdictam decre. de restit. spoliat. ex parte. & probatur s. eod li. de elect. indemnitatib. in responso sup de despon. impub. continebatur. Io. And.

c ¶ Spiritualib.] puta matrimonio & similibus.

d ¶ Dependentib.] vt dote, q̄ dependet matrimonio. de do. inter uiū & vxo. & de dote post diuor. rest. c. 3.

e ¶ Ac si maior.] sine curatore sicut maior.

[Glo. seq. ponit quatuor opi.

f ¶ Debebis.] in matrimonio hoc erat expressum in prædicta decret. ex parte. [Per quam patet in q. lo. de Deo, de qua dicam infra de sen. exc. c. licet in vlt. glo. ēt suo tempore non ponderandam ætatem 25. ann. in defendente] causam matrimonialem.] sed quia quidam dicebant id speciale in carnali matrimonio: ideo emanauit hæc lata constitutio. Sed quod idem esset in spirituali, probatur per dec. de elec. dudum. 1. & de reg. postulasti. ad hoc facit quia huius voluminis compilatores. 1 de tutelis & curis non posuerunt tanquam de materia nobis non multum necessaria: & aduerte, quia quod hic dicitur, quidam tenebant indistincte. Inn. dicebat, quod debebat dari curator fin quod in ver. seq de minore 14. dr̄. Host autē suo capite & quadam similitudine distinguebat inter maiores 17. ann. vt tūc haberet locum prima opi. quia talis prodire pōt in publicum. 3. q. 7. c. 1. § tria ad hoc ī eo lib. de proc. qui generaliter in fi. vel 18 secundum c. i quæ no. de offi. de leg. cum vicesimum, & minores 17. vt tunc habeat locum opi. Inno. & hanc viam mediam dicebat tenendam. Arg. de offi. deleg. quærenti. hæc no. de æta. & qua. lit indecorum, & summa eiusdem tit. ͡ ætas. sed ex ͡ p batur hæc opinio, vt hic vides. Ioan. And.

g. ¶ Non poteris. hoc tenet Ber. de æta. & quali. ex ratione in glo. vltima.

[Glo seq. reci. per obiectionem]

h ¶ Eiusdem.] 1 non. n. sufficit: immo nec requiritur patris auctoritas; non enim de patrimonialibus tractamus, in quibus id locum habet C de bo. quæ. li. cum oportet. & l. cum nōdolum, & inf. in fi. c. nec hic prætoris vel alterius iudicis sæcularis, cum spiritualis & ecclesiastica sit causa 90. dist benè quidem. sup. de iudi at si. & de arbi. contingit. argum. ff. ad Treb. ille a quo. §. fin. & l. seq.

† Nota vbicunq; minor legitime pt interesse iudicijs; ibi pt cōstituere procuratorē. c. ex parte. de rest. spol. si in lædat restituerei. gl. in d. c. ex parte & l 1. C. si de momen. pos. Fon.

Minor per se pt causas spūales aut ab illis depēdentes tractare.

1 Quos vide sup. in procemio § nos adapicē. Io. And.

2 Gl. seq. Dom. Pet. de An. & Phil. notant quod tutor testamētarius datiuus & posset liti gare pro beneficijs sui pupilli, quod nec beneg. ga. Pet. quod non est alibi Fon.

10 20 30 40 50 60

a ¶ Ad litem.] ad hoc. C. de in litem dan. tut. vel cura. per totum. C. de cura. fu l. fi. in prin.
b ¶ Huiusmodi.] scilicet spirituales, quasi de temporalibus non dependentibus se intromittere non debeat arg ?. prox. responso, nisi forte ratione personæ puta si clericus esset.

[Glo. seq. q̄rit obiiciendo, & soluit.
c ¶ Maior infante.] idest septennio. ?. de despō. impu litteras & ca. accessit minor eīn ætas ignorat q̄d videat. C. de fal n o. l. 1. in fi Sed dices q̄ causam spiritualem potest tractare minor infante: matrimonium n. vel sponsalia ɔtrahere nō p̄t, vt in prædictis iurib. Saluo eo quod habetur de spōs. iuuenis beneficiū ecclesiasticū habere nō p̄t, vt not. sup. de p̄b. super inordinata. qualis ergo erit hæc causa? Forte dispensatione Papæ adeptus est beneficiū de quo agit vel defendit, vel forte repetit, vel ab eo repetuntur vsuræ: Vel d̄r natus de illegitimo matrimonio. de ordine cognitio. tuam, vel his similia.
d ¶ Alterius.] epi scilicet vel officialis.

¶ Notat Pe. de Anch. quod simplex clericat' non liberat à patria pōtate. vide Host. cap. inde eorū de ætа. & qual. liberat tamen quo ad glīnā, vt pcuti nō possit & ad bona aduēti tia & acq sita post clericatū: adeo vt dixerit. B r. consf. 65. q̄ filiᵒ sacerdotis notarius possit in testamento patri ad scribere. Fonta.

tibi curator dabitur ad lites [a] huiusmodi [b] exercendas, aut tu ipse (si maior infante [c] fueris) cum auctoritate alterius [d] eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apostolicæ sedis & subdelegatus ab eo, [e] tibi (si non habeas) curatorem [f] dare valeant, vel auctoritatem constituēdi procuratorem [g] præstare ad illas causas, vel lites duntaxat, quæ coram ipsis fuerint ventilandæ. [h]
¶ In huiusmodi [i] quoque litibus siue causis, quamquam in potestate patris existas, † nec aliàs absque ipsius assensu, in iudicio regulariter [k] esse possis: eius (cum de his se intromittere non habeat[l])

qui legitimam personam, l. vltima. Item cum agit de thoro violato. ff de adulterijs, si maritus secūda, §. lex Iulia. & l. inter liberas §. penul. Et in interdicto de libero homine exhibendo ff. de libero homine exhibendo. l. tertia. §. si mulier. Item secundum canones vt̄ q̄ indistincte conquoratur filius de patre. ? de spon. c. non est. 2. q. 7. quæritur. vbi de hoc & 23. q. 4. si ecclesia. Itē in casu. ff. de iudicijs, si lōgius. In his, & similibus maior & in potestate constitutus agit. ADDITIO Materiam glo. vide plene in Spe. de actore §. 1. ver. item q̄ est filius. & duab. chartis sequētibus, & specialiter de clericis in vers. sed cū clericorū dicto. & per hoc decido quam plures q̄stiones huius materiæ ibi positas. & in l vlt. C. de bonis quę liberis. Io. Andr.
l ¶ Nō habeat.] habet enim locum illa regula in patrimonialibus, vt ?. dixi

nequaquam requiri debebit assensus.

TITVLVS II.

De foro competen.

¶ Innocentius quartus †

¶ *Archiepiscopus omisso appellationis articulo, vel per viam querelæ, de causa subditorum[m], suffraganeis etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. hoc dicit vsque ad § neque.*

CAP. I.

Romana[m] ecclesia, & infra. ¶ Nec appellatiōis articulo præ

DE FORO competenti.

¶ Dictū fuit titulo prox. de iudicijs: verum quia multotiēs accidit quod vocati ad iudicium excipiunt de incompetentia fori, & posset aliquis dubitare quod dicatur forum competens, & quid incompetentia: ideo annectit ur rubrica ista de foro competenti

Romanam.] Hæc solemnis decret. habet vndecim dicta circa forum competens vel incompetens secundum Host. Boatinum & Ioā. Mona. Primo enim ponit duo dicta: Secūdo ibi, Neque tria. Tertio ibi, Nec etiam duo Quarto ibi, Contrahens. vnum. Quinto ibi, Nec clericos ponit alia tria
¶ Pro intellectu huius c habemus aliqua præsupponere: & primo illud quod d̄r in c pastoralis. de off. ordi. in an q̄ regulariter archiepiscopus non est competēs iudex inter subditos suorum suffraganeorum in prima instantia. Item præsupponendum est, q̄ qn̄ appellatur ab ep̄o ad archiep̄m, si appellatio fuerit legitima cā deuoluitur ad archiep̄m, & archiep̄s p̄t retinere cognitionē causæ principalis, si dictū fuerit bn̄ appellatū, & male iudicatum. c. vt debitus de appellat. in antiq.
CASVS. Tu & ego litigabamus coram ep̄o Pictau. qui cōtra te tulit aliquam interlocutoriā, a qua appellauisti ad metropolitanū, videlicet ad archiep̄m Burdegalen. fui citatus ad procedendum in cā appellationis, in termino mihi assignato comparui, tu & ego conuenimus mutuo consensu, q̄ archiep̄s non cognosceret de articulo appellationis, sed tantum de principali causa, an archiepiscopus possit cognoscere de causa principali omittendo articulum appellationis? Respondet Romanus Pontifex, q̄ non, quia partes possent adhibere fraudem, vt priuarent primum iudicem sua iurisdictione Sed ponamus, quod in aliqua causa quæ vertebatur inter te & me, & coram episcopo Pictauen. fuit ad archiepiscopum Burdegalen. appellatum, archiepi-

† in quodam manuscripto tribuit Inno. 4.

Cōtinuatio domini Heliæ.

ADDITIO. Vel curatoris sic deputati, secundum Archidiaconum.
e ¶ Ab eo.] delegato ordinarij non dicit, quasi ordinarius hoc delegare nō possit. ad hoc. ff. de off. proconsul l. nec quicquam. §. vbi decreto. & super hoc vide q̄ not sup. de restitutione in integrum. cap. pen. & quod dixi sup. eod. lib. de offic. vicarij. licet.
ADDITIO. Nec etiā dicit, delegati, s̄m Archidiaconū: non enim emanat à sede, quod emanat à delegato, allegat de fi. presbyte. dilectus. Graue videtur hoc dicere, quod delegatus legati non potest, quod possit subdelegatus legati, procederet autem eius dictū, si intellexisset q̄ delegatus legati id non subdeleget. Io. Andr.
f ¶ Curatorem.] forte generaliter, vel specialiter ab ordinario datum.]
g Procuratorem.] cū est maior septēnio, vt sup. ver. prox.
h ¶ Ventilandæ.] delegata. n. eis causa, & oīa delegata videntur, sine quibus causa, &c. de offic. dele. præterea.
ADDITIO. Et c prudentia §. sexta. ad causam vero pertinet, q̄ psona legitima sit in causa C. qui da tu & curato l. in vniuersis. ergo possunt per quod peruenitur ad illud ff. de procuratorib l. ad legatum. Ioan. Andr.
i ¶ Huiusmodi.] s. spiritualibus, & dependentibus.
[Glo. seq. declarat tex & ponit 7. casus exceptos.
k ¶ Regulariter.] & hoc habet locum etiam in maiore C. de bonis quæ liberis, cum oportet. & l cū non solum Et est hoc verum suo nomine, secus si sit alterius procurator sup. eo l b. de procurat qui generaliter. secūdo casu & ff. de minoribus, cum mandato Ideo aīt dixit, regulariter, quia casualiter pura: sicut in castrēsi peculio, in quo et contra patrem agit ff. de iudicijs, his nullis Item cum impetrat veniam ætatis: dummodo sit maior viginti annis. C de his qui veniam ætatis impetrauerunt l. secunda. Et in momētanea possessione. C.

1 Large d̄r hæc cā spiritualis id est, ecclesiastici fori, vt in c. de dispensatiōsam eo. tit. de quo dic vt ibi no. & dicam ?. de viu. c. 1. Ioan. Andr.

Filius familias in q̄b. casib. possit esse in iudicio sine consensu patris.

Casus. §. Neque.

chiepi est contentus causam appellationis committere, nõ est dubium q põt, dummodo faciat in diœcesi illius epi à quo est appellatum: Sed quid, delegatus non vult acceptare delegationẽ: an possit compelli? Rñdet q non. Sed ponamus q archieps cognoscit in præsentes in prima instãtia, altera partium vult pducere aliquos testes, qui sunt de isto epatu Pictauien. vtrũ potest illos facere cõueniri corã se? Rñdet q non: Qualiter ergo puidebitur parti? Rñdet q archieps poterit vices suas cõmittere alicui cõmissario in diœcesi Pictauiẽ. & poterit archiepiscopus epm Pictauiẽ. requirere vt cõpellat commissariũ ad suscipiendum delegationem, & testes ad ferendũ testimonium veritatis corã ipso cõmissario. Sed quid, habuimus in principio huius capituli, q archiepi non habet iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum: sed nunquid ad minus habebit in officialem & alios officiarios suorum suffraganeorum: puta archipresbyteros, decanos, & alios? Rñdet Romanus Pontifex, q non, nisi sit ɔ̃tia consuetudo Et ponamus q tu & ego, qui sumus de ista diœcesi litigabamus in curia archiepi Burdegalensis: accepimus in causa nostra peroranda procuratores & aduocatos, & conuenimus cum aduocatis & procuratoribus de certo salario pro conductione causæ in ciuitate Burdegalen. iste aduocatus meus conuenit me pro suo salario, vtrũ teneat cõparere? Rñdet q nõ, nã pro salarijs non possum in dicta curia archiepiscopi in prima instantia conueniri. l. hæres absens ff. de iudicijs. vbi dicitur, q si quis tanquam viator contrahat in aliquo loco, licet ratione contractus sortiatur forum, tñ non potest conueniri in illo loco, quia esset absurdum q quilibet viator posset conueniri in omnibus locis, in quibus contraxit, vt dicta l. hæres absens alleg. modo isti erant ibi tanquam viatores. Nota primo, quod iudex qui non põt adiri nisi per viã appellationis, non potest de causa principali cognoscere: nisi prius discutiat de viribus appellationis, etiãsi partes consentiant, & sic patet quod iudex q habet iurisdictionẽ limitatã ad certum casum, primo debet cognoscere an sit in casu quo iurisdictionem habeat. Ad hoc ī. de elec. quida. Nota secundo ex §. neque. quod quis non potest cõpellere vt recipiatur eius delegatio, nisi illum quem vult cõpellere vt recipiatur eius delegato, habeat ratione illius iurisdictionis subiectum. Nota tertio ex § nec etiam, quod quis non potest conueniri in loco ɔ̃ctus qñ fuit factus per aliquem viatorem, de quo in glossa.

[Glos. seq. determinat textum, ponit contrarium]

a ¶ Prætermisso] licet per appellationem ad archiepiscopum causa deuoluatur, & de ea cognoscere possit, tñ de principali qõne cognoscere non põ, nisi prius de appellatione cognoscat (etiam partibus consentientibus) sine voluntate suffraganei, quia in hoc casu per inde esset, ac si sine voluntate suffraganei per simplicẽ querelam cognosceret, quod non potest facere eo. lib. de offic. ord. cap. 1. & sic fraus fieret illi constitutioni. Et hoc intellige, cum appellatur ante sententiam: nam quando appellatur à sententia, iudex appellationis statim de principali cognoscat, 1 de hoc supra de appell. vt debitus, in glos. penul. & per hoc probatur opi. Hostien. qui not. ī. eo. lib. de app. cordi. q illa decre. locum habet specialiter in Papa, in archiepiscopo enim locum non habet, vt hic vides, sic etiam soluitur contrarium illius decret. ad istam. Satis tamen videtur. secundum Hostien. Pet. de Sam. & Archid. q in quolibet inferiori à Papa locum etiam habeat decret. illa qui per simplicem querelam possit adiri: 2 & sic posset intelligi opinio Inno. vt ibi dicam.

b ¶ Extiterit.] & sic aditur per simplicem querelam.

c ¶ Remen.] vel alius quilibet de off. ord. c. 1. sup eo. lib.

d ¶ Clericorum.] in laicus secus: quia priuatorum consensus, &c. C. de iurisdictione omniũ iudicium, l. priuatorum.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Arch. quod est verum quo ad temporalia: secus in spiritualib. secundum Host. alleg. sup. de pen. & remis. omnis, & remittit ad id quod not. de respon. impub. ca. 2. & de hoc dixi de offi. dele. P. & G super gl. fin. Io. Andr.

e ¶ Iudices.] bene dicit, quia tanquam arbitri hoc possent etiam sine episcoporum consensu, sicut quilibet alij, cum hoc prohibitum non sit 3, ad hoc de arbitr. cum tempore, & c. dilecti.

ADDITIO. Et de hoc supra eodem in antiquis, si diligenti. in fin. 1. glo. Io. Andr.

f ¶ De facto.] quia de iure non possunt in iudicem nõ suum, etiam ecclesiasticam personam, & si alias præsit iurisdictioni, sine proprii episcopi consentire licentia, supra eodem in antiquis, significasti, vbi de hoc.

ADDITIO. Et quod ibi scripsi post Host super prima glos. hic not. Hostiẽ. & Ioan Mona. de nouem, scilicet quæ requirũtur in iurisdictionis prorogatione, quam facit clericus Io. Andr.

[Glos. seq. quærit, soluit, dat simile, in fin. soluit obiectionem.]

g ¶ Suscipere.] bene põt archiepiscopus causam vel executionem sententiæ delegare subditis suffraganeorũ suorum, sed ad illa suscipienda illos inuitos compellere non potest, nec potest compellere illos vt ferant testimonium in causis ad ipsum per appellationem deuolutis, nisi in his casibus aliud inducat consuetudo. Quid ergo fiet? mandabit suffraganeo, vt subditũ compellat ad testimonium ferendũ in causa illa, 4 sicut in alijs casibus. & de hoc ī. de offic. ordi. pastoralis. Idem est in quolibet iudice, vt si de alia ciuitate petantur testes, iudex causæ ad iudicem loci mittat, vt testes recipiat, & ad iudicem attestationes remittat. C. de fide instrumentorum l. iudices. Et not. quod non eandem iurisdictionẽ hẽt iudex in accessorio, quã in principali, sed illud quia in subditos suffraganeorum iurisdictionem non habet, vt in prin. decre. pastoralis.

ADDITIO. Et sic non obstat supra de offic. deleg. prudentiam. §. pen. & vlt. quæ loquitur in delegato Papæ. Ioan. Andr.

h ¶ Præcepta.] vt quia aliquem citari mandat 5 vel his similia.

i ¶ De consuetudine.] consuetudo ergo in his iurisdictionem tribuit, ad idem sup. eo. li. de offic ord cap. 1. de foro compe. cum contingat, in antiquis. sup. eod lib. de consue. c. 3. cum similibus.

Prætermisso [a] nec aliàs etiam (cum minimè appellatum extiterit [b]) Remẽ. [c] archiepiscopus, vel eius officialis, † de causis clericorum [d] tanquam iudices [e] (licet in ipsos ijdem clerici de facto [f] consentiant) absque diœcesanorum suorum voluntate cognoscant.

¶ Archiepiscopus, subditos suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias, & præcepta exequi, vel testimonia in causis ad eos deuolutis ferre: nisi consuetudo aliud disponat hoc dicit. Dominicus.

l ¶ Appellans.]& frustratoriè; quia si bene appellaret ex causa & forma, tunc ille a quo appellauerit, iudex non esset, & sic appellans contumax non esset. De reuocatione attentatorum post appellationem habebis infra de appel. non solum.

m ¶ Protestari.] Nota quod ius fingit protestationē. ADDITIO. De protestatione iuris & hominis remittit Io. Mo intra de reg. iur. in generali. Ioan. And.

n ¶ Hoc ipso]appellando, & recedendo.

o ¶ Incumbunt. considerato eo statu, in quo tūc erat causa.

p ¶ Ad sniam.]puta quia lis erat contestata, & liquet de cā, vel talis est cā, in qua sniari pōt lite non contestata, quod dic vt s. vt lit. non contesta. qm, & s. eo. prout.

q ¶ Audiendam.]si non esset contumax expressè citari dēt ad sniam audiendam; alias non valeret in ia parte absente ff quæ sen sine appell rescind. l. 2. item cum ex edicto, & de hoc no sup de offi deleg consuluit.

r ¶ Renunciet. expresse, 2 ꝙ pōt. 2. q. 6. c. ei qui. § si quis libellos. C. de appell. si quis, & tacite et litigando corā iudice a quo appellauit, appellationi renunciat s. de offi deleg. gratum. de test. b cum venisset, si tamen interest aduersarii, ad ipsius interesse tenetur; quod dic vt nota. s. de appel. interposita, § ille denique.

2 Dictio, expressè, quam hēt recētiores codices, deest in antiquis exemplaribus.

[Gl. seq. obiicit de tribus decretalib ad quas respondet; demum quærit, & soluit, & huic decretali respondet.]

s ¶ Non teneris]videbatur contrarium per decr. s. de offi. del. g. cum olim 1. vbi iudices citauerunt appellantem, quem putabant frustratoriè appellasse, ad idem supra ut lite non contestata, accedens, 1. vbi etiam iudices citauerunt, quem putabant frustratoriè appellasse, ad idem sup. eod. prout, vbi Papa mandat citari eum qui frustratoriè appellarat. Sed dic ꝙ de necessitate

causa.

1 Nota glo & vi de glo in verbo collationẽ ꝟ. de rerũ ꝑmut ca. 1. Do. Font.

citari non debet, vt hic. Ad decre. cum olim. & decret. accedens, dic ꝙ ibi factum narratur, nõ ius ponitur i Ad decre. prout, dico, quod pro ista parte facit, cum ibi Papa mandat citari ad malitiam conuincendam: ergo id de necessitate non erat, quod I. citaretur, & de hoc cõsueuit recitari de accusa. accedens &c. ad petitionem. Sed quid dicemus de cõtumace, nũquid qui in vno actu iudicii fuit contumax, ad alios actus citabitur. Dic ꝙ sic, vt supra de testib. cũ olim in fi. vbi citatur cõtumax ad sententiã audiendam, q̃a licet in vno actu contumax sit non propterea protestari videtur quod in alijs contumax esse velit, sed hoc malum contumaciæ sub colore boni, s. remedij, appellationis defendit, ꝙ simpliciter contumax non facit.

Contumax in vno actu iudicij, an sit citãdus ad alios act⁹.

† Aliàs ita, Inno. quartus in Concilio Lugd.

ADDITIO. Nota ꝙ quando ad certum actum vel articulum facta est citatio, indistinctè verum est quod dicit glos. Sed si citatus esset ad totam causam. Placet Inno. de procu. auditis, vbi scripsi super ver. conclusum & in decre. consuluit. de offic delega. ad si super verb. incumbit. ꝙ sine alia citatione ad vlteriora: & ad sententiam procedi possit, quod intellexit Host. quando in citatione comminatus fuit se etiam diffinitiuum. ibi videas. Ioan. Andr.

a ¶ Processeris.] alias de iure.

[Glo seq quærit, arguit pro, soluit contrarium.]

b ¶ Validus.] quid de iudicibus datis cum clausula ꝙ si non omnes. Omnes simul non pronunciauerunt, sed duo vnum, tertius vero aliud, illi duo volunt ꝓcedere ad executionem suæ sententiæ, quæritur an possint, tertio non vocato? Et vr̃ tertium ipsum non debere vocari. arg. huius decr. & s̃. hoc lib. de arb. c. 1. & ff. de re iud. duo ex tribus cum ergo ipsorum valeat sententia, ergo & executio Sed dic [s̃m Io. Mon.] ꝙ vocandus est. 2 nam licet sententia duorum teneat, tamen alius articulus qui emergit, est omnibus communis, ita ꝙ ad illum duo [tertio non vocato] procedere non possunt. s̃. de off. del. causam. &c. prudentiam. §. adijcimus. aliàs sequeretur, ꝙ si in aliqua termini assignatio ne vnus ab alijs discordaret, illi duo, illo non requisito, postea procedere possent, quod est absurdum.

2 Verum si in executione sẽtẽtiæ sit cognitio causæ, si aũt sit nuda executio, gloss. falsa. Phil. Fon.

processeris [a] tuus processis validus [b] reputari debebit.

TITVLVS VII.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

¶ Innocentius quartus. †

¶ Quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciã rei, non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata proceditur.

CAP. VNICVM.

Vm, † qui [c] super dignitate, personatu, vel beneficij ex primo decreto, certe nõ sum audiendus, sed non obstante absentia Titij citati [lite nõ contestata] potero informare iudicẽ, & docere de iure meo. & iudex proferet sententiam diffinitiuã lite non cõtestata non obstante absentia ipsius Titij citati, & si docuero de meo iure, & iudici constiterit, mittat in possessionẽ, vel aliàs iudex procedet s̃m quod sibi videbitur. Nota ꝙ glo. pro sua opinione ponderat verbum, obtinendis, & verbum, ingressus, quæ faciunt cõtra opinionem illorũ, qui dicunt, quod istud capitulũ hẽt locũ in beneficijs iam obtentis. Nota vlterius, quod cũ agitur de beneficio ecclesiastico obtinendo, quia de isto non est difficultas, data cõtumacia possessoris, non fit missio in possessionẽ ex primo decreto, sed dẽt executor datus cognoscere de iure absentis, & facere ius isti pręsenti, & accusanti contumaciã absentis, aliàs si iste accusans mitteretur in possessionem in primo decreto, haberet vitiosum ingressum, nã adhuc iste non habebit titulũ sine institutione, ideo iudex dẽt cognoscere de iure absentis, & proferre sententiam diffinitiuã lite nõ contestata, & iste est vnus casus, in quo põt ferri sñia diffinitiua lite non contestata, contra illam regulã positam in capitulo, quoniam frequenter. vt lite non cont. in antiq. Nota 3 vlterius ex primo intellectu huius capituli, quod regulariter iudex non potest articulum expedire contra absentem non citatum legitimè, & si aliquem processum expediat, ille processus erit nullus. l. 1. ff. quę sententiæ sine appel. rescind.

rem ingressum vitiosum. Sed iudices non obstante contumacia Titij intrusi poterunt cognoscere de defectu sui iuris, & examinare testes, & procedere vsq; ad diffinitiuam sententiã, & mihi conferre illud beneficium, si eis constet ꝙ Titius intrusus nõ habeat ius in beneficio. Alij intelligunt ꝙ istud capitulũ loquitur in bñficio iã obtento, sed a possessione ipsius aliquis fuit spoliatus, & s̃m istũ intellectũ casus sic figuratur: Cũ essẽ in possessione alicuius beneficij, Titius me spoliauit: ago cõtra eũ interdicto vñ vi: Titius citatus est contumax, non comparet: peto me mitti in possessionem be-

† Amplia istud ca. ad fruct⁹ beneficiorum: nec fiet eorũ sequestratio, nisi in Clemẽ. 1. de sequest. poss. Phil. Fon.

3 Istud notabile cũ tribus sequẽ. debuit scribi in cap. ꝑxi. s̃. eo.

Nota ꝙ vbi constat de intentione absentis, ꝙ est deliberatus non venire, non est citandus: nam citatio fit ad istum finem, videlicet, ad explorandũ animum citati, an velit venire, vel non venire. Nota vlterius, quod iudex dr̃ esse certus de intentione absentis, quod non vult venire, si appellet, & a iudice recedat, q̃a videtur protestari, ꝙ non intendit amplius coram illo iudice a quo appellat comparere, sed coram superiore. Nota vlterius magis specifice, quod si quis appellet ab interlocutoria, iudex a quo, põt procedere nõ citato eo, qui appellauit. Nota arg. quod personatus non est dignitas. de quo plene Arch. s̃. de consue. c. 1 eo. lib. Nota insuper, quod iudex debet supplere pro absente, quando procedi potest in causa contra eum, similis tex. sup. de arb. c. 2. eod. lib. Dominicus.

[Glossa prima summat, & ostẽdit hinc infringi duas regulas, & dicit quid declaret]

c ¶ Eum qui. quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam rei non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata proceditur, Ponit hęc decre duos casus speciales contra duas regulas. Regulariter enim quãdo agitur reali ob contumaciam rei, fit missio in possessionẽ causa rei seruandę. fallit in hoc casu. Item regulariter nõ proceditur ad testium receptionem vel diffinitiuam sententiã lite non con-

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM causa rei seruandæ.

¶ Dictum fuit supra, tit. prox. de dolo & contumacia, verum q̃a ꝓꝑ contumaciam rei actor regulariter mittitur in possessionẽ, iõ post tit. de do. & cont. annectit titulũ de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruãdæ.

Vm qui super.] Primo ponit dictum, secundo ipsius rationem, tertio contumacis punitionem, secunda ibi, Ne per hoc. tertia ibi. Sed liceat.

CASVS. sc̃dm intellectũ glossæ, qui approbatur p Doc. Ego existẽs in præsentia dñi Papę, ipsi Papæ exposui, ꝙ Titius erat intrusus in bñficio sine titulo & sic vacabat, & tãto tpe ꝙ collatio ipsius beneficij erat deuoluta ad Papã, petebã vt Papa illud beneficiũ tanq̃ vacãs mihi conferret, vnde Papa mãdauit iudicibus, vt si cõstaret ꝙ talis Titius fuit intrusus in tali beneficio ꝙ illud beneficiũ mihi cõferrẽt, Titius citatus corã iudicibus, licet fuerit citatus peremptoriè, nõ cõparauit, vtrum iudices possint me mittere in possessionẽ illius beneficij. Respõdet ꝙ non, q̃a cũ nõ habeã titulũ, nec institutionẽ, si mitterer in possessionem ipsius beneficij, habe

testata. Fallit in hoc casu, & est ad declarationem eorum quæ not sup.de do.& contu.contingit.

ADDITIO. Et approbat hæc decret. quę notauit Vin. sup vt lit.non contest. tuæ.item decr. ista vt dixit Boatinus non superfluit propter decr. quoniã § porro. vt lit.non cont. quia ille §. specialiter tractet de electione, ista decret. generaliter de casua beneficij. Itẽ illa non expresiè prohibebat fieri missionem: quod facit ista. Ioan. Andr.

neficio [a] ecclesiastico [b] obtinendis [c] cum aliquo litigat possessore: [d] ob partis aduersæ contumaciam, causa rei seruandæ in ipsorum possessionem statuimus non mittendum: ne per [e] hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus. [f] Sed liceat in hoc casu (contumacis absentiam diuina replente præsentia) [g] etiam lite non contestata, † diligenter [h] examinato negotio, ipsum fine debito [i] terminare.

a ¶ Beneficio.] quocunque. [maximo, medio, & minimo secundum Host.] Ad hoc de præb.maioribus.de verb. signific. c.penult.

b ¶ Ecclesiastico.] secus ergo si super temporali præbenda, vel temporali beneficio agatur, quia cum talia possint sine institutione canonica possideri, nõ habebit locum decretal.

† Nota quod vbi ꝯ contumacem nõ mittitur in possessionẽ, & mora est periculosa: procedi tur ad diffinitiuã, dixi de mora periculosa propter c. tuæ vt lite nõ cõtestata. Do. Font.

[Gló seq. quærit, arg & soluit, & solutionem impugnat.]

c ¶ Obtinendis.] quid dicemus de obtentis? pone confirmatus est qui agit, & in possessionem inductus: & tandem spoliatus, vt sup.de cau.pos.cum olim.&c.cum super.vel petit quod confirmatio de eo facta, vel collatio sibi facta sortiatur effectum de concessio. præben. post electionem. de appel.constitutus 2. vel petit possessionem condictione ex canone, redintegranda, vt sup.de resti.spo.sæpe. Nunquid in his casibus ob cõtumaciam rei fiet missio? videtur quod sic, per hanc literam, quæ dicit solum de obtinendis. Sed dic quod non fiet hæc missio: tum quia decreta.huius nõ adhuc locum hẽt: tum quia ago de obtinendo quod non habeo, sed detentionẽ, saltem quæ apud alium est. ff de rei vẽd. officium. Itẽ missio in possessionem est quoddam auxilium extraordinarium, quod habet locum solum vbi deficit ordinarium ff.de mino. in causæ 1.in princ. sed hic procedi põt ordinario iuris ordine, lite non contestata. vt sequitur, & apertius hodie probatur per cle de iu li. dispendiosam. ergo non habet locum missio. Et licet doctores 1 sic teneant, tamen obstat litera hic posita, quæ dicit; ingressus: non dicit, regressus, quasi per id detur intelligi, & per verbum, obtinendis, quod in recuperandis non habet locum decretalis.

1 Recitat hic Inno. & tñ Hostiẽsis, & Guil. in Spe. de cõtumacia. §. sequitur. ver. illud aũt & ibi refert in hoc cõcordasse Cle. iiij. & omnes auditores. Idẽ Io. Mo. & Compol. sup. de rescrip. capitulum, in fi vlt glo. vbi dicit sic iudicatũ, fatetur tñ probabile quod sequitur in gl. & illud ẽt quod sequitur, tenuit hic Fr. Ves.

[Glo.seq quærit, & soluit.]

d ¶ Possessore.] Quid si nullus possidet, sed duo, pone coelecti petunt? Dic idem propter eandem rationẽ sup.de rescrip inter cęteras.

e ¶ Ne per hoc.] Ratio superioris dicti.

[Glo.seq.recitetur per quęstionem.]

f ¶ Vitiosus.] non.n.possunt ex possessione haberi, sed solum ex canonica institutione. 1.q.1.legum.de instit. ex frequentibus.7.de reg iu.c.1.ff de decur. Herennius Si vero non ageretur de ecclesia tanquam de beneficio, sed tanquam de proprietate tunc bene habere locum missio, vt probatur sup.vt lit non cont. c.2. de eo qui mit c.1.sup.de verb.sign dilecto.

g ¶ Præsentia.] C.de iud properandum. §. cum autem. sup eod.lib.de arbitr.c 2.in fine.

h ¶ Diligenter.] hoc semper est faciendum. 30. q.vlt. iudicantem.

[Glo seq.reci. per quæstionem.]

i ¶ Fine debito.] vt si liqueat vel liquere possit de causa, procedatur ad sententiam: secundum ea quæ not. sup.de do.& cont. prout. Et est necesse, quod constet de iure actoris, ad hoc vt sibi adiudicetur, nec sufficit quod constet possidentem ius non habere, vt sup.de rescrip. olim C.de rei.vend.l.vlt.

TITVLVS VIII.

Vt lite pendente nihil innouetur.

Bonifacius VIII.

¶ *Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à prosecutione causæ excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.*

VT LITE PENdente nihil innouetur.

¶ Superiori titulo fuit dictũ de quadã innouatione, quæ fit circa possessionem propter contumaciam reis verũ quiã possit dubitare aliquis, an lite pendente aliqua possint innouari, vel vtrũ omnia debeant remanere in eodem statu, ideo ad nos informandum de istis ponitur præsens tit. vt lit. pend. nihil innouetur. Ex quo tit. colligitur, quod lite pendente regulariter nihil debet innouari: nam titu qui habet ordinationem integram, solet facere ius, vt notant doct. super tit vt lite non cont. in antiq.

CAP. I.

DISPENdijs. 1] Tria facit: primo ponit constitutionis causam: secundo constitutionẽ prohibitoriã ibi, Statuimus. tertio decretum ibi, Aliàs.

1 Amplia istud c.ad postulationes præsentationes. Phil. & not. quod superstes in isto casu non poterit ab alia parte eligi. Do. Fon.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia collegiata vel regulari per mortem prælati, canonici, vel religiosi conuenerunt in vnũ tractatum de electione prælati, & diuiserunt vota sua in duos: nam vna pars canonicorũ vel religiosorum vnum elegit, alia pars alium: quilibet electorum dicebat electionem suam præualere: nam licet vnus esset electus a maiori parte, alius à minori, tamen iste qui fuerat electus a minori parte, dicebat quod plures ex alia parte erant excommunicati, & sic inter istos duos electos erat controuersia de præualiditate electionis: pendente processu, vnus istorum electorum mortuus est, vtrum pars canonicorum vel religiosorum, quæ mortuum elegerat, possit alium subrogare in locum istius mortui: & facere nouã electionem? Respondet Romanus Pontifex, quod isti canonici vel religiosi non debent procedere ad nouam electionem, nisi prius constiterit, an electus superstes habeat ius in electione, vel non habeat, sed tñ ipsi canonici vel religiosi, qui mortuum elegerunt, poterunt assistere processui, & constito quod iste superstes non habet ius in electione, ipsi canonici vel religiosi poterunt licite procedere ad nouam electionem.

Nota primo ex isto casu, quod propter diuersas electiones in discordia celebratas, ecclesiæ sæpenumero patiuntur dãna & incommoda, quia nõ fit confirmatio alicuius, & pẽdente processo, nullus posset ad ministrare: modo longæua vacatio solet afferre damnum ecclesiæ. cap quoniam, vt lit. non contest in antiq. Nota quod principes debẽt obuiare indẽnitatibus suorum subditorum, & maxime ecclesiarum. Nota vlterius principalem effectum huius cap. videlicet, quod si duo sint electi in discordia, & se opponãt ne alia fiat electio, si pẽdente controuersia alter moritur, illi qui elegerunt talem defunctum non possunt alium eligere. donec lis fuerit finita cum superstite. & si constet quod superstes nõ habeat ius, ipsi põt procedere ad aliam electionem. Quęritur quæ differentia est inter præsens cap. & cap. sequens? Respondet gl. quod in istorũ nullus istorũ litigantium

ligantium adhuc obtinebat beneficium seu dignitatē de qua litigabatur in c. vero sequenti alter litigantium habebat possessionem beneficij, postea alius mouit sibi quæstionem super possessorio: & pendente lite mortuus est.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Dispendijs.] si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel a prosecutione causæ excludatur: si lite pendēte cum reliquo, fuerit alia electio facta, nō tenet. Emanauit ad declarationē eorum, q̄ not. Inno. & Host. sup. de arbit. ex parte, & de elect. dudū. 2. de restitut. in integ. c. 2. & Compost. de constitu. cum M. ad finem.

ADDITIO. Et Gul. in Spec. de app. §. pe. ver. verum. Ioā. And.

b ¶ Dispendijs quę.] dicitur dispēdiū longum & inutile: Compendium breue & vtile, de hoc de refer. ea. dispendia. [sup. hoc libro.]

[Gloss. sequens dicit hoc ius nouum: objicit & soluit.]

c ¶ Statuimus.] Constitutio ista noua est saltem inquantum dicit electionem nullam: maxime non interueniente aliqua inhibitione, vt supra de arbit. ex parte. Sed dices, nonne secunda electio facta, prima non cassata, cassatur, supra de electiõn. consi.deraui mus. Item nonne secunda electio facta, prima non cassata, valet interdum; secundum ea, quæ not. supra de elect. auditis, scilicet quando prima nulla erat, & eligentes erant priuati potestate eligendi: Sol. illa iura & quæ in illis not. locum habent quando secunda electio fit prima non cassata, & nondum in litigium deducta: & sic intelligantur not in dicto cap. auditis, istud capit. & sequens loquuntur quando in litigium erat res deducta: & tunc secunda electio ipso iure sit nulla.

d ¶ Alibi.] Videbatur Hostiens. differentiam facere supra de electio dudum, 2. in glo. nunquid in hoc casu, inter causas, quæ pendebant in curia, & extra curiam. Arg. decret. de maior. & obed. per tuas. de appel. si duobus, sed quo ad casum nostrum, nulla fit differentia, vt hic vides.

Gl. seq. respondet quòd quomodo, duas solutiones ponit primam approbat: in fi. remittit.

e ¶ Litigantibus.] Litigiosa est res, de cuius dominio quæstio vertitur inter petitorem & possessorem conuentione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudici insinuatis, & per eum futuro reo cognitis C. de litigios. Auth. litigiosa. Dicunt tamen rem litigiosam non esse nisi per litis contestationem, facit pro eis supra de offic. deleg. relatum, in Auth. de litigiosis. §. omnē. collum. 3. & optimè supra de verbo. signific. ex parte 2. Litis contestatio dicitur litis exordium supra de offic. delega. super quæstionum. §. intentionis. Sed dic contra 1 per supradictam Authen. litigiosi, & probatur supra de offic. deleg. gratum, vt lit. pen. de eo. capit. 1. & ex ijs, quæ ibi not. Host. supra de resti. causam quæ 2. C. quando libel l. 1. & 2. Quid autem quo ad hunc sit inducat litis pendentia, habes in Clē. eo. tit. c. vno. Ioan. And.

1 Idē. Do. Phi. vide gl. 11. q. 1. c. ii. Font.

dijs, [a] quæ [b] propter electiones diuersas ecclesiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus, [c] vt si aliquibus apud sedem Apostolicam, vel alibi [d] litigantibus, [e] super electionibus de se in discordia celebratis, aliquem ipsorum mori, [f] vel suo iuri renunciare, [g] aut à prosecutione ipsius contigerit quoquo modo excludi: [h] ad electionem aliam (lite super electione superstitis electi [i] pendente) nullatenus procedatur: Aliàs attentata contra hoc, electio ipso iure viribus non subsistat. [k]

¶ Idem.

¶ Si beneficiatus, contra quē super beneficio litigatur, cedit vel decedit; si alius lite pendente cum superstite fuerit electus, non valet electio: Si vero aliqui (quorum interest) ad defensionem litis velint admitti, in eo statu, in quo erat causa, admittentur. Ioannes And.

CAP. II.

SI HI CONTRA

f ¶ Mori.] sup. de arbi. ex parte.

g ¶ Renunciare.] sup. de restit. in integ. c. 2.

h ¶ Excludi.] vt sup. eod. lib. de elect. si fortè. & cap. quamuis, & cap. cupientes §. quod si per viginti. & §. sequen.

i ¶ Electi.] & in casu isto quærimus de iure ipsius defuncti, vt sciatur de iure superstitis coelecti. Ad hoc 2. q. 1. in primis. licet. n. appareat defuncto amplius non deberi, non propter hoc sequitur superstiti viuenti deberi. ad idem supra de rescript. olim.

ADDITIO Dicit Archidia. q̄ etiā pp eligentes ferenda est sententia, vt sciatur an penes ipsos, vel quos ex ipsis remaneat electio: an vero sit ad superiorem deuoluta, supra de electio. cum Vimonien. in antiq. & sup. eod. lib. & tit. quamquā. Sic & mortuo hoie fertur sententia propter bona. C. si reus vel accu. mor. fue. l. 2. Ioan. And.

[Glo. seq. format duas quæstiones, quas soluit.

k ¶ Non subsistat.] Quid si postea appareat illum superstitem ius non habere, nunquid conualescit dignitas vel beneficium in isto? Dic quod non: quia quod ab initio, &c 16. q. 3. c. placuit § potest. supra de elect. auditis. inf. de reg. iur. non firmatur Sed nunquid de nouo potest eligi? Credo quod sic per decr. supra de elect. super eo.

ADDITIO. Hoc intelligitur vbi non est vitium personæ, vt quia electus non acceptauit sciens casum, & se litis non immiscuit: licet enim non sit in causa cassationis primæ electionis, quæ a principio fuerat nulla; hic tñ culpa incidens in facto, iuste faciet cassari secundā, sup. de except. c. 1. in fi. de concel. præbend. c. 1. & inf. de præben. si beneficia. Io. And.

SI hi contra quos.] Primò ponit statutum prohibitorium interferens causam: secundo decretum ibi, Quod si. Tertio prouisionem illius, cuius interest, ibi Sanè.

CASVS. Titius possidebat beneficium, quod dicebam ad me pertinere, & spectare mediante iusto titulo & canonica institutione, & dicebam Titium esse intrusum in illo beneficio: vnde feci eum citari, & conueniri super petitorio vel possessorio [non refert] secundum Dominicum de sancto Gemi. fortè intentaui interdictum vti possidet. s, vel vnde vi, & sic possessorium; vel intentaui petitorium: lite pendente ipse Titius possessor mortuus est, vel renunciauit iuri suo in manibus superioris: Quæritur vtrum ille ad quem spectat collatio illius beneficij possit illud conferre, vel ad illud præsentare idoneam personam, si sit patronus nondum finita lite: quia collator vult conferre alteri illud ius qđ defunctus habebat: an possit? Rñdetur q̄ non, lite pendēte, & si fiat, non valet collatio, nec præsentatio, nec electio, si bñficium sit electiuum: secus si petitor esset mortuus, quia alius posset subrogari loco mortui. Rō est, qa superstitis petitoris interest vt nō fiat subrogatio in locum alterius; nam si faciat docere de iure suo, ipse facilius obtinebit possessionē bñficij, quā si alius esset subrogatus loco illius qui possidebat.

Sed ista rõ cessat in petitore mortuo: nam possessor pp hoc non amittet possessionem: & ipsius possessoris non interest: quia paria sunt q subrogatus litiget cum ipso, vel ipse ordinarius: iuxta c. ordinarij sup de offic. ordi. istomet libro. Sed quid, ponamus quod mortuo possessore ordinarius vult suscipere defensionem loco defuncti; nũquid ordinarius, vel alij quorũ interest, põt adesse causæ, & ipsius causæ suscipere defensionem? Respondet q sic: dũ tñ suscipiant defensionem in eodem statu, in quo defunctus eam dimisit. Nota primo ex isto textu, ibi; dignitatibus & personatibus, q personatus nõ est dignitas; aliàs frustra diuersis nominibus appellaretur. l. si idem. C. de codicil. tñ iura vtuntur istis nominibus promiscuè, vt in c. cũ accessissent, de constitu. in antiq. vbi, primiceriatus vocat dignitas, personatus, & officium. Qualiter autem differant, tractat Panor. in c. de multa. de præb. in antiquis; Nota principalem effectum huius capituli quod lite pendente inter aliquos super beneficio, si moritur conuentus: non potest ordinarius alium subrogare loco illius defuncti, nisi mortuo prius superstite; sed hodie impetratur a principe, vt possit fieri subrogatio, non obstante illo c. & hoc quando possessor moritur, secus si petitor. vt dictum est in positione casus. Nota quod ordinarius licet non possit alicui subrogare loco defuncti possessoris; potest tamen adesse causæ; & tunc summariè debet probare quod sua interest; quo probato admittetur ad defensionem causæ, & tũc debet assumere causam in eodem statu, in quo defunctus eam reliquit, non autem potest petere, vt causa de nouo inchoetur.

† Notant Ph. & Pe. de Anc. q in tñ ticia lib. est vera possessio, & illa est cã qua re in talibus fiunt possessoria, sicut i profanis, & limitãt istũ textũ An. & Do. non procedere i petitore decedente, neque obstat Cle. 1. §. si vero. j. eo. quia illa intelligitur qñ nulla lis pẽdet mortuo petitore. Item limitatur tex. quando lis est inter quiisum a Papa, & eum ad quem spectat prouidere. P. Fon.

quos a super dignitatibus, personatibus, vel alijs ecclesiasticis beneficijs, quæ possident, b † litigatur, c lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè d interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispẽdiũ prorogari cõtigat: Statuimus vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi e (donec contra superstites lis finita f fuerit) alijs nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quilpiam, vel etiam præsentetur. g Quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. ¶ Sanè † si ad defensionẽ ipsius litis, aliqui, quorum intererit, h petierint se admitti: eos in illo statu in quo i ipsam inuenerint, decernimus admittendos.

TITVLVS IX.

De Confessis.

¶ Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi.

¶ *Super facto negatiuo per partem improbabili (si iudici videbitur) est admittenda positio. Dominicus.*

CAP. I.

STATVI-

[Prima glos summat, & dicit quid declaret.

a ¶ Si lit contra quos.] Si beneficiatus, contra quem super beneficio litigatur, cedit vel decedit, si alius lite pendente cum superstite fuerit electus; non valet electio; Si vero aliqui quorum intersit, ad defensionem litis velint admitti; in eo statu, in quo erat causa, admittentur. Emanauit hæc decretalis propter ea, quæ sup proxi.

[Glo. seq. diuersitatem præcedentis casus declarat]

b ¶ Possident.] Ista ergo est diuersitas inter illum casum & præcedentem: quia in præcedenti nondum erãt beneficia adepti; sed de electione litigabant, hic beneficia iam erant adepti.

c ¶ Litigatur.] Expone vt dixi sup. cap. proxi.

d ¶ Malitiose.] hoc fiebat isto modo, litigabatur contra me super beneficio meo; cum ego non possem contra aduersarium me defendere; renunciabam, vt beneficium conferretur alicui potenti; qui litigantem iniuria & iure vexaret.

e ¶ Huiusmodi.] possessa. s. per illum cedentem vel decedentem, contra quem litigabatur.

[Glo. seq primo exponit per locum a diuisione, secũdo quærit onem soluit.]

f ¶ Finita.] si apparuerit illos ius hẽre, nulla fiat electio; alias fiat electio, vel præsentatio post sñiam, a per eos, ad quos ptinet. Et intelligo decretalem istam, cũ illi qui ꝯ illos cedentes vel decedentes litigabant, ex eo litigabant, quia dicebant illas dignitates vel beneficia ad se spectare: aliàs nulla fieri haberet dilatio. Pone n. q clericus ꝯ clericũ agit, petens ipsum ab ecclesia remoueri, qa criminosus vel cõcubinarius: moritur clericus accusatus lite pendẽte, cedit, vel decedit nunquid per hoc impedientũ illi ad quos electio vel pñtatio pertinet eligere vel pñtare? Dic q non; qa statim illo cedente vel decedẽte finita est lis; & sic nõ habet locũ hęc decretalis, q̃ dicit expectandũ finẽ litis cũ superstite; & crimina extinguuntur morte. 23. dist. quorundam. cum suis concordan. a Si aũt petit illũ ab ecclesia remoueri, & illã sibi assignari, q̃ dicit ad se spectare: tũc locum hẽt decr. ad hoc, s. de rescrip. olim.

g ¶ Præsentet.] Nota differentiã esse inter collationem, electionem, & præsentationem, quia hæc tria hic ponuntur pro diuersis; habes hoc expressum inf de præb cum in illis §. cum autem.

h ¶ Intererit.] puta q eligunt cedentem, vel præsentauerunt, vel cõtulerunt, vel forte quia expectabant primã vacaturã, & sic illud beneficiũ velut modo cessione vel morte vacans, sibi dicit deberi, vel si res personæ.

[Gl. seq. dicit qd declaret, & exprimit fraudẽ antiquã.]

i ¶ In illo statu] optima fuit prouisio, & declarat quæ notant Inn. & Host. de iud. quia V. ducebant n. cãm illi beneficiati vsque ad finem, ppe sñiã cedebant, subrogabantur aduersarij, quos oportebat de nouo citari, & iudicium incipi; qui iterum producebant cãm vsque ad conclusionem, & postea cedebant; Iterum veniebãt alij, & idem faciebant, & sic non erat litium finis, & idem fiebat olim de nouitijs electis vel præsentatis; sed de illis hodie sublata est dubitatio per hæc verba. Et cõtra hoc non dabit Host. aliud remedium, nisi quod interpellata sedes Apostolica super his prouideret, & veritatem inquireret, sed hic optimum datum est remedium, vt in eo statu admittantur. &c. & sic erit finis litium, & concord. ad hoc sup. eo. li. de electio. vbi periculum. §. tanc, & inf. de exceptioni. pia.

ADDITIO. Et optimè facit. ff. de noxa. si quis a multis. §. si cum l sequenti, in principio.

DE CONFESSIS.

¶ Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedẽtium de actis respicientibus ordinationem litis; Nunc vero est dicendum de actis quæ respiciunt merita & defensiones causæ, vt sunt confessiones, probationes; quare recto ordine annectitur tit. de confessis.

ADDITIO. Dicit Io. Mon. rõ melius intitulatũ titulum de cõfessis, q̃ de positionibus, quia positiones non curamus in se, sed pp finem, pp responsionẽ. s. ex qua habetur confessio, hanc. n. finem respicit moralis philosophus, & hæc scientia supponitur Ethicæ, idest, moralis scientiæ, vt satis dixi in proœ decr. super 1. glo. Io. And.

Tatuimus.] Hæc decre. non diuiditur pp breuitatem; Determinat autem notata per Host. in sum. de prob. §. quis debet probare, vers. nunquid ergo, & in Specu. de posi. §. 7. videndum. versicu 8. Quæ dat intelligere

† Iste vers. est notabilis, & rõ huius vers. est, qa illi venient ex persona sui auctoris, & eius ignorante & isto existẽte extra curiã Pet. & Do. Fõ.

2 Quid ãt si clericus depositus appellet, vide notata in c. non solum, in si. alt. glo. inf. de appel. Pont.

3 Non ex iure primi, sed ex noua collatiõe secundus sibi ius vẽdicat; Vnde licet in benef. ius sit successio, nõ tñ hæreditaria 8 q. 1 Moyses. & c. sequen. Et sic nõ obstat. ff. de iudi tam ex q̃ stib. cum sim. § in Ioan. Mona. Io. And.

1 Quia trãsiuit in rem iudicatã; tunc n. est finita lis. l. 1. ff. d re iu. Phil. Fon.

pete, ꝙ dubium nõ procedebat in negatiua iuris, qualitatis uel facti prægnantis, vel facti determinati, quæ veniunt in ꝓbatione; & per cõsequẽs in positione: Remissiones ponit gl. non possunt Io. Anđ.

Sũmariũ & casus Dñi Hel.

¶ Decretalis ista fm Dñm Helium sic summatur; Licet positio negatiua non possit probari, nisi per confessionẽ aduersarij: est tñ

mus, † a vt positiones

† Vide Paul de Castr. consi. 167. incip. ad primũ in 2. vol. & Cynum in l. 2. §. sed qa. C. de iura. cal.

ista positio ãdmittendã dẽ æquitate, licet non esset admittenda de iuris rigore: quia de iuris rigore illud potest poni, quod potest probari.

¶ Pro intellectu huius ca. præsupponendum est quæ dicant positiones: vñ est sciendum, ꝙ cum actor fecit libellum cui petijt per reum rñderi: & reus rñdit eidem libello facto in prosa, postea lite super eodem libello cõtestata, actor deducit suum factum quod cõtinetur in libello per articulos, & illi articuli vocantur positiones: eo quia sic incipiunt, ponit in iure & iudicio, &c. sicut dictũ est de articulis probatiuis a libello agentis extractis, q appellãtur, intẽdit: q sic incipiunt, intendit talis actor coram vobis. Et fuerunt inuentæ positiones ut ponens releuetur ab onere probãdi per confessionẽ aduersarij: & istis positionib. tenetur pars aduersa personaliter rñdere per verbũ credit, uel nõ credit, mediante suo iur°. c. 1. inf eo. Item præsupponẽdum, ꝙ iudex non dẽt indistinctẽ admittere omnes positiones, sed debet videre an sint aliquæ captiosæ, & impertinentes: & super illis ferre interlocutoriam sñiam, ꝙ tales positiones sunt admittendæ, & tales sunt impertinentes & rejciendæ.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti: lite inter nos cõtestata feci meas positiones: inter quas erat aliqua positio negatiua, ita ꝙ illa positio cõtinebat merum & purum factum, quod non poteram probare: utrum iudex debet admittere talem positionem negatiuam? Respondet Roman. Pont. quod sic: & licet de rigore iuris talis positio non sit admittẽda: tamẽ de æquitate poterit iudex illam admittere; immo fm Host. iudex debet illam admittere, & si nõ admittat, ab eo poterit appellari: quia licet talis sit merè negatiua, & sic non possit probari: tñ pars aduersa forte confitebitur illud factum negatiuum. Nota primo ꝙ litigantes in causa possunt facere positiones, & ante litem contestatam, & post, licet aliqui dicant, ꝙ debẽt fieri post litem contestatam, & non ante, quia bene verum est, ꝙ in principali negotio debent fieri post litẽ contestatam, ut in c prox. ĵ. eo sed in emergentibus, & exceptionib. quę opponuntur ante litis contestationẽ, põt fieri positiones lite non contestata. No. ulterius principalem effectum huius c. videlicet, ꝙ licet merè factum negatiuum non possit probari per testes: tñ illud factum negatiuũ põt poni, adeo ꝙ talis positio est admissibilis, & eidem positioni tenebitur pars aduersa rñdere: alias si nolit rñdere, talis positio habebitur pro confessata: ut in c. sequ. No. vlterius gl. quæ ponit decem per modum summæ in materia positionis.

Positiões põt fieri ante litis contẽstatiõnẽ, & post.

Negatiuũ factum, licet sit impbabile, est tñ possibile.

[Gl seq per modum summæ recitetur sic. Circa materia ŭ positionum quærit de decem: Primo quid sit positio: Secundo, unde ortum habuit: Tertio ad quid fiat. Quarto, in quo differat ab interrogatione Quinto quis tñ seat positioni: Sextò, qñ fiat: Septimo. qualiter fiat: Octauo, super quo: Nono, de cautela ponentis: Decimo de positionis effectu.]

a ¶ statuimus] Circa positionum materiã, quæ nõ habentibus practicam noua & ignota eſt, scire debes primo. ꝙ positio fm Gof. est dictum loco interrogationis positiuum, ut quod olim interrogatiuè fiebat, fiat hodie positiue pone in terminis dicebat olim actor, quære domine iudex, an sit hæres, & ex qua parte: hodie dr̃, pono te esse talem hæredem. Item pono te hẽdem ex asse. Sed hodie ẽt fiunt interrogationes, & ante litem contestatam: quod dic, ut not. de iuramen. calumniæ, c. penul. & etiam post litem contesta. ff. de interro. act. ubicunque etiãsi sit conclusum in causa, ut sup. de fide instrumen cum Ioã. Vnde potest describi, ꝙ positio est breuis, verborum formula; mentem proponentis continens ad ueritatem eliciendam concepta. (Vincentius dixit, ꝙ positio est assertio alicuius dicti, vel facti, ut ad ipsum respondeamus. Io Mon. dicit, ꝙ est narratio facti nõdum probati ad experientis intentum directẽ, uel indirectẽ spectantis, quod intenditur probari per responsionem aduersantis. Cy. in l. 2. de iureiu. propter cal. dan. ponit diffinitionẽ. Io. de Are. q dixit, ꝙ positio est alicuius substantialis, uel adminiculatis articuli causæ in iure facta expressio seu assertio. Iac. uero de Rauenna diffinit, quod est credulitas asserta, habẽs annexam interrogationem, uel iudicis suppletionem conferens ad probationem, vel ut ipsum, vel adminiculans. Arch dicit hic, ꝙ positio est assertio alicuius facti, quo per responsionem ad ipsam resinentem obligatur reus, & actor probandi onere releuatur. Cum positio ẽt fiat per reum. incaute expressit de reo, & actore in descriptione.) Habuit autem hoc verbum ortũ nõ solum ex usu hominum diu in causis insolito: sed ex antiqua lege ff. de leg 3. Offidius. §. ex diuerso, pone (inquit) in credito, &c. ad idem sup. de lit. contest. c. uno. de elect. dudum 2 & inf. de testi. præsentium. Fiunt autem positiones, ut per cõfessionem aduersarij releuetur ponens ab onere probandi, ut hic, & ff. de iureiu cum qui. 1. responso: nam & ad hoc fiunt interrogationes, ff de interr act. l. 2. 3 & 4. Differũt aũt positiones & interrogationes: quia positiones assertiuè fiunt, illæ interrogatiuè: positiones a parte, illæ a iudice. Et dicũt quidã, ꝙ positiones tãtum fiunt post litem contestat. interrogationes añ tãtum, quorũ utrũq; falsum est. de interrogationib. sup. dixi, de positionib. infra dicam. Ad positiones autem respondere debet pars, non autem aduocatus, immo solent cauti iudices tũc respondentes aduocatos expellere. 1 Scire tamen debes, quod aduocatus qui docet clientulum falsum respondere, tenetur aduersario illius damna resarcire, quæ ob hoc pertulit, puta ex onere probãdi, uel amissione causæ. 60. dist. sæpe. sup. de iniur. c. ulti ff. ad leg. Aqui. qui occidit. § ulti. unde solent aduocati dicere clientulis: si hoc confitearis, causam perdes, nec dicũt, si negaueris, animam perdes, de simon. Matthæus, in fi. Scire debes ꝙ positiones fiunt in causa, & ad eas respondetur per iuramentum calumniæ, uel ueritatis in causa præstitum, unde videt̃ ꝙ solum post litem contestatam fieri habeant, cum post litem contestatam iuretur, sup. eo. lib. de iuramen calum. c. 1. Sed dic, quod quandocunque faciendæ sunt probationes, fieri possunt positiones siue ante litis cõtestatio. siue post. Nec obstat quod de iuramento dictum est supra, quia iudex ponentem ante litis contestatio. faciet iurare se credere & æstimare uerum esse quod ponit, & aduersarium, ꝙ uerum respondebit. possunt enim ante litis contestationem exceptiones opponi, super quibus facienda est probatio, ad cuius releuationem fiunt positiones: pone n. excipitur ꝙ actor excõicatus est, q percussit clericũ, & sic ab agendo repellendus: ponet ipse reus & hoc mõ. Pono ꝙ percussit talẽ. Itẽ ꝙ in tali parte corporis. Item ꝙ cũ gladio. Item ꝙ in tali loco. Item ꝙ tali die Item ꝙ talib. præsentibus. Item ꝙ turbatus ex tali causa percussit illum. Item ꝙ animo iniuriandi. Item ꝙ ille tunc erat clericus. Item ꝙ erat in possessione clericatus. Item ꝙ sciebas illum clericum esse Item quod uidisti eum tonsuratam, & habitum clericalem deferentem, his per actorem contestatis, probata est excõicatio, aliàs reus hoc probet, mutando uerba & dicendo, intendit probare, &c. Post litis contestationem pone, quod peto ab ecclesia aliquem, qui contra iura retinet, remoueri, dicam, pono ego talis iuramento meo, quod talis hẽt & possidet Ecclesiã S. Petri. Itẽ quod habet & possidet Ecclesiam S. Marci. Item quod quælibet earum habet curam animarum. Item quod eas post Concilium acquisiuit, hoc confessato, succubet

Positiõis descriptiones.

Positiões vnde habuerint ortum.

Positiões quare fuerint inductæ.

Positio & interrogatio qualiter differãt.

1 Verum qñ cõstat ꝙ sis admittẽd°, secus si hoc nõ cõstaret. Fõ.

Positiões qñ possint fieri.

reus

reus: nisi dispensationem vel iustam causam oñdat: & idem in similib. Scias aũt ꝙ positiones fieri dẽnt super contẽtis in libello, & ad ea pertinentib. uel pertinere ualentib. ex parte actoris ad intentionẽ fundandam: ex parte rei ad extenuandã. 4 q. 4. c. 1. Fieri aũt debent de facto rei: q̃a ad factũ alterius nõ cogitur rñdere, ff. pro suo. l. fi. Et sunt in scriptis offerendę iudici, ut videat an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, negatiuæ, saluo eo, ꝙ hic dr̃, & sic eas repellat, & d̃ hoc dicã j. proxi. quas si admittendas viderit ĩ actis curiæ suæ scribi faciet. de ꝓba. qm̃ ĩ. eo li. de elect. cum in multis. ff. de re iud. l. acta ad illas postmodum faciat 20 aduersarium rñdere, uel de ueritate, uel de credulitate 1 habita distinctione an de ueritate uel calumnia tãtum sit iuratum. j. tit. prox. c. 2. & rñsiones scribi faciet sic: fatet, uel negat, credit, uel nõ credit. Cum autẽ ex iuro de calumnia, uel de ueritate rñdet: an possit dicere, dubito no. ĩ. de iur. calum. cum causam in 1. glos. Caueat autẽ ponens a positionib. suæ intentioni contrariis, ut si agat petitione hrẽditatis, uel quorum bonorum, non dicat se post mortem possedisse defuncti; Si agat Publiciana, non ponat se emisse a uero dño. Si 30 agat vti possidetis, nõ dicat aduersariũ possidere, & idẽ in similibus. Est autem positionis effectus, ut is qui ponit, quod ponit confiteri dicatur, 2 ut inf. de iureiu. c. ulti. ubi dicam de hoc: & an positio, uel responsio ad eam reuocari possit.

1 Et hoc solũ not. hic Inno. s. qd sufficit qñq; rñdere de credulitate, remittit j. tit 1. c. 2. Io. A.

2 Sic ut aduersarius non debeat ꝓbare q̃ pars ponit, nõ tñ poterit ex illa positione tãq̃ ex cõfessione cõdemnari. Dom. hic obstat ca. fi. hic all. sed illa positio fuit per partem acceptata, q̃ si non fuisset acceptata, poterat reuocari ca. mulieri de iureiu. vide Do ĩ ca. abbate sanè j e. de re iud. 2. col. Fõt.

negatiuas a (quæ probari non possunt b nisi per confessionem aduersarij c) iudices d admittere possint, e si æquitate suadente viderint expedire.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Si reus iussus positionibus respondere recusat: vel si cõtumaciter recedit, habebuntur pro confessatis: secus si prius quam sic iussus esset, contumax fuerat; nam tunc 10 procedetur contra eum tamquam contra contumacem. Io. And.

a ¶ Negatiuas.] quæ est ratio, quare positio de negatiua, quæ aliter probari non põt, fieri nõ poterat. 3 Breuis est solutio: negatiuæ quędã probari non pñt, super quo dic, ut no Io 6. q. vlt. accusator Ber ĩ. de ele. bonæ. 1. §. cõtra uero. Accur ff. de prob. l. 2. sed positio in locũ 40 probationis uenit: illud ergo in positione dẽt admitti, ꝙ admitteretur in probatione, de hoc no. Goff. sup. de elect. dudum 2. Item positio negatiua probari dẽt: sed negatiua non probatur, ut sup. ergo, &c. Item negatiua positio non ponit: sed remouet Et hoc siue sit negatiua explicita, puta quod non cognoui Bertã. de frig. c. 1. vel non fui citatus de ele. bona: siue implicita ut pono ꝙ in electione tantum quattuor canonici pñtes fuerunt, de cau pos. cum ecclesia. positiones ergo has negatiuas iuris rigor repellit. sed æquitas eas admittit, si iu 50 dici videbitur, ut hic.

ADDITIO Dicit Io. Mon. negatiua dicit carentiam, & sic non existentiam, & non entis non sunt species nec differentiæ, sec. Philosophum Cum ergo probatio habeat fieri per principia, sicut causatum habet ostendi per causam, & principatum: ut species per genus, & differentiam: & quia hoc habet affirmatiua, & non negatiua: ideo affirmatiua probari potest per rerum naturam, id est, per principia quæ sunt inducentia naturã rei. ꝓp hoc dixerat Pet de Bellap. quod ius ciuile ta- 60 lem probationem non nouit. ut ponit Cy. ut C. de non nume. pecu. l. 3. in fi. Io. And.

b ¶ Non possunt.] Pone nego litteras ad lites de mandato domini Impetratas. 4 Vel, nego pecuniã numeratã, q̃ promiseram instrũ sollemni, & spe futuræ numerationis. [Vel si pono ꝙ non fuisti institutus de auctoritate diœcesani de cler. pereg. c. fi de instit. c. 3. ſm Hostiẽ.] Hæc & similia non pñt probari, nisi per confessionem aduersarii.

ADDITIO. Et ideo cum nõ sit nisi una species ꝓbationis, magis succurrendum est ponenti arg. sup. de testi. c. ult. & j. de testi. cogen. dilectorũ, de proba. c. 2. & c. ad nostram. ff. de testi. l. curent. C. de reb. credi. generaliter. §. responso. C. de hære. l. penult. secundum Host. Io And.

3 Dicit Host. hoc Iductum ꝓp timore piurij videns. n. rñdẽs, ꝙ ꝓbare nõ poterit, facilè deieraret. Io. And.

4 Hinc ponit per iuramentũ de credulitate: sequentem bene põt ponere per infm veritatis. Io. And.

c ¶ Aduersarij.] dicebant quidam doctòres antiqui negatiuam positionem admittendam indistinctè. Et quod dr̃ ꝙ negatiua probari non põt, verum est per testes: per confessionẽ autem aduersarij bene, & probatur hoc sup. de temp. ord dilectus, de æta. & qua lit. c. vlt. Io. And.

d ¶ Iudices.] ordinarij delegati, uel arbitri, sup de prob. qm̃. ff. de arbi. l. 1.

ADDITIO. Et C de arbit. l. penul. §. vlti. Host.

CAP. II.

SI POST PRAE-

e ¶ Possint.] Nòn quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijcitur, ff. de iud. l. non quicq̃d ad hoc ff. de offi. pręsi. l. sæpè. & l. seq per quæ vr̃, quod optioni iudicis relinquatur, peccat tñ iudex reijciens ex quo positio facit ad causam, & æquitas suadet, cum æquitas scripta rigori iuris præferatur. C. de iudi. placuit. de fur. & ser. cor. l. si quis seruo, & æquitatẽ semper habere debe: præ oculis, ut 4 q 3. c. 1. & inf. de rer. permu. c uno. ff de eo quod cer. lo. l. quod si Ephesi in fi. nec sit arctanda probandi copia 14. q. 2. q̃q̃. C. de ꝓba. l. ult. sec. Host. tenetur, 5 & si non admittat, ꝓpoterit appellari. Io And.

5 Idem Io. Mo. & Archi. nõ tñ dicunt Ho & alij prædicti, id ꝙ legẽ de appo. nc. Io. An.

SI post.] Sunt duo dicta Secundum ibi, Verum. Do. CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario uel delegato: lite ꝯtestata super meo libello, dedi meas positiones, & asserui eas medio meo iuramẽto dicendo: credo illud qd̃ pono esse verum: hoc facto, petij, ut tu rñderes meis positionib. unde iudex ibi p̃cepit, ut tu rñderes meis positionibus per uerbum credit, uel non credit: tu autem recusas rñdere: quæritur, 40 qua pœna venis puniendus? Rñdet ꝙ meæ positiones habebunt pro confessatis: Et iudex poterit & debebit te condemnare in petitis, nam de petitis constat per tuam confessionẽ, interpretatiuam. i. inductam ex interpretatione iuris: & illud uerũ, nisi proponas aliquã exceptionem. Sed quid si non, cõparuisti in die tibi assignato ad rñdendum meis positionibus, an positiones habeantur pro cõfessatis? Rndet ꝙ non, sed ꝯ te poterit iudex procedere tamq̃ cõtra contumacem: nam si non l quet de cã, iudex te excõicabit, uel mittet me in 50 possessionem. Nota primo ex illo c. ꝙ facta litis contestatiõe ante q̃ fiant positiones, debet præcedere iuramentum de calumnia. hoc tñ non est de substantia, vt dictum fuit sup de iur cal c 1. No. ꝙ si iurato de calumnia ponens fecit iussum fieri aduersario, ut positionibus rñderet: & aduersarius nolit rñdere, tunc positiones habent pro confessatis: & sic tacens habetur pro cõfessato, si confessio uergat in detrimentũ, & p̃iudicium suum: Et si negatio tenderet ad suum præiudiciũ, & incommodum: similiter positiones haberẽtur pro ne- 60 gatis. Nota vlterius, ꝙ quis potest rñdere positionib. suæ partis aduersæ per procuratorem: dum tñ ille ꝓcurator habeat ad hoc speciale mandatum, & ꝙ positiones sint insertæ in procuratorio: & detur mandatũ ꝓcuratori, ut fateatur talem positionem & talem: alias non haberet mandatum sufficiens. Nota ꝙ paria sunt, nõ uenire ad iudicium, uel uenire, sed cõtumaciter recedere, concor c. 1. de iud. in antiq. Nota ꝙ maior est contumacia illius, qui comparuit, & non uult tacere illud quod sibi tacere incumbit, quàm illius, qui non comparuit, hoc habet præsens capit. nam maior pœna imponitur ei qui comparuit, & contumaciter recessit, quam ei qui non comparuit Nota etiã ꝙ taci-

turnitas habetur pro confessione. Ad hoc de postu. pla. c. 1. & de ord. cog. c. cum dilectus. Nota finaliter, quod recedens a iudicio sine iudicis licentia, punitur tanquam contumax. ad hoc de iudi. c. 1. 11. q. 3. certum, & de elec. si postquam sup. eo. lib. Dominicus.

[Prima gloss. summat, & dicit vnde sumpta.

a ¶ Si post præstitũ.] Si reus iussus positionib. rñdere recusat, vel si cõtumaciter recedit, habebunt pro confessatis: secus si post litem cõtestatã sic iussus esset, cõtumax fuerat: sed tũc procedetur cõtra eum tanquam cõtra contumacem. Tracta fuit hæc decre. de extrauag. Alex. quæ incipiebat, retulisti, alias, delicto filio. Io. And.

stitũ [a] veritatis aut [b] calũniæ iuramentum, [c] reus [d] vel procurator [e] ipsius, positionibus ab aduersario sibi factis interrogatus iussusque [f] a iudice † respondere, absque rationabili [g] causa recuset, aut nolit, seu contumaciter se absentet: haberi debet super his, de quibus in eisdem [h] positionibus interrogatus extitit, pro confesso. [i] ¶ Verum si

b ¶ Aut.] quoad spirituales causas exponimus, quod &, in eis enim in vtroque iuratur. vt sup. de iura. calum. c. 1. § vlt. & sic est sim. C. de verb. sig. cum quidam.

c ¶ Iurm.] nota pro opinione illa quæ habet, quod solum post litem contest. fiant positiones: Sed dic vt dixi sup. c. proxi. & respicit quod cõiter fieri solet.

[Glo. seq. quærit opi. ponit, & soluit contrarium.]

d Reus.] Quid de actore vel eius procuratore? Dicunt quidam, quod cadit ab instituta actione. s. de iura. calum. c. vlt. C. de iuram. calum. l. 2. §. quod si actor. Ad positiones enim respondetur ex vi iuramenti: & ideo pœna iurare nolentis hic locum habeat, quod non credo, sed dico vt dixi sup. in proxima glo. quod hic respicit, quod cõiter accidere solet, nec potest dici quod actores probare habent, & sic positiones fiēt: sed idem econuerso(dicut habeatur pro confesso) cum actoris & rei sit æqua conditio. j. de reg. iur. non licet. cum simi.

e ¶ Procurator ipsius.] nota procuratoris contumaciã post litem contestatam domino nocere, de hoc sup. vt lit. non contest. c. 1. in fi.

ADDITIO. Hoc etiam probatur de taciturnitate: & facit. ff. de procu. non solum in prin. vbi de hoc. & aliquid dixit Inno. de postu. præl. c. 1. & Guil. in Spe. de pos. §. 9. post prin. Io. And.

[Glo. seq. dicit quæstionem solui.]

f ¶ Iussusque a iudice.] Per hanc literam bene vr determinata illa antiqua altercatio, qua quæritur: si iudex citat partem, etiam post iuramentum præstitum, vt veniat rñdere positionibus, & citata venire non vult: an positiones habeantur pro confessatis? Et licet quidã [1] dixerunt quod sic, puto quod non; [2] Ecce n. quod tex. dicit, iussus a iudice, & ne credat aliquis quod talis iussus factus per nuntium sufficeret præmittit interrogatus: ille igitur licet sit iussus per nuntium, non per iudicẽ (& hoc concesso,) non tamen est interrogatus a iudice, quod requirit hæc constitutio: vnde & infra submittitur [verum si antequam rñdere sic iussus fuerit] scilicet ab ipso iudice interrogatione præmissa. Maiorem ergo reputauit contumaciam illius, qui interrogatur a iudice, & ab eo iussus rñdere non vult, quam illius qui citatus per nuntium, vel litteras, et hoc expresso venire non vult.

ADDITIO. Opinionem glo. tenet Archi. & Dy. vñ concordare in regula, p eum j. de reg. iur.

[Glo. seq. recit. per quæstionem, quæ sit rationabilis causa, & ponit iz exempla.]

g ¶ Absque rationabili causa.] Puta si positio sibi proposita superflua esset, vel impertinens, [3] quæ probata non releuaret. C. de probat. ad probationem 30 q. vlt. iudicantem ibi, ad res veritatem, &c. supra de officio archidiaco. vt nostrum. Vel obscura 4. dist. erit. de sponsalib. de mulierc. C. de transact. vt responsum. Vel generalis, ff. de leg. 2. Titio 1. responso. Item si sit de facto alieno, vt dixi supra c. proxi. Item si sit captiosa, puta quæ detegat periurium respondentis, non est admittenda, puta pates consentus iurauit nil esse in peculio: tutus est igitur exceptione iurisiurandi a parte delati, nisi pro rebus postea quæsitis: postea in positione dicuntur aliquæ res fuisse in peculio tempore quo iurauit: per hãc detegitur periurium eius: vnde respondere non cogitur. ff. de iureiuran. l. duobus §. fi. Nulli enim inijciendus est laqueus 27. quæst. 1. de viduis. Item si sit multiplex vt pono, quod possideat talem ecclesiam ad tale monasterium pertinentem: vel pono quod Titius filius F debet mihi 10. vel his similia: posset n. alterum esse verum alterum falsum, & ideo petitur explicari, vel ipse idem explicet, dicendo vtrumque falsum, vel hoc verum, hoc falsum. Vel poterit simpliciter positionem negare, cum si alterum verum sit ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. vtrum. 3. q. 9. iura 9. dist. si ad scripturas Vnde videtur, 20 quod ad multiplicem positionem respondere tenetur, cum habeat supradicta remedia. Ad hoc optime infra titulo proxi. præsentium §. præterea Consueuerunt autem aduocati dicere, pono hæc, & si non credis coniunctim, pono disiunctim, ad quam tamen respondere non compellitur, [4] vt quibusdam videtur per iura supradicta: non enim ponit vt debet. Item si positio sit iuris, vt pono, quod impubes potest condere testamentum: vel his similia: & ad hoc non compellitur respondere: [5] cum enim ius quis probare non cogatur. sed 30 factum: ergo nec ponere, cum succedat in locum probationis, supra eodem c. proxi. ergo tanquam ad superflua non cogitur respondere, item si sit impossibilis, vel contra naturam, vt si ponit virginem peperisse: vel patrem iuniorem filio 17. quæst. 2. cap. decreta. § cum ergo ad hoc supra de confess. c. vlt. & quod ibi not. ff. de interrogat. actio. l. confessionibus, & l. seq. Item super crimine eius contra quem fiunt, non admittuntur positiones [6] de pœn. dist. 1. cap. quis aliquando. §. Item illud Ioannis. versi. non tibi dico. Hæ ergo & similes sint ra- 40 tionabiles causæ, propter quas respondere non tenetur. Item si procuratori fiunt positiones super aliquo emergenti, de quo probabiliter non imputetur domino: si non instruxit procuratorem, bene habebit procurator inducias ad consulendum dominum: secus in principali super quo a principio instrui debuit supra de iuram. calum. in pertractandis, vbi de hoc per Inno. & Host.

[Glo. seq. soluit dubium.]

h ¶ Eisdem.] scilicet quibus respondere non vult: & 50 per hanc literam dico, quod si quibusdam respondeat: & postea alijs rñdere noluit: illę quibus iam responderat, non habebuntur pro confessatis, si eas negauerit, pœna enim vlterius non debet extendi, &cæt. de his quæ fiunt a maiori parte Cap quæsiuit. Io. And.

[Glo. seq. quærit arg. opi. ponit, & soluit finis ponit dictum quod additio corrigit.]

i ¶ Pro confesso.] nunquid ipso iure, aut per sñiam? Videtur quod per sententiam. [& hoc tenet Ioan. Mona.] secundum ea quæ not. supra de iur. cal. cap. vlti. dicebat 60 Tan. quod tacens non habebatur pro confesso, nec pro negante, per regulam, ff. de reg. iur. qui tacet j. eod tit. is qui tacet. ibi dixi. Quid ergo fiet? secundum eum compellitur respondere per excommunicationem: in posses sionem missionem, captionem pignorum, multam, & his similia. sup. vt lite non contestata. & c. quoniam. ff. de vent. inspi. l. 1. §. cogenda igitur. ff. si quis ius di. l. vna, & facit secundum Hostien. de elect. bonæ. versi. contra legati. Sed hodie pro confesso haberi debet, vt hic vides. Ad hoc, ff. de interrogat. actio de æt re. § qui tacuit. & idem iuris de obscure respondente, nisi declaret, vt ead l. §. nihil Et quod dicit, quod habetur pro cõfesso, intellige si confessio est damnosa, alias si eliet si

† Nota Host. s. c. px. & Archi. hic, quod si is, cõ quẽ fit positio ad instantiã aduersarij iudice nõ præcipiẽte rñdeat, tenet rñsio. ff. de inte. ac. l. si sine sup. de dolo, put vbi de hoc. Ioan. And.

1 Quos vide in Spe. de posi. §. 8. ver. itẽ quæritur. & §. 9. ver. ve rum. & §. 10. ver. post test. Io. A.

2 Idẽ Bar. in l. 2. C. eo. Pan. in c. cũ dilectis de iur. calũ. Gui. Papæ cõs. 7. & Dec. c. 1. lect. 1. de iud.

3 Et de hoc cõstat I dubio tutius est admitti falso iure impertinentiũ, & ita seruatur. Io. And.

4 Verum est si simpliciter dicat, peto positionibus rñderi, si positio sit cũ qualitate indebita. vñ si debitum conditionale petat pure, tota positio negari põt, ar. cap. 1. j de plus peti. Do. Font.

5 Bene dicit nisi positio fieret de iure speciali, vt statuto consuetudine aut de iure dubitabili, vt puta de vna extrauagante. Do. Fon.

6 Fallit si crimen sit notoriũ, de accusa. qualiter, & qñ: aut si de crimine sit infamia. Fe. ly. in c. cũ causã de test. Dom. Fon.

Idē Hos. Archid & Gui. ī Specu. depos. § 9. vers. itē illud. Io. And.

bi vtilis, haberetur pro negante 1 vt ff. de interro. act. l. non alienum, & l. de ætate. §. 1. vsque ad 6. In interrogationibus procedat hoc: in positionibus non credo, in quibus satis sit ponenti, quod habeat intentum fundat. Ioan. Andr.

ADDITIO. Diuersitatis ratio, quia iudex super dubio interrogat, nec iurat: pars vero ponit super certo. & iurat Io. An. a ¶ Ratio dictauerit.] quod dic vt notat. sup. de dolo & cōtu. prout.

antequam respondere sic iussus fuerit, cum contumaciter absentari contingat, tunc pro confesso non debet haberi: sed est aliàs contra eum tanquam contra contumacem (prout ratio [a] dictauerit) procedendum.

DE TESTIBVS & attestationibus.

TITVLVS X.

De testibus (& † attestationibus.)

†Hęc duo verba, & attestatio nib. desūt in plerisque manuscript.

Continuatio Domini Heliæ.

¶Dictum fuit s. tit. prox. de confessis, verum quia sæpe cōtingit, q̄ pars aduersa nō cōfitetur positiones actoris, sed illas negat, & sic actor arctatur ad probandum sua facta, quæ potest probare regulariter per testes, ideo post titulum de confessis conuenienti ordine ponitur titulus de testibus. Notanter dī, q̄ facta probantur regulariter per testes, quia aliquoties scriptura est de substantia actus, non tamen est de substantia probationis ipsius actus l. 1. C. de fide instrumentorum.

Mediatores.] ponit dictum, cui subdit duplicem determinationem.

¶Præsupponendum pro intellectu huius c. quando dicatur quis agere ciuiliter ꝓ crimine simoniæ. Dicendum q̄ in crimine simoniæ dī quis agere ciuiliter etiamsi agat & tendat vt simoniacus priuetur beneficijs suis: sed si agat & tēdat vt priuetur ordinibus suis: dī agere criminaliter. Secundo præsupponendum est, q̄ aliquotiens quis est socius criminis & muneris simul: aliquādo quis est socius criminis tantum & non muneris, vt volebam obtinere ab episcopo Pictauien. aliquid spirituale: ego sciens, q̄ ipse diligebat temporalia, habui aliquem de suis familiaribus; & conueni cum tertio, vt promitteret aliquem equum episcopo, vt possem habere spirituale: iste mediator nihil accepit, sed gratis fecit, talis dī socius criminis tm̄, & non muneris: aliquando autem conuenio cum mediatore, & aliquid sibi do pro præmio: tunc talis dī socius criminis & muneris simul.

Casus literalis domini Heliæ.

CASVS. Accusabam Titium de simonia, oblato libello, & super eodem lite negatiue contestata, respondisq; per reum meis positionibus, petij me admitti ad probandum intentionem meam, & produxit aliquos testes accusatus proponit, q̄ mei testes non sunt admittendi ad testificandum ꝯ se, quia fuerunt socij & participes criminis, an illa societas criminis repellat eos a testificando? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione; aut ago ꝯ simoniacum ciuiliter, vt ipse priuetur beneficijs suis, & non deponatur ab executione ordinum, & tunc distinguitur, aut accusatus opponit ꝯ meos testes, q̄ ipsi fuerunt socij criminis & muneris simul, & tunc dicit Romanus Pontifex, q̄ isti testes repelluntur a testificando, licet super crimine simoniæ agatur ciuiliter, alij sunt socij criminis tantum & non muneris, quia præstiterunt operam gratis, & tunc admittuntur, & est speciale in crimine simoniæ, vt socius criminis admittatur ad testificandum, & istud est ob detestationem criminis, aut agitur contra simoniacum criminaliter ad depositionem ordinum, & proprie ab executione ordinum, quia quantumcunque quis deponatur actualiter non priuatur ordinibus sibi semel collatis, immo si celebraret, conficeret verum corpus Christi, vt tenet gl in c. degradatio, ꝯ de pœnis. ideo proprie agitur contra simoniacum criminaliter ab executione ordinum; & tunc non admittuntur socij criminis ad testificandū in causis criminali ter tēta criminaliter. Nota primo ex isto textu, q̄ socius criminis regulariter nō admittitur ꝯ socium criminis, quia par delictū testem repellit. Nota vnum speciale in crimine simoniæ, idem in alijs criminib. exceptis, sicut in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, videlicet qd' socius criminis admittitur ꝯ socium in crimine intentato ciuiliter, dum tamē sit socius criminis tantum, secus si esset socius criminis & muneris simul, secus in crimine criminaliter intentato, quia tunc non admitteretur socius criminis tantum, & multo minus socius criminis & muneris simul. Quæritur qualiter accusatus potest opponere ꝯ testes productos q̄ sunt socij criminis, nisi ipse accusatus confiteatur crimen. & tunc si confiteatur, non erunt necessarij testes ad ipsum conuincendum, sed sua confessio erit sufficiens ad ipsum condemnandum c. 2. de conf. in antiq. Dicit gloss. quod poterit accusatus opponere ꝯ testes, qd' sunt socij criminis tribus modis. Primo modo accusatus proponet crimen generaliter, dicendo q̄ talis testis est simoniacus, & sic glo. videtur fateri ꝯrium, videlicet q̄ si accusatus simpliciter diceret, q̄ talis testis est socius criminis, sua confessio esset sufficiens ad ipsum condemnandum. Alio modo dicit glo. videlicet q̄ accusatus hoc poterit ꝯ testes opponere, q̄ testes fuerunt socij criminis, nec per hoc vī confiteri crimē, quia excipiens nihil videtur confiteri de intentione aduersarij, & in hoc remanet gloss. Item quia vī confiteri ꝯtrium actum, tñ si hoc modo responderet, mendacium committeret. Nota finaliter q̄ de crimine potest agi criminaliter & ciuiliter, & qñ dicatur agi de crimine simoniæ criminaliter vel ciuiliter, vide optimum textū in c. per tuas 1. de simo. in fi. Dominicus.

¶Gregorius I X. † in Concilio generali Lugdunēsi.

† In manus. ript. reliqs dēptis, legitur ita Gregorius I X.

¶ *Socius in crimine simoniæ admittitur in testem, si sit socius criminis tantum, & agatur ciuiliter, aliàs non. Ioan. Andr.*

CAP. I.

Mediatores, [b] † per neris simul ...

† Vide c. vis ad abolendā. tit. de simo. l 2. cōpi. vā hæc decr. vī delumpta. & c. g tuas. 1. cū ibi not. in hac editione tit. de simonia.

(Prima glo. summat, & dicit quid determinat.)

b ¶Mediatores.] Socius in crimine simoniæ admittitur in testem, si sit socius criminis tantum, & agatur ciuiliter, aliàs non. Illa decretalis & sequens fuerāt Gregorij, & debebant esse in antiqua compilatione vltimæ in titulo, & per hanc decretalem modo rationem recipiunt glossa illæ Io. & Ber 4. q. 3. §. item in criminali. ver. liberi in 1 glo quam quidam non habent, & de testib. veniens 1. in glo pen. qui indistinctè dicebant, qd' in hoc crimine socius criminis tantum admittebatur in testem, criminis vero & muneris non. distinctio. n. illa locum habet, cum solum agitur ciuiliter, si enim criminaliter, socius etiam tantum criminis repellitur, vt vides. ad hoc sup. eo. testimonium.

ADDITIO. Corrigit etiam quod not. Gof. in sum. de simo. in fi. vbi simpliciter dicit hos mediatores a testimonio repellendos. Io. And.

b ¶Mediatores.] qui proxenetæ dicuntur [Canon vocat illos interemptores. 91. distinct. cap. penult. & salarium quod eis datur, dicitur proxeneticum. ff de proxene. l. 1. & 2. & si in spiritualibus salarium recepit, vel aliquam promissionem commodi temporalis, simoniacus est. de simo. cum essent. & tunc non admittitur etiam si ciuiliter agatur, vt hic in fin. & supra eo. veniens.

nem 1.& infamis est.1.q.1.si quis episcopus,& 1.q.3.si quis præbendas,& beneficijs priuandus sup.de ele.per inquisitionem,& deponendus de confes c.2. de simo. non tatis ibi,vel consenserint.

a ¶ Per quos.] id est quorum ministerio.

b ¶ Plerumque]ergo non semper,quia interdũ sine mediatore inter se componunt simoniaci, de simo.de hoc & cap. veniens, cum simil.

c ¶ Ad testimoniũ.] nota quod ad præsumptionẽ faciendam bene admittũtur, sed non ad probationẽ 4.q.3.c.si testes. §. liberi. quod dic,vt no.15 q.3.nemini.de confes.c.1. de testib ueniens 1.

quos[a] scelus simoniæ plerumque[b] committitur,ad testimonium[c] contra sceleris eiusdem auctores,[d] in detestationẽ criminis,[e] admittuntur: si nõ agatur criminaliter,[f] sed ciuiliter[g] & emolumetum exinde non fuerint assecuti.[h]

¶ Idem.

¶ Ponit modum remissionis

Testis,qui nõ admittit ad probationẽ, admittatur saltẽ ad præsumptionẽ faciendam.

Et not quod dicit,testimonium,quia circa accusationẽ nihil hic statuitur,sed statur iuri antiquo, 2 quæstione prima,in primis in fine,15.quæstio.3. sanè, de simon. tanta.& c.licet Hely.& cap.per tuas & ei quod no.2 q. 1 in summa.

d ¶ Auctores.] cum interdum etiam per alios conuinci non possint: ad hoc supra de testi.cogen.ca.vlti. vbi ad detegendam coniurationem inducuntur socij, & iurati Io And.

[Glo.seq ponit duas lecturas.]

e ¶ Criminis.] alias tanti criminis,& concor 1 q. vlt. cap.vlt sup de simon tanta & c.licet Hely ibi, cum ad instar criminis.&c.Et per hanc literam credo hanc decre.intelligendam etiã de mediatore,qui non est emẽdatus de crimine,alias quid esset speciale in hoc,vt supra eo testimonium, vel potest dici de emendato debere intelligi, & bene est speciale, quod mediator admittatur,ut inf.dicam.

f ¶ Criminaliter.] sup.eo.testimonium.

g ¶ Ciuiliter.] nota quod regulare est,quod in ciuilibus mediator de cons ensu partium admittatur ad testimonium,alias non:in auth de testib.§ qm uero,coll. 7.Et no Bern.de testib cogen. dilectorum. circa princ. glo.Et hoc intellige,vt ibi dixi.]Hic tamen admittitur etiam parte contradicente, quod intellige secundum distinctionem decre.de simo per tuas, & c. licet Hely. [secundum Host.]

[Glo.seq.quærit,& soluit,obiicit,& tripliciter soluit, & secundum approbat Ioan.And.

h ¶ Assecuti.] vides quid iuris in hoc excepto crimine simoniæ Sed quid de alijs exceptis. De crimine læsæ maiestatis dic,ut 6.quæst.1.cap.1.si quis.uer.sanè si quis de confes c.1.De crimine hæresis dic,vt inf. de hæret in fidei fauorem.Sed aduerte mirabile enim est quod dicit hęc decret. quod socius 1 criminis repellatur in criminali: criminis & muneris in ciuili, si.n. qui petit ipsum a testimonio repelli, dicat. socius mihi in crimine fuisti, non egemus vlterius teste, 2 quia ex hac confessione punitus est, de confess. ca. 1. nec permittit canon uel lex,quod dicat, hoc non feci,quia mendacium,uel aliud peccatum non permittunt. 22 quæst.4.qui peccat.& ff.de tribu. illud, § penult. Sed dic, 2 quod potest in genere dicere, non potes testis esse,quia commisisti hoc crimen,quod me offero probaturum,& sic repellitur, quia per delictum repellitur testem,supra eod. personas. cum distinctione decretal.de simo. licet Hely & ca per tuas,uel dic probate, quod exceptionem obijciens non fatetur.inf. de regulis exceptionem,& ibi dicam. Vel pone,quod opponatur criminis simoniæ exceptio contra testem, & ille qui produxit,dixit eum qui probat, fuisse socium, & sic contra se nil fatetur,sed secundũ tene,quia & hic

r Socius criminis qñ admittitur ? socium vide Hypol. in l.1.§.si. ff de qõ. 2 Secundũ Hostiẽ. Et fuerat hoc prius dictũ. Tã in 2.cõpi la de sim. quamuis. & de hęr. ab aboic ... Io.An.

curia, dat modum iurandi super positionibus, & dicit per quem iurari debeat: dat modum respondendi, & modum testes probatorios iterum reprobandi. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. II.

PRÆSEN-

uidetur fateri testem suum simoniacum.

ADDITIO.Quod no.79.di.c.2.in gl.penul.C.de libe. cau.si filiũ.in vlt.gl.per Host.in summa de simo. §. qui ad accusationem.in fi.& Specu de accusa §.1.versi caue tamen,& in §.ibi præce.qui incipit ,item repellitur qui fuit inuenies casus exceptos quibus additur socius contra socium. Io.And.

PRæsentiũ.] Sũt tres partes. Prima tractat de positionibus iuramẽto, & responsionibus ipsarum: Secunda ibi, Testes. de testib. reprobatoris probatoriorum, Tertia ibi Si vero, de reprobatorijs probatoriorum.

CASVS. Orta lite inter abbatem & cõuentum S. Nicolai Andegauen. parte ex una, & priorem & conuentum Linconteñ:in possessorio; nam dicebat abbas,& conuentus S.Nicolai , quod ille prioratus Linconieñ.suberat monasterio Sãcti Nicolai,quodque monasterium Sancti Nicolai fuerat in possessorio subiectionis per tempus sufficiens ad inducendum præscriptionem, & quod a paucis diebus citra ipse prior denegauerat debitatũ obedientiam,& sic intentabant interdictum vtile pro recuperando possessorio. Ista causa fuit euocata ad Papam: quod fieri potest, ut in capit ut nostrum de appellat. in antiqu. & fuit processum in causa, in tantum quod fuit facta litis cõtestatio: fuerunt factæ productiones testium: quia positiones non fuerunt immediate factæ post litem contestatam: nam illud non est necessarium, ut in capit. 1.de iuram.calum.postea abbas uoluit facere suas positiones, ut in illis prior Lyconieñ.rñderet personaliter: vnde Papa commisit auditionem positionum Archiepis Rhotomag cui mandauit Papa,vt ipse exigeret iuramentum de calumnia,& veritate: quia utrunque est præstandum in causis spiritualibus,ut d cap. 1.de iuram.cal.& faceret ipsum priorem respõdere positionibus sigillatim: Et si prior uellet producere testes reprobatorios contra testes abbatis productos in principali,eos reciperet & examinaret: & si abbas uellet producere aliquos testes ad sustinendũ alios primos testes super principali productos,illos similiter reciperet & examinaret secundum suos articulos & interrogatoria partium. Possessione,] .i.quasi possessione quia uera possessio solum cadit in his rebus, quæ possunt videri oculo corporali, & palpari, modo subiecto non potest palpari: ideo non potest dici uera possessio: sed quasi possessio.Quam super positionibus.] Nã partes ante commissionem dederant Papæ suas positiones,articulos,& interrogatoria, & omnia ista inseruit Papa in sua Bulla.Contradictione.]Vnde sciendum,quod licet pars contra quam dantur positiones possit illas impugnare,& dicere captiosas: tñ quia Papa admiserat positiones: ideo mandat Archiepo,ut non admittat partes ad impugnandum positiones.Syndico.] Sed ad quid interrogatus syndicus ? Dicendum quod responsio syndici corroborabit rñsionẽ plati, & cõuentus, sed si non sit conformis , sed cõtradicat; tunc standum erit rñsioni prælati,& conuentus,& non responsioni ipsius syndici: Articulis.] Articulus hic dr pars intentionis ipsius partis, scilicet actoris uel rei. Interrogatoria.] Vnde partes cõiter dant interrogatoria generalia: de quibus in glos aliquando etiam dant interrogatoria specialia, & ista interrogatoria sunt ad reperiendũ testes in uariatione & falsitate Specificatione.] Nam ille qui vult reprobare testes contra se productos, debet specificare crimina, & contra quos testes opponit ista crimi-

na,

na,& per quos testes intendit illa probare: quia debet hoc modo dicere:dico talem testem adulterum, & intendo probare per illos testes. Nota primo ex isto textu, ꝙ licet in rebus incorporalibus, q̃ non possunt tangi,nec videri,vt insti.de reb.corpo.& incor. non sit vera possessio: pro ipsis tñ incorporalib. põt intentari remedium possessorium, non tamen directum sed vtile, quod remediũ possessoriũ vtile oritur ex mente legis, licet non ex verbis: sed tñ est idem effectus. No ꝙ si subditus recuset obedire superiori: per illã recusationem dicitur spoliare superiorẽ illa subiectione No.ꝙ prælatus agit pro se,& cõuentu suo: quia forte hæc erat cã ardua quã non poterat deducere sine cõsensu rationabili cõuentus,in ca 1. de ꝓcura.in antiq. secus si esset causa leuis,vt in c. edoceri. de rescri. in anti. modo quando prælatus agit pro Ecclesia, dicitur causa grauis, & tunc prælatus iurat in animam suam,& conuentus.Nota quod sicut reus cõpellitur respondere positionibus actoris mediante ipsius rei iuramento, ita sic actor cõpellitur iurare suas positiones veritatem continere per uerbum,credit: videlicet, quod credit suas positiones continere ueritatem,& ista sunt intelligenda, nisi esset causa spiritualis,tunc enim deberet iurare positiones de veritate, & non solum quod credit suas positiones veritatem continere. Nota quod licet regulariter sint faciendæ positiones post litem contestatam: si tamen non fuerint factæ,sed actor produxit suos testes, testibus productis & examinatis, potest actor petere, vt reus respondeat suis positionibus: nam forte probabit per positiones,quod non potuit probare per testes. Nota, quod cum quis vult producere testes,debet exprimere nomina testium: & secũdum communem opinionem doctorũ debet exprimere articulos, & testes per quos intendit probare. Nota quod reprobans testes debet dicere in specie crimina: & contra quos testes opponit illa crimina: & per quos testes intendit illa probare. Nota, quod possum testes reprobatorios reprobare: sed meos testes non poteris amplius reprobare: alias eẽt processus in infinitũ. Nota finaliter,quod in eodẽ libello possunt accumulari, & peti diuersæ res & iura: vide de elect.querelam,gloss. in versicu. personalibus. in c.fin.de rescrip. & Inno in c constitutus, in c. fi.de resti. in integ. Dominicus.

[Glo. prima summat.]

a ¶ Præsentium.] Hæc decretalis est practica.& per aduocatos optimè scitur,& ponit modum remissionis curiæ, & dat modum super positionibus iurandi: & dicit per quem iurari debeat: dat modum rñdẽdi:& modum testes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterum reprobandi, h. d.

ADDITIO. Dicit Io.Mon.quod hæc decre. melius scitur per practicam, quam per doctrinam.

b ¶ Conuentum.] d.c vt sup.de rescr.edoceri.

c ¶ Ex una parte.]& actores.

d ¶ Ex altera]& reos,vt patet per sequentia.

e ¶ Possessione.] i.quasi possessione, 1 qa de incorporalibus agebatur, ff de vsuc.ꝑ.sequitur §. si uiam, & de hoc ĩ.de fo comp. cõquestus.(Vñ canon 16 q 1.reuertimini § si quis doctus. dicit,quod sciẽtia possidetur.)

tium [a] auctoritate mandamus,quatenus in cã, quæ inter abbatem & conuentum [b] Sancti Nicolai Andagauen.ex vna parte,[c]& Priorem, & conuentum de † Paldigen.Lyconen.† diœcesis ex altera [d] super eo, quod ijdem abbas & conuẽtus,se ab ipsis Priore & conuentu de Paldig. possessione [e] subiectionis eiusdem prioratus asserũt spoliatos, & super irritanda quadã compositione [f] olim inita inter partes (& rebus [g] alijs) vertitur: ab eisdem abbate [h] & Priore noĩe suo,& in animas cõuẽtuum [i] eorundem, vel maioris & sanioris partis ipsorum, [k] recepto iuramento de veritate dicenda: iniungas dictis abbati & Priori, vt tã ponendo,[l] quàm respondendo, dicãt veritatem, quam (super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis[m]) ipsi sciũt,& per illos[n] intelligunt, in quorum animas iurauerunt. ¶ Præ-

Et no.sec Inn.quod hic agebatur possessorio:& tamen iuratur de ueritate: quod est contra id quod opponit Ber.sup de iuram.cal.c.2. in gl.1.in fi.& sup. de restitu. spol.litteras, sed non prohibet hic iurari, (scilicet de calumnia.) & hodie iurandum non est, per id quod habes supra eod. libro.& titu c.1.(scilicet de iuramento calumniæ.)

f ¶ Compositiones] si amicabilis fuerat valere poterat: Secus si fuisset transactio. supra de transact super eo.de hoc de præb nisi essent, sec. Host.

g ¶ Rebus alijs.] cõmissio facta cu hac clausula non extenditur ad maiora: ꝙ dic vt sup. de rescri. sedes.

h ¶ Abbate & priore.] vtraque enim pars petijt positionibus suis, per eos qui principales erãt & melius ueritatem nouerant, responderi: & ideo super his scripsit Papa Rhotomagen. Archiepis. vt sequitur,ad hoc sup.de iuram.calum.in pertractandis, ff.de procu.si actor.

[Glo seq.reci.per obiect & no duo.]

i ¶ Conuentuum.] i.singulorum de conuentu,vel maioris partis:qa conuentus sicut uniuersitas non hẽt animam.inf.de sen.excom.Romana. §.vlt.Nota iuxta nouum et prælatus iuret in animam suam, & fratrum, vel maioris partis: olim solus prælatus præstabat hoc iuramentum,de hoc supra de elect.dudum. 2 Et nota ex hac litera,quod confessio solius prælati 2 non nocet ecclesiæ: quia nec etiam confessio minoris partis: cum hæc dicat,vel maioris, &c.& facit de his quæ fiũt a maio.par Capituli 1.

[Gl seq.recit per q.ponit opi. Inno.& contrariam Host primam approbat.]

K ¶ Ipsorum.] ibidem residentium, sec.Inno ad hoc 10 q.2.c.ca.n.§.hoc ius porrectum Host. ꝯ, dicens,absentes uocandos,si possint commode uocari. de elect. quippe facit pro eo inf de præben. cum in ecclesijs,sed opi.Inn credo veram per decre.sup eo.lib.de offi.ord. quamuis.ibi, prout sunt in electionis negotio, &c. Si in omnibus tractatibus uocandi essent absentes,non video quare expressisset de negotio electionis plusq̃ de alijs tractatibus.Speciale 3 ergo vr̃ in electionib. & receptionibus,& in casu ipsius decre.quamuis, qđ debeant absentes uocari,alias non. 10 q. 2.c. ea enim. § hoc ius porrectum.

ADDITIO. Ad hoc quod not de maior.& obed. capit. fi.in 3 gl.& vide quod dixi de no. ope nun.c 2. in glo. sic.sup uersi præsidentes.Inn. (de quo in princi.huius glo.)dicit,quod non, sufficit, ꝙ in aliqua positione consentiat maior pars iurantium: nisi esset maior pars conuentus ibidem residentis. Et est hoc ea ratione quia minoris partis confessio non potest præiudicare toti conuentui. Io And.

l ¶ Ponendo.] quia etiam ponens contraria periurus est int. tit. prox.c vlti.

m ¶ Transmissis.] quib.nil opponi poterit,cũ sint examinata & approbata per Papã.35.q 9 Apostolicę.C.de testamentum,& hoc est qđ ĩ.sequitur,nulla prorsus,&c.

ADDITIO. Sic & bulla Papæ oium suspicionẽ excludit,ut dicit Inn. de si inste ex parte. Archid.

[Gl seq soluit duas quæstiones.]

n ¶ Illos.] quia tractabãt illas cum conuentu: si autem scienua

† al. ita: de Spald. Linconiẽ. diœcesis.

† Lingon. Linconẽ.

1 Glo sequuntur Do.Pe. de Anch notantes, ꝙ libellus non vitiatur, ĩ quo dr̃ possessio, qñ dicendũ eẽt quasi possessio. Fõ.

2 Scilicet nõ hẽntis mãdatũ a capitulo: tũc n.præiudicaret, vt no. ro. di. de Cõstãtinopolitana. nisi ꝓbaretur error. ĩ.de cõfes.c.fi. Io. And.

3 Extẽde gl. ad oẽs casus consimiles,& arduos, vt vult Abb. in ca.1.de his q̃ fi. a ma. par c. vide late Feli.in c ĩ oẽs.de cõsti.& in c. pastor. de resc.

scientia prælati est cõtraria rñsioni conuentus: dicat, ex parte conuentus sic dico: sed sic ego credo vel dico, ad hoc ff de admi. & peri. tut. quotiens §. sicut, ſm Host. Si aũt esset in iudicio tanq̃ prælatus, habes de hoc ſ. de postu. bonæ 2. de psc c. vlt. 54. dist. generalis. Sed in casu præmissi, cui rñsioni sta bitur? Dic q̃ rñsioni conuentus: cum prælatus hoc rñdeat vt pars conuentus, & maiori parti sit standum, vt sup. dixi.

ADDITIO. Secus si super his ageretur quæ diuisa essent ad solum abbatem spectantia, sup. de rescr. edoceri. sed hic patet q̃ ista erant communia secũdum Inno. & Host.

ADDITIO. Vnde ſm quosdam articulus est nomẽ Græcum, & sonat indiuisionem: inde membra, quæ nõ diuiduntur in alia membra, dicuntur articuli, vt in articulis digitorum, sic ĩ. de hæreti. accusatus, in prin. Et sic hic dr̃ articulus: quia arctat 1 arte componit. Item arctat ad credẽdum, vt articulus fidei. de hoc dixi de hæte. cũ Christus. arctat ad respondendum, de hoc hic. Alijs modis sumitur articulus, de quibus dantur versus.

Articulus color est, breue membrũ dictio Græca;
Articulus numerus per denos multiplicatus;
Momentum articulus; pressuraq̃ dicitur esse.
Ioan. And.

Præterea [a] sigillatim [b] super quolibet articulo in qualibet positione contento, facias a partibus sufficienter [c] adinuicem responderi: nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione [d] recepta. Sine iuramento autem a syndico vtriusque partis quid sciat [e] de huiusmodi positionibus, vel credat, inquiras. [f] ¶ Testes etiam, quos super articulis [g] sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris, & conuentus duxerit producendos, [h] ad reprobandos testes partis alterius [i] in causa principali productos [k] (quorum nomina [l] in eisdem articulis continentur) vsque ad Kalendas. [m] Nouembris proximo futuri, examines (secundum partis aduersæ interrogatoria, [n] quæ tibi sub eadem bulla transmittimus) diligenter: primo tamen in personam cuiuslibet testis a prædictis Abbate & conuentu producti, facta sigillatim

a ¶ Præterea.] alias postea, alias pterea, quasi dicat, diximus q̃ rñdendum est positionibus, volumus instruere iudicẽ quo modo habeat facere responderi: & ideo dixit præterea.

b ¶ Sigillatim] quia positio habens plura membra, in vno falsa, in alio vera posset esse: & sic copulatiua posset hic negari, vt dixi sup. tit. proxi c. vlt. ff. de rebus dub. si is, qui ducenta. §. vtrum. Et ponens debet ponere certum, & respondens respondere certum. ff de conf. certum Et omnis disiunctiua est incerta. ff. de verb. oblig. l. vbi. §. illud. ff. de iniurijs. l. prætor edixit. § quod autem.

ADDITIO. Inno. hic per literam, super quolibet, notat non sufficere positionem negari, nisi ad singula rñdeatur in positione contenta. Idem Petr. & Abb. & dicit Host. hoc æquum contra cauillosam subtilitatem aduocatorum, sumptum ex dicto c. vtrum. Dic etiam, q̃ forsan causam dedit ipse huic edicto in causa quam habuit cum Hospitalarijs. Io. And.

c ¶ Sufficienter.] s. sigillatim & clare responderi: & si respondere nollent, haberentur pro confessatis. supra tit. proxi c vltimo.

ADDITIO. Et dilucide, & non solum de scientia, sed etiam de credulitate ſm Host. dicentem, q̃ quicquid dicatur iurans de veritate, respondere debet de credulitate, inducit iura, quod non credo. Io And.

d ¶ Contradictione.] rationem dixi super verb. transmissis.

[Glo. seq.] titubat, quærit, & soluit.]

e ¶ Quid sciat] q̃ si titubat, habebit diem ad deliberandum. ff de petit. hæredi si debitor, & si psumptio 2 est de malitia, potest iudex exigere iuramentum ab eo, q̃ malitiose hoc non petit supra eod lib. de iura. calum. cap 2. in fine. si autem animum suum ad aliam partem applicare nesciit: tunc poterit dicere, nescio, vel negatiue respondere, vt si quæratur, si talis viuat, dicat, non credo, non sequitur propterea quod credat ipsum mortuũ secundum Innoc & Host. tunc enim titubat non credens hoc vel illud.

[Glo. seq quærit, & soluit secundum Ber.]

f ¶ Inquiras.] Quid si syndicus 3 confiteatur contrarium eius quod prælatus confessus fuerat, licet alij aliter dixerunt. Dic secundum Ber. potius standum confessioni prælati & capituli, quam confessioni syndici, qui non iurauit, si vero concordet cum prælato, eius confessio adiuuat. hoc placet Arch.

g ¶ Articulis.] articulus vocat pars intẽtionis, continẽs id qđ actor ꝓbare intendit facit ĩ. de testi. veniens 2

h ¶ Producendos.] iuratos tamen: alias testimonium ipsorum non valet, etiamsi essent religiosi. sup. de testi. nuper. nisi iuramentum remitteretur a parte, vt eo tit. tuis.

i ¶ Partis alterius.] s. sancti Nicolai.

K ¶ Productos] coram Papa vel iudice ab eo dato. Et sic nota, quod contestata erat lis, aliter non valet testiũ receptio. supra, vt lit. non contest in rubro & in nigro. Et sic nota, q̃ licet statim post litem contestatam iurãdum sit de calumnia, vel de veritate dicenda, secundũ quod requirit causa, & faciendæ positiones ante probationes; si tamen hoc omissum fuerit, adhuc post probationes fieri poterit, ad hoc sup. eo. lib. de iuramen. calum. c. 1. hic enim post testes receptos, & de veritate iuratur, & fiunt positiones.

ADDITIO. Vt refert Io. Mona. sup. tit. 2. ett. quidã dicebant contrarium, quasi aggrediendo probationem testium, sibi pars præcluserit viam ponendi. Ad decre. t. de iuramen. calum. respondet iurari de calumnia, non propter partem tantum, sed propter vtilitatem publicam, cuius interest lites dirimi, sed positiones sunt tantum fauore partium, alleg. de foro compet. si diligenti. cum similibus. Ipse dicit tenendum cum glo. ne probationis copia sic angustetur. C. de hæret. l. pen. in fi. Io. And.

l ¶ Nomina.] ne esse possit variationi locus. sup. eodem de rescri. c. 2. Et continebantur isto modo, intendit talis probare talem testem 4 adulterum, pro eo quod talem vxorem talis publice in suam tenuit concubinã, & hoc probare vult per A. B. C. Item intendit probare, quod T. est periurus, quia deierauit corruptus in tali causa, & hoc vult probare per D. E F. & sic de singulis, quia vnus testis nescit omnes articulos intentionis, sed interdum alterum tantum, & si vellet alios quam nominatos inducere vel alios transponere, non credo quod possit secundum Hostien. arg. ff. mand. l. diligenter. supra de rescrip. cum dilecta, infra de præben. cui de non.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

m ¶ Ad kalendas.] & non vltra. s. de proba. licet nec possunt isti delegati terminos prorogare, nisi partes ambæ in prorogationem termini consentirent sup. de off. deleg. de causis.

ADDITIO. secundum Host. Idem Io Mona. & Archi.

[Gl. seq. dicit quid sint interrogatoria.]

n ¶ Interrogatoria.] interrogatoria sunt, quę facit pars testibus.

1 Vide Fel. in c 1. extra, de te iud. & Alex. consi. 199. col. 5.

2 Vide Deciũ in c. licet ex de prob.

3 An confessio syndici preiudicet, vide Alex. col. 66. in 2. volu.

4 Non. n. sufficit dicere, excipio ĩ testes, q̃ sũt de talib. criminib. &c. sed sigillatim & noiatĩ debet exprimere, de quociique. Vnde dicit, lex, designandũ. cuius dolo sit sactũ. ff. de dolo. l. si ex dolo. §. vlti. ad hoc & ele. per inquisitione in prin. ĩ. de sent. exc. cõstitutio nẽ cũ com. Ioan. And.

testibus productis contra se, & dantur super articulis de quibus primitum est, & formantur secundum circunstantias causæ & personarum productorum, vt in d. c. licet. §. 1. de probatio. & in eo. c. causam. & c. per tuas. vnde datis articulis petit pars terminum ad danda interrogatoria: qui tamen minus tam ex præsenti ... dari debet, quam consuetudine generali, quæ est optima, &c. ff. de legib. de interpretatione de consue cum dilectus. Et fiunt interrogatoria hoc modo: Si dixerit testis verum esse, quod primo intentionis articulo continetur, quæratur ab eo quomodo scit, & si fuit præsens erat, & ad quid ibi erat, & an vidit: Potuit .n. præsens esse, & nō vidisse Itē quo anno, & die, id fuit factū: Item in quo loco, qua domo, qua parte domus, & an domus illa sit terranea, vel in solario, & quod erant ibi præsentes, item, si cognoscit illum, de quo testis fertur, & cuius ætatis, staturæ, & coloris, & his similia, secundum quod faciunt ad factum. Et hæc interrogatoria de consuetudine & de iure non dantur parti aduersæ, ne posset super his instruere testes suos; sed iudex per se vel per auditorem examinet illa: & si qua reperit superflua, vel impertinentia illa, reiiciat. hic autem non habebit locum reiectio cum sint approbata per Papam, vt de articulis supra dixi.

ADDITIO. Si nulla interrogatoria fierent, faciat iudex quæ habentur supra eodem, cum causam. Et an valeat dictum testis non interrogati de causa scientiæ, vide quod ibi dixi super quartam glossam. Consuluit Hostien quod potius fiant superflua, quam omittatur aliquid necessarium, vel vtile, hoc dicitur propter decret. per tuas. supra eodem. quia si fuerat factum interrogatorium, & omissum negligenter, vel dolose, non obstante publicatione repetetur. secus si non fuerat factum. Alia ratio, quia forsan ex officio iudex plura relicauit quam expediret. Et arguit contra iudices, qui committunt examinationem testium notarijs, & simplicibus, cum in propria persona ipsos audire deberet. C. de fide instrumentorum. authent. apud eloquentissimum. cum ad manus committere deberent personis discretis, idoneis, & honestis. sup. eodem, si qui testium de testib. cogen. c. 1. de cons. nigui. & affinita. c. 1. Cum enim in probationibus sit tota vis causæ, potius deberent committere alia quam testium examinationem. 4. dist. quiescamus. §. circa maiora Sed quia id est onerosum, ideo facile committitur: etiam per eos qui ipsos tales exigunt contra iura. ff. de reg. iur. secundum Io. in tan. de cle. coniug. diuersis, in f. de præbendis, cum his. Io. And.

a ¶ Specificatione.] Nota pro specificatione obiectorū, ad idem sup. de elect. vt circa.

b ¶ Et aliorum obiectorum.] forte obijciebantur aliquibus non crimina, sed alia per quæ impediebantur testes esse: puta quod erant, vel fuerant aduocat., vel procuratores in causa, j. c. proxi. vel quod erant minores. 4. q. 3. c. 2. vel his similia.

† Nota, quod iudex pot præfigere terminū ad reprobādas personas testiū ante publicationē attestatio-nū: nā attestatio-nes publicatæ non erant, quia iudex causās tenebat remittere Pett. de Anch. Font.

† Dictio, eā, decit in antiquis codicib.

3 Nā si nō cognoscit nō valet. gloss in c. cām. s. de test. Phil. & Do. Fo.

2 Tene mēti idē voluit In no. in c. per tuas. sup. eo. Phil. & Do Fon.

5 In dubio in nō reiiciātur superflua, secundum Do. de su dic. c. per tuas. Fon.

specificatione [a] criminum & aliorum [b] obiectorum sibi in eisdem articulis contentorum. ¶ Si vero dicti Abbas & conuentus [c] aliquos testes coram te produxerint contra testes † ab eisdem priore & conuentu producendos [d] iuxta articulos (quos ipsi abbas & conuentus tibi super reprobatione testium productorum prioris, & conuentus in eadem causa † produxerint) recipere, ac eos vsque ad Kalendas Februarij proximo [e] futuri diligenter examinare [f] procures: simili [g] specificatione criminum, & aliorum (quæ contra testes eorundem prioris, & conuentus obiecta fuerunt) obseruata; [h] prius tamen præstito iuramento [i] a procuratore dictorū abbatis & cōuentus, quod ad hoc ex malitia non procedant. [k]

¶ Innocentius Quartus † in generali Concilio Lugdunensi.

¶ *Aduocatus vel procurator principalis causæ, in causa appellationis testificari non potest. Iuramentum autem (præsumptione faciente pro appellante) sibi deferri non debet, nisi iudici videatur. Dominicus.*

CAP. III.

ROMA-

ADDITIO. De quibus plene in Spe. de teste. §. 1. Ioan. And.

c ¶ Conuentus.] originales actores.

d ¶ Producendos.] ad reprobationem testium productorum in principali.

e ¶ Proximo.] intelligebatur si non fuisset appositum ff de verb. oblig. cum qui Kalendis.

f ¶ Examinare.] secundum interrogatoria prioris & conuentus Spaldigen. vt sup. in proxi. capi. dictum est.

g ¶ Simili.] de qua dictum est supra pro x. versi.

h ¶ Obseruata.] hos autem testes non licebit vlterius priori & conuentui reprobare. vt sup. de testi. licet dilectus.

[Glo. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

i ¶ Iuramento.] sed quare exigitur iuramentum a procuratore abbatis in hac reprobatione, & nō in prima reprobatione, quam facit prior cōtra principales testes abbatis? Solu. potius præsumitur, quod hoc facit abbas ex malitia, quam prior qui primo reprobauit testes super principali productos, quasi prouocatus velit vicisci: & ideo propter illā præsumptionem hoc exigitur iuramentum. simil. de re iu. spol. litteras. secundum Bern Sed dic quod hoc est in potestate iudicis per prædictam decretalem. & per c. de iu ra. calum. c. 2. in fine, supra eodem lib. vnde & in prima poterit exigere si sibi videbitur, & in secunda omittere si sibi videbitur: ille autem necesse habet mandatum Papæ seruare.

k ¶ Procedant.] habebant olim quidam hic plus de textu, quidam non: scilicet, cæterum nobis suo sigillo tuo.

ROmanus.] Casus. In causa, quam etiam tecum habiturus, constitui Titium meum procuratorem, qui causam meam duxit vsq; ad finem causæ: & intantum fuit processum, quod iudex tulit suam diffinitiuam contra me ad suum commodum & vtilitatem: ab ista sententia sta procurator meus appellauit, & coram iudice appellationis istam causam introduxit: obtuli libellum meum appellatorium, cui petij per te responderi: responsione per te facta, petij admitti ad probandum meam intentionem per testes: & ad probandum meum intentum volo producere Titium qui fuit meus procurator in prima instantia, non tamen est procurator meus in causa appellationis: an sim admittendus? videtur quod sic: quia alia est causa appellationis a prima causa principali in prima instantia, cum sit ibi alius procurator & alius iudex: hac tamen ratione dubitandi non obstante, respondet Romanus Pontifex in contrarium, dicens, quod ille qui fuit procurator in causa principali, non potest esse testis in causa appellationis. Idem dicendum de illo qui fuit aduocatus in prima instantia, quod non potest esse testis in causa appellationis. Sed quid; Ponamus quod in causa appellationis ego appellans probaui meum intentū per vnum testem non suspectum, sed omni exceptione maiorem, & sic probaui intentionem meam semiplene: vtrum iudex in supplementum semiplenæ probationis debeat

4 Et sic fit diria inter recipere, & examinare, vide Dec. in c. licet. de probatio.

† In aliquot manuscriptis, relegi dēptis, legitur istic Innocen. IIII.

5 Vide Abb. in c. presenti um extra de testib.

debeat mihi deferre iuramentum necessarium? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non: immo est in eius arbitrio. Nota primo, ex hoc cap. ꝙ prouocator nedum in prima instantia repellitur à testimonio, sed etiam in causa appellationis, & rō est, quia non solum causa principalis i qua fuit ꝓcurator, censetur cā sua, sed ēt causa appellationis, & ꝓp affectionem, quam ipse habet ad causam, nam sic faciliter deieraret pro commodo partis, sicut pro suo, quia procuratores cõiter asserunt partib. suis q̃ illos ꝯstituũt, ꝙ ipsę partes hēnt bonã cãm, & ꝙ obtinebunt in cã. Et eadē ratione aduocatus non potest esse testis. Nota insup. ꝙ iudex nō arctatur ad deferendum iuramentũ necessarium habēti præsumptionē pro se: sed est in arbitrio iudicis deferre actori vel reo ſm cōem opinionem Canonistarũ in c. vlt. de iureiu. in antiq. licet Legistæ tenuerint ꝯtrariũ in l. bonæ fidei, C. de iureiuran. maximè Bar. & Sal videlicet, ꝙ iudex tenetur deferre iuramentum actori habenti vnam bonam præsumptionem pro se. Nota ꝙ iuramentum in defectum plenæ probationis non debet deferri, nisi primo adsit præsumptio pro altera parte. ad hoc, de iureiur. in c. fin. Nota finaliter, quid debeat considerare iudex in delatione iuramenti ꝗ̃da magis vni parti quàm alteri. de quo plenè Io. Andr. in d. c. fin. Dominicus.

na[a] ecclesia, & infra.

¶ In appellationis[b] causa, is qui appellantis procurator vel aduocatus in priori iudicio fuerat,[c] non recipiatur in testem.[d] †

¶ Neque indistinctè ipsi appellanti (præsumptione[e] faciente pro eo) deferatur etiam iuramentum: sed tunc cum inspectis personarum, & ipsius causę circunstantijs, id fuerit faciendum.[f]

¶ Intelligo pro appellante, nã contra hõ posset recipi. notatur in l. si ff. de libe. & post. facit gl. cap disciplina, 41 dist. Petr. de Anc. Fon.

TITVLVS XI.

a ¶ Romana.] duo sunt huius decr. dicta, & breuia, & ideirco eam non summo.

[Glo. seq. tecitetur per quæstionem, quæ fuerit dubitationis causa, quam exprimit, & ei respondet.]

b ¶ Appellationis.] fuit causa dubitationis, quia alia videbatur causa appellationis a principali ꝓp alium iudicem & alium procuratorem & aduocatũ, qui frequenter in ipsa interueniunt, quia non tenentur ꝓcurator vel aduocatus principalis causæ defendere cãm appellationis, vt not. sup. de proc. c. non iniuste, & 2. q. 6. c. si autem, § secundam & facit quod dixi sup. de iura. cal. c. 2. i. rñ. sed nō est alia. Vel licet sit alia quo ad q̃d, tamen procurator vel aduocatus in principali, in causa appellationis nō debent testimonium ferre, ne memores sui officij forte ꝯtrium asserant veritatis, sicut & aduocatus nequit esse iudex: ne affectionis suæ memor, &c. C. de assess. l. nemo, in fine. Et iudex in causa q̃ iudicauit non potest esse testis 2. q. 6. statutum. vbi de hoc quod intellige secundum determinationē decr. sup. eo dilecto. & c. cum a nobis. in vno ergo & eodem negotio quis duplici officio tam suspecto fungi non debet, de cleric. coniug. diuersis, ff. ad Treb. ille à quo, § tempestiuum, 2. q. 1. in primis, de verb. sign. forus cum sim. in testem ergo multo fortius non recipietur talis in principali, per iura prædicta.

a Secus in alia, ff. eo. ob carmē. §. 1. Innoc. dicit hic Franc ꝙ notarius, q scripsit acta bene poterit esse testis. al. leg ꝙ nō est prohibitum, et decr. cum Io. de fide instrum. Io. Andr.

ADDITIO. De hoc in Spec. de test. §. illud, versic. item ꝙ fuit in eadem causa. Io. Andr.

c ¶ Fuerat.] si ergo illum procuratorem constituit, sed non recepit mandatum, testificari poterit sup. eo. dilecto. Idem in aduocato, & de hoc etiam not. ff. eo. l. vlt.

a Idē ecōuerso, vt ꝓcurator vel aduocatus appellati recipiatur ꝓ appellãte, & tunc ēt pro appellato deponet. Io. Andr.

[Glo. seq. primo soluit duo dubia, quorum secundũ incipit primo secundo quærit & soluit. Io. Andr.

d ¶ In test. m.] intelligas pro ipso appellante, nam pro appellato bene recipietur ᷣ ſm Bern. & modernos. [& Accur. in præalle. l. fi. ff. eod.] Tum, quia ratio prohibitionis cessat, tum quia non reperitur prohibitũ, & edictum de testibus prohibitorium est ff. eod. tit. l. 1. Et in illo casu quando procurator vel aduocatus appellantis deponit pro appellato, dico, ꝙ deponat etiam pro appellante, q̃a iurat pro vtraq; parte dicere veritatem. ad hoc sup. eo. in c. de testib. & C. de quæstionibus, l. pridem. & dixi ĩ. de re. iur. quod ob gratiam [Pro hoc C. de temp. in integ. resti. l. petendæ. Archi. inducit q̃d not Inn. & Host. sup. de exce. cum venerabilis, super verb. instrumentum.] Quid de ꝓcuratore ad negotia? Dic ſm Hostien. ꝙ in negotio ꝙ ꝓcurauit de cõsensu partiũ, pt admitti sicut & iste, & sicut mediator, in Auth. de testi. §. qm̃ verò, coll. 7 in alijs admittetur etiã parte inuita, cum nec prohibeatur. ff. eod. l. 1.

ADDITIO. ff. de iure fis. l. deferre. § ijdem decreuerunt. Ioan. Mon. nam vt dicit Archid. administrator bonorum ecclesię de contractu per ipsum celebrato testificari potest. alleg. 14 q 2. c. 1. versi. cæterum, & not. Bar. Brixien. in quæstione Veneriali. 47. Aliquis erat administrator. Io. Andr.

e ¶ Præsumptione.] puta, quia habet vnum testem, sup. de proc. ex insinuatione, 14. q. 3. si habes, ff. de do. prælег. l. Theopompus.

ADDITIO. ſm Innoc. qui etiam allegat ff. quemadmo testa. aperian. l. 1. in fine & idem Host. Io. Andr.

f ¶ Inspectis personarum & ipsius causæ circunstantijs.] quod dic vt no. sup. de iureiur. c. vlt.

De iureiurando.

¶ Nicolaus tertius.

¶ Prelati, canonici, rectores, & officiales locorum, qui iurant statuta, & cõsuetudines locorum, vel ecclesiæ seruare, prætextu talis iuramenti nõ obligãtur ad illicita, impossibilia vel obuiantia ecclesiasticæ libertati, nec ad ea debet intẽtio sua referri Io. Andr.

CAP. I.

CONTIN-

DE IVREIVRANDO.

¶ Superiori titulo dictum fuit de probatione quæ fit per testes, verum quia pars videns quod non potest probare suam intentionem per testes, quandoque defert iuramentum litis decisorium suæ parti aduersæ, ideo ad nos informandum de huiusmodi delatione iuramenti, annectitur titulus de iureiurando.

Cõtinuatio domini Heliæ.

Contingit.] Primo ponit thema circa clericos & laicos, secundo ibi, Quia vero. Cõstitutionis causam, & Constitutionem circa vtrosque. Io. Andr.

CASVS, Episcopus Pictau. in suo ingressu iurat obseruare consuetudines, & statuta ecclesię Pictau. Ponamus, quod in libro statutorum ecclesiæ Pictau. sunt aliqua statuta impossibilia de iure: quia illa obseruare esset peccatum mortale, vel sunt statuta, quæ obuiant libertati ecclesię: Postea episcopus vult facere aliqua statuta contraria illis statutis impossibilibus, & obuiantibus ecclesiasticę libertati: Obiicitur pro parte Canonicorũ ꝙ nō pôt, alias incurreret periurium? Rñdet eps, ꝙ in iuramento suo non intendebat seruare illa statuta illicita & obuiãtia libertati ecclesiæ, an bene dicat? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ sic. Sed ponamus ꝙ episcopus Pictauiē. iurauit expresse seruare illa statuta impossibilia & ꝯtra libertatē ecclesię: vtrum teneatur seruare iurm̃ suum? Certe nõ, nã alias grauiter peccaret, ideo vigore iuramenti sui non est astrictus ad seruandum illa statuta, verũtamen iurãdo temere, peccauit aut mortaliter, & ꝓ illo peccato

tenetur

tenetur agere pœnitentiam, th cautela est, q̄ eps in ingressu suo iuret seruare statuta ecclesiæ, dūmodo non sint illicita, vel irrationabilia. Nota primo, vnū in quo iuramentum est permissum, quia regulariter non est permissum iurare sine causa: alias esset iurare temere & in vanum, sed cū iusta causa est iurandum: sicut p̄latus in receptione sua iurat seruare statuta illius ecclesiæ ad q̄ promouetur, & iurādo non peccat, etiam si illa statuta sint irrationabilia. dum tñ nō habeat animū seruandi statuta irrationabilia: alias enim rōne depрauati animi peccaret mortaliter. Nota vlterius, q̄ iuramētū scholaris, vel canonici, vel prælati seruandi statuta, intelligitur de statutis rōnabilibus & licitis, nam iuramentū refertur ad licita & rōnabilia, tamen si q̄s referat intentionem suā ad illicita, nō tenetur illa obseruare, tamē peccauit mortaliter temere iurando, & p̄p intentionē depрauatam. Nota q̄ appellatione rectorū comprehenduntur ēt illi qui p̄ficiuntur administrationib. laicorum, ad hoc tex. inf. de hæret. vt inquisitionis. Nota finaliter arg. q̄ potestates, & officiales dignitatū tpaliū non confirmātur, sed administrationem habēt ex sola admissione ad talia officia, p̄bat tex. ibi, admittat de quo aliquid p Doct. sup. de iud. c. n. Dom.

vindictam & laudē bonorū. de homicidio, postulasti, & de maiorita. & obedien. solitæ & tunc minister est Dei, vt 23. quæstione 5. miles. & c. sequentibus.

h ¶ Clausa] s. in hoc erat morbus, & si iurant solum seruare statuta edita ad edenda sacramenta non tenentur, vt s. eo. ti. c. pen.

[Prima glossa summat.

git[a] † in nonnullis ecclesijs de earum consuetudine[b] obseruari, quod † nec ipsarum Prælati (cum primo ad ecclesias ipsas accedunt[c]) admittuntur, nec canonici (cum de recipiendis[d] ibidem nouis canonicis agitur) aliter recipiuntur in ipsis: nisi iurent statuta & consuetudines ipsarum ecclesiarum, scripta[e] & non scripta, inuiolabiliter obseruare. Inter laicos etiam in multis ciuitatibus,[f] castris, & terris, in suis potestatibus,[g] rectoribus, vel officialibus assumendis, consuetudinis morbus irrepsit: quod potestates, rectores, & officiales huiusmodi, ad potestarias, rectorias, & officia eadem (nisi prius seruaturos se statuta ipsorum locorum clausa[h] † iurauerint) nullatenus admittantur.

¶ Quia verò in statutis & consuetudinibus supradictis interdum aliqua reperiuntur illicita, seu impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati:[i] † ne sub tali generalitate iurandi, sic iurantibus peccandi occasio præbeatur: cum iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis vinculum,[k] institutum: Hac generali constitutione animarum periculis obsistere[l] cupientes, præcipimus à quibuscunque scientibus contineri in prædictis consuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia, iuramenta huiusmodi aliquatenus nō præstare. Et talia iuramenta ea intentione[m] facienda vel facta, vt etiam illicita vel impossibilia,[n] seu ecclesiasticæ libertati obuiantia obseruentur (cum etiam sub tali intentione præstari non possint absque diuinæ maiestatis[o] offensa) decernimus in huiusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiasticæ obuiantibus, non seruanda: quin potius pro animarum salute, si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia iurare contigerit, ad obseruanda dumtaxat licita, possibilia, & non obuiantia libertati ecclesiasticæ, iurantium referri debet intentio. ¶ Declaramus[p] † quoque iuramenta sub huiusmodi genera-

i ¶ Libertati.] & iō statutarij excōicati sunt, si infra duos mēses ea de statutis deleri non fecerint, vt & q. tales consuetudines, vel statuta seruare faciont, vt s. de sentē excō. nouerit. Ad hoc j. de immu. eccl. c. 3. 4 & 5.

ADDITIO In quibus cōsistat libertas ecclesiæ, remittit Archi. ad ibi. no. per Ioan. Andr.

k ¶ Vinculum] sup. eo. quanto. 22. q. 4 inter cætera. ad hoc. j. de reg. iur. in malis. &c. nō est obligatorium. Sed de appellationib. dicitur sup. de app. ad nostram &c. cum speciali.

ADDITIO. Prædicta regula, in malis. probat cū suis cōcor. q̄ promissio in malis nō obligat: ergo nec iurām adiectū, vt in regula sequenti. Fm Ioan. Mona. remittit Archi. de foro compet. si diligenti, ad finem s. eo. cum contingat. Io. Andr.

l ¶ Obsistere.] ad hoc s. eo. lib. de const. c. 1. inf. de sepul. c. 1. cum simil.

m ¶ Ea intentione.] dicitur ergo iurām illicitum ex animo, sic & sentētia excōicationis. sup. de sent. excom. per tuas. & c. sacro, vim de hoc. 11. q. 3. c. non solum. §. cū ergo. Ioan. Andr.

n ¶ Impossibilia.] ad hoc nullus potest se obligare. su. de pact. c. vlt. de cond. appo. c. vlt. ff. de reg. iur. impossibilium j. de reg. iur. nemo potest. Et intelligo impossibilia de iure, vel de facto, vt dixi in prædicta regula, nemo potest.

a ¶ Contingit] p̄lati, canonici, rectores & officiales locorū, qui iurant statuta, & cōsuetudines loci, vel ecclesiæ, seruare, prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati, nec ad ea debet intentio sua referri. Io. Andr.

b ¶ Consuetudine.] ad hoc sup. eo. clericus.

c ¶ Accedunt.] in quo accessu antiquas ecclesiæ consuetudines seruare debent, vt sup. de præb. dilecto.

d ¶ Recipiendis.] ad hoc vocari debent absentes. j. de præb. cum in ecclesiis, nisi consuetudo esset in contrarium, vt ibi. Io. Andr.

e ¶ Scripta.] s. potes singula singulis referre.

f ¶ Ciuitatibus.] quæ murorum ambitu terminantur. inf. de sent. excom. si ciuitas.

g ¶ Potestatibus.] qui gladio vtūtur ad malefactorum

o ¶ Diuinæ maiestatis.] quam peius est offendere quā temporalem, vt sup. de de hæret. vergentis. & infra de immun eccl. clericis. C. de hæret. Manichæos.

p ¶ Declaramus.] declaratio igitur antiqui iuris est, & hoc ius not Bern. supra de his quæ fi à maio. par. capit. c. 1. in glo. vlt. & Host. eod. c. in glo. penult. vnde dabat ibi consilium Hostiens. quod iurans si diceret, iuro seruare statuta & consuetudines iustas, possibiles & honestas, quæ de facto & iure seruari poterunt. Et multiplex est impotentia, vt not. supra de elect. c. licitas.

† De intellectu v. de Deciū in rubrica de constit. in 1 lectura.

† In antiquis codicibus. hęc periodus cōstanter legit ita, q̄ ipsarum p̄lati cum. primo ad ecclesias ipsas accedunt, vel cū de recipiēdis ibi dē nouis canonicis agitur, nec p̄lati admittuntur, nec canonici aliter recipiuntur in ipsis, nisi iurent, &c.

† An sit differentia iurare simpliciter obseruare statuta, vel cōtēta in statutis, vel put ī statutis, vide Feli. in ca. cum accessissent de consti.

† Quæ statuta obuiēt ecclesiasticę libertati, vide in c. si. de imm. eccl. j. eo. & ca. graue de sen. ten. excō. Fon.

a Domi. reprobat glo. q. sic referendo esset iucōgruitas, vnde notat ipse q̄ scriptura nō est de essentia legis. Fōc.

a Phil. sequitur gl. idē si simpliciter iurasset seruare statuta quia est iter d̄r iuris iuūm, facit c. veniēs, & ca. Quīasualis. sup. e. Foh.

† Vide, Albericū de Rosate tract. de statutis par. 1. q. 23. vbi late.

scilicet tatus. Posito tñ q̃ in genere iuret, fit tñ secundum ius cõc interpretatio iuramenti, & probatur hoc satis p decr. ĩ. eo. ad nostram tertia, & sup de verb. sign. ĩ. quibusdam. 1 Dic ergo breuiter, q̃ aut quis expressè iurat statuta illicita, impossibilia, inhonesta: & tunc eo ipso largo modo periurus est, ut c. ĩ. eo. licet nostris; aut generaliter iurat seruare consuetudines & statuta: & tunc distingues; aut tunc sciebat ibi statuta esse illicita, & illa se obligaturũ seruare in mente gerebat: & tunc idem q̃ sup. aut nesciebat, nec id in mẽte gerebat: & tunc non peccauit, & solum ad licita obligatur, vt hic, & in prædictis iuribus: ad idẽ ff. de transact. qui cum tutoribus, §. vlti. ff. de cõdi. indeb. si procurator, quasi i. fi. ñ ð cõd. ist. l. cõditiones. & l. seq. Licet.] Primo ponit factũ rẽplicensibile: q̃ qd prouidet. Secũda, ibi, Nos animarum. Dominicus. ¶ Iudex sæcularis potest cõpelli p iudicẽ ecclesiasticũ, vt cõpellat mulierẽ seruare iuramẽtum, quæ iurauit non venire contra alienationem rei dotalis, hoc dicit. Præsupponendum quod de iure ciuili si mulier millesies consentiat, & iuret non venire contra alienationem rei dotalis, tamen soluto matrimonio poterit vẽdicare illas res dotales alienatas. l. non dubium. C. de leg. secus de iure Canonico, c. cum contingat. eo tit. in ant. nunc emanauit istud c. pro obseruatione illius c. cum contingat.

CASVS. Titius vxoratus vendidit domum, vel aliam rem, quam ab vxore in dotem acceperat, & isti alienationi consensit sua vxor, & iurauit ad sancta Dei euangelia non venire contra huiusmodi alienationem: postea tractu temporis Titius maritus viam est vniuersæ carnis ingressus, certum est, quod dos debet redire ad vxorem regulariter, nisi pater fecisset pactum quod dos ad eum rediret, nunc mulier vult vendicare istam rem alienatam a possessore, qui excipiendo allegat venditionem illius rei in qua consensit ipsa mulier: & qd iurauit non venire contra: mulier vero replicat in contrarium, & allegat nullitatem venditionis, & vlterius quod iuramentum non valuit: quia contra legem fuit præstitum. Possessor rei dicit quod licet non valeret de iure Ciuili, tamen valet secundum Canones: iudex vero sæcularis super ista causa aditus, vult sequi ius Ciuile, & non ius Canonicum, vtrum sit possessori prouisum de remedio? Respondet Romanus Pontifex, quod sic; nam adibit episcopum, qui monebit iudicem sæcularem sub pœna excommunicationis vt obseruet ius Canonicum & non ius Ciuile: quod si nolit facere, poterit epũs iudicem sæcularem excommunicare. Nota primo ex isto c. vnam differentiam inter ius Canonicum & ius Ciuile: nam de iure Canonico mulier compellitur seruare iuramentum p̃stitũ in alienatione fundi dotalis, c. cum contingat, eod. tit. in antiq. secus ſm leges, vt d. l. non dubium, C. de legi. cum sim. Nota, qd vbi vertitur periculum animæ, laicus tenetur iudicare ſm Canones, & nõ ſm Leges, sed istud nõ facit p̃hibitio iuris Canonici, sed obligatio acquisita de dicto c. cum contingat, simile in c. fin. de præs. in antiq. Nota, q̃ in materia concernente animam, si iudex laicus velit seruare Leges: recurritur ad iudicem ecclesiasticũ, vt eum compellat ad iudicandum ſm Canones, & non ſm Leges. Nota, q̃ in obseruantia iuri attẽditur dispositio iuris Canonici, & non Ciuilis: rõ hic assignatur ꝓp peccatum. Nota finaliter, qd q. præcisè cõpellitur seruare iurm licitum & obligatorium, ad hoc dictum c. cum contingat. ne p̃lati vices suas, c. querelam. Dominicus.

[Prima gl. summat, & dicit vñ sumpta.]

a ¶ Licet mulieres.] Per ecclesiasticũ iudicem ordinarium loci compellitur iudex sæcularis ecc'astica censura ius Canonicum; quod ad prouisionem animarũ statutum est, seruare. Et fuit tracta hæc decretalis per cõpositores huius libri de extrauagãti, q̃ incipiebat: Quia vero contingit. ADDITIO. Communiter erat versic. sub decret. quia non nulli. Alex. quarti, q̃ habes inf. de immun. eccles. & vide quod ibi dicam, in prin. Ioan Andr.

litate qualitercunque, & sub qualicunque † verborũ forma præstita vel præstãda, ad licita, possibilia, & libertati ecclesiasticæ non obuiantia † tantum extendi: ipsosq; iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Per ecclesiasticum iudicem ordinarium loci, compellitur iudex sæcularis ecclesiastica censura ius Canonicum, quod ad prouisionem animarum statutum est, seruare.

CAP. II.

Licet mulieres, [a] quæ alienationibus dotium & donationum [b] propter nuptias consentiunt non contrauenire, proprio [c] iuramento firmantes seruare iuramentum huiusmodi non vi [d] nec dolo [e] præstitum, de iure Canonico [f] teneantur: quia tamen quidam iudices sæculares [g] eas contra præfatas alienationes, audiunt, quamuis eis constet legitimè de huiusmodi iuramento: † Nos animarum periculis obuiare [h] volentes: eosdem iudices ad seruandum hoc ius Canonicum, [i] per locorum ordinarios censura ecclesiastica [k] decernimus compellendos. [l]

b ¶ Donationũ.] de his dic vt sup. de donat. inter vir. & vxo. & de dote post diuor. resti. c. nuper.

c ¶ Proprio.] intelligo siue iurent per se, siue per procuratorem, cui ad hoc speciale mandatum dederint, ad hoc 65. dist. tibi & ibi de hoc in gl. 2. de iura. calum. ca. vlt & de procu. c. vlt cum sim.

ADDITIO. Vide quod no sup eo. li de elect. vt circa. in gl pen. & quod super ea dixi Io. Andr.

d ¶ Non vi.] ergo iuramentum metu extortum non obligat. de quo dic vt sup. de his quæ vi me. cau. si. abbas, & sup. eo si vero.

ADDITIO. Tene quod dicitur eo. tit. verum. Io Andr.

e ¶ Dolo.] quem qui allegat, probare debet, saltem ex perspicuis indicijs, ff. de prob. quotiens, §. qui dolo, C. de dolo, l. dolum, sup. eo. l. o. de renunc c. 2.

f ¶ De iure Canonico.] vt sup. eo. c. cum cõtingat, vbi de hoc: secus 2 videtur de iure Ciuili, ff. de fundo l. lex Iulia, Insti. quibus alie. licet vel non, in princ. C. de rei vxo. act. l. vnica, § fin.

g ¶ Iudices sæculares.] qui in hac parte ratione periurij cui causam dãt, sunt de foro ecclesiæ, sup de iud. nouit, sup eo lib de fo. comp c. vlt.

h ¶ Obuiare.] ĩ. c. proxi cum suis concordantijs.

i ¶ Ius Canonicũ.] sim. ĩ. tit. prox. c. 2. ĩ. de sent. excõ. decernimus. facit sup. eo li. de pac. c. 1 & de fo. cõ. c. 1 & sic Papa tollit legem etiam quo ad forum sæculare, de quo dic, vt dixi inf de reg. iur c. 2. Io And.

k ¶ Censura ecclesiastica.] quid contineatur eius nomine habes supra, de verb. sign. quærenti.

[Glo seq. rationem reddit, quærit & soluit, solutioni signat contrarium, cui respondet.]

l ¶ Compellendos.] est. n superior ecclesiastica ptãs: & ideo coercet sæcularem, vt 13 q. 5. administratores. ĩ. de maio. & obed. solitæ, qui filij sint legi. per venerabilem. cum si [Dicit Arch. hoc procedere vbi agit de periculo animæ: vel vbi est de sua temporali iurisdictio-

Marginal notes: ...al qualitercunque. Nec gña... is princi... is ɔfirma... io trahit... d illicita, & alia de quib. i. ext. Alex. cons. 59. vol. ... & Dec. cons. 171. Ibi patet q̃ gña... lis prohibitio solũ illicita respicit. ... alias dicimus q̃ generalis nõ includat ... iur... q alleget fin. glo & per ... ff. de con dict. indeb. si procurator. § pen. ff. ad exhibendũ. l. pen. ff. q̃ in fraud. cred. si pa... ſm Ar. q̃ remittit ad no. ĩ. eo venẽs & 13. dist. nerui. in gl. ii sub... ditus. Io. And.

†Vide notata p Romanũ singul. 495. incip. vulnus, & sing. 499. incip. tu scis. & per Io. An. in c. cũ laic. ð foro cõpet. adde Fel. in c. j. extra de iureiur.

2 De hac differẽtia vide Baptistã de S. Blasio in repetitione Rubricæ decreti, q. 25. differẽtia 14.

ne: & vbi mandat suas snias obseruari: remittit ad no. per Inn. de offi. ordi. c. 1.] Quid dices si mulier iurauit non alienare dotem vel donationem pp nuptias, nec alienationi consentire nisi ex rõnabili causa & auctorizante iudice: & si cõsenserit, reuocabit pro posse: postea iudice nõ auctorizãte consensit, & iurauit nõ ꝯuenire; quid erit? Dic ſm Hostiē. 1 qui hoc no. supra eod. cum contingat, quod primum iteratur, ad hoc supra eo. eam te, & c. intellecto, & in Auth. de non alie. §. sanctissimas, colla. 9. Sed ꝯ ſ. eod. tua nos. Solut. ibi primũ iuramẽtũ illicitum: & ideo secundum primo præiudicat, hic primum licitum: & ideo derogat secundo.

1 Ad. Io. Mo. & Arch. & Gui. in Spe. de empt. & ven. §. tertio loco, ver. & no. gñale, & vide qđ ibi dicã. Et de materia huius decre. & an teneat obligatio pœnalis ibi vi ver. sed pone v. nor. cum ver. sequẽtibus. De oblig. fideiussoris dixi in decre. cũ cõtingat. in 2. glo. Ioã. Andr.

¶ Idem.

¶ Electus post sacramentum ponens vel respondens contraria directè, nisi rationabiliter excusetur, velut periurus à cõfirmatione repellitur. Idē si hoc fecerit procurator ipso mandante, vel ratum habente, vel non reuocãte. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. III.

CVm in positionibus [a] super electionis [b] tuæ negotio (post iuramentum [c] in causa præstitum) à te datis, [d] seu responsionibus, quas ad positiones tui aduersarij fecisse dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta: [e] tibi tanquam periuro [f] (nisi iusta causa [g] & rationabilis † te excuset) super ipsa electione perpetuum silentium imponi debebit. [h] ¶ Idem [i]

ADDITIO. Vbi de hoc, & omnino vide quod ibi dicam, Ioan. Andr.

e ¶ Manifesta.] euidens vel notoria. infra de verb. sig. constitutionem.

f ¶ Periuro.] periuri sunt infames 6. q. 1. infames, & ecclas regere nõ merentur. ſ. eod. querelam: nec ad testimonium admittũtur & 3 post pœnitentiam. 22. q. 5. paruuli. in glo. fi. de test. testimonium.

[Gl. seq. ponit duo exempla: secundo q̃rit. arg. pro & contra, ponit duas opiniones & soluit.]

g ¶ Iusta causa.] vt vnum ex contrarijs dictis; multipliciter potest intelligi, ſ. de accusa. cum dilecti. Vel probare vult se errasse 4 in altero de ꝯtrarijs: maximè vbi poneretur vel responderetur de facto alieno vbi tolerabilis est error, ff. pro suo. l. vlt. sup. de confess. ex parte, sup. eod. lib. de testi. in integ. c. vlt. in fi. [in facto etiam alieno est ignorantia excusabilis ad hoc ff. de interrog. act. de ætate, §. vlt. ff. de colla. bo. non nunquam, ad idem 2 q. 3. Paulum, & supra eod. lib. de elect. c. 1. in fi. in Authen. de execu. & his qui conue. in princ. coll. 7. secundum Archi qui ponit exemplum quando electus est de aliena ecclesia: ꝯ quem opponitur, cuius vita potest probabiliter ignorari. Ipse etiam potest probabiliter ignorare numerum canonicorũ ecclæ, & his similia.]Sed quid dices: nunquid positio vel responsio ad ipsam reuocari poterit? Et videtur quod non. Nam volat emissum semel irreuocabile verbum 45. dist. §. vlt. in fi. de proba. per tuas. C. de non num. pecu. generaliter. Econtra videtur, quod reuocari possit. 32. q. 1. apud, de pœn. dist. 1. diuortium, de verb. sign. nam & ego, ff. de diuor. si pœnituit. 5 Dixit Ioan. de Deo, si data sit positio in scriptis, non potest reuocari, alias potest, ad hoc de electio. scriptum. de confes. ex parte, quod Guil. abhorret in Spec. tit. de positionibus, §. vlt. versic. item si ponens, dicens quod ex quo in iudicio proposita est, siue in scriptis, siue non, reuocari non poterit, per prædictam decret. ex parte, de lit. contesta. c. vnico, de elect. dudum, 6 nisi doceret de errore, vt sup. dixi. Satis videtur quod sicut testis à periurio excusatur, si in continenti se corrigat, vt supra, de testi. cog. præterea, sic & ponens vel respondens eadem ratione. Ioan. Andr.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archid. qui remittit ad no. de app. cum causam, in 5. glo. facit quod no. de electio. scriptum in 1. glo. & quod dixi post Host. de diuor. ex litteris, super gloss. 2. quod facit pro Ioan. de Deo. Ioan. Andr.

h ¶ Debebit.] nec propter hoc electus confirmabitur 2 q. 1. in primis, sup. de rescrip. olim sup. eod. lib. vt lite pen. c. 1. & 2. C. de rei vendi. l. vlt. Et sic no. quod nõ inspicitur hic principium, de quo no. sup. de elect. dudum, 6. Nam non solum antiqua crimina repellunt electos sup. de temp. ord. c. vlt. sed etiam noua. 6 Probat hoc idem supra de rescrip. olim, sup. eod. lib. de elect. vt circa: sicut & noua causa non solum antiqua iudicem repellit, de othe dele intimante.

ADDITIO. Dicebat ergo Ioan. Mona. quod sicut quis agendo ius agendi non recte inchoatum consequitur. ff. de pig. act. l. si rem, §. an. & facit infra de re iudi. Abbate: sic agendo perdit ius rectè inchoatum, vt hic Ioan. Andr.

i ¶ Idem. scilicet quia tibi silentium imponitur.

3 Fallit hoc in casu notabili vt per Pel. in ca. veniens, ij. de testib. † Approbata a iure, vñ notat Anch. & Phi. ꝙ ꝯ manifestã cõtrarietatem admittitur excusatio, vt excusetur periurium, & eius pœna, c. cum dilecti, ſ. de accu. c. cũ olim, & cõlib. Fel.

4 Hoc nõ facile probat in cõfessione d. liberata, vide qđ noi de diuor. ex litteris. 1 gl. 2 vt eccl. bñ vt nostrũ in gl. cũ prima. Io. Andr.

5 An & qñ q̃s possit positiones reuocare, docet Alex. consil. 94. vol. 3.

6 Nec mirũ ſm Io. Mo. & Anq. ares an te sui cõpletionē guenitad eũ casum à quo nõ poterat habere principium. ff. ad l. Aquil. qa in cũ. & facit qđ dicã ꝯ de te. in facto, super 1 glos. Io. Mo. alle. ff. de ser. pro parte. Io. Andr.

CVm in positionibus. Sunt duæ partes. Secunda, ibi, Idem fiet, & prima loquitur de domino: secunda de procuratore. Ioan. And.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius c. ꝙ habetur in c. querelam, eod. tit. in antiq. videlicet, ꝙ periurium est sufficiens causa vt quis repellatur à bñficio iã obtento, & multo magis à beneficio obtinendo.

CASVS. Aliquis fuit electus ad prælaturam, antequam esset confirmatus, aliqui se opposuerunt, orta lite inter electum, & opponentes, iurato de calum. electus fecit duas positiones ꝯrias directè: & sic oportet dicere, qđ altera fuit falsa: & per consequens, ꝙ ipse electus in vna ipsarum deierauit: nunquid illud periurium est sufficiens ad ipsum repellendum, ne electio sua confirmetur? Respondet Romanus Pontifex, quod sic. Idem si pars aduersa dedit positiones de directo contrarias, & electus eas negauit, vel ambas confessus est. Certe est ipse periurus: quod periurium est sufficiens ad ipsum electum repellendum à confirmatione & prælatura: quia etiam repelleretur à beneficio iam obtento, vt in d. c. querelam, sup. eo. tit. Nota primo, qđ positiones sũt faciendæ post iuramentum, & vide supra de confess. eo. lib. c. 2. Nota secundo, arg. quod ponens dr̃ confiteri id quod ponit, & sic facit iste tex. pro glo. magna in fine sup. de confess. c. 1. eo. lib. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Cum in positionibus.] Electus post sacrm̃ ponens vel rñdens ꝯtra directè, nisi rationabiliter excusetur.] velut periurus à confirmatione repellitur; idem si hoc fecerit procurator ipso mandante, vel ratum habente, vel non reuocante, hoc dicit. Habuit ortum hæc decretalis ex his quæ notat Host. sup. de fide instru. cum Ioan. super verbo, vnica tantum venditio.

ADDITIO. Et quæ no. Guil. de elect. vt circa. in glos. patet ex hoc, per quas glo. patent exempla. Io. Andr.

b ¶ Electionis.] idem vr̃ si agatur de iam obtento, cũ periurium non solum impediat, sed etiam deijciat, sup. eo. tua nos, & c. querelam, & de fideiuss. peruenit.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & idem Archip. qui alle. 24. q. 3. ecce. Ioan. And.

c ¶ Post iuramentum.] quia tunc faciendæ sunt positiones. sup. de confess. c. 2. & ibi dixi. & eo. tit. c. 1.

[Glo. seq. arguit ad quæstionem.]

d ¶ Datis.] Not. ad qõnem quam disputaui, 2 an per instrumentum probetur crimen, quod si probatur, hic enim per scripturas actorum apparet eum posuisse contraria: & sic periurium, de hoc supra de maior. & obed. cum in ecclesijs, & per modernos, de accus. super his, ad idem infra, de verb. sign. c.

2 De hac qõne vide Fel. in ca. cum in ecclesijs, de maior. & obed.

a ¶ Expresse.] si ergo dedit mandatum ponendi & respondendi positionibus generale, sed nō expressum vt hic, & sic responderet vel poneret, vt sup. eod. lib. de iur. calum. c. 2. 2. respō in fin. tūc licet procurator ponat vel respōdeat ɔ̄tria, dominus nō. deierat nisi in casibus sequentib. & ɔcor. ī. eod. lib. de elect. si compromissarius.

b ¶ Ratum habēre.] & sic in maleficijs locum habet ratihabitio expressa, & tacita ī. de sent. excō. cum quis. & de reg. iur. ratihabitionem. vbi de hoc.

c ¶ Tuo nomine.] aliàs ratum nō posset habere quod suo nomine factum non est ī. de reg. iur. ratum quis. vbi de hoc. Io. Andr.

fiet si (te expresse [a] mandante, vel etiam ex post facto sciente, ac ratum [b] habente, seu non reuocante) positiones aut responsiones huiusmodi contrarias tuo nomine [c] tuus fecerit procurator.

TITVLVS XII.

De exceptionibus.

¶ Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi.

Cōtinuatio domini Helig.

DE EXCEptionibus.

¶ Sicut in bello naturali requiritur q̄ bellantes sint armati, armis sibi necessarijs, sic in bello ciuili. Et in superioribus titulis visum fuit de armis actorum, nūc videndum est de armis reorum, & quia exceptiones dicuntur esse arma reorum: ideo post titulos præcedentes ponit titulum de exceptionibus.

¶ Sex sunt dicta huius decre. Primo ponit arengam, & ius antiquū, & cōstitutionis causam Secūdo dicit quod reus, qui contra actorē de excōmunicatione excipit, vt ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excommunicationis speciē & nomen excommunicatoris exprimere, & eā infra octo dies probare: aliàs iudex procedet in causa, & illum in expensis condemnabit. Tertio statuit, quòd si iterum obijciatur & probetur eadē vel alia excōicatio, actor repellitur, sed quæ acta sunt, valebūt. Quarto, quod vltra duas vices hæc exceptio nō opponatur: nisi ex causa. Quinto, quòd si opponitur post rem iudicatam impeditur executio, sententia nihilominus valet. Sexto dicitur, quod iudex publicè excommunicatum reo non opponēte ex suo officio debet ab agendo repellere. Ioan. Andr.

Pia consideratione.] Hæc est notabilis decret. & quotidie practicabilis. [Commendat abbas hoc exordium vel arengam.] Diuiditur in sex partes, Secunda ibi, Si quis igitur. Tertia ibi, Si vero. Quarta ibi, Prouiso. Quinta ibi, Sed si post. Sexta ibi, Eo tamen. Dom.

¶ Pro intellectu huius ca. est præsupponendum illud quod habetur in c. intelleximus. de iud. in ant. videlicet, quod regulariter excommunicatus maiori excōicatione, non potest esse in iuditio agendo, ne ex malitia sua reportet commodum. vlterius est præsupponendū, q̄ exceptiones dilatoriæ, quæ proponuntur causa differendi processum, debent proponi regulariter ante litis contestationem c. 1. supra de litis contest. istomet lib. CASVS. Titius ptendebat me debitorē suum in aliqua pecuniæ summa, facit me ɔueniri corā meo iudice cōpetenti, obtulit mihi libellū, cui respōdi negatiue. lite ɔtestata & iurato de calūnia, cū ipse Titius actor peteret admitti ad probandū ɔtenta in suo libello: opposui ei q̄ ipse erat excōicatus maiori excōicatione, & sic nō erat admittendus quousq; ipse esset absolutus. an bene dicam? Vr̄ q̄ non, quia cum ista exceptio excōicationis opponatur ad differendum processum, debebat opponi ante litem cont. statā, per c. 1. de litis cōtest. sup. Hoc tamen non obstante, respondet Romanus Pontifex in cōtrariū, dicens, q̄ ista exceptio excōicationis potest opponi contra actorem ad differendū processum in quacunque parte litis, propter periculum communionis, ne ego reus compellar communicare cum excommunicato, & sic incidā in minorem excommunicationem. Item propter alias rationes positas in princ. Sed ponamus q̄ cum haberem litem cum aliquo, ipse malitiose, vt processus meus differretur, opposuit mihi simpliciter q̄ eram excommunicatus maiori excōicatione, nihil aliud exprimendo, vtrū istud sufficiat ad repellendū me ab agēdo? Respōdet q̄ nō, immo ipse reus debet exprimere speciem excommunicationis, & nomen excōicatoris: puta, dicet reus, quod non teneor tecum litigare, quoniam tu es excōicatus maiori excōicatione pro tali causa, videlicet pro manifesta offensa, vel pro contumacia, per talē iudicem ordinarium vel delegatum. Sed quid si actor negat se excōicatū maiori excōicatione? Respondet q̄ reus tenebitur probare illam excommunicationē infra octo dies per litteras, vel testes, vel p̄ alia manifesta documenta: alioquin si non fuerit p̄bata ista excōicatio ista octo dies, iudex p̄cedet in cā, & reum condemnabit in expensis erga actorem, & cōpelletur p̄cedere in principali. Sed ponamus, q̄ reus opposuit actori maiorem excōicationem: ipse non potuit illam probare infra octo dies, & sic fuit cōdemnatus in expensis, & compulsus litigare in principali, postea factis aliquibus processibus in causa, vult probare excommunicationē, an sit admittendus? Certe sic, vt actorem repellat ad procedendū in futurum, sed processus prius facti valebunt: habita absolutione actor reassumet processum in illo statu in quo erat tempore quo reus fuit admissus ad probandum excommunicationē: nam excommunicatio non facit processum nullum. Sed ponamus quod in scd̄a oppositione reus non probauit excommunicationem, sed fuit condemnatus in expensis, vult nunc tertio opponere exceptionē, an sit admittendus? Respondet q̄ non, nisi allegaret cām rationabilē: puta si dicat reus q̄ actor ɔ̄xit excommunicationem de nouo, vel probationes de nouo venerunt ad notitiā ipsius rei, in his. n. & similibus casib. posset reus opponere tertio excommunicationē contra actorem. Sed quid, ponamus q̄ cum haberem tecum litem & essem excommunicatus, non opposuisti mihi excommunicationem, nec similiter iudex mihi opposuit, & sic non fuit repulsus ab agendo: fuit lata snīa contra te reū, quā cum vellem executioni demandari facere opposuisti mihi quod eram excommunicatus, & eam probasti intra octo dies iuxta tenorem huius ca. vtrum iudex debebit differre executionem sententiæ donec sim absolutus? Respondet q̄ sic, tamen processus facti & sententia pro me lata valebunt, sed differretur solum executio sententiæ vsq; post absolutionem. Sed ponamus quod tu reus non excipis de excommunicatione, nunquid iudex ex officio suo poterit mihi obijcere excommunicationem absque requisitione partis? Certe sic, & denegabit mihi audientiam donec fuero absolutus Nota primo, ex isto textu quod excōicatus maiori excōunicatione non potest esse in iudicio agendo, sed bene defendendo, ne ex malitia sua reportet commodum, vt in cap. intelleximus, de iud. in antiq quod est fundamentum in hac materia, dicunt tamen aliqui, q̄ adhuc reus excommunicatus tenetur constituere procuratorē, cōis tamen opinio est, q̄ reus excommunicatus potest se defendere personaliter, nec communi-

CAP. I.

Pia [d] † considerationis...

† De intellectu vide Coua. in c. quia de pact. li. 6. in 5. par. relectio. §. 5. & Ludo. Gomez. in reg. cancellariæ de annali possessore. q. 44.

municantes cum eo incurrunt excommunicationem quia communicant cum eo in suum præiudicium, & non in suum commodum Nota ex isto capitu. causas propter quas fuit inuenta ab ecclesia excommunicatio. Nota q reus excipiens de excommunicatio. non debet excipere in genere, sed debet exprimere excõicationem in specie: & dicere nomen excommunicatoris. Nota q illa exceptio debet probari apertissimis documentis infra octo dies & dicũtur apertissima documenta, scriptura vel testes. Et licet in sñia excõicationis ab homine, sit de substãtia excõmunicationis scriptura, tñ illa poterit probari p testes. Nota q retardãs pcessum, rõne processus retardati debet cõdẽnari in expẽsas. l. non ignoret, C. de fruc. & litium expensis, quia est cõdemnatio & taxatio expensarum fit statim, ita quod parti condemnatæ in expensis ratione processus retardat denegetur audientia, donec fuerint huiusmodi expensæ solutæ nam sunt præiudiciales, & ideo debent solui ante litis ingressum. l. sancimus C. de iudic. & istud verum, quod denegabitur ei audientia si fuerit actor, sed si sit reus, reputabitur contumax ac si non compareret. Nota casum in quo deficiens in probatione exceptionis, postea admittitur ad probandum illam exceptionem in alia parte processus. Nota q exceptio excommunicationis potest opponi post sententiam ad impediendum executionem sententiæ. Nota q iudex potest interponere officium suum ad priuatam vtilitatem sine requisitione partis, licet secus regulariter. l. 4. ff. de dam. inf. ca. 1. de iud. c. 1. de offic. iud. in antiq.

ADDITIO. Qui sunt rei necessarij & voluntarij, hic not. Arch. tene quod dixi sup. eo. dilecti.

g ¶ Vt ex hoc.] assignat quattuor considerationes illius iuris.

h ¶ Timeatur.] ligatur. n. quis magis ex contemptu. 11. q. 3. c. non solum. §. cum ergo, in gl. fi. ĩ. de sen. excommu. per tuas. in glo. pen.

i ¶ Periculũ.] quod est tam in excõicato quam in communicante. de cle. excommu. mini. illud. & c. si celebrat. eod. titu. cum sim.

K ¶ Cõtumaciæ.] Iob quam solam excommunicatur q. s ab homine c. 11. q. 3. nemo episcoporũ, in glo. fi.

ADDITIO. De hoc ea. q. episcopus. & 17. q. 4. de presbyterorum. Arch.

l ¶ Communibus.] olim erat duplex litera, alia ciuilis. alia cõmunibus. Et hæc est melior, sm Host. qui dicit, q quidam actus sunt Publici, vt tutela & cura, Insti. de tute. circa prin. quidam ciuiles, vt iudicare & arbitrari ff. de iudi. cum prætor 2. q. 7. c. 1. § tria sup. de arbi. dilecti. quidam communes, vt officium procuratorum & testium, &c Et intelligas communibus, nõ solum iudicialib sed etiam extraiudicialibus, vbi de ipsorum vtilitate agatur, erunt igitur inter homines, & eorum carebunt suffragijs. C. de aposta. hi qui ad sanctam. In spiritualibus autem non est dubium eos repelli: quia talium capaces non sunt. de æta. & qualita. cum bonæ, de cleri. excom. mini. postulastis. cum similibus & hoc sm Host. innuit litera hæc, communibus, quasi dicat omnes actus, qui alijs hominibus sunt cõmunes. excommunicatis sint interdicti vbi de ipsorum quæritur vtilitate, & adde quod dicam infra de sent. excom. decernimus.

Ratione [a] statuit [b] mater ecclesia, quod maioris [c] excommunicationis exceptio in quacũque parte iudiciorum opposita, [d] lites differat, [e] & repellat agentes: [f] vt ex hoc [g] magis censura ecclesiastica timeatur, [h] communionis † periculum [i] euitetur, contumaciæ [k] vitiũ reprimatur, & excommunicati (dum à communibus [l] actibus excludũtur) rubore suffusi ad humilitatis gratiã, & reconciliationis affectum facilius inclinentur: sed hominum succrescente malitia, [m] † quod prouisum [n] est ad remedium, tendit ad noxam. [o] Dum enim in causis ecclesiasticis [p] frequentius hæc exceptio per malitiam † opponitur, contingit interdum differri [q] negotia, & partes fatigari [r] laboribus & expensis, proinde (quia morbus iste quasi communis irrepsit [s]) dignum duximus communem adhibere medelam. [t] Si quis [u] igitur excommunicationem opponit, [x]

[Prima glossa diuidit, & summat.]

¶ Pia.] sex sunt dicta huius decr. Primo ponit arengam & ius antiquum, & constitutionis causam. Secundo dicit, q reus qui contra actorem de excommunicatione excipit, vt ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excõicationis speciem & nomen excõicatoris exprimere, & eam infra octo dies probare: aliàs iudex procedet in causa, & illum in expensis condemnabit. Tertio statuit, q si iterum obijciatur & probetur eadẽ vel alia excõmunicatio, actor repellitur, sed quæ acta sunt, valebunt. Quarto, q vltra duas vices hæc exceptio nõ opponatur, nisi ex causa. Quinto, q si opponitur post rem iudicatam, impeditur executio, sententia nihilominus valet. Sexto dicitur, quod iudex publice excommunicatum reo non opponente ex suo officio debet ab agendo reppellere. Ioan. Andr.

a ¶ Consideratione.] quadruplici, vt inf. sequitur: ibi vt ex hoc &c.

b ¶ Statuit.] sup. eo exceptionem Io. Andr.

c ¶ Maioris.] exprimatur ergo ipsius species, vt infra statuitur.

d ¶ Opposita.] quod fieri potest, non obstante lapsu peremptorij ad proponendas dilatorias assignati, vt in clem eo. tit. excommunicationis.

e ¶ Differat.] nota q ista decret. locum habet solum cum opponitur excommunicatio in vim dilatoriæ, vt infra dicam.

f ¶ Agentes.] sed non defendentes. ĩ. de iudi intelleximus & sup. eo. tit. cum inter. cum similibus.

m ¶ Malitia.] quæ semper crescit. 12. q. 1. omnis ætas 20. q. 3 procliuus.

ADDITIO. Et in authen. de nup. §. mitiores. coll. 4 Hostien.

n ¶ Prouisum.] 45. dist. licet.

o ¶ Noxam.] idest delictum. de hoc sup de regula. cõsulti. in glo. 2.

p ¶ Ecclesiasticis.] & tamen etiam per ciuilem iudicẽ debet admitti talis exceptio, 1 & seruari forma quæ sequitur, vt ĩ. de sen. excom. decernimus.

q ¶ Differri.] contra id est sup. de dolo & contu. fine. ff. si cert. pet. l. quidam æstimauerunt.

r ¶ Fatigari.] contra id sup de app. vt debitus. sup. eod. lib. de offi. ordi. vt litigantes.

s ¶ Irrepsit.] i. latẽter inuasit. C. de epi. & cle. repetita.

ADDITIO. Io. Mo. alleg ff de consti pe. qui autem §. 1. Arch. alleg. 48. dist. cap. vlt 50. dist. quicunque pœnites. 3 q. 1 cap Deus ergo. §. patet ĩ. eo. lib. de pœ. felicis. i. responsu. Io. Andr.

t ¶ Medelam.] nota quod medicamina morbis, &c. ad hoc 50. distin. vt constitueretur, supra de iuram calum. cæterum. in authen. hęc cõstitutio inno. cõsti. quæ, in prin.

u ¶ Si quis.] vel si quis. ff. de verb. sign. l. 1. & dixi sup. e. lib. de elect. generali.

[Glo. seq. soluit tria dubia.]

x ¶ Opponit.] intelligas in vim dilatoriæ: 1 quod per superiora & inferiora probatur. Si n. in vim peremptoriam.

† al. & cõmunionis.

† Petr. de Anch. notat legem necessariã nõ reuocãdi illa abuti cõtingat, aliter maliuis occurrendũ Fon.

† An & qñ maliciose excipiens admittatur vel repellatur docẽt Abbas & Decius in c. licet, de proba.

1 Sequitur Petr. de Anch. & gl istã gl limitatur gl. in versuris. in cle. dispendiosam de iudic. Fon.

1 Idem Inn. Petr. Abb. Bon. & Io. Mo. & Gui. in Specu. de dilat. §. 1. vers. sed & si sub versic. illud quoque & dicebat Abbas hoc patere ex eo quia vim peremptoriæ pot quis proponere.

ur proponitur, vt si dicatur electus excõicatus excõicatione maiori, vel ab excõmunicatis electus, tunc dabit competens dila. - : quia hic perit ius opponentis oppositione non probata, & econuerso, vbi autem differtur, non perit, ad hoc s. de procu. ex insinuatione. Et dic opponat coram quocũque iudice ordinario, vel delegato, ecclesiastico, vel seculari, vt s. dixi. Nec intelligo dilationẽ huius decret. locum habere vbi negatur iurisdi. vt si dicatur impetrãtem rescriptũ p̃ excõmunicatũ. s. eod lib de rescrip. c. 1. ibi. n. non principaliter de actoris persona, vt hic quæritur: sed de iudicis iurisdictiõe, & sic decr. dilatio, locum non habet. [Item nec locum habet qñ excipitur de excõicatione iudicis vel testis: tunc. n. assignabitur dilatio congrua ponderatis circunstantijs, secundum Archi. alleg. no. de procura. dilectus.] Ioan And.

¶ Sed si victim dies esset feriatus, an talis inter octo esset computãdus, docet Fel. in c. fi. de exc.

speciem [a] illius & nomen [b] excommunicatoris exprimat, sciturus eam rem [c] se deferre debere in publicam notionem, [d] quam infra octo dierum [e] spatium † (die in quo proponitur minime computato [f]) probare valeat apertissimis [g] documentis. [h]

Quod [i] si non probauerit, iudex in causa procedere non omittat: reum in expensis, quas actor [k] ob hoc diebus [l] illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione, [m] condemnans. [n]

¶ Si vero postmodũ instantia durante iudicij, [o] &

sciant cuncti. Ber. . quæst. 8. sciant cuncti.

[Gl. seq. reci per obie. q̃ probationis copia, &c. secundo per q. an maior dilatio dari possit. tertio, quærit, & dupliciter soluit: & incidit ex hoc quæstio, quam etiam soluit dupliciter.]

e ¶ Octo dierum.] licet. n. probationum copia non debeat angustari, 14. q. 1. quam quã, quia tñ ista exceptio malitiosè frequenter opponebat, & est odiosa, ideo restringenda fuit potius q̃ laxanda. s. de deci tua. in fi. inf. de reg. iur. odia, cũ suis concord. ad idẽ sup. eo. li. de resti. spo. frequens, & inf. de sen. excom. solet. Si ergo non habet probationes, [2] taceat. q. 7. plerique, & ẽt si sit eps. 6 q. 1. si tñ, & c. placuit. Notat tñ Ber. inf. de sent. excom. solet. [& hic Io. Mona.] quod licet sine causa maior dilatio non debeat dari, in hoc casu tñ cã cognita maior dari poterit, ex illa clausula, si qua mihi iusta causa, &c. ff. ex quibus cau. ma. l. 1. in fi. Sed primum verius vr, [3] cum non pereat ius aduersarij, arg. sup. de proc. ex insinuatione. [Pro hoc facit quia iterato potest opponi vt sequitur, & hoc tenet Franc. inducens etiam rationem; quia istud est priuilegiũ actoris, quod sibi reus infra octo dies non probans cõdemnetur in expensis, quod priuilegium iudex auferre non potest, alleg. 28. dist. de his in fin. Simile quod dicam secundum eum de sent. excom. Romana, super gl. antepen & vide quod dixi sup. eod. li. de offic. ord. Romana ad fi. super glo. licet.] Sed quæres, quare non dantur hic xv. dies sicut sup. eo. lib. de resti. spol. frequens? Dic quod in dilationibus quæ dantur a iure, voluntas est pro ratione, sic. n. poterat xv. vel x. vel ẽt minus dare, & facit quod recitari solet sup. de rescrip. c. si quando. ff. de legi. l. non omnium. [4] Vel dic ſm Host. hoc ideo statutum fuisse, quia de excommunicatione hominis solet & debet fieri instrumentum. inf. de sent. excom. cum medicinalis, sed de spoliatione non, ideo non est mirum si longior ibi data est dilatio, ad hoc. ff. de pig. l. contrahitur. in fi. Sed quare saltem in excommunicatione iuris non statuebãtur xv. dies de qua non fit instrumentum: immo est necesse probare factum? Dic secundum eum, quod idem factum diuersis mensuris metiri non debet, et quod de vno dicitur, de alio intelligi debet sup. de constit. translato, maximè cum circa principale non fiat præiudicium actori. Vel dic verius, vt primo dixi.

[1] Tũc donec videat se habere pbationes promptas quod huic termino satisfieri possit; cũ i qualibet parte litis hoc possit vt in principio ca Io. And.

[2] Id ẽ Phi. similes casus vide p̃ doct. in c. cũ sit, sup. de app & p̃ lmo in l. 2 ff. de iud. Fõ.

[4] Idẽ voluit gl. in l. 1. §. pueritiã. ff. de postulan. Fon.

[3] An sufficiat iurẽ, docet Abbas in c. licet, de proba. & Decius i Rubrica de probat.

ADDITIO Quæ dicta sunt locum habent vbicunque opponatur excommunicatio: etiam si in curia Romana: ſm Host. Io. Mona. & Archi. & Gui in præalle. ver. sed & si vbi, & in ver. pone. inuenies hoc generale in omnibus dilatoriis causarum, quæ ibi vertuntur, quod non datur in illis dilatio extra curiam ad probandum. Et vide ẽt quod scripsi sup de appel. c. 41. in prin. alleg. Hostien. sup de priuileg. cum olim essemus, vel ſm eum de hoc non est nobis quærendum: quia suum sibi consilium in hoc sufficit, de sent. excom. mulieres. §. 1. & c. cum illorum Ioan. And.

[Glo. seq. causam reddit & notat.

a ¶ Speciem] hoc ideo dixit: quia duplex est excõicatio, altera ab agendo repellit, i. maior: altera non, s. minor 3. q. 4. Engeltrudam, in glo. 1. sup. de sent. excõ. si quem, vbi de hoc. Nõ ergo sufficit in genere aliquid proponere, quando quælibet species generis illum non sequitur effectum ad quem proponitur, quia non licet cum alterius damno in incerto vagari. sup. eod lib. de rescrip. cap. 1. de elect. vt quis duas, ff de iniu. l. prætor edixit. [& si dicit lex quod in tanto crimine [de dolo scilicet] non oportet vagari. ff. de dolo. sed & ex dolo. §. fi. & leg. seq.] secus videtur quando qualibet generis species sufficit. ff. de peti. hæred. item veniunt. §. a quo. ff de admin. tut. quidam decedens. §. fi.

[Glo. seq. exponit. reddit causam, arg. ad quæstionẽ, ponit opinionem, & remittit.

b ¶ Nomen.] proprium & appellatiuum, vel saltem nomẽ dignitatis. Nomen autẽ ideo debet exprimi, ſm Ber. vt sciatur an sit ordinarius an delegatus: quia si est delegatus, & excommunicatio illius exhibeatur si ne iurisdictionis delegatione, non statetur tali excommunicationi, de offic. deleg. cum in iure, sed in ordinario hoc non requiritur. Et per hanc literam videtur quod non sufficiat opponenti probare quod actor sit denunciatus excommunicatus. Tamen not. Hostien. sup de offic. deleg. prudentiam, quod credit sufficere ad excommunicationem probandam denũciationem probari. [1] Sed contra hoc est litera infra apertissimis documentis, & adde quod dicam inf. de sent. excom. licet in glo. nota.

c ¶ Eam rem.] id est, excommunicationem.

d ¶ Notionem.] id est, iudicialem notitiam, nomen autem notionis ad eos pertinet qui iurisdictionem non habent, sed habent de quauis causa notionem. ff de iud. ait prætor, in prin. tamen nomine notionis accipere possumus & cognitionem & iurisdictionem. ff. de verbo. sign. notionem. vnde expone, notionem, i. cognitionem, & sumptum fuit hoc verbum C. de prob:

[1] De hac qõne, vide Abbatẽ, Fel. & Dec in c. prudẽtiã, §. sexta, de offi. dele & decisionẽ Rotæ 400. in nouis.

f ¶ Computato.] sic sup. eod. li. de resti. spol. frequens, & ibi vide concor. de hoc.

ADDITIO. In gl. quia dies. Et hic repetas quod not. ibi scilicet vltima die termini probationem fieri posse, qd hic no. Inno. Host. Io. And.

g ¶ Apertissimis] i. indubitatis, & claris. [5] C. de prob. sciant. 2. q. 8. quisquis, & cap. sciant.

h ¶ Documentis.] idest, instrumentis, vel testibus sup. de test. cog. peruenit ff. de fide instru. l. 2.

i ¶ Quod] idest, quam excommunicationem.

k ¶ Actor.] originalis.

l ¶ Diebus illis.] quib ppõsita fuit exceptio quousque proceditur in principali, de procur. auditus.

ADDITIO De dolo & contu. cum dilecti. in fi. Host.

m ¶ Taxatione.] iure præmisso [s. ante condemnationem.] De hoc de his quæ vi metuve causa fiunt. c. vlt.

n ¶ Condemnans] intelligas hoc, nisi errore probabili excusaretur, vt sup. de sent. excom sacro. sup. eod. lib. de elect. c. 1. in fi.

o ¶ Iudicij] per sententiam non finiti. [6] Ad differẽtiam eius quod sequitur inf. sed si post.

[5] Non. n. loqtur de instãtia, q̃ ſm leges perit cursu triẽnij q̃ nõ hẽt locũ ſm cano sup. de iudi. c. pẽ. & dicit hic Host. qd nõ iuris diuersi sumit ex decret. sup. eo. 2. de ap. vt dixi in prædi. decr. pe. Io. And.

a ¶ Probetur.]infra octo dies, vt sup. Io. And.
[Glo. seq. ponit dictum casum diuersum, & ius antiquum signat ɔtrarium ponit opi Host cui respondet.]
b ¶ Duraturis.] & si cum publice excōmunicato fuerit actū licet secus in iudice, sup. de re iud. ad probādū.
Olim processus habitus cū actore excōicato nō valebat vt s. eo. exceptionē alias quare fieret ibi condēnatio expensarū, & ibi de hoc Cōtra. s. eo li. de rescriptis. c. 1. vbi processus habitus cum actore excōicato ipso iure pręter aliquod exceptionis auxiliū nō tenet. Hostien. intellexit d. cre. istā ī occulto excōicato. Sed tu solue, [vt ibi plene dixi.] s. q decretalis hæc locū hēt in ꝓcessu habito coram ordinario, vel corā delegato, qñ excōicat' fuerat actor post interpretationē: illa autē qñ actor erat excōicatus tempore impetrati rescripti.

† De hac re videndu. Fel. ī cap. exceptionē. de except.

probationis copia succedē te de eadem excommunicatione vel alia excipiatur iterum, & probetur: [a] actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere: his quę præcesserunt nihilominus in suo robore † duraturis. [b] Prouisio qđ vltra duas [c] vices hæc non opponatur exceptio: præterquam si excommunicatio noua emerserit: [d] vel euidens & prompta [e] probatio superuenerit [f] de antiqua. [g] ¶ Sed si post rem iudicatam talis exceptio ꝓponatur, executionem [h] impedit: sed sententia, quæ præcessit non minus robur debitum obtinebit. [i] Eo tamen saluo, vt si actor excōmunicatus [k] sit publice, & hoc iudex nouerit, † quandocūque (etsi de hoc reus non excipiat) [l] iudex ex officio † suo actorem repellere [m] non postponat.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro sæculari, & econuerso. Ioan. And.

CAP. II.

CVm quidam [n] sæculares iudices (dum co-

m ¶ Repellere.] si duret iudicium, si autem est finitū, ab executione poterit abstinere. sup proxi. responso.
ADDITIO Idem Io. Mon. sed H. qui tenet processum habitum cum actore publice excōicato & notorio non valere, dicit, q etiamsi executus esset iudex, reuocaret executionē. Hoc non placet, vt not sup. in gl etiā s. Io And.

CVm quidam sæculares.] Primo ponit factum reprehēsibile sęcularium iudicū, contra quos prouidet: ibi, Decernimus. Secunda: ibi, Similiter, prouidet ad casum cōuersum. Et prima pars fuit sumpta ex decr. Alexandri quarti, quia nonnulli, quam alleg. Spec. eo. tit. § secundo, vers. & not. sub versi. Porro, & vide no. infra de immuni. eccle capitulo primo in principio. Io. And.

† Nota q non sequitur, ita: ē publice excōicatus: ergo notorie, § nondum 2. q. 1. Fel. de Anc. Fon.

† Vide Deciū in c. parati. de appel.

CASVS. Titius laicus debebat mihi clerico centum ex contractu mutui: in contractu ipso interueneratiuram, ratione cuius iuri effectus erat de foro ecclesiastico c. fin. de foro competen. conueni eum coram ecclesiastico iudice, qui eum absoluit ab impetitione mea, postea feci cum conueniri coram iudice sæculari: ipse opposuit mihi exceptionem rei iudicatæ, dicendo: tu alias conuenisti me coram iudice ecclesiastico super ista re, qui iudex ecclesiasticus me absoluit: ideo non teneor facere processum tecum, sed peto absolui, & te condemnari in expensis: iudex laicus nolebat admittere istam exceptionem rei iudicatæ in foro ecclesiastico: an sit tibi prouisum de aliquo remedio contra iudicem laicum? Respondet Romanus Pontifex, quod sic: nam episcopus poterit monere illum iudicem laicum vt admittat istam exceptionem rei iudicatæ, & si noluerit eam admittere, poterit ipse iudex excommunicari. Sed quid econtra ponamus, quod ego conueni te coram iudice laico: fuisti absolutus: postea volo te conuenire coram ecclesiastico iudice: tu opponis exceptionem rei iudicatæ; iudex ecclesiasticus non vult eam recipere: vtrum iudex sæcularis possit iudicem ecclesiasticum compellere ad admittendum illam exceptionem? Respondet Romanus Pontifex, quod non, quia minor non habet iurisdictionem in superiorem, sed reus poterit adire iudicem superiorem ipsius iudicis ecclesiastici, vt eum compellat quatenus admittat illam exceptionem rei iudicatæ, puta si iudex ecclesiasticus, qui non vult admittere illam exceptionem rei iudicatæ sit episcopus Pictauien. poterit adiri archiepiscopus Burdegalen. Nota quod iudex ecclesiasticus potest compellere sęcularem in casibus in quibus derogaret iurisdictioni ecclesiasticæ. Nota insuper quod exceptio rei iudicatæ inter easdem personas potest opponi coram quocunque iudice. Et sic patet quod sententia lata ab uno competente iudice, debet seruari ab alio cuiuscunque iurisdictionis sit. Domin cus.

c ¶ Duas vices.] sic 1 in reprobationibus testium sup. de testib licet 3. in appellationibus, & dilationibus sup. de appel. sua nobis. ff. de dilatio l. vlt.
ADDITIO. Bene facit ff. de bo. aucto. iudi. possi. l. vlt. in in fi. Ioan. And.
d ¶ Emerserit.] sup. de offic. deleg insinuante, & facit quod dixi sup. tit. proxi. c. vlt.
e ¶ Prompta.] sup. de testi. veniens 2. sup de test. spol. litteras. §. præterea, vnde dicitur, hodie constat, hodie agamus ff vt in pos leg si is a quo. 1. responso.
ADDITIO. Nec dilationem petit. & idem Host. & Archid. Io. And.
f ¶ Superuenerit] & si opus fuerit, de hoc fidē faciet iuramento. sup. eo. li. de elect. vt circa, §. super hmōi, & sup. eo. pastoralis. Vel dic q non est necessarium iuramentum: ex quo probationem offert Hostien.
ADDITIO. Qui alleg sup. eo. exceptionem, & idem Io. Mona. & Archid.
g ¶ Antiqua.] iam bis ꝓposita, vel dic, ēt nō ꝓposita.
h ¶ Executionē impediet] no. q' merus executor det admittere exceptionem excōicationis. Idem de alijs quæ no. sup. de re iud. quod ad consultationem.
ADDITIO. Quas hic no. Host. & Io. Mon.
i ¶ Obtinebit.] scilicet ac si ille tempore sententiæ excommunicatus non fuisset
k ¶ Excōicatus sit publice.] Host. alleg. hanc literam pro se, ad probandum q decret. ista loquitur de occulto excōicato. Sed ego dico quod litera ista facit solum distinctionem inter occultum & publicum quo ad ostium iudicis, non quo ad alia supradicta. Supplet enim iudex de iure, & de facto 2 notorio non occulto. 2. q. 1. c. Deus omnipotēs § qñ autem. C. qui & aduer. quos in integrum restitutio l. 1. de hoc sup. de postu bonę 2. in glo. 1. In causis autem electionum supplet indistincte de facto, vt 28. dist. priusquam, vbi de hoc, & sup. de elect. cum nobis olim.
l ¶ Non excipiat.] hoc forte timore condemnationis expensarum, de qua hic dictum est sup.
ADDITIO. Propter quem timorem condemnationis expensarum forte non excipit, sed protestatus, vel summo silet, secundum Hostien.

1 De materia glo. vide Abb. in c pastoralis, & cā poss. & proprie.

2 De hoc dicto. gl. vide Alc. cons. 186. inci. nisi col. 2.

[Prima glossa summat.]
n ¶ Cum quidam.] exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro sæculari, & econuerso Ioan. And.
[Glo. seq. ponit regulam, & tres casus exceptos.]

a ¶ Cū

ram eis excipitur de re per eccleſiaſticum iudicem iudicata † in caſu quo ad eũ pertinet cognitio [a] de conſuetudine, [b] vel de iure [c]) recuſent excipientes audire, in derogationem iuriſdictionis [d] eccleſiaſticę & contemptũ: Decernimus, vt per cenſuram eccleſiaſticam ab iniquitate coerceantur huiuſmodi, & ad admittendum exceptionẽ eandem (vbi aliàs de iure debet admitti [e]) a locorum ordinarijs compellãtur. [f]

¶ Similiter eccleſiaſtici iudices (ſi coram ipſis excipitur de re per ſæcularem iudicem iudicata [g]) exceptionẽ ipſam admittant, in his quæ animarũ periculum [h] non inducunt: per ſuperiores. [i] ſuos (niſi fecerint) animaduerſione debita [k] caſtigandi.

TITVLVS XIII.

De præſcriptionibus.

¶ Bonifacius VIII.

¶ In præſcriptionibus ſufficit bona fides, vbi ius commune præſumptio nõ eſt contra præſcribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari: niſi ſit præſcriptio, cuius contrarij non extat memoria. h.d. Io. And.

CAP. I.

EPISCO-

a ¶ Cognitio.] & pronunciatio, quia licet regulariter de qua re iudex cognoſcit, pronũciet, ff. de iud. de qua re. ſup. de cã poſ. cum ſuper, ubi de hoc in gl. vlt. Vbi poſui plures alios caſus, quibus fallit hæc regula, ubi uideas. Tamen interdum cognoſcit quod non pronunciat: pone exemplũ ſup. de reſc. c. cũ contingat. In auditore ſup. de teſta. Raynutius. Itẽ in caſu 5. q. 4. duodecim. 3. qõ. 5. accuſatus, cum ſim.

b [Conſuetudine [Nota, ꝙ conſuetudo dat iuriſdõnem. 9. q. 3. conqueſtus, in gl. antepen. ſup. de foro compet. cum contingat, ſup. eo. lib. de oſt. ord. Romana, & de foro comp. Romana, cum ſimil.

[Glo. ſeq. ponit 7. exẽpla, quib. iudex, &c. Secundo addit tertium caſum.]

c ¶ De iure] de iure cognoſcit eccleſiaſticus iudex inter laicos, ubi hẽt temporale dominium. de iureiu. venientes. ℈. ne cle. uel mon. c. vlt. Itẽ in matrimonialibus & ſpiritualib. cauſis, de ord cog. tuam [1] ſup qui fil. ſint legit. cãm. Et in Eccleſiaſticis criminibus, ut not. ſu. de foro compe. cum ſit, ſup. eo. lib. de fo. competen. cap vltimo. Item cum cauſa delegatur per iudicem ſæcularem. ſ. de rap. in archiepiſcopatu. Item per reconuentionem 3. q. 8. c. 1 §. cuius in agendo. Item inter laicos qui ſunt de familia eccleſiæ, ſecundum quoſdam. 89. diſtin. iudicatum in glo. prima. Vel ubi laicus iudex eſt negligens. ſupra de foro compe. ex tranſmiſſa, & cap. licet ex ſuſcepto ubi de hoc. Et vide qđ ibi no in 1 gl. & qđ ſuper ea dixi. Et quod dicit de iure, ſupple, vel priuilegio conceſſo ab eo qui illud concedere poſſit. iſta enim tria æquiparantur. 100. diſt. contra morem de oſt. ordi. duo ſi. i. ul.

d ¶ Iuriſdictionis] quod Papa pati non debet, ut infra de immu. eccle. c pen.

e ¶ Admitti. ℈. i. ubi eſt idem corpus, ſiue eadem quãtitas: idem ius ſiue cauſa petendi, & eadẽ condõ perſonarũ, & ille qui abſoluitur poſſideat tẽpore litis, alias n. exceptio rei iudicatæ non obſt. [2] ff. de exce. rei iudi. cum quæritur, & l. ſeq. & l. ſi rem meam. & ſ. eo. tit. aduerſario, & põt proponi hæc exceptio ante lit. cõteſt. & poſt. ſup eo lib de lit. conteſta c. 1. ubi de hoc.

f ¶ Compellantur.] ſic ſup eo lib. tit. proxi. licet. de fo. comp. c. 2. inf de ſen. excom. decernimus.

g ¶ Iudicata.] eo caſu quo de conſuetudine, uel de iure ad iudicem ſæcularem cognitio pertinebat, vt ſupra in caſu conuerſo vidiſti.

h ¶ Periculum non inducunt) in his n canon tollit legem. ſup. de præſcr. c ult. ſup. eo li. tit proxi. licet.

[Gl. ſeq. reci. per oõe quare hæc inæqualitas.]

i ¶ Per ſuperiores.] non n. compelluntur per ipſos ſæculares qui tulerunt ſniam: quia minor in maiorem, & c. 21 di inferior. de maio & obed. cum inferior, cum ſimilibus. Minor autem eſt iuriſdictio ſæcularis quam eccleſiaſtica, de maior. & obe. ſolitæ. 96. diſt. ſi Imperator. Io. And

ADDITIO. Et Clem. paſtoralis, de re iud. ad fi. Io. And.

k Debita.] arbitraria, ex quo certa nõ ſtatuitur, de offic. deleg. de cauſis. ff. de iure delib. l. 1.

ADDITIO. Facit de accu inquiſitionis, ℈. reſpon. in fi & tenebitur parti ad intereſſe. ſup. de ſent. excom. ſacro. inf. de immu. eccle. quoniam. Io. And.

† Iungendo cũ verſic. decernim° no illud qđ ponit hic in vltimo notabili: cui addo Feli. in c. paſtoralis de except. in col. pe. vel uum ſuudit ab bas. Font.

1 Adde Calde in conſil. 15. ſub tit. de iudi. de materia gl. vide notata in c. nos iter de purga. can. a ſett. de Anch. Do. Fon.

2 Qñ iſta exceptio non hẽat locũ vide Abbatem & Doct. in ca. nouit. de iud. & Fely in c. 1. de iure iu.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

¶ Dictũ fuit ti. prox. de exceptionib. in genere, per quas eliduntur actiones actorũ, uerũ quia per pſcriptionem & vſucapionẽ repelluntur agẽtes a ſuis intentionibus ſicut ꝑ alias exceptiones: io cõuenienti ordine ponit titulũ de præſcriptionibus. Epiſcopũ.] Primo ponit dictũ rõnẽ interſerẽs. Secundo rationem explicat: ibi, Nam licet. Tertio a dicto, & rõne unum caſum excipit: ibi, Niſi. Præmitte ꝙ epſ ſup ſubiectione eccleſiarum ſuæ diœceſis, & ſup perceptione decimarum fundat intẽtionem ſuam de iure communi, ut in iuribus alleg. in glo. Dominicus.

CASVS Epiſcopus Pictauieñ. detinebat aliquam eccleſiam in diœceſi Xanctoneñ. unde Epiſcopus Xanctoneñ. egit contra Pictauieñ Epiſcopum, & petebat ut iudex declararet illã eccleſiã eſſe de ſua diœceſi, & ſibi deberi iure epiſcopali, Epiſcopus uero Pictauieñ. allegauit præſcriptionem, probauit poſſeſſionem ſuam, & perceptionem iurium epiſcopalium per tempus ſufficiens ad præſcriptionem: ſed non probauit titulum, vtrum bona fides Epiſcopi Pictauieñ. ſufficit ad repellendum Epiſcopum Xanctoneñ a ſua actione? Reſpondet Romanus Pontifex, quod non: ſed vltra bonam fidem oportet quod alleget titulum, & probet, puta, ſi dicat Epiſcopus Pictauieñ. quod Epiſcopus Xanctoneñ cum conſenſu ſui capituli dedit illam Eccleſiam Epiſcopo Pictauien. cum Epõ Pictauieñ. reſiſtat ius commune. Sed ponamus ꝙ eſt materia in qua ius commune non reſiſtit Epõ Pictau. quia Eps Pictauien. poſſedit pratum, uel vineam ſpectantem ad Eccleſiam X.nctõ. vtrum poſſet Eps Pictauieñ. ſe tueri præſcriptione 40 annor. licet non alleget titulum? Reſpondet Rom. Pontif ꝙ ſic: ex quo ius commune non eſt contra ipſum poſſidentem. Sed utrum primum dictum cap ſit verum indiſtincte, videlicet, ꝙ quando ius commune reſiſtit poſſidenti, ꝙ ipſe vltra bonam fidem tenetur allegare & probare titulum ſuę poſſeſſionis? Reſpondet ꝙ non. Nam ſi poſſeſſor probet poſſeſſionẽ centum annorum, non teneatur allegare titulum: quia poſſeſſio tanti temporis habetur pro titulo. Sed qualiter poterit ipſe probare poſſeſſionem tanti temporis, cum nullus inueniatur qui viuat tanto tempore, uel ſi aliqui reperiantur viuere tanto tẽpore, non tñ poſſent deponere de tanto tẽpore: quia anteq̃ aliqui ſciant deponere, oportet ꝙ habeant aliquã ætatem & diſcretionem animi, de hoc dicetur in notabilib. No. primo, ꝙ in præſcriptione currente ℈ Eccleſiam non requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides. Nota, ꝙ cum ius commune

ne est contra præscribentem, in præscriptione et longissimi temporis titulus requiritur, nec sufficit bona fides. No. ꝙ si unus episcopus in diœcesi alterius possideat aliquas ecclesias, non potest se tueri præscriptione, nisi probet præscriptionem, & cum hoc probet titulum, qui præbuit sibi iustam causam possidendi: quia aliàs præsumeretur habere malam fidē: ideo ad tollendum malam fidem, tenetur probare & allegare titulum. Nota, quod qñ ius commune est contra præscribentem, tenetur probare & allegare titulum, & hoc siue agat, siue excipiat, licet aliqui dicant, quod istud verum est quando q̃ p̄scripserat, ceciderat a possessione, & dicebat res illas esse suas ex præscriptione. Nam aliquando p̄scriptio longi tēporis parit exceptionē, sed non actionem, iuxta l. si quis. C. de p̄sc. long temp. in medio legis. Cōis tñ opinio Doctorum est, quod siue agat siue excipiat, si habeat ius cōe contra se, debet probare, & allegare titulum. Nota ulterius quod possessio centum annorum habetur loco tituli, & iste titulus sec. Doct. erit titulus pro suo, qui p̄sumitur ex possessione tanti temporis. Sed quæritur qualiter possessor poterit probare possessionem de tanto tempore, de quo non extat memoria: quia testis debet deponere de eo quod percipitur sensu corporeo, & tenetur rationē reddere sui dicti, in l. solent C. de test. Respondet glo. quod testes deponent de tempore suo, ꝙ tempore suo talis possidebat talem rem, & scimus quod talis possidet, & a suis maioribus audiuerunt, quod talis possidebat talem rem: & sic debet fieri probatio: alijs istud capitulum contineret cōtrarietatem: idem econtra aduersarius poterit probare. Sed quæritur, quib. testibus stabitur? Rñdet, dignioribus, & hoc est expeditum, in c. in nostra. de testi. in antiq.

†De intellectu vide Capyciū i deci. Neapolit. 209. & Cep. in tract. de ser. vrb. p̄dio. ca. 24. & Dec. in c. ne absētes, de cōsuetudine.

pum,[a] † qui ecclesias,[b] & decimas,[c] quas ab eo repetis[d] proponit[e] (licet in tua[f] sint constitutæ diœcesi) se legitimè[g] p̄scripsisse, allegare oportet[h] (cum ius cōe contra ipsum faciat) hmōi præscriptionis titulum,[i] † & probare; Nā licet ei, qui

(Prima glossa summat: dicit vnde sumpta, & quid declaret.)

a ¶ Epm.] In p̄scriptionibus sufficit bona fides, vbi iuę cōe, vel p̄sumptio non est contra præscribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari: nisi sit præscriptio, cuius contrarij non extat memoria, h. d. Tractata fuit hæc decretalis de quadam extrauaganti Gregorij, quæ incipiebat. Venerabilium. de qua facit mentionē Bernardus sup de p̄scri. si diligenti. in vlti. glos. in fi. ad cuius declarationem etiam emanauit, & eorū quæ notant moderni. Io. And.

b ¶ Ecclesias.] quo ad proprietatem & iura ep̄alia.

c ¶ Decimas.] Idest, quartam decimarum, quę debetur episcopo, sup. eo. titu. c. de quarta, uel propriè sup. de deci. quoniam.

d ¶ Repetis.] alteri episcopo loquitur, ut patet per sequentia.

e ¶ Proponit.] per exceptionem præscriptionis non fit litis contestatio, quod dic, vt dixi sup. eod. lib. de lit. contest. cap. 2.

f ¶ In tua sint.] & sic ius cōe facit pro actore. 16. q. 7. omnes basilicę, sup. eo. de quarta, & de deci. dudum.

g ¶ Legitime.] i. spatio quadraginta annor. Minor. n. non currit contra ecclesiam. 16. q. 3. c. iubemus. § quas actiones. sup. eo. de quarta.

ADDITIO. Contra laicum præscribit ecclesia spatio 30. annorum. Tu dic decem. ut dixi sup. eo. illud super 3. gl. Io. And.

h ¶ Oportet.] necessitatem importat, ad idem 3. q. 9. non oportet licet alibi honestatem denotet, 25. q. 1. c. 3. ubi de hoc. [Idem Archid.]

[Glo. seq. ponit 6. opiniones, & septimam dicit approbatam: secundo obijcit, & obiectioni respondet, ponit opinionem quam improbat, & distinguit, per id quæstioni respondet.]

i ¶ Titulum.] circa allegationem & probationem tituli fuerunt opiniones antiquorum, & tales. Primo dixit Io. circa corporalia necesse esse allegari, & probari titulum, sed non circa incorporalia. Sed cōtradicit sibi decre. si diligenti, sup. eo. ut ibi no. ad decre dudum, de deci. rñdebat etiam, vt ibi no. Alij distinxerunt inter corporalia, quę habent causā continuam, & quæ non, ut in primis nō requirat titulus; sed in secundis sic, ī. eo. auditis. ff. si ser. vē di. si quis diuturno. Alij distinxerunt: aut quis agit ex p̄scriptione, aut excipit: si agit, ut 16 quæst 3. ca. placuit. § potest. & C. de præscr. 30. annorum. si quis emptionis, necesse habet titulum probare. Si excipit, ut supra de proba. ex litteris, tunc non habet necesse titulū probare: tum quia nemo cogitur dicere titulum possessionis suæ. 2. quæst. 5. §. 1. (in sum. in gl. fi.). C. de petit. hęre. l. cogi. tum quia non probante actore absoluitur reus. 6 quęst vlti. accusator, ut eccle bene. c unico. C. de probat. actor. ‡ Alij dixerunt quod quocunque modo quis p̄scriptionem obijciat, siue agendo, siue defendendo, tenetur titulum probare, ut sup. eo. si diligenti. Alij dixerunt, & hęc fuit opinio Goffr. in summa huius titu. quod non est necesse probare titulum, nisi quis possideat pro hęrede, uel pro possessore, C. de petit. hęre. cogi. uel nisi sit p̄sumptio ꝯ possessorem. C. de prob. siue possidetis, uel nisi se ad hoc obligauerit, vt sup. de proba. licet, & in hoc casu intelligebāt. sup de deci. dudum. Alij dicebant q̄d olim sufficiebat bona fides. per decr. sup eo. ad aures, hodie req̄rit, titulus sup. eo si diligēti. His oībus opinionib. resecatis, tene q̄d no. Ber. & moderni supra eo. si diligenti, quorum hic approbatur opinio. Sed obiicio, quod decretalis ista, & eius distinctio potius fit de uerbo, q̄ de re: quod esse nō dēt sup. eo. lib. de elec. commissa. § porro, secundū hoc. n. oī casu necesse erit titulum probari, cū p̄scriptio semper sit ꝯ ius: & sic cōtra p̄scribentē semper p̄sumēdum: sed obiectio nō est uera: non. n. est cōtra ius q̄d aliquis in fundo meo seruitutem acquirat, immo potius p̄ter ius. licet n. sit cōtra ius meū, non tñ ꝯ ius cōe, ut probatur de seruit. C. & ff. imputetur igitur mihi, si fui negligens & remissus. sup. eo. uigilanti. Item uoluerunt quidā dicere, ꝙ non est contra ius, ꝙ unus ep̄s in diœcesi alterius sibi acquirat iura ep̄alia: sed ꝙ archidiaconus vel inferior epo sibi acquirat ep̄alia, hoc est contra ius: & ideo sine titulo non præscribitur. Ad hoc 100. dist. ꝯ morem, de exces. p̄lat. accidentib. Sed primum quod de ep̄o dr̄, falsum est, ut hic vides. Ad hoc. 3. q 6 per totum. 9 q. 2. per totum. Dic iudicio meo, & sic breuiter: Interdum ius commune vetat ne præscriptio procedat, & hoc facit interdum rōne rei, interdū rōne personę. Et hos casus habes notatos 16. q. 3 clerici. & per Ber sup. de præscrip. cum non liceat, de his nihil ad nos. interdum ius commune facit pro petitore, & ꝯ possessorem, ut in exemplis hic positis, & in decre. dudum. de deci. & tunc est necesse allegare & probare titulum, ut hic. Ad idem 93. dist. illud. nemo. n. debet uti illis ornamentis nisi probet a principe hoc fuisse concessum. C. de uesti. olob. & aur. l. nemo. C. nulli licere in fre l. vna li. 11. ad hoc 1. Mach. 11. ubi Antiochus dedit Ionathę potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & fibulā auream ferre, sic etiā intelligitur 100. dist. contra morem, quod uerum intelligo tam in excipiente, ut hic, & in prædictis iuribus, quam in agente, ad hoc sup. de restit. spol. ad decimas, eo lib. idem si est p̄sumptio contra ipsum p̄scribentē, ut hic, & 10. q. 3. quia cognouimus. C. de proba siue possidetis, pone exemplum sup. eo. si diligenti. ibi enim ex confessione ipsius archiepiscopi Pisani resultabat p̄sumptio contra ipsum, ubi uero ius cōe, uel præsum-

† An sufficiat titulus putatiuus docēt Abb. & Feli. in c. de quarta & in c. auditis, de p̄scri.

‡ Sed hęc decr. ꝯ docet, ut legitur. Ioan. And.

ptio

ptio non est ꝙ ipsum præscribentē, bona fides sufficit vt hic vides, Pone in terminis: præscribit ecclesia domum meam vel aliam rem meam, ego repeto rē illam, quam se iam ecclesia dicit præscripsisse: est ne intentio mea. iure cōi fundata? certe non: hic ergo præscribenti sufficit bona fides, quia licet illa præscriptio sit ꝯ ius meū, nō tñ ꝯ ius cōe, notabiliter .n. semp. habes hoc verbū, ius cōe. secus eñ in iure priuato. Pone ergo, præscribi psi ꝯ priuilegiatum, priuilegiatus agit ꝯ me, oppono præscriptionē, habeo ne necesse, ꝓbare titulum? Certe nō: q2 ille nō iure cōi, sed speciali fundat intentionem suā. Idē si ꝯ eum q ꝯ me pscripserat, præscribo. & idem in similibus. Cōclude ergo ꝙ vbi petitor fundat intentionē suam de iure cōi, tunc præscribens habet probare titulum: alias nō nisi pſumptio faciat ꝯ ipsum. Et ſm hoc possemus dicere ꝙ quando vna ecclesia petit decimas ab alia ecclesia, quas possidet in tertia parochia, ꝙ ibi sufficiat præscribenti bonam fidem probare: quia licet ius cōe faciat ꝯ præscribentem: non tamen facit pro petente: & sic forte posset intelligi decre. supra eo. ad aures. secundum illos qui dicunt ꝙ per illam decret. sufficiebat solum bona fides. & facit ad hoc ff si ser. ven l. loci. §. vlti. vbi dicitur, ꝙ si domus mea, quæ est iuxta te & Seium debet seruitutem Seio altius non tollendi: te inuito altius tollam: nam licet non habeam ius tollendi propter seruitutem Seij, tu tamen non habes ius prohibendi. Supra dicta sunt vera, nisi sit tanti temporis præscriptio, &c vt sequitur.

rem præscribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium ius commune, vel cōtra eum præsumptio non habeatur, sufficit bona fides: † vbi tamen est ei ius commune contrarium, vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed necessarius titulus, qui possessori causam [a] tribuat præscribendi: † Nisi [b] tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria [c] non existat.

¶ Idem.

¶ *Priuatus ipso iure, vel per sententiam bonis. qua tenet a Romana, vel alijs Ecclesiis, illa minori spatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præscribit. Filij autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam, & alias Ecclesias præscribunt spatio quadraginta annorū & idem in extraneis. Ioan. Andr.*

a ¶ Causam tribuat.] non enim requiritur ꝙ sit iustus titulus, vel talis qui dominium tribuat, ad hoc sup. eo. veniens quia quod meum est ex vna causa, &c. de fide instr. inter dilectos, §. cæterum, in fi. sed aliqualis titulus dat causam præscribendi, de quo dic vt sup. eo. si diligenti.

b ¶ Nisi.] istud, nisi, venit exceptiue ad id qđ dixit sup. de titulo, non ad id quod dixit de fide: quia non prodesset talis pręscriptio cū mala fide, nulla enim antiquadierum possessio. &c. sup. eo. vigilanti. & c. vlt.

[Gl. seq. notat alleg. quinque concor. quærit & soluit. Iterum incidit quæstio quam soluit.]

c ¶ Memoria.] nota pro ijs quæ not. Bern. Ios. & Host. sup. de verb. sig. super quibusdam concor. ff. de prob. si arbiter. 50. dist. mos antiquus. ff. de aqua quotidia. & æsti. l. hoc iure, §. ductus aquæ. 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua pluu. arcen. l. 8. §. vlt. Sed quomodo probabitur tanti temporis pręscriptio? Dico secundum Host. qui hoc no. de verb. sign. qui 1 per nouale, quod dicent testes ꝓ scribentis, si talem habent conscientiam 2. ꝙ semper viderunt & audierunt ita esse: nec vnquam viderunt, vel audierunt contrarium, & ꝙ communis est fuit semper opinio ꝙ sic fuerit: & ꝙ non extat contrarij vel initij memoria 3. si autem contra hoc aduersarius probare vellet; testes sui (si de ipsorum esset conscientia). deberent dicere, quod viderunt tali tempore contrarium, & audierunt a suis superioribus contrarium eius fuisse. Quid ergo si vtraq; pars probat, tunc pferuntur testes magis idonei: & qui dicūt aptiora, sup. de testi. in nr̄a, vbi de hoc & sic illi q. dīt se vidisse ꝯtiū, deberent præferri: cum alij satagant negatiuā. 16. q. vlt. accusator cū suis simil. Materiam huius glo vide plene in Spe. de probat. §. 1. ver. vltimo quæritur. vsque ad fi. §. Io. And.

ADDITIO. Pondera verbū, testes sæpe in hac gl. repetitū. Nam per instrumenta non vr̄ posse probari hęc cōis opinio, vel negatiua, cum nō sit res de qua instrm rogati, vel ꝯfici possit (licet secus sit in negatiua determinata, vt dixi s̄. de ele. bonę 1.) sed ipsius ꝯtrium cum sit actus affirmatiuus bene recipit ꝓbationem per instrm per quod poterit memoria cōtrarij actus probari. Io. And.

CAP. II.

Si qui † [d] (exigentibus culpis, vel excessibus ab eisdem commissis) bonis quæ a Romana, † vel ab alijs tenent [e] Ecclesijs,

S I qui.] Duæ sunt partes quæ patēt. Io. And. præmittit ꝙ vbi pp crimen quis ipso iure vel per sententiam erat priuatus suis bonis, si per aliquem illa occupabantur vel apprehendebantur: præscribebantur ab illo ꝯ eum cui applicari debebant ſm leges: aliquando per annum, aliquādo per aliud tempus secūdum varietatem casuum, vt patet in legibus hic allegatis in gl. Dominicus.

CASVS. Titius perpetrauit delictum propter quod bona sua fuerunt confiscata per sententiam iudicis, vel sine ministerio hominis ipso iure fuerunt confiscata. Ponamus ꝙ Titius tenebat res in feudum ab ecclesia Romana, vel alia Ecclesia, (non refert.) Confiscatis bonis propter delictum suum, certum est quod feuda debent redire ad Ecclesiam: tamen Ecclesia fuit negligens in petendo feuda, quæritur infra quod tempus repellitur ecclesia a petitione feudorum. R̄ndet, qđ Ecclesiæ Romanæ currit solum tempus, & pręscriptio centum annorum: Contra alias Ecclesias currit præscriptio 40. annorum. Sed ponamus qđ pater meus tempore suo fuit hæreticus: sed tamen hęresis sua fuit occulta, certum est quod est incapax possessionis & dominii omnium bonorum, licet esset reputatus catholicus, post; mortem suam fuit detecta eius hæresis, & bona sua fuerunt cōfiscata. ego tenui bona post mortem ipsius: quia Ecclesia non petijt illa bona, vtrum possim me tueri præscriptione 40 annorum? Certe sic, & hoc verū, siue sit Romana Ecclesia, siue alia. Et sic Ecclesia Romana vtitur hic iure communi, videlicet qđ contra Ecclesiam Romanam currit pręscriptio 40. annorum.

Nota primo hic tex. declarātem quid importēt ista verba, ipso iure, quia ꝯcludunt priuationem rei absq; alia prolatione sententiæ, vide gloss. in c. 1. de rescri eo. lib Nota secundum, quod legum humanarum appellatione comprehenduntur leges ciuiles. vide gl. 1. de priuileg. c. 2. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

d ¶ Si qui.] Priuatus ipso iure, vel per sn̄am bonis, quę tenet a Romana, vel alijs Eccle sijs, illa minori spatio cē tum annorum ꝯ Romanam, vel quadraginta ꝯ alias non præscrib t. Filij autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam & alias ecclesias pręscribunt spatio quadraginta annorum, & idem in extraneis. Io. And.

e ¶ Tenent.] in feudum, vel alio modo, vt dicam infra.

a Sec.

Quæ nō ... uā presu ... mē nisi al ... egeē, ita. ... ely. in c. ... fferre. de ... ræsump. ... Alexā. ... onsil. 76. ... ol. 2.

Vide Ab ... atem in ... cum ex ... officij, & ... Fely. in c. ... diligēti ... od. tit. & ... Dec. cons. ... 34. limi... ... ntes & ... ampliātes ... extum.

Idē Do. ... & in fi. vo ... uit gl. in ... ad deci... ... mas de te ... ti. facit ... ex. hic in ... princi. sed ... hi tenet ... glos. per ... ex. hic in ... medio & ... gl. facit ... Barba. cō... ... 55. li. 3. ... & Decius ... consl. 66.

Quæ pro ... prie cadit ... n circum ... uicinos. ff. ... de flu. l. 1. ... bi ęstima ... tione cir... ... cumcolen ... tiū. Io. A.

Vide Fe ... ly. in c. si ... diligenti, ... tit. de pre ... scriptio. ... & Ale. cō ... si. 26. in 5. ... vol. qui te ... nēt testes ... hæc duo ... debere ꝓ ... bare de ... auditu & ... de fama.

† De intellectu Io. Faber. In. fti. d̄ vsuc. §. res fisci.

† Quid intelligatur hic appellatione Ecclæ Romanæ docet Pōtifex in c. ad audientiam sup. eod.

† Notat Pet. de Anch. quod post sententiam iuris, vel hominis facienda est executio: sed, quod declaratoria executionem praecedat c. cum sm. infra eo. de haere. siue illa aeternat res siue personam vel in crimine, laesae maiestatis teneret titulus in bonis ar. not. in l. is conse quenter. ff. fam. il. erc. donec ferat declaratoria. l. eius qui de latore. ff. de iure fisci, et si crimen sit probatum, & notorium, quam probatio non tamen potest sicut inia, vt no. Pet. de Anch. de off. deleg. iudex infra cod. cui addo glo. singularem sm Do. in c. si. de cofessis. infra co. l. l, sed & si. §. si cum. ff. de iuiur. Fon.

† al. ita: Si vero post mortem, &c.

† In vno manuscripto ita: sancimus eos super bonis huiusmodi etiam a Romana Ecclesia in hoc casu non esse, &c.

1 De hac dria v. de Baptistam de S. Bla.

a ¶Per sniam.] vt quia propter ingratitudinem reuocata fuit donatio infra de dona. c. vlt. C. de reuo. do. l. vlt. Ad idem sup. de poe. ad aures. infra de schis. c. vnico.

[Glo. seq. allegando 6. concor. ponit 6. exempla.]

b ¶Ipso iure] pone exemplum sup. de poenis, quibusdam licet ibi quidam dicat contra. §. eos per sententiam ibi priuandos. Ad idem infra. cod. lib. de elect. vbi periculum. §. ipsos insuper, & c. fundamenta. §. quod si secus infra de i coen. felicis. & sup. de sen. excom. graue. ad si in lib. feudo. de feudis non alie. imperialem. §. praeterea. cum simi.

c ¶Videantur] i. vt in auth. de san. epis. §. si quis rapuerit. ad fi. tit per vnam columnam, coll. 9. vnde fuit tractum 27. q. 1. si quis. rapuerit. vbi dr. quod bona corrumpentis, rapientis, vel solicitantis monialem vendicari dent monasterio, sed si postquam crimen notum fuerit, neglexerit Ecclesia per annum petere, tunc applicatur fisco, & facit ff. de diuer. & temp. praescr. l. in olbus, & quod ibi no. Io. Mo. & Archi. alleg. auth. vt cum de ap cog. § generalem. ver. si vero coll. 8. vbi non extantibus filijs agnatis vel cognatis catholicis, defertur ecclesiae, quod si per annum petere negligat: defertur fisco Io. And.

sint per sententiam, [a] vel ipso iure [b] priuati: Statuimus, vt in apprehendendis † vel occupandis postea quandocunque bonis eisdem, nullus (licet leges humanae super hoc alia tempora statuere videantur [c]) ipsis Ecclesijs temporis lapsus obsistat: nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, [d] vel contra Ecclesias aliàs quadragenaria [e] praescriptio legitime [f] sit completa. [g] ¶ Si † post mortem haereticorum: qui dum viuerent catholici putabantur [h]: bona ipsorum a catholicis [i] eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque [k], spatio quadraginta annorum fuerint bona [l] fide possessa: Sancimus † eos super bonis huiusmodi etiam si ad Romanam peruenire deberent Ecclesiam; in hoc casu [m] non esse ulterius molestandos: quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc [n] deregantur haeretici [o] extitisse. †

ADDITIO. Bona ad Ecclesiam delata aliquando peti possunt intra annum, vt tangit haec glossa. Aliqua iura videbantur dicere de quinquennio. C. de appel. leg. 2 & de haeret. Manichaeos. & quod ibi nota in 3. gl. Alia videntur dicere de quadriennio. ff. de diuer. & tempo. praescrip. inter quattuor. C. de quadrien. praescrip l. 1. Ioan. And.

d ¶Centenaria.] 16. q. 3. nemo. de praescrip. si diligenti, & cap. cum nobis. & ibi notatur qualiter probetur tal s praescriptio.

e ¶Quadragenaria.] 16. q. 3. cap. iubemus. §. quas actiones, supra de praescrip. de quarta, & c. ad aures. cum similibus.

f ¶Legitime.] supra c. prox.

g ¶Completa] vt subducantur tempora schismatum, vacationum, hostilitatum, & similia, sup. eo. c. 1. & c. ex transmissa. & c. cum nobis.

h ¶Putabantur] in alijs igitur haec praescriptio locum non habet. ad hoc sup. de praesum. nonne.

i ¶Catholicis.] bene dicit: quia secus si essent haeretici: illi enim nihil possunt possidere. 23. q. 7. per totum: & dist. quo iure ergo nec praescribere, quia praescriptio sine possessione non procedit, supra de probat. ex litteris supr. co. causam. de vsucap. sine possessione. infra de reg. iur. cap. 3.

k ¶Quibuscunque.] dum tamen catholicis, vt supra.

l ¶Bona fide.] credebant patrem vel testatorem fuisse catholicum: & sic iusto titulo in ipsos eorum bona transijt.

m ¶In hoc casu.] nota specialem causam in quo quadragenaria praescriptio currit contra Romanam Ecclesiam, & fungitur vice aliarum ecclesiarum. Vide quod no. 16. q. 4. volumus in gl. antepe. & quod not. de capel. mon. dilectus. & quod ibi dixi per quod decido, quod hic not. Archi. Sic omnes Ecclesiae gaudebant priuilegio centum annorum. C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinum.

n ¶Nunc.] scilicet tempore quo Ecclesia vult bona vendicare, illi referatur ad verbum, delegantur, vel nunc, scilicet tempore mortis tuae, si respiciat verbum, extitisse, al. às est in littera, tunc, & clarius.

[Gl. seq obijcit & soluit.]

o ¶Haeretici.] sed nonne tales damnantur: & ipsorum memoria etiam post mortem, vt hic, & 23. q. 2. c. vlt & infra de haere. si quis Episcopus. ergo & bona intelliguntur esse damnata, cum sint accessoria ad personam. C. de bo. proscrip. auth. bona, in fi & l. fi. in fi. Et facit quod not. de cle. coniu. quod a te. Sol. speciale est in casu propter bonam fidem ipsorum catholicorum haeredum, qui tanti temporis s. 40. annorum praescriptum sibi dominum quaesiuerunt: aliàs locum haberent contraria: nam etsi aliam rem ecclesiasticam praescriptibilem bona fide tanto tempore posse dillent, praescripsissent: ergo & illa bona praescribent.

ADDITIO. Nisi haec constitutio emanasset parum iuuaret haec ratio. In re enim Ecclesiae praescribebatur Ecclesiae, quae neglexit petere. Sed hic ante pronunciationem nulla negligentia, vt dixi super vers. sancimus.

† sio in repetitione & rubrica decr. q. 25

† Vide Zachinum, tract. de haere. c 14 & 25. Mar filiis sing. 307. inci. Bona delinquentis & Anto. Gom. to. 3 varia. re solut. c. 14.

2 Vide Carrerium tractat. de haret. Sq. llacentem tract. de fi. de cathol. c. 54. & repertorii inquisitorum verbo bona.

† De intellectu vide Abbatem in d. ca. 1. de off. ordi. & Bal. in l. fi. C. de poe. iu, quia male, iud.

TITVLVS XIIII.

De sententia & re iudicata.

¶Innocentius IIII. in Concilio Lugdunensi.

¶Iudex, qui contra iustitiam & contra conscientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis, per gratiam, vel per sordes: condemnandus est parti laesa in aestimationem litis, & per annum est suspensus, & perbetuo si medio tempore ingeras se diuinis, nisi Papa cum ipso dispenset. Io. And.

CAP. I.

Cum † aeter-

DE SENTENTIA ET RE iudicata.

¶Visum fuit supra per discursum titulorum praecedentium, de iudicijs, & praeparatorijs iudiciorum, & de allegationibus & defensionibus partium. Et quia postquam partes allegauerunt & proposuerunt totum id & quicquid proponere & allegare voluerunt, superest solum sententia, & appunctamentum iudicis: ideo ad nos informandum posuit rubricam, de sententia, & re iudicata.

Cum aeterni.] Diuiditur in quattuor partes secundum Ioan. Mona. Primo ponit prooemium. Secundo dat formam sententiandi, supple, & procedendi: ibi, Caueant. Tertio contra facientem suspendit. ibi, Si quis Quarto non seruantem suspensionem punit multipliciter ibi, Scituris. Io. And.

¶Pro intellectu huius cap. praesupponendum est quod habetur in l. vlt. ff. de var. & extraord. cogn. & Insti. de oblig.

obli g. quæ ex quasi delic. nascuntur, videlicet, quod iudex si per imprudentiam malè iudicauerit, tenet parti quam læsit, secundũ q̃ bonum, & æquum iudici videbitur, & dicitur facere litem suam.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ summa, puta in centum, conueni te coram iudice competenti, tu per pecuniam, vel preces amicorum tuorum corrupisti iudicem, intantum, q̃ ipse tulit iniquam sententiã ɔ̃ me, & te ab impetitione mea absoluit; cõtra tñ suam conscientiam, & iustitiam, quæritur an sit aliqua pœna puniendus? Respondet Rom. Pontif. quod sic: nam vltra pœnas legales, est mihi cõdemnandus in æstimationem litis: & insuper est suspensus per annum ab officio: & si pendente illo anno se immiscuerit, incurrit irregularitatem, a qua non poterit nisi per Romanum Pontificem absolui.

Psal. 36.

ni[a] tribunal[b] iudicis illum reum[c] non habeat, quem iniustè iudex[d] condemnat[e] testante Propheta: [f] Nec damnabit:[g] cum cum iudicabitur illi;[h] Caueant ecclesiastici[i] iudices, & prudenter attendant, vt in causarum processibus[k] nil vendicet odiũ,[l] vel fauor † vsurpet, timor exulet, præmium aut expectatio premij iustitiam non euertat,[m]

† Facit c. 1.15. q.7. & c. de ecclesiasticis. 25. q. 2

Nota primò principium huius c. quod iudex debet iudicare magnum, vt paruum, senem ut iuuenem, in capit. nouit, de iudi. in antiq. ita vt apud eum non sit aliqua acceptio personarum. Nota vlterius, principalem effectum huius c. videlicet, quod iudex malè iudicans contra iustitiam & conscientiam, incurrit uarias, & diuersas pœnas, hic contentas. No. quod istæ pœnæ imponunt iudici q̃ male iudicauit vltra pœnas legitimas, id est a legibus indictas, ut in cap. at si clerici, de iudi. in antiq. Not quod iudex male iudicans primo efficiatur infamis infamia iuris, quæ ipsum repellit a testimonio, & à dignitate, ita quod non poterit esse iudex nec aduocatus nec alium accusare. Item non facit querelam ubi aliàs locum haberet. Item locum facit querelæ, ubi alias non haberet locum querela. Nota, quod iudex male iudicans suspenditur ab officio per vnum annum, & si pendente illo anno se immiscuerit diuinis, incurrit irregularitatem, a qua non potest absolui per alium nisi per Papam. Nota sex requisita ad hoc q̃ iudex male iudicans incurrat pœnas hic contentas. Primo requiritur quod ipse iudicet contra iustitiam: secus si iudicaret contra conscientiam, dum tamen secundum iustitiam. Secundo requiritur quod ipse iudicet contra conscientiam. Tertio quod sciat quod malè iudicat si autem credebat bene iudicare, tunc non haberent locum omnes istæ pœnæ: tamen iudex teneretur ad æstimationem litis, vt instit. de obligat. quæ ex quasi delic. nascunt. circa princip. Quarto requiritur quod iudex hoc fecerit in grauamen alterius partis: ideo si iudex iudicet contra conscientiam, & contra iustitiam, sed non in læsionem alterius partis, non haberent locum istæ pœnæ. Quinto requiritur quod ipse fuerit motus ad iudicandum malè per sordes, id est, per pecuniam, gratiam, vel preces alterius, vel fauore, vel odio. Sextò requiritur, quod ipse grauet partem in faciendo, secus est in negligendo. Istud quidam notant in verbo, fecerit: quia cum illa constitutio sit pœnalis, debent ponderari omnia verba ipsius: ideo dicũt quo: requiritur factum iudicis, secus ergo si iudex aliquid omittat. tunc enim non teneretur hic contentis, licet iudex bene teneretur ad interesse partis. Nota vlterius ex isto textu iuncta glos. quod iudex debet iudicare secundũ allegata & probata vtrum autem possit iudex iudicare contra cõscientiam priuatam, tractatur in c. pastoralis, de offi. & pote. iud. deleg. in ant. q. Et dicunt aliqui, q̃ si iudex habeat conscientiam informatam ex actis, dẽt iudicare secundu illã cõscientiam: sed si habeat cõsciẽtiã cõtrariã conscientiæ informatæ ex actis, nullo m̃ õ debet iudicare secundum illam conscientiam. Dominus autem Siculus Barbatia tenet, q̃ iudex debet semper iudicare secundũ allegata, & probata, non agit secundũ conscientiã priuatam. & dicit, quod si iudex habeat conscientiã priuatam contrariã conscientiæ informatæ ex act. s, debet deponere illam conscientiam priuatam, & se conformare actis iudicialibus. Nã dixit quod iudex debet credere, & semper gerere in mente, quod diabolus fecit sibi illã conscientiam priuatam, & quod opposuit sibi phantasmata, quæ tamen non sunt vera, vt ipse iudicaret. Nota, quod condemnatus iniustè per iudicem, non censetur condemnatus apud Deum, de hoc de senten. excomm. a nobis, §. nos igitur ibi, propter q̃. Et cum hoc nota, q̃ licitum est arguere a dictis prophetarum. No. q̃ appellatione causæ comprehenditur etiam sententia, q̃ nota, quia facit q̃ procurator constitutus ad causam, videtur etiam constitutus ad sententiam. Dom.

[Prima gloss. summat.]

a ¶ Cum æterni.) iudex, qui contra iustitiã, & contra conscientiã aliquid in iudicio fecerit, in grauamen partis, per gratiam, vel per sordes: condemnandus est parti læsæ in æstimationẽ litis, & per annum est suspensus, & perpetuo, si medio tempore ingerat se diuinis, nisi Papa cum ipso dispenset. Io. And.

a ¶ Æterni.] id est, Dei patris sup. de Sum. Tri. c. 1. in prin. ADDITIO. Arch. alleg. 32. di. erubescant. in fi. 11. q. 3. custodi. 9. q. 3. aliorum. Io. And.

b ¶ Tribunal.] γ idest locus in quo ius redditur, vel ubi pro tribunali sedet iudex, qui aliàs forus vocatur, sup. de uerb. sig. forus.

γ Vide S. Tho. 3. par. q. 59. ar. 1.

c ¶ Reum.] a reatu: non enim qui accusatur statim reus est, sed qui conuincitur criminosus, 15. q. vlt. c. vlt. de uerbo. sign. forus.

d ¶ Iudex.] humanus, id faciens errore uel dolo, & in eo quod male iudicat, non est iudex: cum non sit in eo iustitia. 23 q. 2. c. 1.

e ¶ Condemnat.] fuit hoc sumptũ. 11. q. 3. & si ad tempus, & hoc est iõ, quia iudiciũ Dei innititur veritati, quę nec fallit, nec fallitur: iudiciũ hois opinioni, quę fallit, & fallitur, de sent. exc. a nobis.

f ¶ Propheta.] Dauid in Psal. 2 Noli æmulari.

2. *Ps. 36.*

g ¶ Damnabit.] Deus.

h ¶ illi.] idest contra illum: idest, cum fiet iudicium de illo: & sunt hæc uerba 24. quæstione 3. non in perpetuum.

ADDITIO Et ibi exponitur Io. And.

i ¶ Ecclesiastici.] i. sæculares non ligat: cum nec pœna inferius posita illos ligare possit, & facit sup. eo. lib. de ele. indemnitatib. in fi.

k ¶ Processibus.] quibuscunque. sup. de prob. quoniam contra falsam.

l ¶ Odium.] priuatum. sup. de testi. quotiens. [Ad idem 3. quæst. 7. iudicet, 15. quæst 7. cap. 1. 23. q. 4 cap. 1. & c. ea vindicta, in prin. facit 11. q. 3. ita enim, &c. iudicare. 3. q. 5. omnes qui, secundum Archi.] 86. distin. odio. 23. q. 4 duo ista.

ADDITIO. Ad idem 1. q. 1. odit, 14. q. 1. odi; hęc quattuor iura probant q̃ licet odire vitia. Et dicit Archi. de tali odio loquitur Psalmista Psalmo 138 ad fi. Perfecto odio oderam illos. Admittitur etiam odium culpę, quo inducta est præscriptio ad negligentiam puniendam, sup. de præscr. uigilanti. Io. And.

m ¶ Non euertat.] hæc n. quattuor humanum solent peruertere iudicium. 11. q. 3. quattuor, & ueritatem interesse, sup. de test. quotiens; & c. licet ex quadam. (Et illa quattuor his uersibus comprehenduntur.

Quattuor ista, timor, odium, dilectio, census,
Sapè solent rectos hominum peruertere sensus,

ADDITIO. Dicit Io. Mon. quod quidam addunt quintum. s. ignorantiam sup. de temp. ord. vel non est compos. & alij sextum. s. negligentiã, inf. de homic. pro humani, lib. 6 Io. And.

a ¶ Stateram.] 24 q. 1. non afferamus, qui in rectè iudicat, stateram in manu gestat, ac. dis. ois. qui, & ita magnum iudicabit, vt paruum de iud. nouit, licet in pęnis deseratur dignitati, & personæ, sup. eo. lib. de offi. deleg. c. 1.

iustitiam. Tertiò, ꝙ in grauamen partis. Quartò, ꝙ in iudicio. Quintò, ꝙ faciat per ignorantiam: sed in hoc opinio, ut dixi circa tex. Sextò, ꝙ per gratiam, vel sordes, altero deficiente cessit pœna. Arg. ff. de ver. oblig. si quis ita stipulatus. Io. And.

sed stateram [a] † gestent in manibus, lances appendeant æquo libramine, [b] vt in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis [c] sententijs & ferendis [d] præ oculis habeant solum Deum: [e] illius [f] imitantes exemplum, † qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, ut secundum eius imperium iudicaret. ¶ Si quis autem iudex ecclesiasticus ordinarius, [g] aut etiam delegatus, famæ suæ prodigus, [h] & proprij persecutor honoris, contra conscientiam, † & contra [i] iustitiam in grauamen [k] partis alterius in iudicio [l] quicquam fecerit per gratiam vel per sordes; [m] ab executione officij [n] per annum [o] nouerit se suspensum, ad æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnandus. [p] ¶ Sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se † diuinis, [q] irregularitatis [r] laqueo se inuoluet secundum canonicas sanctiones: a qua [s] non nisi per summum [t] Pontificem poterit liberari, saluis alijs constitutionibus, quæ iudicibus male iudicantibus pœnas ingerunt & infligunt [v] Dignum est enim, vt qui

b ¶ Libramine.] sic & contrahentes iustas mensuras, & pondera debent habere, supra de emp. & vendi. c. 1.

c ¶ Concipiendis.] hoc quo ad scripturam, & pronunciationem ipsarum.

d ¶ Ferendis.] hoc quoad prolationem verbalem, ad hoc j. eo. c. ult.

e ¶ Deum.] a quo sicut iudicabunt, iudicabuntur. C. de iud. rem non nouã, & remetientur, in qua mensura fuerint mẽsi, vt de pœn. & rem. cum ex eo.

ADDITIO. De accus. qualiter. 1. Io And.

f ¶ Illius.] Moysi Exo. 32. & habes idem 11. quæ. 3. sum mopere.

g ¶ Ordinarius.] fallit in ep̃is 1 qui aliqua suspensionis canonis pœna non comprehenduntur, nisi de ipsis caueatur, inf. de sen. excom. quia periculosum, & sup. e. lib. de ele. si compromissarius, §. huiusmodi.

h ¶ Prodigus.] sic sup. de accu. c. vlt. & sic crudelis est, ẽt si conscientiæ suæ confidat. 12 q. 1. nolo.

i ¶ Et contra.] no. ista duo sic copulat. vtrunq; n. requiritur ut locum habeat pœna. Non. n. ſm conscientiam simpliciter iudicare debet: sed informare debet eã secundum allegata, & probata, de hoc 3. q. 7. iudicet, sup. de off. deleg. pastoralis, §. quia vero.

k ¶ In grauamen.] Ecce tertium quod requiritur, ut locum habeat pœna.

[Gl. seq. quærit, ponit opi. quam determinat, finis soluit aliam quæstionem.]

l ¶ In iudicio. 2] quid de arbitro: nunquid hæc pœna in ipso locum habebit? Dic sec Goff & Ber. ꝙ non: quia de ordinario delegato hic tantum cauetur, & hæc est pœna: & sic non amplianda, de pœnit. distin. 1. pœnæ. inf. de reg. iur. o ia, & c. in pœnis, quod est verum secundum Hostien. Io Mona. & Archi. si sit arbiter cõpromissarius, secus si in locũ ordinarij uel delegati succedat. Ad hoc sup. eo lib. de offi. deleg. ab arbitris. Et eadem ratione dixit Host. quod non credit hanc pœnã in auditore vel in mero executore locum habere: cum & hi non sint iudices, sup. de off. dele. super quęstionũ, §. 1. & § verum.

ADDITIO. Idem Io Mon & Archi.

m ¶ Vel p sordes.] hoc est quartũ quod requiritur, ut locum habeat pœna hæc. Et dicitur fieri per sordes, si prece, pretio, timore, uel odio, iudex corruptus sit, & iõ de his fecit superius mentionem.

ADDITIO. Apertius dici potest, quod sex sunt, quæ requiruntur, ut iudex incurrat hanc pœnam. Primo, quod contra conscientiam. Secundo, quod contra

[Glo. seq. quærit & opi. ponit. Host.

n ¶ Officij.] quid de beneficio? Dicit Hostien. ꝙ quia pœnæ sunt restringendæ, hoc ad beneficia nõ extenditur. si. n. Papa hoc voluisset id expressisset, de deci. ad audientiam. In suspensione autem hominis posset habere locum, ꝙ suspensus ab officio, & a beneficio. Huius directè no. contrarium Ioã. 32. dist. preter hoc. & facit quod dixi sup. eo. lib. de elect. quia sæpè, & quod not. de appe. pastoralis, in fi. plenius in Clem. de pœn. cupientes.

ADDITIO. In gl. nota nouam, in fi. vbi etiã inuenies quod ibi no. Io. Mon. & Archi. Io. Andr.

o ¶ Annum.] ex tũc inchoandum. sup. e. lib. de elect. cupientes. § cæterum. Quid si annus fuerit bissextilis? Dic ut no. 55. distin. ca. 2 sup. de uerb. signi. quæsiuit. §. 1.

ADDITIO. Host & Io. Mon. hic tenent, quod si incurrat in anno bissextili abstinebit 366. diebus. cum hic agitur de facto annuæ, vnde sequendum est certius, alleg. de spon. iuuenis, de cler. excom. illud Io. Andr.

p ¶ Condemnandus.] C. de pœn. iu. qui ma. iud. l. vlt. & infamis est. ut ibi, ff. de iud. si filiusfam. & iure Authenticorum condemnatur in triplum, si ciuilis sit causa, si criminalis, punitur in confiscatione propriç substant: ę: & in exilium mittitur, in Authen. Vt lit. in exor. li. iurent §. si quis autem posita. C. de pœ. iu. qui male iud. Authen. Nouo iure. Si autem per imprudentiam iudex male iudicauerit, tenetur ex quasi maleficio, inquantum bonum & æquum visum fuerit iudici, ff. de var. & extraord. cog. l. vlt. Instit. de oblig. quę ex quasi delic. in prin.

ADDITIO. Vide quod no. 2 q. 6. hoc etiam, in glo. fin. & an hæc secunda pœna locum habeat in arbitro, uide in Spec. de arbitris, §. 1. versũ. sed & si, & versi. sequenti, Ioan. And.

q ¶ Diuinis.] officijs, nec dicit de beneficijs, ſm Host.

r ¶ Irregularitatis.] de qua dicetur inf. de sen. exc. cum medicinalis. Io. And.

s ¶ A qua.] irregularitate, aliàs a quo. s. laqueo.

t ¶ Per summum.] est. n. de casib. reseruatis, vt 11. q. 3. si quis ep̃s damnatus, & c. seq. de sen. exc. cum illorum. & de hoc de cler. excom. mi. clerici.

ADDITIO. Idẽ dicit hic Inn. de corpore uitiatis, & illegitimè natis, & pęnitẽtib. & bigamis. & sic seruat Ecclesia Rom. ſm eum: & hoc dictum noluerunt Host. & Abbas & Host. alleg. de cor. uit. c. 1. de big. c. 1. 2. & 3. 51. di. qui in aliquo. de illegitimè natis expeditum est s. e. li. de fil. presb. c. 1. Io. And.

v ¶ Infligunt.] nec miteris, si de uno delicto plures pœnas uolumus irrogari: dignũ est. n. &c. & ita continua, & facit ꝙ no. de iurat. clerici, in gl. pen.

† Prou. 11.

† An sit exemplis iudicãdũ, vide Fely. ca. 1. de p̃sumpt. & Doct. in l. nemo, C. de sen.

† Vide B. Th. 2. 2. q. 64. ar. 6. 3. argu. & eadẽ parte, q. 67. articulo 2. Abb. & Fely. in c. pastoralis, de off. dele.

1 Licet grauius peccent, c. cũ quidã, de iureiu. c. bõ Christianus, & c. p̃cipuè, 40. dist. & c. qa tua, 11. q. 3.

2 Istã gl. sequuntur D. Phi. D. tñ in honorabilib. app̃sone iudiciũ venirent arbitri. gl. in verbo, iudices, in c. 1 in princ. sup. eo. de consc. Fõ.

† Suspẽsus ingerens se diuinis an & qñ sit irregularis, uide gl. in c. is cui, de sẽtẽ. exc. eo. lib. & Dñicũ in c. si de cle. excõ. & Rob. in tetu de sen. excõ. decis. 3. in antiq.

a ¶In tot.]s.in Deum iustitiam,officij debitum,humanam naturam: quia contra proximum est corruptus & sic nec Deum timet, nec hominem reueretur. Et facit sup.de crim fal.cap.1.

ADDITIO. Et inf.de app.cordi.in fi.Io.And.

b ¶Poena multiplici.] & sic fit approbata illorum duorum doctorũ legum opinio, qui dicebant in præall. legibus omnes poenas habere locum.

ADDITIO. Alleg. Host.13.dist duo mala,94. dist si quis autẽ.4.dist.factę sũt de celebra.mis.de homi ne.& de vita & honest.cleric.vt clericorum.Io.And.

in tot[a] præsumit offendere, poena multiplici[b] castigetur.

¶Idem sacro præsente Cõcilio, ad memoriam sempiternam.

¶ Papa Imperatorem deponere potest ex causis legitimis.h.d.secundum Paulum.

CAP. II.

AD Apostolicæ[c] dignitatis: & infra.

¶Sanè cum dura guerrarũ commotio nonnullas professionis Christianæ prouincias diutius afflixisset, nos ad Fridericum † præcipuum[d] principem sęcularem huiusmodi dissensionis, & tribulationis auctorem, a felicis recordationis Gregorio Papa IX. prædecessore nostro, pro suis excessibus[e] anathematis[f] vinculo innodatum, speciales nuncios, & magnæ auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres P.Albanen.& H.†Sabinẽ. Episcopos, ac dilectum filium Guilelmum basilicæ xij. Apostolorum Presbyterum Cardinalem, qui salutem zelabantur[g].

AD Apostolicæ.] CASVS. Orta fuit controuersia inter Romanam Ecclesiam, & Fridericum Imperatorem. Nam cum ipse Fridericus Imperator plures excessus commisisset, Papa eum citauit, seu citare fecit, vt certa die coram se compareret qui Fridericus noluit comparere: quare Papa eum reputauit contumacem & pro contumacia sua illum anathematizauit, idest excommunicauit cum sollemnitate. Nam Papa induit vestimenta papalia, & coram duodecim Episcopis indutis vestimentis Episcopalibus, qui habebant quilibet vnum cereum in manu, protulit sententiam excommunicationis in ipsum Fridericum, & quilibet Episcopus proiecit suum cereum in terram, & cum pedibus conculcauit, in signum maledictionis æternæ. Cum istud deuenisset ad notitiam Friderici Imperatoris, ipse indignatus habuit guerram contra Romanam Ecclesiam, & Prælatos Ecclesiæ. Et cum Prælati Ecclesiæ vocarentur ad Concilium Papæ, ipse Fridericus cum suo exercitu accepit 22. galeas oneratas Prælatis, qui ibant ad Concilium, quos Prælatos idem Fridericus incarcerauit, quod cum relatum esset Papæ, ipse Papa mitit ei duos Episcopos & vnum Cardinalem in textu nominatos, vna cum articulis, vt in litera continetur. Vnde Fridericus Imperator noluit acquiescere dictis illorum trium, propter quod indignatus Papa, & habito consilio cum suis Cardinalibus dictum Fridericum priuauit Imperio, & regno Siciliæ, quod regnum dictus Fridericus tenebat in feudum ab Ecclesia, mandando insuper Electoribus Imperatoris, vt alium Imperatorem eligerent, quod fecerunt ipsi Electores. Et sic durante vita ipsius Friderici, fuerunt duo Imperatores electi.

ADDITIO. Refert hic Frãciscus, ꝙ ipse Fridericus post depositionem tenuit regnum, & eo mortuo filius eius Cõradus, & eo mortuo, alter filius Mãfredus. Et hæc fuerunt tempore Alexad IIII. & Vrbani Demum Clemens IIII. dedit regnum Domino Carolo fratri regis Frãciæ, qui bellum habuit cum ipso Manfredo, in quo mortuus est ipse Manfredus. Deinde Corradinus filius dicti Corradi, dicens regnum ad se spectare, intrauit Apuleam viriliter, & potenter: & ibi deuictus, & captus, per dictum Carolum decapitatus fuit. Io And. Nota ꝙ collatio regni Siciliæ spectat ad solum Papam: prouidet tamen cum consilio Cardinalium. Dominicus.

[Prima glossa diuidit, & summat, secundo rñdet per duas qõnes, scilicet, quare dicat superscriptio de præsentia concilij, & quare de memoria sempiterna.

titulum & rem sibi fuisse traditam, 1 & bonam fidẽ habuisse tpe emptionis & traditionis [qđ pŕsumitur. 2 nisi contrarium probetur] & quod credat modo venditorem vel donantem tpe contractus dominum non fuisse, aliàs Publiciana non ɔpeteret. Et formatur libellus: peto talẽ rẽ mihi restituere dñij, vel quasi: hoc est dicere quasi dominij. ac si vsucepissem, ꝙ non vsucepi: & de sola cõsuetudine admittit talis libellus sub disiunctione: vñ dicere deberet. Peto talem rẽ iure quasi dñij, qa modo certus ẽ reus. In supradicto aũt libello, quamcunque partẽ disiunctè probauerit actor, obtinebit ſm formam petitionis. Et si deficiat in vna, & absoluatur reus, postea poterit intentare alteram partem disiunctè, non obstante exceptione rei iudicatæ: 3 quia hæc est modo alia cã, quã prima, supra de cau possess. c. vlt. & de hoc Insti. de Act. §. aliæ. sicut cum in iudicio peto rationem tutelæ, & prosequor alteram speciem tantum: licet fiat absolutio in illa specie vel simpliciter, nihilominus alias species postea prosequi potero, si excipias de re iudicata, te replicatione doli repellam C. de iudic licet. Sed ei quod dictum est, qđ mala fides tradentis non nocet accipienti rem bona fide quominus vsucapiat, ɔ̃tiicit C. de præscri. longi. temp Authen. Malę fidei, q̃ dicit, in malæ fidei possessore alienante, cessat longi temporis præscriptio Dic qđ licet prædictæ leges corrigantur per Authen. vt bona fides tradentis exigatur: nihilominus quod de Publiciana dr̃, locum habet, vt qui rẽ habuit bona fide & iusto titulo, licet tradens habeat malam fidem, & licet accipiens vsucapere non possit pp malam fidem tradentis; tamen à quocunque possessore præterquam à domino Publiciana rem vendicabit. Contra dominum autem non currit præscriptio, licet tradens habeat bonam fidem. Distinguitur tamen vtrum dominus sciuerit suam rem taliter alienatam: & tunc currit ei præscriptio longi temporis, nisi res esset furtiua: quia tunc non currit ei præscriptio pp vitium quod ei adhæret. Si ignorauit, pŕscriptio longi tp̃s ei non currit; præscriptio aũt longissima bene currit. vt in prædicta Authentica, malæ fidei, hoc ergo nõ vetat Authen. quin locum habeat Publiciana, licet fuerit mala fides tradentis. 4 Sed ad hoc vt longi temporis præscriptio locum habeat, requiritur tradentis & accipientis bona fides secundum Leges, ſm Canones verò sola præscriptio 40 annorum locum habet, & semper cum bona fide, s̃. de præscri. c. vlt. Ber. cuius fuit hæc glo licet non per oĩa ad literam, quam hic pp suas remissiones posui quas alibi facit ad eam. Et videa qđ sentit Ber. talem libellum de consuetudine admitti: & satis esse pt, cum cõsuetudo sit optima legum interpres, s̃. de cõsue cum dilectus, & hoc ẽt no Guil. in Spec. de caus. pos. & proprie. §. notandum. ver. aliæ, & §. seq. in fi. Alij, vt Tanc. dicũt, quod illi subtilitati ciuili, q libellus alternatiuus non recipiatur, non est standum ſm Canonicam æquitatem Ad hoc j̃ in fi. c. & s̃. de iudi. dilecti, de in inte. rest. constitutus, §. quæ, vbi de hoc per Innoc & Host. & per Host. de ele. querelam. Alij dicunt, ꝙ hic & in similib. nõ fuit obiectũ: qa bene fuisset repulsa talis petitio pp rõnes alleg in prin. glos & sic intelligunt prædictam decr. Cõstitutus. 5 Alij dicunt ꝙ vbi actor incertus est ex facto alieno, & nil sibi potest imputari, tunc admittitur alternatiuus libellus. ff. quorũ leg. l. 1. §. qa. aũt nonnunquam, aliàs non, & sic soluunt ɔ̃ria. Goffr. & Inno dñt, ꝙ vbicunque quis probabiliter dubitat, nõ solum ratione alieni facti, sed etiam proprij, potest in eodem libello plures proponere actiones: nec cogitur eligere, etiam si se non compatiantur: & sic intelligatur decre. constitutus, aliàs si non est ꝓbabile dubiũ, eligere cogit, ff. de tribu. quod in hęredem, §. eligere vbi plenè de hoc. & adde quod dixi s̃. eo. lib. de elect. vt qs duas. Alij dñt, ꝙ licet iste libellus videatur ɔ̃rius, non est, quia rei vendi. & Publiciana. non sunt ɔ̃ria, sed diuersa, cũ ad eundem finẽ tendant: cum autem tẽdunt ad diuersum finem, tunc habent locum cõtraria, & hoc tenet Guil. in Spec. vt supra & super hoc adde quod dixi j̃. de reg. iur. nullus pluribus.

ADDITIO. Remittit 3. q. 3. cap. induciæ, §. offeratur. Ioan. Andr.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Ex largitione.] sed per hoc nõ habebat locũ rei vendicatio: cum non dicatur, ꝙ traditio secuta fuerit. C. de rei vend l. seruum, vbi emptor seruum non traditum sibi præsentẽ vendicare non põt. Ad idẽ C. de hæ. vel actio. ven. qui tibi. ff. de rei ven. si ager Sed dic illud verum in priuato, secus in ecclesia. C. de sacros. eccles. vt inter diuinum, & s̃. de consue. c. 2. vbi de hoc. & ex hac expressione succubuit Abbas vt j̃. patebit.

ADDITIO. Et sic expressa nocent, ff. de reg iur. expressa. Hanc autem expressionem facere non tenebatur, vt plenè not. de libel. obl c. 2. Ioan. And.

b ¶ Pertinere.] hoc verbum latè patet. ff. de ver. sign. verbum illud, de fi. instru. inter dilectos.

[Gl. seq ponit decisam, quam iure approbat.]

c ¶ Allegabatur. 6] Secunda pars. Propositũ fuit primo pro parte Hospitalariorũ, ꝙ auus ipsius Regis castrum Curuariæ cũ suis finibus intra quos erat locus de Rosellis, prius Hospitalarijs contulerat. respõsum fuit per monasterium, ꝙ talis donatio non valebat, cum facta fuisset eo tempore, quo res donata erat in potestate hostium, non in dominio donatoris. Et pro hac parte facit, quia liber homo, fundus hostium, & q̃ natura fieri non concedit, in stipulationem venire non possunt, ff de verb. oblig. liber homo in stipulatum, & l. si stipuler, & si aliquid alicui sit relictum ꝙ propter qualitatem relicti haberi non potuit, non tenet legatum licet interdum æstimationem habeat, cum distinctione legis. ff. de legat. 3 fideicommissa, § si seruo. Contra hanc allegationem monasterij allegabat Hospitale, vt sequitur.

d ¶ Habere vigorem.] scilicet adueniente conditione, vt sequitur. Ad hoc ff. de ac empt. & ven. l. vlt. & legatum, quod non valet pure factum, si legetur sub conditione, valet conditione adueniente. ff. de leg. 1. l. cetera §. 1. in princ. ff. de condi. & dem. qui hæredi in fi. & l. qui sub conditione

e ¶ Natura vel qualitas.] quia res donata non erat liber homo, vel res sacra, vel religiosa, vel inæstimabilis, ff de uer. obl. inter stipulantem. §. sacram Reges. n. qui spiritualia possidere non possunt, nec illa possunt donare, & recipientes sunt sacrilegi, 16. q. 7. si quis deinceps. Ioan Andr.

f ¶ Laudabile.] quasi diceret: nec ex uirtute condõnis debuit infringi donatio: qa erat laudabilis & honesta.

a ¶ Mox

1 Alia necessaria iurantur. qa sunt animi interioris. glos. in §. aliæ. Insti. de action.

2 Quam sufficit fuisse in accipiẽte licet non in tradente, est tñ necessariò allegãda, ait Phi. citãs Ang. in l. sup lõgi, C. de pŕc. longi tẽp.

3 Idem Doct. hic & in l. minor, §. 1. ff. de curit. suppla qñ alterã expresse prosecutus ẽ si. n. vtat generali verbo, pt; nere, succumbens in probatione dñij nõ intẽtabit publicianã, Barto. in l. & an eadem, §. actionẽ. ff. de excep. rei iud.

4 Idem Doct. hic Spe. tit. de cau. pos. §. nec dicẽdũ vers. pen. ibi vi de de Publiciana.

Iste libellus conuinatiuè fuisset cõceptus Raym Petra. C. de edẽ.

6 In hoc §. iuncto ff. eo ibi. Absoluendos, not. Petr. de Anchar. ꝙ nõ fertur snia super iure rei p se in iudicium deducto, sed tñ absoluit ab aduersarij impetitione ꝙ tñ possit sup iure rei ꝓnunciari, & declarari dñm, notãt Doct. in cap. ex conqõne, de restitu. spol.

stianorum dominio subderentur: quare mox,[a] cum peruenerunt ad ipsos,[b] fuerunt ad vos totaliter deuoluta.

¶ Multum[c] quoque distabat, an ipsi monasterio de Bonefac. vel prædicto monasterio Populeti † ab eodem Rege facta donatio fuisset, quia etsi liquebat prædicta monasterio Populeti ab ipso Rege, ac ab illo abbati, & conuentui de Bonefac. fuisse collata, non tamen ob hoc cõstabat dictum Regem ipsi monasterio de Bonefac. illa donasse, vel mandasse donari. ¶ Nec pro eo quod voluit & statuit, vt ædificaretur ibi monasterium, poterat & debebat intelligi eum prædicta, vel eorum aliqua construendo monasterio donauisse;[d] cum illa potius sua videretur intẽtio, vt (quia præfatum monasterium Populeti, tot & tantorum bonorum largitione ditabat) abbas & conuentus ipsius pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur, pręsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat.[e]

¶ Præmissa vero concessio facta monasterio de Bonefac. ab Abbate & conuentu monasterij Populeti, nullum prorsus ei videbatur afferre suffragium, pro eo potissime, † quod post litem contestatam & processum iudicij facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento præfato. Vnde cum ius (si quod in prædictis ipsi monasterio de Bonefac. ex concessione huiusmodi competebat) in iudicio minime deduxisset, (quia videri non potest illud venisse, quod postmodum accidit[f]) pronunciari vtique super petitis non poterat ex eadem.

¶ Pro parte[g] autem altera dicebatur, quod cũ Rex ipse sua probitate, ac studio ab infidelibus[h] loca conquisiuerit supradicta, donatio aui, vel patris ipsius prius facta de illis, cũ ad cultum fidei peruenirent, Regem eundem, quo ad hæc sic per eum postmodum acquisita, obligare non potuit: cum sua propria facta essent, & viderentur ab alijs bonis hæreditarijs separata.[i]

¶ Porro præfata concessio facta monasterio de Bonef. à monasterio Populeti licet post acceptum iudicium, causæque processum interuenerit: prodesse tamen & valere debebat, cum pro actore (quod de iure suo ex causa idonea, quamuis superueniente † appareat) satis sufficere videatur, satisque esse, si (prout seruatur in reo[k]) intersit ipsius

a ¶ Mox.] C. de sacros. eccl. l. vt inter diuinum, vt supra dixi 4. glo.

b ¶ Ad ipsos.] scilicet Christianos.

c ¶ Multum.] bonus aduocatus Hospitalariorũ primo confirmauit ius ipsorum, secundo impugnat ius monachorũ duplici rõne: & hęc est prima dicebãt Hospitalarij: monachi non ostendũt donationẽ Regis, vt in libello dixerunt. Dicebant monachi, satis esse q̃ ostendebant donationem factam a Rege monasterio Populeti: & ab ipso monasterio Populeti monasterio de Bonefac. respondebãt Hospitalarii multum distare vt sequitur.

d ¶ Donauisse.] bñ dicebat, quia ex nullo verbo posito in donatione facta monasterio Populeti patebat fuisse hanc voluntatẽ donãtis, q̃ locus de Rosellis daretur monasterio de Bonefac. & ecce q̃ sequitur cum illa, &c.

ADDITIO. Alle. Inno. C. de do. ꝑmis. l. 1. Ad idẽ. ff. de ver. obli. §. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. Ioan. Andr.

e ¶ Nõ valebat.] ad hoc de eccles. ædific. ad audientiam 2. vbi de hoc de despõ. imp. ad dissoluẽdũ. & 32. q. 2. quod vero non formatum. Io. Andr.

ADDITIO. Dicebant Inno. & Io. Mo. q̃ in l. si seruitus. §. fi. ff. de serui. vrb. pd. & l. seruos. ff. de lib. cau. nõ q̃ritur ius in re: sed personalis obligatio. Ioan. Andr.

f ¶ Accidit.] & ideo alia interpellatione opus est. ff. de iud. nõ pot. & l. solemus iudex ergo non posset ex alia donatione pronunciare, ex qua actum nõ fuit, vt in prædicta l. solemus.

g ¶ Pro parte aũt altera.] s. monasterij de Bonefac. & hæc est tertia pars. Et bene allegassent hic monachi, si res donatæ non peruenissent ad regnum, quia nihil disponere potuisset, sed quia ad regnum pertinebant, licet illa non possideret, ius quod in eo habuit, dare potuit ff. de fund. do. l. si fundum maxime sub conditione. vt supra, & ad hoc obligare potuit successionem. Vel male, allegabant monachi, eo quod conditionalis obligatio bene astringit successorem. Instit. de verb. obl. §. ex conditionali. ff. de prob. l. si pactum.

h ¶ Ab infidelibus.] Nota quod acquisita [2] ex bello gesto contra infideles, efficiuntur capientium. de quo per Inno. de voto, quod super his. Et dic q̃ iste rex acquisiuerat ab infidelibus ꝑ iustũ bellum initum contra ipsos infideles & sarracenos. facit 23. q. 5. dicat. in glo. 2. & de hoc per Innocen. olim. 1. de resti. spol. & prædi. c. quod super his. Dominicus.

i ¶ Separata.] bonorum separatio non habet locum, nisi in certis casib. not. ff. de separa. l. prima. Ioan. Andr.

ADDITIO. In 1. glossa dicunt quidam, quod hic non dicebatur impetrata seu facta separatio bonorum, immo quia simpliciter patris hęreditatem adiuit, vna censetur sua & patris hęreditas. ff. de vulga. & pupil. l. sed si plures. §. filio. Ioan. Andr.

[Glo. seq. declarat quod dicitur de reo, & diuersitati, rationem reddit.

k ¶ In reo.] qui litem petitam tempore litis contestatę possideat, sed tempore sententię sine dolo desijt possidere, absoluitur. Si vero tempore litis contestatę non possideat, & tempore sententię possidet, condemnatur. ff. de rei vend. l. sin autem. §. 1. ff. ad exhi. l. tigni. §. si quis. supra de excep. cap. penul. Sicut ergo ex causa superueniente post litem contestatam absoluitur, vel condemnatur reus, sic videtur in actore, [3] vt ex causa post litem contestatam superueniente sibi debeat reus condemnari, sed hoc nõ est verum, vt infra patet. Et potest esse ratio, quia qui agit ex certa causa maxime post litem contestatam, mutare illam non potest, nec aliam allegare: cum super alia contestatio non sit facta, & ita ex causa illa, ex qua actum est, debet ferri sententia. Sed reus qui conueniebatur, si non possidebat tempore litis contestatę, hoc dicere debuit, & fuisset absolutus, si id constitisset, imputet ergo sibi quia tacuit. ff. ad exhi. l. tigni. § si quis. & §. cęterum. & de hoc supra de excep. cap. penul.

1 Iuxta doctrinam Isidori prius est, vt nostra firmemus deinde obiecta confutemus. Ioã. Mon. [illegible]

† Monasteriũ Populeti a fundamẽtis erexit & multis diuitiis auxit Alfonsus primus rex Aragonum, & comes Barcinõæ vt ibi reges Aragoniæ sepelirẽtur ita testantur eius regni historiæ.

† Vide Bar. & Alex. in l. habebat. ff. de inst. & Alex. in l. diuus. ff. de re iu. di. & Fel. in c. licet. de proba.

2 An & qñ bona capta in bello sint capiẽtiũ. docet Feli. in c. excõmunicamus de hær. Bar. & Doct. in l. hostes. ff de captiuis, & postlim. reue.

† Vide decisionem Rotę 176. in nouis.

3 In casu conuerso. s. cũ desinit actor habere ius, q̃ habebat tpe litis contestatæ, distinguitur, quia aut ex facto ꝓprio & tũc reus absoluitur, ff. de rei ve. l. si post acceptũ, & de condi. fur. l. si seruus. so. Contra si constante. §. fin.

a ¶ Sed ad hæc.] quarta pars in qua respondetur ad duo proxime dicta.
b ¶ Cæterum.] responsio ad secundum de quo dixerat, in ver. porro. Ioan. Andr.
c ¶ Speciali.] in libello expressa, vt hic, puta ex causa donationis factæ a Rege Io. Andr.
d ¶ Postea.] i. post litis contestationem ex prædicta causa.
e ¶ Alia.] puta quia petebitur res ex causa donationis: modo petitur ex causa venditionis, forte factæ post lit. contest.
f ¶ Similis] vt cum peteretur ex cā donationis factæ a Rege modo sit fides de donatione facta ab alio, puta monasterio Populeti, vt hic allegabatur: ergo similis causa, sed ab alia persona & alijs loco & tempore, & ijs quæ comitantur causam.
g ¶ Tunc.] scilicet tempore litis contestatę Io. Andr.
[Glo. seq. recit. Pet. q. quā distinguendo. solu. & remittit.]
h ¶ Obnoxium] talis generalis libellus in personalib. actionibus non debet admitti s. de libel obl. ca. vlt. tñ valet si recipiatur, & sibi imputet reus, q. causam non fecit exprimi in libello. C. de an. exce. si ex multis. In realibus cōiter admittitur. ff. de exce. rei iudi. si mater. §. eadem. & l. & an eadē. §. actiones. & de hoc plene sup. de libel. obl. ca. 2. & ff. de eden. l. 1. Ioan. And.
i ¶ Quoniam etsi.] proximum dictum tribus rationib. probat. Ioan. And.
k ¶ Tenuit iudiciū.] ac si iuste petijsset, dūmō iuris ordo seruetur in iudicio, qui seruatur idēs, & sententia tenet contra eum & pro eo, licet ferat̄ ꝯ ius litigatoris. nisi fuerit appellatum. 1. q. 6. c. et qui. §. diffinitiua. supra eod tit. cum inter vos.
l ¶ Nec ēt.] secūda rō.
m ¶ Cōsciētia.] si. n. generaliter dixerit me ei obnoxiū, & illum

† Vide de hoc Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. q. vi aut clam. & Ruinum consil. 25. lib. 2.

† In quodam manuscripto legit sic, an & omnino eadem, &c.

tempore sententiæ proferendæ.

¶ Sed ad hæc[a] pars vestra respondit, quod cum tam supradicti aui donatio, quàm locorum acquisitio præmissorum, fuerint nomine regni factæ: memoratus Rex donationem seruare huiusmodi tenebatur. †

¶ Ceterum[b] prędicta monasterij Populeti concessio, monasterio de Bonefac. auxiliari non poterāt in hac parte quia cum quis egit ex aliqua certa & speciali[c] causa, & postea[d] siue alia[e] siue similis[f] ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illa in iudicio deuenisse: cum iudex tunc[g] prospicere, ac attendere debeat diligenter, an † ex ea omnino eadem, quæ prius expressa extitit, vt pote quæ tunc etiam competeret, actoris intentio sit fundata.

¶ Secus autē cum egit, vel petiit in genere, nullius certæ, vel specialis causę faciens mentionē: videlicet, quia generaliter forte proposuit aliquem obnoxium[h] esse sibi, vel ad se iure dominij, vel quasi rem aliquā pertinere: tunc enim hoc pręcipue est inspiciēdum iudici, an sufficienter vel minime, de iure vel intentione constet actoris, vnde si de hoc ex causa etiam postmodum accidenti liqueat: potest & debet iudex (etiamsi appareat minus iuste à principio fore actum) suum exinde animum informare. Quoniam[i] etsi petitum fuerit indebite, non ob hoc tamen minus valuit & tenuit iudicium[k] subsecutum, nec illius acta vel[l] gesta propterea minus valida extiterunt, nec etiam[l] iudex ipse cognita taliter veritate, pronunciare in contrariū posset cum libera conscientia[m] & secura. Non prodesset[n] etiam multum reo, si tūc forte in ipsū ex huiusmodi superuenienti causa, condemnatio nō ferretur: cum mox alio instituto iudicio[o] foret ex illa merito condemnandus. Vnde etsi actori suam ex superuenienti causa intentionem sufficiat fundauisse, cum egit[p] aliqua causa specialiter non expressa: secus tamen est si certam, & specialē in sua petitione subiunxerit, nisi postmodum intentionem suā ex eadē prorsus (quam prius expressit) tunc[q] † ēt competenti causa fundarit.

¶ Quare cum memoratus Abbas monasterij de Bonefac. proposuerit sæpefatum locum de Rosellis cū suis terminis ad ipsum monasterium ex prædicti Regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem Rege concessione docuerit, ostenderit autem donationem quondam factam illi de his ab Abbate & conuentu monasterij Populeti, quæ nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam ante[r] facta, nullum profecto commodum ex ea reportare debebat.

¶ Præfatus[s] igitur Cardinalis pręmissis omnibus, & alijs,[t] quæ hincinde fuerunt proposita, diligēter[v]

iudex tempore sententiæ obnoxium reperit, si eū absolueret, contra conscientiam iudicaret. & in hoc casu ex absolutoria sententia perpetuo, & ex omni causa paratur exceptio rei iudicatę. ff. de excep. rei iud. si mater. §. eandem.] Sed non sic cum ex certa causa petiit, quia tunc tñ, ex illa causa paratur exceptio. de caus. pos. cap. vlt. & dixi supra in magna glo. Ioan. And.
n ¶ Non prodesset.] tertia ratio.
[Glo. seq arguit & ponit triplicem lecturam.]
o ¶ Iudicio.] videtur hic, q si iudex condemnet reum, ex superueniēti causa, eadem probationes habitæ in primo iudicio valeant in alio instituto ex eadem causa: ꝯtrū tenetur, quia est noua causa. & nouū est iudiciū. vnde cū sint lite nō contestata recepti, quātum ad hoc non deberent valere: iuxta illā regulam: testes recepti lite non contestata non valent. Super hoc posset forsan dici, vt traditur supra de test. præsentata. C. eo. l. vlt. Ber. Vel dic, q generalis illius negatio, qui se negat obnoxium, intelligitur contestata lite super omni obnoxietate etiam postea emergentis. a Vel dic, q hæc verba sunt allegatio partis, nec ponunt ius Ioan. Andr.
p ¶ Cū egit.] reali vel personali, vt dixi super ver. obnoxium. Ioan. Andr.
q ¶ Tunc.] id est, tempore litis contestatæ.
r ¶ Ante.] scilicet ante petitionem, vel litem super ea contestatam.
s ¶ Præfatus igitur.] quinta pars.
t ¶ Alijs.] hinc elicit consueuit instructio iudicantis, scilicet q debet post specialia subijcere clausulam generalē, sub qua omnis causa decisionem iustificans valeat comprehendi. Archidiac.
u ¶ Diligenter.] 30. q. 5. c. vlt.

† Præterq ex causa superueniēti de nouo. Fin. Doc. hic. q ēt sentit Phi. & hoc de æquitate hu9 decr. licet secus de iure ciuili: Fun dof. in l. si mater. Fon.

† al. & de etiam.

a Hoc placet l. Medicit Archi q fm iuris subtilitatem ista non valēt quia sup eo q non erat, nō vī facta litis contestatio. at. ff. de arbi. l. de his. ff. de excep. rei iu. l. si ex testamento. Nec sufficit. q sit in potentia, vel in habitu. ff. de iud. no quemadmodum, & l. non pt. de auro & arg. l. si ita. sed hoc ē de æquitate, vt dicit. tex. Jo. eo. in fin. Io. Andr.

a ¶ Lance.]

a ¶ Lance.]supra eo.tit c 1.
b ¶ Attendit.]repetit quasdam ex allegationibus.
c ¶ Specialis]vt in casu nostro.
d ¶ Locus & tẽpus.]& hoc vult dicere ; si peto rem ex cã donationis, licet de tpe & loco non adiecerim: quia cũ donõnem necessa rio comitantur tps & locus: ı mihi nõ ꝓdest si post litem contestatã mihi donetur eadẽ res: cũ de certa donatione oportuerit intelligi certis loco & tpe facta. Si aũt rẽ peto iure dñij vel quasi hic ẽt si post li. cõte. ius acquiro, secus ꝑro mo sentia. ff. de rei vẽ. sin aũt 1. tñ & §. 2. 1 cum.n. nullas spãlis dñij causas expresserim: non sunt ibi concomitantia certorum loci & tpis: & ideo non est vis quo loco vel tpe dominium ante sententiam peruenerit ad me.
[Glo seq. declarat textũ, scdo notat locũ in instro ponendum, ponit opi. ꝯtiam, tenet primum: quod probat per sex iura, & tres rationes.]
e ¶ Cẽferetur.] sdonatio, vel vendõ, vel alia cã expressa meri to censetur inualida: quia in dubio est pro nunciatur cõtra actorem ī de probat. ex litteris. §. 1. cum.n. nõ sit probata venditio certis loco & tpe facta & sic sit dubium, an inẽ ꝯtest vel post fuerit facta, succumbet: & sic inualidum est probare actori causam sine tpe. Et nota ꝑ per hanc litterã, ꝙ tabellio in instrõ debet apponere locum ꝯtctus. Quidam tamẽ dicunt locum solum de consuetudine apponi, cũ de iure cautum non sit. Sed dic ꝯ per hanc litteram, & ꝑ decret. ī. de proba. qm ibi, loca designando, &c. ad hoc 1 q ¶ libellorũ [quæ est l 3. in prin. ff. de accu]C. de ꝯhen. & communit. stipul. l. opti mam [in glo in eo die, ad finem, vbi de hoc. & C. de tabula l. generali. l. b. 10. & vide ꝙ dixi de fide instrumentor. super ver. facilius.] sup. de testi. ex tenore. sup. qui fil. sint legi. per tuas. video quod testis deponit de loco supra de testi. cum cautam. 1 & in iuribus superius allegatis, sed par est probatio instrorum & testium. de fid. instr. cum Ioan. C. eod. titu. in exercendis.

1 Idem. Bart. l. an eadem ff. de excep. rei iudic. Fon.

2 Hoc nõ pbat ibi, sed dr ꝙ possessio post litis conte. superuenit ipsi reo. Phil. Fon.

† Vide ad hoc Bar. in l. 1. ff. de edẽ & in l ha bebat ff. de inst & vel in ca. ex par. 2. de rescri.

† An & qñ in instrõ publico requiratur appositio loci & tpis, vide gl. i in ¶ quoties. 1. q. 7. & i c. 3. de ꝓba & i c. clim, 2 rescri. Abb. i c. 1. de proba. Alex. consi. 66. & 75. 1 3. lib. 1. las. in l. an ꝑ ior. §. si iudex. ff. de re iud.

auditis, ac vtriusque partis meritis æqua iustitiæ lance [a] discussis, prudenter attendit,[b] id quod prædicti Abbas & conuentus de Bonefac. proposuerũt, intẽtionem videlicet actoris, ex his quæ post litis contestationem accidunt posse fundari, eaque debere in iudicium deuenire) tunc locum habere (sicut congrue allegatum est supra) videlicet quando ex certa & expressa † causa specialiter non est actum, Ex his enim, quæ post inchoatum iudicium eueniunt, quando causa fuit exposita specialis, [c] nec debet, nec potest iudicis animus ad proferendam sententiam informari: quia cum certæ causæ facta est mentio, vtpote donationis, vel venditionis, aut alterius specialis, oportet incœpti iudicij tempus attendi, vt liquido cognoscatur, an tunc interfuerit actoris propter illa, quæ specialem comitantur causam, necessario adesse debent, veluti locus & tempus,[d] huiusmodi, quæ sunt sollicite attendenda, & sine quibus causa vacua & inualida censeretur. [e] Sed cum est in genere absque alicuius causæ declaratione petitum, non sic oportet accepti iudicij tempus inspici: quia non requiruntur, nec sunt opportuna, nec attendi possunt huiusmodi comitantia[f] in hoc casu. Et licet [g] aliquibus curiosis (qui de his, quæ non multum expediunt sæpe disceptant)[h] aliter forsan appareat, quando actum est causa aliqua non expressa:[i] vtilius tamen videtur negotia tali expediri compendio, quam per quandam exactam subtilitatẽ longo dispendio prorogari:[k] præsertim cum nonnulla prouvtilitate cõmuni contra iuris asperitatẽ ex æquitatis † mansuetudine tolerari noscantur.[l] Vnde idem Cardinalis considerans, quod ipsi Abbas & conuentus de Bonefac. nõ probauerunt largitionem super his regiam legitime sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur: ab huiusmodi [m] eorundem abbatis & conuentus impetitione, de mandato nostro, præhabito fratrum nostrorum consilio, vos duxit sententialiter absoluendos. Nos igitur [n] Cardinalis eiusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Si ex pluribus iudicib. vel arbitris, vnus (alijs præsentib. & mãdantib.) per verba pluralis numeri ferat sententiã: tenet sententia. Electio autẽ pronuncianda est per verba singularia h d. Ioan. And.*

ergo & tabellio conscribere debet locum ꝑterea fortẽ confecit instrumentum in loco, in quo non potuit.
ADDITIO Super hoc vltimo vide quod notat in Spec. de instru. edi. § restat. versi. & not. ꝙ tabel. & vers. seq. Io. And. Licet l. libellorum. ff. de accusat. ī alleg. in libello accusatorio requirat locum & mensem saltem: in libello conuentionali nõ sic: vnde dic ꝙ licet in nõ ꝙ actor nõ hẽt exprimere in libello diẽ aut locũ ꝯtus, sicut nec testis exprimit diẽ, de fide instr. cum Ioan. nisi iudex ex causis certis id fieri faceret, vt præall. decret. cum Io. in l. si. Instit. de actio. §. curare Io. And.
f ¶ Comitantia.] s. locus & tempus.
g ¶ Et licet.] quasi dicat, & si hęc quę dicta sunt, non possunt tolerari de se, tamen sic seruandũ est; quia æquũ est. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. §. In no. Ad idem tt qui bus mo. pig. vel hypo. sol. sicut, §. si debitor. Archi.
h ¶ Disceptant.] qd faciendum non est. sup. eod. lib. de renũ tia. c. 1. in prin. infra de heret. ca. 1. C. de sum tri. & l. nemo.
i ¶ Non expressa]s. idem, quod est quando actum ex cã expressa, 4 vt veniant comitantia tps & locus, & licet forte de iure stricto id verum esset, ꝗ æquitate dicamus ꝯtrũ. ff ad l. Aql. ita vulneratus. ad fi. versi. cum neque. & æquitas scripta rigori præfertur. C. de iudi. placuit argũ bonum de simo. licet Hely. & ca. per tuas. Ioan. And.
k ¶ Prorogari.] ad hoc supra eo. lib. de offic. deleg. si is cui. Ioan. And.
l ¶ Noscantur.] pone exemplum int. de rerum permu. c. vnico, &c.
m ¶ Huiusmodi.] quasi dicat si ex alia causa agant, rei iudicatæ non obstat sententia sup. de iudi. examinata. C. de peti. hæred. l. hæreditas. ff. de excep. rei. iudi si mater §. 1. & l. & an. eadem.
ADDITIO Et sic vno respectu vtilius est causam exprimere per hęc iura: alio respectu vtilius est non exprimere per hanc decre. Ioan. And.
n ¶ Nos igitur.]sexta pars.

† An & qñ ęquitas præferatur, vide Cy. in l. 1. C. de lega. Doct. in l. sic seci. ff. de eo ꝙ certo loco, & in c. fi. de transac. & Fe. in c. cum illorũ, de sent. exc. & in c. 2. de re iud. vbi tradit regulam cum limitationib.

4 Ad hãc glo. vide Alex. ꝯsil. 150. in 5. vol.

CVm ab vno.]primo ponit dictum. Secundo ipsius determinationem:ibi,Oportet, Tertio causam determinationi dissimilem:ibi,Licet.

CAP. IIII.

CVm † ab vno arbitrorum [a] vel iudicum, [b] (alijs præsentibus, & mandantibus) [c] scripta [d] sententia recitatur: habetur perinde ac si simul esset ab omnibus recitata.† ¶ Oportet [e] tamen vt is qui recitat, non vtatur verbis singularis numeri, sed pluralis, vt dicat: Nos † tales iudices, vel arbitri pronunciamus, seu statuimus [f] in hunc modum. Licet secus in electione [g] seruetur, in qua (vt censeatur euidentius vnica & communis) est ab vno vice omnium (siue per compromissum, siue per scrutinium

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, vel habebamus controuersiam inter nos, compromisimus i tres arbitros, q cognouerunt de cā: & assignauerunt nobis terminū ad audiendā sententiam, termino adueniente vnus de mandato aliorum recitauit sñiam, an valeat sñia, vel an sit necesse, quod tres simul legant; vr ꝙ sic. l. item si vnus. § itē plures. ff. de arbit. vbi dr, ꝙ omnes tres pronuncient aut nullus: non obstāte illa rōne dubitandi, Respondet Romanus Pontifex in ↄ̃trium, quod sufficit ꝙ vnus pronunciet: nec requiritur, ꝙ oēs simul legant sñiam. Et dicit ꝙ sñia ipsa vr lecta ab omnibus, ex quo vnus pronunciat de consensu aliorum: quia alij licet non pronuncient per se, pronunciant tñ per istum, qui recitauit sñiam, & sic intelligitur lex illa, item si vnus, allegata. Idem dicendum est in plurib. iudicibus, nam sufficit ꝙ vnus legat sñiam, sed dēt dicere per verba pluralis numeri: Nos tales arbitri, vel iudices &c. Licet sit secus in electione; quia ad denotandum quod electio est vnica & singularis: dēt fieri per verba singularis numeri, vt si procedatur per viam scrutinij, dēt dicere ille cui capitulum committet: Ego talem nomine meo & nomine capituli eligo Nota, ꝙ sñia ante ipsius recitationem debet redigi in scriptis: aliter sñia esset nulla regulariter: fallit in casibus, de quibus c. seq. in glo. de hoc est text. in l. 2. C. de sen. ex breui. reci. Et primo debet iudex videre, an debitus ordo fuerit obseruatus, quo facto dēt videre allegationes partium, & habere consilium cum peritis, deinde debet redigere suam sñiam in scriptis & emendare, postea conuocatis debet eam in scriptis legere. Nota ꝙ cum plures arbitri vel iudices habent sñiare, in causa debent omnes conuenire, & est in optione ipsorum, an velint committere recitationem sñiæ vni eorum: sed tamen est honestius vt recitationem sñiæ vni eorum committant: ne videantur simul loquendo assumere officium mulierum. Nota, quod recitatio facienda est in plurali numero. Et sic per argumētum a contrario sensu iudex vnus potest loqui in verbo singularis numeri: licet hodie iudices loquantur per verba pluralis numeri quando loquuntur ratione officij. Nota quod cum proceditur ad electionem per viam scrutinij, vel compromissi, electio est proferenda per vnum ad denotandum ꝙ electio est vnica, & communis. Si autem procedatur per viam spiritussancti, illud non est necesse, vt puta si procedatur per viam compromissi, quod est factum in tres: & illi conueniunt in unam personam: vnus debet eligere in singulari numero. Quod si fuerit compromissum in vnum, puta in episcopum Pictauien. super eligendo Abbate sancti Cypriani; & episcopus eligat per verba pluralis numeri, dicendo: nos existentes episcopus Pictauien. eligimus talem, vitium vitietur electio? Certe non nec per hoc desinit esse vnica electio. Nota finaliter quod licet electio conficiatur ex plurium consensu; tamen ea deducta in esse dicitur actus vnius. Dominicus.

† Ad intelligentiam vide no. p Do. ac præsertim. Arch. cōmc. in c. sicut cū p formā, de ele. li. 6.

† Vide §. sin aūt. in auth. vt iudices nō ex pectent.

Iudicis instructio antequā sñiam ferat.

[Prima glo. summat, & dicit quæ fuerit dubitatio.]

a ¶ Cum ab vno arbitrorum.] si ex pluribus iudicib. vel arbitris, vnus [alijs præsentibus & mandantibus.] p verba pluralis numeri, ferat sententiā, tenet sententia. Electio autē pronūcianda est per verba singularia. Hoc dicit. Dubitatio decre. huius fuit ex eo, quod dicit lex, ꝙ ex pluribus arbitris, aut omnes debēt sñiam dicere, aut nulli ff. de arbit. l. itē si vnus in §. itē si plures, sed satis omnes videntur dicere, cum vnus alijs præsentibus & mandantibus p verba pluralis numeri sententiam dicit: hoc idem tenebat Accursi. ff. de arbit. l. sicuti. Ioan. And.

ADDITIO. Et de hoc in Spe. de arbit. §. fin. ver. pone ergo, vbi inuenies ꝙ hic posuit Arch. de Azo ne & socio. Io. An.

b ¶ Iudicū] ordinariorum, vel delegatorum, sit igitur hæc æquiparatio inter iudices & arbitros, ad idem de offi. delega. vno delegatorum, licet interdum sit grandis differentia supra eod. tit. cap. vlt. supra eo. lib. de arbit. c. 2. cum similibus.

† An in saiis ferendis nomē appellatiuum sit ponendum proprio, uel cōtra, vide Bal. in l. 2. C. de sen. ex peric. & Phi. Franchum hic.

[Glo seq. soluit dubium, & consulit.]

c ¶ Et mandantibus]ergo si alij præsentes essent, sed non mandarent secus: & sufficit res esse scriptum. ff. qui & a quibus l. prospexit. 6. q. 3. scriptum est. Et sic taciturnitas non habetur hic pro mandato, & facit. ī. de reg. iur. is qui tacet & quod ibi dixi. nec enim in sententijs procedit ratihabitio sicut in alijs actionibus, de hoc 9. q. 2. c. 1. in glo. 2. supra de his quæ fi. a præla. cum nos. Caute ergo facit is, pro quo lata est sñia ab vno solo recitata, si mandato aliorum possit fidem facere, sicut de sententia, & facit quod no. supra de offi. deleg. cum in iure in glo. 2.

a Facit l. sicuti. ff. de arb. vide Bar. in l. summi. ff. de re iu. & Bal. i l fi C. de sen. ex peri. recitan.

d ¶ Scripta.]quod dic, vt Inf. c. prox.

e ¶ Oportet]necessitatem importat, 2 aliàs. n. si per verba singularis numeri pronunciaret, haberet locum ille §. si plures. l. item si vnus. ff. de arbit. quod verum intelligas, nisi collegæ, qui tamen hoc possent, commisissent illi vices suas non solum in recitando, sed etiam in pronunciando. Tunc mille verbis singularis numeri vteretur. Interdum tamen verbum, oportet, honestatem designat. 25. q. 1. vbi de hoc.

a Verbū, oportet qñ importet necessitatem, & qñ honestatē, & vide lo. An. Ar. & docto. in c. j. de ptcr. & in c. fi. de iureiur. & in c. vt gs de ele. li. 6 & Bart. & docto. in l. 1. ff. &. iuf. & iu.

f ¶ Statuimus.] hoc verbum rem perfectam significat, & habet vim siue firmitatem diffinitiuæ sententiæ, vt sup eo. de verb. sig. in his.

ADDITIO. Et hic, & sic verbum præcipimus, vim habet sententiæ, supra de transla. quanto, sed si esset tātum vnus iudex: & diceret sententiam diffinitiuam per verba pluralis numeri, non videtur ex hoc vitiari, cum infra excipiatur tantum de electione facienda, sup. eod. lib. de ele. sicut cum aliàs non valeret electio, vt ibi dicitur Archid.

[Glo. seq. remittit, quærit, soluit, contra solut. alleg. solutionem fortificat, consilium dat: secundo quærit, & soluit.]

g ¶ Electione]de hoc dic vt s dixi de ele. sicut cum. eod. lib. Sed quid dices: compromissum fuit in tres, vt deberent eligere, qui secedentes in partē, postea redierunt dicentes, quod concordati sunt, & commiserunt vni electionem, & pronunciationem illius, de quo concordauerant, qui elegit Titium: alij duo resistunt dicentes, quod non de illo, sed de Seio fuerat concordatum, quæritur an dēat illis duobus credi? Hostien. qui dicit hanc qōnem fuisse de facto in ecclesia Lugdunen. plene eam tractauit s. de probat. c. tertio loco, & dixit ibi se inter Card obtinuisse credendum esse in illis duobus, tum quia magis credendum est duobus q̄ vni: 3 & quia duobus creditur donec cōtrarium probetur, & vt fraus vitetur, alias qui pronunciaret, semper posset suum.

3 Placet Ph. ex qua, nota plus credi duob. testib. sup negatiua, q̄ vni sup affirmatiua. Fone.

fauum subtrahere illi in quem communiter concordassent, & quia facultas probationum non est angustãda, sup. vt lite non cõtest. quoniam, & quia impossibile est alio modo probari, in quo casu et interdum hæretico creditur, C. de hær. quoniam multi in fi. & conspiratori infr. de testib. cogen. c. ulti. Item cum de conscientia alicuius quæritur, ere ditur ei soli, s. quia aliter probari non pot de homi. significasti t. uer fi. (in gl. antepen.) ad hoc bene facit ipsa decretalis, tet tio. Et sic dixit intelligendum decretalẽ, cum dilectus. de ele. vt illi tres vel duo deponant, & de consensibus aliorum, & de propriis, in contrarium videbatur, scilicet quod credendum esset tertio tanquam a duobus ad id officium deputato, & argum. ff. si mens. fal. mo. d. l. j. supra de testi. cogen. preterea, nec videtur credendum duobus, cum videantur in suis testimonijs singulares. 3. quest. 9. puta. de elect. cum dilectus. de accusa. cum dilecti. Item videntur isti testificari de proprio facto: & sic non sunt testes idonei C. de test. l. omnibus. 4. quæ. 3. si testes. §. itẽ nullus idoneus. Sed negari non potest, quin isti duo possint probare saltem dissensum tertij, scilicet quod ipse tertius pronuncians non consenserat in illum, nec de illo fuerat ordinatum. Consilium tamen est tutum ad has fraudes euitandas, quod ipsi compromissarij habeant tabellionem, & scribi faciant publicum instrumentum quomodo deliberant, & ordinant de tali eligendo, & committunt illi socio, vt eligat, & pronunciet, aut ipsi ijdem scribant & sigilla opponant, vt scriptura & sigillum obuient contrarium asserenti prima quæst. 7. saluberrimum. 27. quæst. 1. omnes fœminæ. C. de non nume. pecun. Authen. contra, qui propriam. Quærebat etiam ibi Host. an ipsi compromissarij ex quo deliberassent, & consensissent in aliquem, possent mutare voluntatem. Et dixit quod non: quia vicem capituli tales obtinent: vnde talis consensus habet saltem vim scrutinij publicati. sup. de elect. publicato.

nium procedatur) electionis pronunciatio per verba singularis [a] numeri facienda.

¶ Idem.

¶ Ponit tres casus nullitatis sententiæ: & a primo unum casum excipit. hoc dicit. Io. And.

[Gl. seq. successiue de duob. quærit & soluit.]

a ¶ Singularis.] No ad quõnem quæ fuit de facto Episcopus compromissarius ad eligendum Abbatem bonæ dignitatis sic locutus est in plurali; Nos talis epus Bonon. compromissarius, &c. opponebatur, q non valebat electio: quia facta per verba pluralis numeri, non credo hoc nocere hic. quia vere est vnica & cõis, ex quo fit per vnum solum: nec habet locum hæc decretalis, vt per te vides. Quid dices in collationibus habebit? ne in illis locum hæc decretalis, vt si ad plures spectat collatio, necesse sit eam fieri ab vno: & per verba singularis numeri? Non credo. Dico. n. ut dixi, sup. de ele. sicut tuam, q vbi non habet locũ decretalis, quia pp. non habebit hæc locum, sed in collationib. nõ habebit locum decretalis, quia propter. ergo nec ista. Ad idem J. de preb. cu. ti in illis, & quod dixi sup. de elect. c. vlti. [eo. lib. in vit. glo. Io. And.

ADDITIO. Idem, s quòd collatio non sit facienda ab uno, & tenet Archi. supra eo. lib. de electio. sicut cum, inducit, quod episcopi consueuerunt sic de se loqui de consecr. dist. n. 2 reuera vet. forte dicis, &c. in Christo patri. circa prin. versi. de natura, & vers. hoc autem 13 quæst. 2. quam præposterum, ver. idem nobis, & 73. dist. per totum, & facit quod scripsi post Host. de bap. c. 1 super ver. te. & facit inf. de pœni. cap. 2. in fi. Ioan. And.

ET si sententia.] Sunt duæ partes. Prima ponit dictum regulare, & casum exceptum, cui dat simile. Secunda ponit regulam bimembrem: secunda: ibi, Sententia. Io. An. potest sic summari, secundum Zen. Sententia in scriptis per iudicem & non per alium, & sedẽdo regulariter debet ferri. h. d. Dominicus.

¶ Iudex debet per se ipsum sententiã recitare: & non per alium: aliàs sententia esset nulla, fallit in ep̃o, qui sententiam per eum ferendam potest per aliũ recitare, ad exemplũ illustriũ personarũ. Item si iudex tradidit sententiã in scriptis sine recitatione non valet sententia idem si pronunciat de ambulãdo, & nõ sedendo. h. d.

CAP. V.

ET † si sententia diffinitiua [a]) postquam scripta fuerit,) debeat a iudice, non ab alio † de scripti recitatione proferri [b]

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice non Episcopo, lite contestata conclusio, & renunciato in causa, iudex assignauit nobis terminum ad audiendum sententiam. Termino adueniente iudex non recitauit sententiam, sed tradidit notario recitãdum, an ualeat talis sententia? Vel sit de substantia ipsius sententiæ, quod iudex eam ore proprio recitat? R̃ndet quod nisi esset Episcopus iudex, per se tenetur sñiam recitare: alias non teneret sententia: nec esset necesse ab ea appellare. Sed ponamus, q iudex non facit recitari sententiam, nec eam personaliter recitauit: sed eam in scriptis tradidit partibus: an ualeat sententia? Respondet q non? quia iudex tenetur eam ore proprio recitare: aliàs sententia est nulla. Sed ponamus, q iudex legit sententiam proprio ore: sed tamen illã legit deambulando, vel stando, & non sedendo pro tribunali in loco maiorum suorum, vel in loco mutato ex iusta causa? R̃ndet q non valet talis sententia, nam requiritur, quod iudex eam pronunciet proprio ore sedendo pro tribunali.

Nota primo q sñia diffinitiua debet in scriptis proferri, istud tñ non seruatur in curia parlamenti, quia cordetenus legunt sententiam: alij iudices legunt verba dispositiua: sicut sunt, condemno, vel absoluo. Nota q iudex debet sñiam diffinitiuam recitare per se, & non per alium: nisi esset persona illustris. Glo. ponit casus in quibus non requiritur q sententia recitetur in scriptis, puta in causis summarijs, in quibus põt omitti libellus in scriptis: immo sententia potest recitari cordetenus. Nota vlterius, quoad validitatem sententiæ requiritur quod iudex recitet per se, uel per aliũ quando est persona illustris. Nota quod iudex recitãs sententiam debet pro tribunali sedere. Quid si non potest commode sedere: quia dolet in ano? Dicit gl. q debet se ponere in tribunali, & sedere eo modo quo potest sedere. Nota quod existens in maiori dignitate plus priuilegiatur quam existens in minori dignitate vide de præben. de multa. Nota finaliter diffinitiuam esse nullam, prolatam per iudicem stãtem, q sic aliud est stare, aliud sedere, vide de uita & honest. cler. c. 1. Dominicus.

[Prima glo arg. a contrario illi argumento: signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Diffinitiua.] Nota, quod secus de interlocutoria. Sed huic, cõtra sup. de proba. quoniã contra falsam. Solu. interlocutoria bñ debet redigi in scriptis; ut ibi, sed nõ est necesse q proferatur vel recitetur de scripto, poterit ergo iudex interloqui, & postea interlocutoriã illam tabellio rediget in scriptis nec est et de necessitate quod redigatur in scriptis: sed alias non creditur iudici, nisi id pateat per scripta actorum, ut ibi.

[Glo seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Proferri.] Quid si iudex nouiter excæcatus est, vel nescit legere; cum tales iudicare possint, ff. de iud. cæcus, vbi de hoc. C. de iud. l. certi? Sol. vel delegat causã dub.

Marginalia:

1 No Phil. q quã res aliter probari non põt, credi furũ idoneo test. Bart. in l. quoties. C. de nau fiag. lib. 11. Fon.

† Vide Fel. in ca. ad audiẽtiã. de rescrip. Cy. in l. si quis decur. C de Fal. l. Theopõpus. ff. de dote ple. Petr. de Anch. Fõ.

Electio facta p epm cõpromissariũ per hæc verba nos talis epi compromissarius, &c. an valeat. Vide Arc. in c. sicut de elect. lib. 6.

† Vide Abb. in c. sicut nobis. de sen. & re iud. & Feli. & Dec. in c. sciscitat. de resc. & Deci. Ro. 409. in nouis & Alex. consi. 215. lib. 1. limitãtes istũ tex.

† Fallit tex. si hoc hẽat consuetudo: & in inqsitore hæresis. ca. vt cõmissi. J. de here. itẽ in notorijs. gl. in Auth. vt iu. sine. iuss. P. Fõ.

† Ad hæc gl. vide Spe. in ti. de sentẽ. prol. §. sequitur. & Fely. in c. sciscitat. de rescri. & in cap. qm̃ J. de probat.

10 20 30 40 50 60

diffinitionem alteri, vel facias per alium legi petitionem, & allegationes partium, & per seipsum ab alio instructus proferat verba diffinitionis causæ. s. condemno, uel absoluo, ut faciunt potestates Italiæ, quod tamen Host non approbat. in sum. eo. tit. § qualiter. Iudices tñ dñt esse literati, & habere peritiã canonum sup de cõsan. & affi. c. 1.

ADDITIO. Quod sufficiat iudici dicere, condemno, vel absoluo, vt faciunt potestates Italiæ, placet Accur. C. de sent. ex peric. reci. l. fi. in. j. gl. Sed vt dicit Arch. idẽ faciũt Cardinales & Auditores curiæ, & cõiter hodie oẽs iudices. Io. And.

(aliás nec nomen sententiæ mereatur habere, nec ab ea sit appellare necesse: [a]) episcopo tamen (quem propter dignitatis prærogatiuam, ampliori conuenit [b] honore) sententiam ab eo ferendam licebit (ad instar illustrium [c] personarum) per alium recitare.

¶ Sententia, quam scriptam edi, [d] a iudice litigatoribus non recitari, vel quam ab ipso stando [e] non sedendo [f] proferri cõtingit: nullius penitus est momenti. [g]

a ¶ Necesse.] 2. q. 1. in primis. in fi. & C. de senten. ex peric. reci. l. 1. 2. & 3. ff. de arbit. l. non distinguemus, § quod si. supra eod. titu. cap. primo, nec confirmaretur talis sententia 1 per appellationem, nõ obstat. ff. rem rat. haberi. l. tertia. § fallus, quod dic, vt not. supra eod. cap. primo.

ADDITIO Appellatio uero licet in hoc casu non habeat effectum suspendendi vel extinguendi: habet tamen effectum deuoluendi secundum Io. Mo. & Arch. De hoc, & an simul possit appellans prosequi iniustitiam, vel nullitatem per Inn. & Host. sup. de appe. dilecto. Io. And.

b ¶ Conuenit.] sup. de off. delega. sane. 2. sup. eod. lib. eod. titu. cap. 2. inf. de hæret. inquisitores & c. vlti. infra de priui. c. vlt. de senten. excom. quia periculosum, cum similibus.

[Glo. sequ. alleg. duas concor. ponit quattuor casus, quib. valeat snia sine scripto, & alios duos in quib. est opinio, in fine dat consilium.

c ¶ Illustrium.] C. de sent. ex peric. reci. l. 2. & in Auth. de illustri. & qui super eos sunt. §. sancimus igitur. coll. 5. [ibi no. glo. quinque gradus magistratuum, & vide satis in pecu. de iurisd. omn. iudi. in 1. & 2. colum.] Habes ergo casum in quo iudex non recitat per se sententiam. Sunt 2 & casus, in quibus valet sententia sine scripto, vt cum breues sunt causæ, & maxim ciuilium personarum. Et breuis poterit dici duorum aureorum. ff. de dolo ma. l. 2. idem, & l. præcedenti in fi. Inspiciatur autem qualitas personarum & relinquatur iudicis arbitrio. ff. de iu. delib. l. 3. sup. de offi. delega. de causis, vel inspiciatur consuetudo loci vel fori distinctio. consuetudinis. Item cum episcopus: de causa ciuili iudicat inter clericos suos. 11. q. 1. si quis cum clerico, & hoc habes. C. de senten. ex pericu. recit. Auth. nisi. Item in casu, scilicet cum præses deposito officio conuenitur, ut reddat administrationem in Auth. en. ut iud. sine quoquo suffra. § necessitatem.] Item cum Papa 3 per se pronunciat, valet enim sententia licet non tulerit eam in scriptis, ipse enim solutus est legib. C. de legi. digna vox, & quia eius præsentia omnem supplet solennitatem. C. de test. l. omnium. Item secundum quosdam ualet in sententia lata in causa matrimoniali sine scripto, per decret. supra de testi. Albericus, & hoc videntur ibi tenere Ber. Io. Gost. Innoc. Sed Host. intelligit q ibi bene fuerit snia lata in scriptis, sed non publicis. & hoc teneas per cle. de verb. sig. sæpe. circa fi. de hoc in Spec. de sent. prola. § iusta. uersi. non ualet. Vel dic distinguendum, an iudex procedat ex officio, an in figura iudicij, ut primo casu teneat sententia sine scriptura, in secundo non, uel an procedat in figura iudicij utraq; parte pñte, an altera cotumaciter absente, ut in primo ualeat, in secundo non, & hoc dixit verissimũ, allegat. ff. ut l. 1. non contest. c. 1. & c. qm. Item fm Io. & Laurent. qui hoc notant. 2 q. 2. in primis. in fi. de cõsensu part. põt sententia ferri sine scripto.

Sed Ber. & Host. contra vt ff. de of. dele. de causis. fatetur tñ ibi Host q partes 4 bñ possent iudiciario ordini renunciare, ita q nec locus esset libello, nec prolationi sententiæ, & de plano inquireretur veritas, & mandata sua daret: uel aliter vt sibi videretur ordinaret, ff. de offi. procon. ne quicquam. § de plano, & C. de tempo. app. l. fi. §. sed q iudicando, & pronunciando omittatur scriptura: dicit fieri non posse. Et dant Doctores consilium q iudex in pptia snia dicat, in his scriptis, C. de testamen. Auth. hoc inter. § ad si forte. C. de h. instit. contractus. Et dicunt quidam aliter latam sniam non valere, C. de sen. ex peric. recit. l. 2. & vlti. q non est verum. 5 Sufficit. n. quod in scriptis feratur, ut hic argu. C. de test. l. cum antiq. § fi.

ADDITIO De hoc in Spe. de sent. prola. §. iuxta, versi. non ualet etiam, & an psumatur in scriptis lata, ibi no. Et uideas etiam quod no. in Spec. de app. § 1. vers. & notabiliter. Io. And.

d ¶ Edi.] non cures si aperta sit uel clausa. & habes hoc C. de sen. ex peric. reci. l. j. Argu. contra ff. proxi. appe. ibi solutur. Io. And.

e ¶ Stando.] in casibus in quib. proceditur simpliciter & plano, sine strepitu & figura iudicij, dic vt in cle. de verb. sig. sæpe circa fi. gl. Io. And.

[Glo seq. textum fortificat alleg. quinq; iura. quærit, & soluit, & ex eo infert solutionem, ad simile: ponit opi contrariam finis reci. per quæstionem.

b ¶ Innouari.] hic repete, debent ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, ac si, &c.

[Gl seq. reddit rationem textus.

c ¶ Innouata fuissent.] & est ratio; quia sicut post appellationem à diffinitiua nil attentari debet, vt ī. 1. in. so, sic nec pendente iure, quod competit condemnato ad appellandum, s. vsq; ad decem dies Indultum enim à iure beneficium, &c. infra, de regu. iur. indultum, 18. dist. de his, in fi. Vnde sicut ius alicui non debet auferri, ita nec spes ad ius. ff. de vsufruct. quemadmodum caue. l. si vsusfructus mihi, in princ. ff. de adulte. si vxor, §. 1. Tunc. n. propriè dicitur iudicatum, quando infra illud appellari non pt, ī. de re. iud. quod ad consultationem. Et an hoc habeat locum in infra excommunicationis, vide quod dixi inf. de sent. excom. venerabilib. §. porro, & notabatur quod hic dicitur, ff nil. inno. app. pen l. 1. in prin. in glo. ff. de verb. sign. si qua pœna. circa medium.

ADDITIO ff. de appel constitutiones, & per Gof. de accu ad petitionem. Io. Andr.

d ¶ Ante diffinitiuam.] s. ab interlocutoria vel grauamine, huiusmodi autē dicti est ratio: quia in casu isto appellatio debet interponi expressa causa pbabili, vel ex alia causa, vel ex nouis, vel nouiter probandis processus impugnari nō pōt vt in Clem. eod. tit. appellāti. Nec sufficit causam esse probabilem, nisi sit vera, ī. eod. interposita, in prin. Est igitur necesse, quod prius constet de veritate. 2 In euentum ergo litis scietur an attentata veniant reuocanda nec ne, & est simile ī. de frigi. fraternitatis. Nec est hoc ius nouum, imo probatur expressè per antiqua iura, non enim semper Papa in appellationibus ante litiam interdictis mandat, si est ita, reuocato in irritum, &c. sup. de rescri. significante; & duob. e seq. sup. de iud. exhibita, sup eo. significantibus, cum multis similibus.

ADDITIO. Alleg. Archid. de dilat. c 1. sup eo sæpè vers. quod si. & c. ex parte, 2 & quod no. 54. dist. quis autem. Ioan. Andr.

[Glo. seq. addit alium casum.]

e ¶ Nisi iudex.] ponit vnum casum exceptum a primo generali dicto. Alium casum posses addere, qñ iudex ipse detulerat appellationi, sup. eod. tit & lib. cum appellationibus Io. And. idem Io Mon.

f ¶ Deuolutum.] alias inhibere non posset, sup. eo. tit. & lib Romana, §. si vero, & seq.

[Glo. seq. tractat per quæstionem.

h ¶ Causa.] pp quā appellatum extitit.

[Gl. seq. tractat qd̄ de attētatis à tertio & quid de attentatis à parte. In primo mēbro collige bimēbrē distinctionē: ad primum membrū obijcit, & dupliciter soluit. In secūdo distinguit hęc mēbra: aut attentatum est irreuocabile, aut reuocabile, & si reuocabile, aut illicitum, aut licitum, & si licitum, aut appellatio est extraiudicialis, aut iudicialis, in fine quærit, & soluit.]

i ¶ Reducendum.] Decretalis, ista loquitur in ijs, quæ sunt attentata p iudicem, & hoc apparet ex eo, q dicit, inhibeat canonice iudici, &c. Si autem aliquid attentaretur à tertio, idest, qui non fuit pars, vel iudex in cā illa, attentata non reuocantur per modum attentati a iudice ad quem fuit appellatum, sed per suum proprium iudicem cognitio de cā, seruato iuris ordine, ī. eod. tit. & lib. Romana, §. in alium, ff. de rei vēdicatio. l. a quo. non. n. præiudicat alijs res inter alios acta. supr. de re iudica. quan uis, quod est verum: nisi ille tertius per attentationem illam iurisdictionem iudicis impediret. sup. de offic. deleg. c. 1. Non obstat sup. eo. bonæ. vbi vr attentatum à tertio reuocari per modum attentati 3 ibi enim fuit ghaliter appellatum, ne quis super possessione, &c. & ideo molestans non poterit dici tertius, sed potius pars 3 appellata. Alij dicunt, quod illud reducetur in pristinum statum per interdictum vnde vi, non per modum attentati, & secundum hoc non obstat. Idē & per eadem iura intellige, si tertius aliquid attentat lite, relatione, vel consultatione pendente. Hæc tamen omnia de tali tertio intelligas, qui cum parte vel iudice nihil attentat illicitum, nec ab eis causam cœpit habere. Ad hoc ff. de excep. rei iud. si a te, §. si in princ. & l. exceptio. Io. And. aliàs secus, ī. de constit. cum M. in fine, vt lite penden. ecclesia 2. Si autem aliquid attentetur a parte, aut illud de natura sua est irreuocabile, aut irreuocabile. Si irreuocabile, puta pendente appellatione, vel lite inter duos super sponsalibus cotum cū ea per verba de præsenti contraxit, etiam post inhibitionem non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an valeat matrimonium vel non, si aliud perpetuum impedimentum præcessit, nec ne, sed benè fiet ad tempus separatio, & alia pœnitentia vel pœna imponitur, sup. de matri. contract. contra interdict. eccle. ca. 2. & vlt. Si vero reuocabile sit, distinguo, an sit licitum, vel illicitum: si illicitum, vt quis appe. pendente pars spoliat partem, reuocatur per modum attentati, de appellatio bonæ, ff. de ædil. edic. ædiles § item sciendum, & ff. de aq. plu. arc. l. supra iter §. officium. Et fit talis reuocatio & restitutio ex solo iudicis officio, vt li- se pen-

a Idē dicunt Iod. An Do. & Phi. tenētes, q illa attentato rū reuocatio peti pt semp ante conclusionem ī cā. & vide Felin d illis attentatis in c. dilecti, de maio. & obe. Fon.

† al. contigerit.

2 Glo. sequunt Doctores, & pcedit ēt si iudex à quo, sciret quod iudex ad quē incepisset cognoscere & ei hoc intimasset, ga intimatio si ne expressa phibitione nō ligat.

3 Vt apparet hic ex Doct. molestās pōt dici pars qñ habet cām à iudice, vt si bannitus appellet, & ego cū essendi, fundo me sup bāno iudicis à quo nō iudex ad quem me cōpelcet, Bar. in l. j. ff nihil nouari. Phil. Fon.

te penden.c.1.& per totum. Fit inquam de plano,& sine libello.facit quod not.ff.de interrog.act. super Rubricā. Tenetur tñ duo ꝓbare, ꝙ innouatū fuerit, & ꝙ lite pen. vel appellatione, vt lite pen. per totum. Si uerò aliquid attentetur, quod alijs esset licitum, vt si quis facit quæ de iure cōi sibi competunt, vt pura app pen collegium eligit, vel similia. Si extraiudicialis fuit appellatio ¹ tal a attentata non reuocantur per modum attentati, sed pendent ex euentu futuro. sup. de electionib⁹ cum inter, & c. cōsiderauimus, C. de rei vend. l. fundū. Si autem in iudicio fuerat interposita hic fuerunt opiniones no. de in integ.restit. ca 2. de iure patron ex literis. Dic tamen secundum Gar. quod si lite vel appellatione penden quis utitur possessione eo modo quo ante, nil innouans illicitum vel dolosum in præiudicium partis, non habet locum reuocatio per modum attentati: cū nil innouari videatur, 8. qōne 1. nonne, immo circa ipsum fieret innouatio, quod prohibitum est, vt in prædictis iuribus. Si autem dicit aduersarius aliquid innuatum illicitè, probet hoc, supra, eo. bonæ, de iure patronat. ex literis, aliàs pendent ex futuro euentu. de restit. in integ. ca. 2. nisi prohibitio iudicis ex causa interposita aliud inducat sup de præben. inter cætera, sup de despons. impub. ad dissoluendum, ff. ne quid in loco pub. l. vlt. Vnde vnum scias, quod si pars appellans aliquid illicitum attentato: eo ipso se indignā facit appellationis beneficio, & procedit iudex a quo appellatum est, perinde ac si non fuisset appellatum, sup. eo. au lit secundum casum Inn. Sed redeundo ad textum quæro, si iudex appellationis statim reuocat attentata: postea pronunciet malè appellatum, nunquid illa reuocata resumunt vigorem ipso iure? Respondeo non: quia illa reuocatio legitimè facta est ad tuitionem appellationis, cum processus in ipsius appellationis contemptum factus fuerit, & ideo tanquam legitimè facta, firma, & stabilis perseueret C. de adul. Grachus lex illa reuocatio fuit quasi interlocutoria, & sic cum ab ea non fuerit appellatum, transiuit in rem iudicatam. sup. de elect. cum dilectus. de re iudic. quod ad consultationem. Cum igitur talis reuocatio non pēdeat ex euentu appellationis, sed sola dependētia appellatiōis ² ad reuocationem sufficiat, vt hic, & sup. de iureiu venientes. quicquid de appellatione contingat factū, ipsa pendente fuit legitimè reuocatū, pronunciata igitur appellatione legitima, de nouo iterum procederetur, de accusationibus, qualiter, & quando, 1.

ADDITIO. Nam ut dicit Inn. de exceptionib. dilecte, nulla est absurditas, si quid male factum est reuocatur, & illud idem legitimè repetatur. facit sup. de elec. dudum 2. ver. tandem, de re iud. ad probandum, ē eo. li. de elect. si confirmationem. Io. And.

¹ De hac plenè scripsi de maio. & obe. dilecti. in gl. sed qd̄ ꝓdest, cū remissis, q̄ ibi sunt in s. glo. Io. And.

† Vide Deciū in c. cū sit Romana, & Perusinū i c cōsuluit, extra de ap.

² Simile sup. eo. li. vt lit pen. c. 1. & 2. & ꝙ dixi s. de ordin. cog c fin. Io. And.

¶ Idem.

¶ Qui appellat extra iudiciū inf. decem dies (ex quo sciuit grauamen) appellare debet postea per remedium iuris cōis audietur, sed non per appellatiōis remediū. Io. An.

CAP. VIII.

Concertationi [a] † antiquæ finē imponere præsenti constitutione volentes: Statuimus, vt ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus [b] actibūs (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis grauatum [c] se reputās,

Concertationi.] Primo ponit motiuū constituētis. Secundo ibi, Statuimus, cōstōnem, quæ distingit an per appellationem uel aliter petatur reuocari grauamen. Et fm membrum iur, sed si cum determinationē interserit, ibi, dummodo.

CASVS. peruenit ad notitiam meam, ꝙ eps̄ Pictauiēsis contulit alicui beneficium tanquam vacans, quod dicebam meum, & non vacans: & sic dico, ꝙ collatio est facta in præiudicium meum, volo appellare ab illa collatione, an possim? Certè sic, dum tamē appellē ī. decem dies numerandos a tēpore notitiæ meæ, postea non possum appellare. Sed per hoc tū non videor renūtiare iuri meo, quin via iuris cōis possim prosequi ius meū, videlicet interdicto vnde vi, vel alia actione, vel ēt manutentionē ipsius bñficij petere, vel pōt poni casus in electione hoc modo, Canonici Ecclesię Pictau. vno excepto elegerunt quendam simoniacum, certum est, quod vnus poterit appellare, & pro causa appellationis, dicere, ꝙ ille est incapax. dummō appellet inf. decem dies, si vero non appellauerit inf. decē dies, poterit se opponere ne talis simoniacus cōfirmetur, sed amplius nō audietur per uiā appellationis. Nota primo ex principio capituli, ꝙ altercatio q̄ est inter aliquos doctores super decisione alicuius dubij, potest dici concertatio: quia simul pugnant iaciendo iacula & rationes: & de hac cōcertatione loquitur præsens capitulum. Nam de hoc fuit concertatio inter doctores antiquos, vtrum ab actibus extraiudicialibus debeat appellari infra decem dies. Nota vlterius, quod ab actibus extraiudicialibus potest quis appellare, seu si propriè loquendo dr̄ prouocare & non appellare, c. cum sit Romana, eod. tit. in antiquis. Nota, ꝙ ab actib. extraiudicialibus debet appellari int. decē dies, qui currunt a die notitiæ grauaminis, & non a die notitiæ actus, ut hic tenet Dñicus de Sancto Geminiano, & ponit exemplum: Ponamus, quod eps̄ Pictau. contulit tibi beneficium ꝙ erat mihi debitum, & ignorabam, ꝙ esset mihi debitum, cū sciebam collationem esse tibi factā, post sciui ꝙ illa collatio fuit facta in meum præiudicium: certum est, quod possum appellare infra 10. dies, qui numerantur a die notitiæ grauaminis, quo sciui, quod collatio fuerat facta in meum præiudicium.

Concertatio qñq; est inter Doctores.

Appellandū est ī. decē dies ab actib. extraiudicialibus.

[Prima gl. summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Concertationi.] qui appellat extra iudicium infra decem dies, ex quo sciuit grauamen, appellare debet: postea per remedium iuris communis audietur, sed nō per appellationis remedium. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eius quod notat Ioan. 2. qō 6. biduum, & Hostien. de appe. vt debitus, & Inno. supra eod. bonæ.

ADDITIO. Et Gui. in Specu. de app. §. restat. versi. sed quid dices 2. Io. And.

b ¶ Extraiudicialibus.] siue fiant a iudice, siue a priuato sup eo c. 1.

[Gl. seq. fortificat text & ponit opi. Host.]

c ¶ Grauatum.] nota ꝙ decretalis ista locum habet in appellatione interposita a grauamine iam illato: secus si ab inferendo, cum ex probabili causa timetur, & interponitur applō. Vnde aduerte, quod infra decē dies appellandum sit a grauamine extra iudicium, allegabatur talis ratio; si appellari posset vndecimo die, eadem ratione & centesimo, quod esset absurdum. Præterea, si quis velit dicere decurionem legitimè nō creatum, non auditur nisi intra legitimum tempus contradicat, ff. de decurionibus, Imperatores, §. fin. & infra id tempus infra quod appellandum est, argumentum, C. eo. hi qui ad ciuilia. & l. nominationes, 2. q. 6. §. diffinitiua, ver. nominationes. quod enim tempus in sententijs attenditur, attendi debet & in his, in quibus non profertur sententia. ff. quando appellandum sit, l. 1. §. ꝙ in sententijs. & 2. q. 6. biduum. Dicebat autem Host. in decret. vt debitus, ad finem, de applōnib. quod in electionibus ante, & post etiam decem dies poterit appellari: sed hoc modo: quia si ex legitima causa interponitur applō, ne fiat electio, valet: & causa probata irritabitur, electio postea secuta. supra de electio. consil. cauimus, & sup. eo. constitutus 2. aliàs non reuocabitur.

cibitur: vt sup. dixi. c. prox. post electionem, & ante cōfirmationem, appellatur ēt post decem dies ne fiat confirmatio, & sic posset intelligi quod no. Inn. in decret. Bonæ, ꝙ extra iudicium appellatur post decem dies. 1 cum .n. extraiudicialis appellatio non sit aliud quā ad cām prouocatio,

per appellationis beneficium grauamen illatum desiderauerit reuocari, infra decem dies † (postquam sciuerit a) si velit, appellet: post decendium verò eidem aditus non pateat appellandi. ¶ Sed si per contradictionē debitam, b vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen; ei (dummodo medio tempore his non consenserit c †) lapsus decendij non obsistat. d

sup eo cum sit, sicut læsus qñcumq; pōt lędentem ad iudiciū vocari facere: sic esi potest prouocare ad cām extraiudicium appellando: non.n. transit grauamen in rem iudicatam, sicut snīa, vt sup. eod. titu. & lib. Romana, § si vero. in iudicialibus autem actibus, vel quasi, necesse est infra decē dies appellari 2 & sic intelliguntur leges prius inductæ; loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionū, quod est quasi iudiciale vel præsidis, interponitur, ad hoc, ff. qñ appellandum sit, l. 1. Sed decretum canonicorum, eligentium non est iudiciale, vel quasi: immò omnino extraiudiciale. Expeditum ergo sit per hanc decretalem quod a grauamine, extra iudicium illato, necesse est infra decem dies appellari: & sic intelligatur sup. de electionib. c. 1. & c. ut circa, & ca. cupientes, aliàs appellatio non deuolueret. sup. ad Romana. § si uerò. Iuris autem alia remedia propter hoc non tolluntur, vt sequitur.

a ¶ Sciuerit.] est.n tempus utile a principio, licet continuum in progressu, & de hoc plene no. 2. q. 6 anterio rum, & fit de momento ad momentum computatio, vt ibi Et intelligo sciuerit, non solum actum illum factum: sed per illū se grauatum. Quid.n. si sciui te electum: & post decē dies sciui, quod prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat? adhuc inf. decē dies a die scientiæ prouocabo: quia modo scio me grauatum, & hoc sonat hac litera.

ADDITIO. Ad hoc sup. eo. lib. de rescrip. cap gratia. Ioan. And.

b ¶ Debitam.] vt si coram superiore excipiatur, vel cassatio petatur: vel his sim.

ADDITIO. Io. Mon. ponit exemplum per decret. licet episcopus infra de præben. quando s prouisum est tibi de beneficio quod possidebam, possum appellare. Item expectare quod uocer propter possessionem quā habeo. Sit autem secundum cum huius iuris rō: quia habens plures uias, licet sit sibi præscriptum in vna, vt in via appellandi, non propter hoc præscriptum est in alia, ut in via contradicendi, ff. de appellat. si expressum. Io. And.

c ¶ Non consenserit.] scienter 3 propter ea quæ sup. dixi: nihil.n. tā contrarium consensui, sicut error. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si per errorem, & intellige si assenserit etiam tacitè, de officio delega. gratum de his quę fiunt a maiori parte Capituli ex ore cum suis concordantijs.

d Non obsistat.] optime concordat, s. eo. lib. de restit. in integ c. 2. Idem Archid.

Appellatio.] Quia breue est, non summatur, neque diuiditur.

¶ Appellans in scriptis non tenetur legere appellationem iudici a quo: sed sufficit, ꝙ appellet, ut in litera continetur, h. d. Et secundum aliquos non est necesse exprimere uerbum, appello: sed sufficit ostendere chartam iudici a quo.

CASVS. Tu & ego litigabamus corā aliquo iudice competenti, qui tulit aliq̄ interlocutoriā contra me, a qua appellaui in scriptis, ex causa rōnabili, & appellationem meam redegi in scriptis, quā infra decem dies exhibui & præsentaui iudici à quo, sed tñ eam non legi utrum uitietur mea appellatio? Vī ꝙ sic, nā iudex tenetur legere sniam suam: alias snia sua non ualet, c. fi. sup. eo. lib. de re iud. ita vī, ꝙ in appellatione requiratur recitatio, & vt appellās legat suā appellationem iudici. Hac tñ rōne dubitandi non obstante, dicit Rom. Pontif. quod ego appellans nō teneor legere appellationē iudici a quo: sed si petat diploma appell. debeo ei tradere: si autem non petat, nō teneor illi tradere. Ex quo patet, quod non sunt necessaria ista verba, q̄ ponunt communiter notarij in instrumentis appellationis. ꝙ ipse appellans fecit lecturam. Nota primo, quod licet iudex a quo, teneatur sententiam diffinitiuam legere partibus: ita quod non sufficit si eam tradat partibus: tamen secus est in appellatione, ut est hic text. Nota quod appellatio est interponenda coram iudice a quo: non autem sufficeret, si interponeretur coram aduersario: & hoc uerum, si possit haberi tutus accessus ad iudicem: nam secus si quis commodè non habeat tutum accessum, ut in c. 6. eo tit. in antiq. Nota. vlterius, quod appellatio est porrigenda iudici, non appellato quantum ad ualidandum appellationem: sed quantum ad deuoluendum causam, an sit porrigenda appellatio: Dic ut in Clem. Causam. de elect. Nota finaliter ꝙ impugnatio & exceptio, quæ non est rationabilis, non est admittenda. Dom.

[Prima glo. dicit quid approbet.]

e ¶ Appellatio.] hoc not. Guil. in Spe. eo. titu § qualiter autem, in princi.

f ¶ In scriptis.] sic enim est appellandum ante sententiam & a sententia ex interuallo, quod dic, ut no. sup. eo. tit. & lib. c. 1.

[Gl. seq. recit. per quęstionem an coram iudice necesse sit appellare.

g ¶ Iudici.] Nec appellandum coram iudice, de hoc per Io 2. q. 6. biduum. § adeundi. in glo. 1. & per Bern. sup. eod suggestum, indistinctè teneas (cum in iudicijs, vel extra a iudice appellatur) coram iudice appellandum, sup eo. lib. eodē supra eod ut debitus ibi, coram eodem iudice. & cęt. & hoc si potest ipsius haberi copia, & in publico: non in hortis, uel uilla suburbana 2 quæst. 6. dubium § adeundi. vel nisi iustus metus appellantem excutiat sup eodem titu cap vlti. Si vero sunt plures iudices: dic vt in Clem. eo. tit. si a iudicib. Ioan. And.

ADDITIO. Hanc opin. gl. de appellando coram iudice, &c tenet Arch. qui etiam alleg. ff. quando appel. sit l. 1. § dies. & § si quis C. eo tit. in offerendis, in Auth. de app § 1. col 4. Recitat tamen opi. Gofr. qui dixit, quod appellatio emissa in absentia iudicis bene excusat si non fiat fraudulenter, ut dixi in decre. suggestum. sup. eo. quod vī placere Inn in decret. Dilectus eo. titu ad fi vbi dicit ꝙ per appellationem etiām factam in absentia iudicis, appellans est exemptus ab ipsius iurisdictione, tamen ipsi Inn. placet in decret. si tutius quod sequitur in gl. Dicit etiam Arch. quod si bene uideatur decret. si duobus. 1. resp in fi. satis demonstrant, ꝙ appellatio non protegit appellantem a suo iudice, donec ad ipsius iudicis notitiam perducatur, & idem ibi Pet. de Samp. Io. And.

¶ Idem.

¶ Valet appellatio in scriptis porrecta, licet corā iudice non legatur. h. d. Zenz.

CAP. IX.

Appellatio, e † quam in scriptis f iudici g (à quo appellare volebas)

† Petr. de Anch notat conuenientiam inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, & ponit sex pulchras differentias Fon.

1 Doctores dicūt verum si iudex extra iudiciū iubendo uel faciēdo me grauet: dicā ei ꝙ reuocet: si nolit, tūc appellabo infra eo. c. si à iudice. Itē si pręcipiat soluere decē, dicā ei ꝙ hoc reuocet offerēdo me iuri, si nolit appellabo. Io. And.

2 Et ēt infra illos dies dēt fieri adhę sio ratiha bitio, glo. in ver. adhærentes. in c. ut circa sup eo. lib. Phi. F.

3 Et spōte ſm Arch. alleg. 35. q. 5. notifi catis, & ꝙ ibi nota. Io. Andr.

† al. assenserit.

† De intimatione applonis uide Lapū allegatione 39. inci. an valeat, & allegatione 119. incip. quātum

a ¶ Pro-

a ¶Proponis.] & probas sup. de conces. preb. cum sup quæstione. ergo vt dixi sup eo. cap. i. non est necesse, q scriptura appellationis sit authentica: dummodo post sit probata. tutum est tamen quod per notarium de hoc fiat scriptura publica: quia quod continetur in charta difficile est probare.

[Glossa sequens signat contrarium, & soluit.]

b Lecta.] Videbatur arg. eius quod dr sup tit. prox. c. vlt. in fine, cum suis concor. dd. sicut enim requiritur q sententia legatur per iudicē, nec sufficit q in scriptis edatur, vt ibi: sic etiā vr nō sufficere q appellatio in scriptis edatur, nisi et legat. Sed non tanta sollēnitas requirit in appellando, quanta in diffiniendo, alias sequeretur q die feriato non posset appellari, sicut nec diffinitiua proferri: & quod appellans habet sedere & non stare, & hæc sunt falsa, cum ergo decretal. vt debitus, & decretal. cordi hoc solum requirant, quod assignetur vel exponatur causa probabilis, vel in scriptis, assignare autem fit verbis, nutu, testamēto, vel codicillis, ff de verb. sign. assignare (Et Instit. de assign. lib. per totum. Ioan. Mona.) ff de assignat. lib. l. i. §. assignare, ergo & in scriptis assignādo & porrigendo iudici, satisfactum est iuri. Et facit ad hoc, sup. eo lib. de offi. ord. si canonici 2 Sicut enim ibi sufficit causam cessationis scribere, & scripturam assignare ei contra quem cessatur, sic & hic in appellatione. Sic & olim dabat maritus vxori suæ libellū repudij, quod sufficiebat, licet non legeret, de quo dicitur in proœmio decret. probatur hoc etiam 2. q. 6. c. ei qui. ver. si quis libellos appellatorios ingesserit, & l. biduum, §. adeundi. versi. & quis ipsius ibi, vt ei libellos daret. Et quod hic de appellationibus dicitur, de exceptionibus intelligo, vt sufficiat illas dari in scriptis: licet non legantur. ad hoc sup. de probatio. quoniam contra. Io. And.

1 Quia sit solum mō ad Istimādū actum pſentem. Si autem scriberet ad probādū actum pteritum, illa scriptura dēt esse auth. Cle. cū m. de elect. Anch. Fō.

2 Dicit Io. Mo. q ista decr. & il la pbant q assignare & porrigere idē est q præsentare, p̄sentatio vero non reqrit lecturā, hoc posuit Arch. in decre. Cord.

¶ Vide Rotam deci. 7 & decisione 74. i nouis.

te porrexisse proponis; a non potest ex eo quod coram ipso lecta b nō fuerit, rōnabiliter impugnari.

¶ Idem.

¶ Iudex a quo compellere nō potest appellantem a grauamine ipsum veritatem probare, licet citare potest ad ipsum reuocationem audiendā: qua facta, in causa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset. h. d. Zenzel.

CAP. X.

SI † a iudice c a quo (propter grauamen d quod tibi proponis illatum) appellas, ad docēdum te fore grauatum, & ad audiendum reuocationem eiusdem grauaminis (si de ipso docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cum ipse per se e id videre habeat) hoc docere, nec etiam tanquam coram iudice (cum per appellationem sit suspensa ipsius iurisdictio) comparere teneris: f nisi ad hoc solum, vt reuocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam:

[Glo. sequens summat.]

SI a iudice.] Gl. non summat. Diuiditur autem istud c. in duas particulas. Prima ponit thema, cuius duo dubia soluit, vtriusque reddens rationem: ibi. Nec coram. Secunda particula, quæ est ibi, Nisi ad hoc solum, secundum dubium determinat, & declarat. Io. And.

¶ Pro intellectu istius c. habemus præsupponere, q licet iudex non possit reuocare suam sententiam diffinitiuam. l. 2. C. de sent. ex periculo recitan. potest tamen reuocare interlocutoriam sententiam, l. quod iussit, ff de re iudi. c. cum cessante, eod. tit. in antiq. Secundo habemus præsupponere, q appellans per appellationem eximitur a iurisdictione iudicis a quo appellauit, quātum ad illam causam. c. Romana. sup. eo. tit.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram officiali Pictauien. qui tulit aliquam interlocutoriam p̄ me, a qua appellaui sollēniter, & in scriptis, iuxta tenorem c. i. s. eod. tit. Officialis fecit me citari vt coram eo comparerem, facturus fidem de grauamine, an teneat comparere? Respondet quod non, nam iudex debet esse certus, an me grauauerit, vel ne. Sed ponamus, quod iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriam suam, an debeam comparere? Certe sic, & si non comparearm, & iudex reuocet suam interlocutoriam, poterit contra me procedere tanquam contra contumacem, quia reuocate grauamine est extincta appellatio mea. [Reuocauerit cum effectu] & realiter, non verbo. & hoc si grauamen sit realiter illatum Nota primo, q iudex a quo, potest suam interlocutoriam reuocare, & sic est vna differentia inter sententiam diffinitiuam & interlocutoriam. Nota q si iudex a quo, citauit appellantem ad faciendum fidem de suo grauamine, non tenetur appellans comparere, quia iudex debet cognoscere vtrū appellantē grauauerit: secus si appellans esset citatus ad vidēdum reuocari grauamen: quia tunc teneretur comparere coram iudice a quo. Et citatio sit facta ad edocendum de grauamine, & videndū reuocare grauamen, tenetur comparere, nō ad omnes fines, sed ad videndum fieri reuocationem grauaminis. Nota, q cessante causa finali, cessat effectus, secus est de causa impulsiua. l. i. §. sexum. ff. de postulando. vbi turpitudo Calphurniæ fuit causa impulsiua prohibitionis mulierum a postulando. Item illud intelligitur, quod cessante causa finali, cessat effectus, quando est vnica causa finalis, secus si essent plures, quia tunc requiritur cessatio omnium causarum. Inst. de nup. §. affinitatis. de hoc per Doctores in c. etsi Christus. de iureiu. in antiq. in fine cap.

[Prima glo. dicit quid declaret, & exponit.]

c ¶Si a iudice.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Ber. & Moderni supra eo cum cessante. Et dic iudice ordinario, vel delegato, & idem si esset arbiter iuris, a quo potest appellari, supra eod. lib. de offi. dele. ab arbitris.

ADDITIO. Et Gul. de excep. §. viso. versi. sed si iudex. & seq. & corrigit, quod not. Ber. sup. eo. lib. de re iu. ad Apostolicæ versi. etatq; parata.

d ¶Grauamen.] secus enim si a sententia diffinitiua quam iudex reuocare non potest, functus est enim officio suo semel iudicando, siue bene siue male. ff. de re iud. iudex sup. de offi. deleg. in litteris, & c. venerabilis intellige igitur grauamen, siue per interlocutoriam siue præter interlocutoriam inferatur.

e ¶Per se.] Debet enim esse de facto suo certus. sup. de rescrip. ab excommunicato. C. de rescindenda venditione, quisquis. veritas enim causæ appellationis probanda est coram iudice appellationis, vt supra eo tit & lib Romana, & c. cum appellationibus, ergo non corā iudice a quo appellatur, saluo eo quod dr̄ supra cod. tit. interposita.

[Glo. seq. quærit arg. pro & contra soluit, & certis allegatis in contrarium respondet.]

f ¶Teneris.] Quid si compareat, & coram iudice ipso a quo appellauit de grauamine doceat, nunquid ab appellatione videtur 3 recessisse? Videtur primo quod sic, per decreta supra de offi. deleg. gratum supra de testi. cum venisset in quibus dicitur, q si appellans post appellationem probationes inducit coram illo a quo appellauerat, appellationi renunciat. Item hæc litera dicit, quod per appellationem suspensa sit iurisdictio iudicis, si ergo aliquid facit coram ipso, vt coram iudice, allegat contraria, & sic non auditur. ad hoc sup. eo. sollicitudinem. cum suis concord. contra sup. eo. interposita.

3 Vide Alex. consi. 130. in 4. vol. & Deci. 1 tit. gratum in 4. not extra de offi. de leg.

ista vbi dicitur, quod appellans potest probare si vult veritatem causæ coram iudice a quo appellat. Sed responderi potest decret. illã locum habere ante appellationem. 1 Satis credo cum per actum istum semper intendat ad iudicis iurisdictionem declinandam, 2 qđ p hoc appellationi non renunciat. & hoc sonat litera, quę dixit hic, non teneris: non dixit, non potes: & sic etiam soluitur, quod dicit de allegante contraria, cum ista non sint cõtraria, quæ ad vnum finem tendunt. Et facit quod dixi infra de regu. iur. nullus pluribus. Ad decretal. gratum. & ca. cum venisset. respondetur, q illæ probationes fiebant super principali negotio: & ideo bene renunciabat appellationi, quia cõtrarius sibi: sed hic secus facit pro hac parte q iste prouocatus est ad hoc, ff. de condi. fur. & ideo in prin. supra de excep. cum inter priorem, & accedant quæ not. 3. quæst. 3. cap. induciæ 2 §. offeratur. supra de re iud. cap. inter monasterium, & vtilius est negotia tali expediri compendio, quam per exactam subtilitatem longo prorogari dispendio supra tit. proxi. abbate sane, in fine præterea legitime tenetur comparere ad id quod sequitur, & tamen comparendo non renunciat appellationi.

1 Hic colligit Do. q licet p actũ corã iudice a quo renũcietur appellationi interpositæ, non tñ interponẽdæ. Fon.

2 Hoc est verũ si per viam simplicis informationis agat: sec° si agat tãquã corã iudice cõstitutus, vt iuribus cõtrarijs. Do. Font.

aliàs si non comparueris, & ipse in termino grauamen reuocauerit cum effectu, [a] poterit extunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset. [b]

¶Idem.

¶ A collatione Capituli ad Episcopum appellatur, si vt canonicus interfuit: secus si vt prælatus h.d. Dominicus.

a ¶Cum effectu] effectualiter enim intelligenda sunt verba, vt supra de cler. non resid. relatum. cum suis concordan. Hinc enim est, quod non sufficit dicere separatum reuocare, nisi & reuocet. ad hoc supra de eo qui mittit in possess. causa rei seruand. capitu. 1. & ad hoc supra titu. proxim. ad Apostolicæ, versicu. eratque pagata. item si grauamen fuit verbale, reuocatio sufficiat verbalis, si reale, non sufficit verbalis, nisi re etiam reuocetur.

ADDITIO. Idem Archi. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in suis cauillationibus, rubrica de generalibus exceptionibus. vbi not. q non sufficit, quod iudex dicat ego reuoco, nisi recedat a grauamine interlocutionis. Ioan. And.

b ¶Non fuisset.] quia cessante grauamine cessare debet appellatio sup. eo. cum cessante. Io. And.

A Collatione.] Duo facit, quia circa vnum thema distinguit: Primum, ibi, Non ad ipsum: Secundum ibi: Alias h.

¶Appellans a collatione facta per Episcopum, & Capitulum, debet appellare ad Archiepiscopum, si Episcopus interfuit vt prælatus, secus si vt canonicus, quia tunc appellatur ad Episcopum.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius capituli, quod quis potest appellare etiam collatione continuata in præiudicium alterius c. 1. eo. tit. in antiq. Item habemus secundo præmittere, quod quis potest appellare post collationem factam, dum tamen appellet intra decem dies numerandos a tempore notitiæ suæ. cap. concertationi supra eo tit. & lib. item est præsupponendum quod habetur in cap. 2. vt lit. pen. supra eodem libro. vbi dicitur, si duo litigent super beneficio, & moriatur possessor, non debet alius subrogari in locum defuncti, donec sit cognitum de iure superstitis: & si fiat collatio, potest superstes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata. sed ordinarius potest defendere ius defuncti.

CASVS. Tu possidebas beneficium, quod dicebam ad me spectare, vel esse mihi debitum, vnde feci te cõuenire coram iudice competenti: pendente controuersia ista tu es mortuus: Eps Pictauien. & Capitulũ ad quos cõiter spectat collatio illius beneficij cum vacabat, volebant illud cõferre: ego hoc videns me opposui ne facerent collationẽ de illo bñficio: nõ obstante mea oppositione ipsi contulerunt bñficium, volo appellare ab ista collatione, quæritur ad quem debeam appellare, vtrum ad archiepiscopũ, vel ad ipsum Epm? Rñdet cũ distinctione, aut Eps inter fuit collationi vt prælatus, aut inter fuit vt simplex canonicus, si interfuit vt prælatus, debeo appellare ad archiepm, vel ad Papam, & non ad Epm, quia tũc appellaré ab eodẽ ad eundẽ; si vero Eps inter fuit vt canonicus, & nõ vt prælatus, tunc possum appellare ad ipsum Epm tanquam ad superiorem Capituli Nota primo, quod a collatione facta, vel facienda in præiudicium alicuius, potest appellari, sed proprie dicitur prouocatio. cap. cum sit Romana. eod. titu. in antiq. Nota, quod Episcopus potest interuenire in capitulo vt canonicus, & tunc habet vocem, & sua vox auget numerum. Item potest esse in Cap. vt prælatus, & tunc non habet vocem licet Host. dicat, q ipse repræsentat mediam partem Capituli, & q ipse & vnus canonicus faciant maiorem partem Capituli. de hoc in cap propoſuisti. de concess. præb. in antiq. Communis autem opinio Doctorum est in contrarium, videlicet, q ipse non habet vocem quando est in Capitulo vt prælatus, sed solum habet potestatem concludendi secundum maiorem partem Capituli Not. vlterius, illud ad quod emanauit præsens capitulum, videlicet quod cum appellatur a collatione facta communiter per Episcopum & Capitulum, potest appellari ad ipsum Epm, si interfuit vt Canonicus, quia tunc censetur simplex canonicus, modo Capitulum subest Epo, & appellandum est ab inferiori ad superiorem. Sed quomodo cognoscemus, quod Eps est in Capitulo vt prælatus vel vt simplex Canonicus? Doctores hanc materiam tractant in c. postulastis. de concess. præben. Et dicunt q si in Ecclesia sit statutum, quod ordinet, vt Eps sit in Capitulo, vt prælatus, vel vt simplex Canonicus, standum est illi statuto, si vero non sit statutum, tunc cognoscetur ex coniectura: nam si Episcopus non tenet primum locum & honorabiliorem, censetur esse in Capitulo vt canonicus: si autem præsideat & teneat honorabiliorem locũ, censetur esse in Capitulo vt prælatus.

CAP. XI.

A Collatione beneficij, [c] quam cõiter per Episcopũ & Capitulũ in tuũ præiudicium [d] factam esse proponis; Non † ad ipsum episcopum (si in ea vt prælatus [e] interfuerit †)

† Inducit lo An. & Pet. de Ancha. ad qõnẽ, an donata ambo stipulatoribus acquirant sibi, vel illis a quib. missi sunt: vide Bart. in l. vero. ff. so. mat. l. sociũ qui, §. si ff. p socio. Font.

† al. interfuit.

[Prima glo. dicit quid approbat.]

c ¶A collatione beneficij.]Hoc notat Hostiensis de excessibus prælato c. 1.

ADDITIO. In c. postulastis. de conces. præb. & forte corrigitur, quod ibi not. Innoc. qui dicit de electione Episcopi & Capituli, ad Episcopum appellandum: qui licet constituunt vnum Capitulum in electione, non tamen in exercenda iurisdictione forte dixit quia saluatur, si intellexit iuxta secundum membrum huius distinctionis. Io. And.

d ¶Præiudicium.] Aliàs appellare non licet 2. quæstio. 6 non solent. supra de electio, cum inter R. ff. de appel. 1.

[Glo. seq. soluit dubium, quærit, & soluit.]

e ¶Prælatus.] quod præsumitur, nisi aliud appareat. Et si quæratur, quomodo cõstabit an sit ibi vt prælatus & an sit ibi vt canonicus? Recitari solet supra de concess. præben. postulastis. Si est in primo loco & ei primo scribitur, tunc apparet eũ esse vt episcopum, vel vt caput. Sed quando sedet, & subscribit post archidiaconum, vel alium

Qualiter cognoscatur an Episcopus sit i ecclesia vt prælatus, an vero vt canonicus.

alium, qui ibidem præsit capitulo, tunc patet ipsum ibi esse ut canonicum, ad hoc 17. dist. c. vlti. de maio & obed. statuimus.

a ¶ Superiorẽ.] Papã vel proximum. s. eo. ti. dilecti. vlt.
b ¶ Vt canonicus.] sup. de concel. preb. postulasti. j. de preb. cum in ecclesiæ sede vac. ca. j. cum similibus.

sed ad superiorem [a] te oportuit appellare. Aliàs si vt canonicus [b] interfuisset in ea, potuisti [c] appellare licite ad eundem.

[Gl. seq. alleg. duo similia, & soluit duo dubia.]

c ¶ Potuisti.] sim. 17. dist. multis, vbi de archiepõ appellatur ad synodum, cui tamen præest archiepũs. ad idem. ff. qñ appel. sit l. 1. §. solent vbi de ordinario, & præside appellatur ad præsidem, & quid dicit, potuisti: intelligo & debuisti, nisi appellaret ad Papam cum gradatim sit appellandum. sup. eo. dilecti. Puto tamen quòd si appellans hoc petit, ipse episcopus habeat causam delegate, 1 cum satis sit suspectus; 2 ne velit venire contra factum suum, licet id fecerit, vt alius, ad instar eius quod dicimus de iudice a quo fuit appellatum; qui efficitur iurisdictionis eius, ad quem fuerat appellatum; de hoc 3. quæstione 7. capit. in tantum & iatem si contra patrem. supra de electio. querelam. in 1 glos. C. de appellat. eos. in principio.

1 Cõcor. Innoc. & Host. de offi. ordi. irrefragabili. Ioan. Andr.

2 Vide in simili Archi. I c. insup ext. de testib. & Gemi. in c. auaritiæ, in 2. opposi de ele. lib. 6.

¶ Idem.

¶ Per appellationem interpositam a diffinitiua, reuocari potest interlocutoria principali negotio præiudicans, aliàs non. Io. And.

Licet.] sunt duo dicta, secundum ibi, vbi vero.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario, vel delegato: lite inter nos negatiue contestata; tu actor fuisti admissus ad faciendum tuas probationes & super tuo libello: probationibus factis ego reus proposui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo: vel aliquam exceptionem peremptoriam, iudex noluit admittere istam exceptionẽ peremptoriam, & sic me grauauit, ego non appellaui ab ista interlocutoria hoc facto ipse iudex post renunciationem & conclusionem tulit sententiam diffinitiuam contra me, a qua appellaui. Quæritur nunc, vtrum in cã appellationis possim repetere illam exceptionem peremptoriam, quæ a iudice a quo fuit mihi repulsa? Vĩ quod non, quia transit in rem iudicatam; & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tamen non obstante respondet Romanus Pontifex, quod illas peremptorias exceptiones possum repetere in negotio principali, & ipsis probatis obtinebo: quia per appellationem fuit causa reducta ad illum statũ, in quo erãt immediate post litem contestatam, sed nõ ante. l. ita demum. C. de procu. Sed quid: ponamus quod in causa principali Proposui aliquam exceptionem dilatoriam, quæ fuit repulsa, volo illam repetere in causa appellationis: vtrum possim? Respondet q non, quia in causa appellationis non possunt proponi ea quæ erant proponenda ante litis contestationem, vt d. l. ita demum, sed solum illa quæ erant proponenda post litem contestatam. Et sic intelligitur illud dictum. In causa appellationis non proposita proponam, & non probata probabo Nota primo ex isto cap. bonum argumentum, q si actor dicat exceptionem pro parte rei propositam esse impertinentes, iudex super hoc habet interloqui, an illas exceptio peremptoria sit admissibilis vel inadmissibilis. Et ideo est cautela aduocatorũ peritorum, dum volunt appellare ab interlocutoria, quod petant interloqui super admissibilitate. Sed caui iudices obuiant isti cautelæ dicendo: admittimus istam exceptionem inquantum de iure est admissibilis. Hanc cautelam ponit glossa in capitu cum contingat, de officio delega. in antiq. Nota quod si iudex non admisit exceptionem peremptoriam: & pars non appellet ab illa interlocutoria, sed postea appellet a diffinitiua, in causa appellationis poterit illam exceptionem peremptoriam repetere; nec dicitur repulsio transire in rem iudicatam, ut hic est textus. Nota quod exceptionem dilatoriam repulsam in principali causa non potest appellans repetere in causa appellationis.

CAP. XII.

Licet [d] ab interlocutoria (per quam pacti, [e] vel præscriptionis, aut alia, principali negotio præiudicans, [f] vel iudicium nullum reddens, [g] exceptio est repulsa) nõ [h] fuerit appellatum: [i] si tamẽ a diffinitiua (quæ postmodum, etiam vltra [k] decendiũ promulgatur) ap-

[Prima gloss. summat, & dicit quid determinet.]

d ¶ Licet.] per appellationem interpositam a diffinitiua reuocari potest interlocutoria principali negotio præiudicãs, alias non. Et determinatur hic altercatio Inno. & Host. notata per eos sup. de re iud. quod ad consultationem, & supra quod met. causa cap. vlti. & Innocẽtij opinio approbatur.

e ¶ Pacti.] de perpetuo non petendo, vel similis.

f ¶ Præiudicans.] quod in peremptorijs regulariter est videre.

ADDITIO. De quibus vide satis sup. eo. li. de lit. cõtest. exceptionis. Io. And.

g ¶ Reddens.] sicut exceptio falsi. ff. de iud. licet supra de except. cum venerabilis, supra de procurat. in nostra, vel exceptio contra rescriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum, sup. eod lib. de rescript. c. 1 cum simil.

h ¶ Non fuerit.] secus si a repulsione fuisset appellatum secundo. & succubuisset appellans: quod dic, vt in cle. eo. ti. cum a repulsione.

i ¶ Appellatum.] & sic videatur transiuisse in rem iudicatam. ĩ. de elect. cum dilectus, in fi. de testi. significauerunt, cum sim.

[Glo. seq. quattuor opin. recitat, quarum tertia hic approbatur]

k ¶ Vltra decendium.] hoc dicit vt maior sit dubitatio. Dicebant n. quidam, q si nõ fluxerit decendium cum appellauit a die interlocutoriæ, tunc reuocari poterat interlocutoria, & repeti exceptio per ipsam reprobata, quasi intelligatur super diffinitiua, & interlocutoria appellatum. Et impugnabatur hæc opinio tali modo: Certum est quod aliter appellatur ab interlocutoria, quam a diffinitiua, & etiam a diffinitiua continente plures articulos, in vno potest appellari, in alio non, de testa. Raynaldus, cum simi. Et ob hoc dicebant secundi, quod ex quo appellatum erat a diffinitiua indistincte omnes exceptiones admissas, & non admissas, siue fuit interlocutum siue non siue decem dies fluxerint, siue non, repetere licebit. Et videtur hoc satis expressum. ff. de appellat. l. 1. §. 1. & vlt & l. 2. & 3. & ff. quando appell. sit. l. 1. Ex quo. n. admittitur ad decendium super principali, quod est maius, igitur contra interlocutoriam, quod minus est, veritas n. semper est iuuanda sup. de iureiu. ex litteris, & in clem. sæpe de verb. sig. præterea iudex appellationis succedit in locũ principalis. l. cum apud. ff iudicat. solui. sed interlocutoria non transit in rem, iudicatam quo ad iudicem principalis causæ: ergo nec quo ad iudicem appellationis, quin dare possit licentiam exceptionem repetendi Innoc, vero tenebat opinionem hic approbatam. Hostien (Qui hoc prosequitur satis in sum. de senten. §. qualiter proferri debeant. sub §. primo, versicu. verum tamen appellatus. Ioan Andr.) dicebat, q cum secundum leges 3 regulariter ante sententiam non appelletur. (sup. eod. super eo 2. C. quorum appell. non

3 Per quas qs deciperei si grauamẽ a diffinitiuã illarũ per appellationem a diffinitiua reuocari nõ posset: quod esse non dẽt C. de his qui ve. æta. l. j. Io. Mon.

pellari [a] cõtingat, põt † in appellationis causa ipsum grauamen per interlocutoriam eandẽ illatum licite per appellationis iudicem emendari. [b] Vbi vero interlocutoria super eo profertur, qđ non parat [c] præiudiciũ negotio principali, vel [d] iudicium nullum reddit: nisi fuerit appellatum [e] ab ipsa; per appellationem a diffinitiua postea interiectã, [f] grauamen illatum nequaquam poterit reuocari. [g]

teci.l. ante Io. And.] omnia grauamina illata in causa habent releuari per appellationem interpositam a diffinitiua Sed secundum canones a qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine potest appellari, & ideo quãtumcunq; a diffinitiua appellatur, firma manet interlocutoria, a qua inf. decem dies non fuit appellatum.

ADDITIO. Circa secundam opin. prius tactam dicebat Ioã. Mon. ante sniam non est quis læsus, sed in sententiando, cum totus pcessus ordinetur ad diffinitiuam, & ideo cum læsio consumet per diffinitiuã: appellatio ab illa interposita suspendit non solũ illam, sed ẽt ordinata ad illam. Argu. ff. vt leg. no. caue. l. 1 §. si quis sub cõditione. ff. si quis cau. l. si cũ §. qui iniuriarum. ff. de tut. & ra. distrah. si cũ Io. And.

a ¶ Appellari.] inf. decem dies a die sententiæ, vel ex quo sciuit sup. eo. concertationi.

b ¶ Emendari.] sicut. n. conclusio facta in principali nõ parat pîu'dĩcũ, quo minus noua iura possint in appellationi causa produci. supra de testi. fraternitatis, & de fide instru. inter dilectos, C. de temp. appell. per hanc, ita interlocutoria præiudicium parat, quominus vetera iura repeti possint, vt hic, aliàs. n. quid prodesset super diffinitiua appellasse?

c ¶ Non parat.] sicut est videre in dilatorijs vel in cõdemnationibus expensarum super eo q in exceptione succubuit, vel propter aliam causam similem.

d ¶ Vel] repete super eo quod non.

e ¶ Appellatum ab ipsa.] quid si lata tali interlocutoria iudex statim vult procedere in causa; petit pars contra quam lata est interlocutoria, non procedi infra decem dies, vt deliberet, an ab ipsa interlocutoria appellare velit necne, quæritur, [1] an sit audienda? & videtur q sic: quia beneficium, &c. 28. dist. de his ad fin. inf. de reg. iu. iudicium, cum suis concor. ad hoc optime facit 2. q. 6. anteriorũ vbi dř quod decem dies dantur ad appellandum, vt liceat, j. ipsum spatium plenissimè deliberare an appellandũ ei sit, vel quiescendum, sed iste litigando & procedendo super principali, sic plenissimè deliberare non põt. Solu. dico q non est audienda, [2] & hoc not. Guil. in Specu. titu. appellatio, §. restat videre, in fi. & est eius ratio: quia quoad iudicem non transit in rem iudicatam sententia, & ideo non possit eam reuocare, non omittat processum. Et in hoc dicit in priuata sua examinatione omnes doctores Bononiæ concordasse, et vide euidentẽ rationẽ, si contrarium diceres, nunquam esset litium finis, in qualibet enim interlocutoria, termini assignatione vel iudicis actu, diceret pars, quiescatis per decem dies, vt deliberem an velim appellare, quod esset absurdũ.

f ¶ Interiectam.] intelligo etiam si infra decem dies a die ipsius interlocutoriæ a diffinitiua fuerit appellatum propter rationes quas dixi sup. in gl. hoc dicit, in prin. Io. And.

g ¶ Reuocari.] iudex ergo in quem ex appellationis virtute principale negotium transiit, de ijs quæ principale non impediunt, intromittere se non debet.

ADDITIO. Multum ergo est præiudiciale impedire appellationes interponendas ante sniam. Io. And.

† Habes hic dictũ Lapi limitatum. q dixit in c. j. § eo. de rescri. q si iudex interloquat rescriptũ nõ esse Ipetratum post excõicationẽ, valet iudicium, q a hoc nõ pcedit si appellet a diffinitiua. D. Fõ.

1 De hoc articulo vide Abbatem in c. sollicitudinẽ in fi. ext. de appellat.

2 Idem dicit Do. Philip. & Anc neq; p actũ pat us vř ipsa pars renũciare appellationi interponendæ, & bonũ est q protestaret. Fon.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶Superioribus libris dictum fuit de clericis & personis clericorum: nunc videndū est de eorū vita & honestate: ideo annect. t titulū de vita & honest cleric.

¶Opponitur ꝙ titulus de vita & honestate clericorum non fuerit bene format⁹: quia sufficiebat alterum ex istis, dicendo de vita clericorū, vel de honestate clericorū, quia q̄dquid attribuit vitæ, spectat ad honestatem, & quicquid honestati attribuit, ptinet ad vitā, quia honeste viuere respicit et vitam, ar. in procœ. cōpil. Greg & ic hēt titulus superfluitatem, ꝯ id qđ Papa protestatur in proœmio hui⁹ libri. Sol⁹ dicit Io. And. quod Host in summa huius tit. dimisit illum titulum, per ꝙ intendit docere duo. Primum, qualiter clerici viuere debeant. Secundum, in quibus consistit eorum honestas. Dominicus.

C Lerici. ¶Duo membra distinguit: Secūdum mēbrū prosequitur: ibi, Si autem. Io. And. ¶Pro intellectu huius cap est præsupponendum, ꝙ clerici dicuntur habere multi privilegia, de quibus in gl. sup. de big. c. vnico. CASVS. Certum est ꝙ clerici non debent intendere artibus ignominiosis, vt sunt artes mimorū, ioculatorum, & histrionū. c. clerici, sup. eo. in ant Sed ponamus, ꝙ aliqui clerici exercuerunt istas artes, puta quia fecerunt in publico spectaculum sui corporis, an sint puniēdi aliqua pœna? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ si clerici exercuerunt istas artes per vnum annum, sunt ipso iure. i. ipso facto absque declaratione iudicis priuati omni priuilegio clericali. Sed ponamus, quod isti clerici non exercuerunt istas artes per vnum annum integrum: sed per minus tempus, forte per spatium sex mensium an ipso iure perdant priuilegia clericalia? Respondet ꝙ non, sed requiritur ꝙ episcopus illos moneat primo, secundo, & tertio, & sic canonice & competēter, & si moniti non desistant ab exercitio illarum artium, eps per suam sniam debebit & poterit illos declarare priuatos omni priuilegio clericali. Nota primo iuncta gl ꝙ clericatus dicitur esse dignitas, hoc verum, accipiendo dignitatem large pro quadam præeminentia, nam dignitas proprie dicitur quando quis habet præeminentiam supra aliquos, & cum hoc iurisdictionem. Nota vlterius ꝙ clerici exercentes artes illas de quibus in tex. priuantur omni priuilegio clericali, etiam priuilegio canonis, si quis suadēte diabolo. 17. q. 4. & in hoc sunt ponderanda ista verba, omni priuilegio. Nota insuper, ꝙ clericatus dicitur dignitas concor. sunt in glo. Nota finaliter casum, in quo clericus priuatur priuilegio clericali absque aliqua monitione. Dominicus de Sancto Geminiano.

[Primo gl summat, & dicit quid declaret.]

a ¶Clerici.] clericus ioculator scdo, vel tertio monitus non desistens, ipso iure perdit priuilegium clericale. Emanauit ad declarationem, & approbationem eorum, quæ de quadā æquitate dicebat Host. supra de sententia excommunicationis c. perpendimus in summa eo. tit. §. quis possit, vers. quid, & dicebat bonum esse si Papa hoc determinaret, & tempora limitaret.

b ¶Dignitati.] nota ꝙ clericatus est dignitas ad idem 4. dist. denique. vbi de hoc, & de cleric. non resid. cap. 3. Si ergo detrahunt dignitati, merito priuilegium perdere debent, ꝙ non personæ, sed dignitati confertur, vt supra de foro compe. si diligenti. & de senten excomm. contingit.

ADDITIO Idem Arch. qui etiam contra tales allegat ca. si apud. 23. quæst. 5. Io. And.

f ¶ Aliam.] Nota quia si neglexi petere debitam, & alij collata est, aliam non peto, sed si neglexi petere debitam, tamen adhuc non est alteri collata, dico, ꝙ illam adhuc possum petere, ad hoc ⁊. eo. si tibi absenti. in fi.

ADDITIO. De habente beneficium acceptandi infra mensem, an post mensem acceptet adhuc uacantem, no. in Clemen. de concess. præben. c. 1. in glo. iste terminus. Io. And.

[Gl. seq. fortificat text, & ponit opi contrariam.]

g ¶ Extincta. & sic extincta debet esse potestas executoris, secus e conuerso. de off. deleg. si super gratia. eo. lib. ad hoc sup eod. titu. & lib. super eod. & inf de regu. iuris, accessorium, cum suis concord. Et merito est extincta potestas: cum enim forma sibi tradita fuerit per rescriptum super uno beneficio tantum, scilicet primo uacaturo sibi debito: illo omisso nil superest rescripto. ad hoc in antiq. de off. delega. ex parte, 1. ex quo igitur sciuit rē suam agi, & se non opposuit, sibi imputet, in antiq. de re iud. quamuis, alias sequeretur, ꝙ ius haberet in pluribus præbendis, quod est absurdum. Quidã tamen dicebant olim contra, propter intentionē mandantis, qui uoluit illum præbendam habere: unde si non habet primam, habeat secundam, ad hoc sup. eod. dilectus, 3. supra de conces. pręben. cum super, nec dicitur ius habere in duabus pręebendis: quia definit ius habere in prima. & hoc putauit Compo. in pręsic. gl. magna, æquum. Io. And.

ADDITIO. Quod tamen hic diffinitur ibi placuit. Inno in 1. gl. Io. And.

h ¶ Effectus.] quia Papa contulit, uel mandauit conferre canonicatum in ecclesia, quod factum fuit.

i ¶ Negligentia.] quia neglexit petere præbendam sibi debitam, & sic fuit alteri collata.

[Glo-

[Glo. seq. quæstionem soluit.]

a ¶ Dummodo.] per istum versiculum probo, quod nō præfertur expectantibus, qui impetrauerunt post negligentiam, sed de ijs quæ ante negligentiā impetrauerunt, dictum erat sup. ibi nulli alij de iure debita, superflueret ergo hæc litera, nisi & de posterioribus intelligeretur hoc sonat ergo litera, quod quamdiu erit ibi aliquis expectans auctoritate Apostolica, siue prius, id est ante negligentiam impetrans, siue post, ille negligens non habebit præbendam. (Idē Archidiaconus.)

b ¶ Eadē auctoritate.] præfert igitur receptus auctoritate inferiorum. ī. c. proxi.

c ¶ Mandati.] cuius fines diligenter seruandi sunt. inf. eo ti. cui de non. sed istud eēt mandati fines excedere.

d ¶ Spectat.] quocunque iure cōi, vel speciali. ī inf. ne se ua can. c. vnico, inf. de regula. c. vlti. cum sim.

e ¶ Prouideri.] s. de prębēda, de qua scriptum non fuit.

f ¶ Debebit.] idem dicebant olim quidā in casu decre. sup eo. lib. de off. deleg. ti super, ut ibi dixi. Ioan. And.

g ¶ Non subsistat.] intelligas nisi etiam negligens esset in ipsa petenda; quia & tunc perderet ius in illa, 2 sicut & in superibus casibus dictum est. Nota igitur, quod plenior est gratia secundi rescripti, quam primi. Secundus ergo negligens in præbenda non propterea amittit Canonicatum, quem iam habuerat: sed amittit potio ritatem in præbenda respectu Apostolicorum, qui duplici iure iuuantur, non autem respectu aliorum, vt vidisti.

1 Et ille cofert ut ordinario quia nisi aliud exprimatur intelligitur lata a lege dī ordinaria, c. cum ad ecclesiarum, 1 ant. de off. ord. D. Bon.

2 Remanet tñ sibi ius saluū in tertia, & cū effectu decreta. Fm Arch.

non obstante, ac per consequens ratione Canonicatus sit in alia præbenda nulli alij de iure debita cæteris præferendus; petere poterit præbendam aliam proximò vacaturam; dummodo [a] non sint aliqui eadem auctoritate [b] præbendas in ipsa Ecclesia expectantes. Et eidem de ipsa non per te (cum mandatum [c] non susceperis super illa) sed per eum, ad quem spectat [d] in eadem ecclesia præbendarum collatio, prouideri [e] debebit: [f] Aliàs facta de præbenda huiusmodi alteri collatio in illius præiudicium, eo ipso viribus non subsistat. [g]

¶ Idem.

¶ Receptus auctoritate Papæ etiam ad mandatum alterius præferendus est alij in præbendis. h. d. secundum. Zenzel.

Hi qui Sunt duo dicta, quæ satis patent. Primum diffinit de prærogatiua receptorum. Secundum, de ipsorum qualitate, ibi, Eum quoque.

CASVS. Canonici Ecclesiæ Pictauien. auctoritate sua ordinaria receperunt aliquem in fratrem & Canonicum sub expectatione præbendæ: postea auctoritate Legati Cardinalis in his partibus destinati, receperunt aliquem in Canonicum sub expectatione præbendæ: postea auctoritate Apostolica receperunt alium, qui receptus auctoritate Apostolica est posterior, nunc vacat præbenda quæritur cui debeatur? Rñdet quod debetur illi, qui est receptus auctoritate Apostolica, nam talis est cæteris præferendus, licet sit posterior receptus. Sed quid, ponamus, quod Papa mandauit suo Legato Cardinali, ut faceret recipi Titium in Canonicum Ecclesię Pictau. vnde Legatus virtute huius potestatis Apostolicę mandauit Canonicis Ecclesię Pictau. ut Titium reciperent in canonicum: Vtrum iste videatur esse receptus auctoritate Apostolica, uel auctoritate Legati? Rñdet, quod dr̄ esse receptus auctoritate Apostolica. Et hoc verū, quando legatus habebat speciale mandatum a Papa, ut Titium faceret recipi in Canonicum Ecclesiæ Pictauien sed si legatus non haberet speciale mandatum censeretur receptus auctoritate Legati, & non auctoritate Apostolica, licet Legatus haberet potestatem generalem a Papa. No. primo, quod vbi concurrunt diuersi hñtes ius a Papa, & inferiore, non procedit regula quod ille, qui est prior tempore sit potior in iure: quod est verum qñ agitur de iure ad rē: secus si agatur de iure in re etiam ibi procedit inf. eo. sia sede. Not. secundo, quod gestum a legato, non dicitur gestum Apostolicæ Sedis, ut sup. eo. tit. & lib. ti cuai. Dom.

CAP. XII.

Hi qui [h] auctoritate Apostolica in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in præbendarum assecutione cęteris anteferri † legatorum vel aliorum quorumcunque auctoritate receptis antea [i] in eadem.

¶ Eum quoque, qui ad mandatum Legati, vel alterius auctoritate Apostolica sibi specialiter [k] in hac parte concessa fungentis, recipitur, auctoritate Apostolica receptum esse dubium non existit.

† Quia illi nō habēt ius in vacaturis pp Later. Cōcil. sed Papa hēs, quia Papa cōcilio & ligat. de ele. significasti. in antiq. dat ius in uacaturis, quod legatorū reseruatio nō impedit, ex quo Papa eos ā sic nō prius legat. de cōn. cum instantia, l. amicissimos, §. ti. ff. de exc. tut. Pe. de Anch. Fō.

¶ Idem.

¶ Si post gratiam mihi factā a Papa de Canonicatu et præbenda, Bononienses Canonici hoc ignorantes, & ignoranti præbendam conferunt post vacantem, non tenet collatio. h. d. Io. And.

[Glo. prima dicit quid declaret.]

h ¶ Hi qui.] Decretalis illa emanauit ad declarationē eorum, quæ no. Iano. & Hostiensis, & moderni. sup. eo. relatum. Ber. Compost. ī. de rescr. capitulum, in gl. magna. §. itē si unus primo, & probabatur hoc olim per decretalem de accu. accedēs, in parte decisa. & tūc ponebatur de cōcessione præben.

[Gl. sequ. ostendit hic exponi regulā illam, qui prior, &c.]

i ¶ Antea.] nota, quod regula illa, qui prior est tempore, potior est iure: locum habet in ijs quorum par est causa, quod probatur. ff. de reg. iu. quoties utriusque, & dixi inf. de reg. iur. quia prior. & hoc sup eo. tit. & lib. eum cui. Si autem dispar est causa, nō habet locum regula, ut hic: Iane est, quod lex dicit priuilegia consideranti non tam ex tempore, quam ex causa, ff. de priuil. cred. l. priuil. gia, & creditor dotalis præfertur quibusdam creditoribus, etiam anterioribus, non tamen filijs ex priori matrimonio, qui agunt de dote materna. C. qui pot. in pign. hab. l. vlt. ubi de hoc.

[Gl. seq. obiectionem soluit.]

k ¶ Specialiter.] auctoritate ergo huius specialis mandati fungitur potius delegatus, quam legatus, & sic delegantis auctoritate vr̄ esse receptus. Sed tempore Alexandri quidam contrarium dicebant dicentes, quod speciale mandatum Legato directum non inducit nouam auctoritatem Papæ, sed ueteris potestatis legati prorogationem. Arg. ff. de preca. sed & si manente. unde primo receptus tali auctoritate Legati prorogata receptus vr̄. 3 Vnde postponitur secundo auctoritate Papæ recepto, & hoc videbatur dicere constitutio Alexandri. Execrabilis. Sed contrarium est uerum, vt hic vides. Nec obstat l. sed & si manente, quæ loquitur, cum prima & secunda cōcessio sunt eiusdem naturę & formę: sed hic potestas legationis est per se: & potestas prouidendi uel conferendi auctoritate Apostol. postea cōcessa

3 In eo vero qd' tacetur ut legatus delegat' eēt potior de off. le. studuisti. in ant. Ioan. And.

si eodem modo per se: & gratiosa data vel fauore legati, vel eius pro quo scribitur. Constitutio Execrabilis, vel loquebatur in suo casu speciali, cum scilicet prouidit vltra quaternarium numerũ, z vel in legato Cardinali, qui conferebat iure legationis, vel sit correcta supra in fine procœmij huius libri.

y Hoc intelligas ꝑ id quod scripsi super si.præalleg. verde illo. Io. And.

CAP. XIII.

SI postquam[a] Canonicatum in aliqua Ecclesia tibi contulimus,[b] & de præbenda nulli alij de iure debita inibi proxime vacatura mandauimus prouideri, hi ad quos in ea spectat collatio præbendarum, præbendam, quæ vacabit † ibi postmodum[c] motu proprio[d] ignorãtes tibi gratiam factam alij duxerint conferendam: talis collatio in tuum præiudicium attentata, nullam obtinet firmitatem: Nam eo ipso, quod Canonicus authoritate Apostolica fuisti effectus, ius ad obtinendum præbendam proxime vacaturam[e] ibidem tibi acquisitum extitit, eandemque quam cito vacauit (ex quo nulli alij debebatur) iuste petere † potuisti, & ideo a prædictis (licet ignorantibus) alteri conferri nequiuit.[f]

¶ Idem.

¶ Si Papa det licentiam Legato suo recipiendi auctoritate Apostolica resignationes beneficiorum legationis suæ libere in manibus suis factas, & illa beneficia conferendi, secundo Papa de prædicta potestate non habita mentione canonicatum & præbendam si vacat, vel quam primo vacauerit in aliqua Ecclesia legationis mihi conferat, tertio Canonicus ipsius Ecclesiæ renunciet, & Legatus etiam ignorans collationem mihi factam confert tibi præbendam prædictam: non tenet collatio legati: sed mihi illa præbenda debetur. h. d. Io. And.

CAP. XIIII.

DV-

SI postquam.] Primo d ffinit casũ: secundo rationẽ reddit, ibi. Nam eo ipso. Io. And.

CASVS. Papa contulit mihi ius canoniæ in Ecclesia Pictauiensi, & mandauit Canonicis, vt me reciperẽt de facto, & installarent cũm assignatione ꝑbendæ vacantis, alioquin primo vacaturæ: antequã præsentassem litteras meas canonicis Pictauiẽsis Ecclesiæ, & sic antequã essent certificati de gratia mihi facta, vacauit præbenda, quã tibi contulerunt & tu similiter ignorabas gratiam mihi factã: nunquid valeat tua collatio? Respondet, ꝙ non, nã gratia mihi facta ex qua sum creatus Canonicus, ligat manus collatoris vt non possit ꝑbendã alteri conferre etiam ignorãti, & si alij conferat, nõ valet collatio. Nota, ꝙ grã per quam Papa contulit canonicatum sub expectatione præbendæ, ligat manus ordinarij etiam ante scientiam ordinarij. Et iste est principalis effectus ad quem emanauit præsens c. Sed quid si Papa non contulisset mihi ius Canoniæ? De hoc in cap. si capitulo, & c. si pluri, de concess. præb. j. eo. lib.

† In antiquioribus libris constanter legitur, vacauit.

‡ Conditione ex relatum in ant. de præb. vel offic. iudicis, & rõe: quia ad rẽ non in re ius habet, c. si. j. de ꝯcess. præbẽ. ergo sua auctoritate non capiet, l. si ex stipulatione, ff. de acqui. pos. de priuil. pastoralis. Petr. de Anc. Fon.

[Prima glossa summat, & dat simile.]

a ¶Si postquam.] Si post gratiam mihi factam a Papa de Canonicatu & præbenda Bonon. canonici hoc ignorantes & ignoranti præbendam conferunt post vacantem non tenet collatio. Nota ergo, quod sicut inspicitur tempus datæ quoad secundum impetrantem a Papa. sup. eo. tit. & lib. cum qui.] sic etiam inspicitur quo ad illum, qui postmodum recipit a Capitulo etiã ignoranter. Io. And. [Idem Archi.

[Glo. seq. quærit, & remittit].

b ¶Contulimus.] quid si non contulit, sed ꝯferri mandauit? Dic vt j. de concess. præb. si capitulo. & c. soli.

ADDITIO. Dicit Arch quod fortius in illis procedit hoc, quod dicit per hunc textum clare patere. vide quod not. in Clem. vnica, de concess. præb. in gl. hic determinabat. Io. And.

z Hæc glo. sequunt Doctor cõiter. vide glos. in c. 1 ver. notitia. de ꝯcess. præb. & gl. in c. dilectus. s. eo tit. & Ruynum, consil. 81. num. 16. lib. 3.

[Glo. seq. quærit, arg. pro, soluit contrarium.]

c ¶Postmodum.] quid si tunc temporis vacabat præbenda, quæ postmodum fuit collata? Vr ꝙ teneat collatio: quia mandatur de prima vacatura prouideri, sed illa iam vacabat, ergo non debetur, vt c. si clericus. in si. sup. eo. tit. & lib. Et ideo est stylus Curiæ, præbendam si qua vacat, vel quæ primo vacauerit, &c. Satis credo idẽ per rationem, quæ infra sequitur, nam eo ipso, &c. et ad hoc j. eo. si beneficia. Io. And.

d ¶Motu proprio.] quia secus si contulissent expectanti auctoritate Papæ. j. eo. c. proxi.

e ¶Vacaturam.] multo fortius ergo vacantem: quia difficilius ius ꝯstituitur in vacatura, quam in vacante. sũ. de concess. præb. nulla, sup. eo. tit. dilectus filius T.

f ¶Nequiuit.] ille tñ cui sic collatũ fuerat si dimisit aliquod beneficium propter illud habendum, recuperat illud, si sine difficultate cognitio ꝑbendam illi debetis, eam sibi dimiserit: aliàs non inf. eo. tit. si beneficia.

DVdum.] Primo ponit mentem duarum gratiarum Apostolicarum: Secũdo, ibi. Cunq;, ponit ꝓcessu, habitos per illas. Tertio ibi, Nos igitur: multis argumentis ostendẽs partem alteram potiorem, illi dat iudices. Vel sunt duæ partes tñ, vt primæ duæ cõtineantur sub querela Camerarij: quod plus placet Io. And.

CASVS Papa destinauit legatum suum in his partibus cum potestate, vt ipse Cardinalis posset recipere resignationes quorũ cunq; beneficiorum libere factas in manibus suis, & illa beneficia ꝯferre personis idoneis: postea Papa fecit gratiam cuidã Camerario de præbenda primo vacatura, certis executoribus sibi datis: accidit, quod quidam Canonicus resignauit suam præbendam simpliciter, & non causa permutationis, in manibus ipsius Legati, qui Legatus illã resignationem recepit, & dictam præbendam ꝯtulit fratri suo, qui legatus ignorabat gratiam factam Camerario: Postmodum Camerarius sciens illam præbendam vacare per resignationem factam in manus Legati, accessit ad executores suos, qui executores in negligentiã Canonicorum illam præbendam Camerario ꝯtulerũt. Collatione facta, cum Camerarius vellet accipere possessionem illius præbendæ, iste cui legatus præbendã ipsam ꝯtulerat, dictum Camerarium impediebat, quare Camerarius accessit ad Papam, supplicans sibi de remedio prouideri opportuno, qui Papa mandauit certis iudicibus, vt si eisdem ꝯstet de gratia Camerario facta, cõpellerent illum cui legatus præbendam ꝯtulerat, vt dimitteret Camerarium in pace: Nam dicit Papa, ꝙ Camerario competit præbenda & non illi, cui legatus præbendã ꝯtulit: & hoc probat Romanus Pont. per aliquas rõnes, quæ claræ sunt in textu. kalendario.] Hic recitatur effectus l. eius qui, ff. si cer. pet. videlicet, ꝙ si qs proposuerit seruum suum kalendario .i. certæ negotiationi, puta ad mutuandum pecunias, & dñs seruum suum reuocauerit: postea vero seruus ipse mutuat pecunias, nõ transfert dñium pecuniæ in accipientem, licet accipiens ignoret reuocationem. Nota primo, ꝙ legatus nõ Cardinalis, sed alius, puta legatus missus, vel legatus natus, non habet potestatem recipiendi resignationes beneficiorum vacantiũ in sua prouincia, neque illa cõ-

ferre

ferre personis idoneis: Sed legati Cardinales habent il-lam potestatem ex sua generali legatione, primi vero non, nisi habeant mandatum speciale a Papa. Not. intu per, ꝙ si legatus missus, vel legatus natus habeat specialem potestatem recipiendi resignationes beneficiorum inter manus suas, & illa beneficia conferre personis idoneis; si Papa postmodum faciat alicui gratiam cum decreto irritante, poterit ille expectans petere beneficium vacans per resignationem inter manus legati factã, nec poterit legatus illud beneficium conferre in præiudicium expectãtis. Nota ad quod allegatur præsens c. videlicet, ꝙ generi ꝑ speciem derogatur, licet in specie non hat aliqua mentio de genere, concor. ca. 1. de rescrip. in antiq. Nota vlterius, quod decretum irritans appositum in reseruatione ligat ignorantes, nec est necessarium, quod gratia cum decreto notificetur collatori, sed absque aliqua notificatione manus ordinarij sunt adeo ligatæ, quod beneficiũ vacans no potest alij conferre. Not. ꝙ vbi agitur de præiudicio reuocãdi gratiam alteri datam, nõ est necesse, quod gratia alteri notificetur. Not. quod si quis præposuerit seruu negotiationi ad mutuandum & numerandum pecuniam, per mortem domini expirata est eius potestas, nã seruus no potest mutuare pecuniam sine voluntate domini, quæ est extincta per mortem ipsius domini.

iuris alieni: cui. s. tempore vacationis, vel priuationis, beneficium esset affectũ prius, vel post cõmissionẽ prædictam. s. eo. lib. de rele quis. hodie tñ in terminis prædictis, vel de quib. loquit decre. vel similib. ponit in lr̃is cl'a derogatoria, per q̃ quo ad beneficia illa præiudicaẽ expectantib. cũ protestat one, ꝙ i alijs cõ fiat eis præiudicium simi ꝙ dixi s̃ c. prox. in fi. Io. And

† al. Palestrino.

dum[a] venerabili fratri nostro S. Episcopo Prænestino, † quem ad partes destinauimus Gallicanas, recipiendi auctoritate nostra[b] resignationem ab obtinentibus beneficia[c] ecclesiastica in eisdem partibus, qui ea vellent liberè[d] in eius manibus resignare, ac beneficia ipsa personis idoneis[e] cõferendi per nostras litteras potestate[f] cõcessa. Nos postmodum (de concessione huiusmodi nõ habita mentione) Nicolao de Bonifac. camerario dilecti filij nostri N. tituli Sancti Laurentij in Damaso presbyteri Cardinalis Canonicatum[g] Lexon. Ecclesiæ, quæ[h] in partibus illis[i] existit † & præbendam nulli alij de iure debitam (si qua tunc vacabat in dicta Ecclesia) contulimus, & sibi prouidimus de eisdem.[k] Si vero nulla talis[l] præbenda vacabat ibidẽ, nos præbendam proximo ibi vacaturam (conferendam dicto Camerario cũ vacaret) donationi Apostolicæ duximus reseruandum; decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hoc a quoquam contingeret attentari, certis † sibi ad hoc executoribus deputatis. Cumque postmodum Nicolaus Vasalli clericus Canonicatum & præbendam, quos in dicta Lexon. Ecclesia obtinebat, in dicti Episcopi manibus resignasset, & dictę potestatis prętextu eos idem Episcopus (collationis, prouisionis, reseruationis, & decreti prędictorum forsan ignarus) Gulielmo Vasalli presbytero cõtulisset, dicti executores (collatione non obstante prædicta[m]) litterarum nostrarum authoritate, præbendam eandem dicto Camerario velut sibi debita, contulerunt, quem dictus presbyter[n] (prætextu † collationis per dictum Episcopum sibi factæ (quod præbendam ipsam pacifice[o] possidere valeat, non permittit, propter quod idem Camerarius nobis supplicauit humiliter, vt prouidere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. ¶ Nos igitur attendentes, quod etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, licet eadem[p] potestas

† Al. existit.

† al. ita certis sibi super hoc &c.

† al. occasione.

[Prima gloss. sun. mat.]

a ¶ Dudum.] Si Papa det licentiam Legato suo recipiẽdi auctoritate Apostolica resignationes beneficiorum legationis suæ libere in manibus suis factas, & illa beneficia conferendi, secundo Papa de prædicta potestate non habita mentione Canonicatum & præbendam si vacat, vel quam primo vacauerit in aliqua Ecclesia legationis mihi ɔferat, tertio canonicus ipsi' Ecclesiæ renunciet, & legatus et ignorãs collationẽ mihi factam ɔferat tibi p̃bendam prædictam, non tenet collatio legati, sed mihi præbenda debetur h. d. Io. And.

ADDITIO. Et per hanc decr. terminata fuit qõ de legato, cui Papa cõmiserat, vt sibi rebelles in pace faciẽda vel ɔseruanda priuare posset bñficij., & illa alijs cõferre, q priuauit pp cãm illam Titium, ꝙ in præiudiciũ expectantis in illa Ecclesia primã vacaturã non possit alteri ɔferre, vt sic illa cõmissio intelligatur sine præiu-

[Glossæ huius c. recitantur in textu]

b ¶ Auctoritate nostra] hoc fortificabat dubiũ: quasi ex quo auctoritate Apostolica hoc faciebat in secũdo mandato de illa prima potestate mentio fieri deberet alias. n. si potestate ordinaria hoc faceret, satis videbatur dubium terminatum, sup. eo. tit. c. prox.

c ¶ Beneficia.] sumitur hic beneficiũ large, vt ad beneficia ecclesiarum cathedralium extendatur, vt per inferiora patet arg. ɔ. supra, eo. tit. de lib. quamuis.

ADDITIO. Vltimus § illius decr. est pro, & sol. contra. Io. And.

d ¶ Libere.] non. n. pactio, vel conditio in his locum habet, supra de trans. super eo & facit de ele. cũ inter R. & quod ibi not.

e ¶ Idoneis.] & sic non pueris, vel alijs beneficiatis, supra eodem in antiq. super inordinata, supra, eodem tit. ss cui.

f ¶ Potestate.] hanc potestatẽ legatus nõ demandata ex se, & est casus in quo potest quis per se, quod non per alium, vt in antiq. de offi. dele. c. vlt. in fi. & est ratio, ne detur via ad vacatura, vt ibi not. Io. And.

ADDITIO. Qua ratione, & cum decr. is cui, de offi. dele sup. eod. lib. puto quod nec ille legatus potestatem hanc communiter delegare posset Io. And.

g ¶ Canonicatũ.] & sic affecta erat præbenda primo vacans sine alio decreto, vt sup. c. prox. & ĩ sequitur.

h ¶ Quæ.] Lexon. ecclesia, &c. Io. And.

i ¶ Illis.] i Gallicanis.

K ¶ Eisdem.] s. Canonicatu & præbenda.

l ¶ Talis.] s. Canonicalis, & nulli alij de iure debita.

m ¶ Prædicta.] facta a legato ipsi G. Vasalli.

n ¶ Presbyter.] G. Vasalli.

o ¶ Pacifice.] si igitur præbenda non habebat certum ordinem annexum, non tenebatur se facere promoueri, sup. eo. lib. de elect. commissa. §. 1. &c.

p ¶ Eadem.] est maior & eadem, diuerso respectu.

ADDI-

ADDITIO. Ordinariis enim delegato commissa maior est in delegante, & minor in delegato. Io. Mon. dicit hic Archi. fons scaturiens maior est quam riuus inde procedens. Io. Andr.

a ¶ Præoccupauimus.] sic ĩ. de procu. non iniuste. eod. lib. c. tit. si duo. & de offi. dele. cum plures.

& tamen maiorem. s. reuocandi et tacitè, vt hic vides.

i ¶ Lucro.] de damno enim eius non agitur, quia si dimisit priora beneficia, recuperat illa secundum formam decr. infra eo si beneficia.

k ¶ Ad instar.] coadiuuat proximam rõnem per duo legalia argumenta. sic ĩ. de conces. præb. quia cunctis, de sen. excom. si iudex.

etiã in prædictis, propter quod nostra, qui eandem præoccupauimus[a] potestatem, potior debet esse conditio: præsertim † quod secundum canonicas, & legitimas sanctiones[b] per speciem generi derogatur, quamquam de genere in derogante specie mentio nulla fiat. Considerantes quoque, quod nos exposito nobis de potestate prædicta, nihilominus litteras gratiosas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipsa:[c] † quia foret absurdum[d] si tam lata † nostra[e] impediretur potestas, & si in omnibus prouisionum nostrarum litteris, quas concederemus in partibus supradictis, oporteret nos de sæpedicta potestate specialem facere mentionem: Et quod decretum nostrum prædictum (maxime hic, vbi iã dictus camerarius ante dictam renuntiationem per nos erat Lexoniẽ. effectus canonicus) statim ignorantes ligauerat, cum super incerto[f] non esset editum; nec ex alieno penderet arbitrio, vel voluntate cuiusuis, qui acceptandi[g] potestatem haberet, & idcirco per illud etiã expressisse videmur, ne alius posset conferre, & potestatẽ prædictam quantum ad præsentem speciem reuocasse,[h] quę in hoc casu, vbi de lucro[i] dicti G. tantum agitur, & non de præiudicio episcopi memoriati, ab ignorante potuit reuocari: nec post reuocationem huiusmodi per eum in alium etiam ignorantem, in re reuocata transferri. Ad instar[k] etiam serui[l] Kalendario[m] præpositi, qui post mortem domini præponentis mutuatus pecunias accipientis non facit,[n] licet inter contrahentes mors domini præpositum reuocans[o] fuerit ignorata. Et domini,[p] qui peculium quod proprio seruo concesserat, statim perimit, cum in eo suam mutauerit voluntatem. Discretioni vestræ mandamus, quatenus præfatum presbyterum monitione præmissa,[q] per censuram ecclesiasticam compellatis, vt collatione de canonicatu, & prębenda prędictis per dictum episcopum sibi facta, (quæ nulla extitit) non obstante, dicto Camerario præbendam ipsam omnino dimittat, & eum super ea deinceps nullatenus inquietet.

¶ Idem.

¶ Secundus, qui impetrauit dignitatem & præbendam, præfertur priori, qui solum præbendam impetrauerat, si præbenda dignitati est annexa: aliàs non, hoc dicit Ioan. Andr.

CAP. XV.

QVIA SÆ-

b ¶ Sãctiones.] supra de rescri. c. 1. & c. pastoralis. [in antiq.] & de offi. leg. studuisti. [in antiq.] ĩ. de reg. iur. generi. & ibi vide de hoc & ff. de reg. iu. l. toto. optime concord. ĩ. eo. quamuis. 1. & 2. responso.

ADDITIO. Arc. alle. ff. de le. 3. l. vxorem. § felicissimo & l. seruis vrbanis. § vl. ff. de ali. leg. l. alimenta. § basilicę. & l. Stichus, in principio Io. Andr.

c ¶ De ipsa.] scilicet potestate data legato valent ergo litteræ, cũ non sit talis veritas tacita, qualis expressa, nihilominus litras habuisset ĩ. e. ti. [scilicet de resc. alle. in gl. proxima] ca super lris. licet hoc in litteris ad beneficia impetratis gñaliter non sit verum, vt ĩ. eod. tit. si motu, &c.

d ¶ Absurdum.] nota bonum modũ argumẽtandi ex sequela absurditatis. sic ĩ. [in anti.] de exceptio. cum inter priorem.

ADDITIO. Ad idem. ff. de neg. gest. Pompon. scribit, ff. sol. matr. l. diuortio. ibi, alioquin si collectis vindemiis, &c. de le. 3. l. Aufidius. ff. de contrahen. empt. l. in lege in fine. Io. And.

e ¶ Nostra.] Papa nõ debet iustitiam suam negligere, qui alios in sua iustitia fouet, vt ĩ. de immu. eccle. quoniam.

f ¶ Incerto.] sicut cũ scribitur alicui prouideri de beneficio, qđ primo vacabit in ciuitate, vel quod primo vacabit in prouincia: sup. eo. tit. & libro, quamuis. incertum est quod beneficium impetrans sit habiturus, sed hic certum est de canonia Lexon.

g ¶ Acceptandi.] vt inf. de conces. præb. quia cunctis & cap. ne captandæ, &c.

h ¶ Reuocasse.] licet n. eandem retinuerit potestatem:

l ¶ Serui.] habes hoc ff. si cer. pet. l. eius qui in prouincia. hic eñ nõ agitur de damno serui, & sic ab ignorante seruo potestas reuocatur. sic inducit ad propositum.

m ¶ Kalendario.] id est, nominibus faciẽdis. ff. de leg. 3. qui filium.

ADDITIO Et l. vxorem. § legauerat. Archidiaconus.

n ¶ Non facit.] debitorem tamẽ soluentem sibi, & hoc ignorantem liberat, vt in prædicta l. eius qui. & ff. de sol. si qs seruo, & l. cum quis. § 1.

o ¶ Reuocãs.] sic sup. eo lib. de rescr. si gratiose. 1. responso, vbi de hoc, infra. ne sede va. c. vnico, l. si. ff. lo. l. 4. Inst. man. § rectè.

p ¶ Et domini.] repete ad instar, & habes hoc. ff. de pecu. l. non statim, ff. de opt. leg. apud Aufidium. [& ff. de manu. vin. si pater Archi.] & est hoc casu quoddam spãle contra regulã, su. de reg. iur. c. 1. ff. eod. nihil quia peculium re non tantum verbis constituitur, ff. de pecul. peculiũ, 1. § si vero nomina, & tamen verbis tollit, vt hic, & in prædicta l. non statim. Io. Andr.

q ¶ Præmissa.] semp enim præcedere dẽt. 11. q. 3. indigne. sup. de sent. excom. sacro. cum similibus.

QVia sępe.) Primo ponit dubium, ꝙ secundo distinguendo declarat: ibi, Nos dubitationem, Et secundum membrum: ibi, Nisi.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius c. quod quando sunt plures expectantes in eadem ecclesia, & habent similem gratiam, habet locum illa regula, qui prior est tempore potior est iure.

CASVS. Papa creauit me canonicum ecclesiæ Pictauien. & mãdauit canonicis ipsius ecclesiæ, vt me de fa-

† al. ita: eo præsertim quod sm, &c.

† Vide Felinũ in ca. sup litteris, extra de rescri.

† Ista regula non est generalis in lris ad beneficia, vt vult glos. hic faciũt notata in ca. ex parte B de foro comp. & in Spe. de lib. cõceptione. § ad huius tit. cõsummationem. vers. cum sit actor Petr. de Anc. Fon.

† al. late

pe [a] dubitatur [b] à multis, si canonicatus alicuius ecclesię sit collatus à sede Apostolica successiue duobus, fueritque mandatum primo de præbenda, [c] secundo vero de præbenda & dignitate, personatu, vel officio [d] † (cum se facultas obtulerit) prouideri, quis ipsorum in præbenda, quæ cum dignitate, personatu, vel officio vacat [e] ibi postmodum debeat de iure præferri. Nos dubitationem huiusmodi sopire volentes, pręsenti declaramus [f] edicto: primum (cum sit tempore anterior [g]) cui per mandatum secundum præiudicari, [h] aut ius ipsius absorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non apparet, [i] præferendum esse in dicta præbenda: Nisi vacanti dignitati, personatui, vel officio sit annexa: [k] Nam si esset annexa, secundus cui debetur dignitas, personatus, vel officium, præferretur in ipsa.

¶ Idem.

¶ *Mandatum prouideri de dignitatib. vel beneficijs alijs ecclesiasticis, curata nō includit, non expressa cura. hoc dicit vsque ad §. Illis.*

CAP. XVI. CVM † IN.

cto reciperent & installarent cum assignatione præbendæ vacantis, si qua vacaret: alioquin mihi conferrent præbendam proximo vacaturam: Anno sequenti Papa fecit tibi similem gratiam videlicet quia contulit tibi ius canoniæ in ecclesia Pictau. & mādauit canonicis, vt de facto te reciperent in fratrē & canonicum, & pbendam si qua vacaret, tibi assignarēt: aliàs præbēdam proximo vacaturam, & si ipsi non conferrent tibi primam vacātem, quod ipsi conferrent dignitatem cum pbenda: postea vacauit pbenda & dignitas, quęritur quis nostrum habebit præbēdam? Respōdet Romanus Pōtifex cum distinctione: quia vel præbenda est annexa dignitati, & tibi detur & præbēda & dignitas, aut nō est annexa, & tunc mihi debet & nō tibi, licet tua gratia possit tunc in totum impleri. Et ista fuit rō dubitandi ad istud c. nā cū tua gratia possit nunc in totum impleri, videbatur quod tibi deberetur pbenda & dignitas: Sed ratio decidendi in contrarium fuit, quia cum præbenda sit separata à dignitate, mihi priori impetranti debetur, & non tibi. Nota primo quod iura fiunt de ijs quæ sæpe accidunt, vt gl. de despon. impu. in antiq. c. ip. litteras, in principio. Nota secundo, quod de iure annexionis consequitur quis id quod principaliter obtinere non posset, ad hoc facit sup. eo. tit. & lib. super eo. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Quia sæpe.] secundus qui impetrauit dignitatem & præbendam, præfertur priori: qui solum præbēdam impetrauerat si pręben da dignitati est annexa, aliàs non. Emanauit autem hæc decretalis ad declarationem & correctionem eorum, quæ not. Innocentius & Hostien. supra eod. tit. cap. vl. & supra de maio. & obe. statuimus. & Compost. de rescrip. capitulum in glos. magna. §. vnum casum. Et reprobata est opinio Innocentij, & Compostel. qui dicebant, licet præbenda non esset annexa, dignitatem habentem præferri, & sic dicebat Compostel. se de mandato Papæ pronuntiasse in Bonon. ecclesia, in dignitate archipresbyterali: approbata est autem opinio Hostiensis.

ADDITIO. Quo ad not. in prædicta decret. statuimus facit hæc decr. pro Inno. & contra Hostien. tenuit enim Inno. de duobus impetrantibus primū præferri secundo, qui est maior in ordine, per rationem quam ponit hæc litera. Sed Host. contra, & ibi scripsi in gl. loquitur. Io. Andr.

b ¶ Dubitatur.] & merito fuit declaratio eorum facienda. sic sup. eo. lib. de elect. quia sæpe ī. & lit. nō contest. l. quoniam. Dubitabatur autem propter varias opiniones, quas super vi. sisti. & fuit etiam hæc dubitatio nostris temporibus in Bon. ecclesia.

c ¶ Præbenda.] tantum.

d ¶ Officio.] perpetuo in ecclesia, vt sup. eo. lib. de consue. c. 1. [Et vide quod ibi scripsi super ver. personatus. Ioan. Andr.

e ¶ Vacat.] morte, renunciatione, vel promotione illius qui dignitatem habebat & præbendam.

f ¶ Declaramus.] nota: quia ius nouum non facit, sed verius declarat. Facit quod dixi supra titu. proxi. cap. vnico.

g ¶ Anterior.] & si est iure potior, quia ex quo præbenda non est annexa, vtriusque quo ad hoc est par causa: secus cum est annexa, & facit quod dixi supra eod. titu. & lib. si, quis.

h ¶ Pręiudicari.] gratia enim secundo facta intelligitur sine alieni iuris præiudicio. sup. eo. lib. de rescri. quamuis.

i ¶ Apparet.] quia tunc secus. ī. eo. c. penul. & de conces. pręben. auctoritate.

[Gio. seq. ponit rationem inducēs duo iura: demum ponit decem casus, quibus secundo impetrans primo impetrāti pręfertur, & quinque casus quibus primam expectās, illam non consequitur.

k ¶ Annexa.] ex quo enim habet vnū connexorum, & reliquū habere debet. de constitu. (in antiq.) cap. translato. ad hoc supra eod. tit. super eo. Habes igitur vnum casum in quo secundus impetrans primo impetranti pręfertur. Alium habuisti supra eo. si clericus. Alium infra eo. cap. penult. Alium ī. de conces. præbend. ca. penul. Interdum habes quod vacat præbenda, & ille qui expectat primam, illā non consequitur. vnum casum habes sup. eod. tit. cap. 2. in fine. Alium ī eod. cum in ecclesia. Tertium infra, e. t. c. si cui. Quartum ī. de rerum permu. cap. vnico. Quintum sup. eo. lib. de renun. c. 3. Et alium habes in clem. gratiæ. de rescrip.

CVm in.] hæc est notabilis decre. Sunt quattuor dicta, & partes patent. Io. Andr.

¶ In gratijs Apostolicis appellatione beneficiorum & etiam dignitatum non includuntur beneficia curata. hoc d. est primo. Item appellatione dignitatū vel personatuum, non veniunt dignitates, ad quas qs cōsueuit per electionem assumi. h. d. secundo. Item electio, præsentatio, & institutio sunt diuersa, ideo vnū appellatione alterius non venit. h. d. tertio. Item si mandatur alicui prouideri de beneficio spectante ad eius collationem & alterius, non poterit prouideri de beneficio spectante ad alterius collationem tantum, nisi dicatur communiter vel diuisim. h. d. quarto.

CASVS. Papa facit mihi gratiam sub hac forma, quia mandauit episcopo Pictauiē. vt mihi prouideret de beneficio spectante ad suā collationē siue illud esset simplex beneficium, siue dignitas aut personatus, vacauit beneficium curatum: vtrū sit comprehensum sub mea gratia? Respondet quod non, nisi in mea gratia fuerit facta expressa mentio de beneficio curato. Et ratio est, quia maior idoneitas requiritur in promouendo ad beneficium curatum, ideo non venit appellatione simplicis beneficij vel dignitatis, vel personatus: nisi diceretur expresse in illis, quod mihi prouideretur de beneficio simplici, vel dignitate aut personatu etiam si illi beneficio immineat cura animarū ¶ Sed quid? ponamus quod Papa mādauit episcopo Pictauien. vt mihi proude-

† Cuius officij laicus capax non est: qui pcedentia minuunt significationē sequēt ū. l. fi. §. cui dulcia de vi. tri. & oleo le. l. Seiæ. §. Caio. de fund. inst. vel instr. leg. Petr. de Anch. Fon.

† Vide concil. Trid. sess. 7. de ref. c. 4. & B. Thomā 2. 2. q. 2. art. 6.

Impetrās secundus præfertur primo impetrāti in multis casibus.

prouideret de dignitate vel personatu, vel officio in ecclesia Pictauien. vacauit dignitas ad quam quis consueuit assumi per electionem: vtrum comprehendatur, in mea gratia? Respondet ꝙ non, nisi fiat expressa métio in mea gratia de dignitate electiua: puta quia dixit Papa vt mihi conferretur dignitas, vel personatus, vel officiũ: etiam si ad illam dignitatem, personatũ vel officium quis cõsueuerit ꝑ electionẽ assumi. ¶ Sed qd? ponamus ꝙ Papa scripsit epõ Pictauien. vt mihi cõferret beneficium spectãs ad suam ꝑsentationem, vacauit beneficium spectans ad suã collationẽ: Nã ipse epũs conferebat illud beneficium pleno iure: vtrum virtute meæ gratiæ possim petere? Respondet ꝙ nõ: Nam differunt collatio, præsentatio, & institutio: ideo appellatione præsentationis non venit collatio, nec institutio.

Casus §. Cum autem.

Sed quid? ponamus qđ Papa mandauit epõ Pictauien. vt mihi conferret beneficium spectans ad collationem decani & capituli ecclesiæ Pictauien vacat nunc beneficium spectans ad collationem alterius tũ, puta ad collationem decani vel solius capituli: vtrum possit episcopus Pictauien de illo beneficio mihi prouidere? Certe non, nisi in litteris gratiæ meæ fuerit additum, communiter vel diuisim. Sed quid? ponamus quod Papa mandauit prouideri de beneficio spectãte ad collationem epi Pictauien. vacauit beneficium quod spectabat ad collationem episcopi, decani, & capituli ecclesiæ Pictauien. vtrum de illo beneficio possit mihi prouideri? Certe non: Ratio dubitandi potuit esse; quia quod commune est, meum est ideo videbatur quod de beneficio spectante communiter ad collationem episcopi, decani, & capituli posset mihi prouideri. Sed ratio decidendi est, quia Papa non intendit per meam gratiam grauare nisi solũ episcopum Pictauien. No. primo quod in promouendo ad ecclesiam parochialem maior idoneitas requiritur, quam in promouendo ad alia beneficia ecclesiæ: Nam et sibi maiora committuntur, & periculosiora, quia non solum ei committuntur corpora, sed animæ. Nota vlterius, quod in gratijs expectatiuis non includuntur beneficia curata, nisi in gratia dicatur expresse de beneficio curato, quantumcunque ponantur verba generalia, & hoc propter rationẽ positam in principio huius cap.

Casus §. Si vero.

Nota: ibi, Illis vero, quod appellatione dignitatis comprehenduntur solũ dignitates, quibus aliquis præficitur per collationem: non autem comprehenduntur illæ dignitates ad quas quis consueuit assumi per electionem, nisi in litteris expectatiuis fiat expressa mentio de illis dignitatibus electiuis. Nota insuper, quod differunt præsentatio, collatio, & institutio: quod verum est in materia stricta & odiosa, nisi aliter constaret de mente superioris; quia nunc non esset curandum de verbis, c. petitio. de procu. in antiq. Pro quo sciendum, quod præsentatio dicitur electio personæ, vt ꝑsentetur superiori. & instituatur. & ista præsentatio computatur inter iura patronatus: & per istam ꝑsentatione nõ acquiritur ius in beneficio, sed solũ acquiritur ius in hoc, vt patronus nõ possit variare si sit patronus ecclesiasticus vel laicus, nisi accumulatiue. Institutio autem dr̃, quæ fit ad præsentationem patroni, quæ alio modo dicitur confirmatio Sed collatio dicitur quando prouisio alicuius beneficij spectat pleno iure ad diœcesanum: tamen communiter in iure vnum ponitur pro reliquo. No q si Papa mandat alicui ꝑuideri de beneficio spectãte ad collationẽ duorum, non poterit virtute illius gratiæ prouideri de bñficio spectante ad collationem alterius tm̃ nisi ĩ litteris gratiæ dicatur, cõiter vel diuisim. No. qđ Papa non intendit grauare nisi illũ de quo fecit mentionem in gratia.

In beneficij prouisione modus electiuus non includitur, si alij modi prouidendi exprimantur. hoc dicit.

illis, [a] quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, maior, quam in ijs, qui ad alia promouentur, idoneitas requiratur: [b] intentionis [c] nostræ nequaquam exstitit, vt cũ aliquibus de ecclesijs, personatibus, dignitatibus, vel alijs beneficijs quibuscunque (de animarum cura [d] mentione non habita) prouideri mandamus, ipsis, de ijs quibus huiusmodi cura immi net, possit aut debeat prouideri. [e]

¶ Illis vero pro quib. scribimus, vt prouideatur eisdem de personatibus vel dignitatibus, etiam si curam habeant animarum, ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem spectantib. quorumcunque † prouideri nequibit de prælaturis‡, personatibus, vel dignitatibus, ad quos seu quas per electionem [f] ij, qui eis [g] habent præfici, assumuntur. [h]

[Prima glos. dicit quid declaret.]

a ¶ Cũ in illis.] Declarantur hic, q̃ no. per Ber. Inno. & Hostiensem sup. eod. c. vlt. per Cõpostel. ĩ. de rescri. capitulum. in glo. magna, §. sed quid in his.

b ¶ Requiratur.] est enim ars artium, regimen animarum. supra de ætate & quali. c. penult ad hoc ĩ. eo. graue. & c. seq. in antiq. & sup. eo tit & lib c. 1.

ADDITIO Dicit Archid ꝙ quia isti habent alios regere & pascere, ideo pastores dicuntur, 63. dist. si in plebibus. 95. dist. ecce ego Io. And.

c ¶ Intentionis.] ad quam recurrendum est, vt sup. eo. c. vlt. 1 & ĩ. de deci. ex multiplici. vbi de hoc: illa autẽ intentio & ratio quæ fuit delegantis, debet esse & delegati. sup. [in ant.] de rescr. super litteris. in fi.

d ¶ Cura.] etiam si in litteris prouideri mandetur, quod animarum cura non negligatur, si qua immineat dignitati quod dic vt in Clemen. eo tit. si dignitatem. 1. responso.

[Glossa sequens fortificat textum per simile, & per rationem: secundo quærit, arguit negatiue, contrariũ soluit.]

e ¶ Prouideri.] hinc est ꝙ cum patientibus defectũ in ætate dispensant epi in dignitatibus non curatis: sed in curatis non: ĩ eod lib de ætа & qual. c. vnico. & est etiam simile de fil. presby. c. 1. sup eod. lib. & est hoc ꝑ beneficiorum impetrationem quæ dicitur ambitiosa & restringenda ĩ. eod tit & lib quamuis, 2 cum alias nomine beneficij dignitates & beneficia includãtur, vt supra de verb sig cap. penult Quid si Papa simpliciter mandat prouideri de beneficio; nunquid poterit executor de tali beneficio prouidere quod requirat sacrum ordinem? Videtur quod non. arg huius c. Ad hoc supra eo. lib. de fil presby. c. 1. Sed dic contra. infra eod. et cui. Ad idem supra eod. si eo clericis. 3 nisi pateretur in ætate defectum, ita quod ad illum ordinem promoueri non posset: vt ibi, & sup. eod. lib de rescrip. si eo tempore Ioan. And.

f ¶ Electionem.] electio igitur non concluditur sub verbo prouisionis vel dispositionis, cum inter ista tria sit differentia & facit quod statim sequitur & est si ĩ. eo lib de offic. leg deliberatione. 1. responso. & facit qđ dixi sup. eod lib. de elect. c. vlt. & inf c. proxi. 2. responso in glo. sed nonne.

g ¶ Eis.] i. prælaturis, personatibus, vel dignitatibus.

h ¶ Assumuntur.] et si inhibeatur in litteris ne electores eligant vt in Clemen. eod. tit. si dignitatem 2. respõ.

† Hic cõprehēdit ẽt vniuersitas. Ioã. An. Pe de Anc. cum enim iusta iura in vniuersitatem cadũt; ergo ipsa comprehēdit. facit l. 1. §. fin aũt. & l. oĩbus ff. ad Tre. Fon.

‡ Hic ponit Arch. ꝙ ibi dixi de sõia, vel processu delegati ꝯ intentionẽ delegantis. Io. And.

2 Et sic rñdei ad id ꝙ dr̃ nil excellentius dignitate. C de consul. L. 1. lib. 12. Io. And.

3 Vide q ibi dixi post Ioã. Mo & idẽ Arc. cum hic ab illa gñalitate excipiat solũ bñficia curata. Ioã. And.

¶ *Beneficiales litteræ vnum modum exprimentes, alios nõ includunt hoc dicit.*

¶ Cum autem inter collationem, præsentationem, & institutionem, differentia magna esse noscatur: [a] si cui de beneficio ad alicuius collationem spectante prouideri mandetur, de illo quod ad eius præsentationem vel institutionẽ pertinet, prouideri nõ poterit, † nec etiam econuerso: expresso enim vno casuum prædictorum, mãdatum super hoc factum (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet.

¶ *Mandatũ simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit: & econuerso directum vni duos non afficit. hoc dicit Dominicus.*

¶ Si verò de beneficio ad aliquorũ collationem vel præsentationem spectante (non adiecto [b] communiter vel diuisim) prouisio iniungitur facienda: in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius ipsorum tantum pertinet, adimpleri nõ potest. Sicuti si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio iniuncta fuisset, impleri non posset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio [c] pertineret.

¶ Idem.

¶ *Beneficium mihi collatum ante dissensum meum alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus, & tunc etiã post terminum antequam alteri conferatur, potero consentire. Io. Andr.*

CAP. XVII.

Si tibi [d] absenti per tuũ

† Si autẽ ad suam collationem spectet, & simul ad pręsentationem alterius patroni clerici res est dubia; q. Papa nõ vr̃ cogitasse de beneficio, ĩ quo cõicat cũ altero; vt in fi. iuri° ca. & c. fi. ſ. eo. si aũt alter esset laic° patronus, clarũ est, q nõ posset. de off. dele. dilectus. Iõ. And. Pet. Anc. Fõt.

a ¶ Noscatur.] hinc est q capitulum vacante sede non confert beneficia, quæ spectant ad collationem episcopi, supra ne se. vaca. c. 2. & infra eo. li. eod. tit c. vnico, & tamen tunc instituit instituendos ab episcopo inf. eo. lib. de instit. c. 1. de maio. & obe. cum olim. [in antiq.] & idem vides in generali vicario, supra de inst. ex sequenub. s̄. eod. lib. de offi. vica. c. vlt.

b ¶ Nõ adiecto.] ex quo Papa hoc nõ adijcit, alterum tantũ grauare non intendit: & hoc intellige secundum determinationem, quam habebis ĩ eo. tit. c. vlt. & fuit hoc sumptum ex quadam extrauaganti, quæ incipiebat, Contingit interdum sicut te, &c.

[Gl seq. obijcit & soluit]

c ¶ Cum alio] ab surdum. n. esset illũ grauari, d quo Papa non intelligit. In cõtrarium videbatur: quia ad collationem suam spectat, licet & alterius: nam & qui iurat suum non esse, iurat & sibi communo nõ esse, ff. de ver. signif. pupillus. §. vlt. [cum sua gl. & vide quod dicitur inf. de verb. sig. c. vlt.] Et q legat seruos suos, & qui in totum, & qui pro parte sui sunt, videtur legasse ff. d le. 3. l. si quis seruos. sed hoc facit cõtraria intentio Papæ, idem est ergo dicere ad collationem talis, & solius talis.

ADDITIO. Bene facit. ff de leg. 2. legatis. vbi legatum factum vxori de ijs quæ sunt parata ad ipsius vsum, non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius, & viri. Dicebat Ioan. Monac. quod est commune mihi & alteri, proprie non est meum. ff. de ritu nup. ib lud. & verba generalia proprie non improprie sumi dẽnt. alleg. supra eod. tit. & lib. cum de beneficio in fine, & remittit ad regulam, in generali. infra de regu. iuris. Ioan. Andr.

Si tibi absenti.] Circa beneficium collatum absenti nondum acceptatũ soluit quinque dubia: Primũ, an sit illius: ibi, Licet. Secundum an possit alteri conferri: ibi, Ipse tamen. Tertium, an si conferatur, valeat collatio: ibi, Quod si. Quartum, quid si lapsus sit terminus datus ad acceptandum: ibi, Sed si. Quintum, quid si prouisus post terminum præueniat collatorem: ibi, Antequam. Ioan. Andr.

CASVS. Episcopus Pictauien. alicui Titio absenti & ignoranti contulit aliquod beneficium, non fuit ibi aliquis, qui acceptaret collationem pro Titio absente: an valeat collatio? Certe sic, adeo q collator non poterit amplius variare, nec illud beneficium alteri conferre. Sed vtrum Titio absenti & ignoranti per illam collationem sit acquisitum ius in beneficio? R̃ndet quod nõ, nisi Titius illud beneficium acceptauerit: sed facta acceptatione, est sibi ius acquisitum sine corporali apprehensione, licet sit secus in rebus profanis. l. traditionibus. C. de pact. Sed ponamus, q Titius postquam sciuit illud beneficium sibi collatum, differt acceptare collationem: an ep̃s collator possit illud beneficium alteri conferre? R̃ndet quod non statim: sed poterit Titio assignare certum terminũ, intra quẽ tenebitur suam declarare voluntatem, an velit illud bñficiũ acceptare: quo termino elapso, poterit collator illud beneficium alteri conferre. Sed ponamus q collator elapso termino illud bñficium nõ cõtulit: vtrũ possit Titius tale bñficium acceptare antequã verus collator alteri contulerit: ita q p illã acceptationẽ acquiratur sibi ius i bñficio? Certe sic Not. primo, qđ bñficium p̃t cõferri absenti, & ignorãti: nec reqritur ad hoc vt valeat collatio, qđ ille cui confertur beneficium, illud accepet. Not. statim q si absens sciuit bñficiũ sibi fuisse collatũ, & acceptauit: statim sibi ius est acquisitum in beneficio: & p̃t lato mõ dicere illud beneficium suũ rõne cuius potest agere rei vendicatione lata. Et sic ẽt solo titulo acquiritur ius in beneficio & dñium: secus in rebus profanis: quia in illis ex solo titulo non acquiritur dñium, ideo l. quoties. C. de rei ven. non habet locum in beneficijs. Not. vlterius, quod in iure non est aliud certum tempus præfixũ ad acceptandum beneficium collatum, secus in acceptatione vel repudiatione electionis: & ideo collator potest præfigere tempus ad acceptandum beneficiũ collatum. Not. insuper, quod non est necesse esse præsentem, cui beneficium confertur: nec etiam alia persona, quæ collationem eius nomine recipiat. Ad hoc supra eod. lib. de rescrip. gratia. Not. finaliter casum in quo vacat beneficium, tamen conferri non potest: Nam nõ dicitur beneficium hic illius, & tamen dicit quod non valet collatio. Alios casus vide de constit. cum accessissent. Dominicus.

[Glo prima summat, & dicit quid declaret, & quod erat dubium, & consuluit quæstionem.]

d ¶ Si tibi.] Beneficium mihi collatum ante dissensum meum, alteri conferri non potest: nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus: & tunc etiã post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire. Emanauit hæc decr. ad declarationem & approbationem eorum quæ no. Inno. & Host. & Moderni sup. eo. accedens. & Gof. in sum. de inst. § quis instituit. sciebamus. n. quod absenti poterat beneficium conferri, & absens inuestiri, vt ibi; sed dubitatur an medio tempore posset collatio reuocari, quod hic terminatur, & qđ dicit, absenti, idem & multo fortius si præsenti, qui tunc deliberare velle se dixit. Io. And.

a ¶ Epi.

a ¶ Episcopum.] factum ponit, non ius: quia idem si per alium. [Idem Ioannes Monachus & Archid.]

b ¶ Habueris.] acceptando, vel consentiendo, vel ratũ habendo, si negotiorũ gestor vel procurator generalis fuerit inuestitus de ipso, sed si specialis, statim dici debuit suum q̃ dic vt no. s. eo. accedens. Ad hoc. ff. de negot. gest. si ego. ff. de solu. ratum. ff. de acquir. possessio qui absenti. Io. Andr.

ADDITIO. Potest etiam consanguineus inuestiri de beneficio, sed per eum etiã ante acceptationem non acquiritur dominium beneficii vel canonicatus, qui consensu eligentium & electi acquiritur, supra in ant. de elec. cũ inter canonicos. s. de spon. cũ locum. licet enim q̃ tali agere possit. ff. de procurat. sed & hæ. vnde dicit Hostie. licet lex talem personam agere permittat, non tamen facit illum procuratorem. ff. iud. sol. l. 3. §. 1. ff. de proc. nõ solum. §. si de dote Io. Andr.

¶ Qd pôt ei nullo mediãte. Pe. de Anch secus i alijs ϕ̃ti. bus, q intẽr absentes fiunt, nã ibi intermo- diat aliq̃d. not. in l. cõsensu, ff. de acti. & obl. Fõ.

episcopum [a] conferatur † beneficium, licet per collationem huiusmodi (donec eam ratam habueris [b]) ius in ipso beneficio vt tuum dici valeat, non acquiras: [c] ipse tamen episcopus, vel quicunque alius [d] de ipso beneficio (nisi consentire recuses) in personam [e] alterius ordinare nequiuit. Quod si fecerit, eius ordinatio facta de beneficio non libero viribus non subsistet.

¶ Sed si episcopus (notificata tibi collatione) ad consentiendum terminũ [f] competẽtem assignet, nisi consenseris, poterit eo lapso [g] beneficium liberè (cui viderit expedire) conferre. Ante quam tamen ipsum contulerit, tuum poteris (non obstante quòd lapsus sit terminus) præstare consensum: [h] & ex tunc de ipso non poterit aliter ordinari.

¶ Idem.

¶ *Qui vi vel iniustè occupat secundum beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure, quod in illo, vel ad illud habebat, hoc dicit, Iona. Andr.*

CAP. XVIII.

EVM †

¶ Scilicet q̃ a prius quã agnoscat, pôt repudiare q̃ aut dicit, acq̃ri dominiũ, dic re vera adita hæred. ex fictione tamẽ dr̃ acq̃sitũ post mortem, ff. de furt. si ã usu. §. vlt. & l. à Titio, & ff. q mo. ser. ami. si par tẽ, § vl. ff. de condi. & mõst. l. si quis ita hæreditatẽ.

[Glos. seq. ponit tres opi. quæ olim erant de materia.]

c ¶ Non acquiras.] secus in legato specieri: quia tunc acquiritur dominium legatario ignorãti: licet commutabiliter ff. de leg. 2. cum pater §. surdo, fac. & ff. de condi. & demonst. l. legata. per quæ iura dicebant quidam, quod hic dicitur. Item per id quod habes sup. de elec. cum inter canonicos, & c. publicato. Ad hoc. de reg. iu. quod semel, cum suis concor. Alij dicebant, q̃ si secundo prius fieret traditio, vel prius consentiret, bene tenebat collatio, per l. C. de rei ven. l. quotiens, in prin. & ea n. vbi dicitur, si res vendita fuerit duobus, ille potior est, cui prius fuerit tradita, & vide quod dixi infra de regul. iur. qui prior. Tertia opinio erat, q̃ aut secundus scienter recipiebat beneficium, aut ignoranter, in primo casu non tenebat collatio, in secundo sic, tenetur tamen conferens prouidere primo in æquiualenti beneficio. ad hoc sup. eo. inter cætera. j. de iure pat. pastoralis. Facit ad hanc distinctionem j. de concel. præben quia cunctis. ff de vsufr. l. si Sticho.

ADDITIO. Archi. attribuit hanc etiam opinionem Hostiensi, & verum est q̃ Host. ponit illam in decre. accedens. tamen recedit ab illa inhærendo Innocentio, qui simpliciter dicebat collatorem non posse à proprio facto recedere Io. Andr.

d ¶ Alius.] Puta legatus de latere, qui confert beneficia vacantia. supra de off. leg. c. 2. illud autem conferre non poterit, quia licet vacet, non tamen est liberum, vt infra sequitur.

¶ Beneficiũ collatum absẽti, an possit alteri conferri sub cõditione si ille non acceptaue [illegible]

[Glo. seq. format, & soluit duas quæstiones.]

e ¶ Personam.] Sed nunquid poterit alteri sub conditione conferre, scilicet si ille nõ acceptauit? q̃ nõ sup. e. lib. de elect. c. 2. & j. de reg. iur. actus. sicut beneficium non vacans non confertur cum conditione quando vacabit sup. de concel. præb. cap. 2. ad hoc supra de rescript. pastoralis. Sed nunquid potest de illo ordinare non conferendo personæ: sed aliàs, puta, vniendo, vel religioni locum constituendo? Non, nisi sicut posset post acceptationem, cum eadem sit ratio. sup. de eccle. ędi. ad audientiã, 2. sup. e. exposuisti, 12. q. 2. c. antepenul. & etiam tunc secundario fit ordinatio in personam.

[Glo. seq. objicit & soluit.]

f ¶ Terminum.] sed nonne statutus est terminus à iure infra quem consentire debet, scilicet vnus mensis. sup. eo. lib. de electio q̃ fit. nec videtur q̃ de beneficio iuris possit episcopus diminuere, j. de regulis iuris, indultum, cum suis cõcordantijs? Dic decreta. illam loqui in electis qui adhuc habẽt confirmationem petere. istam in iis q̃ bus fit collatio, i hic autem non est statutum certum tempus & facit supra ea. proximo. Probatur & hoc per id quod sequitur, nam in decr. quàm sit, lapso termino priuatus est ipso iure, nec potest vlterius consentire, hic autem etiã post terminum consentit, dummodo res sit integra, vt sequitur.

[Glossa sequẽs soluit quæstionem.]

g ¶ Eo lapso.] quasi dissensisse videatur, sic sup e. li. de appel. ab eo, vbi etiam ista ponuntur vt patet. Et per hanc literam videtur idem dicendum si dissenserit, scilicet q̃ adhuc re integra possit consentire, quod verum est conferente in eadem voluntate manente. Ad hoc sup. eo lib. de proc. licet, vbi de hoc dixi.

ADDITIO. Ibi tamen glo. loquitur de electo: hic loquitur de prouiso. Io. Andr.

h ¶ Consensum.] ad hoc ff de opti. leg. l. mãcipiorum.

EVm qui] Sunt duæ partes, quæ satis patent, secunda ibi, Insuper. Et prima subdiuiditur, quia ponit primo dictũ: cuius postea duas rationes subdit ibi. Nõ enim. Io Mo. dicit, q̃ primum dictum ponit peccatum in facto, & in modo: secundum in modo tm, Io. Andr. Præmitte quod habes in c. de multa, sup e. in ant. Dom. ¶ Præsupponitur illud quod habetur in ca. de multa. eo. titu. in ant. & hodie in extraua. Io. xxij. quæ incipit, Execrabilis, vbi dicitur, q̃ si alicui obtinenti beneficiũ curatum, dignitatem, personatum, vel officium, conferatur aliud simile beneficium, puta si alicui obtinenti ecclesiam parochialem conferatur alia ecclesia parochialis, vel dignitas, vel personatus, aliudque beneficium acceptauerit & apprehenderit possessioné, ipso iure vacat primum beneficium: & si contendat habere, caret vtroque.

†Vide Extrauagãt. Io. xxij. Incipit. Execrabilis c. tit & Cõci. Tridẽt. sess. 1. de refor. c. 2. & seq & sess. 1 de refor. c. 17.

CASVS. Secundum communem intellectum huius cap mihi obtinenti ecclesiam parochialem episcopus Pictauen. contulit aliam ecclesiam parochialem, quidã tertius intrauit in possessionem ipsius beneficij collati, ego non expectaui q̃ episcopus me induceret in possessionem ipsius beneficij, seu mea temeritate illũ tertium à possessione beneficij mihi collati expulsi vtrum per istam violentam expulsionem à possessione secundi beneficij vacet primum, ac si auctoritate Apostolica fuisset apprehensa possessio hu us secundi beneficij? Rñdet q̃ nõ, aliàs sequeretur, q̃ vir stultus esset melioris conditionis quã sapiens. sed quid, sanctissime pater, ego sciens non habere ius in aliquo beneficio, me intrusi scienter in eo, visũ per istam intrusionem

vacet primum beneficium quod obtineo? Respõdet ꝙ sic, ac si habuissem titulum in secundo beneficio, & adeptus fuissem pacificam possessionem: secus si credebam habere ius in beneficio, & tamen nullum habebam, c. si beneficia. infra eo. tit. Sed nunquid per illam violẽtiam vel intrusionẽ, debeo carere jure quod mihi competebat in primo beneficio? Certe sic, ipso facto, ẽ in communem opinionem, & hoc probant ista verba, eo ipso. Nota primo, quod non est alicui licitum intrare beneficium per violentiam, in quo vel ad quod habet ius, sed debet expectare inductionẽ superioris, quę inductio in possessionem beneficiorum de iure communi spectat ad Archidiaconum, qui hoc faciet auctoritate Episcopi: tamen hodie Arch. illud non obseruant nisi in magnis dignitatibus, & non in paruis beneficijs. Not. ꝙ quis sua auctoritate non debet ingredi possessionem beneficij sibi collati, sed auctoritate sui superioris, nisi esset inuestitus. Pro quo sciendum est, ꝙ institutio est tituli collatiua: postquam dixit episcopus vel superior instituens: inuestio te per traditionem huius rei, & per illam inuestituram non transfertur possessio, nisi fieret inuestitura in præsentia beneficij, sed solum per illam inuestituram datur instituto facultas, vt possit ingredi beneficium auctoritate sua. simile dicitur in l. 1. ff. de acq. vel amit. poss. vbi emptor sua propria auctoritate non debet ingredi possessionem rei venditæ. Et sic intelligitur text. tamen etiam potest intelligi, si per violentiam fuit intrusus in beneficio, in quo non habebat aliquod ius. Not. ꝙ per adeptionem secundi beneficij incompatibilis vacat primum. Vnde sciendum, quod licet illud cap. non loquatur nisi in ecclesijs parochialibus, tamen communis opinio Doctorum est, quod etiam intelligitur in dignitatibus & personatibus: nam illud cap. venit limitatiuè ad illud cap. de multa, alleg. ideo secundum illud ca. debet intelligi, ideo dixit Dominicus de sancto Gemi. quod constitutio declaratoria debet intelligi secundum omnes clausulas constitutionis declaratæ, nisi aliud dicatur in cõstitutione declaratoria. Not. vlterius ex hoc tex. quod lex si quis in tantum. C. vnde vi, & similia iura, etiam habent locum in eo qui expulit à beneficio, vt videlicet quod talis perdit ius quod habebat in beneficio. Not. insuper, quod iste textus in prima parte non habet locum, nisi in beneficio curato. No. finaliter, quod sicut non est possibile duo curata simul retinere quando iusto modo acquiruntur, ita & non est possibile quando iniusto. Et sic videtur quod iura ponunt pœnam exercenti actum, pœna committatur etiam si actus non tenet de iure. vide j. de sent. excom. statutum. Dominicus.

qui [a] beneficium, cui animarum cura [b] imminet, vi occupat, seu se scienter [c] iniustè intrudit in eo, decernimus ipso iure fore priuatum beneficio, quod cum cura simili primitus obtinebat. [d] Non enim decet vt stultus melioris, quam peritus conditionis existat, [e] vel quod inuasor † eo, qui iuste ingreditur, priuilegio gaudeat potiori. ¶ Insuper vt violenti, [f] qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, personatus, aut alia quęcunque ecclesiastica beneficia nõ

¶ Prima glossa summat, & dicit quid declaret.

a ¶ Eum qui] Qui vi, vel iniuste occupat ẽm beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure quod in illo, vel ad illud habebat. Emanauit hæc decretalis ad approbationem & declarationem eorũ, quę no. Innocentius & Hostiensis sup. eo. tit. de multa.

A D D I T I O. Quærebant enim de illo, qui propria auctoritate inuasit secundum curatum, & arguebant quod ipso iure videatur renuntiasse primo. 21. q. 2. si quis, iam recitabant alios dicere contrarium, nisi auctoritatem superioris habuerint. Io. Andr.

[Glossa sequens arguit à contrario, secundo quærit & soluit.]

b ¶ Cura.] aliàs non haberet locum pœna decr. sup. eo de multa. si ergo haberet ecclesiam curatã, & postea violenter occupat simplex beneficium, non vacat primũ, sed perdit ius si quod habebat in secundo, vt infra prox. responso. Sed quid si habet curatam ecclesiam, & vi occupat præbẽdã, vel simplex beneficiũ cui est annexa ecclesia curata, nunquid vacat prima? Dic ꝙ non: sed locum habebit sequens respõsum. hoc dico p decre. supra eo. titu & lib. super eo, vbi ergo esset priuatus primo p iustã receptionem secundi, erit & priuatus per iniustã: aliàs non. Et est simile quod dicimus de bigamia [vel eius pęna quæ inducitur per matrimonium, quod non tenet eo casu quo incurreretur si matrimonium teneret: aliàs non [in antiq.] de big. nuper. Ioan Andr.

[Glo seq. soluit dubium per contrarium literæ, sed cum distinctione.]

c ¶ Scienter.] Ignoranter igitur non tenebit pęna ad hoc. j. eo. tit. si beneficia. [Idem Arch. quod de ignorantia facti verum intelligo, secus ignorantia iuris, infra de reg. iur. ignorantia, cum suis concor.

[Glos. seq. per hoc c. soluit tria dubia.]

d ¶ Obtinebat.] eadem ratione quæ hic ponitur in pęna decr. de multa. dicam idem de decr. cũ in cũctis. s. de elect. scilicet, quod si aliquis scienter & iniustè se faciat in epm consecrari, puta, lite pendente quod vacent priora beneficia sua, ac si canonicè consecratus fuisset. & sic etiam iam audiui in Curia fuisse factum: propter rõnem q̃ sequitur. Et eadem ratione vr, quod si aliquis iniuste detinens beneficium, impetrat aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio qđ occupatum tenebat, quod litera nõ valeãt, ne sit melioris conditionis, & c. vt hic. Ad hoc s. eod. tit. & lib. quamuis. & sic intelligitur j. eo si motu. & idem etiam secundum id dici potest de decr. non potest. j. eo scilicet, quod si aliquis habebat plura beneficia, ex quibus vnum erat occupatum, & tacito de illo super alijs impetrauit dispensationem, dispensatio non valet.

A D D I T I O. Hoc idem tenet Arch. Vnde ad propositum huius quod tangitur in prin. glos. dixit Inno. in decr. de multa. quod cũ interdictũ erat regnũ (vt puto) Siciliæ, & omnibus Capitulis prohibitum eligere, multi tamen eligebantur in episcopos & confirmabantur per Metropolitanos, & administrabant. arguebat tamẽ quod el ipso tpe de consecrandis, vacabant ipsorũ priora beneficia, per l. 3. §. videamus, ff. de don. inter virum & vxo. in Authen. de restit. & ea, quæ pa. §. fi. j. de excess. prała. tanta. s. de transla. quãto. sed Archidiaconus dicit illam glossam non fuisse in originali Inn. Io. An.

e ¶ Existat.] 16. q. 1. legi epistolam, in prin. ff. quod vi aut clam. l. nam & si seruus, ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. antepen. Nec ex delicto quis facit conditionem suam meliorem. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. sup. de sent. excom. si vere. Nec melior esse debet contumacium quàm obedientium conditio. sup. de postul. c. 1. de dolo & contu. contingit.

A D D I T I O. Interdum malæ fidei possessor est melioris conditionis quàm bonæ fidei, vt patet ex no. ff. de rei ven. l. in rem. §. fi. Io. Andr.

f ¶ Violenti.] Not. quod latius loquitur pars prima quàm hæc secunda, quia loquitur hic solum in violento, non in alio se iniuste intrudẽte, vt in prima parte. & innititur iste §. rigori illius legis C. Vnde vi, si quis in tantum. & 16. q. 6. placuit.

† No. hic ꝙ ad defectu punitione sufficit aliqd fieri de facto. ea. cũ nup. de big. not. c. plerumq. de do. inter virũ & vxorẽ, & Hippo. in l. diuus ff. de sic. tñ ad lucrũ non sufficeret aliqd fieri de facto l. hæc cõditio, ff. de condi. & demõstrat. de Anch.

1 Sic refert Ioã. Mon. Archidiaconus. I. A.

Intrusor & violentus differunt.

A D

ADDITIO. Et vt ibi not in re violenter possessa no iuuaret littera cõfirmationis, C. vnde vi. auctoritatem. Ioan Andr.

a ¶ Non verentur.] vereri deberēt cum sine iusto titulo illa detinere non possint, nec eos iuuat antiqua possessio, vt ī. de reg. iur c. 1. cum suis concordantijs.

[Gl. seq tractat de triplici timore.]

b ¶ Formidine.] 45. dist. docēdus. de ele. cum in cūctis. de vi. & ho. cle vt clericorum Ad idem C de emen ꝓpin l. pna ac cedat qđ dr̄, Oderūt peccare, &c. 1 Et vocatur talis timor seruilis, 2 q̄ per se præmium non hēt, nisi q̄ solet inducere filialē & est timor seruilis ſm Gregoriū, 3 quo viuit peccandi voluntas, & si quereretur opus si speraret impunitas: & pertinet ad seruum. Initialis respicit amissionem præmij, & pertinet ad mercenarium Filialis respicit offensam, & propriè ad filium pertinet.

verentur, ᵃ etsi non virtutis amore, pœnæ saltem formidine ᵇ à suæ temeritatis audacia refrenentur, eo ipso ius, si quod in dignitatibus, personatibus, & beneficijs occupatis taliter, ᶜ vel ad ea ᵈ ipsis forsitans competebat, amittant.

¶ Idem.

¶ Habens potestatem Apostolicam persona idonea de beneficio prouidendi, aliàs beneficiato sufficienter prouidere non poterit, nisi in litteris hoc exprimatur, & tunc vnicum simplex obtinenti prouidebit. Si verò conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur, & contra factum, est nullum, hoc dicit. Dominicus.

ADDITIO De hoc de pœ. dist. 2 sicut sera. Io. Andr.

c ¶ Taliter][violenter, facit pro eo quod ī. dixi, &c.

d ¶ Ad ea.] differentia est inter ius quod competit in re, & quod competit ad rem, vt videbis inf. de conces. præben. c. vlt.

Is cui] Primo determinat duos casus: Secūdus, ibi, Si vero. Secundo decretum apponit: ibi, Prouisio quoque. Iterum prima subdiuiditur: quia primo ponit dictum, a quo duos casus excipit: ibi, Nisi: & secundum determinat: ibi, Tunc enim. Io Andr.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum, qđ gratia de qua in hoc c. non fiebat fauore illius, cui erat prouidendum. sed gratia illius ad quem dirigebatur; puta quia Papa fecit gratiam abbati S Cypriani, vt posset prouidere de beneficio spectante ad collationem vel præsentationem alterius prælati. tunc in illa gratia non est necesse quod fiat mentio de beneficio obtento. Item non mandabatur prouideri certæ personæ: sed idem si etiam certæ personæ mandaretur prouideri.

CASVS. Papa dedit alicui executori gratiam siue facultatem, vt posset vni certæ personæ idoneæ prouidere de beneficio existente in sua ecclesia, vel alia; ille executor voluit mihi prouidere de tali bñficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod simplex, quod erat sufficiens, & ex quo poteram sufficienter sustentari vtrum posit mihi prouideri de alio bñficio simplici? Respondet quod non: quia in sua gratia sibi mandatur, vt prouideat personæ idoneæ: modo ex quo habeo beneficium ex quo possum sufficienter sustentari, non sum idoneus ad aliud beneficium: quod verum est, nisi vellem primum beneficium dimittere: nam tūc posset mihi conferri aliud beneficium. Sed ponamus quod in gratia ipsius prælati siue executorum dr̄ vt posit conferre beneficium in sua ecclesia vel alia existens, etiam obtinenti aliud beneficium? Rñdet qđ mihi obtinenti beneficium simplex poterit prouidere: dummodo beneficium quod obtineo non sit curatum. Sed ponamus quod obtinebam duo beneficia simplicia: iste executor vult mihi conferre aliud beneficium compatibile, vtrum posit? Certè non: licet in gratia sua dicatur, vt illud beneficium posit conferre curam obtinenti aliud beneficium: nam gratia sua intelligitur in obtinente vnicum bñficium duntaxat. Sed ponamus q̄ Papa dicit in litteris gratiæ suæ, vt iste executor possit prouidere de bñficio alicui etiam obtinēti plura bñficia, aliquis obtinet tria beneficia, vtrum possit sibi conferre aliud bñficium? Respondet q̄ non: nā illa pluralitas verificatur in duob. beneficijs. Not. primo id ad quod allegatur præsens c. qđ obtinēs sufficiens beneficiū, nō ē idoneus ad obtinendum aliud beneficium: nisi expresse vt beneficiatæ personæ possit cōferre, fiat concessio. No. magis specificè, qđ si Papa mādat alicui collatori, vt prouideat personæ idoneæ de beneficio, virtute illius facultatis nō prouidet personæ obtinēti bñficium sufficiens, nisi illud primū bñficiū dimittat: & hoc verū, nisi aliud diceret in gratia Not. qđ in litteris ad beneficia, pluralis locutio restringitur ad duo beneficia tantū, & adhuc requiritur qđ ista duo bñficia non sint curata.

CAP. XIX.

Is cui ᵉ conceditur, vt auctoritate Apostolica possit vni personæ idoneæ ᶠ † in sua vel alia ecclesia prouidere alicui, aliud beneficium sufficiens ᵍ obtinenti prouidere non potest: ʰ nisi primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat. ⁱ Vel

[Prima glo dicit quid approbet, & reprobet.

e ¶ Is cui.] approbatur hic opinio Hostiensis, quā no. sup. eo. tit. c. vlt in fine: & reprobatur opinio Innocentij ibi, not. & Compostellan. not. supra de rescript cū adeo in fine. Et fuit de facto in Mediolan. archiepiscopo hęc quæstio primi dicti.

[Glo seq dubium soluit.]

f ¶ Idoneæ.] & si non apponatur: hoc idem intelligo sup. de ele. causam quæ. sup. de rescri. cum adeo, Ad hoc de præsum c. vlt.

ADDITIO. Ad hoc litera, inf. ibi, vel nisi in concessione huiusmodi sit expressum, & idem Host. in præalleg. dec. vlt. eo tit. Ioan. And.

[Glo. seq. arg. a contrario, & remittit.]

g ¶ Sufficiens.] ergo si non est sufficiēs, secus est. 3 Ad hoc sup. eo. de rescri postulasti [& c. cum adeo. sup. eod. cū teneamur, & c. dilectus. ff. de ven. inspi. l. 1 in fine] Quid aute veniat in hac sufficientia, no. per Ioā. 21 q. 1. c. 1 & per Ber sup. eo tit. de monachis, Io. Andr.

[Glo seq. ponit motiuum opi. contrariæ.]

h ¶ Non potest.] contrarium notabant dicti doctores, & mouebantur illa ratione: quia hoc casu non fiebat gratia prouiso, sed prouidenti: nec poterat secundū eos prouisus hoc casu ambitiosus dici, cum ad sui instantiam nihil fuerit obtentum. sup. eo. tit & lib. quamuis. ī eod si motu proprio Sed contrarium est verum: quia beneficiatus idoneus non est. sup. eo. super inordinata. & sunt communi beneficiatus beneficiari non mandetur sup. eo. tit. quia in tantum. Io. Andr.

ADDITIO. Dicit Io Mo. qđ genus facilius patitur debilitatem vel annihilationem quàm species: quia genera sunt intelligenda ciuiliter, ff. de seruit. si cui tr̄ ad exhi. l. pen vnde verbum, personæ idoneæ, debet intelligi secundum ius commune, de qua sup. Io. Andr.

[Glo. seq ponit differentiam inter duas formas.

i ¶ Dimittat] si ergo dimittit, tunc sibi poterit prouideri, & in hoc est differentia inter istam formam, & illam quam in principio impetrauit ille, cui prouidetur; quia in illa non sufficit modo beneficium primū dimittere, si tunc tacuit int. eod. si motu 4 Hic sufficit nunc dimittere, licet in concessione gratiæ nihil fuerit dictum.

1 Vide hos versus ď offi. ordi. irrefragabili. in vlt. glo. Ioan. An.

2 Vide B. Th. 2. 2 q. 19. art. 2. & ibi Caietanum.

† Hæc dictio determinat lỹ, ꝓuidere; ergo si nunc nil hēt, quæuis alias habuerit, videbitur ēt de curatis, cum hic fit grã prouidenti, iō est in suum fauorem amplianda. Pet. de Anch. Fō.

3 Idē Archid. dummodo in collatiōe faciat mētionē de primo, ī. eo. lib. de offic leg. collatum.

4 Io. Mo. & Archi. allegāt de ele. dudū. 2. & quod ibi notum. gloss. ipse Ioan. A

ADDITIO. Quia nulla potest notari surreptio impro tunc. Dicit Io. Mon. per hoc rescriptum nihil habetur actualiter, sed potentialiter: & ideo satis est qd sit habilis persone, quando potentia explicatur ad actum. Ioan. Andr.

a ¶ Tunc enim.] Not. interpretationē strictam. Ad idem s. eo. cum in illis Io. And.

b ¶ Sine cura.] singitur vtrunque vel alterū sit curatum, tali non poterit prouidere. Et nota φ pluralis locutio no. est vaga: immo potius arcta & restringēda: sit ergo contenta duorū numero, ꝫ de reg. iu. pluralis, cum suis cōcordantiis.

c ¶ Non subsistat.] poterit igitur illud beneficium alteri cōferri: sed si ille possideat non poterit sine cognitione causæ de possessione repelli. ꝫ eo licet.

Si beneficia.] Decre. ista succurrit ignorantiæ. Et primo primi gradus Secundo secundi & vlterioribus. Eundem Et pars prima facit tres quia primo ponit casum: Secundo rationem prouisionis ibi, Ne talis: Tertio prouidet patenti ibi Statuimus. Quarto vero resilienti ibi, Alioquin.

† Vide Dñicū ꝯs. 78. incip. formant, & Lapum allegatio. ne 120.

CASVS. Cum obtinerem aliquod bñficium incompatibile, episcopus Pictauien. contulit mihi aliud beneficium, & non eram dispensatus per Papā ad plura beneficia incompatibilia, tamen Papa præuenerat episcopum Pictauien. quia illud beneficium mihi collatum alteri contulerat, quod tamen ignorabam; ego videns quod non poteram habere plura beneficia, dimisi primum beneficiū, & acceperam secundum; postea secundum fuit euictum per illum cui Papa contulerat; an possim redire ad primum beneficium? Respōdet φ sic, cum statim fui debite informatus qd in secundo beneficio non habeā ius, non expectato exitu causæ, dimisi illud. Ḡn beneficiū possum redire ad meum primum beneficium propria auctoritate, & sic sine noua collatione, & hoc habet verbum, liberè possim in tex. idem est de omnibus alijs, qui illo modo dimiserunt beneficia; nam poterunt ad illa redire sua propria auctoritate. Not. primo φ collatio beneficij facta per Papam, afficit manus ordinarij collatoris ēt ignorantis illam; ita qd collatio illius in contrarium facta non valet, ad hoc eod. tit. & lib. sup. c. si postquam Not. secundo, qđ vbi ex vna causa fit decisio casus in primo gradu, eadem causa deciduntur casus occurrentes in secundo & ceteris gradibus sequentibus. Dominicus.

[Prima glossa decretalem summat, & commendat: & glossæ reliquæ sunt textuales.]

nisi in concessione huiusmodi sit expressum, quod alias beneficiatæ valeat prouidere personæ. Tunc enim [a] prouidere poterit vnicum duntaxat beneficium obtinenti: dum tamē illi cura nō immineat animarum. ¶ Si verò cōcessū fuerit, vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere, huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia sine cura [b] restringi. Prouisio quoque facta contra præmissa, eo ipso virib. non subsistat. [c]

¶ Idem.

¶ Si quis ignorans recipiat beneficium prius reseruatū, vel alteri collatum per Papam, si ex quo sciuit, illud sine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia propter illud dimissa, aliàs non. Io. Andr.

CAP. XX.

Si † beneficia, [d] quæ per Sedem Apostolicam [e] conferuntur, aut decreto interposito reseruantur, interdum contingat ab ijs [f] ad quos aliàs pertinet collatio eorundem, aliquibus huiusmodi collationem seu reseruationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia quæ illi tenebant antea, & † post prædictorum adeptionem dimissa [g] per eos alijs assignari: [h] Ne talis ignorantia eis (cum sint sine culpa) [i] præiudicialis existat: statuimus, vt si ipsi de collatione seu reseruatione prædicta postea certiores [k] effecti, sublata difficultate quacunque omnino dimiserint beneficia sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora (collatione quibuscunque personis facta de ipsis nequaquam obstante) liberè reuertantur; Alioquin redeundi ad ea (si difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis) sit ipsis penitus interdicta facultas.

¶ Eundem quoque modū in dimittendo recepta, & recuperando dimissa quo ad omnes alios, [l] qui forsan occasione prædicta sua dimiserint beneficia, & dimissa per alios fuerint assecuti; per omnia decernimus obseruādum.

† Dictio, &, deest in antiquioribus codicibus.

d ¶ Si beneficia.] si quis ignorans recipiat beneficium prius reseruatum, vel alteri collatum per Papā si ex quo sciuit, illud sine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia pp illud dimissum: alias non. Hæc decretalis summæ sanctitur æquitati & iustæ ignorātiæ prouidet.

e ¶ Per sedem Apostolicam.] idem si p aliū qui cōferre possit scriptura p legatū. ꝫ eo tit. si a sede, quia non ius ponit, sed factum. Idem Archidiaconus.]

f ¶ Ab ijs] scientib. vel ignorantibus, nō curo; vnde si bñ aduertis, hæc decr. non requirit ignorātiam in cōferente, sed solū in eo cui confertur. Præsumitur autem ignorantia, nisi probetur scientia. ꝫ de reg. iur. præsumitur. [Idem Ioan. Mo. & Archi.] quod intellige vt ibi dixi.

g ¶ Dimissa.] vel iuris necessitate, vel ignorantia, vel sola voluntate. Io. And.

h ¶ Alijs assignari.] multo ergo fortius recuperabunt, si adhuc non sit alijs assignata, vt s. eod. tit & lib. si tibi in fine.

i ¶ Sine culpa.] & sic deberet esse sine pena. de conit. [in ant.] cognoscentes ꝫ. de reg. iur. sine culpa. si ergo sciuissent, fuissent in culpa, & sic tali priuilegio non vterentur Ioan. And. Hoc placet Arch.

k ¶ Certiores]& sic cuilibet referenti credere non tenentur. de simonia, per tuas, 2. Sed non dēt se dicere dubitare, vbi certus esse dēt de refer in an. c. cum contingat & est si. 43. dist. habuisse. in princ.

ADDITIO Ibi, te concubinam manifesta veritate cōpetimus. ad idem 2. q. 1 Deus. ver. mala. not. 30. quæst. vlt. nullum alibi dicitur clara probatione vel competētib. indicijs, ꝫ de reg. non solum. alibi manifestis. inf. de hæc accusatus § licet secundum Archid. Datur tñ dimittendi consilium, vt sibi taliter prouideat, quod clarè ostendere possit beneficium dimissum ad alium pertinuisse per instrumenta publica vel insinuata, vel alio modo Ioan. Andr.

1 Arch. remittit de cle. excō. minist. illud, versi. licet aūt. Io. Andr.

2 Certus qs dr, cū alius non pt aliquatione in-ꝫ tiū inclinari. Gozadin. ꝯs. 13. nu. 35.

l ¶ Omnes alios.]hoc vult dicere, beneficia istius A. fuerunt collata B. iste B. dimisit quæ prius habebat, & fuerūt collata C. cuius priora beneficia fuerunt collata D. aget A contra B. qui si dimittat in pace, aget contra C qui etiam si sine difficultate dimittit, repetet a D. & sic de singulis.

Non

¶ Idem.

¶ Taciturnitas beneficij etiā modici vitiat dispensationē sup pluralitate beneficiorū, quæ etiā legitimè super duobus obtenta ad duo prima recepta refertur. Item promissio alicui facta de beneficio non obstante, quod aliud habeat, dispensationem super vtroque retinendo non inducit. h. d. secundum Zen.

CAP. XXI.

NOn † pot[est] a dispē-satio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquid quantumcunque modicum b beneficium subticuit in eadem. ¶ Illud autem Apostolicæ Sedis c indultum, vt quis duo beneficia curam animarum d habentia, † si aliàs canonice e conferantur eidem, possit recipere, ac simul licitè retinere; f intelligitur de duobus

NON potest.] Diuisio patet; quia sunt tria dicta per §. diuisa. Secundum ibi, illud. Tertium ibi, Cum vero, rationem sui subdens ibi. Hoc enim.

CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficium simplex, impetraui a Papa vt possem retinere plura bñficia: tñ tacui quod obtinerem aliud beneficiū: vtrū lrę meę dispensationis sint subreptitia? Rñdet Roman. Pontifex, q sic. Sed pone quod aliquis a Sede Apostolica obtinuit dispensationē, vt licitè possit retinere duo beneficia curam animarum habentia; accidit quod isti dispensato fuerunt collata duo beneficia curata: postea dimittit unum illorū beneficiorum, & fuit sibi collatum aliud beneficium curatū, vtrum possit illud recipere virtute suæ dispensationis? Respondet Rom. Pont. quod non: nam litteræ dispensationis sunt odiosæ, & restringendæ: modo dispensatio sua fuit purificata in duob. primis beneficijs: ideo non poterit virtute eiusdem dispensationis retinere aliud bñficium, nisi aliud diceretur in dispensatione. Nam in istis odiosis inspicienda & attēdenda sunt verba gratiæ sm eorum propriū significatum. Sed quid si mihi obtinenti bñficium Papa fecit grām, vt possem obtinere aliud beneficium: utrū per hoc videatur Roman. Pontifex mecum dispensasse super pluralitate beneficiorum? Certe non. De quo ergo seruit mihi impetratio mea? Respondet Roman. Pontifex q seruiet mihi de hoc: quia litteræ meæ non erunt subreptitiæ, ex hoc quia in eis fit mentio quod obtinebam aliud bñficium: sed tñ p hoc non sum dispensatus ad obtinendum plura bñficia. Not. primo arg. q subreptitio in dispensationibus bñficiorum vitiat gratiam ipso iure. ad hoc sup. de fil. presby. c. 1. eo. lib. No. secundo, quod in gratijs beneficialibus taciturnitas alicuius qualitatis, qua expressa nihilominus litteras habuisset, vitiat litteras. nam si expressisset minimū bñficium, obtinuisset dispensationem; & tñ vitiat litteras, ad hoc j. eo. si motu proprio. vide quod dixi sup. eo dudum. Domin.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

a ¶ Non potest.] emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ no. Inn. sup. de elect. Dudum, 2. in gl. hoc intellige, in fi. & quæ ibi no. Hostiensis & de rescr. postulasti, & de præben. super inordinata, in fine & Compostel. in decretal. capitulum. de rescrip. ad finem glo. magnæ, versi. Item quæritur de hoc, & cap. in nostra, in glo. pen. & Gu. sup. de offi. ordi. ordinarij, in fi. & Guil. in Spec. tit. de leg. §. videndum, ver. illud, cum seq. ad finem.

[Gl. seq. fortificat tex. & circa duo remittit].

b ¶ Modicum.] si enim in impetratione hoc locum habet, sup. de rescri. si proponente, in fi. eo. si motu, multo fortius in dispensatione locum debet here, cum et ipsæ dispensationes sint ambitiosę, & restringendæ, s. de fil. presb. c. 2. eo. lib. Quis autem super pluralitate beneficiorum dispensare possit? vide 70. dist. sanctorum, & 21. q. 2. si quis iam translatus, & sup. eo. tit. de multa. An autem de iure sine dispensatione teneri possint, vide quod dixi sup. de resc. gratia.

c ¶ Apostolicę sedis.] nota arg. pro illa opinione, quæ habet, q solus Papa dispenset in curatis]

[Gl. seq. quærit; arguit pro, soluit contrarium.]

d ¶ Curam animarum.] pone, habens ecclesiam curatam, dispensationem obtinuit, ut liceret sibi recipere aliud beneficium etiam si sit personatus, similem curā non habens, & cum priori tenere: confertur sibi Archidiac. quæritur an possit illum retinere? Et vr̄ quod sic: quia licet Archidiaconus curā habeat, non tamē curam similem curæ parochialis Ecclesiæ, vt sup. de elec. dudū, 2. ad fi. Ad hoc sup. qui fil. sint leg. per venerabilem, vers. verum. Nec et pōt dici simile, vbi est aliqua dissimilitudo, 28. q. 1. sic. n. ff. de iniusto rup. test. l. 1. & expressa similitudo requiritur, s. de trāsla. inter corporalia. Item verbum simile, in indulgentia positū, gratiose interpretandū est. s. de verb. sign. olim. Sed hic q sec. Guil. q hoc no. in Spe. tit. de leg. §. videndum, ver. quid si habens Ecclesiam, & sup. de offi. ordi. in fi. Similitudo enim de qua fit mentio in indulgentia, non ad speciem, sed ad agens refertur: & sufficit qualitercunque curam habeat, cum talis indulgentia uelut ambitiosa sit restringenda, ut hic vides supra eo lib. de rescrip. si gratiose. de fi. presb. c. 2. C. de Senatusconsul. l. 1.

ADDITIO, Dicit Boetius super Topica Tullij, lib. 3. q similitudo est rerum singularium, uel differentium comparatio: vnde in illa non requiritur quod res tota sit toti rei similis, sed in eo ad quod confertur de consti. vel. uel inut cum dilecta, & vide quod ibi dixi: qui fil. sint legi. per venerabilem, post princ. & ver. uerum, si. ff. de admi. tut. si pupillus alterum, §. fi. ad Treb. l. recusare, §. vlt. facit quod dixi de iu l. causam, quæ, 2. de cōstit. translato, super ult. gl. & de transla. c. 2. super gl. arg. quod. Io. And.

e ¶ Canonicè. 1]. concor. sup. eo lib. de rescri. si gratiose, & sup. de elec. dudum, 2. ad fi.

ADDITIO. Et vide quod ibi scripsi super uer. de nouo. Ioan. And.

(Gl. seq. de duobus quærit, & soluit.]

f ¶ Retinere] qro de duob. primo: Nunquid per talem indulgentiā videatur cōcessum, q in neutro reside re 2 teneatur? Videtur q sic, ne inutilis sit indulgentia, & hoc videtur tenere Io. 7 q. 1 si quis in clero, in glo. 2 causa. n. prohibitionis esse videtur, ne quis plura beneficia habeat: quia residere tenetur: hoc ergo inducere uidetur indulgentia principaliter, quod ad hoc non teneatur. Dic secundum Gulielmum, qui hoc notat in præd. §. ver. quid si indulgetur, quod tenetur in altera residere, nisi illud expresse in indulgentia caueretur, quod ad hoc non teneatur: ambitiosę enim sunt tales indulgentiæ, & restringendę, ut supra dixi: resideat ergo in altera quam vult: vel nunc in ista, nunc in illa: & sic utrique satisfiet. Sed quid dices, in indulgentia habetur hęc clausula: dummodo in benefi io, in quo non resider, faciat canonice deseruiri: nunquid si hunc modum non seruauerit 3 valet dispensatio, & beneficiorum retentio? Respondeo secun. Innoc. & Hostiens. & Compostel qui hoc not. in dicta decr. Dudum. & de præsump. cap. vlt & Guli. hoc no. in prędicto §. 1. versi. sed quid si indulgentia, quod no. in Clemen de offi. deleg. c. unico, cuius bene tenet dispensatio, illud enim, dummodo, non habet uim conditionis, sed potius admonitionis, uel comminationis, vt ff. de iure l. muto; C. commi. epist. per totū, & uide quod dixi infra de regu. iur. actus. poterit tamen propter seruitij negligentiam coniuste priuari. supra de cleric. non resi. relatum.

† Vide Fel. in c. nra, extra de resc & Pan. in c. ad aures. in 2 nota. de rescri.

† Vide conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 2. & seq. & ses. 2. de refo. c. 17.

1 Qn̄ dicat bñficiū canonice retineri, docet hic Frācus et Spec. quē videto.

2 De hoc articulo p̄ter Doc. hic, vide Arch. I c. si quis in clero, 7. q. 1.

3 Vide duo similia, q̄ scripsi sup. de ele. c. o. li. licet can. 10. Andr.

a ¶ Primis.

a ¶ Primis.] Ita dicebant prædicti Doctores, & probabant per l. ff. de leg. 3. fideicommissa, §. si quis decem, ff. de condi & demon l. hæc conditio, ff de verb. signi bo ues §. 1. ff. de verb. oblig. eum qui calendis. & idem erat satis expressum per decret. sup eod. lib de offic. ordin. ordinarij. ad fin. ibi dum dicitur uel ea, quæ, &c. ut ibi dixi.

b ¶ Eundem.] per exceptioné ergo tertij uacát duo prima, ut in Cle. e. ti. si plures.

Beneficium tertium accipiés, facit duo prima uacare.

ADDITIO. quod no. hic Archi. ibi vide in glo. si intelligas. Io. And.

c ¶ Subreptitia.] quod fieret excep tus duob. casibus, sup. de rescr. gra, & inf. eo. si motu proprio. No. ergo, quod sufficit huic clausulæ quod suũ consequatur effectũ, & aliũ non poterit operari, ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter.

SI Apostolicæ.] primo ponit factum continens gratiá legati, & approbationem Papalem. Secundo ibi. Certũ est: soluit dubium insurgés ex facto, rönem ipse ferens & dubiũ fortificans: ratio ibi, Cũ ipsa, fortificatio, ibi, Etiam. Ioan. Andr.

primis a beneficijs, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit eundem. b ¶ Cum verò tibi (non obstante quod aliud beneficium obtinere noscaris) a Sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit; per hoc tecum vt primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum prædicta operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia c iudicari.

¶ Idem.

¶ Mandatum Legati super facienda prouisione per Papam confirmatum, Papalis gratia est censenda Zenz.

CAP. XXII.

SI Apostolicę d Sedis legatus e volens tibi suæ legationis auctoritate in certa ecclesia g prouidere Canonicatum & præbendam, nulli alij de iure debitos, proximo in ipsa Ecclesia vacaturos collationi suæ reseruat, & decernat h irritũ & inane, si secus super hoc contigerit attẽtari, certis, qui eos i ubi conferant cum uacabunt, executorib. per suas litteras deputatis: nosque postmodum plena de his facta narratione, quod ab ipso legato factũ extitit, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, k &

quo per glo. in c. tibi qui, de resc sup. e. lib. ubi habetur quid de Apostolicis. Domin.

[Prima glossa dicit casum similem, & ponit dissimilitudinem.

d ¶ Si Apostolicæ. quod hic dicitur, habuisti sup. eod. si eum. & emanauit ad declarationem eorũ quæ ibi dixi: nec est differentia in iure: licet in facto uideri posset: ibi non fuerat obtemperatum litteris legati. Item ibi Papa mandauit canonicatu statim cõferri, præbendam autem cum uacaret: hic canoniam & præbendam conferri mandat cum uacabunt, & sic ibi expectans iam erat in Canonicum receptus: hic non.

e ¶ Legatus.] s. de latere: alius. n. nec cõferre, nec reseruare posset, sup. eo lib. de offi. leg. c. 1.

f ¶ Legationis.] Si. n. auctoritate Apostolica speciali hoc faceret, non esset alia cõfirmatio necessaria, sup. eo. l hi qui, 2. responso.

[Glo. seq. ponit dictum, quod postea moderatur.

g ¶ Ecclesia.] in qua eiusdem Legati alia reseruatio non pendebat, quod dic, ut sup de offi. leg. c 3 ad fin. & quod dixi actum intelligo, nisi etiam id Papa ex certa scientia confirmaret. eius rei facta plena narratione, ut inf. dicetur.

h ¶ Decernat.] nota contra opinionem modernorum, qui dicebant, quod Legatus non poterat decretum apponere, nisi ad id speciale haberet mandatum. Ad idẽ sup. eo. lib. de offi. leg. præsenti, & dicam inf de conces. præb. quia cunctis.

ADDITIO. Hanc opinionem hic reprobatam tenet Hostiens. in summa de offic. lega §. quid pertinet. versicu. irritat, & uide in Specu. titu. 2. §. nunc ostendendum. versi 37.

i ¶ Eos]. s. Canonicatum & præbendam.

[Gl. seq. exponit. quærit & soluit.]

K ¶ Confirmamus.] non in forma communi, sed ex certa scientia facta fuit hæc confirmatio, supra de confirmatio. uti. uel inuti cap. penul. Quid dices de usitata quæstione. Receptus est aliquis proprio motu Capituli, impetrat confirmationem a Papa per formam, ne inane Canonici nomen, &c. in qua confirmatione Papa quod de ipso factum est confirmat auctoritate Apostolica: cum clausula, si est ita; mandans etiam executori, quod si est ita, auctoritate Apostolica præbendam, & c. post impetrat aliquis Canonicatum, & præbendam, nulli alij de iure debitam, & secundum stylum solitum, uacat modo præbenda, cui debeatur, quæritur. Super hac quæstione multoties fuit a me petitum consilium & sigillum: & dubitans de ea plura lucta respui. Sed communiter tenent Doctores per hanc decretal. & per decret. supra eodem titu & lib. si cum, quod præferatur receptus & confirmatus, 1 & bene facit pro eis. sup. eod. lib. de rescri. cum aliquibus, in fi. quod satis puto. Ioan. And.

1 Ita tenet Pe de Anch. ga cũa de qua i gl. multum cõfirmat receptionẽ Canonicorum: imo facit istã centiã Papalé. arg l. quæ rebatur. ff. de mil. test. idem Domi. & Phi. Font.

Pro intellectu huius c. est præsupponendum quod quando in aliqua ecclesia sunt plures expectantes. vnus auctoritate ordinaria, & alius auctoritate Legati, & alius auctoritate Apostolica, & habent similes gratias expectans auctoritate Apostolica, licet sit posterior in impetratione, est præferendus cęteris.

CASVS. Legatus Papæ fecit mihi gratiam in Ecclesia Pictauien. quia creauit me Canonicum, & mandauit canonicis, ut me de facto reciperent in fratrem & canonicum, & præbendam si qua uacaret de præsenti mihi conferrent: alioquin proximo uacaturam: postea accessi ad Papam, & petij, vt ipse confirmaret gesta per suum Legatum, videlicet ut mihi confirmaret gratiam a suo Legato factam: vnde Papa auctoritate Apostolica confirmauit illam gratiam mihi factam, & mandauit canonicis, ut mihi assignarent præbendam si qua uacaret: alioquin proximo uacaturam. Deinde Papa fecit tibi similem gratiam; Nam contulit tibi ius Canoniæ in Ecclesia Pictauien. & mandauit Canonicis vt te reciperent in Canonicum assignatione præbendæ: postea uacauit quædam præbenda, quæritur cui nostrum debeatur? Tu pro parte tua allegas quod tibi, non mihi debetur: quia tua gratia est a Sede Apostolica & auctoritate Papæ, mea autem ad auctoritate Legati, & non Papæ. Ego autem dico quod ex quo mea gratia est confirmata per Papam, quod a tempore confirmationis dicitur gratia Apostolica, & non solũ gratia Legati: quæritur an bene faciam? Respondet quod sic: & ideo si sum primus in data, & in impetratione, præbenda mihi, & non tibi debetur. No. primo, quod Legatus in suis actibus gestis uirtute legationis, non debet dicere, auctoritate Apostolicæ Sedis: sed auctoritate Legationis, quod nota: quia plures uidi in hoc errare. Nota ulterius, quod executores deputati in litteris beneficialibus, etiã Legatorum debent esse certi, de

a ¶ Con-

a ¶Conferendum.] quod plus est quam mandare conferri, vt sup. eo. lib. de rescri. duobus.

[Glo seq. recitetur per quõnem & solutionem.]

b ¶Præferri.] præfertur ergo: & hoc ꝯsequitur ꝙ gratia sua est perpetua: cum alias si ꝯfirmatio Papæ non interuenisset, expirasset finito legationis officio, si ad collationẽ vacantis processum non fuisset, sup. e. lib. de offi. leg. præsenti. in prin. Et per hoc patet, quod cum per talem ꝯfirmationẽ acquiratur & augmentetur ius, ꝙ talem cõfirmationẽ impetrãs de prioribus beneficijs tenet facere mẽtionẽ: & idem dico de recepto ꝓprio motu capituli, ad hoc s. eo. tit. & lib. c. quamuis. & melius eo. tit. c. non potest. si enim litteris per quas ius iam acquisitum conseruatur. s. in dispensatione super pluritate, tenetur impetrãs beneficiorum suorũ facere mentionem: multo fortius in litteris, per quas ius nouum acquirit, & acquisitum auget, eius immutando naturã, vt hic patet: & sic seruat Curia: 1 Nã & qui cõfirmat, donat. ff. de verb. sign. l. lege obuenire.

† Hęc duo verba; ipsius legati desunt in manuscriptis codicibus.

1 Vt etiã no. Arch. ĩ c proxi. vbi, dicit Bonifaciũ sic rñdisse ab auditoribus consultũ, ipse tñ ibi prius tenuerat ꝯ triũ. Ioã. Andr.

eisdem executoribus, vel alijs, nostris damus litteris in mandatis, vt in huiusmodi prouisionis negotio auctoritate nostra procedant iuxta ipsius legati cõtinentiam litterarum: Certum est, quod cũ ipsa prouisio ipsius legati † post impartitam a nobis auctoritatem, nostra censeatur effecta omnibus, quibus postea mandauimus in eadem Ecclesia prouideri, (etiam si Canonicatum ipsius ecclesię duxerimus cõferendum [a] eisdem) de iure præferri [b] debebis in præbenda postmodum [c] inibi vacatura.

¶Idem.

¶ Obstat taciturnitas obtenti beneficij licet modici, nisi constet prouisionem factam proprio motu Papa, qui demum intelligitur, si hoc in litera exprimatur, hoc dicit. Zenz.

c ¶Postmodum.] scilicet post ꝯfirmationem & auctoritatem impertitam. sup. ver. certũ est, &c. si qui igitur medio tempore impetrauerunt a Papa. s. post reseruationem & mandatum legati, & ante confirmationem: illi præferentur. Plus est ergo quo ad hoc quam quo a principio Legatus auctoritate Apostolica cõtulit, vt sup. eo. tit. & lib. hi, qui.

S I motu.] Distinguit duo mẽbra: Secundum ibi, Secus. Et primũ determinat ibi, Motu quoq; proprio. CASVS. Mihi obtinenti aliquod simplex beneficium Papa fecit gratiã, quia ꝯtulit mihi aliud beneficium: in impetratione tacui ꝙ haberem aliud beneficium, vtrũ litteræ meę ad beneficia sint subreptitiæ? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: quia vel Papa ꝯtulit mihi aliud beneficium motu suo proprio, vel ad petitionem meam ꝯtulit, vel ad petitionẽ alterius. Primo modo qũ mihi ꝯtulit beneficium suo proprio motu, tunc litteræ meæ non sunt subreptitiæ: sed dabitur mihi optio an velim dimittere primum beneficium, vel secundum: Si vero ꝯtulit mihi bñficiũ ad petitionẽ meã, vel alterius collatio dr̃ esse subreptitia: nisi in ea fieret expressa mentio de alio bñficio iã obtẽto. Sed sanctissime pr̃, vellem informari a vobis qñ cognoscã ego ꝙ facta fuit a uobis collatio motu vestro ꝓprio. Rñdet Põtifex collatio dr̃ fieri motu nr̃o ꝓprio, qñ in collatione nr̃a exprimimus, ꝙ fuit facta motu nostro proprio: puta si dicamus: nos motu nostro proprio, non ad petitionem tuam vel alterius aliàs si ista non exprimantur in litteris nostris, præsumitur ꝙ fuit facta ad petitionem alterius. Not. primo collationem beneficij posse fieri etiam non petenti. Ad hoc sup. eod. tit. & lib. si tibi absenti. Not. secundo, arg. ꝙ quis potest impetrare beneficium pro alio, absq; alio mandato eius pro quo impetrat: & sic vr̃ tex. hic, pro dicto gl. de rescriptis, nonnulli. in antiq.

[Prima gl. commendat & dicit quid declaret.]

d ¶Si motu proprio.] ęqua distinctio huius decretalis. Emanauit ad declarationem eorũ quæ no. glo. & moderni sup. de rescripti. si proponente.

[Gl. seq quærit, ponit opi. contrarium & soluit.]

e ¶Beneficium.] qd̃ si plura beneficia obtinebat? Dñt quidã, s. Io. Mon. hoc locum non hr̃e, sed quod sequitur, vt multitudo beneficiorum vitet. Sed credo 2 ꝯtrium cum ratio ꝓprij motus adhuc remaneat, super quo fundatur distinctio: & sic est hodie terminatũ per Cle. eo. tit. si Romanus. Præterea licet valeant litteræ, nõ propterea poterat bñficia retinere; cum per hoc secum dispensatũ non sit. s. eo tit. & lib. non potest. in fi. optime facit s. e. lib. de rescrip. gratia. Et per istam & illam vides duos casus in q. bus valent litteræ, licet de beneficio eius pro quo scribitur mẽtio non fiat.

f ¶Ob hoc.] s. ꝙ mentio non fuit habita.

CAP. XXIII.

S I motu † proprio [d] alicui aliquod beneficium [e] obtinenti conferamus aliud, de illo non habita mentione: non ob hoc [f] gratiam huiusmodi, quæ de nostra mera liberalitate processit, inualidam volumus reputari. Secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiusmodi faciamus: tunc enim, quantumcunque modicũ [g] beneficium taceatur [h] in ea, ipsam veluti subreptitiam vires nolumus obtinere. ¶ Motu quoque proprio tunc solum gratia fieri censeatur, cum hoc expresse [i] cautum fuerit in eadem.

† De clã, motu proprio, vide Fely. in c. ad aures, & in ca si qñ, extra. de rescrip. & in c. causam quæ. el 2. de testib. & in c. cum inter priorẽ, de except.

2 Idem Arch. Io. An.

ADDITIO Quasi dicat, ex alia causa bene posset esse valida. Multa exempla de defectu natalium vel ætatis, vitio corporis, bigamia, & similibus, quæ licet per viam subreptitionis parti opponi non possint: opponuntur tamẽ per uiam iuris cõis, cum proprius motus talium dispensationẽ non faciat. Et decret. eam te. de æta. & qua. li. in antiq. dicit tales per litteras Apostolicas non recipiendos, non distinguendo an fuerint vel non proprio motu datæ & adde quod in tex. dixi in 4 gl. Io. And.

[Glo. seq specificat quid approbetur vel reprobetur.]

g ¶Modicum.] opinio ergo Ber. quam consuetudo curię approbat per decr. istam etiam approbatur, & approbatur opinio G. N. Inno. & sequatium qui ibi no. distinguendum inter tacentem & mentientem, vt in primo casu valerent litteræ, si modicum erat beneficium: in secundo non Vinc. & Goff. distinguebant 3 sup. eo. cum teneamur, s. de rescr. postulasti, inter tacentem tale beneficium per simplicitatem, vt tunc valeat rescriptum; vel per dolum: & tunc non valeat, per decr. de rescri. in anti. super litteris.

3 Dic tu simpliciter, q. a rescrip. non valet, ex quo tacet illud, q& tunc iubẽte exprimẽdũ est, not. c. duodũ, sup. e. Do. Font.

[Glo. seq soluit dubium.]

h ¶Taceatur.] indistincte intelligo: cum. n. ius non distinguat, nec ego distinguã, vñ siue per malitiã, siue per simplicitatẽ taceat 4 locum habeat hæc decr. illã tñ distinctionem approbant Inn. & Cõpost. s. de rescr. postulasti. per decre. eo. tit. super litteris, quæ in litteris ad lites loquitur non in gratiosis. Idem Archid.

4 Non dicit p. ignorantiã, p. g. decr. gratia, sup. e. lib. de rescrip. Ioã. Andr.

i ¶Expresse.] concor. s. eod. lib. de rescri. cum aliquib. s. eod. tit. & lib. c. 2. ad fi. vnde dico, ꝙ licet probaretur, ꝙ Papa proprio motu collationem fecit, ex quo non ex

primitur in litteris, locum habeat secundum dictum, & nō primum, quid enim scimus? forte Papa ante annum rogatus fuerat pro illo, sufficit ita scriptum esse, ff. qui & a qui l. prospexit, 6 q. 1. scriptum.

ADDITIO. Et è conuerso: quia si Papa exprimit quod motu proprio, quantumcunque aduersarius velit probare, quod ad impetrantis vel alterius instantiam hoc fecit Papa: nō audietur propter rationē gl. & quia id esset Papam arguere de mēdacio, quod nō licet: & vide quod not. in Cle. de prob. litteris, in gl. antepe. Io. And.

S I plurib.] Primo ponit thema: ex quo dubium orit, quod distinguendo soluit: ibi, Gratiam. Secūdū membrum prosequitur: ibi, si vero, quod in vtroque ratione sedebit, & subdistinguit: & in membris subdistinctis negligētiam punit: ibi, Alterutro.

CASVS. Papa mandauit Epō Pictauien. vt mihi prouideret de dignitate si qua vacaret in sua diœcesi, alioquin de proximo vacatura: ipse illo vacauerūt tres vel quattuor dignitates: certū est, quod non possum hēre nisi vnam: ipse Eps Pictauien. vult mihi cōferre vnam: ego autē peto aliam: quaeritur cui dabitur optio? Respōdet Romanus Pōtifex cum distinctione: quia aut illæ dignitates sunt diuersi valoris: aut sūt æqualis valoris: si sunt diuersi valoris, est distinguēdum, quia vel Papa fecit mihi gratiā motu proprio, & tunc mihi debetur dignitas pinguior & maioris valoris; Si aūt Papa fecit gratiam ad mei postulationem, vel alterius, tunc mihi non debetur nisi dignitas minoris valoris. Si vero dignitates sint æqualis valoris, tunc est in optione Epi quā voluerit mihi cōferre, quod verum est, quā collatio est mihi facta per Papā ad mei requestam, vel alterius; quia si esset mihi facta collatio per Papam motu suo proprio, tunc daretur mihi optio, & intra decē dies potero eligere dignitatē quā voluero, & illi decē dies non currunt nisi a tempore notitiæ. Et est hic tex quod decem dies ad appellandū non currunt nisi a tēpe notitiæ, c. concertationi, all eg. in gl. Not primo, quod in dubio Papa conferendo beneficium non intendit tollere ius, quod primitus in illo alteri competebat. sup. de rescrip. quāuis. Nota secundo quod vbi datur æqualitas inter duo, quorum alterum tantum est debitum, electio est illius cui debetur in materia fauorabili sibi, sicut est quando motus propriu exprimitur. Dominicus.

[Prima glo. dicit qu. declaret.

a ¶ Si pluribus.] declaratur hic Dn̄icalis quæstio Bartholomæi Brixien. quæ incipit: Episcopus quidam promisit auctoritate domini Papæ. Et innititur hic Papa æquitate, sup proxi. decre.

ADDITIO. Et scias quod bona fuit, sed non sufficit hęc prouisio, vt patebit per ea, quæ dicam super versi. cuiquam, super 2. glo. Io. And.

¶ Idem.

¶ Collatio facta motu proprio Papæ, pluribus beneficijs in eadem Ecclesia vacantibus simul intelligitur facta de pinguiori: sed si beneficia sunt æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur si sint æqualia, eligit qui aliàs conferabat, quo negligente, alius eligit, & etiam econtra, h. d. secundum Zenz.

CAP. XXIIII.

SI pluribus [a] simul in aliqua Ecclesia vacantibus [b] dignitatibus, vel præbendis, nos de hac vacatione incerti: [c] dignitatem, vel præbendam [d] (si qua nulli alij de iure debita in ipsa vacat Ecclesia) cuiquam in genere conferamus; gratiam huiusmodi (si motu proprio [e] eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio plenissima in eadem) referri volumus ad dignitatem vel præbendam, quæ inter illas maioris [f] censetur esse valoris; seu (si sint forsan æquales, ad eam, quam is cui conferimus infra decendium post habitam de dicta vacatione notitiam, [g] duxerit eligendam. ¶ Si vero ad petitionem alterius [h] ipsa gratia fuerit per nos facta: eam (vt hoc casu prout iuri [i] cōgruit, restringatur) ad illam, quæ minoris [k] valoris existit, seu si sit æqualitas in eisdem, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio infra dictum tempus [l] elegerit [m] postquam sibi huiusmodi gratia erit nota, decernimus referendam. ¶ Alterutro quoque ipsorum (prout ad eum pertinet) infra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio libere deuoluatur. [n]

¶ Idem.

¶ Non debetur expectanti præbenda, quæ per Episcopi præbendarij mortem vacat h. d. secundum Zenz.

b ¶ Vacantibus.] idē eadem rōne puto quā scriberetur de prima vacatura: & duæ simul vacarent; ita quod neutra primo.

c ¶ Incerti.] qa si certus fuisset capit. fuisset quā dari voluisset.

ADDITIO. Dato tñ quod certus fuisset: ex quo non declarasset, staretur huic diffinitioni. Io. And.

d ¶ Dignitatē vel præbēdā.] nō sūt ista verba lrārū. [1] Sed mādauit de dignitate prouideri: & plures dignitates vacant: vel mandauit de pbēda: & plures vacant præbendæ. Io. And.

e ¶ Motu proprio.] qd̄ nō intellige, nisi id in grā exprimatur, vt s. c. pxi. in si. illud. n. qd̄ casu locum habet, & generaliter loquitur.

f ¶ Maioris.] maioritas cōsistit in multis, quod dic vt s. de testi. super eo 2. & no. sup. de rescr. sedes, hic aūt inspici iussit maioritatē valoris. scit. n. quod clerici hoc magis cupiūt. sup de cler. non resi. quia nōnulli. sup. eo. auaritiæ, excæcati ergo auaritia, vt sup eo. lib de elect. auaritiæ cæcitas.

g ¶ Notitiā.] nō ergo currit ignoranti, sicut nec decēdū datū ad appellandū. sup. eo. de appel. cōcertationi. simi. de cōcess. pb. qa diuersitatē Io An.

h ¶ Alterius.] s. ipsius cui fit, vel alterius, vt sup c. proxi.

i ¶ Iuri.] sup. eo tit. & lib quamuis. & c non potest.

k ¶ Minoris.] j. de reg iur. in obscuris. sup. de censibus ex parte. ff. de leg. 2. l. nummis

l ¶ Dictum tempus.] scilicet decem dierum.

[Glo. seq. allegat tres concordantias, & soluit.]

m ¶ Elegerit.] tunc ergo det quam vult, & fit liberatus, vt ff mand l fideiussorem, ff. de leg. 1 si quis a filio. §. si quis plures. C. de donation. si quis argentum, § 1. Et nota quod in isto casu & sup proxi. reseruatur optio tunc solū quā est æqualitas, vt tūc in primo casu eligat is pro quo scribitur: in secūdo is qui cōferre habet, vnde non puto quod in primo casu quā est inæqualitas, possit conferri minori, nec in secundo maiori, perinde. n. est, ac si primo casu Papa expressisset de maiori, secūdo vero de minori: sicut ergo si expressum esset, mutari non posset, j. eo. cum de non. ita nec hic, 2 cum habeatur pro expresso per hanc declarationem. Idem Arch.

m ¶ Elegerit.] sup de rescri. duobus.

n ¶ Deuoluatur.] simi. supra eo. lib. de consuetu c. vlt. in fine.

1 Est ergo hæc alternatiua canonis nō hois, simi. ff. ex qbus cau. ma. l. si quis stipulatus in princ. Io. And.

2 Placet Doctoris Font.

ADDITIO. Et sup. eod. si tibi, de leg. 2. statu liberum. §. Stichum, & quod no. de rescr. inter cætera. glo. pen. Io. And.

CVM in ecclesia.] Decidit casum dubium duplicē rōnem interferens. Et prima ratio: ibi, Ne cōtra. secūda ibi. Et dictus Io. And. Pro intellectu istius c. est psupponendū illud quod habetur in c. a collatione. ī. de app. isto met libro: videlicet, quod eps potest esse in capitulo tanquā Canonicus, & habere vocem in c. aliqñ vt Prælatus, & tunc non habet vocem, vt ibi dicitur.

CASVS. Ponamus q in Ecclesia Pictauie. fuit obseruatum per longum tempus, & sufficiens ad introducendā consuetudinem, q episcopus hēret vocem in Cap. tāquam Canonicus, licet non esset Canonicus: & q haberet vnam pręebendam vt cęteri canonici: quia in illa ecclesia erant xiij. pręebendę, licet non essent nisi xij canonici: postea Papa mihi contulit Canonicatum in ipsa, & mandauit canonicis, ut me reciperent in fratrem, & Canonicum, & præbendam, si qua uacaret, mihi conferrent: alioquin proximo uacaturam. Accidit quod episcopus mortuus est, & sic uacauit sua præbenda: quæritur nunquid virtute meæ gratię possum illam pręebendam petere? Certe non: sed debeo expectare quousque præbenda alicuius Canonici uacet: nam Papa non intendit per meam gratiam derogare consuetudini illius ecclesiæ. & cū per consuetudinem ecclesiæ illa præbenda debeatur futuro episcopo, non possum illam petere. Nota primo, quod ecclesia potest dici episcopi; quod intellige quo ad administrationem, non quo ad proprietatem, de donat. capitu secundo Nota secundo argumen quod consuetudine induci potest, vt quis habeat principalem prælaturam Ecclesiæ, & Canonicatum in eadem, de quo aliquid inf. Dominicus

[Prima gl. dic t quid approbet, no & remittit]

a ¶ Cum in Ecclesia.] approbatur quod no. Hostien. supra de concel. pręb postulastis. in fi & ponit terminos in Ecclesia Ebredun [Vide q no. i. d c 2. de Canonico electo in episcopum, qui retinet pręebendam, quod secundum Lau seruatur in Ecclesia Compost. & vide quod no. Gosf. in sum. eo. tit. §. cui sit. verbic beneficium sæculare. Arch] Habes hic casum quo uacat præbenda, & non debetur primo expectanti. & de hoc dixi supra eo quia sæpe, in fine.

b ¶ Xiij pręebendarum] est ergo in ecclesiis interdū reperire maiorem numerum pręebedarum, q Canonicorum, ut hic, & sup. de mag. c. pen.

ADDITIO. Sic e contrario. de consti. cum M. sup. eo. relatum Io. And.

c ¶ Consuetudinē.] valet talis cōsuetudo, ut in pdicta decre. postulastis, & ī. e. ti. de appel. a collatio. e.

[Gl. seq. format quęstionem, arguit negatiue cōtrariu n solut.]

d ¶ Dictam consuetudinem.] not argument. ad quæstionem Mediolan. Consuetudo est Mediolani, quod archiepiscopus confert beneficia omnium clericorum vacātia per uxorationem uel interfectionem ipsorum clericorū: Vel pone, est cōsuetudo in aliqua ecclesia, q Canonicus electus in Episcopum conferat Canonicatum suum & pręebēdam: est expectans auctoritate Apostolica: vxoratur uel interficitur clericus, ut in primo casu, uel promouetur Canonicus in Episcopū: ut in secūdo: executor confert expectanti præbendam, archiepiscopus vel eps confert: quæritur quis sit potior? Vr q Papa non intendat derogare consuetudini, vt hic: & sic non ualet executoris collatio. i Ad hoc ī. de consti. c 1. Sed certe satis credo, q ualeat: quia Papa intēdit isti prouidere de prima vacāte ad quēcunq; spectet collatio siue iure, siue consuetudine, siue priuilegio: quod probatur sup. e. dudu. & ī. quāuis tibi, hic autē duo conferebant: & quia infringebatur consuetudo, & augebatur numerus: & ratione connexitatis illa præbenda debetur episcopo, supra eo. quia sæpe. Credo autem satis probari per hanc decreta. quod si xiij. sint præbendæ in ecclesia, & xiij. Canonici: quia alteri annexum est onus magistri, quod si illa præbenda uacet, non debeat expectari. Consuetudini ergo per quam præbenda alteri debebatur non derogatur: sed consuetudini per quam præbenda ad collationem alterius pertineat, derogat Papa, vbi determinate non scribit, ad collationem talis, ad hoc infra eodem titu. capit. vij.

¶ 1 Hoc tenet Ioan. Mo. dicēs se sic ī. do casu sniasse, alleg. ff. de 3bē. emp. sītu las. § fin. C. de ter. oēs iudices in §. ī. de re. g. mut. cap. uno, hoc ēt olim tenuit Arc. sed postea mutauit, tenens q sequitur. Io. And.

CAP. XXV.

CVM in ecclesia [a] tua, quæ xij. canonicorū & xiij. præbendarum [b] habet numerum, consuetudinem [c] esse proponas; vt Episcopus qui est pro tempore, vocem habeat in Capitulo tamquam canonicus, licet canonicus nō existat; & vnam de dictis præbendis, sicut vnus canonicus obtineat in eadem: certum est eum cui auctoritate Apostolica prouideri mandatur † de præbēda, nulli alij de iure debita proximo in ipsa Ecclesia vacatura, præbendam, q p mortē epi vacare contingit (ne cōtra dictā consuetudinē, [d] cui per præfatum mandatum non intelligitur derogari, futurus Eps præbenda careat, & dictus canonicorū numerus amplietur) habere non posse: sed expectare debere quousque vacet alia, oportebit eundem.

† Hęc mādata de prouidendo sublata sunt p Cōci. Tri. ses. 24. de refor. c. 19

¶ Idem.

¶ Per adeptionem secundi beneficij curati, cuius fructus alius ex causa percipit, non vacat primum. Io. And.

CAP. XXVI.

SI TI-

SI tibi.) Diuisione non eget. Io. And. Vel dic: ponit thema ex quo surgit dubitatio, & illam decidit ibi, Æquum est Et pro declaratione text. pręmitte, q habes sup eo. de multa. Dom.

¶ Pro intellectu huius c. est pręsupponendum illud, q dr in c. de multa, eo. ti. in ant & extrau. Io xxij. quæ incipit. Execrabilis, videlicet, quod si alicui obtinenti beneficium curatum conferatur aliud beneficium curatum, & illud acceptet post adeptam pacificam possessionem, ipso iure uacat primum: ita quod episcopus poterit illud alteri conferre.

CASVS. Cum epi Pictauien esset grauatus mole debitorum, accessit ad Apostolicam Sedem, & Papa impetrauit gratiam, ut ipse perciperet fructus primi anni omnium beneficiorum uacantium in sua diœcesi, ut inde ex illis fructibus posset soluere sua debita: accidit quod uacauit ecclesia parochialis: episcopus Pictauien. primo mihi obtinenti aliud beneficium curatum, contulit istam ecclesiam parochialem, quam acceptaui, & adeptus fui possessionem: nunquid pendēte anno quo eps Pictauien. percipit fructus illius ecclesiæ, censebitur meum primum beneficium uacare, ita quod possit alteri conferri per episcopum? Respondet Romanus Pontifex dicens, quod æquitati conionum est, ut pendente anno quo episcopus percipit fructus beneficij curati, non uacet primum: nam cum ego non percipiam fructus illius beneficij, non dicor plene habere possessionem illius secūdi beneficij, ideo licite potero retinere primum beneficium, & sic illud cap. declarat c. de multa, alleg. No. primo argu. quod in priuilegijs appellatione beneficiorum comprehendun tur ēt curata, ūde de verb. signi, c. pen. in antiq. Nota secundo

secundo casum, in quo quis simul potest retinere titulos duorum beneficiorum curatorum absque dispensatione Dominicus.

[Prima glo. summat, & dicit quod declarat.]

a ¶ Si tibi.] per adoptionem secundi beneficij curati. cuius fructus alius ex eā percipit, non vacat primum. Emanauit hæc decreta ad declarationem decretalis, de multa. supra eo. titu.

[Glo. seq. no. duo: ex secūdo infert obiectionē, & remittit.]

b ¶ Fructus.] not. q alia est ista concessio ab illa quam habes sup. eo. lib. de rescr. si gratiosæ ibi. n cōcessum fuit de bñficijs: hic aūt de fructibus, hoc dico, quia in illo casu virtute indulgentiæ non vacant beneficia: hic vacant: & necesse est illa debito tempore conferri. alias locum haberet Lateranē Concilium vt sup de eccle. benefi. ut nostrum, & no. de magistris. c. pen. in vlt. gl. & Host. in decret. ē. de verb. sign. cap. penul. Et intellige quod si aliqua sint onera 1 incumbentia: ille qui fructus percipit habet nulla subire, q dic, vt sup eo. lib. de offi. ord. præsenti. §. porro. [Et per extrauag. Io. suscepti. de quo ibi dixi. Io And.

¶ Quos autē fructus talis habere debeat: & quot dies habeat annus hoc casu dixi. supra eo. li. de rescr. si propter. Et per illum § porro satis videtur ista decre. & eius ratio esset superflua. cum minister debet expensas habere: quare ergo non vacat primum, ex quo de secundo recipit saltem victum: sed potuit esse ratio, quam dixi in gl. quia non est.

c ¶ Debitis.] ad idē ē. de uer. sig. c. pen. ē. eo. li. de rescr. si propter, & idem si propter aliam causam.

ADDITIO. Etiam si non recipiat ecclesiam, sed nobilitatem uel prærogatiuam personæ, facit ē eo. de multa, in fi. Archi ponit exemplum de guerra, litigio, longa peregrinatione, magna emptione, & qualibet paupertate sine culpa. alleg. sup. de censi. cum Apostolus de don. Apostolicæ, de relig. do. c. 2. 16. q. 1. & temporis secundū Host. Ioan. And.

d ¶ Onerata.] ad quæ soluenda tenebatur Ecclesia: ex quo nomine ecclesiæ, & pro eius utilitate erat contracta. sup. de sol. c. 1.

e ¶ Te.] Vel alium; quia idem iuris, cum eadem sit ratio, & facit q dixi. sup eo. tit si tibi.

[Gl. seq. rōnem reddit, dat simile, subdit cautelam, deinde quærit, arg negatiue, soluit contrarium, ad qōnem obiicit, & soluit]

f. ¶ Vacare.] quia non est adhuc adeptus plene: quia licet beneficia habeat, fructus non habet, & sic non est plene translatus. 21. q. 2. si quis iam translatus. nam licet res data sit, uacua possessio tradita non est. ff. de vsur. stipulatus. 1 responso. & sic ad plenum recepisse non videtur, ad hoc, ff. commo. l. 3. 2. responso. Et idem credo de decre. cum in cunctis, scilicet, quod si lapsum est tempus de consecrandis episcopis, uel iam est consecratus, beneficia propria tenebit, si fructus eparatus alteri ex causa debebantur eadem ratione. Et caute 2 faciet episcopus qui talem indulgentiam habet si beneficium uacans conferat alias beneficiato: pone enim quod habere debeat fructus primi anni primo anno habuit fructus secundi benefi ij: secundo anno uacabit primum, & tunc habebit fructus primi, si adhuc durat indulgentia. Sed quæro nunquid ille teneatur infra annum promoueri? & videtur quod non, per istud c. nec vt possessionem adeptus vsquequaq;, nec integre; & facit sup de ele. cum in cunctis, §. cum uero. Et hoc quidā 3 tenent assertiue. Sed ōrium credo, & dico, q bene currit ips, ex quo habet exercitium curæ animarum liberū & pacificū. ad hoc sup. eo. lib. de ele. cōmissa. § 1. 4 pp illud. n. ordinari debet. Ad decr. cum in cunctis. §. cum uero. ibi ecclesiasticorū bonorum administrationē, &c. dico, q administrationē ille habet, licet fructus non hēat. facit pro hac parte ē. e. lib. de elec. licet canon ibi, vt gregis sibi crediti, &c. item quid dices in parochiali Ecclesia, vbi nō cēv aliquis reddit: puta quia dos eius calinate uel alluuione perijsset: nonne teneretur rector eius promoueri? Dicā igitur q qui tale beneficium recipit, sibi imputet 91. dist. clericus victum. Sed oppones q quæstio non procedit ex quo habebat primum beneficium, quod retinet, saltem ratione primi promoueri tenetur; Dico quod procedit, pone q prima ecclesia curata sit collegiata, vt sup. eo. de ele. statutum. eo. lib. uel super illa fuerit dispensatum, vel pone simpliciter non fecit se promoueri, priuatus est prima. nunquid & secunda? vnde bene procedit quæstio. Speciale igitur statuitur in hac decret. ne clerici mendicare cogātur, quod primum beneficium simile no vacet: sed ne pereant animę, nihilominus promoueri tenetur, ut sup. dixi.

† Et appellatiōe bñficiorum an cōprehendātur prębēdæ, pēsiones, & pstimonia, vide Fel. in ca. postulasti ext. de rescrip.

1 Facit extrauagās Io. 22. q incipit. Suscepti. titu. de ele. & electi potestate.

2 Non dicit, recte faciet. sed caute: ab hac. n. & similibus cautelis abstinendum est vi sus pus.

3 Io. Mo. hic & ibi.

4 Idē ibi Archi.

† Nota bene sm Doct. q in ueritate uacet, per c. de multa ē. eo. nō poterit. ergo istud sm bñficium a se retinere arg. regulæ qd semel sō.

† Videm gulam q hic colligit Anch. cons. 151. inci Ex serie testi.

Promotus ad curam dēt infra annū ad ordines promoueri, licet ecclesia nullos hēat redditus.

bi a concesso a nobis, vt fructus b beneficiorum, † quæ vsque ad certum tempus in tua vacabunt dioecesi percipere valeas: pro soluendis debitis, c quibus est tua ecclesia onerata, d beneficium vacans postmodum curam habēs animarum annexam alicui simile beneficium obtinenti te e conferre cōtingat: Aequum est, vt quamdiu fructus ipsius perceperis, primum non debeat reputari † vacare. f

¶ Idem.

¶ Cum mandatur alicui nō sacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda, sacerdotalis dimidia vel minoris valoris, illi etiam volenti, conferri non poterit.

CAP. XXVII.

CVI † DE

CVI de non.] Tria sunt dicta, quę patent per paragraphos: & finis omnia respicit. Io. And.

¶ Pro intellectu huius cap. pręsupponendum, quod in quibusdam ecclesijs aliquę sunt pręb endę, quę dicūtur sacerdotales, alię diaconales, alię subdiaconales: & istud fuit introductum, ut melius posset deseruiri diuino cultui: hoc est, aliquę sunt pręb endę ad quas nullus promouetur nisi sit sacerdos: alię diaconales, ad quas diaconi promouentur: aliæ subdiaconales, quæ conferuntur subdiaconis. Item præsupponendū secundo, quod in aliquibus ecclesijs, sicut est in Ecclesia Pictauen. aliquæ sunt præbendę integræ, aliæ sunt dimidiæ pręb endę: quia canonicatus habens illam dimidiam pręb endam, percipit medietatem fructuum alicuius pręb endę.

CASVS. Papa mandauit episcopo Pictauien. vt mihi prouideret de aliqua præbenda non sacerdotali in ecclesia Pictauien. accidit quod uacauit aliqua præbenda sacerdotalis: vtrum Episcopus virtute meæ gratiæ possit mihi illam conferre? Certe non. Sed quid? Papa mandauit epō Pictau. ut in sua ecclesia, in qua erāt pręb endę integrę, alię dimidię, mihi conferret pręb endam integram, vtrum possit eps mihi conferre dimidiā pręb endam? Respondet q non. Sed ponamus, q Papa mandauit mihi prouideri de pręb enda ualoris centum librarum, uacauit nunc aliqua pręb enda minoris ualoris, ut puta, ualoris quinquaginta librarum: utrū possit de illa mihi prouideri? Certe non. Et rationem horum ponit Romanus Pontifex. nam fines mandati Apostolici sunt diligenter obseruandi. in l. diligenter. ff. mandati. ideo mandatum Apostolicum non debet extendi extra casus expressos in rescripto. Not. primo, quod quandoque in Ecclesia præbendę annectitur ordo sacerdotalis, ad hoc de ele. ut hi, qui, de æta. & qualit. No. secundo, quod in mandato cuius forma est obseruanda, non potest illa omitti. etiam de partium consensu. Dominicus.

[Prima

[Prima glossa summat.]

a ¶Cui de non.] cum mandatur alicui non sacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda: sacerdotalis, dimidia, vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.

b ¶De non sacerdotali] istud videbatur in eius fauorē appositum, vt non compelleretur esse sacerdos & tamen in eius læsionem retorquetur, ita q etiam si volet, sacerdotalem habere non poterit. & rō est in fi. ca. & vide q dixi ꝭ. de reg. iu. quod ob gratiam.

c ¶Dimidiæ.] si vna præbēda diuideretur in duas: qualibet per se diceretur integra sup eo maiorib. & c. vacante sed hic vna præbenda diuidebatur in duas, vel erant ibi præbendæ quę sic vocabantur, integræ & dimidiæ. quia mediet atem redditnum forte habebant respectu integrarum.

d ¶Integra.] quid si simpliciter mādetur prouideri de præbenda? Dic q si illæ præbendæ dimidiæ sunt diuisæ: quia pars a toto iam separata, non est pars, sed totum: tunc de dimidia poterit prouideri, q vt sic aliud sit de integra scribere: & aliud simpliciter scribere: ad hoc ꝭ. eod. tit. ei cui. sed si alias nulla esset diuisio, sed vna præbenda diuideretur in duas, locus crederem, cum tunc non de præbenda, sed de dimidia prouideretur.

ADDITIO. Ad hoc ff. de leg. 2. Caius. §. 1. Io. And.

e ¶Prouideri.] vide ꝭ in tex. ibi, Non enim, &c.

f ¶De præbenda.] & tunc de pensione prouideri non potest, vt sup. eo. tit. & lib. quamuis. 1 responso.

g ¶Diligenter.] ff. man. diligentes. & sup. de rescript. cum dilecta.

ADDITIO. Allega. Ioan. Mona. ff. de acqui. hær. l. si quis mihi bona. §. pater filio. Arc. Alle. de restit. spo. cap. fi. Ioan. And.

Sal. mandatur.

non [a] sacerdotali [b] præbenda prouideri mandatur, sibi etiam volenti sacerdotalis auctoritate mandari huiusmodi conferri nequibit. ¶ Similiter si in Ecclesia, in qua integræ ac dimidiæ [c] præbendæ habentur, mandetur † integra [d] conferri præbenda: quamquam ille pro quo scriptum extitit, dimidiæ velit esse contentus, ei de ipsa non poterit prouideri. [e] ¶ Idem cum iniungitur prouideri alicui de præbenda [f] certi valoris, vt in præbenda minoris valoris etiam illo volente mandatum non possit adimpleri. Non enim huiusmodi mādata (quorum fines diligenter [g] seruari oportet) debent ad casus alios, quā expressos extendi.

1 Idē Io. Mo q dicit se sic sententiasse, & idem Arch.

2 Placet Do. si illa diuisio sit facta ante datam litterarū, secus si post q a litteræ beneficiales non extendūtur ad creata post datā ale fin. de rescrip. Fōt.

¶ Idem.

¶ *Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum cōsimile eius possessore irrequisito conferri potest, non autem eius possessio dari, secundum Zenz.*

CAP. XXVIII.

Licet [h] † Episcopus [i] beneficium, quod cum animarū cura tenebas (post quam aliud recepisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit, quo minus haberes eandem [k]) possit alteri de iure conferre: [l] illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato [m].

Licet Episcopus Primo ponit beneficium de iure vacans conferri posse possessore non vocato. Secundo in danda possessione dicit illum vocandum: ibi, illum tamen Io. And.

¶ Prætermitte, q habens beneficium curatum, & obtinens secundum, ipso iure est priuatus primo; & libere potest conferri. sup. eo. de multa. hic declaratur quid importat verbum, libere. Dom.

¶ Istud c. venit limitatiue ad cap. de multa. eod. tit. In anti vbi vr q si alicui obtinenti beneficium curatum, vel dignitatem, vel personatum conferatur aliud simile beneficium incompatibile, & adeptus fuerit possessionem pacificam, vacat primum beneficium. dr in capit. commissa, de ele. sup. eo. titu lib. quod etiam si stetetit per ipsum cui est collatum secundum beneficium, quo minus adipit atur possessionem pacificam, vacat primum beneficium ac si apprehendisset possessionem pacificam: & potest Episcopus beneficium conferre alteri idoneæ personæ, sed vtrum Episcopus possit illū, cui contulit primum beneficium, quod vacat per adeptionem alterius beneficij incompatibilis inducere in possessionem realem absque cognitione causæ? Respondet q non, immo debet eps facere citari primum possessorem, & ipsum audire super iure suo, quare retineat primum beneficium, cum adeptus fuerit possessionem pacificam secundi beneficij: quia nisi allegat aliquam causam rationabilem, poterit Eps inducere istum (cui secundo cōtulit illud beneficium) in possessionem realem ipsius beneficij. Nota primo, q per solā beneficij collationē nō dr quis acquirere ipsius possessionē. Not. secundo, q licet quis possideat prima facie contra ius rem, tamē non potest ab ipso possessio euelli illo non vocato. Dominicus.

[Prima gloss. dicit quid declaret.]

h ¶Licet Eps] edita fuit ad declarationē decretalis, de multa. sup. eo. tit. & ad probationem eorum quæ ibidem not. Inno. & Host quæ no. Guil ꝭ. de ele. licet canon.

ADDITIO. & Cōpostel. de rescrip. capitulum. in gl. magna. versi. item quæritur, vtrum executor datus & versi. seq. Io And.

† Vide Fely. in ca. fi. ex̄ de præsumpt. & Hipolytū singulari. 295. incip. nemo pri uādus est.

i ¶Episcopus.] vel quilibet alius ad quem collatio pertinet, cum eadem sit ratio: & concilium indistincte loquitur. is quoque ad quem prioris decre. & c. cuius verbo declaratiue venit hac decre vt sup. dixi.

k ¶Eandem.] sic sup. eo. lib. de elect. commissa. §. 1.

[Glo. seq. dubium soluit, & rationem reddit.]

l ¶Conferre.] not. ex hoc tex. q decre. illa sup. de elec. c. vlt. eod lib. licet in confirmationibus locum sibi vendicet, non tamen in collationibus; vnde vides q non facta aliqua vacatione, potest fieri collatio ad idem facit sup. eo. tit. & lib. cum in illis. §. cum autem. & bene dicit textus de iure conferre: quia istud est regulare 3 q rem ad collationem meam spectantem, vel ius quod in ea habeo donare, vel quocunque alio titulo in alium transferre possum, detentione alterius non obstante. ff. de reg. iur. qui potest. C. de hære. vel act. ven. per totum. ff. de contrah emp qui tabernas, ad hoc supra eod. venerabilis supra de feud. cap. 2. de possessione autem fiet quod sequitur.

3 Idē Do. facit gl. c. cum nris: de cessi. præb. Fōt.

[Glo seq. fortificat textum.]

m ¶Te non vocato.] non ergo remouebitur possessor a sua possessione vel quasi, sine causæ cognitione: 4 ex quo titulo possidet, licet iniusto 16. q. 4. volumus. & sic intelligitur, de conces. præbend. cum nostris. de restitu. spolia. in litteris. de cau possess. c. 3. in antiq & est expressum. C. de rei vendica. l. si Hinc est quod vsufructuarius vsufructu finito non potest a quasi possessione expelli: immo contra eum agetur negatoria: vel ex cautione de restituenda re præstita ff. si vsufruc. petat. l. vti. frui. 1 respon. ff. vsufru. quemadmodum caue. l. §. hoc autem, agat ergo is cui collata est Ecclesia, vt sibi tradatur possessio, in quo proceditur summarie possessore vocato, C. si per vim vel alio modo. l. viti Alleg. Arch. sup. de rest. in integ. cum ex litteris, ad fi. ff. de requir.

4 Cognoscere autē debet de canonica collatione petētis, & de iniusta detētione possessoris sm Arch. sup. de rescr. olim. & scripsi in pdi. decr. cū nostris sup glo. 1. Io. And.

quit.reis, §.2.& 3 q.9.indicas.Ioan. And.Nemini enim licet rem etiam suam sua auctoritate occupare. C. vnde vi.si quis in tantam.16 q.6 placuit.sup.eo tit.& lib. eum qui.3.respōso.ad hoc sup.de diuor.porro. Et quod hic dicitur, idem intelligo secundum prædictos Doctores in omni eo casu, in quo priuatus est quis ipso iure pone in terminis.supra de elec icet canon licet vtilis esset declaratio vt sup.dixi.eod titu. omissa.

ADDITIO Vide quod dixi per Inno. & Host.de ɔcess.præb cum nostris. in antiqui.super gl. pen. ad fi.Ioan And.

a ¶Retinendi] vt si sufficienter secum dispensatum esset sup. eo tit & lib.non potest. vel ad tēpus hoc ɔcessum, vt sup.e lib. de resc.si gratiose.vel ex causa non percipit fructus secundi beneficij sup.eo tit. & li.si tibi ɔcesso. vel habet commendatam eam.sup. de elect.nemo.eo.lib.

(cum tibi forsan ius possit competere retinendi [a]) in possessionem ipsius inducere corporalem.

¶ Idem.

¶ Sacerdotalis prabenda per simplex mandatum de prouidendo non nisi apto ad sacerdotium est conferenda. h.d secundum Zen Et istud summarium potest adaptari vtrique lectura posita in tertia glossa. Dominicus,

CAP. XXIX.

EI, cui prouideri mandatur † simpliciter [b] de

¶ Mādata de ꝓuidēdo tuitu sit Cōcil. Trid. sess. 24. de refor.c.19.

ET cui.]Decretalis tria facit. Primo ponit formā prouisionis; Secundo soluit illius dubium: Tertio solutionem declarat Secundum ibi, Sacerdotalis. Tertium ibi, Sed aliam.Io And

CASVS.Cum in ecclesia Pictauien essent aliquæ p̄bendæ sacerdotales,aliæ non:sed erant diaconales, vel sub diaconales, Papa fecit mihi gratiā sub hac forma: quia mandauit Ep̄o Pictauien vt mihi prouideret de p̄bēda in Ecclesia Pictauien. simpliciter absq; alia specificatione:vacauit p̄benda sacerdotalis: vtrum Ep̄s illā mihi nō promoto ad sacerdotiū possit ɔferre? Rn̄det ꝙ non. Sed quid si nondum fui promotus ad sacerdotium: sed tn̄ sum in ætate legitima, puta 25.annorum, in qua potero promoueri ad sacerdotiū: an de illa præbenda sacerdotali vacante possit mihi ꝓuideri? Certe sic. Et ista sūt vera:nisi alias ɔstaret de mente Papæ, puta si in litteris Papæ diceret, non obstantibus quibuscunq;,per quæ effectus litterarū nostrarū posset impediri aut differri;tūc etiā de p̄benda sacerdotali posset mihi prouideri:licet nondū essem ætatis legitimæ,in qua possem promoueri ad sacerdotium: Not. primo argu ꝙ mandatum directum simpliciter super præbenda,includit sacerdotalem & non sacerdotalem. Nota secundo,secun um Io. Mon quod genus quod in vno de indiuiduis non potest impleri, implebitur in alio.sup.eo.tit & li.cū in ecclesia.& vi.con or in d.c.quia sæpe in gl.ib Dom.

¶Prima glossa soluit dubium]

b ¶Simpliciter.]hoc non sine mysterio dictum fuit: si enim litteris ɔtineretur, non obstantibus aliquibus,&c. per quæ effectus gratiæ nostræ impediri valeat, vel differri: hic secus:quia patet ꝙ Papa vult sibi præbendam dari: ordinem autem recipiet cum ætatis erit ad hoc aptæ & sup. hoc vide declarationem sub bulla.

ADDITIO Non intelligas per modum ɔstitutionis:sed in quadam causa, vt mihi vr̄. Nouarien præbendæ obtinuit impetrans ɔ opponentem, quia ipse non habebat ætatem ad sacerdotium, q̄ requirebat præbenda. Ista ratione expressa in Papalibus litteris super hoc editis, ꝙ impetrans h bebat in litteris gratiæ clausulam, non obstantibus ijs per quæ effectus,&c Io.And.

c ¶Sacerdotalis.]ex priuilegio, consuetudine, vel statuto Ecclesiæ.

ADDITIO.Dicit Arch.vt in Ecclesia Bonon.iam dudū in ipsa Ecclesia ɔtium ɔsului ꝙ in ea tunc non esse præbendas sacerdotales: vn̄ ex eo quia non erat expresse onus sacerdotij,vel alterius ordinis præbendis annexū; licet ibidem bene fuerat statutum ꝙ essent tot diaconi,tot præsbyteri,&c.Io.And.

[Gl seq. signat ɔtiā & soluit]

præbenda proximo vacatura, sacerdotalis [c] præbenda conferri non potest, † si nōdum [d] in ætate [e] tali existat, quod possit ad sacerdotium promoueri: Sed aliam [f] expectare debebit.

† Hic est vnus cas⁹ quo primus impetrās non obtinet primū vacans:alios vide p gl. quia tēpe. sup.eo.tit. lib. Dom. Fon.

d ¶Nondū.]ergo nō inspicimus tp̄s datæ, sed tp̄s vacationis, vt si tunc est in ætate, bene quidem: alias sequentem expectat. Sed ɔ ī.eo lib. de seq. si eo tp̄e, vbi non inspicitur tp̄s,quo vacat bn̄ficium cū cura imo solum tp̄s datæ. Sol. I curatis bn̄ficijs & in ipsorum impetratione maior idoneitas requiritur, q̄ I sacerdotalibus p̄bēdis ī.eo tit.& lib. cū in illis ī. de ele. isto lib.statutum, & ideo fauorabilior est hæc gratia quam illa.præterea hic loquitur generaliter, quod gen⁹ ciuiliter est intelligēdum [1] ff.de seru.l.si cui præterea gratia illius decret. saltem in altera parte est duratura hic autem posset gratia in totum extingui. Pone enim ꝙ omnes præbendæ ibi essent sacerdotales: si ergo ille qui impetrauit sibi prouideri de beneficio cum cura, vel sine cura, tunc non erat ætatis idoneæ: pro ea parte qua de curato expressit, sunt litteræ vitiosæ,si autē simpliciter impetrauit super primo beneficio, curatum nō debebitur ī.eo.cum in illis,sed secus cum impetro prouideri de præbenda, vt hic vides.Io.And.

¶ Idem.

¶ Ex mandato sedis Apostolica expectans ex certa causa, ea deficiente beneficium potere impeditur. hoc dicit secundum Zenz.

CAP. XXX.

SI PAV-

[Glo. seq. quærit,arg & soluit.Iterum quærit,ar.pro, & contra.& soluit.]

e ¶ Ætate.]quam dicis hic congruam ætatem? [2] Dicendum videtur ꝙ ætas 30.annor. 78. dist. c.1. & 3.vbi est expressum. Et hoc tenet hic Archid sequens Host.cuius opinionem posui in § interiora, super gl [1] Sed hodie si attigerit 25. annum, satis est in ætate legitima, per decre.sup de elect. cum in cun̄ctis.& 78. dist c.vlt. & hoc approbat Clem.de æta.& quali.generalem,& nō dico hodie seruanda interstitia temporum de quibus habes 78.dist c 1.& 3 & per totum.Sed quod dices si iā erat sacerdos, licet non esset in ætate legitima, nūquid debebitur sibi præbenda? Videtur ꝙ non,quia non est in legitima ætate,quod requ rit hæc littera,& non debemus respicere qu d factum sit.& c. vt sup. de elec cū causam.cum suis concord.bene facit ff quando dies lega.cedit,l.penul. ff qui satisda cogan.l quotiens,cum suis ɔcor. Contra videtur:ex quo enim promotus est iā, quid quærimus ætatem ad promouendum? recipit n. verum ordinem de tempo. ord. vel non est compos,in ani.Primum credo, [3] cum tali interdicenda sit executio ordinis sic suscepti, vt in prædicta decret. vel nō est compos, & quia non debet esse melior conditio eius qui deliquit sup.eo.tit & lib. cum qui.

[1] Idem v. sētit,Inn. examinās gl. & Pan. c. cum dilectus. ī. eo. qa hic non fuit surreptio, secus in d. c. si eo tēpore. Fon.

[2] De ætate ordinādorum, vide q̄ de eo sanciuit Cōcil.Trid. sess.23. de refor.cap.12.

[3] Idē hic Arch.q. ēt inducit ꝙ talis cum velit vti falso diplomate, puniēdus est ff.ad l Cornel de fal. l.eos. §.fi. Ioā.And.

f ¶ Aliam.] non sacerdotalem, vel etiam sacerdotalem, si tunc peregerit ætatem idoneam, vt supra dixi. Ioan.And.

SI pauper.]Decidit casum dubium,rationem interserens, ibi, Cum esset.

ADDITIO. Et dicit Io.Mona.quod hic patet instantia ad regulam,factum legitime ī.de reg.iur.& ibi remittit.Io. And.

CASVS. Papa mandauit Episcopo Pictauien. in forma pauperum, ut Titio clerico prouideret de beneficio compe-

competenti secundum merita ipsius Titij vt inde posset sustentari: antequã eps Pictauien. illi prouideret de beneficio competẽti, ipse Titius adeptus fuit aliquod beneficium, ex quo licitè poterat sustentari: postea vacauit beneficium in collatione epi Pictauien. vtrum de illo possit prouidere eidem Titio? Videtur, q sic: aliàs sua gratia sibi de nihilo seruiret. Non obstante isti ratione dubitandi, decidit hic Romanus Pontifex contrarium, videlicet q eps Pictauien. de beneficio vacante non poterit Titio prouidere, & ratio huius est, quia cum modo habeat beneficium, ex quo potest viuere, & sic esset causa suæ gratiæ, debet cessare effectus.

† Multis modis q̃s dr̃ pauper vide Alex. cõs. 37. in ci. consultus sum. li. 7. adde Bar. in l. si cõstante. ff. sol. ma.

per † [a] clericus cui cum beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio (iuxta suæ probitatis merita) per episcopum prouideri, aliud ante quàm sit prouisum eidem, beneficium fuerit assecutus: prouidere [b] sibi episcopus (cum [c] cesset causa mandati) de cætero non tenetur.

¶ Idem.

¶ *Vbi de prioritate beneficij pluribus collati non constat, primo possessio, deinde maior prærogatiua præfertur. hoc dicit secundum* 10 *Zen.*

Nota primo, quod pauper dicitur nõ habens beneficium ecclesiasticum, nec bona patrimonialia, licet habeat virtutes, quod intellige, vt sit pauper respectu bonorum patrimonialium. Nota secundo, q cessante causa mandati, cessat mandatum: etiam si non fuerit adimpletum. vide de appel. cum cessante. in antiq. Dominicus.

[Glossa prima recitet per quæstionem, quam distinguendo soluit.]

a ¶ Pauper.] Nota, quia non sine mysterio dictũ puto, si enim in gratia speciali prouisum sit alicui, & postea ante vacationem adipiscatur aliud beneficiũ, non expirat gratia. Hac enim decretalis loqui de forma quæ prouidet necessitati pauperum, quæ est iustitia, 1. vel quasi, in antiq. de Præben cum secundum. Prouisione igitur facta impetranti, cessat causa iuris, & sic ipsius executio. & facit, j. eod. si eps 1. respon. in fi. ibi, per eum vel alium, &c. ius enim beneficiatum nõ beneficiat supra eodem, quia in tantum. Et hoc verum puto, nisi adeptum beneficium se non compateretur 2 cum prima gratia, si iam haberet effectum, vt in duobus curatis, supra eodem, de multa. cum enim in eo casu periret ius in re: multo fortius ad rem. j. de concess. præben cap. vlt. & hoc approbat Clement. de rescriptis, gratiæ.

1 Iustiũ è clericum beneficiari in vico potissime d quo est. C. de epi. & cle. in ecclesiis. I. An.

2 Facit q de litigante dixi post Inn. sup. de rescri. i nfa. Io. Andr.

ADDITIO. Quod gratia speciali alicui facta non expiret si postea ante vacationem adipiscatur aliud beneficium, tenet Io. Mona & Archid. & de hoc per Ioã. de Deo in sua q. 23. primi lib vbi dicebat, q si in litteris cõtinebatur cum nullum habere beneficium, & sic erat tempore datæ rei veritas, iudex pronunciabit illud beneficium sibi deberi. Ego non curo de illa clausula, & tene quod dictum est in glo. Io. Andr.

b ¶ Prouidere. talis forma etiam in litteris gratiæ nõ extenditur ad hospitalia, vel loca similia, vt in Clemen. eo. tit. per litteras.

[Glo. sequens exponit, quærit, & soluit etiam distinguendo.]

c ¶ Cesset causa mandati.] & sic cessabit effectus. Et quæ erat causa? quia nullum habebat beneficiũ, 3 & sic causa iustitia potius quàm gratiæ, vt s. dixi. concor. de appel cum cessante, in antiq. cum sim. Sed quid dices, pone, est illi prouisum de vicaria, nun. quid per id expirabit mandatum? Sol si vicaria est temporalis, pone in terminis. sup. cod. lib de elect. cum cod. in fi. & j. de regu. beneficium. s. de appel peruenit 2. [s. de voto, c. si s. e. lib de elect. cum ex eo & consti. Io. Execrabilis, in fi.] tunc non expirabit mandatum, quia beneficiatus non est, cum beneficia sint perpetua. Sed si Vicaria est perpetua, vt supra eodem, extirpandæ. tunc secus, supra de rescriptis, postulasti. [Idem Archidiaconus.]

3 Ergo si haberet petitionẽ i titulũ, illa tacita gratia nõ valeret. Fon.

Si a sede] soluit casum dubium, distinguens duo membra: Secundum ibi, Si vero. Io. Andr.

CAP. XXI.

SI † à sede Apostolica, vel legato [d] ipsius vni, & ab ordinario alteri, eo 20 dem die idem beneficium conferatur, nec appareat [e] quæ collatio fuerit

† Vide Alex. cõs. 19. incip, admodu. l 2. & late Philip. Probũ in c. cũ cui. sup hoc eo. tit.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia parochiali, vel aliquo alio beneficio, impetraui illud beneficiũ a legato Cardinali tunc in his partibus existenti: eadem die episcopus Pictauien. tibi contulit illud beneficium: quæritur, quis nostrũ debeat habere illud beneficium, vtrum ego qui habeo collationẽ à legato de latere vel tu qui habeo collationẽ ab epo Pictauien si? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: aut tu habes possessionem illius beneficij, & tunc es praferendus, licet habeam collationem a legato Papa, & non tu: aut j. ego sum possessor, & tunc sine dubio sum potior, ideo sum tibi præferendus. Sed ponamus, q neuter nostrum est in possessione, quæritur quis sit potior 30 in collatione? Respondet, q ego, qui habeo collationẽ a legato, & non tu: & propter excellentiam & prærogatiuam ipsius legati de latere, sum tibi præferendus. Et ista sunt vera, dum tamen non possit apparere per testes, vel alia probationum genera, quæ collatio fuerit prior, nam licet istæ duæ collationes sint factæ eadem die, tamen potuit esse q eps Pictauien. fecit tibi collationem istius beneficij tali die de mane, & quod legatus fecit mihi collationẽ hora vesperarum, tunc enim si de hoc posset constare, tu esses potior, & ideo esses 40 præferendus Nota primo, q Legatus de latere potest conferre beneficia ex sua generali commissione legationis, secus est in Legatis natis, & missis, nam tales non possunt beneficia conferre, nisi haberent super hoc specialem potestatem. Nota principalem effectum huius c. videlicet, q si eadem die Papa vel suus legatus cõtulerit mihi aliquod beneficium, & eadem die (ita q nõ potest constare, quæ collatio sit prior & posterior.) eps fecerit tibi collationem illius beneficij, qui primo adeptus fuit possessionem illius beneficij, est præferen- 50 dus, si autem neuter possideat, tunc ego qui habeo collationem à Papa, vel a suo legato, sum potior in assignatione beneficij. Nota vlterius, q factum legati non dicitur factum Apostolicæ sedis. probat text. qui ponit ista hic vt diuersa; ad idem s. eo. tit. & lib. si eum. &c. si Apostolica. Nota finaliter, quod in collatione beneficij eodem tempore possunt concurrere tres potestates conferendi. Dominicus.

4 Vide q no. de of. lega c. pe. in glo. 2. Io. Andr.

[Prima glossa soluit quattuor dubia.]

d ¶ Legato.] intelligas de Legato de latere, 4 quia alij 60 beneficia conferre non possunt, nisi haberent specialem super hoc potestatem, sup. de oth. lega. ca. 1. Quid dices si papa contulit vni, & legatus alteri? Dic idem quod infra sequitur in papa, vel legato ex vna parte, & ordinario ex altera, quia eadem ratio Idem dico, si Papa vni, Legatus alteri, ordinarius tertio contulerit, in archiepiscopo autem & episcopo & suis subditis dubitatio non procedit, quia ad alterum solum pertinebat collatio, & illa sola valuit.

e ¶ Nec appareat.] si enim posset apparere, quæ fuerit primo facta, ille obtinebit, 5 vt si probetur per testes de hora, vel in ipsis litteris dicitur de hora. & facit quod dixi sup. cod. lib. de rescr. duobus. vbi idẽ verbũ habes.

5 Vterq; ergo pba re potterit, & obtinebit q melius pbauerit. de prebe. sup hoc, de pb. ex litteris. I A.

a ¶ Possidentis] magnum ergo est possessionis commodum. C. de rei ven. l. res alienas. Insti. de interdi §. retinendæ ĩ. de reg. iur. in pari, cum suis concor.

ADDITIO Alleg. Archid. 16. q. 4. volumus, vt lite pen. per totum Io. Mo. alleg. vt eccle. be. ca vnico, post prin. optimè facit ad casum, ff. de pigno si debitor, cuius casum pono ĩ. de reg. iur cũ sunt. Io. Andr.

† No. bñsicii titulũ adiuuari a possessione, iusta dico, l. vis eius, C. ꝺ prob. c. licet cãm. de ꝓb. & sufficit possesso. ri ét semiplene ꝓ. bare, ꝙ pe titoris iu, reddat du biũ not. l). bonę fi dei. C. de re. cre. Fõ,

b ¶ Neuter] vel vterque: nec apparet qs tunc primo: idem iuris. ĩ. de rescrip duobus, 2. responso. in princ.

c ¶ Prærogatiuam.] sic ĩ. de maior. & obed. per tuas.

d ¶ Alteri.] cui contulit ordinarius.

primo facta: erit potior conditio possidentis. [a] † Si verò neuter [b] possideat: is, cui sedes ipsa contulit, vel Legatus (propter conferentis ampliorem prærogatiuam [c]) erit alteri [d] præferendus.

¶ Idem.

¶ Religiosus habens prioratum vel ecclesiam curatam, si recipit secundum sine licentia Papæ, ipso iure vacat primum: quod si statim non dimiserit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque. Eadem est pœna in ijs, qui habebant ante hanc constitutionem, nisi infra mensem alterum elegerint, & alterum dimiserint, hoc dicit vsque ad §. prohibemus. Io. Andr.

C Vm singula.] Primo ponit constitutionis causam: Secundo ꝯstitutionem circa religiosos: ibi, Præsenti. In qua tria facit: Primo prouidet circa futura, & pœnã apponit: Scdo. ibi, Circa. prouidet circa præterita sub eadem pœna: Tertio ibi, Prohibemus. prouidet circa administrationes vel officia vnius monasterij non committenda monachis alterius monasterij, & pœnam apponit committenti & recipienti.

CASVS. Abbas monasterij sancti Cypriani, alicui ex suis monachis habenti prioratum, vel aliquod beneficium curatum, voluit conferre aliud beneficium curatum, vtrum talis monachus possit istud secundum beneficium absque auctoritate Papę obtinere? Respondet qđ non: aliàs ipso iure vacat primũ beneficium, & tenetur ipse monachus dimittere primum beneficium statim, vt conferatur alteri: quod si non fecerit, efficitur ipse monachus ineligibilis, & tamquam ambitiosus debet vtroque priuari: quod verum est, siue ipsi monachi deseruiant illis prioratibus, & ecclesiis curatis per se ipsos, siue per vicarios institutos per episcopum ad præsentationem ipsorum, iuxta capit. de monachis, eodem titu. in antiquis. fallit si vnum istorum beneficiorum esset alteri annexum, quia tunc non haberent locum pœnæ supradictæ, cum ista duo beneficia reputentur pro vno. capitu dudum, supra de electione. ¶ Sed quid si solita sunt & consueta conferri solis monachis illius monasterij, vtrum possint conferri monachis monasterij noui Pictauien. vel alterius monasterij, quod non subest monasterio sancti Cypriani? Respondet Romanus Pontifex, quod non: nisi cum auctoritate Apostolicæ Sedis, quod verum est si in monasterio sancti Cypriani reperiantur personæ idoneæ ad obtinendum illa beneficia, quia si non possent reperiri personæ idoneæ, possent assumi de monasterio monasterij noui, vel alterius monasterij non subiecti monasterio sancti Cypriani, etiam absque licentia Papę: veruntamen securius esset, quod requireretur auctoritas Papæ. Sed quid, ponamus, quod de facto fictum fuit contrarium? vtrum contra facientes, & non obedientes huic constitutioni, debeant puniri aliqua pœna? Respondet Romanus Pontifex, quod sic, nam prælatus, qui contulit prioratus, vel alias administrationes monachis alterius monasterij, est priuatus iure conferendi illas administrationes pro illa vice, & potestas conferendi illa beneficia pro illa vice defertur diœcesano loci, nisi monasteria sint subiecta immediate Romano Pontifici, quia tunc potestas conferendi defertur ad Papam. Quid de recipientibus & detinentibus illa beneficia? Respondetur, sunt ineligibiles ipso iure: nec tenet collatio sibi de dictis beneficiis facta. Nota ex principio capituli, quod singula officia debent committi singulis personis, & vna persona non debet habere duo beneficia: sicut in corpore humano, quodlibet membrum habet suã propriam operationem, nec exercet actũ alterius membri. 89. distinctio. capitulo primo, in principio.

Casus § prohibemus.

CAP. XXXII.

C Vm † singula [e] officia sint singulis committenda personis, [f] & dissolutionis, ac euagationis materia sit religiosis præ cęteris auferenda: [g] Pręsenti prohibemus edicto, ne aliqui mo-

† Vide ꝯci. Tri ses. 7. de ref. c. 2. & ses. 24. de ref. c. 17.

Nota insuper, quod ca. de multa. eodem. titulo in anti. etiam habet locum in prioratibus, & nõ solum in ecclesiis parochialibus, vt hic dicitur. Nam monacho obtinenti vnum prioratum, nõ potest alius prioratus cõferri: nisi ille esset annexus primo prioratui: sed tunc non dicitur habere nisi vnicum beneficium: nam isti duo pro vno reputantur. capitu. Dudum, de electione Nota vlterius, quod religiosus vnius monasterii non debet assumi ad beneficium, vel prioratum alterius monasterii Nota insuper, pœnam, quæ imponitur illis, qui faciunt contra istam Constitutionem.

Nota etiam, quod pluralitas beneficiorum inducit dissolutionem, & vagationem in personam beneficiati. Nota finaliter, quod religiosis est prohibita vagatio. ad quod 16. quæstione prima placuit 1. Et cum hoc nota argumentum, quod appellatione monachorum non comprehenduntur alii religiosi. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

e ¶ Cum singula.] Religiosus habens prioratum, vel ecclesiam curatam, si recipit secundum sine licentia Papæ, ipso iure vacat primum, quod si statim non dimiserit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque. Eadem est pœna in his, quę habebant ante hanc Constitutionem, nisi infra mensem alterum elegerint, & alterum dimiserint. Prioratus ecclesiæ, vel administrationes vnius monasterii solitæ per proprius monachos gubernari, absque sedis Apostolicę licentia alterius monasterii monachis non committantur, nec commissa dimittantur, qui contra fecerint, sint priuati potestate ordinandi prædicta ea vice, & defertur ad diœcesanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes vel eligentes, sunt ineligibiles ipso iure. Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Host. supra eodem, de multa.

ADDITIO. Dicebat Io Mo. ꝙ hæc decretalis obuiat ambitioni monachorum, & eam multiplicibus pœnis astringit. Io. Andr.

f ¶ Personis.] 89 distinctio. cap. 1. in prin. sicut singula membra corporis singulos actus habent, vt ibi ad idem. 16. quæst. 1. presbyteros. sup. eodem tit. quia intantum. C. de assel. l. nemo.

g ¶ Auferenda.] ad hoc supra eodem libro de electione, si religiosus, primo responso. & c. quorundam. de caindemnitatibus §. sed cum eas, infra de statu reg. c. vnico, supra, ne cler. vel mona. c. 2. monasterium enim est eis quasi carcer. 16. q. 1. placuit 2. de sentent. excom. vt famæ. (in antiq.)

[Glo. seq. soluit dubium.

a ¶ Prio-

nachi vel religiosi alij † pluribus prioratibus ; ª vel ecclesijs curam habentibus animarum, etiam si eadem cura non per ipsos, sed per presbyteros ad eorum præsentationem per episcopos institutos habeat exerceri, absque sedis Apostolicæ ᵇ auctoritate præesse præsumant: nisi † forte vnus ex eis ab alio dependat, vel adinuicem sint annexi. ᶜ † Statuentes, vt quicunque ipsorum prioratum, vel ecclesiam talem obtinens alium receperit: primum, quo fit ipso iure priuatus, statim omninò dimittere teneatur, ᵈ per eum, ad quem pertinuerit liberè ᵉ alteri conferendum. Quod nisi fecerit; ᶠ extunc eo ipso efficiatur ineligibilis, ᵍ † & tanquam ambitiosus ab vtroque penitus repellatur.

¶ Circa eos autem, qui plures prioratus, vel ecclesias huiusmodi nunc detinent: prouidemus, vt infra mensem ʰ postquam præsens constitutio peruenerit ⁱ ad eosdem, vnum ex ipsis, quem retinere voluerint (reliquis dimissis) eligere ᵏ teneantur: alioquin extunc ˡ pœnis subiaceant supradictis. ᵐ

CASVS. Dictum fuit supra, cap. clericis. quod laici non possunt compellere clericos ad soluendũ tallias siue collectas. Etiam dicitur in ca. quoniã. sup. eo. quod non possunt compellere laicos ad litigãdum coram eis, si velint litigare corã iudice ecclesiastico, vel si reus nollet litigare coram iudice ecclesiastico, sed tamẽ actor vult litigare, & causa est ecclesiastica, vel etiã mixta. Sed quid, sunt aliquid dñi temporales, qui inhibent subditis suis, vt sunt sartores, & carpentarij, pilarij, & alij mechanici, vt non faciãt obsequia clericis, nisi ipsi clerici velint contribuere ad tallias, & sic indirecte cõpellunt clericos ad soluendũ tallias: nam sine obsequijs illorũ nõ possent clerici viuere: vtrum sint puniendi aliqua poena? Respondetur quod sic: nam ipso facto sunt excommunicati. Nota quod prohibitio directa ad subditos, ex qua indirecte praeiudicatur clericis quo ad ipsorum libertatem, non tenet.
[Prima glossa dicit quid declaret.

Apostolicas litteras iustitiae complementum, quin potius super illis recurrere ad iudicium saeculare, vel à lite, causa seu quaestione desistere compelluntur. Nos iustitiam nostram & Ecclesiae sponsae nostrę nolentes negligere, qui alios in sua iustitia confouemus: [a] statuimus districtius inhibendo, ne quis impetratores litterarum nostrarum, vel alios in foro ecclesiastico delegato seu ordinario litigantes, seu litigare volentes, siue ambae partes hoc voluerint, siue vna, super causis ecclesiasticis, siue quae ad forum ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum, vel rerum, de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium, ad desistendum, vel in foro saeculari de quaestionibus huiusmodi litigandum, per eorundem iudicum ecclesiasticorum, vel impetrantium, aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum [b] ipsorum, seu rerum illorum, aut ecclesiarum suarum etiã captionem modis ve alijs quibuscunque compellat, seu compelli faciat vel procuret, nec per se aliosve impediat, quo minus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinarijs querelantes de causis, quae (vt praemissum est) ad cognitionem pertinent eorundem, possint libere iustitiam obtinere: nec ad praedicta facienda det auxilium, consilium, vel fauorem.

¶ Si quis vero contra prę sumpserit, excommunicationi se ipso facto nouerit subiacere: [a] qua (nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisdictio vsurpata, quàm parti, quę turbata in prosecutione fuerit sui iuris: de iniuria, damnis, expensis, & interesse prius per eundem integre fuerit satisfactum [c]) nullatenus absoluatur. [d]

¶ Idem.

¶ Domini temporales prohibentes subditis ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, ipso facto excommunicationem incurrunt. hoc dicit: Dominus.

CAP. V.

Eos † qui [a] temporale dominium obtinentes, suis subditis, [f] ne praelatis, aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere praesumant, aliquando interdicunt: (cum talia, in derogationem libertatis [g] ecclesiasticae praesumantur) eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere. [h]

e ¶ Eos qui.] contra hos, contra quos hic prouidetur, arguebat Ber. de priuile. quamuis. in glo 1. in fine.
[Glo seq. recitetur per obiectionem.
f ¶ Subditis.] licet solis subditis imperarent, tamen clericis competebat actio de dolo ad suum damnum cõsequendum: quę competit quotiescunque aliquid dolo fit. & alia actio deficit. ff. de dolo. leg. primo.
ADDITIO. Vide quod post. Innoc. dixi sup. de priuileg. quanto.
g ¶ Libertatis.] Isti licet quo ad verba nõ viderentur infringere libertatem, tñ infringebant quo ad mẽtẽ, faciendo fraudem de persona ad personã. de quo dic vt 14 q. 1 plerique. s. de priuil. quanto. ff. de legi. contra. infra de regulis iur. c. vlt. & contra tales habebas prouilum sup de sententia excommu. grauem.
ADDITIO. Hic vt dixit glos. fiebat fraus de persona in personam. Concordat. ff si quis aliquẽ test prohi. l. 1 & 2. vbi prohibens notarium vel testes intrare, prohibuisse dicitur testatorem ad idem. ff. de itin. actuque. l. veteres. vbi prohibens portare necessaria ad reficiendum iter, dicitur refectionem prohibuisse. Ioan. Andr.

† Vide Anc. cõsil. 1. in c fa ctũ super quo petitur consi. & Lapum allegatione 26 incip. in ipsarum.

h ¶ Subiacere.] In statutarijs, potestatibus, consulibus, & scriptoribus statutorum, quae sunt contra libertatem ecclesiae, dic vt supra de sentent excommun. nouerint.
ADDITIO: Et quomodo dicatur ecclesiae libertas infringi, ibi scripsi post Innocen. Ioan. Andr.

NE CLERICI VEL MONACHI SÆcularibus negotijs se immisceant.

Cōtinuatio domi ni Ba lib. [Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedentiū de clericis & eorū priuilegijs: verū quia clerici per dūs sua priuilegia immiscēdo se secularib. negotijs: iō ad nos informandū ponit Roman' Pōtifex titulū: Ne clerici vel monachi secularib. negotijs se immisceant.]

TITVLVS XXIIII.

Ne clerici vel monachi secularib. negotijs se immisceant.

¶Bonifacius VIII.

¶ *Capitulum, super Specula. prohibens audientiam legum vel physicæ, non includit parochiales ecclesias habentes, nisi sint plebanias habētes sub se capellas, in quibus clerici perpetuo instituantur. h. d. Dominicus.*

S Tatutū.] Ponit declarationē veteris iuris, primo dans regulam: secundo casum exceptum: ibi, Nisi.

CASVS. Dicitur in capitulo, super specula. eo. tit. in antiq. quod clerici obtinentes dignitatem vel personatum, non debent audire leges vel physicam: & ibi ponitur certa pœna contra facientibus; postea emanauit constitutio Clemētis Papæ, quæ extendit illud capitulum ad rectores ecclesiarum Parochialium: vt rectores parochialium ecclesiarum, qui audiunt leges vel physicam, incurrerent pœnam capituli super specula. Sed quæritur, vtrum illa constitutio Clementis Papæ intelligatur indistincte de quibuscunque rectoribus ecclesiarum Parochialium? Respondet quod non, sed solum intelligitur de rectoribus ecclesiarum parochialium, quæ sonant in nomen plebaniæ, idest, quæ sub se habent capellas, in quibus capellas instituuntur vicarij perpetui, qui non possunt ad tempus remoueri, sicut in his partibus potest poni exemplum in archipresbyteris. Alij autem rectores ecclesiarum, qui sub se non habent capellam, dummodo non sint sacerdotes, possunt audire leges vel physicam. Nota primo, quod non est licitum decanis, archidiaconis, præpositis, cantoribus, & alijs obtinentibus dignitates audire leges vel physicam, tamen cum talibus potest Papa dispensare, & quotidie dispensat. Nota quod rectores ecclesiarum parochialium, qui sub se non habent capellas, dummodo non sint sacerdotes, licite possunt audire leges. Quæritur quare isti, qui habent dignitatem, vt sunt decani, præpositi, archidiaconi, non possunt audire leges vel physicam? Dicendum est, quod illud fuit ordinatum vt liberius vacent studio theologiæ & iuris canonici; quæ melius congruunt suo statui, quàm leges vel physica, vt d. c. super Specula Nota quod rector ecclesiæ parochialis, quæ sub se non habet capellam pendente anno quo promoueri debet ad sacerdotium, licite potest audire leges, vel etiam durante septennio, quod habet ad sacerdotium, & non promouendi ad sacerdotium.

¶Vide doctores & in primis Panormitanū in c. non magnopere, & in c. si. extra, ne clerici vel monachi. & Inn. in c. firmiter extra de sum. trin. & fide catho.

CAP. I.

S Tatutum [a] † fœlicis recordationis Honorij Papæ Tertij Prædecessoris nostri, quod Decanis, Archidiaconis, Præpositis, 10 Plebanis, [b] Cantoribus, & alijs clericis habentibus personatus, audire leges [c] vel Physicam [d] interdicit: ad eos qui parochiales ecclesias obtinere noscuntur, piæ memoriæ 20 Clementis [e] Papæ quarti prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, declaramus [f] præsentis constitutionis oraculo ratione [g] ecclesiarum huiusmodi non extendi: 30 Nisi eædem ecclesiæ fuerint plebaniæ sub se capellas [h] habentes,

a ¶ Statutum.] sup. eo. super specula.

b ¶ Plebanis.] quod intellige vt dicitur.

c ¶ Leges.] non enim debent velle uideri secularium vel forensium disceptationum periti. C. de epis. & cler. repetita.

d ¶ Physicam.] non debet hoc facere sub specie languentium curandorum fratrum, sup. eod. magnopere.

e ¶ Clementis.] quam non habemus, seu eius mentē hic inseruit & incipiebat, Habito cum fratribus nostris consilio.

[Gl. seq. dicit, quorum opinionem approbat & reprobat: & rationibus opinionis reprobatæ respondet.]

f ¶ Declaramus.] Nota approbatam opinione Goff. qui hoc dicebat in summa huius tituli in fine. & concordat Pet. de Samp. & Abb. & est ratio; quia constitutio illa pœnalis erat, & iō restringenda ī. de regu. iur. in pœnis. cum suis concordantijs. non obstat. sup. de elect. dudum 2. vbi dr, quod idē iudicium, &c. quia illud habet locum in casu ipsi' decretalis; scilicet quo ad pluralitatem. Item quo ad ordines, vides. n. quod archidiaconus nō cogitur nisi quo ad diaconatum. de electio. cum in cunctis. in antiq. ergo nec habens curam aīarum, sed hoc est falsum, vt supra eod. lib. de elect. licet canon. Reprobata est autē opinio Ber. Inno. secundū quosdam libros, & Hostiensis, qui dicebant contrarium propter dictam decretalem, dudū. Item ex eo quod quis habet curam, sacerdos fieri dēt, sed sacerdotes prohibentur per ipsam decretalem Honorij, ergo & curam habentes. Item ex eo quod constitutio fauorabilis erat, & sic ampliāda inf. de reg. iu. odia. 40 Item ex eo quod prædicare tenetur; vt in clementina, dudum. §. huiusmodi. de sepul. & sic debet esse sacerdos 16. q. 1 adijcimus. sed presbyteri ex ordine, non ex cura, comprehenduntur constitutione Honorij, & interdum de necessitate non habent fieri sacerdotes rectores parochialium ecclesiarum, vt supra eod. lib. de electione. statutum. vel pone, quod annus non est elapsus. Vel pone secum dispensatum per decretalem. sup. cod. lib. de elect. cum ex eo.

g ¶ Ratione.] quasi diceret; si haberent dispensatiue uel alio modo personatum cum illis ecclesijs, 50 bene tenentur constitutione, vel si essent presbyteri, tenentur, non ratione ecclesiæ, sed ordinis, vt supra dixi.

[Glo. sequens quærit, arguit & soluit; contrario arg. respondet.]

h ¶ Capellas.] quid si vnicam habet capellam? Si arguamus a verbis, saltem duæ debent esse. ad hoc. infra de reg. iur. pluralis cum suis concord. ad hoc de deci. ad audientiam. tutius videtur contrarium tene- 60 re. ad hoc. ff. vi bo. rap. l. prætor ait primo. § homines. institu. cod. titu. in princip. ad idem supra eod. lib. de elect. cap. pe. 1. respon. supra de priui vt priuilegia. ibi, apertantur ecclesiæ, idest, ecclesia. 1. dist. omnes leges. cum suis concor. & 2. quæst. 1. in primis. nec obstat arg. a verbis; quia non dicit hoc, nisi fuerit plebania habes capellas, sed dicitur in plurali plebaniæ habens capellas, & pluralitatem capellarum ad pluralitatem plebaniarum referam. Argu. prædi. decret. vt priuilegia.

ADDITIO. Hoc vr tenere Guli. in Spec. eod. titu. post prin. vbi dicit, quod plebania est habens diuersas capellas, in quib. &c. Io. Mo. dicit hic, quod ex quo plebania habet capella-

Vide doctores in c. super specula & bi Panormi. nam ista glossæ io tum valet sicut d. c. super specula. imo gg. regimen tēporū, quod hēt ecclesia. est vtile scire leges arg. c. si tn adiit totib. in. dist. & gl. c. ad hoc. 38. di. nul li sacerdotū: & qui scit canones & leges, ille vere scit iura. Bal. c. cū cām. de test. in 2. col. Fōt.

Leges an sit licitum audire clerico obtinenti ecclesiā parochialē habētem sub se vnicā capellam tm.

capellas perpetuas, reputatur dignitas. Archid nil dicit de hoc. Ioan And.

a ¶ Perpetui.]s. eo lib. de capel. monac. c. vnico.

b ¶ Ab ipsis.]scilicet plebanis, vel capellanis, & melius.

c ¶ Absque causa rationabili.] de capel. mona. cap. vnico. vbi de hoc.

VT periculosa.] primo cã pmissa ponit duplicẽ inhibitionem. Secundo, pęnam trãsgressorũ: ibi, Si quis. Tertio ibi, Doctores illã declarat in doctoribus locum habere.

Et dic periculosa animab. ipsorum vagantium. s. de reg. c. fin. Est et periculosa propter exempli perniciem. de elec. cum dilectus. § nos vero. de vo. magnæ. in antiq. Ioan. And.

CASVS. Aliquis religiosus, qui erat bene dispositus ad studiũ, cupiens margaritam scientiæ inuenire: dimisit suum monasterium sua auctoritate priuata (verius magis temeritate) & iuit ad studium gñale absque licẽtia sui prælati, vtrum possit licite exercere studium? Respondetur quòd non, quia religiosus nihil agere potest sine licentia sui prælati: & prælatus suus potest ei dare licentiam cum consilio sui conuentus. Sed quid, ponamus retento eodem themate, quòd religiosus absque licentia sui prælati accessit ad studium generale, ipse autem dubitans, ꝙ non admitteretur nisi ostenderet licentiam sui prælati, dimisit habitum suum, vt non posset cognosci esse monachus, vtrum puniatur aliqua pœna? Respon. quod sic: nam ipso facto incurrit sententiam excommunicationis. Et etiam doctor, qui illum admittit in auditorio suo, & illum non expellit, est ipso facto excommunicatus. Nota primo ex isto ca. ꝙ religiosus fauore studij non potest dimittere monasterium sine licentia sui prælati. Sed quis dicetur eius prælatus, quo ad istam licentiam dandam: vtrum suus episcopus? Dicendum ꝙ nõ licet dicamus, quod episcopus regulariter concurrit cum inferioribus prælatis, vt in cap. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. in antiq. & l. fi. C. de iurisd. om. iud. vbi dicitur, ꝙ quodlibet collegium potest sibi constituere & eligere rectorem, qui cognoscit personas de illo collegio, tamen datur actori optio conueniendi reum coram illo recto se collegij, vel coram ordinario suo: ideo ad dandam istam licentiam abbas dicitur prælatus religiosi. Sed quid si abbas nolit dare licentiam, an possit recursus haberi ad episcopum? Respondetur, ꝙ sic: si abbas non sit exemptus a iurisdictione episcopi, si autem sit exemptus recurrendum esset ad Papam. imo dicunt plures doctores, quod episcopus vel superior poterit illi abbati præfigere certum terminum, intra quem det illi religioso licentiam, vt possit studere cum comminatione: ꝙ nisi intra illud tempus sibi licentiam contulerit, qđ tempore illo elapso episcopus conferet.

[Prima gl. dicit tales tumgit.]

† Multa huc spectãtia vide per Calderinum cõs. 2. tit. de magistris, & p Abbatem, consil. 84. lib. 1.

in quibus instituantur clerici perpetui [a] nequeuntes ab ipsis [b] absque causa rationabili [c] amoueri.

¶ Idem.

¶ Excommunicatus est ipso facto religiosus professus habitum temerarie dimittens, vel ad quæcunque studia accedens, non obtenta licentia prælati & conuentus. Doctores scienter docentes, vel in scholis retinentes ad leges vel physicam tales religiosos, similiter excommunicationẽ incurrunt. hoc dicit Dominicus.

CAP. II.

VT † periculosa [d] religiosis euagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cętero aliquis quamcunque [e] religionem tacite vel expresse [f] professus, [g] in scholis, vel alibi temere [h] habitum religionis suæ dimittat: nec accedat ad quæuis studia litterarum, nisi a suo prælato cum consilio sui conuentus, [i] vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia [k] primitus sit concessa. Si quis autem horum [l] temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. [m]

¶ Doctores quoque, siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso [n] leges vel physicã audiẽtes scienter [o] docere, aut in scho-

d ¶ Vt periculosa.] Tracta fuit de extrauaganti, grauis & dolore non vacua.

e ¶ Quamcunque.] dumtamen approbatam. sup. de vo. c. vno eo. lib.

f ¶ Vel expresse.] s. eod. lib. de regula. c. 1. & 3. in casu isto inter expressam professionem & tacitam non est differentia: sicut alibi est. s. eo li. de elec. nullus. & c. indẽnitatibus. ADDITIO. dicebat Host. s. eo c. 3. vtrunque: s. vt tacite ꝓfessus non eligatur, & hac constitutione astringatur introductum in fauorem religionis & animarũ salutem. Io. And.

g ¶ Professus.] Nam professus non potest redire ad seculum: quod dic vt s. de regul. consultu.

h ¶ Temere.] Ex causa enim licet habitum trãsformare, si iusta sit, puta timor. supra de vita & hone. clericorum, in antiq. in gl. clerici arma.

[Glo. seq. recitari potest per obiect. & solutionem.]

i ¶ Conuentus.] alibi dat prælatus licentiam sine requisitione conuentus. s. eo. lib. de elec. n religiosus 2. responso. sed illud fauore ecclesiarum vacantiũ, ad idem s. de testa. c. vlt. & illud fauore vltimarum voluntatum: & quia piũ executionis testamentorum onus.

k ¶ Licentia.] & tunc potest omnia, sine quibus in studio commode esse non posset. quod dic vt 16. q. 7. cũ pastoris. de actu ex parte.

ADDITIO. Et quod ibi no. in fi. pen. gl. pro necessitate monachi monasterium obligari intelligat Arc. nisi actũ fuisset, ꝙ alius monacho sumptus inueniret: puta propinquus vel amicus & c. Io. And.

l ¶ Horum.] idest, ꝙ apostatat dimittendo habitum, vel quia vadit ad studium sine licentia.

m ¶ Ipso facto.] speciale in religioso apostata: quia alias apostata non est excommunicatus, † sed excommunicandus, secundum qđ no. Inno. & Ber. 23. distin. si quis ex clericis. de vita & honest. cleri. si quis ex clericis. de apost. c. 3.

[Glo. seq. quærit, arguit negatiue, sol. contrarium.]

n ¶ Dimisso.] quid si non dimiserit habitum? Videtur, qđ tunc doctores non sint excommunicati quia hæc pęna non est ampliãda. inf. de reg. iur. in pœnis. Dic contra, quia communicant in crimine, & sic eadem & non minori excommunicatione ligantur de senten. excom. nuper & c. si concubinæ. & in hoc potest dici hoc potius venire ad declarationem iuris veteris, quã nouum casum ponere.

ADDITIO. Idem scilicet, quòd doctores, ipsos religiosos docentes & retinentes habitu etiam non dimisso sint excommunicati, sequitur Arch. & hoc tenet saltem postquam monachus incidit, vt sic communicet iam excommunicato in crimine, pro quo ligatus est. super quo vide quod dixi de senten. excommu. contingit. Io. Ioan. And.

o ¶ Scienter.] vbi incidèrent in habitu, non haberet locum.

† Similis gl. s. hoc. li. ca. 1. de tẽp. ord. verbo. Apostata & intellige hoc dictũ prout in d. gl. notatum est.

torum ignorantia verisimiliter Sed vbi dimiserant habitum probabiliter poterant ignorare.

ADDITIO. Bene tamen esse posset tanta multitudo scholarium & cautela monachi tempestiue intrantis, & in occulto scholarium loco manentis, quod licet in habitu intraret, excusaretur doctor, & maxime vbi de habitu indistinctissime loquerentur, de quo infra eo. tit. lib. de reg. c. 1. vbi in fi. Io. Andr.

[Glossa seq. primo soluit vnum dubium: secundo quærit, & soluit: tertio iterum quærit & soluit.]

a ¶ Retinere.] Non officium doctoris scholarem de scholis expellere & per id quod dicit, retinere, dicas, quod licet doctor sciat, 1 monachum habentem domum iuxta scholas doctoris, in domo propria quam inhabitat, audire: ex communicatus non est. 2 iam enim inhibere non posset quin illi in domo propria. & facit quod dixi supra de regu. iur. locupletari. Quid si monachus nō vult exire scholas? Videtur per hanc. litteram quod licite vi possit expelli, ad hoc de sent. excom. veniens in ant. & hoc maxime si vera esset opinio, quod excommunicatus non gaudet eo priuilegio canonis: quod non est verum sm Io. Ber. & Host. qui de hoc no 17. q. 4. si quis deinceps. de sen. excomm. contingit 1. Quid si non potest expelli? Exeat scholas doctor ad initas eius quid dicimus, cum excommunicatus inter ecclesiam, vt no. 11. q. 3 sicut Apostoli. & per modernos sup. de sen. excom. nuper.

b ¶ Simili.] quia communicant in crimine vt dixi, & quia conditor sibi non reseruauit absolutionem, alijs indulsisse videtur. infra de sent. excomm. nuper & facit quod no sup. eo. super specula.

1 Idē Io. Mon. & Arc.

† Præter doctores hic vide notata in c. ex litteris. extra de excessib. præla. & in c. in archiepisc. de rapto-ribus.

2 Ipse doctor, secus in monacho cui prohibetur auditus, & studium. sup. eo. c. fi. Io. An.

lis suis præsumpserint retinere: a simili [b] eo ipso sint sententia innodati.

Idem.

¶ *Clericus in loco temporalis iuris iurisdictionis sua super delicto, ibi commisso delegans, vt veritate inquisita iustitiam exequatur, irregularis non censetur, licet pœna sanguinis inferatur. h. d. Dominicus.*

CAP. III.

Episcopus, [c] † seu quicunque alius prælatus vel clericus iurisdictionē obtinens temporalem: si homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iurisdictione sua commisso, balliuo suo, aut alij cuicunque iniungat, vt super hoc [d] veritatem inquirens iustitiæ debitum exequatur, irregularis censeri non debet, quamuis ipse balliuus vel alius contra malefactores ad pœnam sanguinis processerit iustitia [e] mediante. Nam licet clericis causas sanguinis agitare non liceat, [f] eas tamen (cum iurisdictionem obtinet temporalem) debent & possunt [g] mero irregularitatis cete alijs delegare.

Episcopus.] Ponit dictum, cuius causam reddens soluit obstaculum: ibi, Nam licet,

CASVS Episcopus Pictauien. vel aliquis abbas vel alius clericus prælatus, qui habebat iurisdictionem temporalem, deputauit aliquem balliuum vel iudicem ad illam iurisdictionem exercendam, deinde cum dictus balliuus vel iudex haberet in suis carceribus, vel vinculis aliquem malefactorem, ipse prælatus clericus dicto iudici, vel balliuo mandauit, vt de tali malefactore faceret bonam iustitiam, vnde iudex iste vel balliuus sæcularis magis excitatus ex iussione domini sui, talem reum & criminosum condemnauit vltimo supplicio: verum episcopus vel alius prælatus ex hoc incurrat aliquam irregularitatem? Rndet quod non, dum modo non mandauerit, vt illum condemnaret vltimo supplicio, sed solum mandauerit, vt faceret bonam iustitiam. Nam si iudex sæcularis excessit, non est imputandum ipsi episcopo vel prælato No primo hic optimum textum, quod delegatus inferioris à principe, potest exequi sententiam suam, si hoc in commissione exprimatur. de quo de foro competen. in antiq. si quis contra clericum. No. secundo casum, in quo quis potest per alium. quod non potest per seipsum. de quo infra de reg. iur. potest quis Dom.

[prima glo. dicit quid declarat.]

c ¶ Episcopus.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ notant Ber. Inn. & Moderni supra eo cle ricis. vbi videbatur gl. & Host. sentire, quod generalem vicarium vel balliuum posset dare ad talia sed nō specialem. Sed ex verbis ipsorum olim tenebam contrarium. Nam dicunt quod si appelletur in tali causa, debet appellari ad ipsum prælatum, & ipse alij delegabit: ergo etiā secundum eos specialiter poterat delegare. Quid iuris ergo de prælatis temporalem iurisdictionem habētibus, habes hic, & quomodo eam committere possint Quid iuris de clericis iniuriā passis, & quomodo de ipsa conqueri possunt, habes int. de homi. prælatis.

ADDITIO Conformiter ad glossam & Host. sup. eo. clericis. dicebat Goff. de rapt. in archiepiscopatu, quod consulebat prælato habenti iurisdictionem temporalem, quod non committat in specie laico puniendum corporaliter: sed generaliter delegat causarum vniuersitatem, quæ sunt ad pœnam sanguinis Et si Goff. intellexit, quod non exprimat de pœna corporali inferēda in speciali concessione, hæc decretalis non refutat hunc consilio. Io. Andr.

[Glo. seq. intert, & ponit dictum Hostiensis.]

d ¶ Super hoc. maleficio ergo & specialiter committit. dicit Host. sup. eo. clericis, quod sibi placeret, quod aut daretur clericis licentia tales causas iudicandi per seipsos, aut talium causarum potestas ipsis clericis tolleretur, cum commissio sit contra ius, ut de off. eius cui mā. est in. 1.

ADDITIO. Intelligas hoc dictum per id quod no. de rap. in archiepiscopatu. in vlt. gl. nam saltem vltimum supplicium & membri mut lato non delegantur ē iure authenticorum, & de his committendis agitur hic principaliter, vt dixi in tex.

[Glo. seq. quærit & soluit, & argumento contrario respondet. Io. Andr.

e ¶ Iustitia mediante.] Quid si contra iustitiam? Dic idem. 3 Nam episcopus, qui mandauit iustitiam fieri, non est in culpa, si iustitiarius delinquat, & absit: quod ea quæ propter licitum & bonum, & c 23 q. 5. de occidendis. non obstat supra de homi. is qui mandat. quia ibi culpa præcessit, & casus, qui culpam sequitur bene imputantur. de hoc plene de homi. sicut dignum in antiq. hic nulla culpa præcessit.

f ¶ Non liceat] supra eo. clericis. & c. sententiam.

g ¶ Possunt.] Ergo potest quis per alium, quod nō per se. de hoc dixi inf. de reg. iur. potest quis. Io. Andr.

Prælatus iurisdictionem obtinens tēporalē, pot et specialiter cām criminalem delegare.

3 Concor. Arc. alle. quod in gñali mandato non venit aliqd illicitum. concord. quod scripsi ti. 1. ca. vlti. circa medium magnæ glossæ Io. Andr.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS. DE SPONSALIBVS & matrimonijs.

[Visum fuit supra in tribus libris praecedentibus de illis, quae spectant ad clericos: nunc videndum est de illis, quae spectant ad laicos, videlicet de matrimonijs: ideo merito annectit titu. de sponsalibus & matrimonijs.

Cōtinuatio domini Heliae.

Ex sponsali. Sunt duae partes. Prima tractat de spōsalibus puris: primo in genere: Secūdo in specie, ibi, Quare. Secūda tractat de cōditionalibus illi vero. Ioan. Andr.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus, & matrimonijs.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Sponsalia pura & certa ex consensu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicam honestatem, quae habet dirimere sequentia sponsalia, sed non praecedentia.

CAP. VNICVM.

Ex spōsalib [a] † puris [b] & certis, [c] etiā si consanguinitatis, [d] affinitatis, [e] frigiditatis [f], religionis, [g] aut alia qua-

Pro intellectu huius ca. praesupponendum est, quid sit publicae honestatis iustitia. Vnde iustitia publicae honestatis est quoddam impedimentum ꝙ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractū, quod oritur ex consensu praestito in sponsalibus, vt si monachus contrahat cum aliqua, tunc consanguineus monachi non poterit contrahere cum illa, publice enim honestum est, ex quo monachus consensit in illam, quod aliquis consanguineus eam habere nō possit & fuit introductum hoc impedimentum propter honestatem duntaxat. de hoc per Panor. in c. iuuenis. eo tit. in antiq.

CASVS. Aliquis Titius contraxit sponsalia cum aliqua Berta dicendo. Promitto, & iuro, ꝙ ego accipiam te in vxorem: & e conuerso illa Berta promisit & iurauit illum Titium accipere in virum: tractu temporis Titius contraxit secunda sponsalia cum consanguinea Bertae: & sic orta fuit iustitia publicae honestatis inter Titium & consanguineas ipsius Bertę, & inter Bertam & consanguineos Titij. quaeritur vtrum Titius poterit contrahere matrimonium cum ista secunda sponsa? Respondetur quod non obstante impedimento iustitię publicę honestatis, quod est sufficiēs impedimentum ad impediendum matrimonium contrahendum, & si de facto contraheret cum secunda, dirimeretur istud matrimonium vigore istius impedimenti, & non obstante ista secunda sponsa poterit & debebit Titius contrahere cum Berta. Sed quid, ponamus quod Titius contraxit sponsalia cum Berta sub aliqua conditione: postea pendente conditione contraxit matrimonium de praesenti cum consanguinea Bertae: vtrum per istud matrimonium de praesenti fuerint soluta priora sponsalia? Respondetur quod sic, quia per sponsalia conditionalia non contrahitur iustitia publicae honestatis: Secus si sponsalia essent certe & pure contracta, quia cum ex illis oriatur iustitia publicae honestatis, non frangerentur priora sponsalia, imo Titius compelleretur contrahere cum Berta, cum qua primo contraxit sponsalia, vt dictum fuit in prima parte huius capituli. Nota primo, quod publica honestas impedit matrimonium contrahēdum, & dirimit iam contractum.

Nota quod antequam ex sponsalibus oriatur iustitia publicae honestatis, requiritur, quod sponsalia sint pura & certa. Nota quod ex sponsalibus nullis, dummodo non sint nulla ex defectu cōsensus, oritur publica honestas, ideo si monachus vel presbyter cōtraheret aliquis ex consanguineis monachi vel presbyteri non posset eam habere in vxorem: ex quo illa sponsalia non fuerunt nulla ex defectu consensus: quia monachus habet consensum: quia consensus est de iure naturali. in l. 1. ff. de pact. ideo illa sponsalia non sunt nulla ex defectu consensus, sed sunt nulla propter susceptionem sacri ordinis. Nota ꝙ si quis contraxit sponsalia de futuro, & postea contrahat per verba de praesenti cū consanguinea primę spōsa: debet remanere cum prima. Sed quid si ipse cognouit secūdam? Dicendum ꝙ neutram debet habere, non primam propter affinitatem subsecutam: quia contrahendo cum secunda, & eam cognoscē do cōtracta fuit consanguinitas cum prima. Et licet affinitas superueniens nō dirimat matrimonium, tamen dirimit sponsalia, nec habebit secundam propter impedimentum publicę honestatis. Nota vlterius ibi, Ille vero quod si quis contrahat sponsalia conditionalia, quia promisit aliquam accipere in vxorem sub aliqua conditione honesta & licita, (quia si esset conditio turpis, tunc sponsalia remanerent pura) ista conditio honesta & licita suspendit effectum. Si ergo suspensus contrahat per verba de praesenti cum consanguinea primae sponsae habebit secundam, puta consanguineam primae spōsae, quia fuit contracta publica honestas. Sed quid si contraxit cum consanguinea primae sponsae per verba de futuro, quia si contraxisset per verba de praesenti cum ista secunda, non est dubium, quia debeo habere istam secundam & non primam? Respondet glossa, ꝙ idem esset, sicut si contraxissem cum secunda per verba de praesenti, quia ex quo inter me & secundam non est impedimentum, sum obligatus secūdae & non primae. No. quattuor impedimenta, quae inducunt nullitatem sponsaliorum respectu vinculi matrimonialis. haec sunt expressa in textu. Not. quod affinitas inducit nullitatem, sicut consanguinitas. de quo de consan. & affin. non debet. Dominicus.

† Vide concil. Trid. sessio. 24. de reformatione matrimonij. c. 3 cōfert enim multū pro textu & glossa.

[Prima glo. dicit, quid declaret.]

a ¶ Ex sponsalibus] Emanauit ad declarationem eorum, quae no. 27. q. 2. si quis desponsauerit 1. supra eo. tit. ad audientiam.

b ¶ Puris.] conditionalia non inducunt publicae honestatis iustitiam, vt dicitur in fi.

c ¶ Certis] vt si promisit ducere Bertam filiam Titij. incerta sunt, quando promisit ducere vnam ex filiab. Titij ad hoc sup. eo. c. ex litteris. 2.

d ¶ Consanguinitatis] scilicet intra gradum quartum. sup. de cons. n. non debet. & iste erat casus sup eod. ad audientiam.

e ¶ Affinitatis] in primo genere, & quarto gradu, vel citeriori. sup. de consan. & affi. non debet & tunc talis affinitas annullat matrimonium, quando praecessit; secus si secuta fuerit. de eo qui cogn. consang. vxo. suae. discretionem.

f ¶ Frigiditatis.] sup. de frigi. per totum.

ADDITIO. Et uide distinctionem, quam scripsi eo tit. de frigid. c. fraternitatis. in fi. Io. Andr.

g ¶ Religionis.] praecedentis. sup. de vo. ex vnico. quia tunc nullum est matrimonium vel sponsalia. si sequitur, tunc dissoluit sponsalia, vt sup. de conuer. coniu. ex publico, & c. 2.

uis[a] ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus; [b] oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissoluendum, [c] impedimentum iustitiæ † publicæ honestatis. [d] Quare ille, qui sponsalia pure ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem [e] fecit, ex priorum sponsaliorum vigore (quibus per publicæ honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus sub secutam minime derogatur) [f] ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. [g]

¶ Ille verò, [h] qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante [i] conditionis euentum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de præsenti; [k] cum secunda remanere debebit: Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem [l] extantem, sicuti † consensum non habentibus, & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur.

TITVLVS II.

De desponsatione impuberum.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Publicam honestatem non inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis euentum. h d. Ioan. And.

¶ Sponsalia amborum infantium vel alterius tantum, per superuenientiam maioris ætatis non validantur, nec pu-

a ¶ Alia quauis.] sicut dicebat prædictus canon. 27. q. 2. si quis desponsauerit. Et multæ aliæ causæ reperiuntur puta votum solemne, cognatio spiritualis & legalis, & reliqua impedimenta, vt dixi in summa 4. lib.

b ¶ Consensus.] puta contracta ab infante vel furioso. s. eod. dilectus. & de despon. impu. litteras & c. accessit.

ADDITIO Vel per iocū, vbi iocus est potēs, secundum Vinc. qui sic no. eo tit. ad audientiā & Ar. lud hic. ad hoc 22. q. 2. ne quis vertit. illud āt facit s. de sen. excō. c. 1. & quod scripsi de despō. impuber duo pueri. super 1. glo. Io. And.

c ¶ Dissoluendū.] bene ergo dicebat Hug. Io. & sui sequaces, qui dicebāt monachū, sacerdotē, frigidū, & similes sponsas contrahēdo cū aliqua impedire oēs consāguineos contrahere cū eadē, vt no. in prædi. ca. si quis desponsauerit.

d ¶ Publicæ honestatis.] s. eod. sponsam. publicæ. n. honestatis est, ex quo cōsanguineus meus viuēs vel mortuus consensit in Bertā, quod ego illā habere nō possū.

ADDITIO. Vide quæ scripsi de hoc impedimēto publicæ honestatis in tractatu super ipso habito in concilio Lugdunēsi. in decret. nō debet. de consangui. & affin. super glo. vt melius.

e ¶ Idem fecit.] s. quia sponsalia contraxerit. sponsalia vero sunt futurarum nuptiarū promissio ff. eo tit. l. 1. 30. q. 3. nostrates. vnde aduerte si cum prima contraxerit de futuro, & postmodum cum secunda consanguinea in prohibito gradu eodem modo contrahit, & secundā cognouit, nec primam habere poterit propter affinitatē superuenientem: quæ soluit sponsalia de futuro, vt sup. de eo. qui cogn. consang. vxo. suæ. veniens. & c. ex litteris. secūdam habere non poterit: quia publicæ honestatis iustitia illum contractum impedit, & dirimit, vt sup. prox. respōsio.

[Glo. seq. reci. per obiectionem.

f ¶ Derogatur.] no. quod licet superueniens affinitas dissoluat sponsalia de futuro: superueniens tamē iustitia publicæ honestatis ipsa non dissoluit, & merito: secunda enim sponsalia tolluntur per publicæ honestatis iustitiam ex primis inductam: non ergo ex secundis potest esse honestas, quæ tollat primam. & est si. 27. dist. si quis.

g ¶ Obligatus.] nisi cum alia non ipsius consanguinea contraheret per verba de præsenti. sup. eod. si iter. vel superueniret aliquod de iis impedimentis, quæ dixi in summula, circa principium.

[Gl. seq. dicit quid approbat & reprobat ille §.]

h ¶ Ille vero.] reprobatur opinio Inno. no. de spon. duorum. c. 1. vbi dicebat, quod per sponsalia sub contradictione contracta inducitur publicæ honestatis iustitia. Host. contra sup. eo. ad audientiam. Ioan. And.

i ¶ Ante.] secus si post: quia tunc non deesset consensus, sed esset perinde ac si a principio contraxisset.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

k ¶ Præsenti.] quid si contrahit cū consanguinea primæ, de qua loquitur littera per verba de futuro: nunquid soluta sunt prima sponsalia cōditionalia? Credo quod sic: si. n. prima sponsalia inducunt publicæ honestatis iustitiā, per iustitiam publicæ honestatis super uenientē ex secūdis nō soluūtur. vt s. pro xi. respō. sed si prima nō inducit iustitia, puto quod per iustitiā superuenientē ex secūdis bene soluantur prima, licet in veritate prima spōsalia dicēda nō sint, ex quo cōsensus defecerat, vt hic, sic no. est i alijs impedimentis s. de eo. qui cog. cōsang. vxo. suæ veniens. cū si. vnde si post formā contractum superueniat conditio: dico quod primū matrimonium consumare non pōt: publica. n. honestas nō insurgit a die contractus, sed a die conditionis, & ideo publica honestas, quæ præuenit condōnem, habet matrimoniū impedire & dirimere, vt §. 1. respon. cum per hoc red datur inhabilis primæ. de iureiu. quemadmodum.

[Gl seq primo soluit duo dubia: quomodo ponit opi Host. quæ recitatur per qōnem.]

l ¶ Conditionem.] hæc vera intelligas. nisi interueniat carnis copula: quia tūc recedit a cōdōne. de cōdi. ap. de illis. Et de hoc satis eo. tit. per tuas. Et sic esset ibi cōsensus & matrimoniū: vnde tū propter affinitatē, tū propter iustitiā nō teneret matrimoniū postea cū consanguinea contractū: & intellige de condōne honesta, non de tali, quod habeatur pro non adiecta sup. de cond. c. vlt. quia illa inducerent publicam honestatē, ac si pure cōtracta fuissent, & no. Host. sup. eo. ad audientiam, quod si quis tali condōne contrahat cum aliqua, promitto, quod te ducam in vxorem, si Deo & Ecclesiæ placuerit: postea comperto impedimento, & solutis sponsalibus contrahat cum consanguinea illius: tenet cōtractus, & licet hæc conditio intelligatur etiamsi non apponatur: tū quū non exprimitur, consensus purus remanet; conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem conditionalem. ff. de cond. & demon l. conditiones extrinsecus. & no. de iureiur. quemadmodum, tacitum tū si exprimatur, facit rem conditionalem. ff. de leg. 1 si ita legatum. §. 1. vbi conditio si volet, posita in ratione legati, facit conditionale legatum. vide quod no. ff. de cond. & demonst. l. aliquando. Et expressa nocent, quæ non expressa non nocerent. ff. de reg. iur. expressa.

DE DESPONSATIONE impuberum.

¶ Dictum fuit sup. tit. prox. de quodam impedimēto, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, scilicet impedimento publicæ honestatis, sūc videndum

¶ Sequitur Pet. de Anc. 1. Fō.

† De impedimēto iustitiæ publicæ honestatis quid sit, & vñ prouenit, vide B. Tho. in qōnibus additis ad tertiā partē. q. 65. artic. 4. & doct. scholasticos lib. 4. sen. dist. 41.

Sponsalia quid sint, vide pTheologos lib. 4. sen. dist. 27.

† In manuscriptis exemplarib. ac vetustiorib. ēt impressis constāter legitur ita: sicuti ex cōsensū nō habentib. &c.

1 Si tamē sponsalib. fuerit renunciatū aut spōsa publice fornicata cum alijs fuerit, tunc sequens copula non inducit matrimonium. ca. quemadmodū. de iureiu. Feli. c. cū M. de consti. col. pen. idē si cōdō ista ponatur, ducam te in vxorē, vel dabo tibi cētū. post copulā liberatur dando centū. Asta. i sua sum. 2. par te lib. 7. ar gu. 2. tit. 3. circa fi. F.

3 Idē intelligas de cōdōne de futuro, non de præsenti, vel præterito quod probat lo. Mo. per hanc litterā quæ dicit, ante cōdōnē, &c.

4 Sequuntur doc legistæ tractant in l. itē aliquō. ff. de cod. & demō. gl. in l. itē quæ. ff. de pact. Fortu.

videndum est de impedimento ætatis: Nam impuberes non possunt contrahere matrimonium de præsenti, siue sponsalia de præsenti: ideo ponitur titulus, de desponsatione impuberum. Vnde sciendum quod sponsalia dicuntur a spondeo spondes, quod est promitto. l. 1. & 2. ff. de spon. ideo quando quis promittit aliquam accipere in vxorem, dicuntur proprie sponsalia: sed matrimonium improprie appellatur sponsalia, sed ideo appellatur sponsalia: quia sponsus promittit contrahere matrimonium carnaliter.

† Vide B. Th. in quarto. addit. ad 3. par. q. 43. ar. 1. & 2. & doct. lib. 4. sen. dist. 27. & Dominicum consi. 24. incip. Quia dissuse.

S̄I infantes ad inuicem] Sunt tres partes. Prima tractat de sponsalib. contractis per infantes ambos vel alterum. Secunda ibi, Idem quoq; de matrimonio contracto per impuberes. Tertia ibi, Porro de sponsalibus contractis per parentes pro filijs, & istud sufficiat pro diuisione & summa: quia summando non potest breuius recitari.

ADDITIO. Realem enim & pulcherrimam formam habuit hæc decretalis. determinat autem principium. nota. 30 quæstio. 2 cap. vnico. & supra eodem litteras. aliæ diuersæ determinationes inf. ponuntur in glos. Ioan. And.

CASVS. Duo infantes contraxerunt sponsalia per verba de futuro: puta masculus promisit, quod fœminam acciperet in vxorem, & fœmina promisit, quod masculum acciperet in virum: certum est, quod non tenent sponsalia propter defectum ætatis. Sed quid ? ponamus, quod ipsi infantes sic steterunt vsque ad octauum annum: vtrum ex cursu temporis validentur sponsalia? Respondetur, quod ex solo cursu temporis sponsalia non assumunt vires, nisi verbo fuerint validata, vt quia masculus vocat eam sponsam, & e conuerso illa vocat masculum sponsum, & tunc verbo validantur sponsalia: vel etiam facto validantur: quia in illis partibus sponsus consueuerat dare aliqua iocalia sponsæ: & istud faciebant illi iuuenes: tunc enim ratificantur sponsalia & assumunt vires. Idem dicendum est de impuberibus respectu matrimonij, quando illi impuberes sunt tales, in quibus ætas non supplet malitiam: nam solo cursu temporis non ratificatur matrimonium: nisi verbo fuerit validatum matrimonium, puta quia masculus vocabat eam vxorem, vel osculabatur, vel alia faciebat, quæ solent facere vir & vxor: tamen ex illo actu matrimonium assumit vires Sed quid? ponamus quod pater Titij contraxit sponsalia pro filio suo: vtrum filius sit obligatus, & vtrum ex illis sponsalibus oriatur ius publicæ honestatis, ac si filius contraxisset in eius propria persona? Respondet Romanus Pontifex cum distinctione: aut filius ratificauit illa sponsalia, & tunc oritur ex illa ratificatione impedimentum publicæ honestatis, ac si idem filius personaliter contraxisset: aut filius non ratificauit illa sponsalia, & sic non consensit expressè nec tacite, & tunc non est obligatus, nec oritur ius publicæ honestatis. Not. primo, quod minores septennio, & sic infantes non possunt contrahere sponsalia per verba de futuro: multo minus matrimonium contrahere possunt. Et ratio huius est; quia in sponsalibus requiritur consensus: modo infantes non habent consensum; quia ætas illa quid videat, ignorat. l. 1. C. de fal. moneta. Not. sponsalia nulla ex defectu consensus, non conualescunt per diuturnitatem temporis, nisi fuerint ratificata verbo vel signo. Not. quod impuberes non possunt contrahere per verba de præsenti: fallit si malitia suppleat ætatem. Quæritur qualiter potest cognosci, quod malitia suppleat ætatem? Dicit Hostien. quod requiritur quod se cognoscant carnaliter. sed istud non placet glossæ nec doctoribus, quia potest esse, quod aliquis iuuenis intra 14. annum cognouit aliàs mulieres carnaliter. & ista sponsa fuit cognita ab alijs masculis: & sic constat, quod isti iuuenes sunt potentes ad coitum, nec refert, an sponsa fuit cognita per sponsum vel non. Not. quod matrimonium non assumit vires adueniente pubertate, nisi per aliquod signum appareat de ipsorum consensu. Not. quod si pater contrahat matrimonium pro filio præsente & non contradicente, videtur consentire. Et sic tacens videtur consentire, licet agatur de actu oneroso. Regulariter autem in actu oneroso tacens non habetur pro consentiente. l. filius fam. ... ff. de procu. sed tamen hic licet agatur de actu oneroso: tacens habetur pro consentiente. Vnde sicut existens in mari exponit se infinitis periculis; similiter contrahentes matrimonium exponunt se infinitis periculis. Not. quod pater non potest filium ignorantem vel inuitum obligare, nec ex illo contractu oritur aliqua actio contra filium. No. quod vbi datur permistio habilis cum inhabili, vitiatur actus, quando requiritur concursus habilitatis in vtroque, de quo infra in reg. vtile. de regu. iur. Nota tres modos quibus probantur minores ratificare sponsalia, quæ non tenuerunt. Dom.

blicam honestatem inducunt: nisi fuerint ratificata tacite vel expressè hoc dicit vsque ad § idem quoque. Dominicus.

CAP. VNIC.

SI infantes [a] † ad inuicem, vel vnus maior septennio [b] & alter minor, sponsalia contraxerint, ipsi, vel parentes pro eis: [c] nisi per cohabitionem eorum [c] mutuam, seu alias verbo [d] vel facto [e] ipsorum liquido appareat eosdem in eadem uoluntate factos maiores septennio perdurare: sponsalia huiusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescunt: [f] & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus, publicæ honestatis iustitiam non inducunt. [g]

a ¶ Infantes.] et hi sponsalia contrahere non possunt; cum ætas illa quid videat, ignoret C. de fal. mone l. 1. ad hoc sup. eo. lib. de tempo. ordi. nullus. C. de iure deliberandi. l. si infanti & 30. q. 2 § 1. Ioan. And.

[Glo. seq. notat differentiam inter infantem & impuberem.]

b ¶ Septennio.] no. quod licet quoad pubertatem sit in sexu differentia in numero annorum, sup. c. puberes & cap. continebatur, quo ad infantiam secus: quia vterque infans minor septennio, vt hic & sup. eod. litteras. & c. accessit.

ADDITIO. In sexu est differentia quo ad pubertatem inchoandam. In finienda enim non est in sexu differentia in vtroque. n. sexu finitur 25. anno. C si mi. se ma. dixerit. l. 1. si ma. fac. alien. sine decr. ratam habed. si instituta cura. in prin. Io. And.

c ¶ Eis.] ignorantibus vel scientibus non curo; sed aliter in maioribus, vt inf. § porro. Ioan. And.

d ¶ Verbo.] quia est septennium adinuicem vocant se sponsos.

e ¶ Vel facto.] vt quis post septennium secum iacet, vel eam osculatur vt sponsus, vel his similibus, & sic non refert, an quid fiat verbo vel facto, de sp. dilectus & c. nostrum. & ad hoc conco. de resti. spo. ex parte.

f ¶ Conualescunt.] infra de reg. iu. non firmatur. & intellige per hoc e. solutionem, quam dixi infra de reg. iur. non firmatur. eo. lib. scilicet quod solo temporis tractu non firmatur, quod a principio non valebat, sed nouo subsequenti consensu interdum tacito, interdum expresso. Bene vides; & ibi plenius dixi.

ADDITIO. Ioan. Mona. dicit, consensu, vero vel præsumpto allegat ff. loca. item quæritur. § fina. & l. seq. Ioan. And.

g ¶ Non inducunt.] sup. eo. cap. proximo.

1 De ætate infantili, seu de prima hominis ætate vide Ioã. Ananiã. in Rubrica de delictis puerorum, Baldum in repetitio. c. si pater. de testa. lib. 6. & Cyn. in l. si infanti. C. de iure delib. Sponsalia facta ante septennium ratificantur verbo vel facto.

[Glo.

¶Sponsalia per verba de præsenti contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent vt sponsalia de futuro: nec in matrimoniũ trãseunt ex sola perseuerantia ætatis, nisi aliter approbẽtur: inducent tamen publicam honestatem. h. d. Dom.

¶ Idem quoque si pubes & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non supplebat, [a] per verba cõtraxerint de præsenti; sponsalia enim illa, quæ iuris interpretatione tantum fuerunt spõsalia de futuro [b] (licet verba consensum exprimentia de præsenti haberent, & matrimonium [c] contrahere) intenderent contrahentes) per aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de præsenti; nec matrimonium (quod vt matrimonium ætate non tenuit ꝓhibere) per lapsum dicti temporis conualescit: nisi per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modum [d] alium contrahentes eosdem cum eiusdem perseuerantia voluntatis ad pubertatis [e] tempora peruenisse constiterit euidenter, per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non sicuti agebatur, publicę honestatis iustitia est inducta.

¶Sponsalia pro absentibus filiis non tenent: nisi ipsis præsentibus, vel nisi approbauerint tacite vel expresse ex postfacto. h. d. Dom.

¶Porro [f] ex sponsalibus, quæ parentes pro [g] filijs puberibus vel impuberib. plerunq; contrahunt, ipsi filij si expresse consenserint, vel tacite, vt si præsentes fuerint nec contradixerint, [h] obligantur: & ex eis oritur iustitia publicę honestatis. ¶Et est idẽ si filij tempore sponsaliorum absentes, & ẽt ignorantes eadem sponsalib. [i] post scientes ratificauerũt tacitè † vel expressè: aliàs ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis nec ipsi filij obligantur, nec publicæ honestatis iustitia inde surgit. [k]

[Glo.seq.no.pro opin. Gof.contra opi. Tancr.quam etiam improbat per rationem.

a ¶Supplebat.]sup. de spon.ueniens. &c. ad id quod. sup.eo.puberes.& c.de illis. Et sic not. ꝙ si malitia suppleat ętatem, contrahere poterunt matrimonium, & concor. sup.eod. cap. vlti.& cap. de illis, & est hoc contra opin. Tan. & Hosti. qui dixerunt in prædic. decreta.de illis, ꝙ ad hoc vt teneat matrimoniũ contractũ inter minores, in quib. malitia supplet ætatem, requiritur, ꝙ inuicẽ se cognouerint, cũ de hoc aliter constare ñ possit, ex quo sũt minores. Sed Goffr. ibi ꝯ, cui concord. Bern.Inno.& Abb.& hoc verum, & hic approbatur. Quod si puer minor 14.ann. multas mulieres cognouit, & mulier minor 12. annis a pluribus est cognita? Hi contrahũt matrimoniũ. [Simul uel diuersis, non curo.] Quis hebes diceret tale matrimoniũ præter carnalem adinuicẽ copulam non tenere. Io. And.

Quo ad huc hic placet Archi. Io. A.

[Glo.sequ.dist. q d approbat, & illud coadiuuat.]

b ¶ De futuro.] approbatur quod not Ala. Tan Ber. Goff Inn. & Host. sup.eo. a nobis. Probat olim hoc per decre. cap. attestationes, & c.vlt.& sup. de condi.c.sup.eo Sæpe. enim extra id, quod agitur, tacita nascitur obligatio. ff.commo. si is qui commodatum. §.vlt.

ADDITIO. Ad supradicta inducitur, quod non semper verba de præsenti habent consensum de præsenti. Io. And.

c ¶ Matrimoniũ]& non sponsalia, vbi non videbantur sponsalia. ad hoc s. de off dele. cum super in anti. ff. de spon. quęsitum. C. si quis alteri uel sibi. l. multũ interest. nec matrimonium: quia ætas prohibebat, sed primũ falsum, vt hic vides Et sic no, istud generale: Si non valet ut ago, ualet ut valere potest. sup. eo. a nobis.

d ¶ Modum aliũ.]ut quia simul cohabitauerunt, vel se coniuges nominabant, & amplexabantur, vt coniuges.

ADDITIO. Hic patet sponsalia de futuro transire in matrimonium pręter carnalẽ copulã. cõtra de matrim. contract. c. 1. Archi signat, sed non soluit. Tu dic, vt ibi scripsi super verbo, amplexata. ꝙ sponsalia de futuro verbis & mente ꝯhentium per amplexus, oscula, & hic similia, non transeunt in matrimonium, ut ibi, Nec mirum, quia nec per nixũ carnalis copulæ transeũt vt sup. de spon. c. si. Sed illa q̃ verbis, & mente cõtrahẽtiũ sunt de pñti, tñ iuris interpretatione sunt de futuro, bene transeunt in mãtrimon. præter copulã per oscula, amplexus, & similia interuenientia post tẽpus pubertatis, vt hic, vtroq; enim casu consensus fortificat quod agebatur. Io. And

Sponsalia de futuro q̃nq; sine copula trãseunt in matrimonium.

e ¶ Pubertatis.]statim ergo fugere dẽt q̃ cito pt, ꝙ dic vt sup. de spon. ad id qđ, & reprobatur opi. Pet. de Sãp. no. sup eo. titu. c. vlti. per Abatem.

ADDITIO. Vt ibi scri pt. in fi Io. And.

f ¶ Porro.] declarat notata per Inn.& Hosti. super de rest. spol. ex parte.

g ¶ Pro filiis.] nõ eis mandantibus: quia tunc idẽ est ac si ipsi contraherent. supra eod. lib de procurat. cap. vlti.

h ¶ Cõtradixerint.] ergo qui tacet, hoc casu nõ consentit. ꝯ. de reg. iur. qui tacet. cum suis concord.

ADDITIO. Cum hic agatur de re naturaliter appetibili. Ioan. Mon.

[Gl. seq. recitat per q. & ponit opinionẽ Hosti. & contrarium Inno. & primum approbat.]

i ¶Sponsalia.] contracta per parentes, & idẽ eadem rõne intelligas de quolibet alio sup. de spõ. ad id ꝙ, & sup. de matrim. contract. contra interdicc ecclesiæ. c. 1. quod huic bene concord. & hoc ibi tenet Host. sed Innocen. ibi not. contrarium dicens speciale in patre. vt nomine filiæ præsentis: & non contradicẽtis possit sponsalia ꝯhere, ff. de sponsa. l. sed ea q̃ patris, & l. sequ. C. de nupt. viduæ. secus in tutore. ff. de sponf. si puellæ, & non obst. de spon. ad id qđ [a] quia ibi interuenit carnis copula: aliàs secundum eum, sed verius uidetur, quod dicit Hostien licet Bernar. videatur ibi tenere opinionem Innocent. & quod decretalis illa non loquatur de expresso consensu probatur: quia quare posuisset Papa ibi verba quæ sapiunt tacitum consensum. Item non inuenimus, quod paternus consensus aliquid in contractu matrimoniali impuberis operetur, aliàs quam in præcedentibus casibus.

† Intellige tñ. si aliud factũ cõcurrat cũ illa taciturnitate, s. copula, aut aliud simile. Io. An de Anch. ad. de notata Bart. in l. quo. n. ff. rem rat. hab. Fon.

a Hęc loquitur in vitrico, sequens in fratre, decrete ex parte, superius allegata. in patruo. Io. And.

k ¶ Surgit.]& reprobatur opin. Raynutij in Summa de spons. § pone quod. & Pet de Samp. & Abbat. sup c. tit. c. 1. qui per illud capitulum dicebant, cum ibi dicatur, quod pater filium non adultum potest cui uult matrimonio tradere: quod ex sponsalibus contractis a patre etiam filio non consentiente oriebatur iustitia, & nitebantur idem probare per decretalem sup. eo accessit ad finem, quæ non facit, ut ibi. non approbatur tamen opinio Inno. & Host qui hoc ibi notant, & erat casus expressus, vigesimaoctaua quæstione secunda l diuus palea est. Io. And.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶ Visum est sup. de duobus impedimentis, quæ impediunt matrimonium: verum quia cognatio spūalis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iā cōtractum: ideo annectit titulum, de cognatione spirituali.

TITVLVS III.

De cognatione spirituali.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Inter Baptizatum & levantem filios, & uxorem levantis ante carnaliter cognitam, & suscipientem, & patrem, & matrem suscepti, & similiter de baptizante, spiritualis contrahitur cognatio. h.d. usque ad §. confirmatione. Dominicus.

Nedū. spūi dividi i tres partes. Primo ponit quatuor spūales cognationes provenientes ex levatione in baptismo. Secunda: ibi, Et eadem: ponit totidem, quæ ex baptizatione proveniunt. Tertia illas omnes repetit in cōfirmatione: ibi, Ex confirmatione, sec. Io. And.

CASVS. Titius Bertam levavit de sacro fonte: non est dubiū, quod inter levantem & Titium suscipientē, & Bertam levatam, idest, susceptam contrahitur cognatio spiritualis. Sed verū inter alias personas cōtrahitur cognatio spiritualis, s. inter baptizatum, & filios levantis patrini. Item inter baptizatum, & uxorem levantis patrini, scilicet ante cognitam carnaliter: imo etiam contrahitur cognatio spiritualis inter suscipiētem, & patrem & matrem ipsius baptizati, qui appellantur compatres. O sanctissime pater, vidi de aliquibus personis, inter quas contrahitur cognatio spiritualis: sed bene vellem informari a sanctitate vestra de effectu ipsius cognationis? Respondetur, quod effectus cognationis spiritualis est: quia impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: hoc est, illi inter quos est cognatio spiritualis non debent contrahere, & si de facto contrahant, debent adinvicem separari: quia non tenet matrimonium. Et sic non potest contrahi matrimonium inter filios & uxorem patrini, nec inter compatres. Sed sanctissime pater, utrum inter alias personas contrahatur cognatio spiritualis? Respondet Roman. Pontifex, quod sic: dicens quod illa quæ fuerunt dicta de levante, & levato, debent etiam intelligi de baptizante, & baptizato, ut ponamus quod laicus in casu necessitatis baptizavit Bertam: certe non poterit illam habere in uxorem. Et item dicendum est de sacramento confirmationis, ut aliquis tenens Bertam in sacramento confirmationis, non potest illam habere in uxorem. De confirmante non est dubium: quia alia ratione non potest contrahere: quia est Episcopus. Secus est dicendum in aliis sacramentis ecclesiæ: quia per illa nō contrahitur cognatio spiritualis. No. quod cognatio spiritualis contrahitur inter levantem & levatum: unde iura communiter utuntur istis verbis, levans, levatus: quia olim quando pueri baptizabantur, immergebantur per baptizantem in aqua, & patrini illos levabant, seu quia fuit compertum quod plures qui immergebantur ex inde moriebantur: fuit ordinatum, quod aqua solum spargeretur super caput baptizandi. Not. quod inter levatos, & filios levantis; item inter levatum & uxorem levantis cognatio spiritualis cōtrahiē: ita quod uxor levantis dr̄ matrina levati; nam vir cōmunicat uxori actiones spirituales. Item eodem modo cognatio spiritualis inter compatres. Item inter baptizatum, & baptizantem, & uxorem, & filios baptizantis. Not. quod ex sacro confirmationis contrahitur cognatio spiritualis. No. quod levatus de fonte non potest contrahere matrimonium cum aliquo ex filijs levantis: nec distinguitur an fuerint nati ante, vel post baptismum, de quo sup. eo c. 1. & c. super eo. No. quod iisdem modis quibus contrahitur spiritualis cognatio inter levantes & levatos contrahitur inter baptizantem, & baptizatum. Dom.

CAP. I.

Nedum [a] † inter baptizatū & illū, q eū suscepit de baptismo, ac inter eūdē baptizatū & suscipiētis filios & uxorē [b] añ susceptionē carnaliter cognitā [c] ab eodē: imò ēt inter suscipientē [d] patrēq; baptizati & matrē, [e] cognationem spiritualem [f] in baptismo cōtrahi iure cōstat q̄ cognatio & cōtrahendū mr̄imoniū impedit, & dirimit post cōtractum. [g] Et eadem [h] quæ de suscipiente sunt dicta, sunt etiam

a ¶ Nedum inter baptizatum.] cognationem spiritualē, & c. quod est infra.

b ¶ Uxorem.] Iungd idem de concubina levantis prius cognita, de hoc 30. q. 4. si quis unus. in ulti. glo.

ADDITIO. Et dixi post Inn. ī eo. Martinus, ubi ipse recitat opiniones contrarias nil approbans. Archi. hic tenebat, quod non p̄batur, per rationem quam ponit in gl. fin. Ad decret. contracto. sup. eo. respondendū, quod loquitur secundū opinionē mulierum, ut ibi dixi. Ad id qd' dr̄ de affinitate rñdendum, quod illud in vinculum carnale, quod per carnalia & illicita cōtrahi potest. Io. And.

c ¶ Cognitam.] secus si post fiat uxor, vel si prius erat uxor, post & non primo carnaliter fit cognita: quia per unionem carnis sequentem non potest transire in unionē spiritus pcedentem. 30. q. 4. post uxoris, vir ergo, & uxor sibi cōicāt actiones spirituales 30. q. 4. si quis unus. sup. eo titu. Martinus, licet non passiones: unde si filius alterius tantum levetur de sacro fonte: levans alteri cuius filius non est, compater non est, ut inf. eod. probatur, quod dic, ut no. sup. eo. Martinus, & 30. q. 4. in Summa. Et dicebat Gof. quod illud quod agit pars corporis, æquum est ut alteri parti cōicetur, sed non si cōicatur alteri, quod in persona filij alterius tantum agitur & ista sit ratio. Vel dic, quod satis est levanti habere commatrem, matrem ipsius levati. Et no. quod si levans primo cognoverat uxorem, non est curandum an post compaternitatem cognoverit vel non; licet Gratianus contra 30. q. 4. §. notandum.

d ¶ Suscipientem.] supple & uxorem eius prius carnaliter cognitam. 30. q. 4. si quis unus. s̄. eo. tit. Martinus.

e ¶ Et matrem.] no. non dixit, patrem baptizati, & eius uxorem, imo dixit, matrem: si igitur de prima uxore vel concubina vir procreet filium: ille qui levat filium, est compater concubinæ, & viri, sed non eius uxoris, ut sup. dixi.

f ¶ Spiritualem.] q̄ dignior est q̄ carnalis. 30. q. 3. c. 1. 2. & 3. Et est cognatio spūalis, attinentia proveniens ex sacramenti datione, vel ad id detentione, est ēt cognatio carnalis & legalis, de quibus nil ad propositum.

g ¶ Contractū.] si igitur levans & levatus, vel levās, & filius levantis, vel levatus & uxor levantis ante cognita, vel levans [1] & parentes levati contrahūt, non tenet mr̄imonium. Scire debes, quod pr̄ spūalis si copuletur sorori filiæ spūalis, bñ tenet mr̄imonium. 30. q. c. ulti. & ut ibi no. Io. bñ. pōt pater sumere filiā spūalem filij carnalis, & econverso s. filiam carnalem filij spiritualis; quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat, ut sup. eo. c. 1. & c. super eo. non tñ ascendit, cū cautum non reperiatur, & edictum de matrimonio prohibitionum est, sup de spon. cum apud.

h ¶ Eadem.] ut scilicet si baptizans, & baptizatus, vel baptizatus

† Vide Cō. Trid. sess. 14. de refor. matrimonij. c. 2. & S. Th. in quolib. additis ad 3. par. q. 56. per totū, & Theologos lib. 4. sen. d. 42.

1 De hoc articulo p̄ter doctores hic vide interpretes in c. Martinus ext. de cogna. spirituali.

Cognatio spūalis qd sit, vide & Theologos scholasticos libro 4. sen. dist. 42.

1 Vel ipsius uxor prius cognita. Io. And.

baptizatus & filij baptizantis, vel baptizatus & vxor baptizātis prius cognita, vel baptizans & parentes baptizati matrimonium contraxerint, non teneat, adhoc sup. eo. tit. c. vlt. & non est ita in eo qui recipitur ad pœnitentiam, vt ibi not. & 30. q. 1. omnes quos & est expressum infra. eod. c. vlt. in fin.
ADDITIO. Vel ipsius vxor prius cognita. Ioan. And.

de baptizante censenda.

¶ *Confirmatio frontis inducit spiritualem cognationē, sicut baptisma. hoc dicit Dominicus.*

¶ Ex confirmatione quoque, seu frontis [a] chrismatione spiritualis cognatio eisdem [b] modis contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & dirimens post contracta.

¶ Idem.

¶ *Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium: sed non dirimit. Ioan. And.*

CAP. II.

PEr † catechismum, [c] qui præcedit baptismum sacramētorum fundamentum, & ianuam [d] reliquorum, cognatio spiritualis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex prædecessoris nostri Clementis Papæ III. decretali [e] colligitur euidenter: dicendo enim, quod talis res [f] vix contrahendo matrimonio impedimētum afferet, velle videtur, quod afferat, nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit. [g] Per illā tamē cognationem matrimoniū post eam contractum minime [h] separatur.

¶ Idem.

¶ *Vnus tantum interuenire debet in leuatione infantis de sacro fonte, vel chrismatione frontis, tamen si plures interueniunt, cognationem contrahunt spiritualem. Et ex alijs sacramentis cognatio non contrahitur. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. III.

QVAM-

a ¶ Frontis.] hoc fit a solo Episcopo † de conse. dist. 4. manus. sup. de ꝯsuetu. quanto: in vertice autem chrismant presbyteri. de consecra. dist. 4. presbyteri. Sine sacramento ꝯfirmationis non dicitur quis verus ‡ Christianus. de conse. dist. 5. c. 1.
ADDITIO. Confirmatio ista dēt fieri in fronte, vt hic locus est enim de substantia sacri remittit Archidiaconus de ꝯsecra. dist. 5. nouissime Io. And.
b ¶ Eisdem modis.] scilicet inter ꝯfirmatum & suscipiētem, & ꝯfirmatum & filiū suscipientis, & ꝯfirmatum & vxorē suscipientis, prius cognitam, & suscipientem & parentes confirmati, parentes cōfirmati & vxorem suscipiētis prius cognitam. Item inter ipsum ꝯfirmantem & ꝯfirmatum & confirmatum, & filios confirmati, & eius vxorem prius cognitam, & ipsum confirmantem & parentes confirmati. hoc vult dicere, eisdem modis, vnde 20. sunt casus prohibiti ex hac cognatione, quos numeraui in summa quarti libri.
ADDITIO. Nec est plures reperiri, qui diriment. ꝯ. ca. proxi. Isti autem omnes pertinent ad paternitatem & filiationem aut fraternitatem, aut ad compaternitatem: & in his tribus consistit omnis cognatio spiritualis: non enim habemus auos, vel nepotes spirituales; & vide quod scripsi sup. eod. tit. super rubrica. &c. Martinus, in fine. Io. And.

PEr catechismum.] Ponit dictum quod secundo probat ibi. Vt ex prædecessoris. tertio illud determinat ibi, Per illam.
S. Per catechismum contrahitur cognatio spiritualis, eius tamen effectus est impedire matrimonium contrahendum: non autem dirimit iam contractum. Vnde sciendum, quod catechismus est instructio, quę fit communiter hodie ante fores Ecclesiæ: vbi interrogabatur de articulis fidei: & propriè deberet fieri solis adultis.
CASVS. Ego tenui puellam ante fores Ecclesiæ antequam portaretur ad fontes: postea quando fuit baptizata non tenui eam super fontes: vtrum inter me & ipsam & filios meos sit contracta cognatio spiritualis? Respondetur quod sic: sed non est tanti effectus, sicut illa cognatio spiritualis, quæ contrahitur in baptismo: quia ista impedit matrimonium contrahendum: sed non dirimit iam contractum: hoc est, non debemus contrahere, & si durantibus bannis aliquis se opponeret, & allegaretur cognatio spiritualis, impediretur matrimonium: sed si non allegaretur ista cognatio spiritualis: & sic de facto ꝯtraheremus, non dirimeret postea illud matrimonium. Not. ꝙ baptismus est fundamentū & ianua omnium sacramentorum. c. veniens de presbytero non bapti. in antiq.
Nota, ꝙ baptismus est fundamentū aliorum sacramētorum, ꝑ eorum sunt in gl. quem tñ præcedere dēt cathechismus. Not ꝙ illud dr̄ euidēter probari, quod colligit ex determinatione iuris. Dominicus.
[Prima glossa tria facit, ponit summā, dicit q d determinat, & q d [illegible] catechismo.
c ¶ Per catechismū.] terminant, no. 31. q. 1. c. 1. & sup. eo. tit. ꝯcto. Et dicit in summa, quod compaternitas per catechismum ꝯtracta impedit matrimonium, sed non dirimit. Catechismus dr̄ a catechizo, quod est idē quod instruo, vnde ante baptismū instrui debent baptizandi in fide adulti præcipue. de consecr. dist. 4. ante 20.
ADDITIO. Secūdum Hug. catechizare Græcum, idē quod adiurare, sicut de exorcismis decimus, quod in eis fit adiuratio de consecr. dist. siue paruuli, & c. sicut nostris Io. And.
d ¶ Et ianuam.] 32. dist. verum. sup. de presb. non bapt. cap. veniens.
e ¶ Decretali.] sup. eo. contracto.
f ¶ Res vix] s. compaternitas in catechismis contracta.
ADDITIO. De hoc 93. dist. miratus. in prin. & 12. q. 2. hæc huius iuxta fin. sic ponitur 19. dist. in memoriam. in prin. de cle. non resi conquerente. Io. And.
g ¶ Non existit.] ff. de iud. l. vix certis ex causis. ad idem 15. q. temerito quæritur. Io. And.
h ¶ Minime separatur] ad idem. sup. eo lib. de vot. c. vnico. sup. de iureiuran. quemadmodum. cum similib. Io. And.

QVamuis.] Sunt tria dicta, quæ satis patent.
CASVS. Duo aliquam puellam super sacro fonte tenuerunt, cum baptizans proferret ista verba: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, cum aspersione aquæ: Vtrum inter omnes istos contrahatur cognatio spiritualis? Respondetur, quod sic Idem est in sacramento confirmationis: licet sufficeret, quod vnus leuaret: secus in alijs sacramentis. Not. quod vnus tantum debet interuenire in leuatione baptismi, & ꝙ mulier potest leuare infantem. Not. etiam, ꝙ licet prohibeatur actus a iure, tamen factus tenet, ad hoc sup. c. prox. Dominicus.

† Vide cō. Tri. ses. 7. de confirmat. ca. no. 3. & ses. 13. in prin. c. 4.
‡ Melius dixisset, plenus Christianus, q̄ verus Christianus, vt hēc text. quem citat in c. 1. de conse. eod. dis. 5.
† Vide Theologos scholasticos in 4. sen. dis. 42. & B. Tho. I qōnibus additis ad 3. partē. qō. 57. art. 2.

[Prima

uis [a] † non plures quam vnus [b] vir, vel vna mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, iuxta sacrorum canonum instituta: [c] si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio inde contrahitur, [d] matrimonia contrahenda impediens, & etiam post contracta dissoluens. De confirmatione insuper, quantum ad hoc, idem [e] iudicium est habendum. Ex datione vero aliorum sacramentorum, [f] cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel dissoluat.

† Vide conc. Tridet. sess. 14. de reform. matrimo. ca. 2.

e Vide D. Th. in quo. nibus additus ad 3. partem q. 56. ar.

[Prima glossa dicit quid determinat.]

a ¶ Quamuis] notat Host. sup eo. Martinus.

b ¶ Vnus.] imo si vrgeret necessitas in catechismo, & baptismo, & cõfirmatione, vnus potest esse patrinus, licet hoc non habeat consuetudo Romana, de consecr. dist 4. in catechismo.

c ¶ Instituta.] de cõsecra. dist 4. non plures. & potuit esse ratio, quæ redditur in adoptione, vel cognatione legali, quæ imitatur naturam: & sic spiritualis cognatio habet imitari naturam, vel cognationẽ carnalem, s. vt vnus solus sit in sacramento patrinus. Sed cõtra 30 q. 4. quod autem Sol. vt ibi. not & sup. eo. tit. c. vlt.

d ¶ Contrahitur.] s. cum omnibus: & sic multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, sup. eo c. prox.

ADDITIO. Peccant tamen contra facientes, quia faciunt contra prohibitionem canonis, non plures, & istius decretalis, secundum Archi puto, quod vbi consuetudo non resistit, & fortius si assistit, leuis sit culpa: & sic leuiter indulgenda, de accus. cum dilecti. Ioan. Andr.

e ¶ Idem.] scilicet, vt plures in cõfirmatione tenere non debeãt tametsi teneãt, omnes sunt cõpatres vel compatrini.

[Gl. seq. enumerat sacramenta, & rationem reddit.

f ¶ Sacramẽtorum.] scilicet pœnitẽtiæ, corporis Christi, extremæ vnctionis, ordinis & cõiugij Renascimur enim in baptismo, & chrismatio frontis illam confirmat: quod nõ est in alijs sacramentis: & ideo per ista spiritualia contrahitur compaternitas, non per illa. de hoc not. 30. q. 1. omnes & sup. eo. c. vlt. Io. And.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, &c.

Continuatio Dñi Heliæ.

¶ Dictum fuit ſup. quo ordine ſunt tractandæ, & à definiendæ cauſę pecuniariæ & etiam ſpūales: Verum quia etiā ſunt cauſæ criminales; ideo de ipſis eſt nunc videndū. Et quia in cauſis criminalib. ſolet ꝓcedi quãque per viā accuſationis, quãque per viam inquiſitionis & per officium iudicis, qñq; etiam ꝑ viā denunciationis: ideo ponit titulum de accuſationib. inquiſitionibus, & denunciationibus.

†De materia huius tituli vide plene per Hoſtiē. in Sum.e.tit.

Oſtq̃.] tollit duas exceptiões inquit, q̃ cōfeſſus eſt crimē. Secundam ibi. Vel qđ. ¶ Pro intellectu huius ca. eſt ſupponendū illud, q̃ hr̃ in c. qualiter & qñ co.titu.in anti. videlicet, q̃ antequā iudex ex officio ſuo ɔ̃ aliquem procedat per inquiſitionē, debet primo ille, contra quē ꝓceditur eſſe diffamatus: quia infamia dēt præcedere inquiſitionem, ſicut monitio charitatiua debet præcedere denunciationem: ita q̃ ſi iudex ꝓcedat per viam inquiſitionis contra aliquem non diffamatum, poteſt ille contra quem proceditur per inquiſinē dicere: Domine iudex non poteſtis procedere cōtra me per viam inquiſitionis: quia non commiſi tale crimen, & poſito & non confeſſo, q̃ tale crimen commiſiſſem, adhuc non poteſtis procedere contra me: quia de tali crimine non ſum diffamatus. Item dicitur in dicto c. qualiter, quod iudex debet exhibere capitula ſuper quibus vult inquirere. ita q̃ ille contra quem proceditur, non tenetur reſpondere ad interrogationem iudicis, niſi prius ſibi traditis capitulis ſuper quibus fuit diffamatus.

CASVS. Cum non eſſem diffamatus de crimine furti, de homicidio, vel de alio crimine: imo iſtud crimen erat occultum: iudex meus ordinarius incepit inquirere ɔ̃ me, & pro faciendo inquiſitionē fecit me vocari, & citari ex officio, vt comparerem perſonaliter in die aſſignata: comparui perſonaliter: iudex me interrogauit ſuper crimine furti, vel homicidij: illud crimen fui confeſſus, poſtea cum iudex vellet me punire ſecundū exigentiam criminis, propoſui, q̃ non eram diffamatus de illo crimine: item q̃ ipſe non exhibuerat mihi capitulum: vtrum ſim nunc admittendus ad proponēdum iſta? R. ſpondetur, q̃ non, quia antequam iudex me interrogaſſet, debebam iſta proponere: & ſi noluiſſet me admittere debebam appellare: & ſic forma tradita in capitulo qualiter non eſt ſubſtantialis, ideo poteſt omitti tacite vel expreſſe, vt hic tex.

[¶ No. primo quod in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, quod uerum eſt in cognoſcendo, ſed bene in condemnando. No q̃ contra confitentē eſt ferenda ſnīa in ſcriptis, quod uerum eſt, ſi lis fuerit conteſtata, vel oblatus libellus in ſcriptis. ſed ſi ſolum fuit propoſita petitio, bene ferenda eſt ſententia; ſed non in ſcriptis, ſed ſecundum formam traditam in l. 2. C de ſenten. ex breui. u. reci. ſed d. xl, non eſt ferenda in ſcriptis, nec ſolēniter: ſed ſufficit ſi verbo feratur: & in iure vocatur præceptum de non ſoluendo, vt eſt gl. notabilis. in l. ſi debitori. ff. de iudic. No effectum principalem huius c. q̃ iudex non dēt contra aliquem inquirere, niſi ſit de crimine diffamatus: & pōt ille, contra quem inquiritur, allegare, & ꝓponere, q̃ non eſt diffamatus. & hodie communiter prius aliqs citat ex officio ſuper crimine, & ſit inquiſitio, & examinatio, ſiue informatio ſecreta, & factis informationib. ſi ɔ̃ſtet iudici, q̃ talis eſt diffamat' ſuper illo crimine: iudex præcipit, vt citetur ad comparēdum perſonaliter: & ſi cōpareat, debent illi tradi capitula ſuper his, ſuper quib. dēt fieri inquiſitio: iuxta cap. qualiter alleg. Nota vnū præambulum requiſitum ad inquiſitionē, vt videlicet primo diſcutiatur ſuper infamia Ad hoc ſup. eo. tit qualiter 1 & c. inquiſitionis, §. ad hæc. & c. licet Hely. ſi de ſimo. cum ſimil.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accuſationib. † inquiſitionibus, & denunciationibus.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Ex confeſſione coram delegato inquirente ſuper certis criminibus deputato facta punitur confitens, licet dicat ſe prius diffamatum non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula nō habuiſſe h. d. Dom.

CAP. I.

10 Poſtquā [a] † corā eo, qui cōtra te ſup certis criminib. Inquiſitor fuerat deputatus, eadē crimina fuiſti cōfeſſus, [b] fruſtra cōfeſſionē tuā (quominus puniaris ex ea, ꝓut iuſtitia [c] ſuadebit) eo prætextu īpugnare cōtēdis, qđ' ſup eiſdē criminib non fueras antea diffamatus: Vel q̃ per eundē inquiſitorē capitula, ſuper quib. contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt. [d]

†Vide Petrū in c. dilecto. & Alexā. cōſ. 52 li. 3. & Felin. in ca. 1. de except.

[Prima gloſſa. dicit quid declarat iſta decretalis, & ſequen.]

a ¶ Poſtquam.] Decretalis iſta & ſequens emanauerunt ad declarationem decretalis, ſup. c. qualiter. 1. & 2. & c. cum oporteat, & c. ad petitionē ibi, iudiciarium, &c. & corrigunt opiniones Hoſt. no. in c. qualiter 1. in 1. gl. vltra mediam colu unā, verſi. quid ſi inquiſitor: & in 2. 40 glo. & quod no in c. cum oporteat, ſuper verbo, ſubdito, quæritur ſi inquiſitor, ſimiliter, & in ſecundo, qualiter, ſuper verbo fuerit, & ſuper uerbo legitime, & facit, quod no. Guil. in Spe. tit. de inquiſi. §. nunc tractemus. uer. quid ſi inquiſitor permittitur. Io. And.

b ¶ Confeſſus.] nullæ igitur ſunt partes iudicis, niſi vt ferat ſnīam, quid enim quæremus de infamia, uel capitulis, ex quo claret de crimine. 24. q. 3. eccl. de elect. per inquiſitionem, de conceſ. cum ſuper in anti. ff. de iudi. ſi debitori. Iam enim eſt notorium crimen. de coha. cler. & mu veſtra & c ſi.

r Vide l. 1. & 2. ff. de confeſſis. Feli in c. 1. de exce. & Hippol. i rub. de cōpro

50 ADDITIO. De reuocanda confeſſione, dixi in tex. in prin. magnæ. gl. Io. And.

c ¶ Iuſtitia.] Imponendo pœnam a iure ſtatutam, vel arbitrariam, ſi nulla pœna eſt ſtatuta. ſup. de off. deleg. de cauſis.

ADDITIO. Arch. alleg. 2. q. 3. §. notandum, & de pœni. diſt 1. menſuram. Io. And.

[Glo ſeq rōnem reddit, recit. opi ɔ̃riam, cui rñdet.]

d ¶ Fuerunt.] ſi infamatus non erat, ad inquiſitionem 60 procedi non debuit veritatis, vt in prædictis iuribus: ſed ille debuit appellare, & non rñdere, vnde imputet ſibi 2 idem dico de capitulis, quæ tradi debuerunt. ſup. eo. qualiter. 1. § debet, ſi petita non fuerunt, & confeſſus eſt crimen, ſibi imputet. potuit n iuri pro ſe introducto renunciare, & nunc tacite renunciat. Ad hoc. ff de procur. l. Pomponius § fi. Sed Hoſt. contra, in prædicta decre. qualiter 1. per l. ff. de procura. filius §. inuitus, & hunc dicebat caſum ipſius decre. & decre. eo. titu. ad petitionem, nam ibi præſente, & non contradicente illo, contra quem inquirebatur, non fuerat ſeruatus ordo, quis debuerat ſeruari, vnde proceſſus caſſari mandat. ſed de alio ordine intelligatur [vt ibi not. in ſin. 4 3 glo.]

2 Gl. ſequitur Phi. ad q̃ faciunt no. in l. ordinarij. C. de rei vē. c 1. de reſti. ſpol. &c.

3 Idem D. Fon

SI is.] Non diuiditur.,

ADDITIO. Et vt dicit Io.Mo.istius c.& præcedentis eadem est ratio: quia vtrobique renũtiatum est processui, qui penitus præmitti debuisset, si petitus fuisset Io.And.

CASVS. Papa commisit alicui inquisitionẽ simpliciter faciendam super aliquo crimine & fuit facta inquisitio, ad requestã alterius, non autẽ ex officio; certũ est, ꝙ ille inquisitor dẽt facere duos processus. Primũ sup ĩfamia, an ille sit diffamatus. & si per inquisitionẽ reperiat, eũ nõ diffamatũ, non ꝓcedet ad inquirendũ de veritate criminis: Si vero reperiat eũ diffamatũ: tũc ꝓcedet ipse ad inquirẽdũ, & interrogãdũ de veritate criminis. Sed ponamus, ꝙ inquisitor omisit istũ ordinẽ: quia primo fecit ĩquisitionẽ sup veritate criminis, & criminosus nõ opposuit, ꝙ debebat primo facere inquisitionẽ super infamia: postea inquisitione facta super ueritate criminis, ipse ꝯ quem facta fuerat ĩquisitio, voluit allegare, ꝙ primo debebat iudex inquirere super infamia, q̃ super ueritate criminis, an sit admittendus ad probandum & allegandum, ꝙ processus non valet: quia fuit omissus primus processus super infamia? Respondetur, ꝙ non: quia est sibi imputãdum, quare passus est inquiri de ueritate criminis, priusquam constaret de infamia: quia cum istud fuerit introductum in fauorem sui, potuit illi fauori renunciare. Et sic ista forma non est de substantia processus: quia licet debuerit seruari, si tamen non opponatur, nõ minus ualet processus.

¶ No. ꝙ licet de iure certa forma debet seruari in ꝓcedendo, si tñ non seruatur, & pars tacet, valet processus, de quo sup. c. proxi. super gl. fi.

¶ Idem.

¶ Valet inquisitio facta super veritate criminum omissa inquisitione infamiæ, si reus præsens tacuit. h. d. secundum Io. And.

CAP. II.

SI is, cui contra te commissa fuerat [a] simpliciter inquisitio super certis criminibus facienda, processerit te præsente, nec reclamante, [b] aut quicquam super hoc excipiente (infamiæ inquisitione omissa) ad veritatem eorundem criminum inquirendam; processum huiusmodi ex eo, quod non fuit de infamia † primitus [c] inquisitũ, vlterius impugnare nequibis. [d]

[Prima gl. distinguit, quærit, & remittit.]

a ¶ Faueat.] ad petitionem alicuius: quia si Papa proprio motu commisit inquisitionẽ criminum alicuius: iam illum approbat infamatum: cum episcopus, & metropolitanus procedant etiam ad inquisitionẽ omisso tali articulo, 2 q. 5. omnib. sup eo. tit. sicut olim: 1 sed si ad petitionem alterius commiserit: tunc prius inquiret inquisitor de infamia. Hoc tenet Inno. sup. eo. titu. cum oporteat. Quid si ille, qui litteras inquisitionis impetrat, sit excommunicatus? Dixi sup. eo. lib. de rescri. c. 1. &c.

1 Vide ibi de hoc, & in c. ex par. i gl. fi. s. eo. de off. or.

[Gl secunda ponit dictum Host quod improbat.]

b ¶ Reclamante.] Dicebat Host. in supradictis gl ꝙ taciturnitas habebatur hic pro dissensu, & ꝯdictione, quod nõ est uerum, ut hic uides, imo tacendo tacitè iuri suo renunciat. inf. de reg. iu. qui tacet, & dixi de hoc eo. tit. is qui tacet. Reclamare igitur debuit & petere prius inquiri super inquisitione infamiæ: & si hoc non fieret, debuit appellare, ut dixi, sup. c. proxi.

c ¶ Primitus.] i. antequam quæreretur de ueritate &c.

d ¶ Nequibus.] non ergo ordo ille ita est de substãtia, 2 quod ei renunciare possit. Facit s̃. de fer. vlt. & quod no. sup. de offi deleg. de causis.

2 Vide quod dixi s̃. c. prox. super vlt. gl. Io. And.

DE HÆRETICIS.

¶ Dictum fuit sup. de modis quib. proceditur ad inquirendum de ueritate criminis: nunc uidendum est de ipsis criminibus: verum quia inter crimina crimen hæresis est maius: quia per ipsum offenditur diuina maiestas: iõ primo de ipso est uidendum: Nam istud crimen est grauius crimen, quàm sit crimen læsæ maiestatis, quia grauius est lædere diuinam maiestatem, quam humanam, in Auth. vt nõ luxurientur homines contra naturam. §. 1. respon. collat. 6.

† Et qualiter ꝓbari dẽat infamia alicui[a], vide Romanũ. cõ. l. 267. & Cardinalẽ cõl 9 de testib.

TITVLVS II.

De hæreticis.

¶ Gregor. ix. Remensi Archiepiscopo, & suis suffraganeis.

¶ Propter crimen hæresis clericum in quibuscunq; sacris ordinibus constitutum; solus eius Episcopus degradare poterit. h. d. Dom.

CAP. I.

QVOniam.] ꝓmittit causam iuris noui, quo statuitur: ibi, Concedimus.

¶ Præsupponendũ est pro intellectu huius c. ꝙ cum quis presbyter perpetrauit aliqd delictũ dignũ degradatione, puta quia cõmisit homicidiũ per insidias pensatas, ꝙ est dignũ degradatione, ut in c. 1. de homicidio. in anti. uel cõmisit aliud crimẽ, ꝙ est dignum degradatione, certũ est, ꝙ epũs solus non potest eum degradare: sed debet secum vocare sex Episcopos.

CASVS. Aliquis sacerdos cecidit in hæresim male sentiendo de fide, & sic est hæreticus. Pœna hæresis est, si nunquam alias inciderat in hæresim, quod degradetur. postea perpetim immuretur, vt agat perpetuam pœnitentiam in pane tristitiæ, & aqua doloris. Si autem postea liberetur: forte propter iucundum aduentum principis, & labatur in hæresim, est dandus curiæ sæculari, vt ignibus subijciatur. Sed vtrum ad degradationem sacerdotis sufficiat solus proprius Episcopus: vel vtrum requiratur, quod vocentur sex Episcopi? Respondet Romanus Pontifex, quod solus proprius Episcopus conuocatis abbatibus, & alijs honestis personis suæ diœcesis poterit talem sacerdotem hæreticum degradare, & dare curiæ seculari, si iterum inciderit in hæresim. Si autem non inciderit nisi semel in hæresim, poterit eum degradare, & perpetuo immurare, & istud est speciale in crimine hæresis. Secus est in alijs criminibus, in quibus requiritur, quod interueniant sex Episcopi. Nota primo, iuncta glossa, & iuribus quæ allegat, quod si sacerdos labatur in hæresim, pro delicto debet degradari, non autẽ debet tradi curiæ seculari: sed est immurandus, i. perpetuo carceri tradendus, vt agat pœnitentiam in pane tristitiæ, & aqua doloris. Vnde iste carcer non debet esse ita arctus quod abbreuiet dies istius incarcerati: quia satis est, quod viuat in pane tristitiæ, qui tales carceres abbreuiantes vitam hominis deputant, nõ euadunt notam irregularitatis. Nota, quod ubi clericus est relapsus in hæresim, est tradẽdus curiæ seculari, ut comburatur: nam hæc est pœna hæreticorum. l. 3. C de hære. No. casum in quo solus Episcopus potest presbyterum, vel clericum in sacris constitutum degradare, ita quod non tenetur secum adhibere numerum Episcoporum requisitorum ad degradationem clerici, veruntamen debet secum adhibere suum capitulum, & honestas personas suæ diœcesis: sicut sunt abbates. Nota, quod clericus pro hæresi degradatur: etiamsi non sit tradẽdus curiæ seculari: sed tantum deputandus perpetuo carceri. Dominicus.

[Prima gl. dicit vnde sumpta.]

a ¶ Quo-

a ¶Quoniam] Incipiebat: Et si contra & bene de medietate decurata est.

b ¶Canonibus. 15. q. 7. si quis tumidus, & duob. cap. seq. & debent esse sex in degradatione presbyteri, tres in degradatione diaconi, & ita de subdiacono videtur, vt sup. de ser. non or. di. miramur.

c ¶Facili.] bene est possibile: sed non facile, lex enim non debet esse impossibilis 4. dist. erit autem.

d ¶Pro hæresi.] in alius ; igit. criminibus si immineret degradatio faciẽda, ser uet antiquæ iura: quia in hoc crimine hoc introductum est speciale. Ad idẽ. j. e. i fidei.

e ¶Relinquendus.] quod dic. vt j. de verbor. sig. nouimus. & j. de pœ. c. 2.

f ¶Immurãdus.] j. eo. excõicamus 2]in fi. & sup. eod. accusatus. in h & c. vt commissi. ver. & illorum. Io. And.

g ¶Solus possit epis.] excludit Epos, nõ capitulum suum. Ad idem 15. q. 7. ii aũt. & 2. seq. & ea. episcopus 18. q. 2. c. nullam.

ADDITIO. Idem. f. quod non excludat capitulum, tenet Ioannes Monac. sed archidiaconus intelligit hoc verum in examinatione & diffinitione causæ: in actu degradationis sufficiat seruare, quod hic dicitur. Circa hoc vide quod satis dicam in decretali 1. j. de pœ. super ver. numero. Io. And.

† Videolim Côcil. Trid. sess. 13. de ref. c. 4. & Albertinum in repetitione huius cap. & sextum, & ibidẽ Doctores in c. degradatio j cod. lib. ut. de pœ.

1 Hodie fandũ est decreto Côcil. Trident. sess. 13. de ref. c. 4. quod cessat huius glossæ opinio.

niam [a] † Episcoporum numerus ad degradationem clericorum a canonibus [b] constitutus, non potest de facili[c] conueniri: Concedimus, vt sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cũ pro hæresi [d] fuerit sæculari curiæ relinquendus, [e] aut perpetuo immurandus [f]) conuocatis Abbatibus, alijsque prelatis, & religiosis personis, ac litteratis suæ diœcesis, de quibus expedire videbitur, suus solus [g] possit Episcopus degradare.

Alexander IIII.

¶ *Excommunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticos vel eorum receptatores, defensores, vel fautores, nec absoluitur nisi exhumens eorum corpora, locus vero priuatur sepultura. hoc dicit vsque ad §. inhibemus. Dominicus.*

CAP. II.

QVicunque † hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter, [h] præsumpserint † ecclesiasticæ tradere sepulturæ, [i] vsque [k] ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint † subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur, † nisi proprijs [l] manibus publice [m] extumulent [n] † & proijciant † huiusmodi corpora damnatorum.

† Vide Turrecrematã in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 21.

† al. præsumpserit.

† al. nouerit.

† al. mereatur.

† al. extumulet.

† al. proijciat.

¶Quicunque.] quinque sunt partes, quæ patent per partes. Prima imponit pœnam scienter sepelientibus hæreticos. Secũda aggrauat: ibi, Nec absolutionis. Tertia accumulat: ibi, Et locus. Secunda duo facit. Primo ponit prohibitionem. Secundo pœnã: ibi, Qui vero. Tertia et duo facit. Primo inhibet. Secundo decernit: ibi, Quod si. Quarta priuat, & distinguendo aggrauat ibi, Volentes. Quinta ponit dictum, cuius rationem reddit: ibi, Volentes. Io. And.

CASVS. Dictum fuit sup. c. proxi. qualiter puniuntur hæretici, & quis potest degradare clericos hæreticos. Or ponamus, quod aliquis meus parochianus lapsus est in hæresim, & ego illud sciebam, nõ fuit accusatus, postea morte præuentus decessit in errore suo: hoc tñ non obstante eum tanquam verum catholicum tradidi ecclesiasticæ sepulturæ, an sim puniendus aliqua pœna? Rñdet Romanus Pontifex, quod sic: quia incurro sñiam excõicationis, a qua non sum absoluendus nisi prius meis proprijs manibus ipsum extumulauero publice, & non occulte, sed cunctis volentibus videre. Et hoc facto potero obtinere absolutionem. Sed quid de hoc loco in quo traditus fuit sepulturæ: nunquid etiã punietur locus ipse? Rñdetur quod sic: quia ille locus reputari debet & censeri profanus: & in eo non sunt amplius corpora fidelium sepelienda. Item dicendum est de fautoribus & receptatoribus hæreticorum, & eis credentibus hoc est si sepeliui fautores, vel receptatores hæreticorum, vel eis credentes: hoc est, qui publica voce dixerunt, quod credebant errorem talis hæretici: hic enim incurro sententiam excõicationis. Sed vtrum sit permissum laico publice disputare de fide catholica? Rñdetur, quod non. De hoc legistis habent propriã rubricã de sum. Tri. & fide cath. quod non liceat de fide catholica publice disputare. Sed vtrum filij hæreticorum aliquã pœnam incurrant? Rñdet Romanus Pont. quod sic. Nã sup posito quod hæreticus non sit de hæresi accusatus: tñ ipse & filij sui sũt incapaces quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum: & quorumcunque officiorũ publicorũ: ideo non põt esse iudices, nec notarij, nec tabelliones. (Laicæ personæ) Dicũt quidam, quod nõ est licitum laicæ psonæ, idest illitteratæ de fide catholica publice disputare, & istud est vulgare Gallicorum, qui hoiem litteratum appellant magnum clericũ, & iste tex. loquitur sm vulgare Gallicorum: Alij dicunt quod nõ licet laicis, quantũcunque litteratis, dispute de fide catholica. Et hæc est verior opinio [Ad hæc] Si sciã quod hæreticus pro me preces emisit apud prælatum, vel pro me intercessit pro aliquo beneficio habendo, nõ debeo illud beneficiũ acceptare: nec tenet collatio mihi facta: & si ptendam illud retinere, sũ illo priuandus: & insuper sum incapax ad obtinendum quæcunque alia beneficia ecclesiastica. Et sic argumento a õtrio sensu possunt emitti preces pro digno: dum tamen fiant a digno. [Emancipationem.] eo ipso quod pater labitur in hæresim, statim filius est sui iuris, ideo si filius emancipetur a patre, non tenet emancipatio: quia iam erat sui iuris ; nam statim quod pater labitur in hæresim, perdit ius patriæ potestatis, quod habebat in filios suos. Nota differentiam esse inter credentem, receptantem, defendentem, vel fauentem: & sic facit, quod si imponatur pœna exbannitis, quod non includerentur taliter secum communicantes, nisi exprimeretur. Not. quod quandoque ex delicto punitur res inanimata, concord. sunt in glossa.

h ¶Scienter] ignorãtia ergo probabilis bene illos excusat. sup. de cleric. excommu. mini. Apostolicæ.

- [Glossa secunda dat duo similia, & remittit.]

i ¶Sepulturæ.] sic & manifesti vsurarij non tradunt sepulturæ 2 j de vsu. quia in oibus, & qui moriuntur in torneamentis, sup. de tor. c. 2. & de hoc sepul. ex patre in vlt glo. Dr autem de sepultura multis modis, vt no. 13 §. item quæritur. & sup. de sepul. c. penul.

k ¶Vsque.] hic licet satisfaciant, seqũi debet absolutio vt patet per id quod sequitur.

l ¶ Proprijs manibus.] nota 3 casum, quod possum p me, qd non possum per alium, de hoc dixi j. de reg. iur. põt. sicut enim exhibuerunt membra sua seruare iniquitati ad iniquitatem, sic exhibere debent illa seruire iustitiæ ad iustitiam; sicut dicit Apostolus ad Roma. 6. c. & sunt hæc verba in canone 47. dist. omnia huius.

m ¶Publice.] quia quæ publice peccantur, publice emendantur de pœni. & remis. c. 1.

n ¶Extumulent.] hoc verum intelligo, quando ossa ipsorum possent ab ossibus aliorum discerni, alias secus, sup. de sepul. sacris. Io. And.

2 Ex eo et casu sunt hodie excõicati j. facientes p clem. de sepul. eos. Io. And.

3 Vide Gã dissoluũ tracta. de hæret. q. 33. nu. 7.

a ¶Locus.

a ¶Locus.]punitur res inanimata.sic sup.de pœ.in quibusdam,sup.de elect. vbi periculum.§.ciuitas.& de pœ. e vlti.in fi.15 q.1.mulier.
ADDITIO. Archi alleg. 1.q.3 §.econtra.& §.sequ. Ioan And.
[Glo. seq recitetur. per quæstionem.s. de quib.laicis,&c.]

probr.de leuis.sup.de Iudæis in nõnullis. Quod.n.in religione diuina committitur:in omnium fertur iniuriã C.de hære.Manichæos.ad idem 17.q.4 sicut alias regulariter pœna temporali non punitur vnus pro alterius delicto,quod dic vt no.1.qõ.4.in summa & 23.qõ.5.in summa. & intelligas hoc de filijs non infectis: illi enim punientur vt ipsi, ex proprio delicto non ex alieno.
ADDITIO. Idẽ Ioã. Monachi & Archi & sic ad proximum fiet relatio allegat.ff. de postu. l 1.§. deinde adiecit.

Et locus [a] ille perpetua † careat sepultura.

¶ *Excommunicari debent laici publice, vel occulte disputantes de fide. hoc dicit. Dominicus.*

¶Inhibemus † quoque, ne cuiquam laicæ [b] personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare. Qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur. [c]

¶ *Non valet promotio hæreticorum, vel credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum eorum, nec filiorũ suorum vsque ad secundam generationem ad beneficia ecclesiastica, vel officia publica. h. d. Dominicus.*

¶Hæretici autem, credentes receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij, [d] † vsque ad secundam [e] generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, [f] seu, officium publicum [g] admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

¶ *Priuati sunt habentes beneficia ecclesiastica ad preces hæreticorum, & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. h. d. Dom*

¶ Ad hæc quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, [h] personatus, & quæcunque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti; ex nunc priuamus [i] taliter acquisitis; volentes quod tales & habitis careant perpetuo; & si receperunt † illa scienter, [k] ad alia, vel similia, nequaquam in posterum admittantur.

¶ *Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum per hæreticos facta, etiam si postea vitium detegatur. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam [l] huiusmodi apparuerit ante ipsam a via veritatis ad hæreticæ superstitionis inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factã de hominibus sui iuris: cũ dignum sit vt propter tanti atrocitatem delicti, filij esse in parentum hæreticorum desierint [m] potestate.

¶ Idem inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Filij vel hæredes petentium in infirmitate sua hæreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel perdita loquela susceperint, si constat, quod erant sana mentis, vel si prius suspecti, vel diffamati erant de hæresi: alias admittuntur, scilicet per testes fide dignos non suspectos. h. d. Dominicus.*

CAP. III.

FILII.

b ¶Laicæ]forte intellexerunt de laico ad modũ vltramontanorũ,qui illitteratos laicos vocant,& litteratos clericos vocãt.88. dist. inutile, q.d.n est dicere,q rurans clericus disputando de fide nõ incidat in hãc pœnã, & Doctor decretorũ laicus incidat? tñ sufficit ita esse scriptũ,& solum duo sũt Christianorum genera, clerici & laici. 12. q.1.duo sunt. & concor.adhoc.C.de sum. Trin.l.pe.
[Gl seq quærit,arg. pro & contra.]
c ¶Innodetur.]nunquid per sniam vel ipso iure? vr q ipso iure per id,quod dicit, laqueo,quasi ipsum factum damnatũ illaqueat.In contrariũ vr, q in pœnis benigna fieri debet interpretatio,vt ĩ.de reg.iur.in pœnis.cum suis concor. est igit benignius, vt intelligamus canonẽ esse ferendæ sniã q̃ iam latæ,ergo est hæc pars amplectenda, vt ibi. Ad hoc 9 dist.sana quippe. Præterea si voluisset, q esset canon latæ snia, dixisset.sit innodatus: vel eo ipso, vel similia verba.
ADDITIO. Ista vltima opinio placet Archi.alleg. s.eo c.excõicamus. §.quia vero. & dicit monitionem pmittendã. 12. q 2 indigne. Io.And.
[Glo. seq obiectionem soluens dicit contrarium regulare,& hoc casuale, cui dat causam similem, & rationem reddit; in fine tex exponit.

d ¶Filij.]nota casum,in quo pro delicto paterno punitur filius, & hoc etiam procedit in crimine læsę maiestatis,quod est minus hoc crimine, quo læditur æterna maiestas. s.eo.vergentis & si contra homines illatæ blasphemiæ impunitæ non transeunt,multo magis qui ipsum dñm blasphemat dignus est supplicia sustinere l Auth. vt non lux cõnat. 1. responso.& §.1 colla. 6 nec debemus illius opprobrium inultum dimittere, qui nostra

e ¶Secundum.] hoc intellige secundum determinationẽ decre. ĩ.eod.titu. statutum 2.
f ¶Beneficium.] large sumitur de hoc dixi. ĩ.de reg.iur.c.1.
g ¶Publicum.] vt iudicatus,notariat⁹, & his similia. ad idem infra de pœnis, felicis. § quod si quis. in princ
[Glo. sequ. quærit, arg. pro & contra.]
h ¶Dignitates]nunquid, & Pontificalis dignitas includit pro & contra ĩ. de pœnis felicis. §. quod si quis in prin.
ADDITIO. Crederẽ non includi.vide supra eod lib.de præb. cap.1.in gloss.2. Ioã, Andr.
[Glo seq.soluit contrarium.
i ¶Priuamus.] nota speciale: quia alias non refert per quem preces offerantur C. de preci. Impe.offe.l. vniuersis.
ADDITIO. Dicit Ioã. Mona q hoc facit criminis immensitas si sup.de elect. si alicuius.vbi etia non prodest ignorantia
k ¶Scienter]i sciendo illos, qui pces offerebant esse tales.
l ¶Etiam.]quia maior est dubitatio,quã si ante emancipationem hoc apparuisset. Ioan.And.

m ¶Desierint]nota ergo q crimen hæresis paternum, etiam antequam per Ecclesiam fuerit declaratum, liberat a patria potestate filium: & sic interdum paternum odium, interdum filij fauor 2. tale vinculum soluit 54 dist.si seruus.sup.qui filij sint leg. per venerabilem post prin ver.per simile.Io And

Filij.]In casu dubio distinguit, & fin membrũ psequitur.ibi,Alioquin,qđ determinat:ibi.Non tamẽ.

† al.perpetuo.

† Vide Caietanum apud Bea Tho. 2. 2. q.14.ar 7. & Corradum Brunu, lib 5. de hæret. c.4 & lib. 6.c. 2.

† vide Gõ dissaluũ tracta. de hær.q 22. num.71& Repertoriũ inquisitorum verb. filij.

† Vide glossam i extrauagantis Io. XXII. in cip. Execrã tit. de pre ni. in verbo quolibet. adde tantũ i c. nisi cum pridẽ.§ personæ. de renun.

† al recoperint.

a Dignitates cpales hoc volut contrariantur.lo. A.

vel hæredes [a] illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolaturos, † vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque viam fuerint vniuersæ carnis ingressi: ad probandum, quod ipsi defuncti consolationem illam, imo verius desolationem, non † sanæ [b] mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit) vt dicitur, (apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum viuebant, [c] diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitime [d] constiterit, quod sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos petierunt. Alioquin [e] admitti poterunt prædicti filij, vel hæredes, ad probandum præmissa. [f] Non tamen per vxores, filios, familiares, † vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, [g] & specialiter fidei zelatores.

¶ Idem eisdem.

¶ Relapsi in hæresim sunt tradendi curiæ sæculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta pœnitentiæ & Eucharist. a hoc dicit Dominicus.

¶ Pro intellectu huius cap. præsupponendum est, quod aliquis hæreticus potest accusari de crimine hæresis etiam post mortem, non vt condemnetur ad sustinendum aliquam pœnā: sed vt memoria eius condemnetur: & bona eius sibi auferantur, & applicentur fisco. Secundo est præsupponēdum, quod reus admittitur ad probandum contra illud, quod aduersarius suus probauit: vt si actor proponat aliquod factū & reus similiter ꝓponit aliud factum contrarium: tunc admittūtur probationes hinc inde: talis est in casu huius c. & iste ē principalis effect. ad quē emanauit præsens capi. Tertio est præsupponendum, quod inter illos, qui dāt credentes hæreticis, & sunt hæretici recedentes vt in c. prox. su. eo nō solū sunt illi, qui aperta voce fatentur errorē hæreticorū, sed etiā illi, qui in infirmitate ab hæreticis recipiūt manus impositionē. Verumtamē quando infirmus recipiebat consolationem ab hæretico si ipse infirmus per infirmitatē iamque perdiderat iudiciū rōnis: tunc non puniebatur tali pœna, qua illi puniuntur recipiētes consolationem ab hæreticis: si nondum perdiderat iudicium rationis.

† In manuscri. & vetustioribus ēt impressis cōsulāter legitur. consolatos q iam recentiores hēnt, consolatores.

† Qualiter colligatur & ꝓbetur aliquē non esse sanæ mentis ꝓter glo. & Do. in l. si cū dotem §. si mari tus. ff. sol. mat. vide Alc cons. 141. lib 1. Barb. cōs. 60. li. 2 & Aut. 21. 5.

CASVS. Aliquis accusauit patrem meum de hæresi dicendo, quod in infirmitate sua more hæreticorum recepit consolationem ab hæreticis cum manus impositione, & prolatione aliquorum verborum, & sic dicebatur, quod pater meus erat hæreticus, & fiscus petebat bona sua. vel cum vellem obtinere aliquod beneficium ecclesiasticum, vel officium publicum, fuit mihi obiectum, quod pater meus erat hæreticus, quia in infirmitate sua receperat consolationem ab hæreticis cum manus impositione, & prolatione certorum verborum, & quod tunc erat sanæ mentis. Probatum fuit quod pater meus erat sanæ mentis, volo nunc probare factum contrarium, videlicet quod erat insanæ mentis, an sim admittendus ad probandum illud factum contrarium? Videbatur quod sic, quia reus quia admittitur ad probandum factum contrarium, vt dictum fuit in secunda præsuppositione, iudex dubitans an essem admittendus ad probandum illud factum contrarium, consuluit Romanum Pontificem, Qui Romanus Pontifex consultus respondet cū distinctione. Aut pater meus in vita sua erat diffamatus, & suspectus de hæresi, & tunc non sum admittendus ad probandum, quod non erat sanæ mentis. Aut pater meus non erat diffamatus de hæresi, & tunc debeo admitti ad illud factum contrarium probandū, dum tamen non producam testes familiares, sed alios testes fide dignos, & maxime Christi fideles, & zelatores fidei Christianæ. Nota primo principalem effectum huius cap. quod infirmus, qui ab hæreticis recepit consolationem suo more, videlicet per manus impositionem cum prolatione certorum verborum, & qui erat diffamatus de hæresi tempore, quo viuebat, hæredes sui nō admittuntur ad probandum factum contrarium: videlicet quod ille perdiderat iudicium rōnis, nec erat sanæ mentis, quando recepit consolationem ab hæreticis. & sic nota quod præsumptio excludit probationem faciendam in contrarium. Et istud est spāle fauore fidei: sed regulariter non excludit probationem faciendā in contrariū sed aggrauat: quia requiritur quod probetur clarioribus probationibus.

Nota vlterius, quod vxor non admittitur ad testificandum in causa mariti: nec filius admittitur testis ꝓ patre, nec familiaris, & hoc durante familiaritate: ideo cautela est, quando quis vult producere aliquos familiares suos testes, quod illos expellat a domo sua antequam producat: tunc poterūt admitti, dū tamē nō fiat in fraudem. Et est præsumptio fraudis quando statim post productionem, & testificationē ipsi familiares reuocantur, de quo videas latius per doctores iuris ciuilis in l. etiā C. de testib. Nota argum. quod filij necessario non semper dicuntur hæredes: quia possunt se abstinere ab hæreditate illam repudiando, non est ergo bona consequentia, iste filius, ergo est hæres.

† Familiares qui dicātur, vide plene per Fel. in ca. litteris, de testib.

Nota quod consuetudines introductæ per hæreticos, non inducunt vinculum, quia dicuntur pessimæ, vt dicit hic tex. Dom.

[Prima gl. diuidit, & dicit vnde sumpta, dupliciter exponit, & recitari potest per quæstionem.]

a ¶ Filij, vel hæredes.] Decurtata est de narratione facti, & incipiebat, Olim ex parte, & dic, filij, licet hæredes non sint: interest. n. eorum, vt sup. c. prox. hæredes, etiam si filij vel propinqui non sint, & illorum interest propter vitandam confiscationem bonorum, vt sup. de hære. vergent. s. eo. ti. cum secundum leges.

b ¶ Non sanæ.] vnde quod tunc ab eis fiebant, eis non debet imputari, quia nullum maleficium sine consensu. 15. q. 1. §. si quid 15. q. 6 c. 1. in fin. sed furiosus non habet consensum, vt sup. de spon. dilectus. 15. quæ 1. illud sup. de succes. ab intest. cum dilectus. & in de reg. iur. sicut te not. Io. Andr.

c ¶ Viuebant.] illi parentes, vel testatores consolati.

d ¶ Legitime.] g tat nota casum, in quo probatio non admittit probationem in contrarium.

ADDITIO. Alias regulariter fundata intentione actoris reus probat peremptoria. de do. & contu. finem. de testi. c. testib. probationem tamen directe probationi primæ non facit per testes, primis attestationibus publicatis, vt in cle. 2. de testi. Io. Andr.

e ¶ Alioquin.] idest, si hoc legitime non constat: nec ipsi dum viuebant infamati erant, vel suspecti.

f ¶ Præmissa.] scilicet quod tunc non erant sanæ mentis, vel loquelam perdiderant, nec habebant ordinatam memoriam.

g ¶ Fide dignos.] hæc clausula quæ olim erat obscura & dubia, cum deliberatione fuit immutata: & bene.

SVper.]Communis diuisio.Secunda, ibi,Nos itaque. Dicebat Io.Mo.ponitur, duorum iurium aduersio; secundo ipsorum interpretatio.

¶ Istud c. emanauit ad declarationem duorũ iurium; quæ videbantur inuicem contrariari.

CASVS. Dicitur in aliqua parte iuris, ꝙ si quis labatur in hæresim, & postea errorem suum abiurauerit, idest illi errori suo renuntiauerit cũ iuramento de nonrecedendo, si postea incidat in hæresim, dicitur relapsus, quantũcunque vellet errorẽ suũ deponere, & abiurare: ita, ꝙ est tradendus curiæ sæculari, vt ignibus subijciatur. Item in alia parte iuris dicitur, ꝙ Ecclesia nõ claudit gremium redeũti. Quęritur, qualiter possunt intelligi ista duo iura? Respõdet Romanus Pontifex, ꝙ primum ius intelligitur de salute corporis: aliud vero ius intelligitur de salute animæ, hoc est quantũcunque aliquis sit relapsus in hæresim, & recognoscat suũ peccatum: si petat sacramenta ecclesiæ, sunt sibi danda sacramenta pœnitentiæ & Eucharistia, sed per hoc non euitabit pęnam corporalem, quia si relabatur in hæresim, tãquam relapsus est puniendus, hoc est, quia dẽt tradi curiæ sæculari vt ignibus subiciatur. Nota primo, ꝙ ad Papam spectat concordare duo iura, quando videntur adinuicem contrariari, quod verum est de generalibus iuribus, quia iura particularia possunt interpretari conditores illorum iurium.

† Vide Zichinũ, tracta. de hær. c. 16.

† Alios casus, q b. au fertur illa ponit glo. cap. 123. dil. Fon.

CAP. IIII.

SVper † eo [a] quod scriptum legitur, [b] Ecclesia nulli claudit gremium redeunti: [c] quodque [d] hi, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recedisse, seculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia † relinquendi: [e] cum scripturæ huiusmodi videantur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit per sedem [f] edoceri Apostolicam postulastis.

¶ Nos itaque inquisitioni vestrę de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si (vt dictum est) sine vlla penitus audientia relinquendi sint iudicio sæculari: si tamen postmodum pæniteant, & pęnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pęnitẽtię, ac Eucharistię deneganda. [g]

Nota ꝙ relapso in hæresim, & condemnato per curiam sæcularem, si appareant signa contritionis, & pænitentiæ, non sunt ei deneganda sacramenta pęnitentiæ Eucharistiæ. De alijs autem sacramentis frustra quęritur, quia illa sacramenta non potest habere, nec etiam extremam vnctionem, quia illa solis recedẽtib. ad mortem dantur, c. vnico. de sacra vnct. in antiq. Nota ꝙ sola apprehensio inducit probationem delicti. de quo de iud. cum non ab homine.

[Prima glo. dicit quod declarat.]

a ¶ Super eo]terminantur quæ no. sup. in c. ad abolendam §. illos, & c. pen §. si qui.

b ¶ Legitur.] 23. q. 4 dub. & C. de sum tit. l vlt. ad fin. ADDITIO. Arch. allega. 42 dist. quiescamus. 86 dist. non satis. & c. qui clementiam. 16. q. 1 si cupis Hinc est, ꝙ Romana Ecclesia dicitur liberalis. sup. eo. lib de rescri. sedes. in prin. vbi de hoc. Io Andr.

c ¶ Redeunti.]vel redeundi hinc est, ꝙ omnibus dicitur liberalis su. de rescr. sedes.

d ¶ Quodque] repete. & super eo quod scriptum legitur, quod hi qui post &c.

e ¶ Relinquendi]vt in prædicta decretali, ad abolendam. §. illos.

f ¶ Per sedem] ad quam in tabulis recurrendum est, vt sup. qui fil. sunt leg. per venerabilem.

g ¶ Deneganda.]quod ergo dicit prima auctoritas, intelligitur in salute aiæ Secunda in corporali pęna. ADDITIO. Animæ, q̃ creauit Deus, non vult mortem, de pęn. dis. 1. quia diuinitatis & c. sicut primi in fi. vbi etiam patet, ꝙ ꝑ peccatum Deus homini mortem inflixit A corporali ergo pœna nõ liberat ĩ hoc casu, quo loquitur secunda auctoritas. Ioan. Andr.

¶ Idem eisdem.

¶ Excõmunicati, participes, & socij criminis admittuntur in testes contra hæreticos si sciũt verisimiliter veritatem deponere. h. d. Dom.

CAP. V.

IN fideli [h] † fauore, concedimus, vt in negotio inquisitionis [i] hęreticę prauitatis excommunica-

IN fidei.]Primo ponit constitutionis causam: Secundo cõstitutionem, ibi, Cõcedimus quam fortificat: ibi Pręsertim, & moderanda determinat; ibi, Et ex numero. Dominicus.

CASVS Ad notitiã inquisitoris fidei Christianæ a sede Apostolica deputati peruenit, ꝙ quidam Titius erat hęreticus vel fautor hęreticorum: vñ ipse inquisitor fecit inquisitionẽ, & vocauit testes ad pręsentiam suam q testes vocati dicebãtur participes criminis. Dictũ fuit ꝓ parte istius Titij, ꝯ quem fiebat inquisitio, ꝙ tales non erãt admittendi ad testificandũ contra ipsum, quia erãt participes criminis, alij erãt infames, alij erãt excõicati: vtrum infames, excõicati, vel participes in crimine sint admittẽdi ad testificandũ ꝯ ipsum? Resp Romanus Pontifex ꝙ sic, & hoc in fauorem fidei, vt melius illud crimen possit detegi, isti infames excommunicati, & participes criminis admittuntur ad testificandum contra ipsum hæreticum, licet sit secus in alijs criminibus, si procederetur per viam accusationis, quia accusator debet quærere testes omni exceptione maiores Nota vnum speciale in crimine hæresis, ꝙ infames, & excommunicati admittuntur ad testificandum. Simile est in crimine læsæ maiestatis, in quo admittuntur participes criminis, excommunicati, & infames. Idem in crimine simoniæ, regulariter autem in alijs criminibus non admittuntur isti ad testificandum. Ratio autem specialis in crimine heresis redditur in principio huius c. Nota ꝙ isti infames & excommunicati non admittuntur indistincte ad testificandum in crimine heresis, sed quando est pręsumptio ꝙ ipsi dicunt verum.

No. ꝙ ꝑ fauorem fidei multa statuuntur ꝯ iura cõia. Nota ꝙ circunstantiæ sunt considerandę ad hoc, vt fides adhibeatur testi, maxime inhabili. Domi.

]Prima glo. dicit vnde sumpta]

h ¶ In fidei.] decurtata est de narratione facti, quæ olim incipiebat, Consuluit.

[Glos. seq. quærit, arguit affirmatiue, & soluit contrarium]

i ¶ Inquisitionis]quid si non ꝓcedat per modum inquisitionis, sed accusationis vel exceptionis, nunquid admittentur tales? Videtur ꝙ sic, 1 quia eadem ratio scilicet fidei fauor, & odiũ criminis, versatur vtrobique, ergo idem iu. de rescr. inter cæteras. cum si. contrarium credo, q. a ab illo iure regulari, quo cauetur tales personas ad testimonium admitti non debere, non

† De intellectu vide Frã. Are. § c si. extra de testib. & Palaciũ Rub ũ in allega. de hæreti. §. 16.

3 Et hoc tenet Ar. alle ẽt 2. q. 7. si hęa. q̃ tñ non tenet, vt ibi not ꝙ patet, q a alias nec fuisset necessaria ꝯstõ ista. Ad rõnẽ vero, quæ sequitur in gl Respõ. per no su. pe reg cõsti eo. lib. Io. Andr.

ti,[a] & participes,[b] vel focij criminis ad testimoniũ admittantur: Pręsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum: si ex verisimilibus cõiecturis.[c] & ex numero testium, aut personarum tã deponentium, quàm eorum, contra quos deponitur,[d] qualitate, ac alijs circunstantijs sic testificãtes falsa non dicere præsumantur.

¶ Idem eisdem.

¶ Ordinarij vel eorum delegati & inquisitores sine pęna excõmunicationis facere habent executionem iustitia cõtra hæreticos, per habentes iurisdictionem secularem in locõ, licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam iurisdictionem possideant. h. d. Dominicus.

CAP. VI.

PRæsidentes[e] † regimini alicuius regni, prouinciæ, siue loci, licet excommunicati,[f] vel de facto tantum, & non de iure iurisdictionem habẽtes, ac eorum officiales,[g] ad requisitionem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum hęreticæ prauitatis, nõ valentium sine moræ dispendio[h] vel negotij periculo recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi, possunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitiam & suum officiũ exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos propter hoc sentẽtiam excommunicationis[i] incurrunt. Non tamen præsidẽtibus prælibatis,[k] vel officialibus eorundem, propterea in alijs casibus intelligatur concessum aliquid vel permissum.

¶ Idem eisdem.

¶ Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresi, de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hæreticus. hoc dicit. Dominicus.

CAP. VII.

CVM † contuma-

non recedam, nisi inquãtum inueniam permissum: qui ergo accusat vel excipit, habeat probationes idoneas: nec est accusatio fauorabilis vel inquisitio. ad hoc 1. q. 7. si quis episcopus. Et verbum istud debet aliquid operari: alias quare fuisset expressum ad hoc, de deci. ad audientiam. cum suis concord. & ĵ. de priui. si Papa. 1. respõso in fin.

ADDITIO. Item decr. dirigitur inquisitoribus. Ioan. Andr.

a ¶ Excõicati.] s. inf. c. prox. tales aliàs nõ admittũtur: imo etiam iudices seculares censura ecclesiastica compellũtur tales a testimonio in suis foris repellere. ĵ. de sen. excommu. decernimus.

[Gl. seq. de duob. remittit.]

b ¶ Participes.] qd de alijs exceptis criminibus: an. s. tales admittantur? Dic vt s. eo. lib. de testib. c. 1. sup. de confes. ca. 1. & 6. q. 1 §. verũ. Quid de periuris? habebis. inf. eod. accusatus. §. licet.

c ¶ Cõiecturis.] quas ipse iudex examinãs melius scire poterit. ff. de testib. l. 3. & 4. q. 3 si testes. Et pone exemplum s. de præsump. litteras & con cor. ĵ. eod. accusatus. §. licet. Io. And.

d ¶ Deponitur.] vt facilius credatur ipsis deponentib. ĵ infamatũ vel suspectũ de hæresi, q̃ ĵ nõ infamatum, nec suspectũ. ad idẽ s. eo filij.

PRæsidentes regimini.] Ponit dictum, quod ampliat: ibi, Nec requirẽtes, Et protestatur: ibi, Non tamen.

¶ Præsupponendum primo, q̃ excõicatus non potest esse iudex, & si iudex incidet in excõicationem, pendente ipse, quo est excommunicatus, non habet exercitium iurisdictionis. Item præsupponendum est, qui occupat & detinet aliquod regnum, vel prouinciam, non habet iurisdictionem. cũ re vera non sit dominus regni vel prouinciæ.

CASVS. Aliquis iudex sæcularis est excõicatus maiori excommunicatione, certũ est, q̃ participãtes & cõicãtes cũ ipso sunt excõicati excõicatione minori, hoc est peccant mortaliter: In illis partibus est inquisitor fidei a sede Apostolica deputatus: vult capere realiter aliquẽ hæreticũ, non tñ põt capere talẽ hæreticum pp potentiã ipsius hæretici, vult inuocare brachium seculare: hoc est potestatẽ illius iudicis secularis excõicati; tamẽ timet, quod participando cum ipso incurrat minorem excõicationem, nunquid licite potest inuocare brachium iudicis secularis absq; eo q̃ incurrat sententiã minoris excõicationis? Rñdet Romanus Pontifex, q̃ sic, & hoc verum si excõicatus non habeat superiorem. Idem est de tyranno, qui occupat aliquod regnum vel prouinciam, & de facto habet iurisdictionem, non autem de iure: sed tamen per illam inuocationem non acqrit ipse tyrannus aliquam iurisdõnem in d. cto regno, vel ꝓuincia. No. primo casum in quo valet ꝓcessus habitus per iudicẽ excõicatũ. vide materiã de re iudic. ad probãdũ, in ant. No secundo, q̃ Papa põt statuere, q̃ participans excõicato nõ incurrat excõicationem. ad hoc sup. de sent. excõ. si vero &c. Inquisitionis. Dom.

[Glo. prima dicit vnde sun pta.]

e ¶ Præsidentes.] Decurtata est de narratione facti, q̃ incipiebat: Quæsiuistis.

f ¶ Excõicati.] maiori excõicatione, & publice. [Idẽ Arch.] vt sit maior dubitatio. Ad hoc de re iu. ad probandum. de cler. excom. mini. si celebrat. Io. And.

[Gl. seq. quærit & remittit.]

g ¶ Officiales.] Nũquid officiales excõicati iudicare possunt? Dic vt sup. eo. lib. de supplen. negli. præl. Romana.

[Gl. seq. recitetur q̃õnẽ & solutionẽ.]

h ¶ Dispendio.] qñ ergo sine moræ dispedio hæc pñt, tunc essent excõicati eos requirendo: quia cõicãs cum excõicato, excõicatus est, seruata dis. de senten. excom. nuper in antiq. fallit hic. vbi ergo non est casus iste, ergo nec fallit regula.

ADDITIO. Idem Arch. alleg. 6. q. 3. sicut Apostol. cum tribus c. seq. Io. And.

[Gl. seq. ponit duas lecturas.

i ¶ Excommunicationis.] minoris, & si intelligeres, quod isti essent excommunicati, quia iurisdictionem illam exercebant, tunc qui communicauerunt illis in iurisdictione, excommunicati essent excommunicatione maiori, supra de senten. excom. nuper. & c. si concubinæ. sed hoc speciale est; quia illam pœnam euitant. & sic dicamus excommunicationis, s. etiam maioris vel minoris, & facit quod dixi sup. eo. lib. de sup. neg. præla. Romana

k ¶ Prælibatis.] s. excõicatis, vel tñ de facto iurisdictionem habentibus, & est similis protestatio sup. eo. li. de sta. reg. c. vnico [Et ibi concor. in vlt. gl.]

CVm] Præmittit constitutionis causam, & constitutionem subdit; ibi, Si suspectus.]

Vide gl. fi. in ca. 1. de off. vicarii hoc eod. lib. & Gõdisaluum trac. de hęr. q. 19.

† De intellectu vide Alb. tract. de agnos. asser. q. 10. nu. 71.

Vide gl. in cle. 1. de priuil. & in c. pe. extra de sen. excõ.

¶ Et dicit Io. Mon quod deciditur hic dubium. no 11. q 3. rursus Et quomodo multis modis contrahitur contumacia, remittit Archid. 11. q 3 certum. & vt dicit, est graue peccatum. 8. q. 1. sciendum. & no 4. q. 1. in sum. Ioan. Andr.

cia [a] (in causa præsertim fidei) suspicioni præsumptionem adijciat vehementem, [b] si suspectus de hæresi vocatus a vobis, vt de fide respondeat, [c] excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus, quam si † per annum animo sustineat pertinaci, ex tunc velut hæreticus [d] condemnetur.

† Dictio, si, deest in antiquis rib codicibus etiã impressis & series orõnis indicat abesse oportere.

CASVS. Aliquis denunciauit epõ, ꝙ quidam Titius erat hæreticus: vnde eps fecit fieri secretas informationes, p quas legitime sibi cõstitit ꝙ Titius erat suspectus de hæresi; fecit ipsum citari ex officio suo citatione formali, vt veniret de fide respõsurus: in termino sibi assignato: non comparuit: quare eps reputaui tum contumacem, & illũ tanquam contumacem excommunicauit & publicari fecit: Iste Titius excõmunicatus non curauit de excõicatione: sed corde & animo induratus pertinaciter sustinuit per vnum annum: nunquid censetur hæreticus, vt tanquam hæreticus possit condemnari? Respondetur ꝙ sic, quia per informationes erat præsumptio vehemens, vt citaretur personaliter responsurus de fide: & sua contumacia facit præsumptionem vehementem transire in præsumptionem violentam sufficientem ad condemnandum de crimine. iuxta. c. afferte. de præsump in antiq. Nota differentiam inter præsumptionem & suspicionem. super quo vide no. per dominum Antonium in repetitione c. vestra. de coha. cler. Not quod malum malo additũ plus aggrauat: nam hic operantur duo id quod vnum faceret: secundum Io. Mo Dom.

[Prima gl. dicit vnde sumpta.]

a ¶ Cum contumacia.] olim incipiebat Consultationi.

[Gloss. seq not. in præsumptione tres successiuos gradus.]

1 De materia hui⁹ glossę vide Eymericũ i Directorio inquisitorũ. par. 2. q. 55. & 56.

b ¶ Vehementem.] Nota 1 ex hac decretali suspicionem vehementem, præsumptionem violentam. propter suspicionem citatur vt veniat responsurus; si contumax est, iam dicitur vehementer suspectus & excommunicatus, si per annum in illa perstitit, iam ista, quæ erat vehemens præsumptio, transit in violentam; vnde extunc vt hæreticus condemnatur vt hic. Inde est qđ no. Ber. sup. de præsump. litteras in glo. pen ꝙ non vehemens præsumptio, sed violenta condemnationem inducit. [Allegat Arch. de pur. cano inter versi. attendentes. & inf c proxi. in princ.] Et est si. ad hoc qđ no. de simo. insinuatum in vlt. gl.

c ¶ Respondeat] Ergo vt habeat locum hæc decretalis, requiritur, ꝙ hoc expressum sit in citatione, vt scilicet de fide veniat responsurus, 2 sicut & in sententia requiritur, quod citata fuerit pars, vt veniat auditura sententiam alias sine appellatione rescinditur. ff. quæ sen. sine appel. rescin. l. 1 §. item cum ex eo.

2 Idẽ Archi. & facit cle. vt lite pend. c. 1. Ioan. And.

ADDITIO. Debet citari pars vt veniat auditura sententiam, etiam ferendam in casibus, quibus proceditur simpliciter & de plano, vt in cle. de verb. sig. sæpe. §. penult.

d ¶ Hæreticus.] sic & in alijs criminibus excommunicatus; quia non venit responsurus de crimine, si in excommunicatione stat per annum; post annum habetur pro conuicto. 11. q. 3. rursus. & c. quicunque.

ADDITIO. Licet habeatur pro conuicto, non tamen pro hæretico, vt notatur in c. excommunicamus sup. eod. §. qui autem. in antiq. in glo. videtur in fin. Ioan And.

ACcusatus.) Istud c. legitur vsque ad §. Eum. Et pro intellectu ipsius est primo præsupponendum, qđ alia pęna imponitur lapsis in hæresim: a alia pœna relapsis. Nã lapsis in hęresim imponitur pęna degradationis, cum perpetua immutatione, vt vitam agant in perpetua pęnitentia, cũ pane tristitiæ & aqua doloris; sed quãdo sunt relapsi, debent tradi curiæ sæculari, & sunt subijciendi ignibus.

¶ Idem eiusdem.

Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumptionem, si iterato labitur (licet non fuisset probatum plene) relapsus dicitur, secus si leuis erat præsumptio. hoc dicit vsq; ad § Eum vero. Dominicus.

CAP. VIII.

ACcusatus [e] † de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens [f] suspicio orta erat, si hæ-

† Olim incipiebat Qđ super nonullis, & hr̃ impressa in Bullario litterarũ Apostolicarum ꝓ officio sanctissimæ Inquisitionis pagi. 131. in de hoc c. magnam accipies lucem.

CASVS. Aliquis fuit accusatus de hęresi, vel quia erat suspectus de hæresi: eius superior cępit cõtra eum inquirere: ille non potuit conuinci per sufficiẽtes probationes & testes ad illum condemnandum de crimine hæresis: tñ quia erat suspectus de hæresi, fuit sibi indicta purgatio ad iudicium episcopi: vnde ipse suspectus de hæresi, suam hęresim abiurauit, id est, illi penitus renunciauit cũ iuro: postea fuit repertus in huiõi hæresi, quã abiurauerat, vtrũ ex abiuratione censeatur relapsus: ita ꝙ sit puniẽdus tanq̃ relapsus? nam non est dubiũ qđ si de prima hęresi fuisset conuictus, qđ puniretur pęna relapsorum: sed de prima hæresi non constabat ad plenum: Rñdet Romanus Pontifex cũ distinctione. Aut de prima hæresi erat vehemens suspicio ꝯ ipsum, & illam purgauit ad iudicium epi cum abiuratione: tunc si postea reperiatur in eadem hæresi, censetur relapsus, & tanquam relapsus debet puniri: quia dẽt tradi curiæ sæculari, vt ignibus supponatur: Aut erat modica suspicio, & hæresim suam abiurauit cum purgatione ad iudicium epi, & tunc nõ censebitur relapsus, sed solũ lapsus, & tanq̃ lapsus est puniendus: quia debebit degradari, & perpetuo immurari. No. ibi, censeri, ꝙ talis non dr̃ vere relapsus; quia non erat conuictus de prima hæresi ad plenum, sed ius fingit, ꝙ est relapsus, eo quod nunc cõuincitur iuxta præsumptionem vehementem primæ hæresis, eo ꝙ inuenitur in eadem hæresi. Not. ꝙ ius fingit quandoque id esse quod tamen vere non constat, vide quod not. 50. dist. ferrum. & de sponsis qui. in antiq.

No. ꝙ delictum non dicitur plene probatum, etiam si constet de plena præsumptione vehementi; quod nota pro iuribus & statutis, quæ requirunt plenam probationem. Domi.

[Prima glo diuidit.]

e ¶ Accusatus.] Diuide decretalem in tres partes; In quarum prima ponuntur tres casus, quib. quis dicitur relapsus, & durat vsque ad §. Licet vero, ibi secunda, in qua dr̃, quod periurus in causa hæresis certis casib. testimonium perhibet, & durat vsque ibi, Sane. Ibi tertia in qua ponuntur sex casus olim dubitati, an ad officium inquisitorum spectarent, vsque ad § Religiosi. Ibi quarta in qua dicitur religiosos in hęresi delinquẽtes grauius alijs puniendos.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & in subdiuisione non insisto, quæ per prædicta satis patet. Et dicit Archid. quod olim incipiebat; Quod super: sed illam non vidi & dicit §. cum vero additum per Bonifacium Io. And.

f ¶ Vehemens.] non violenta. de præsump. litteras, & facit quod dixi sup. c. proxi [Idem Archid.]

a ¶ Fictione.] Ideo dicit, q̄a vere non potest dici relapsus, de quo non constat, an fuerit lapsus: sicut dicit capitulum non, ꝙ non pōt dici renatus, qui prius non fuit natus. de cōse. 4. dist. qui in maternis. & c. si baptizatis. Neq. n. dici in eum regeneratio potest, quem generatio non præcessit, vt ibi dicit. propter vehemētē ergo suspicionē fingitur relapsus ita, ꝙ post abiurationem rediēs fingitur relapsus: sæpe enim iura talia fingunt. de hoc. 50. dist. ferrum.

b ¶ Ex hoc.] scilicet quia post abiurationē reperitur lapsus.

c ¶ Grauius.] scilicet q̄ si nūquā abiurasset.

d ¶ Pęna.] sup. ca. ad abolendā §. illos quoque. & supra eo. ing co.

¶ EVM VERO. Iste §. legitur vsq; ad §. Licet vero periuri. Cas⁹ in eo sic figurat. Aliquis Titius fuit accusatus de hæresi, & de vna secta hæreticorum (Quot autē, & quę sint sectæ hęreticorū habetur in c. pe. 24. q. 3.) Vel aliquis fuit accusatus de hæresi, eo quod errabat in vno articulo fidei, vel in vno sacramēto Ecclesię: abiurauit generaliter oēm hęresim: postea incidit in aliā sectam hæreticorū, vel errauit in articulo fidei vel sacramēto Ecclesiæ. vtrū censeatur relapsus: vel tm̄ modo lapsus? Respōdet Romanus Pōtifex dicēs, ꝙ licet iste prius fuerit conuictus de vna specie hæresis: vel in vna secta, vel in vno articulo fidei, vel in vno sacramento ecclesiæ errauit, si abiurauerit hæresim simpliciter, non restringendo ad illam sectam, vel ad illum articulum fidei, aut sacramentum Ecclesiæ, censetur relapsus: secus autem si ipse tantummodo abiurasset suā hæresim in illa secta, vel in vno articulo fidei: quia si postea relaberetur in alia secta, vel alio articulo, censeretur lapsus, non autem relapsus. Sed quid sanctissime pater, ponamus ꝙ aliquis fuit conuictus de hæresi, & illam abiurauit: postea non incidit in illum errorem saltem aperte, sed fuit fautor, vel receptator hæreticorum, qui in illo errore erat, vtrum censeatur lapsus, vel relapsus. Respondetur, ꝙ censeri debet relapsus, & ideo pœna relapsorum erit puniendus. Nota primo, ꝙ hæreticus dicitur committens in vnum articulum fidei tantum.

Nota secundo, ꝙ dispositio generalis posita post enumerationem speciei alicuius, includit ēt alias spēs separatas, ad hoc sup. eod. li. de procu. qui ad agendum. Dominicus.

e ¶ Secta.] multas potes videre 24. q. 3. c. pen.

f ¶ Fidei articulo.] quos habes explicatos, s̄. de summa tri. similiter in ant.

[Glo. seq. recitetur per quęstionem: secūdo quęrit reresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, cēseri debet quadam iuris fictione [a] relapsus, licet ante abiurationem suam hęresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis, & modica suspicio illa fuerit, † quamquam ex hoc [b] sit grauius [c] puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna [d] puniri.

¶ Culpabilis in vno articulo hæresis. generaliter postea abiurando, relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatum. h. d. Dom.

¶ Eum vero qui in vna hæresis specie, vel secta [e] commisit, aut in vno fidei articulo, [f] seu Ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, [g] vel generaliter abiurauit, si † extunc in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus vt relapsum in hæresim iudicari. [h]

¶ Qui post abiurationem hæresis, de qua conuictus fuerat vel postea conuincitur, facto vel verbo hæreticis cōmunicat in rebus hic prohibitis: relapsus dicitur h. d. Dom.

¶ Illæ quoque de cuius lapsū in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat: si post illam hæreticos receptet, † deducat, visitet, siue associet, aut dona, vel munera [i] eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, [k] etiam sine adoratione, (vt verbis [l] vestris vtamur) merito debet iudicari relapsus cum illum ex approbati † a se prius erroris consequentia non sit dubium id [m] fecisse.

mittit, & arguit.]

g ¶ Simpliciter.] per hæc verba puto, ꝙ si abiurasset solum in illo capitulo, licet laberetur in alio, non diceretur relapsus [2]. Et nota ꝙ indefinita ęquipollet vniversali. Ad idem de priuileg. supra, qui circa. Et nūquid de vno articulo infamatus se teneat de omnibus expurgare, notatur de conse. dist. 3. ego Berengarius. & puto hanc literam pro illa parte facere, ꝙ non teneatur: tamē si id faciat valet: & habebit post modū locum pœna relapsorum [3]. vt sequitur.

[Glossa sequens signat contrarium, & soluit.

h ¶ Iudicari.] contra C. de transactio. si de certa. ff. de trāsact. q cum tutoribus. 1. vbi generalis transactio restringitur ad id, de quo spāliter actū erat. Solu. illa totum habent in nō connexis [4] sed hic omnes hęreses sunt connexæ, quia habent caudas adinuicē colligatas: & de vanitate conueniunt in id ipsum. supra eo. excommu. 1. & 2. vnde non quęrimus. an sit relapsus in illā hęresim, in quā prius fuerat lapsus: sed quęrimus an fuerit relapsus in hæresim. Semel ergo lapsus i hęresim, post abiurationē iterum lapsus, licet in alia secta, dicitur relapsus.

i ¶ Munera.] Differētia est inter donum, & munus. Munus enim ex causa datur: donum ex causa & sine causa. ff. de verb. signif. inter donum. l. munus eo. ti. ad principium tituli, dicit ꝙ munus sumitur tribus modis: pro dono, pro onere, & pro officio. Io. Andr.

K ¶ Non possit.] puta propter necessitatem famis. 42. dist. quiescamus 76. dist. non satis. vel ignorabat illos hæreticos: & sic per ignorantiam excusatur. j. de reg. iur. ignorātia. [Io. Mo. allegat de consi. cap. 2. in ant. q. Io. Andr.

l ¶ Verbis vestris.] sic sup. de reb. ecclesiæ non alienandis, hoc consultissimo [& clem. de priuil. c. 1. pœniten. & remis. c. Io. Andr.

m ¶ Id.] scilicet receptare, deducere, visitare, associare, donare, mittere, vel fauorem impendere.

¶ LICET. Iste § legitur vsq; ad §. porro si propter huiusmodi. Et in principio huius paragraphi, Casus sm̄ veriorem intellectum sic figuratur. Titius fuit accusatus de hæresi fuerūt pducti testes ad ipsum conuincēdū: qui testes (vt moris est) iurauerunt deponere veritatem, ipsi tamen testes falsum deposuerunt, dicentes, ꝙ nesciebant illum hęreticum: postea pœnitentia ducti, reuersi fuerunt ad iudicium: & voluerunt deponere contra illud, quod prius deposuerunt, dicendo, ꝙ sciebant illum hæreticum. vtrum sint admittendi? Videtur

1 Idē Io. Andr. ne verbum, fictio, frustra ponatur. c. si papa. de priuile. bene facit. l. si q adulterii C. de adult. ibi lex fingit adulteriū cōmissum, & punit, ꝙ allegatū cōsiguinitatē tn̄ fuit impune Fō.

† Al. fuit.

† Al. ita si extunc in alia ēt hæresis specie, siue secta, aut alio arti. &c.

2 Sic vult gl. & doc. ibi ī versi. fictione. ī eo. facit c. ad abolēdā. fu. e. tn̄ ꝯsuetudo hēt suspectus in vno ar. cogitur omnem hęresim gnāliter abiurare. Fon.

3 Placet Ioā. And. Font.

4 Idē Io. Mon. allegat. 16. q. 2. sed & illud, ibi dr̄, ꝙ p venū mebrū ī totū corpus diffūdit macula. Io. An.

† In īpressis recentiorib. legitur, acceptet.

† In recētiorib. impressis legitur, approbata. ꝗ veterum codicum fidem.

detur, q̃ non: quia deponendo falsum, commiserunt periuriū: modo periuri repelluntur à testimonio. Hac ratione non obstante respondetur, q̃ ipsi admittuntur etiam ex interuallo: & istud est fauore fidei: q̃ verum est, concurrentibus verisimilibus circūstantijs, de quibus in littera, videlicet si apparet, q̃ isti testes non deponunt ex animi leuitate, nec odio, nec amore pecuniæ: sed amore fidei. Sed sanctissime pater vellē informari a vobis, vtrum inquisitores speciales a sede Apostolica deputati ad inquirēdū, & puniēdū de crimine hæresis, possint cognoscere de diuinationib. & sortilegijs? Rñdet q̃ nō: quod verum est, nisi istę diuinationes, vel sortilegia sapiunt hęresim, sicut est emittere nefarias preces circa aras idolorum: dæmones consulere, & eorum responsa suscipere: tunc. n. de istis possunt isti Inquisitores cognoscere. Item nō possunt ipsi Inquisitores cognoscere de vsuris. Et hoc ideo: q. si inquisitores haberent examinare istas causas, posśēt retardari causæ inquisitionem fidei tangentes: cum aliæ causę sint a fide extraneæ. Nota q̃ periurus repellitur a testificādo etiam post peractam pœnitentiam. ad hoc sup. de test. a testimonium. Not. quod testis in causa hæresis potest ex interuallo corrigere dictū suū. Quia autem in alijs causis, vide de tes. cū clamor & de tes. cog. præterea.

a ¶ Repellantur.] 6. q. 1 quicunque. & ĩ. de test. testimoniu n. ADDITIO. Arch. all. g. 22. q. 5 paruuli. de accusa. cum oportea. de testi sicut. in fine No etiam, quod ferre testimonium dignitatis est, 33. q. 5. p̃ceptū. vbi de hoc. & not. in c. testimonium. in gl. Io. Andr.

b ¶ Celando.] Duplex est forma iurandi: quod dic vt sup. de accus. qualiter 2.

c ¶ Postmodum.] Ex interuallo: vt sit hoc speciale fauore catholicæ fidei: alias nihil esset hic fauoris, vt sup. de test. cog. præterea.

d ¶ Iudicijs.] Sic ĩ. eo. in fidei. & sic per indicia statur probationi. & de hoc ĩ. q. si. sint leg. transmissæ. ADDITIO. Et ĩ. eo. excōicamus §. vlt. de cler. peregr. inter quatuor de homi. pro humani. in fi. Io. Andr.

e ¶ Aliud obsistat.] scilicet, q̃ pdictum periuriū: vnde si de falso redarguerentur, non stabitur eorum dicto. de testi. ex tenore.

† De intellectu vid. Alb. in rep. ca. de hæret. in bocca. li. q. 16. nu. 79.

¶ Testis in causa hæresis falsum deponens, licet periurus sit, probat dicendo cōtrariū: dum tamē in indicijs constet dictum non corruptionem, sed veritatem continere. h. d.

¶ Licet † vero periuri à testimonio etiam post pœnitentiam repellantur: [a] si tamen ij, qui coram inquisitoribus iurātes tam de se, quam de alijs super facto hæresis dicere veritatem, eam celando [b] deierent, & postmodum [c] velint corrigere dictum suum, contra se, ac alios suos complices deponendo: cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs [d] apparuerit tales non animi leuitate, aut odii fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modo, quę prius tacuerant, reuelare: in fauorem fidei, nisi aliud obsistat, [e] stari debet tam cōtra se, quam contra aliquos attestationibus eorundem.

¶ Inquisitores super hæresi deputati, non se intromittant de diuinationibus, vel sortilegijs non sapientibus hæresim manifestam. h. d. Domi.

¶ Sane cum † negotium fidei, quod summe priuilegiatum [f] existit, per occupationes aliàs non debeat impediri: pestis Inquisitores hæreticæ, a sede Apostolica [g] deputati, de diuinationibus, aut sortilegiis (nisi hæresim saperent [h] manifeste [i]) intromittere se non debent: nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos.

¶ Inquisitores hæresis de quæstionibus vsurarum se intromittere non possunt. h. d.

¶ De quæstionib. † prætera vsurarum motis etiam contra illos, [k] quibus restitutionem vsurarum in pœnitentia pro hæresis crimine iniunxerunt, ac illi se, & sua ad hoc faciēdum in iudicio ecclesiæ obligarunt, intromittere se non possunt, ne per causas huiusmodi offendiculum [l] negotio fidei præparetur.

¶ Inquisitores possunt compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendam pœnitentiam iniunctam in bonis temporalibus, secus si mortui sint antequam fuerit pœnitentia iniuncta. h. d. Domi.

¶ Si vero † pro his, quæ in hęresi receptando, vel defendendo hæreticos, [m] seu eis fauendo, non tamen existens hæreticus quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendā ab eis præsentiam, & com-

f ¶ Priuilegiatū.] No. magis priuilegiatum anteponi. ĩ. de off. leg. a. volētes. 2. 1. distin. denique. ff de off. procon. l. vlt.

g ¶ Apostolica.] multo minus alij [Idem Archidiaconus.] [Gloss. seq. reci. p q.

h ¶ Saperēt.] sicut est circa aras idolorū nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dæmones consulere, eorum rñsa suscipere. 26. q. 1 hi qui. & q. 4 igit. vel associant sibi pp sortes exercendas hęreticos. vel faciāt prædicta cum corpore, vel sanguine Christi, vel in sortib. vt possint habere responsa, puerū rebaptizant, vel his similia. [Glo. seq. recitetur p obiectionem, & solutionem.]

i ¶ Manifeste.] In dubio a ergo hoc casu non habent iurisdōne: & licet alias iudex cognoscat an sua sit iurisdō, & in dubio dicatur iurisdictionē hēre ff. de iud. si quis ex aliena quę in ordinario loquitur: hic tamen nisi idmanifeste appareat, se nō intromittit & sic ĩ. su. e. li. de censi. c. 1. §. notoria & ĩ. de pœ. c. 1. su. de off. deleg. c. vlt. [Idem Ioan. Mon. & Arch.]

K ¶ Etiam contra illos.] quasi dicat multo minus si contra alios.

l ¶ Offendiculum.] Pluribus intētus minor est ad singula sēsus. Et sæpe, qui ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. presbyteros. & C. de assesso. nemo. [Glo. seq. signat contrarium & soluit.

m ¶ Hæreticos.] Contra sup. eo. tit. cap. penul. vbi defensores, & fautores hęreticorum hęretici sunt. Solu. non in fauente, & defendente: sed in credente loquitur ibi. ADDITIO. Idem Io. Mo.

Hæresim saperē manifeste dicantur

† De materia vide Old. cons. 210. incip. Regularis habet traditio.

† Aliàs ita de qōnib. p̃terea vsurarū motis. & ĩ illos &c.

2 Vide Fel. in c. si clericum, de fo cōp. & Arelata nū tracta. de hęret. notab. 3.

† In veteribus editionib. codicib. ita: Si vero in his, &c. vt

plendam; & ea licet iniuncta, non tamē peracta decessit: si per huiusmodi pœnitentiā onus impositum fuerit proficiens ad salutem, [a] in bonis eius temporalibus [b] exequendum, ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debunt hæredes, [c] vel alij, ad quos cum suo onere [d] bona huiusmodi deuenerunt.

¶Porro si propter huiusmodi hæreticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendā pœnitentiā, quam Inquisitores, ipsi iniungere vellent, bona sua obligauerit eisdem: & antequam ei pœnitentia iniungeretur, decesserit: eius hæredibus nō est satisfactio pro extincto [e] iam crimine iniungenda.

¶ Post mortem hæretici declarari potest eū hæreticum fuisse, ad finem confiscandi. Dominicus.

¶ In eo vero casu, [f] quo hæredes ad successionem non debēt ob hæresim sui auctoris admitti, non obstante quòd auctore ipso viuēte hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiā declaratum, ad † confiscationem bonorum post mortem [g] eiusdem nihilominus procedatur.

¶ Clerici instruentes hæreticos, ne Inquisitores veritatē inuestigēt, puniri possunt per eos: & religiosi grauius puniuntur. k.4. Dominicus.

¶ Sacerdotes insuper & alij clerici, qui negotium inquisitionis, instruendo citatos hæreticos, vel eorum credētes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire: [h] (cum non sit dubium eos † ipsa facere in fauorem hæreticæ prauitatis) per Inquisitores a talibus compesci possunt, & pœna debita castigari, [i] tam per captionē personarum, quàm alias, prout culpa exegerit de-

a ¶Ad salutem.] vt puta vt fundaret, vel ædificaret Ecclesiam, hospitale, vel alium pium locum, vel faceret simile pium opus: vt in Auth. de eccl ti. § si quis ad ædificationem. coll. 9.

b ¶Temporalibus.] hoc dicit: quia secus si in ieiunijs, vigilijs, orationibus, vel similibus consisterit illa pœnitentia. idem esset si nō posset illud iniunctum licet saluriferum expleri per alium. sicut esset theologiam audire, vel similia.

ADDITIO. Licet ieiunia de quibus supra per cognatos possunt impleri, vt dicit Jo Mo. 14. q 2. animæ: non tamen sunt in bonis tēporalibus exequenda; vnde bis cōpetit hoc exēplū.

c ¶Hæredes.] 12. q. 2. eps qui filios. de sepul. c ult. de rap. in litteris. [& de sent. excom. a nobis. & in his omnibus de hoc. Io And.

d ¶Onere.] 16 q. 1. si quis laicus. de dec. pastoralis & c cu nō sit in C. de seru. & aq. l. & prouincia. ff. de pig ex litteris.

PORRO. Iste §. legitur vsque ad finē capituli, & in eo casus sic figuratur: Aliquis recepit in domo sua aliquos hæreticos, quos sciebat hæreticos, vel alias eis auxiliū præstitit, tñ non erat hæreticus: certū est ꝙ venit grauiter puniendus: vt per totam rubricam C. de receptatoribus, quia (vt ibi dicitur) sine illis latrones diu latere non possunt. Or ponamus ꝙ ipse receptator hæreticorum fuit conuictus; & fuit ei aliqua pœna iniuncta, quæ consistebat in tēporalibus puta ꝙ ipse ædificaret ecclesiam: nondum ecclesia ædificata, sed tamē incepta, ipse receptator mortuus est, vtrū sui hæredes possunt compelli ad complendum huiusmodi pœnitentiam, quæ consistit in temporalibus? Respondet Romanus Pontifex ꝙ sic: nam bona sua fuerunt tacite obligata ad complendam dictam pœnitentiam: ideo si quis fuit accusatus de hæresi, & pendente accusatione moritur, non est extinctū crimen: sed contra hæredes potest causa prosequi ad finem, ꝙ bona sua fisco applicentur: nam ex quo lapsus est in hæresim, perdidit omnia bona sua, & fiscus incepit esse dñs. Item ad alium finē, vt memoria ipsius defuncti damnetur: imo si durante vita hæretici, non fuisset incepta accusatio; post mortem eius posset accusari ad istum finem, vt memoria eius damnetur, & bona eius fisco applicētur. Postea in si. dī ꝙ clerici non debent dare instructiones hæreticis, qualiter ipsi respondebunt ad singula capitula sibi proposita per Inquisitores: quod si fecerint, poterūt Inquisitores tales clericos incarcerare, vel alias punire secūdum quod eis videbitur. Nota primo ex isto c. iuncta glo. ꝙ aliquis non dicitur relapsus in hæresim; nisi cōstet eum plene & perfecte incidisse in hæresim: quia de hoc fuit conuictus: sed non dī vere relapsus, si prius erat solummodo præsumptio contra ipsum: sed dī ficte relapsus, tñ est puniendus pœna relapsorum, ac si esset vere relapsus. No. vlterius ex. §. Cum vero, ꝙ si quis errauerit in vno articulo fidei, vel in vno sacrō Ecclesiæ, vel in una secta hæreticorum, & abiurauerit hæresim specialiter; puta qa abiurauerat suam hæresim in vno articulo fidei, aut sacramento Ecclesiæ, aut in alia secta: si postea labatur in alio articulo, vel sacramēto, vel alia secta hæreticorum, non dicitur relapsus, sed tantūmodo lapsus: secus si abiurasset generaliter & simpliciter suam hæresim. Not. ibi, Ille quoque, ꝙ si quis fuit conuictus de hæresi, & illā abdicauerit; si postea receperit hæreticos, censetur occulte relapsus: licet aperte non constet, ꝙ credat eorum errori: nam ex consequentia prioris erroris præsumptio est, ꝙ credit errori ipsorū, & censetur relapsus. No in §. Licet, ꝙ testis non solū deierat dicendo falsum: sed etiam celando veritatem. Item nota casum, in quo testis periurus admittitur ad testificādū. Item nota casum, in quo testis ex interuallo potest dictum suū corrigere, licet regulariter contra: sed illud est fauore fidei. No ibi, Si vero quòd res transit cum onere suo reali ad quemcunq; possessorem vel successorē perueniat res ipsa, & ad hoc allegatur iste §. vt si res tua sit mihi obligata, & hypothecata; licet rem illam alienes, tamen remanet mihi obligata: & potero agere hypothecaria.

e ¶Extincto.] oīa extinguuntur morte: vt 33. dis. quorunda 23. q. 1. admonere ff. de ijs q mor. si consci. l. vlt. ex quo igitur extinctū est crimen & pœna non est imposita, pertinere tam extincto, nō imponatur vlterius.

f ¶Casu.] scilicet, quia non fuit reincorporatus vnitati Ecclesiæ.

g ¶Post mortem.] 24. q. 2. sane 2 & C. ad l. Iul. maiest. l vlt 2 intellige hoc vsque ad 40 annos. nā post ea abdicari non poterunt, etiam a Romana ecclesia a filijs catholicis; qui illa tanto tempore bona fide posséderunt, quod verum est, si parentes catholici putabantur, vt sup. eo. lib de præscrip. c. ult.

h ¶Impedire.] manifeste vel non manifeste; dummodo hoc constare possit.

i ¶Castigare.] 1. c tit. de pœn. Romana.

ADDITIO. Idem Io Mon. & Arch caueant tñ eps & Inquisitores ne impedimentum esse; falso in ponās alicui, quod dic in cle. eo. tit. c. 2. §. pen Io. And.

Casus litteralis domini Hedig.

† Aliàs, ad occupationē.

† Aliàs, ita; ipsos ea facere, &c.

1 Crimina regulariter morte delinquētium extinguūtur. l. 3. & 5. C si re vel acc. mor. fue. fallit i crimine hæresis. vide Doc. in c. filij. s. eo. & Godisaluū tracta de hæresi q. 11.

2 Hęc lex pbat idē i crimine læsæ maiest. Ioan. And.

linquentis.[a] ¶ Religiosi[b] etiam sunt immutationis[c] † pœna, vel alia grauius puniendi, quã seculares,[d] si inuenti fuerint in hæresi, vel consimilibus[e] deliquisse.

¶ Vrbanus quartus.

¶ Non valent statuta per qua inquisitoris heresis officium impeditur vel retardatur.

CAP. IX.

STatutum † ciuitatis, castri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquisitionis hęreticæ prauitatis directe,[f] vel indirecte,[g] ne in eo libere procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari,[h] nullius existere firmitatis: ipsiusque ciuitatis vel loci dominum, Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectores, per quem, vel quos eadem ciuitas, seu locus regitur, quocunque nomine[i] censeantur, ad statutum huiusmodi loci diœcesano vel eius uicario, aut inquisitori seu inquisitoribus labis præfatæ, sine moræ[k] dispendio † exhibendum; & si tale[l] inuentum fuerit reuocandum omnino, uel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis processus non impediantur, uel aliquatenus retardentur,[m] per censuram ecclesiasticã decernimus compellendos.[n]

¶ Officium inquisitoris heresis morte concedentis non expirat etiam quo ad negotia prius non cœpta vel extorta. hoc dicit.

¶ Clemens quartus inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

CAP. X.

NE † aliqui[o] dubi-

a ¶ Delinquentis.] nam grauius delictum est grauius uindicãdum. 24. q. 1. non afferamus sup. de exces. prxl. tanta. & in æqualibus delictis æquales sunt pęnæ. inf. tit. prox. c. vnico in fi.

b ¶ Religiosi.] Isti si reperiantur hæretici; non sunt dicẽdi religiosi, sed religionis obũbratione fuscati. sup. eo ti. ad abolendam. § primo, &c.

c ¶ Immutationis.] sup. eo. tit. c. pen.

d ¶ Sæculares.] scilicet clerici, vel laici, & cõcor optime. s. ne cle. vel mon. c. sed nec.

e ¶ Consimilibus.] de quibus vidisti. sup proxi §.

STatutũ.] Primo constat statutum ꝑ quod directè, vel indirectè impedit, vel retardari inquisitionis officium. Secundo: ibi, Ipsiusq; officiales ad quos spectat, iubet excõicari, si illud non reuocent, vel tẽperẽt. Dicit Archi. ꝙ olim incipiebat, multorũ, & fuit multũ abbreuiata. & aliud hic nõ glossat. Ioan. Mon. dicit, quod inter terminos illius decret. & sup proxi §. sacerdotes. nõ cadit iuris diuersitas; cum tam laici, q̃ clerici subiecti sint inquisitionis officio, & hoc minus dubium: quia ibi, sit ut a priuato, hic autẽ ut a iudice: quod est grauius. Io. And.

CASVS. Communitas huius ciuitatis fecit unum statutum, per quod statutum impeditur inquisitio contra hęreticos facienda; quia fecit statutum, ne aliquis ciuis posset de crimine hæresis accusari, vel ne aliquis ciuis huius ciuitatis posset ferre testimonium in crimine hęresis; Quæritur quale erit officium inquisitoris fidei a sede Apostolica deputati circa tollendum huiusmodi statutum? Respondetur, ꝙ ipse inquisitor fidei conuocabit ciues, & eos compellet, ut sibi exhibeant illud statutum, & si uideat, ꝙ per illud statutum impediatur inquisitio prauitatis hæreticæ, poterit compellere ciues ad tollendum & rumpendum illud statutum, uel ad modificandum illud statutum, ut non tollatur inquisitio hæreticæ prauitatis. Not. primo argu. ꝙ quælibet vniuersitas potest sibi facere statuta, de quo sup. de consitu. cum omnes.

Nota secundo, ꝙ ordinarius loci potest petere editiones statutorum laicorũ, ut uideat si sint aliqua contra fidem catholicam. Dom.

f ¶ Directè.] puta ne aliquis ciuis illius loci accusari possit, vel contra eum inquiri super crimine hæresis; vel ꝙ nullus contra alium de crimine hæresis audeat testificari, vel his similia.

[Gl. duæ seq. notant duo, & in secundo fit remissio.]

g ¶ Indirectè.] puta ut nullus possit de aliquo crimine puniri ab aliquo q̃ a potestate, uel ut nullus alius quã potestas possit aliquem capere, vel capi facere: vel ut nullus nisi sit de familia potestatis, possit arma portare vel his similia.

h ¶ Retardari.] nota contra generale illud, quod differtur non aufertur. 14. q. 6. c. 1.

i ¶ Nomine.] supra eod. lib. de elect. fundamenta.

k ¶ Moræ.] nota moram vitandã: de hoc dixi s. de elec. c. vlt. ADDITIO. Cõcord. constitutio Ioan. execrabilis. § qui vero. & § porro. Io. And.

l ¶ Tale.] scilicet, qđ directè, vel indirectè impediat vel retardet.

m ¶ Retardetur.] vnde de statuto de nõ portãdis armis excipiuntur inquisitorũ familia, & his similia. ADDITIO. Non tamen debẽt Inquisitores abuti concessione portationis armorum, vt in cle. eo. tit. c. nolentes.

n ¶ Compellẽdos.] sic sup de iureiu. c. licet. de excep. c. ult. j. de sent. excom. decernimus.

NE aliqui.] Primum ponit dubiũ, quod secũdo declarat: ibi, præsenti.] ¶ Pro intellectu huius c. est præsupponẽdũ primo illud. qđ hr in c. gratũ. de offi. deleg. in antiq. videlicet, quod iurisdictio delegata expirat morte mãdantis, re existente integra. Item secundo est præsupponendũ, ꝙ Inquisitores a sede Apostolica deputati habent iurisdictione delegatã.

CASVS. Papa deputauit aliquẽ inquisitorẽ in prouincia Burdegal. iste Inquisitor cępit inquirere contra aliquos, qui erãt suspecti de crimine hæresis: uel non incepit inquirere nec exercere suã iurisdictionẽ delegatã; postea hoc pendente Papa mortuus est; nunquid est expirata iurisdictio inquisitoris ad minus quo ad causas non inceptas; Vř ꝙ sic per dictũ c. grauatũ. allegatũ in ꝑsuppositione. Respond Rom. Pontifex dicens, ꝙ in hoc suo decreto statuit & ordinat, vt per mortẽ Papæ nõ sit extincta iurisdictio inquisitoris, et si crimẽ hæresis nondum erat ortum, puta quia tpe mortis Papę Titius non erat hęreticus, postea mortuo Papa incepit esse hęreticus male sentiendo de fide, certe inquisitor poterit inquirere de isto crimine, & Titium punire, & hoc est fauore fidei. Nota primo arg. quòd concessio facta sub nomine summi Rom. Pontificis videtur facta contemplatione dignitatis & non contẽplatione nominis proprij, de quo sup eod. lib. de rescrip. si gratiose. Nota secũdo, quod multa statuũtur pro fauore fidei contra regulas iuris cõis Dom. (Prima gl. dat simile, & sumat.)

o ¶ Ne aliqui.] Sicut officium legati non expirat re integra mortuo Papa, vt sup. de offi. lega. c. 2. sic & officium inquisitoris hęreticę prauitatis in fauorem fidei re integra non expirat, ut hic.

ADDI-

† Quæ sit illa dixi s. e. c. 1. & illa pęna, est a can. nõ legib. inuenta. l. aũt dãnũ. §. solent. ff. de pęn c. quãuis. de pęn. j. eo. Ana c a nobis. i j. colla. de aposta. Fon.

† Cõcor. rescriptũ Inno. iiij. incip. Ad extirpanda. §. cæterũ teneat. & aliud rescriptũ Alex. iiij. incip Implacida cessatio. quę habentur impressa ĩ bullario Litterarũ Apostolicarum ꝓ officio sãctissimæ Inquisitionis.

† Faciunt no ꝑ Doc. c. si. s. eo. de immu. eccl. dicẽtes, ꝙ eps cogit laicos fateri quod nõ lẽdũt statutis suis ꝑiudicare ecclesię. arg. gl. 2. pueni de arbi. & q̃ no. Archi. 2. q. 1. c. Lothari. Fon.

† Vide Dec in c. causã matrimonij ext de offic. deleg. & Aclatanũ trac. de hæret. notab. 4.

ADDITIO. Et intellige de inquisitione simpliciter. nam si cum clausula, & usque ad voluntatis beneplacitum, distingue, vt sup. eodem, lib. de rescrip. si gratiosa. Io. And.

a ¶ Expiret.] sicut potestas delegatorum datorum ad causas, supra de offi. delega. vndique, & cap. gratum, & capit. relatum.

b ¶ Incepta] de quibus non dubitabatur per iura proxime inducta, & non incepta: quia per quemlibet iudicialem actum, et preter citationem iurisdictio perpetuatur, vt dici solet in decre. de offi. dele. licet. ibi, vti non cœperit.

c ¶ Non cœpta] no. quia si hoc esset speciale fauore fidei catholicæ, vt j. d. ergo vbi nõ est fauor eius, cõtrarium est regulare & sic nota terminatam quæstionem no. j. de offi. deleg. licet. qua quæritur, an perpetuatio facta in vno articulo, perpetuetur in alijs per easdem lras legagato commissis. ad idẽ sup. eo. lib. de off. deleg. c. vlt. §. officiũ. & est in hoc dña inter istum inquisitorẽ & conseruatorem, vt ibi patet.

d ¶ Emerserant.] vt si tempore mortis Papæ non erat fictus hæreticus: postea lapsus senserit. hæresim hoc poterit cognoscere inquisitor.

e ¶ Fauorem.] sic sup. eo. in fidei fauorem, & sup. eo. accusatus. §. licet cum sim. in hoc tit.

Nota ad quẽ inũdõ perpetuata in vno articulo, an censeatur perpetuata in aliis articulis.

tationem solicitam excitantes in dubium reuocent, an officium inquisitionis hæreticæ prauitatis solicitudini vestræ infra certos limites ab Apostolica Sede commissum, expiret [a] per mortem Romani Pontificis, qui commisit: Præsenti declaramus edicto, ipsum officium, non solum quo ad negotia viuente mandatore incepta, [b] imo etiam quo ad integra et non cœpta, [c] et quod plus est, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerserant, [d] in fauorem [e] fidei post committentis obitum perdurare.

¶ Idem eiusdem.

¶ Informat inquisitores ad Deum, vt eius timorem hominum metus anteponant, in procedendo simul vel separatim contra hæreticos, & suos fautores, & etiam in eos absoluendo cum vere redierint.

CAP. XI.

VT † officium [f] inquisitionis contra hæreticos in prouincia, [g] in qua vobis idem officium est commissum auctoritate Apostolica, possitis efficacius adimplere: Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique [h] in præfata prouincia simul, vel separatim, [i] aut singulariter (prout negotij vtilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas (homi-

† cõcord. re scriptũ Vrbani 4 inci. licet ex oib. vñ hoc c. accipiet lucẽ hr ĩpressũ ĩ bullario literarũ p Offõ Sanctissimę Inquisitionis.

VT officium.] Diuiditur in tres partes: Secunda ibi, Verum. Tertia: ibi, compelcendi.

ADDITIO. Et dicit Arch. quod olim incipiebat licet Ioan. And. Io. Monac. qui diuidit decre. in quattuor partes, de hac facit partem secundam: ibi, Si vero in alijs con cor. Io. in. And.

¶ Præsupponamus primo illud, quod habetur in capit. cum causam. de offi. deleg. in antiq videlicet, quod si a Sede Apostolica committatur aliqua causa simpliciter duobus iudicibus delegatis, vnus nõ potest procedere absque alio, & si procedat, suus processus erit nullus.

CASVS. Papa in prouincia Burdegal. deputauit duos vel tres inquisitores fidei simpliciter: vnus illorum inquisitorum alio non consulto, cœpit inquirere contra aliquos hæreticos, vel fautores & receptatores hæreticorum: pro parte illius, cõ quem inquirebatur, fuit oppositum, & allegatum, quod ipse solus non poterit procedere, quia ipse & alij duo inquisitores fidei fuerunt simpliciter deputati, & sic non põt procedere solus absque alus, per c. cum causam, alle. & quod si vellet procedere ad vlteriora, cõtra ipsum, quod ipse appellaret: Vnde consultus Rom. Pontif. respondet, quod fauore fidei ordinat, si committatur officium inquisitionis fieri duobus, uel pluribus inquisitoribus simpliciter contra hæreticos, vel eorum fautores siue receptatores: omnes inquisitores simul, vel separatim poterunt procedere, secundũ quod eis videbitur, quod cũ hæresis poterit melius tractari. Sed ponamus, quod aliquis suspectus de hæresi, vel fautor, & receptor hæreticorũ, non potuit ad plenũ conuinci de hæresi: verumtñ erat suspectus: Inquisitor indicit sibi purgationem: ipse autẽ ad iudiciũ inquisitoris se purgauit cum abiuratione suæ hæresis: postea iste vult redire ad vnitatẽ ecclesiæ: vtrum sit recipiẽdus? Respondet, quod sic: tamen inquisitor debet esse cautus, & videre, an tales redeuntes ad vnitatem Ecclesiæ fingant redire, & ne decipiant ipsos inquisitores sub specie agni h. s. vsque ad § Verum. No primo, quod si aliqua cã a Sede Apostolica cõmittatur plurib. simpliciter: vnus delegatus non potest in cã pcedere sine alio: & si pcedat, potest pars aduersa appellare. illud colligit ex isto c. arg. a speciali: quia si speciale sit fauore fidei, ut in causa hæresis unus inquisitorũ deputatorũ simpliciter possit solus de causa cognoscere: ergo ius coe est ĩ cõtriũ: No. quod si hæreticus abiuret hæresim, & velit redire ad ecclesiam: ecclesia nõ debet sibi claudere gremiũ. No. quod talis hæreticus rediens ad Ecclesiam est absoluendus secundum formam traditam in c. cum desideres de sent. excom. in antiq.

[Prima gl. diuidit, & summat.]

f ¶ Vt officium.] Diuido decretalem in tres partes. In prima informat inquisitores ad Deum, vt eius timorem hominũ metui anteponant in procedendo simul vel separatim contra hæreticos suos fautores, & etiã in eos absoluendo cum vere redierint: & durat vsq; ibi: Verũ quia. Ibi secunda pars, in qua eos instruit in mõ examinationis testiũ, & in personis, quæ testificata scribere debeant, vsq; ad §. compescendi. Ibi, incipit tertia pars in qua eos instruit circa personas, per quas impediri posset, vel differri inquisitionis negotium.

g ¶ Prouincia.] inspicit factum: quia idem in ciuitate, diœcesi, vel alio certo loco.

h ¶ Vbique.] sic ordinarius in qualibet parte diœcesis suæ potest causas audire, & pro tribunali sedere, sup. eo. lib. de offic. ordin. cum episcopus. ad idem de offi. lega. nouit.

[Glo. seq. ponit regulam contrariam, dat simile, & illud determinat.]

i ¶ Separatim.] regulariter contra, nisi ex forma commissionis id habeat. & supra de offi. delega. causam. & cap. cum plures. supra eodem lib. Sed hoc speciale fauore fidei, ut efficacius, &c ut supra dixi. & aequiparantur in hac parte ordinarijs quorum quilibet per se procedere potest. ff. de offi. procons. l. prima. quod de ordinarijs intellige, qui insolidum iurisdictionem habent, sicut est in scholaribus, episcopis, magistris, & doctoribus. C. ne filij pro patre. auth. habita, secus in ijs,

qui

qui non habent insolidum, sicut est cum capitulum cognoscit: quia tunc quilibet singularis per se non est iudex ad hoc, quod no. 15 q. 7 Episcopus nullus. & de offi. ord. irrefragabili, & concor. ad hanc decre. inf. eod. per hoc Io. And.

a ¶ Diuino.] 11 q. 3. Iulianus. hic sup eod. lib. de im munita ec cle clericis. ad idem sup eo vergentis.

ADDITIO Et capi. a nobis 2. in fi. Archid. hic tractat, an valeat absolutio nõ seruata forma, & tenet, quod valet. & vide in praeal le. capit cum desideres Io. And.

b ¶ Procedatis.] hodie restricta est potestas inquisitorum in quibusdam per cle. eo tit. multorum.

c ¶ Labe.] gñaliter, simpliciter. Vel dic ea, de qua suspectus, vel conuictus erat. de hoc dixi sup. eod. accusatus. §. 1. Ioann. And.

d ¶ Formam.] 11. q6. 3. cum aliquis. supra de sen. excomm. cum desideres.

e Ecclesiae quae gremium nõ claudit, s. eo. super eo.

f ¶ Consueuit.] 1. q. 7. quotiens cordis & ca. saluberrimum. de consue. dist. 2. ego Berengarius.

g ¶ Simulata.] 27. di. quod interrogasti. 1. q. 1. sicut hi. 12. q. 5. cauete. est tamen interdum vtilis simulatio. 24 q. 1. vtilem. & dic de hoc, vt ibi. 24. q. 1. officij.

h ¶ Fallentes.] mentiti Deo possunt, fallere autem ipsum non possunt. de con. sue. dist. 2. panem de alteri.

i ¶ Lupum.] sup. de renun. nisi. §. propter malitiã. & 23. q. 4 tres personas. & 61 dist. oportet. Io. And.

k ¶ Verum quia.] Iste § legitur vsque ad § compescendi. Et in eo casus sic figuratur. Aliquis inquisitor haereticae prauitatis a Sede Apostolica deputatus contra aliquem suspectum de haeresi caepit inquirere: ipsum vocari fecit ad comparendum coram se responsurum de fide; qui comparuit in die sibi assignata: fuerunt adducti testes: Quaeritur quam cautelam debet habere iudex in examinando testes; verum possit illos examinare in praesentia solius notarij, vel loco eius in praesentia duarum honestarum personarum, quemadmodum fit in aliis casibus, vt in cap quoniam contra falsam, de prob. in antiq. vel vltra illas duas personas debet adhibere alias duas personas honestas? Respondet Romanus Pontifex, quod in crimine haeresis debent examinari testes in praesentia notarij, vel loco eius in praesentia duarum personarum, & vltra debent adhiberi duae aliae honestae personae: ita quod notarius postquam legerit depositiones testium, dẽt legere corã illis personis attestationes & dicta testium, quae personae habebunt approbare, quod ipse fideliter redegit in scriptis dicta ipsorum testium. Or sanctissime pater, dñ in c. sicut ne cle. vel mona. c saecularibus negotijs se immisceant, quod si notarius, vel tabellio efficiatur religiosus, non debet amplius exercere officium tabellionatus, vel notariatus. Sed verũ in negotio fidei possit religiosus exercere officium notariatus, hoc est, vtrũ possit redigere i scriptis dicta & depositiones testium examinatorum in cã haeresis? Rñdet Rom. Pontif. quod sic: non obstante quocunque statuto, vel iure suae religionis seu ordinis, puta, si haberent statutũ, quod nullus religiosus in quocunque negotio possit exercere officium notarij, uel tabellionis. Nota ex hoc. §. verũ. ibi. [Religiosas, & discretas.] quod ista coniunctio copulatiua, &, ponitur expositiue, pro, id est, nã nõ requiritur, quod illae personae sint religiosae, dummodo sint discretae, & honestae. Nota vlterius, quod acta iudicis nõ requirũt testiũ subscriptio nẽ. c. quoniã contra falsã. de prob. in ant. Secus esset dicendũ i actis extraiudicialibus: quia subscriptio est de substantia instrumẽti. veruntamẽ in actis extraiudicialibus quando sunt duo notarij, non requiruntur testes: quia unus notarius aequipollet duobus testibus. l. dominae ff de testibus. Nota, quod ratione fidei testes in causa haeresis sunt examinandi in praesentia duarum honestarum personarum. Rõ specialitatis est, quia agitur de maiori praeiudicio: ideo cũ maiori cautela est procedendum. No. si notarius efficiatur religiosus, vel presbyter, non põt exercere officium notarij. quia illud officium est saeculare: nam specialiter fauore fidei religiosus, uel presbyter potest exercere officium notarij in causa haeresis: ergo ius commune est contrarium.

l ¶ Duas.] Integrum. n. est iudicium: quod plurimorũ sententiis confirmatur, sup de off. dele ga. prudentiam & ad idem 20. dist. de quibus.

m ¶ Discretas.] semper. n. qui graues causas ecclesiasticas audiunt, debent esse discreti. sup. de consanguin. & affinit. c. 1.

n ¶ Idoneos. sic sup. de proba. quoniam contra falsam, & dic, ut ibi.

ADDITIO. Et in extrauagan. debent. quam allegat sequens glo. Io. And.

¶ In plerisq; codicib. mẽdose legitur ita: diuinoque timore postposito. Iã in quodã manuscripto hĩ ita, hominũ metu, Domini non timore postposito. procedatis.

nĩ metu diuino [a] quia † timore postposito) procedatis. [b] ¶ Si vero aliquis ex praedictis haeretica labe [c] primitus abiurata, redire voluerit ad ecclesiae vnitatem: ei iuxta formam [d] ecclesiae [e] absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidem, quod iniungi talibus consueuit. [f] Prouiso solerter, ne simulata [g] conuersione redeant fraudulenter, & vos (imò seipsos) fallentes [h] sub agni specie lupum [i] gerant.

¶ *Instruit inquisitores in modo examinationis testium: et in personis quę testificata scribere debeant. h. d.*

¶ Verum [k] quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vllo proferatur errore durę ac dignae seueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione testium; quos recipi super crimine praedicto, ipsumque contingentibus oportuerit, ad hibeatis duas [l] religiosas & discretas [m] personas: in quarum praesentia per publicam (si commode potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos [n] fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. ¶ Ad conscribendas † quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quae in commisso vobis officio ad scriniarij, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte pręcipimus, cum per vos fuerit requisiti, omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo tabellionatus officium habuisse, aut exercuisse noscuntur; & illos, ẽt quibus idem tabellionatus officium rõne praefati negotij fidei fuit Apostolica Sede commissum, & in posterum committetur; Concedentes hmõi fratribus, nec non & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dũ essent in seculo tabellionatus officium habuerunt † & exercuerunt, qui busuis etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus (etiam

† Vide rescriptum Alex. iiij. incip com missae. & rescripto Pij iiij. incipi pastoralis officij cura. hãt Ipressa in ter litt Apostolicas pro officio Sanctissimae inquisitionis.

† al. ita, habuerit & exercuerint.

[Glo.

[Glo. seq. not. ad quæstionem de tabellione facto monacho &c & ponit opinionem Gul.]

a ¶ Præmissa.] per hanc litteram bene patet, ꝙ tabellio factus monachus non potest exercere, quoad alia tabellionatus officium, & hoc est bene patet ex extrauan. ti Bonifacij Debent superioribus de off. ordi circa medium decre. & idem probamus olim per decre. sup. ne cl. vel mo. sicut per l. C. de sacrosan. eccl. l. antepe. 16. q. 1. §. nouarum. C de epi. & cler. l. placet. not. tamen Gulielm. in Spec. de statu mona. vers 17. ꝙ veteres rogationes complebit: sed nouas non assumet. ff. fami. ercifcū. alienationes. ff. de postulā. l. 1. §. casum. ff de neg. gest. nam & seruius. §. si vno. ad idem sup de iud. Iudæi de ciuitate. cū similibus

b ¶ Canonis.] supra ne cleri. vel mona. si cut te.

¶ COMPESCENDI. Iste §. legitur cū breuitatis, vsque ad finem c. Et in eo casus sic figuratur Papa deputauit inquisitorem in ciuitate Pistauié est aliquis hæreticus, qui fuit cōuictus de hæresi: vnde inquisitor ꝯuocauit populum ad prędicādum hæretico: super uenerūt quæstores, qui portabant indulgentias, & voluerunt facere quæstā illo tēpore, quo popul⁹ erat ꝯgregatus ad prædicandum hęretico: nūquid inquisitor pōt inhibere q̄storibus, vt tempore illo non exerceant officium quęsturæ, quousque sit finitus sermo inquisitoris? Respondet Romanus Pontifex ꝙ sic. & illos quæstores ad hoc faciendū poterit compellere censura ecclesiastica, remota appellatione. Sed ponamus, quod inquisitor non potest capere aliquem hæreticum propter impotentiam: quia sunt aliqui, qui impediūt ne hęreticus possit capi: nunquid inquisitor poterit inuocare brachium seculare ad capiendum istos impedientes, ne hæretici possint capi? Respondet ꝙ sic: dicens vlterius, ꝙ ipse ordinet, vt potestates seculares obseruent, & faciant obseruari a suis subditis constitutiones factas ꝯ hæreticos, vel eorum fautores, vel rec. ptatores: & quod ad istud faciendum ordinarij locorum, vel inquisitores hęreticæ prauitatis compellant ipsos iudices. vel potestates seculares mediante ipsorum iudicum secularium, & potestatum iuramento Sed quid si ipsi Potestates, & iudices seculares noluerint præstare huiusmodi iusiurādum, quod obseruabunt, & a subditis suis facient obseruari constitutiones factas per sedem Apostolicam, contra hæreticos vel fautores eorum: vel etiam constitutiones a se de Apostolica approbatas? Respondet ꝙ ipsi sunt priuādi officio & regimine suæ dignitatis, & tandem infames & fautores hæreticorum sunt habendi: hoc dicit in longum. Nota, ꝙ quis non est trahendus extra suam diœcesim vltra duas dietas. cap. nonnulli. supra de rescript. Sed vtrum sit correctum c. statutū, sup. eo. lib. de rescri. quod c. loquitur de vna dieta? Dicēdum est quod non: nisi in quantum ad istum articulum, & hoc fauore fidei, & est speciale hic in fide: nā illud c. statutum loquitur generaliter. Nota vlterius quale debet officiū quęstoris: videlicet, q̄d non debet prædicare, sed simpliciter debet exponere suas indulgē tias: & requirere a populo charitatiua subsidia: Et istud verum, q̄d quęstor non debet prędicare, nisi alio iure esset sibi ꝑmissum. Not ꝙ inq̄sitor hæreticæ prauitatis potest quæstoribus inhibere ne faciant quęsta tpe quo vacat pro fide: & ipsum oportet facere ꝯgregationē populi. Not q̄d inquisitor pt inuocare brachium seculare ad capiēdū illos, qui impediunt ne hæretici possint cap. Nota, quod si iudices seculares nolint præstare auxilium inquisitoribus ad capiē dum hæreticos, vel eorum fautores: sunt ipsi iudices suspecti de hæresi, & priuantur iudicatura.

si ijdem fratres religiosi, & clerici sint in sacris ordinibus constituti) exercendi libere officium ipsum quo ad præmissa, [a] non obstante statuto aliquo contrario canonis, [b] vel ordinis quocumque vallato munimine potestatem.

¶ *Instruit inquisitores circa personas, per quas impediri posset, vel differri inquisitionis negotium, h. d.*

¶ Compescendi prȩterea monitione præmissa, [c] per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, [d] prædicatores, quæstuarios † (vbi contigerit pro inquisitionis, seu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) a prædicationis officio, quod ad ipsos [e] nullatenus pertinet (quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. [f] ¶ Deniq; vt circa prȩmissa plene vobis & singulis vestrum coerctionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio [g] brachij secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscumq; personis cuiuluis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, comitatibus, † vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum specialiter vel generaliter, sub quacunque verborum expressione, vel forma a memorata sede concessis, vel in posterum † concedendis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, & indulgētijs nullum nobis in tantæ pietatis negotio uelimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus [h] dietis edita in Concilio generali.

c ¶ Præmissa.] Hoc est regulare, vt dixi vt 11. quæst. 3. c. indignè. de sent. excom. sacro. in antiq. Ioan And.

d ¶ Postposita.] quia hoc operetur, habes supra de appel pastoralis. & not. eo. tit. vt debitus.

e ¶ Ipsos] scilicet quæstuarios.

f ¶ Facultatem.] hoc vult dicere, quod si facta per inquisitores congregatione pro negotio fidei veniant aliqui de Rugiualli, vel alij quæstuarij. & velint ibi prædicare possunt compelli per censuram ecclesiasticam desistere.

g ¶ Auxilio] 23. q. 5. prodest. de offi ord c. 1.

[Glo. sequens allegat, quærit. atq. prosoluit contrarium.]

h ¶ Duabus dietis.] supra de rescrip nonnulli. Quid dicemus de noua decre. supra eod. lib. statutum. de rescrip. Vides, quod ista decret. fuit Clementis: & sic quo ad hoc videtur ista decre per illam correcta. cum. Et posterior ad idem supra eod. lib. de constit. c. 1. cum. suis concor. Contrarium dico, quia decre illa locum habet in litteris impetratis a parte contra partem: licet in conseruatoribus locum habeat, vt sup. eod. lib. de offi. dele.

† Prædicatores, quęstuarios omino sustulit Conci. Trid. sess. 5. de refo. c. 2. §. vlti. & sess. 21. de refor. c. 9.

† In manuscript. legit cōmitatibus.

† Hic Papa vt imponere legē successori. ꝯ c. si. de rescr. ī. e. & logē hic tex. de priuilegio personæ, & ordinis, secundū Lapū, alleg. sua 106. citatum p Phi. Fran.

† Idē Ioā. Mona. & Archid.

dele.cap.vlt. §.conseruatoris. Sed istud est quoddam speciale fidei fauore, quod non tollitur per generalem constitutionem, licet postea subsecutam. & ad hoc ǰ. de reg.iur. teneri, & quod ibi dixi. Io. And.

a ¶Subiectis] quia extra territorium ius dicenti impune non paretur. de constit.cap 2 sup.eo. lib. ff de iuris.om. iu di. l.vlt & hoc, quod hic dr̄ habebamus supra c.excommunicamus. 1. §. moneantur.

b ¶Approbatas.] oīa enim nostra facimus quibus auctoritatem nostrũ impertimur. C.de vet. iur. eun. l. 1. §. sed neque (& sup eo.lib.de præbend. si Apostolicæ. Io. And.

c ¶Publicum] sic ǰ. de pœ. felicis & ǰ. c. proximo.

¶ Statuimus insuper, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, vel Consules, seu quiuis alij, qui ciuitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præsunt † in futurum, ad requisitionem diœcesanorum, vel vicariorum suorum, seu inquisitorum hęreticę prauitatis, iurent præcise attendere inuiolabiliter, & † obseruare, ac facere a suis subditis obseruari toto tempore regiminis in terris suæ iurisdictioni regiminive subiectis, [a] constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios, & nepotes a sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas: [b] quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis, & tamquã hæreticorum fautor, ac de fide suspectus, & officio, & honore sui regiminis spolietur; nec vlterius Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector habeatur in aliquo aut decętero in † aliquam dignitatem, vel officium publicum [c] vlterius assumatur; & quæ vt potestas Balliuus, Consul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

¶Bonifacius VIII. Inquisitoribus hęreticę prauitatis.

¶ *Comprehendit ista decreta. plura vtilia pro expediendo officio Inquisitorum: dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denuntiationes, dat potestatem vocandi peritos, clerum, & populum, vt eis assistant; dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt, dat potestatem repetendi libros & processus, commutandi, & mitigandi pœnas; priuandi, & priuatos nuntiandi officijs & honoribus hæreticos, fautores, & defensores eorum: ita tamen, quod hoc fiat de diœcesanorum, vel in eorum absentia vicariorum suorum consilio, nisi ijdem scienter talibus beneficia contulissent. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XII.

VT [d] † commissi vobis officij debitum vtilius

VT commissi vobis.] Ponit septẽ vtilia pro exhibendo officio inquisitorum. Secundum: ibi, Aduocãdi. Tertium: ibi, cõuocandi. Quartum: ibi, Et ǰ istos. Quintum: ibi, Nec non. Sextum ibi, Priuandi. Septimũ: ibi, Sunt autem. Dom.

CASVS. Papa deputauit inquisitorem hæreticę prauitatis in prouincia Burdegalen. quæritur de potestate ipsius inquisitoris: vtrum poterit publicare, & publicari facere excõicationes, quas protulit in hæreticos, & eorum fautores: puta ꝙ aliquis hęreticus fuit citatus, vt veniret perẽ ptorie, & ꝑsonaliter responsurus de fide, coram tali inquisitore: in die assignata nõ comparuit. vñ inquisitor reputauit eũ contumacem & tanquam ꝯtumacem excõicauit: numquid inquisitor istam excõicationem poterit publicare in prouincia Burdegalen. in qua est deputatus inquisitor? Rñdet Romanus Pontifex dicens, ꝙ vt facilius causa hæresis possit examinari, & veritas super crimine hęresis possit haberi: statuit: & ordinauit, vt inquisitor possit hæreticos citari facere per alios, & snĩas a se latas possit executioni facere demandari: & vlterius ꝙ possit vocare peritos, vt sibi assistant, & præbeant ei ꝯsilium, qualiter ipse debeat procedere ad ꝓlationem sniarum ꝯ hæreticos. Item q inquisitor habeat potestatem ꝯuocandi populum ad prædicandum ꝯ hæreticos, vel eorum fautores. Sed ponamus, ꝙ aliquis hæreticus incidit in hęresim in prouincia Burdegalen. postea se transtulit ad prouinciam Turonẽ. nunquid iste inquisitor deputatus in prouincia Burdegalen. poterit ipsum prosequi etiam in prouincia Turon. Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ sic, & vt facilius possit veritas criminis haberi, poterit inquisitor ꝓcipere quibuscunq; personis, vt apud eum producant & exhibeant libros siue processus, & registra facta ꝯ hæreticos. Item poterit mitigare, vel commutare pœnas hæreticorum, qui fuerunt ꝯdemnati ad perpetuam immutationem, vel aliam pœnam, ſm ꝙ vĩ debitur ei expediens. Sed ponamus, ꝙ aliquis clericus beneficiatus incidit in hęresim, & coram inquisitore fuit ꝯuictus, nunquid inquisitor poterit tale hæreticũ priuare quibuscũq; beneficijs suis? Rñdet ꝙ sic, dum tñ illud faciat cum ꝯsilio Epi diœcesani. Vel si diœcesanus fuerit absens, ꝙ faciat illã priuationẽ cum ꝯsilio vicariorũ ipsius Epi. Et illud verum, ꝙ requirendi sũt epi vel eorũ vicarij in priuatione hæreticorũ, vel eorũ fautorũ, & receptatorũ a beneficijs, & alijs dignitatibus ecclesiasticis: nisi dicti Epi, vel vicarij sciẽter ꝯtulissent huiusmodi bñficia ꝓdictis hæreticis, vel eorum fautoribus, & receptatoribus tunc non essent requirendi, imo absque ꝯsilio eorum posset inquisitor tales hæreticos, vel fautores priuare dictis beneficijs, & dignitatibus ecclesiasticis. Nota, ꝙ inquisitor hæreticæ prauitatis pt cõmittere alijs vt ipsi publice denũtient snĩas excõicationis, quas ipse inquisitor ꝯ hæret. eos protulit. Ratio dubitandi fuit, q a videbitur, ꝙ inquisitor hoc facere nõ posset, eo, qd vĩ electa industria suæ personæ. ca. viu. sup. de off. dele. Sed ro decidendi fuit fauor fidei, vt in prin. huius c. dr̄. Not. qd vbi criminosus inuenitur, põt ibi de crimine ꝯueniri, l. 1. C. vbi de cri. agi. opor. Nota, qd cum inquisitor priuat hæreticum & filios hæreticorum, beneficijs, & dignitatib. ecclesiasticis. requiritur ꝯsilium diœcesani, q a sicut institutio in beneficijs ecclesiasticis fit cũ auctoritate Epi: ita similiter destitutio debet fieri cum consilio ipsius c. cum ex iniuncto. eo tit. in antiq. Secus esset dicendum cum inquisitor priuat aliquem officijs publicis, quia tunc non requiritur ꝯsilium Epi. Nota vlterius, quod si Eps scienter ꝯtulit beneficium ecclesiasticum alicui hæretico, vel eius filio. poterit inquisitor fidei talem hæreticum, vel eius filium priuare dicto beneficio absque ꝯsilio Episcopi. Veruntñ dicit gl. quod non ꝓsumit, qd Eps sciẽter ꝯtulerit beneficium ecclesiasticũ tali hæretico, imo præsumitur, quod ignorabat ipsum fuisse hęreticum, c. præsumitur. ǰ de reg. iur.

[Prima glo superscriptionem exponit, & summat.]

d ¶Vt commissi.] hic incipiũt decret. Bonifacij, & habent

a Rõ est, quia inter istas cõstitutiones nõ ẽ prioritas, neq; posteritas simul .n. approbatę sunt, facit ad hoc ſm Dom. tex. & gl. l. 2. C. de test. tuto. Foa.

† al. præfuerint.

† al. ita, & seruare.

† al. ad aliquã, &c.

† Vide rescriptũ Vrbani IIII. incip. licet ex oibus. §. vt ergo, extat impressum inter literas Apostolicas ꝓ officio sãctissimæ Inquisitionis.

bent quidam hic rubricam de inquisitorib. hereticę prauitatis, sed non debet hic esse rubrica & fuit error scribentium, & superscriptione prouenient qui putauerunt, quod Bonifacius VIII. esset superscriptio: & residuum esset rubrica. Et comprehendit illa decret. plura vtilia pro expediendo officio inquisitorum. dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denuntiationes: dat potestatem vocandi peritos, clerum, & populum vt eis assistant: dat potestatê procedendi contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt: dat potestatem repetendi libros, & processus: commutandi, & mitigandi pœnas priuandi, & priuatos nunciandi officiis, & honoribus hæreticos, fautores, & defensores eorum, ita tamen, quod hoc fiat de diœcesanorû, vel in eorum absentia, Vicariorum suorum consilio; nisi iidem scienter talibus beneficia contulissent. hoc dicit. Io. And.

perire, quod interdum duo inquisitores cognoscerent. Pone, peccauit in Rauennati, & transiuit ad Mediolanû, f. in hoc Rauennas & Mediolanensis poterit cognoscere: nec est mirum, vt inf eo. c. per hoc.

ADDITIO. Forsan peccauit adorando, vel degradizando, hoc dico quia vbicunque sit male credens, ibi peccat, & vide quod post Ia. & Pet nor. Cyn. C. de Sum. Trin. l. 1. in fine. Io. And.

& vberius exequamini, sanctæ memoriæ Innocentij, Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum vestigijs [a] inhærentes, vobis & vestrum singulis [b] committendi citationes, & denuntiationes sententiarum, [c] quas in quoslibet hæreticos, credentes, receptatores, defensores; & fautores eorum tuleritis; [d] Aduocandi quoque prout expedierit, [e] peritos quoslibet, vt vobis assistant, & in huiusmodi ferendis sententijs præbeant consilium opportunum; ac eis, quod super his vobis humiliter pareât in virtute obedientiæ iniungendi; Conuocandi etiam clerum, & populum ciuitatû, castrorum, aliorumq; locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire: Et contra illos, quos in prouincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, hæresis crimen constituerit commisisse, licet ad alias partes se trâsferendos duxerint, procedendi: [f] Necnon faciendi a quibuslibet [g] assignari vobis libros, seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factæ, ac processus per quoscunque auctoritate sedis Apostolicæ, vel legatorû eius, habiti contra hæreticos continentur: Et illorum, qui vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere, vel muro reclusi, pœnâ vna cum prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi vel mutandi, [h] cum videritis expedire: Priuandi præterea, vel priuatos nuntiandi dignitatibus, ac alijs beneficiis, ecclesiasticis, de diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorû suorû consilio, & officiis publicis, ac honoribus [i] quibuscunque, eosdem hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem diœcesani in priuando tales, vel nuntiâdo priuatos beneficiis huiusmodi requirendi. Nisi forte constaret legitime, quod ijsdem scienter [k] hmôi personis eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos nô esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos. [l]

¶ Idem.

¶ Christiani ad Iudaismum transeuntes & redeuntes, hęretici reputantur. h. d. secundum Zen.

CAP. XIII.

Contra † Christianos, qui ad ritum transie-

a ¶ Vestigijs.] in diuersis commissionib. quas suis temporib. fecerant inquisitoribus hæreticæ prauitatis Io. And.

b ¶ Singulis.] possunt enim procedere simul, & diuisim, supra ca. proxi. in princip. Io. And.

c ¶ Sententiarum.] has etiam committunt conseruatores: sed de inquisitorib. maior erat dubitatio; quia illorum ministerium videtur electum sup. de off. de leg. c. vlti.

d ¶ Tuleritis.] vide int cir. fin c ibi plenâ concedimus facultatem, & hoc idem repetas in fine cuiuslibet versi.

e ¶ Expedierit.] sic sup. c. 1 proxi. §. verum. & inf. eod. c vlti. Io And.

ADDITIO cum. n ibi dicatur, quod oportet cum multa cautela procedi, ad tantam cautelam sunt peritorû consilia opportuna Io. Mon.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶ Procedendi.] Quid in casu conuerso, in eod. s. qui alibi crimen hæresis commisit, & modo est in prouincia huius inquisitoris? Dic, quod poterit cognoscere: quia ubi inuenitur, conuenitur quis de crimine, C. vbi de crim. agi opor. l. 1. & sic secundum hoc esset re-

† Et illud om. si, quasi indubitatû. Io. And.

g ¶ Quibuslibet.] siue sunt ipsi scribentes, vel alij, ad quos quomodocunque deuenerint dicta scripta.

[Glo. seq. recitetur per contrarium, & soluit.]

h ¶ Vel mutandi.] regulariter contra ff. de regu iur. l. Paulus, & l. acta. §. 1. & sup. de offic. delega. in litteris. functus est enim iudex officio suo iudicando bene, uel male, vt ibi. Io. And.

[Glo. sequ. expo... distinguendo.]

i ¶ Honoribus.] not. in ea parte, qua priuat, vel priuatos denuntiat dignitatib. ecclesiasticis, & ecclesiasticis beneficijs, requiritur consilium diœcesani, vel eo absente eius vicarij, quia sicut institutio fit eis auctorizantibus; sic etiam debet fieri destitutio, de institu. ex frequentibus. de hæreti. cum ex iniuncto. in fi. Sed cum priuat officiis publicis, & honoribus nô requiritur consilium eorû, vt patet ex ordinatione illius litteræ, & ideo quia cessat in illis superior ratio. Io. And.

ADDITIO. Sed hodie dic, vt in clem. eo. titu. multum. Io And.

k ¶ Scienter.] simile, sup. eo. c. 2. ad hoc. & inf eo decreuit, & præsumemus ignorare, nisi probentur scire. inf. de re. iur. præsumitur. ff. de proba. verius, quod sane intelligas, ut no in dicta regula, præsumitur.

† Vide Albertinum tract. de agn. asser. cath. & hęre. q. 23. n. 59. & qô. 25. nu. 41.

l ¶ Puniendos.] quia vnde debetur pœna, non venit præmium. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. 1. & 2. in fi. 16. q. 1. c. legi cum simi.

Contra.] primo soluit dubiû, quod secundo fortificat: ibi, Etiamsi. Tertio, illud ampliat; ibi, Et sicut. Pręsupponendum pro intellectu huius ca. quod si quis baptizetur coactè; quia per violentiam fuit

rint, vel redierint [a] Iudæorum, etiam si huiusmodi redeuntes, dum erant infantes [b], aut mortis metu, non tamen absolute [c] aut præcise, coacti baptizati fuerint, erit † tamquam contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Iudæos [d] conuicti: Et sicut contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum: sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est † procedendum. [e]

¶Idem.

¶Non confiscantur dotes vxorum innocentium propter hæresim maritorum. h. d. secund. Zenz.

CAP. XIIII.

DEcreuit [f] † fęlicis recordationis Innocentius Papa quartus, ꝙ pro

pra fontes, & fuit immersus cum prolatione verborū: Ego baptizo te in nomine patris, & filij & spiritus sancti: talis non recipit sacramētū baptismi. Secus si coactio esset cōditionalis: puta ꝑpter metū mortis, vel cruciatus corporis consensit, vt baptizaretur: tunc.n. licet fuerit coactus tñ recipit sacrum baptismi. Idem est præsupponendum, ꝙ per sacramētum baptismi obligantur infantes, & etiā ignorantes, vt in c. maiores. de bapti. in ant.

CASVS. Aliquis Titius Christianus abnegato Christo, & fide Christiana, se trāstulit ad ritū Iudæorū: vñ inquisitor fidei fecit ipsum conueniri coram se citatione formata, vt veniret rñsurus de fide: & fuerunt ɔ̄ eum producti testes, q deposuerunt, ꝙ alias susceperat sacramentum baptismi: sed postea illi renunciauerit, & se trastulerat ad ritum Iudaicum. ipse autē ad sui excusationē proposuit, ꝙ per coactione fuerat cōpulsus suscipere sacrum baptismi: & ꝙ ob hāc cām nō fuerat obligatus fidei Christianæ: vnde inquisitor dubitauit, vtrū contra istum posset procedere tanq̄ ɔ hęreticum: Consuluit Romanum Pontificē, qui consultus rñdit cū distinctione: aut ille dū fuit baptizatus fuit pręcise coactus ad suscipiendum baptismū: tunc non est procedēdum ɔ̄ talem ut hęreticum: Aut nō fuit pręcise coactus, sed metu mortis suscepit sacrum baptismi: & tunc dicit Roman. Pontif. ꝙ tam ipse, q̄ eius fautores & receptatores sunt tanq̄ hęretici condenandi. Idem dicendum est de infante minore septenio, qui a parētib. suis, uel aliis fuit portatus supra fontes, ut baptizaretur: nā si renunciet fidei Christianæ, contra ipsum, & suos fautores poterit inquisitor fidei procedere tanq̄ contra hæreticū. Nota principalem est. dictum huius c. ꝙ Christiani transeuntes ad ritum. Iudæorum, sunt hæretici censendi: & tanquam hæretici sunt puniendi. Nota vlterius, ꝙ infantes baptizati ante septennium, licet ignorent qd agant, tñ per sacrum baptismi obligantur ad fidē Christianam obseruandam, & sic ad sacramentum baptismi obligantur etiam ignorantes.

a ¶Redierint] forte prius fuerāt Iudæi, postea facti sunt Christiani: isti dñr redire: hi qui nunq̄ fuerant Iudæi, sed semper Christiani, illi dicuntur transire.

ADDITIO Et sciendū, ꝙ contra secundos hr̄ in officio inquisitionis littera Clementis Quarti, data Viterbij, Pontificatus sui anno tertio. Contra vtrosque littera Greg. X. data Lugduni suo anno secundo: & vtraq; incipit: Turbato corde, & ambæ mandabant inquisitoribus, quod hic dr̄. Item in vtraque sequebatur sic Iudęos autem, qui Christianos vtriusque sexus ad eorum ritū execrabilem hactenus induxerunt, aut inuenerītis de cętero inducentes, pœna debita puniatis: contradictores, & c. inuocato, &c. Constat autē, ꝙ decr. vlt. inf. eod. tit. in fi. reseruat mandata prædecessorib. istius libri constitutionibus non obstantia: vbi autē prædicta littera nō esset, uideretur, ꝙ Iudęi talia facientes nō caderent in officium Inquisitorum. Sicut n. non cadunt propter hęresim, cum constet eos large hæreticos: quia no credunt articulos fidei, in anime recipientes humanitatē Christi, ut no. 24. q. 3. c. illi qui §. quia uero; sic nec proprie cadit in eos iurisdictio, &c. Io. And.

[Secunda gl. obiicit & soluit.]

b ¶Infantes.] i. minores septennio: vñ videbantur non obligati ad fidem: quia ętas illa ignorat quid videat. 1 C. de fal. mone. l. 1. vnde nec spō. alia tales ɔ̄here pñt. sup. eo. lib. de spon. c. vnico, sed ɔ̄rium est uerum: quia tali sacramento obligati sunt etiam ignorantes. supra de bap. maiores. de conse. dist. 4. quæris (vt ratio ibi patet in parte prima, & no. de hoc ca. dist. nih l.) Sicut & puniuntur etiam ignorantes rebaptizatus. eadem distin. qui bis. & cap. seq.

ADDITIO. per baptismum obligantur non solum ignorantes, sed etiā inuiti, dummodo nō obstet præcedens contraria volūtas, vt ibi. Io. And.

[Tertia gl. respondet per distinctionē, & quæstionem.]

c ¶Absolute.] ergo absolute coactus a non recipit sacrum baptismi, sed conditionaliter, & metu mortis coactus bene. 45. dist. de Iudæis. s̄. de bap. maiores. coacta. n. voluntas, voluntas est, 15. q. merito quæritur. Est aūt absoluta coactio, cum qs renitens inuitus, & reclamans fertur ad fontes: & cum verborum prolatione immergitur, & est si. 50. dist presbyteros sup. quod metus cau. c. sacris. (vbi de hoc in 1. glo. Io. And.

d ¶Iudęos] nō ergo pñt isti se iuuare per professionē, q̄ cōtēpserunt. C. de apostat. hi qui sanctā, licet alias infidelis nō recipiatur ad testimonium s̄. de test. c. 1. Io. A.

[Vltima gl quærit, arg. negatiue, soluit contrarium.]

e ¶Procedendum] erit ne per istud c. canon ille correctus. 1. q. 4. Iudæi. Vbi dr̄, ꝙ bona Iudæorum deuoluuntur ad catholicos filios, sed bona hęreticorum sunt cōfiscata. inf. eo. cum secundum: quia correctio iurium est vitanda Dicendum vr̄ ꝙ non, vt istud c. loquatur de pœna personali, non de damnatione bonorum: maxime, quia hæc noua iura qñ corrigere intendunt, hoc exprimunt. sup. de conce. præb. c. 2. inf. de sen. excom c. vlt. Contra vr̄, cum aperte dicat eos puniendos, ut hæreticos: ergo ipsorum bona non deuoluuntur ad filios inf. eod. cum secundum, ꝙ tutius vr̄. 3 Nec necesse est vt noua lex corrigens præcedentem de illa faciat mentionem, sup. eo. de consti. c. 1. Io. And.

ADDITIO. Quod ibi loquitur de Iudęis pręuaricantibus in Christum, intelligitur de alia præuaricatione, non de ista, de qua loquitur hoc c. Ad 11. q. 2. relatum. & q. 3. existimat secun. Arch.

DEcreuit.] Ponit dictum quod secundo determinat. ibi, Quod intelligendum. Io. And.

CASVS Innocentius quartus in quibusdā suis commissionibus dicebat, ꝙ propter hæresim maritorum non debent dotes mulierum confiscari: Quæritur vtrum istud sit verum indistincte? Respondet Rom. Pontif. quod non: imo fallit, qñ mulier scienter contraxit matrimonium cum hæretico, quia tunc etiam dos sua debet confiscari: imo ipsa est de hæresi suspecta: & tamquam de hęresi suspectam potest contra ipsam procedi. Nota primo, quod si maritus committat crimen dignum confiscatione bonorum, non comprehendit dos mulieris: sed a bonis ipsis deducenda est ipsa dos. Not. vlterius, quod mulier contrahens matrimonium cum hæretico est suspecta de hęresi: ideo contra ipsam, vt contra suspectam de hæresi est procedendum: & ideo ipsa perdit suam dotem.

f ¶Decreuit] in commissionibus per eum factis super hęretica prauitate.

† al. est.

† Quo ad hoc, ꝙ puniatur, vt maior dicit Ioā. Mon.

† Verbū, est, deest in manuscriptis.

† Vide Zan. trac. de hæret. c. 25.

2 de materia huius gl. vide Theologos scolasticos li. 4. & 5. & B. Th. p. 3. q 69. arti. 9. & 10.

3 Idē Arc.

a ¶Confiscari.] vt sic mulier mariti odio non grauet, j.de reg.iur. non debet cum suis concor quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro marit.per totū, nisi in causa primipilarij. C. in quib.cau. pig.vel hyp. contra l.sacris.

ADDITIO. Vide de consue.c. penu.in antepe glo.

[Vltima glos. soluit duo dubia.]

b ¶Tunc.] scilicet tempore cōtractus ergo si tunc ignorabant; licet postea sciuerint, nō habet locum pœna, vt sic inspiciatur initiū. sup. de emp. & ven. cū dilectis i Præsumunt autē ignorare, nisi probent scire. ff. de probat.verius. de hoc sup. c. 2. & j. de reg.iur. præsumitur. Ioan. And.

pter hæresim maritorum, vxorum catholicorum dotes non debeant confiscari [a] Quod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsæ cum viris matrimonia cōtraxissent, quos hæreticos tunc [b] sciebant.

¶ Idem.

¶ Filij hæreticorum vsque ad secundum lineam paternam, ad primam vero maternam, sunt inhabiles ad beneficium ecclesiasticum, vel officium seculare, si patres ante mortem Ecclesiæ reincorporati non fuerint. h. d. secundum Dominicum.

i Idem Arch. qui ētalle. de elect. dudū, & finēit hoc ad not. in clemē. de consan & affi c. eos qui in 3. glo. Ioan. And.

STatutum.] Primo ponit 1° antiquā. Secundo, duas determinationes ipsi[s]. Prima: ibi, Primum. Secunda: ibi, hoc sane. Ioan. And.

CASVS. Iure cautum est, quod si quis effectus hæreticus, quod filij sui puniuntur pro delicto patris: ita quod ipsi filij sunt incapaces quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, & dignitatum et secularium, & hoc vsque ad secundā generationem. Quæritur qualiter illud intelligatur? Respondet Romanus Pōtifex, quod intelligitur in descendentibus per lineam masculinam, quod sunt incapaces beneficiorum ecclesiasticorum vsque ad secundam generationem: sed alij liberi non descendentes per lineam masculinam non sunt incapaces vsque ad secundam generationem: sed solum vsq; ad primam generationem. Et secundum glo. est sensus: Titius est de hæresi conuictus: habet filium, & filiam, ex filio habet nepotem, & etiam ex filia habet alium nepotem, vtrum nepos ex filia sit incapax beneficiorū ecclesiasticorum, vel dignitatum secularium? Respōdet quod nō, sed solum nepos descendens ex filio est incapax illorum beneficiorum ecclesiasticorum, & dignitatum secularium. Vel etiam ponamus, quod mulier hæretica habet filiū, ex eo nepotem, certe solus filius est incapax, & ideo nepos non subiacet prohibitioni. Sed vtrū illud sit verum indistincte, quod filij hæreticorum puniuntur vsque ad primam, vel secundam generationem, siue pater eorum decesserit in errore suo; siue sit emendatus, & correctus, & sic incorporatus Ecclesię? Respondet quod non, sed illud intelligitur de illis, qui in errore suo decesserint, non autem de illis, qui fuerunt emendati, & incorporati Ecclesiæ. Nota primo vnum casum, in quo filius punitur pro delicto patris, puta quādo pater fuit hęreticus. Idem est in crimine læsę maiestatis in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. vbi dicitur, si quis committat crimen læsæ maiestatis, quia machinatus est in mortem principis, vel suorum consiliatorum, qui sunt pars lateris ipsius principis, debet decapitari, & bona sua debēt confiscari, & applicari fisco, & filij sui puniuntur, quia sunt incapaces cuiuscunque doni, sicut doni legati, etiam passiue, quia vt ibi dicitur, debent esse fœtidi, & debiles, vt vita sit eis tædium, & mors solatium. Simile est in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vt hic. Nota vlterius, quod dictio, vsque stat inclusiue, quia dicit vsque ad secundum gradum: & tamen ipse secundus gradus comprehenditur. Et illud aliquando est in facto, vt si vendam tibi aliquā petiam terræ vsque ad talem arborem: aliquando est quæstio vtrum arbor sit inclusa, vel exclusa.

[Prima glos. respondet per q de qua Innocentius.]

c ¶Innocentij] si loquatur de quarto, habebamus id in commissionibus per eum factis, vt dixi sup. c.proxi. Si dicamus de tertio, posset loqui de decr. sup.eod.vergentis & c excommunicamus. §.credentes.

CAP. XV.

STatutum † felicis recordationis Innocentij, [c] & Alexandri [d] prędecessorum nostrorum, ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque [e] filij vsque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quod si secus actum fuerit, sit irritum & inane: Primum & secundum gradum [f] per paternam lineam compre-

†Vide Gōdiss.tract. de hær q. 35. & Zachimū de hæret. ca. 18.

d ¶Alexandri.] iiij. sup.eo.tit. & lib. quicunque. § hæretici.

[Glo.seq dicit quid declarat secundo litteram exponit & declarat: dicit glossam Accursij reprobatam & dat regulam: tertio obijcit & soluit.]

e ¶Inane.] huc usque durat antiqua constitutio: modo sequitur declaratio, in qua declaratur notata per Hostien.sup.eo vergentis, & hanc declarationem hic intelligo: Si Titius fuerit hæreticus, receptator, fautor, vel defensor, & habuit filium, & filiam: vterque ipsorū subiacet prohibitioni, & si ille filius habeat filium, ipse nepos ex filio prohibitioni subiacet: sed si filia habeat filium, nepos ex filia non subiacet huic prohibitioni. Item mulier aliqua est hęretica, & habent filios, soli filij includuntur hac prohibitione: sed nepotes ex filijs non, & hoc intendit hæc declaratio. Et hoc secundo casu cum mater fuit hæretica intelligas, verum si pater fuit catholicus, eius respectus non habeatur, & facit in hoc j. id, quod notatur Accursius. C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. vbi dicit, quod eadem est pœna cum mulier committit crimen lęsæ maiestatis quoad descendentes sicut cū vir. Est tamen sciendum, quod vbi alias non caueretur de descendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per sententiam iuris, vel hominis, vt j.de pœ. vbicunque, sed quod filij etiam filiarum includerentur, videtur probari per decr. supra de pœn. in quibusdam. §. sacri. vbi ponit posteritates & j. tit. proxi.ca. vnico. & videbantur illi puniri, & per verba & per mentem, per verba, quia sunt descendentes, & a verborum significatione non est recedendum. ff. de leg. 3. l. non aliter, & differentia agnationis, & cognationis hodie sublata videtur in Auth. coll 9. de hære. quæ ab intesta. defer. & de mente idem videbatur, quia voluerat constitutio punire hæreticum in filijs 24. q. 3. c. cum ergo. §. sed qui. & ff. quod met. cau. l. isti quidem. si enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur, non puniretur in filios, idem videtur de mente, ideo ne quis ducat filiam hæretici in vxorem, sicut enim vir infidelis saluatur per mulierem fidelem, sic & damnari posset. Arg. de diuor. gaudemus. Vnde qui emit mancipia, de origine solet quærere, ff. de ædil. edict. quod si nolit §. qui mancipia. sed iure secus est vt in prædicta decretali, vbicumque, infra de pœnis, nisi vbi aliud caueetur, vt hic. & bene facit ff. de senato. l. liberos vbi dicitur, senatores vocari debere ipsos senatores, & filios eorum, & nepotes natos ex eis, nepotes vero ex filiabus nati senatores non dicuntur, sed patris sui conditionē sequentur.

Mulieris hæreticæ filij puniūtur, non autem nepotes.

f ¶Primum & secundum gradum.] idest, filius & nepotes, & hoc patet etiam ex §. seq & supra eo.tit. & lib. vt commissi. ad finem. & est casus quo filius punitur pro-

hendere declaramus; per maternam vero ad primum duntaxat volumus[a] hoc extendi.

¶ Hoc sane de filijs & nepotibus hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse[b] videtur, non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos[c] Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse: quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt,[d] vel parati[e] fuerint ad recipiendam eam.

¶ Idem.

¶ Inquisitor Papa super hæresi sine speciali mandato nō inquiret contra Episcopum: sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiabit Papæ. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. XVI.

INquisitores †[f] hæreticæ prauitatis ab Apostolica sede, seu alio vel alijs quibuslibet[g] deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos; nisi in litteris cōmissionis Apostolicæ,[h] quod hoc possint, contineatur expresse.[i] Si tamen inquisitores ipsi Episcopos vel alios superiores prælatos sciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos: id tenebuntur sedi Apostolicæ nuntiare.[k]

¶ Idem.

¶ Non derogatur ordinarijs super processu hæreticorum, licet Papa generaliter alios deleget. Et super eodem facto Episcopus & inquisitor possunt procedere communiter, vel diuisim, vel proferre sententiam: in qua si discordat, debeant Papæ referre. Et Episcopi qualitercunque procedant debent seruare modum inquisitoribus impositum. hoc dicit. Dom.

CAP. XVII.

PEr † hoc qđ negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apo-

---

propter delictum patris. & de hoc dixi supra eod. tit. & lib. c. 2. § hæretici. [in gl. filij]

[Glo. seq. primo facit vim in verbis textus, secundo arg. ad quæstionem.]

a ¶ Volumus.] supra dixit, declaramus: hic dicit volumus: quia ius antiquum punit descendentes per masculinum, declarat ius vetus: inquantum descendētes per femininum, statuit ius nouū. ad idem j. de pœ. vbicūque. Et bene facit hæc littera ad quæstionem, qua quæritur, an filij illegitimi includantur hac prohibitione: & vr̄, φ non: quia non sunt in patris potestate. Instit. de nupt. circa finem. sed φ potestas nil operetur, probat hæc littera, quæ punit descendentes per maternā lineam primi gradus, cum tñ filius in potestate matris non sit, & hoc æquum ne plus habeat luxuria, quam castitas, in auth. de test. & ea, q̄ pa. in fin coll. 4. licet interdum secus s. de biga. quia circa verū est tñ, φ isti alio capite prohibentur, & a successione, vt sup. qui fi. sint legi. per venerabilem. idem. & ab honoribus, 56 di. stin. per tot. supra de fil. presby. per totū.

b ¶ Esse] nunc quia viuunt.

c ¶ Reincorporatos.] quia lapsi fuerāt simpliciter, non relapsi. de quo dic, vt sup. e. tit. & lib. accusatus.

d ¶ Insistūt.] ad hoc supra de tempo. ord. ex tenore. & sup. de fur. cap. vlt.

e ¶ Parati.] ex quo non stat per eos, nō eis debet imputari. de hoc supra de eo qui mit. in poss. c. 1. & 2.

INquisitores.] Primo ponit dictum, a quo vnū casum excipit ibi, Nisi secundo inquisitores informat, qn̄ exceptio locum non habeat, ibi, Si tamen. Io. And.

CASVS. Papa deputauit aliquos inquisitores in prouincia Burdegalensi sub hac forma: Mandamus, vt auctoritate Apostolica possitis inquirere de prauitate hæretica contra quascunque personas, cuiuscunque dignitatis, auctoritatis, vel prærogatiuæ existant: vtrum inquisitores virtute litterarum verborum generalium possint inquirere contra Episcopos? Respondet φ non, nisi specialiter fuerit eis data facultas inquirendi cō Episcopos. ita φ non sufficiunt verba quantumcunque generalia. ideo licet inquisitores sciant aliquem Episcopum hæreticum, non poterunt virtute suæ commissionis inquirere contra Episcopum: sed poterunt & debebunt illud denuntiare Romano Pontifici, vt det eisdem inquisitoribus facultatem specialem inquirendi cō Episcopos: vel vt alijs committat illud negotium: vel aliās faciat secundum quod sibi videbitur. Nota primo, φ in constitutione odiosa non comprehenduntur Episcopi, nisi fiat expressa mentio de ipsis. Nota, φ vbi requiritur expressa mentio alicuius, non sufficit mentio generalis, quātumcunque fiat per verba generalia, quæ videntur comprehendere personam, de qua debet fieri expressa mentio.

[Prima glossa summat.]

f ¶ Inquisitores. Inquisitor Papæ super hæresi, sine speciali mandato non inquiret contra Episcopū. sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiabit Papæ.

g ¶ Quibuslibet] de quibus minus dubitatur.

fautores & sequaces eorum) in virtute altissimi exurgentes, spiritualiter, & temporaliter contra eos duximus procedendum. Consequenter dictis Iacobo & Petro descendentibus in profundum [a] malorum & molientibus inconsutilem tunicam [b] Domini, sanctæ videlicet ecclesiæ scindere vnitatem, & vt gladium [c] acuentibus linguas suas, & prorumpentibus non tam in verba † blasphemiæ & schismatica, quàm insana, [d] quæ in scriptis redacta sub sigillis, quibus antequam essent depositi, vtebantur, [e] per Vrbem & diuersa mundi climata destinauerunt, æstimantes loquacitatem facundiam, & maledicere conscientiæ bonæ signum, [f] & conficta materia disputandi, quia veritate non poterant, nos saltem lacerare [g] conuitijs præsumpserunt: quorum dicta licet possemus superiori assertione conuincere, & luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare responsum, [h] vt contrita eorum rabies, auctoritate sonora præsidentis in supremo iudicij solio frangeretur, & patens veritas [i] per seipsam veniret in publicam notionem, nostrumque silentium in supplicium eis foret: processus tamen contra ipsos & alios fecimus successiue varios, diuersisque temporibus spirituales & temporales pœnas & sententias continentes, & multas, quorum quia † totum tenorem constitutionis in præsenti inserere longum esset, ex eis quæ iam compendiose collata huic nostræ constitutionis duximus inferenda, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum: videlicet quod ex causis, [k] quę rationabiliter nos mouerunt, de fratrum nostrorum consilio deposuimus dictos Iacobum † & Petrum a Cardinalatibus eiusdem ecclesię, & ab omni Cardinalatus commodo & honore, ipsosque iudicauimus schismaticos, & blasphemos, & tanquam hęreticos puniendos expositis [l] personis eorum a fidelibus capiendis, omnibus beneficijs, officijs, honoribus, dignitatibus, prelaturis perpetuo priuantes eosdem, & reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & iurisdictionibus publicatis. [m]

¶ Contra natos [n] insuper & posteros dicti Ioannis spiritualiter, & temporaliter duximus multipliciter procedendum, eorum † bonis & iuribus publicatis & confiscatis, ipsisque posteris dicti Ioannis per masculinam & fœmininam lineam descendentibus, indignis perpetuò reddititis ad Cardinalatus honorem, & quęlibet officia, beneficia, & ministeria in ecclesia memorata vel eius curia: alibi [o] vero vsque ad quartam generationem.

¶ Omnem personam pręsentem & futuram [p] cuiuscunque fuerit pręeminentię, conditionis, dignitatis, aut status ecclesiastici vel mundani etiam si fore sanctę Romanę ecclesię Cardinalis) [q] quę ipsos Iacobum & Petrum, vel eorum alterum scienter et deliberate pro Cardinalibus habuerit, [r] et tenuerit, aut ad Cardinalatum admiserit, seu verum eorū vel alicuius ipsorum suffragium in electione Romani Pontificis admiserit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominauerit, assumpserit, vel re

---

a ¶ Profundum.] sup. de iud.cum non ab homine.
b ¶ Tunica m.] inde Domini vestimentū scissum non fuit: sed super eū iactauerūt sortem, Io. 19. 16.q. vlt. sicut Domini vestimētum, per qd̄ designatū fuit, q̄ ecclesia scindi nō debet, q̄ in vnitate tota consistit vt ibi no. & 24. q. 1. per totum.
c ¶ Gladiū.] sumptū de Psal. Miserere mei Deus, & habes in canone de pęn. dist. 1. periculosè vnde & si ut gladio, sic & lingua quis occidit. 50 dist. si quis viduam. Io. An. Andr.
d ¶ Insana.] de sum. tri. damnatus. in fi.
e ¶ Vtebantur.] primo sigillo post depositionē uti non debebant Ad hoc sup. de appel. ex nostrum.
f ¶ Signum.] cū potius sit contrarium æstimandum. 24. q. 3. cum sancti.
g ¶ Lacerare.] habet enim hoc proprium antiq. hostis inuidia, vt quos improborū actuū perpetratione Deo sibi resistēte deijcere non valet: opiniones eorum falsas simul indo dilaceret. 2. q. 5. habet hoc proprium.
h ¶ Respōsum.] ff. C. si quis Imperat. male dix. l. vnica. [vide de cle. ma. c. 1. in glo. 2.] de pęn. dist. si enim inquit.
i ¶ Veritas.] quę semper vincit 8 dist. veritate.
k ¶ Ex causis.] eas non expressit: nec habuit necesse exprimere. Ad idem s. de re iud. sicut.
l ¶ Expositis.] ad idē s. de Iudæis, ita quorundam.
[Glo. seq. adiuuat text. soluit dubium, quod remittit.]
m ¶ Publicatis.] ilibores ergo impiorū iusti edent & thesaurizabunt iustis eorum diuitiæ. Sap. et æ 11. Prouer. biorū n 28 & 23. q. 7. quęadmodū. & c. 1. & sequentes nō
recuperaret bona sua ex quo sunt expresse damnata. de hoc s. de cle. coniug. quod à te.
[Glo. seq. recitetur per obiectionem, q̄ soluit duplici rōne.]
n ¶ Contra natos.] q̄ hos licet laici essēt, procedere potuit: rōne ecclesiastici criminis, tū propter tēporalem iurisdictionem, quam habebat in eos, & habet in vt be per concessiones Ludouici & Constātini 63. di. ego Ludouicus. 96 dist. Cōstātinus palea est. supra eo. lib. de elec. fundamenta. Io. And.
o ¶ Alibi.] s. extra Romanam ecclesiā, & eius curiam, & sumit hic ecclesia Romana stricte.
p ¶ Futuram.] si. s. eo. ne aliqui.
q ¶ Cardinalis.] episcopi bene cōprehenduntur: quia cōstitutio inf. de senten. excommun. quia periculosum. de excōmunicatione non loquitur.
r ¶ Habuerit.] nota casum, in quo punit deliberata cogitatio, cū alias cogitatio nis pęnā nemo mereatur de pęnit. dist. 1. cogitationis. de hoc ea. dist. §. cogitatio Io. And.
[Gl. seq. arguit pro & cōtra, & remittit, demum ad aliquid sequitur per modum quęstionis ponens opinio & rationes Host. in de modum soluit, & obiectioni respondet ti. allegat ius non illinium.]
a ¶ Sede

---

† al. ita: in verba blasphemia & schismatica.
† al. ita: quia totū tenorē constitutionis inferere, & extera.
† Propter istā copulatiuā dicit Pet. Anch. pœnā nō cōmitti, si sa ucam solū alteri, per no. in l. si seuus §. plurā. ff. si quis cau. facit. l. demonstratio. ff. de cond. & demonstra Font.
† Et facit ad nota in cle de hæreti. multorum ad fi. in glos. hic patet. Io. And.
† al. ita: eorum bonis & iuribus etiam cōfiscatis.

a ¶Sede vacante.] Nota 1 arg. p Collegium Cardinalium vacante sede nō fungitur iurisdōne Papę. Et ɔ̄rium argu. etiam posset sumi, quasi si hoc hic non verisset Papa, collegiū potuisset, & de hoc no. Hug. Ioan. & alij. 79. dist. nullus 2. plenius Host. de pœn. & remiss. cum ex eod. in fi. in antiq. Sed quid dicemus: succedit collegium in iurisdōne, & eius exercitio, nec ne? Dixit Host. q̄ sic, saltem in ijs quæ de grandi necessitate euidēti, & imminenti expediri oportet, pro eo facit quo ad hoc decre. sup. eo lib. de elect. vbi periculum § idem quoque, 2 quod etiam multum facit contra. mouebatur autem Hos. his rōnibus. dicebat enim, alia collegia hoc habent. de maio. & obed. his quę. & c. cum olim & ī e lib. eo. tit. ap. vnico. tum quia sic vtuntur Cardinales arg ī. de ele. venerabilem § obiectioni. ver q̄ sūt sup. de off ord. irretiaga bili. § excessus. de so. cōp. cum contingat. tū quia illius iudex nō superest. ī. de elec. li cet. in fi. in quo casu conceduni, quę alias nō concederentur, vt ibi, & C. de decur. l. generali. lib. 10. tit de ij quæ infra cre. l. an prætor. § si deb tore. tum quia necessitas non habet legem, ī. de reg. iur quod non est. tum quia non est verisimile, quod Deo placuerit contrarius intellectus, ne videatur gregem suum, & Ecclesiam sine pastore reliquisse. intra tit prox. capi 1 Nec obstat secundum eum, q̄ aliqui dicunt, quod Cardinales sunt sine capite: imo habent caput Ecclesiæ Generale, & proprium, scilicet Christum: imo illud sentire ab hæresi non est longum. 3. 24 d cap. 1. & 2. & esset res monstruosa. de off. ordi. quoniam in plerisque. Nec obstat quod dicitur ex hoc posse schisma, scandalum, & vacationem diuturnam suscitari: quia id posset esse verum, si indistincte concederetur, sed restringi debet ad necessaria, vel utilia Ecclesiæ seu reipublicæ qu bus omnino prouidendum est. 7. q. 1. scias. Cauere ergo debent, ne nimis laxent habenas ff. de offi procons nec quicquam. § ubi decretum, & § de plano. & § seq Præterea ad potestatem Cardinalis spectat vacante sede delinquentes anathematizare 79 d. si quis pecunia, & anathema mucro 4 est episcopalis. 19 q 2 c. 1 & maior pœna in ecclesia. 24 quæst. 3. corripiantur, in prin. vnde si possunt maiorem pœnam imponere, ergo & minorem ī de decit. ex parte 3. Item canon dicit, quod Episcopi Cardinales vacante sede vicem metropolitani obtinent 13. dist in nomine Domini, & exponi debet, idest, Papæ, qui & metropolitanus est. sup. de off vicarij & sua nec alius posset Romanæ Ecclesiæ metropolitanus esse, nec debemus omnia quærere ius expressum: multa. n. supplētur, quod patet de celebr. missi. cum Marthæ. § 1. & concedi oportet, q̄ saltem illam iurisdictionem habet collegium, quam & Legatus Apostolicæ Sedis, quæ non expirat mortuo Papa. supra de offi. lega. c. 2. eo. lib. non enim illa duraret, nisi collegium Sedes Apostolica censeretur, & posset dici, quod Cardinales habent potestatis plenitudinem habitu: tunc inquantum Romana Ecclesia censentur, quæ non moritur. 12 quæstio. secunda. liberti 2. supra eodem lib. de rescript. si gratiose etiā si vnus tantum Cardinalis collegij superesset 65. distin. si forte. supra de postulatum. iurisdictionem vero habent in exercitio secundum modum superius dictum. Quicquid Cardinales de facto obseruēt, videtur, quod vacāte sede non debēt se intromittere, nisi de prouisione, & ijs quæ ad prouisionem pertinent; nisi ex grandi causa, & imminenti periculo per prædictam decr. supra eo. lib de elect. vbi periculum §. idē quoq; Nec obstat si minora collegia possunt, ergo, & illud: quia ob accelerandā prouisionem Ecclesiæ, in cuius tardatione imminet periculum, speciale quid statui debuit. & est si. sup eo. lib. de hære. accusatus. § sanc. dic, vt in Clem. Romani. de elect.

b ¶ Alias]. 1. etiam extra Cardinalatus officium. [Glo. seq solui quæstionem]

c Excommunicationis.] quia istius excommunicationis sicut superioribus absolutionem sibi nō reseruauit, intelligatur illam ordinarijs concessisse. de sen. excom. nuper in antiq

d ¶ Obliuionem.] si supra de testi. significauit. & capit. Albericus.

e ¶ Similes.] in æquali delicto similes sunt pœnæ, in Authen. vt fra. filii n si cessat 9 grauius autem delictū, grauius vindicetur. 23. quæst. 1. non afferamus. Ioann. Andr.

a Vide Vel in ca. ex lris. ex tra de cōsti.

a Vide q3 ibi no. Io. And.

† In antiquioribꝰ libris ita: eademq; de nouo, &c.

3 Idem Do. Phi & Ioan in c. cum non ignores sup. de preben.

4 Vide Cōc. Tri. sel. 25. de refor c. 3.

† al. decernimus.

ceperit, seu dederit in his vel ad hoc auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis sñia duximus innouandum, a qua (absque expressa licentia Romani Pontificis) non possit absolui, nec etiam per collegium Apostolicæ Sedis, eadem sede [a] vacante, eamque prelatione, dignitate, statu, & honore ecclesiasticis omnino priuamus: nihilominus omnes, qui dictis Iacobo & Petro, alias [b] & natis dicti Ioannis fauorem præbuerint, vel auxiliū in rebellione, vel schismate persistentibus, excommunicationis [c] sententia innodantes: Hęc & alia per nos facta in prædictis nostris processibus, & in litteris nostris bullatis super eis confectis contenta, hac constitutione perpetuo valitura ratificamus, confirmamus, & etiam innouamus, eandēque † de nouo facimus de fratrum nostrorum consilio prædictorum. ¶Et vt dictorum malitia non inueniat successorem, & punitæ transgressionis exempla retrahat alios ab offensa, ac in obliuionem [d] veritas veniens, non vagetur incerta: statuimus atque decreuimus, † vt & ipsa inuiolabiliter obseruentur: & quod similes [e] excessus, & culpæ pœnis similibus in posterum puniantur.

TITVLVS IIII.

De homicidio.

¶ Innocentius IIII. In Concil. Gener. Lugd.

¶Per assassinos faciens, vel tantum mandans aliquem interfici, tamquam ab omnibus diffidatus absque alicuius prolatione sententiæ incurrit excommunicationis & depositionis ab officio, & beneficio. h. d. secun. Zen.

DE HOMICIDIO.

¶Dictum fuit supra de hæreticis, & schismaticis, qui delinquunt in offensam fidei Christianæ, verum quia homicidæ maxime, de quibus in primo capitulo huius tituli, committunt offensam in fidem Christianam, uidelicet cum infideles occidunt Christianos: ideo post titulum præcedentem ponitur titulus de homicidio.

PRo humani.] Et est premittendũ, q̃ hanc decre. non glossarunt (quod constat) Inn. Ber. Petrus, & Abbas. qui tñ Innocentianas aliàs glossauerunt: Fran. autem & Boa. fecerunt, sed nihil vtile. Host. autẽ satis ample prosecutus est istã, & (vt dicit Hostien.) hoc procemium ponit, quare Dei filius fuit incarnatus: quo, & quare beatũ Petrũ reliqt ouiũ mõ suarũ pastorẽ, & quo Sũm⁹ Põtif. successor est Petri, & Dei locum in Petri, & Dei locũ in terris tenet, per quod solicita cura Domnici gregis ad eũ pertinet. Io. And.

† De intellectu vide Albert. in repe. ca. 1. de hęre. li. 6. adde multa huc spectantia per Anto. Capic. in decis. Neapo. 155. in cip. Not. Marcus.

¶ Istud capitulum est locale. Et diuiditur ĩ tres partes. Primo ponit exordium, secundo: ibi, Cum igit. ponit maleficium assassinorũ. In tertia parte: ibi, Sacri. proferuntur plures pœnæ contra istos assassinos.

CASVS. In quadam Montana eundo ad ciuitatem Romanã erant aliqui homines qui dicebantur assassini, infideles, dediti voluptatibus: qui nõ timebant mortẽ: vnde erant complures, qui cum sciebãt Christi fideles euntes ad ciuitatẽ Roman. mãdabãt illis assassinis, vt istos occiderent: q̃ assassini multos christianos occidebant: Roman. Pontif. volẽs obuiare huiusmodi malis, profert plures pœnas in istos assassinos, & illos, qui eis mandabant, ut peregrini, & alij Christi fideles euntes ciuitatem Romanam occiderentur. Nos. Innocentius iiij. animarum. quia plures Christianos reperiebant indispositos, & in peccato mortali: ideo non solum occidebant corpora, sed etiam animas. Impetrare, id est, saluum conductum accipere, a domino istorum assassinorum, & istud erat in opprobrium Christianæ religionis, vt Christiani acciperent saluum conductum ab istis assassinis. Non sequatur. & sic punitur affectus, licet non sequatur effectus. Diffamatus, quia quilibet Christianus poterit ipsos diffamare, & bona sua occupare, & erit iustum bellum. No. primo, q̃ redemptio facta per Christum, non concernit omnia animalia, sed tantum humanum genus. No. secundo, q̃ solus Petrus habuit a Christo generalem curam totius gregis. 21. d. in nouo. Domin.

† Vide Turrec. in summa de Eccle. lib. 2. c. 35. & 39.

CAP. I.

PRo † humani [a] redemptione generis, de summis cœlorum ad ima mundi descendẽs, & mortem [b] tandem subiens temporalem Dei filius Iesus Christus, ne gregem sui pretio [c] sanguinis religiosi redemptũ ascensurus post Resurrectionem ad patrem, absque pastore desereret, [d] ipsius curam Beato Petro Apostolo (vt suæ stabilitate, [e] fidei cęteros in Christiana religione firmaret, eorumque mentes ad salutis opera, suæ accederet [f] deuotionis ardore) commisit. vnde nos, eiusdem Apostoli effecti (disponente domino, licet immeriti [g]) successores, † & ipsius redemptoris locum in terris (quamquam indigne) tenentes, circa gregis eiusdem custodiam solicitis excitati vigilijs, [h] & animarum saluti iugis attentione cogitationis intendere summouendo noxia, & agendo profutura debemus, [i] vt excusso a nobis negligentiæ somno, [k] nostrique cordis oculis diligentia sedulo, vigilantibus, animas Deo [l] lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. ¶ Cum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate, detestandaque sæuitia mortem sitiunt aliorum, vt ipsos faciant per assassinos occidi, non solum corporum, sed mortem procurant et animarum: [m] (nisi eos exuberans gratia diuina peruenerit, vt sint armis spiritualib. premuniti [n]) ac omnis potestas tribuatur a Domino [o] ad iustitiam rectumq; iudicium exercendum. Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam † nefarias presumptiones ecclesiasticæ animaduersionis mucrone ferire, vt metus pœnæ, meta huiusmodi præsumptionis existat:

† al. ira, & tam nefarios plures præsumptores.

[Prima glossa diuidit.]

a ¶ Pro humani.] in tres diuide partes: In quarum prima ponit procemium vsque: ibi, Cum igitur, ibi ponit horrẽdum assassinorum factum, vsque: ibi, Sacri. ibi ponit pęnam multiplicem illis, qui per tales, quemquã Christianorum interfecerint, mandauerint, receptauerint, defenderint, occultauerint. Io. And.

b ¶ Mortem.] verè igitur mortuus est, & languores tulit, & dolores portauit. sup. de celeb. mis. cum Marthę. circa medium. fuit n. verus homo, de sum. Tri. c. 1. sup. hęre. cum Christus.

c ¶ Pretio.] Vnde dicit canon, quis non põt amplius amare, q̃ Christus, q̃ animam suam posuit pro omnibus suis, 23. q. 4. quis nos.

d ¶ Desereret.] nota q̃ prælatos se etiã ex nulla causa absentant se, qui nõ dimittũt vicarios. & sic dimittunt gregem suũ sine pastore, & per hãc lit teram satis patet, q̃ potestas Petri transiuit ad posteros: alias post Petrũ sine pastore remansisset Ecclesia, q̃ non est verũ, vt int. sequitur. Ad idẽ 43. dist. c. 1. & idem pot hic argui circa collegium Cardinalium cum vacat sedes, vt dixi sup. tit. p. xi. c. vnico. Io. And.

e ¶ Stabilitate fidei.] hac debemus armari, vt 23. q. 1. nisi bella. in fi.

f ¶ Accederet.] verbo, opere, & exemplo 8. q. 1. qui episcopatum, & c. seq. 43. distin. sit rector. & de vo. magnæ, § 1. de sac. vnct. c. vnico § ad exhibendum. 11. quæst. 3. præcipue. Io. And.

g ¶ Immeriti.] humilitate, vt Aug. in cap. non dicens. Secundus locus gubernaculorũ traditus est mihi, qui temum tenere non noueram. 40. dist. c. ante omnia. in fi. Io. And.

h ¶ Vigiliis.] supra in procemio istius libri sup. de offi. leg. c. 1.

i ¶ Debemus.] ad idẽ sup. de priui. cũ & plãtare. in prin.

k ¶ Somno 86 dist. fratrem.

l ¶ Deo lucrifacere.] sup. e. lib. de reg. non solum.

m ¶ Animarum.] quod plus est. 11 q. 3. præcipimus.

n ¶ Premuniti.] & ideo dat canon consilium, q̃ nullus expectet in vltimis pęnitere, de pęn. d. 7 c. vlti.

o ¶ A domino.] potestates igitur sunt a Deo. vñ Christus Pilato. Io. XIX. Non haberes in me potestatem &c. Et canon. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit 11. q. 3. qui resistit. Et vniuersitas non posset aliqua ratione constare: nisi tantus eam differentiæ ordo seruaret. 59 dist. ad hoc.

ADDITIO. Illud quod Christus dixit Pilato. Non haberes in me potestatem, & secundum Archid. intelligendum est negatiue: quia nullam potestatem habebat super eum: quasi diceret, super me nullam potestatem habes, & si quam habes, illam habes a Deo. Inducit etiam illud ad Rom. 13. Omnis potestas a domino Deo est. 23. q. 1. c. mouet te. §. sic etiam, siue iubente, siue sinente. 23. q. 1. quid culpatur. iuxta ti. 2. q. 4. quantum. Io. And.

a ¶ Pre-

præsertim [a] cum nonnulli magnates taliter primi formidantes, [b] coacti fuerint securitatem ab eorundem assassinorum domino impetrare: sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam suam Sacri approbatione Concilij statuimus, vt quicunque princeps, prælatus, [c] seu quæuis alia ecclesiastica secularisve persona, quempiam Christianorum † per prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit [d] (quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur) aut eos receptauerit, [e] vel defenderit seu occultauerit, excommunicationis [f] & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sententias ipso facto: & illa libere [g] alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur. Sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianæ religionis æmulus, a toto Christiano populo perpetuo diffidatus. † Et postquam probabilibus † constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersus eum sententia requiratur.

Bonifacius VIII.

¶ Sine pœna irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis, expresse protestando, quod ad pœnam sanguinis non intendunt. hoc dicit. Io. And.

CAP. II.

PRælatis [h] † vel clericis quibuscunque, qui de laicis [i] suis malefactorib. querelam penes secularem [k] iudicem deponentes, petunt emendam [l] sibi fieri, & prouideri, [m] ne contra eos talia de cætero præsumant

a ¶ Præsertim.] pro maxime.

b ¶ Formidantes.] probabiliter. maxime propter qualitatem assassinorum, qui non timent mortem, & dicuntur esse del Vezo de la Montagna.

ADDITIO. Iste est quidam baro Sarracenus: & prout dr, sunt illi sui serui ita nutriti, quod parendo mandato dni sui credunt saluari. Et dicit Host. quod multi Christiani principes per tales mortui sunt. Et dicit Arch. per hanc particulam probari decretalem non loqui de ijs, qui non sunt sub alicui dño, sed pro pecunia homines accidunt: quia vulgariter assassini dñr. facit pro eo litera, per prædictos, quæ sequitur. Io. And.

c ¶ Prælatus.] etiam Eps quia decre. quia periculosum. de sen. excom. li. eo lib. non eximit illos a pœna excommunicationis.

[Glos. sequens reci tetur pro obiect. & solutionem.]

d ¶ Mandauerit.] Si mandauit, ergo cogitatio nō stetit in suis finibus & ideo non est mirū, si punitur: alias secus. de pœ. di. i. cogitationis. mitius procedit cū mandante in casu § eo. lib. de sent. excō. quicunque vbi mandans, & reuocans re integra, pœnam euadit. hic autem puto, quod etiam si reuocauerit re integra, pœnā incurrit. cum ex solo mandato iam prius ligatus esset, & ad hoc facit, quod statim sequitur.

ADDITIO. Quod ligatus esset ex solo mandato patet: quia hoc ipsum mandare est delictum consummatum. super quo vide, quod dixi de illo, qui cogitauit, & aliquid egit sed non perfecit, ad finem quæstionis, quam posui infra de reg. iur. in poenis. in Mercu. Io. And.

e ¶ Receptauerit.] tenentur receptatores, vt aggressores. C. de his, qui la. occul. l. i. & 2. pessimi enim sunt receptatores, sine quibus delinquens diu latere non potest. ff. de rece. l. i.

f ¶ Excommunicationis.] ex quo Papa non reseruauit absolutionem. puto quod ordinarius possit absoluere. sup. de sen. excom. nuper ad hoc sup. e. proxi. c. vnico.

g ¶ Libere.] etiam illo non vocato: si possideret. sup. e. lib. de præb. licet 2.

ADDITIO. Host. exponit, idest, non obstante appositione, vel contradictione cuiuspiam. Io. And.

PRælatis.] primo ponit dictum, quod secūdo probat per euitationem absurditatis ibi, alioquin.

CASVS. Aliquis laicus famosus latro surripuit clerico siue sacerdoti bona sua, & sic tenebatur ipse latro actione furti, quam clericus poterat intentare criminaliter, vel ciuiliter: vnde ipse clericus deposuit querimoniam de ipso laico coram iudice seculari, non accusando directe ipsum laicum, vel secundum Dñicum de S. Geminiano etiam accusando directe, sed protestando, quod solum tendebat ad recuperationem bonorum sibi surreptorum, non autem ad pœnam sanguinis: vnde iudex examinauit illud negotium, & per confessionem ipsius laici famosi latronis: siue per testes fide dignos, & omni exceptione maiores sibi iudici legitime constitit, quod ipse laicus commiserat sacrilegium, vel aliud crimē commiserat, quod erat dignum vltimo supplicio: ideo ipse iudex secularis eum condemnauit ad mortem, vt suspēderetur ad patibulum: vtrum clericus, qui accusauit ipsum, sit effectus irregularis, licet expresse protestatus fuerit, quod non tendebat ad pœnam sāguinis? Rūdet Romanus Pontifex, quod ipse clericus absque nota irregularitatis potuit talem laicum accusare coram iudice seculari: aliàs sequeretur, quod clerici non possent conqueri de istis latronibus. Nota primo, quod appellatione prælatorum non comprehendūtur inferioris clerici. Nota secundo, quod iudex potest pronūtiare etiā super iniuria de facto nō inferendo. vide de sepult. in nostra Dominicus.

[Prima glossa ponit summam, & quid declaret.]

h ¶ Prælatis.] Sine pœna irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis expresse protestando, quod ad pœnam sanguinis non intendunt. Et emanauit hæc decre. ad declarationem eorum, quæ no. 23. q. 5. Maximianus, & q. 5. vnū solum. & sup. eo. tit. postulasti.

ADDITIO. Et ad quæstionē venerabilem 11. & 14. eo. ti.

i ¶ Laicis.] Si enim de clerico, vel ecclesiastica persona coram iudice laico conquereretur, habet locum pœna sup. de foro compe. c. si diligenti.

k ¶ Secularem.] poterunt et conqueri coram ecclesiastico iudice, vt de foro compe. cum sit. dic vt ibi.

l ¶ Emendam.] Licet iniuriam passus rancorem dimittere teneatur, non tamen emendam. 90. dist. si quis contristatus, de hoc 23. q. 4. si is qui.

[Glossa sequens dat tria similia, & obiect. dupliciter soluit.]

m ¶ Prouideri.] Prouidet ergo iudex in futurum, sicut & in seruitutibus, ff. si ser. ven. l. gi. & l. harum, sicut & in alimētis, ff. de lib. agno. l. si quis § alimenta. & circa futuras expensas. sup. de procu. auditis. in fi. vbi de hoc [Et infra de sent. excom. Romana. § causam. Ioā. And.

&

† Hec aūt quæstio, probari decretalem, eleganter tradit Alexander cons. 171. & 7. vlt. lib. 2. & Fely in c. ita quorumdam in principio extra de Iudæis.

† Diffidare, quid sit, præter Doctores hic vide Petrū Godofredum in Auth. Gazaros. C. de hære.

† Vide Decium consil. 189. & Fely. in c. afferte extra de præsum.

† Præter Doctores hic vide Fely. in c. querelam extra de iureiurā.

Iudex an possit prouidere circa ea, quæ habēt tractū de futuro.

& sup. de sepult. in nostra. licet dicat lex, quod tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, ff. de usur. l. 1. §. 1. illud enim locum habet in usuris, quæ sunt odiosæ: vel non spectat, ita q statim detur exactio. hic autē prouidebit statuendo pœnas comminando, vel pœnam malefactoribus imponēdo, & sic metus pœnæ erit meta præsumptionis, & clericorum prouisio. sup. c. proximo.

ADDITIO. Vide quod dixi in tex. Io. And.

a ¶ Protestando expresse.] Not. q requiritur expressum, ubi non sufficit tacitum. ad idem sup eo. lib. de elect. nullus, & c. indemnitatibus, in pri & cautè facit clericus si de hac protestatione cōfici faciat publicam scripturā. ad idem supra de simo. ex diligenti. in fi. de cle. excō mini. propositu. & qd not. de offi. delega. cum in iure.

b ¶ Irrogari.] In casu quo non debet irrogari, habebamus casum. s. eo postulasti. (Gloss. seq. reci. per. obiec. solutionem.]

c ¶ Iustitia.] Idem si contra iustitiam, cū clericus non fuerit in culpa. & absit, vt ea quæ pp bonum, & licitum facimus, &c. 23. q. 5. de occidēdis. & facit, quod dixi su pra ne cle. vel mona. c. vlt. quod simili modo prouidit prælatis temporalem iurisdictionem habentibus: nec obstat. j. c. proxi. vt ibi dixi.

ADDITIO. Et in decre. vlt. ne cle. vel Mon. Io And.

d ¶ Taliter.] scilicet cum expressa protestatione, vt dictum est supra.

e ¶ Materia.] hoc idem dicebatur in prædicto canone 23. q. 5. vnum solum in fi.

tur, protestando [a] expresse, quod ad vindictam seu pœnam sanguinis nō intendunt, imputari non debet: quamuis alias in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari, [b] si iudex mortē illis inferat iustitia [c] exigente. Alioquin si prælati, aut clerici propter metum huiusmodi, quia iudex ad pœnam sanguinis posset † procedere, de suis malefactoribus taliter [d] conqueri non auderent, daretur plerisque materia [e] trucidandi eosdem, & ipsorum bona libere depredandi.

¶ Idem.

¶ *Mandati aliquem verberari secuta mors imputatur. h. d. secundum Zenz.*

CAP. III.

Is † qui [f] mandat aliquē verberari, licet expresse [g] inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius [h] fines mandati excedēs mutilet, vel occidit: Cum mādando in culpa [i] fuerit, & hoc euentre posse debuerit cogitare. [k]

Is qui.] Ponit dictum cuius causas subdit ibi, Cum mandando.

CASVS. Ego clericus, vel sacerdos cepi odium ɔ aliquem, volens de eo assumere vindictam, conueni cum aliquibus familiaribus meis, vel cum alijs, vt ipsi eum verberarent: tñ eis expresse inhibui, ne eum occiderent, nec membrum aliquod amputarent. Illi acceptauerunt illud mandatum damnatum, & eum taliter verberauerunt, q mors est inde secuta, vel detruncatio membri: numquid sim factus irregularis? Vi. q non, quia illis inhibueram, ne eum taliter verberarent, q mors posset inde sequi, vel membri mutilatio. Non obstante ista ratione dubitādi rñdetur, q nihilominus incurro irregularitatem: nam dedi operam rei illicitæ: ideo sunt mihi omnia imputanda, quæ pñt sequi ex illa re illicita, quia debui cogitare, q inde sequeret mors, vel mutilatio membri. Nā debuit cogitare, q alius se defenderet, & q illi sunt animati ɔ ipsum, & inde eū taliter verberarent, q sequeretur mors, vel mutilatio membri. Et istud verum, quia pp mutilationem membri sum effectus irregularis, si talis fuerit mutilatio, q inde facta fuerit separatio mēbri. Nā si quis clericus verberet aliquem intm, q reddat membrum inutile, non pp hoc efficitur irregularis, nisi fiat detruncatio alicuius membri. Quid si aliquis amputauerit alteri digitum: vtrum sit irregularis? ista qō p-supponit aliam, vide licet vtrū digitus sit membrum hois: Vñ dicēdum sm Doctores, q digitus nō est membrum, sed officium membri ff. de statu ho. l. non sunt. §. partus. ideo si quis alicui imputat digitum, non pp hoc efficitur irregularis. No. q quoad pœnam irregularitatis parria sunt aliquem interficere, vel mēbris mutilare. & ad hoc cle. i. eo & tit & ibi glo. quæ alleg concor.

(Prima glossa dicit quid declarat.]

f ¶ Is qui.] Determinat notata per Inno. & Hostien. sup. eod. titu. ad audientiam. & per Hostien. eod. tit. Petrus.

ADDITIO. Guli. de hoc tractat in Specul. de lega. §. iuxta. vers. sed quæritur qñ. sed non exprimit de illo, qui expresse prohibuerat. io. And.

(Glo seq. obijcit.

g ¶ Expresse.] per hoc videbatur no teneri quia plus est expresse contradicere, quam minime consentire, sup. de bap. & eius effe. maiores. sed si non consentiens irregularitatem non incurrit. (Facit eodem tit. dilectus, & c. significasti. de cleri pug. in duel. cap 2.) ergo multo minus expresse contradicens. Io. And.

h ¶ Mandatarius.] iste etiam tenetur, quod dic, vt not. sup. de sent. excom. mulieris.

i ¶ Culpa.] istud est regulare, quod vbi culpa præcessit, quis tenetur de casu. sp dic vt plene not. s. eo. tit. sicut dignum. sicut & qn culpa præcedit non excusat metus. ff. qd met. cau. l. si mulier. faliit in matrimonio sup. de spon. veniens 2. (Et per hanc litteram patet decre. Io. And. non habere in illo, qui licite verberari mandabat.]

ADDITIO. Ista duo s. culpa, & mora astringunt ad casus, qui sequuntur. C. de cond ob tur. cau. l. fi. C. de condi. fur. l. 2. Io. Mona. hoc patet de com. cap. vnico. de depo c 2. Io And.

k ¶ Cogitare.] eo. de cætero. c. continebatur. ff. ad legē Aquil. l. qui occiderit. §. in hac.

TITVLVS V.

De vsuris.

¶ Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi.

¶ *Primo innouat & obseruari præcipit Lateranen. Concilium contra vsurarios editum vsque ad versi. Et quia. ibi præcipit omnibus dominis, & vniuersitatibus terrarū, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos ad exercendum fœnus, vel conductas habere: & quod aliquis eis ad hoc domus non locet, vsque ad versi. Qui vero. Vbi imponit pœ. arr. cleri cis contrafacientibus, vsque ad versi. Ceterum, vbi imponit pœnam laicis: & hoc facit vsque in finem. Io. And.*

DE VSVRIS.

¶ Dictum fuit supra titu. proxi. de homicidio: verum quia vsurarius est homicida sui ipsius, & animæ suæ, vt in c. 1. j. eod iuncta gl ideo post titulum præcedentem ponitus titulus, de vsuris.

Vsurarum.

† al. posset.

† De intellectu vide Anto. Gomezium to. 3. variar. resolut c. 3. de homicidio. nu. 18 adde Dec. in c. 1. de offi. delega. & Alex. cōsil. 190. lib. 2.

Constitutio Dñi Heliæ.

Vſurarum voraginem.] Dicit Franc. ꝙ hęc constitutio facta fuit propter Florentinos, Senenſes, Pictorienſes, Lucanos, Aſtenſes: qui circuibant diuerſas prouincias ad exercendum vſuras immoderatas: & quia per multos prælatos, & principes recipiebantur, ideo hic fuit prouiſum. Io. And.

CASVS. Statutum fuit in Concilio Lateranẽ quod habetur in cap. quia in omnibus eod. titu. in anti. quod vſurarij manifeſti in vita non debent admitti ad communionem, & poſt mortem non debeat admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam. Item quod rectores eccleſiarum parochialium non debẽt admittere oblationes talium vſurariorum manifeſtorum. Vlterius dr̃, ꝙ clerici admittentes vſurarios manifeſtos ad communionẽ, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipientes eorum oblationes, ſunt ſuſpenſi ab officio. Sed vtrum puniantur alia pœna? Reſpondetur, ꝙ ſic, ſ. pęna maledictionis ęternæ: quia peccant mortaliter. Mandat.n. Papa illam cõſtonẽ Concilij Lateranen. obſeruari ſub interminatione æternæ maledictionis: hoc eſt, ſub pœna peccati mortalis. Et ſic presbyter admittens vſurarium manifeſtum ad communionem altaris, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipiens eius oblationes, peccat mortaliter. Sed vtrum ſint alia remedia inuenta ad compeſcendum iſtud crimen vſurarum? Reſpondeo ꝙ ſic: nam vt ceſſet iſtud crimen vſurarum, ſtatuit Romanus Pontifex, vt nulla perſona eccleſiaſtica ſiue ſit collegium, vel vniuerſitas, vel etiam perſona particularis admittat vſurarios manifeſtos, nec patiatur, quod ipſi exerceant vſuras in ſuis locis & terris, ſiue in eis collocent locum ad exercendum vſuras: imo clerici expellent tales vſurarios, infra tres menſes: alias incurrunt pœnas hic contentas: nam ſi ſint epiſcopi, ſunt ipſo facto ſuſpenſi. Si vero ſint inferiores prælati, incurrunt ſniam excõicationis, niſi eos expellant infra tres menſes a ſuis terris. Si autem illæ terrę pertineant ad collegium, vel ad vniuerſitatem eccleſiaſticam, ſunt interdictæ quouſque fuerint expulſi dicti vſurarij. Sed quid de dominis temporalibus, vtrum temporalis dominus non debeat permittere tales vſurarios manifeſtos, vt ipſi locent domos in ſuis terris? Reſpondet quod illud, quod dictum fuit de ſententiis ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis, habet locum in perſonis eccleſiaſticis: ſed laici non incurrunt illas pœnas ipſo facto: veruntamen poterunt per ordinarios compelli, ut tales vſurarios a ſuis terris expellant; alias poterunt illos excommunicare. Et excommunicatio reſpectu laicorum non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſm cõmunẽ opinionẽ: Nã dictio (Cęterũ.) eſt aduerſatiua, quę non eſſet, niſi ſic intelligeretur. [Alienigenas.] ideſt, alios non oriundos de terris ſuis (Conducere.) Et ſic non prohibet, quin vſurarius poſſit locare domum; dummodo non exerceat vſuras in illis terris: licet alibi per ſuos fautores exerceat. (Cæterum) ponit qua pœna puniendi ſunt laici, qui tolerant alienigenas exercere vſuras ſuas in ſua iuriſdictione (Ordinarios.) id eſt, diœceſanos. (Compeſcantur.) id eſt moneantur, & excommunicentur, vel etiam ſuſpendantur. ca. qui per centuram de verb. ſigni. in antiq. Nota primo ex illo c. iuncto c. quia in omnibus alleg. ꝙ recipiens vſurarium manifeſtum ad communionem altaris, peccat mortaliter. Idem eſt dicendum de illo, qui vſurarium manifeſtum tradit eccleſiaſticæ ſepulturæ: vel qui oblationes ſuas recepit, vnde illud ca. aggrauat pœnã illorum, qui admittunt manifeſtos vſurarios ad communionem altaris, vel eccleſiaſticam ſepulturam, vel qui recipiunt eorum oblationem: quia dicit quod peccat mortaliter. Et ſic addit ad c. quia in omnibus allegatum. Sed qualiter iſtud intelligitur, ꝙ clerici non debent recipere tales manifeſtos vſurarios ad cõionem? Aliqui exponunt ad cõionem, id eſt, non debent eis tradere corpus Chriſti. Alij dicunt, quod non debent recipere ad communionem, ideſt, ad auditionem diuinorũ ſeruitiorum, ſed eos debent ab eccleſia expellere, quando dicuntur diuina officia, ſicut expelluntur excõicati. Dicit Pan. quod iſte intellectus eſt verus, & de iure procedit. Sed quæritur qui dicuntur vſurarij manifeſti? Gl. dicit, ꝙ vſurarius manifeſtus dicitur ille, qui de illo crimine fuit conuictus, vel confeſſus, & ſic manifeſtum accipitur pro notorio notorietate iuris: quia notorium crimen dr̃, qñ quis illud crimen fuit confeſſus indifferenter, vel de illo fuit conuictus. Vel dicendum eſt, ꝙ manifeſtus hic accipitur pro notorio notorietate facti: quia tenet bancam publicã ad uſuram, & offert ſe cuilibet volẽti recipere pecuniã ſub uſuris. Not. ibi, aderit, ꝙ legiſlator debet ſubditis ſuis tollere libertatem delinquendi: quod eſt contra plures, qui per ſtatuta ſua diminuunt pœnas a iure introductas pro delicto. Vnde talia ſtatuta nõ debent ualere: quia inuitant homines ad delinquendum. Nã quanto minores pœnæ pro delicto imponunt, tanto homines habent maiorem libertatem delinquendi.

CAP. I.

Vſurarũ [a] uoraginem, [b] (quæ animas [c] deuorat, & facultates [d] exhaurit) cõpeſcere cupientes, conſtitutionem [e] Lateranenſis † Concilij contra uſurarios editã ſub diuinæ maledictionis [f] interminatione præ-

† Latera. Cõcil. ſub Alex. III. cap. 25.

¶ Nota principalem effectum huius c. quod habẽtes temporalem iuriſdictionem, ſiue ſint clerici, ſiue laici, non debent permittere, quod in terris ſuis alienigenæ locent domos ad exercendum vſuras: imò ſi ſciant tales iam conduxiſſe, debent expellere infra tres menſes. Quid de indigenis? Reſpondet gloſſa, quod cũ illud c. ſit pœnale, non ſe extendit ad indigenas, ſed ſolum ad alienigenas. Rationem diuerſitatis ponit glo. quod indigenæ expellerentur cum maiori ſcandalo: nam eorum parentes ſcandalizarentur. Item qđ alienigenæ non habent talem affectionem ad illos, inter quos ſe collocauerunt: ita quod inhumanius conſueuerũt ab eis extorquere pecunias, quam indigenę. Ex hoc tamẽ non ſequitur, quin aliæ pœnę poſſint exerceri in indigenis: videlicet: pœnę ca. quia in omnibus. eo. tit. in anti. cum ſu. & c. pręterea. eo. tit.

[Prima gl. diuidit & ſummat.

a ¶ Vſurarum voraginem.] primo innouat & obſeruari pręcipit Lateranẽ Concil. contra vſurarios editum, uſq; ad verſi. & quia. Ibi præcipit omnibus dominis, & vniuerſitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris ſuis conducere domos ad exercendum fœnus, vel conductas habere, & ꝙ aliquis eis ad hoc domos non locet: vſq; ad ver. Qui vero, ibi imponit pœnã clericis contrafacientib. vſq; ad ver. Cęterum. vbi imponit pœnam laicis, & hoc facit vſq; in fi.

b ¶ Voraginem.] lex dicit vſurarum dulcedinem ff. de his quæ in frau. cred. l. ait pręto. §. ſi quid in fraudem ver. ſi vero.

c ¶ Animas] recipientium, & bene deuorat animas ipſorum: quia prohibitæ ſunt uſuræ in nouo, & veteri teſtamento, & iure canonico. 14 q. 3. & 4. per totum, ſup. eo. per totum, & forte hodie iure ciuili ſecundũ ca. quæ no. ſup. eo. quia in omnibus.

d ¶ Facultates.] ſoluentium ſup. eo. tit. quanto.

e ¶ Conſtitutionem.] ſup. eo. tit. quia in omnibus, quæ prohibet vſurarios manifeſtos ad communionem altaris admitti: præcipit oblationes eorum non recipi: & in morte illis denegat eccleſiaſticam ſepulturam, & clericos contrafacientes punit, & infra de ſepultu. eos in Clemen.

f ¶ Maledictionis.] i. pœnę æternæ, quæ pro mortali tantum debetur. 24. q. 3. Deus, quando.

r Dulcedo dr̃ in recipiẽte. vorago dr̃ in ſoluẽte.

z Lucan. Hinc vſura vorax, auidum, que in tempore fœnus. Io. And.

a ¶ [Quo.]

cipimus inuiolabiliter obseruari. Et quia quo [a] minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eo [b] magis adimetur [c] fœnus exercendi libertas; Hac gñali cōstitutione sancimus, ut nec collegium, [d] nec alia uniuersitas, uel singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas [e] & alios non oriundos de terris ipsorum publice fœnebrem pecuniā exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, uel conductas hēre, aut aliàs habitare permittant, sed huiusmodi usurarios manifestos [f] omnes infra tres menses, [g] de terris suis expellant, [h] nunq̄ aliquos † tales decreto admissuri. Nemo illis ad fœnus [i] exercendum domos locet, uel sub alio titulo [k] quocunque concedat.

¶ Qui uero contrafecerint, [l] si personę fuerint ecclesiasticæ, Patriarchę, Archiepiscopi, Epi, [m] suspēsionis, minores [n] uero

a ¶ Quo] idest, quanto.
b ¶ Eo] idest, tanto. sic sup de constit. cum M. in prin.
c ¶ Adimetur.] No. q̄ tollenda est occasio delinquendi. ff. de vsufructu, l. aequissimum, & vtilius enim est ... pa nis tollitur, & cap 5. quæst. 5. non omnis. idem. sup. de cohabitat. cler. & mulier. c. 1.

Occasio delinquēdi tollenda est.

ADDITIO Et sup. e. lib de statu mon vni co in si respon. Ioan. Mon. alleg C. de lati. lib. tol. l. 1. §. sed nec furandi. Archi alleg. 14. quæst. 4. nec hoc prætereundum quoque Io And.

Collegiū vnde dr.

d ¶ Collegium.] dictum a colligendo. & de hoc sup eo. de elect. cap. 1. de excessi. prela. dilecta. ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. § quibus.

[Glo. sequ. teci. per quæstionem rationis. secundo per q quid si sit ciuis vel incola. tertio, quis dicatur oriundus in fi. de differentia quinque verborum remittit.]

e ¶ Alienigenas.] hæc ergo constitutio non extenditur ad indigenas: [1] & tñ illi sunt aliàs pœnis vsurariorū puniendi, & potuit esse rō: quia maius scandalum est in alienigena vsuras exercente, quam in indigena, & minus scandalum in expulsione illius. quàm istius: & magis consueuerunt veteri inter suos exercere fœnus, quam inter extraneos, & ideo fuit magis prouidēdum & dato quod illi alienigenæ essent ciues vel incolæ, locum habet hæc constitutio in eis (secun. Guliel. idem Fran. & Ioan Mona) Et hoc forte uoluit repetitio verbi, & alios non oriundos, vt dicamus alienigenas etiā si sint ciues, uel incolæ, & alios etiam qui ciues uel incolæ non sunt. Oriundus autem de ciuitate dicitur is, qui vel in vico ciuitatis illius ortus est. ff. ad municip. l. qui ex vico: vel etiam si pater eius inde originem ducit C. eodem titu. l. assumptio §. filius, & C lib. 10. de municip. & orig l. 1. & filios. Qua autem differentia sit inter ciuem, municipem, accolam, aduenam, & incolam, not ff ad municip l. 3 & C. de inco. l. ciues. libro 10. (Archid. alleg. ff. de verbo. signifi. pupillus §. incola & § aduena & C. de la. lib. tol. l. 1. in principio Ioan. And.

3 Secundū Guliel. & Gar. & dicit Franc. se habuisse a cōpositoribus huius cōstitutiōis apud Lug. Io. And.

ADDITIO. Oriundus de ciuitate dicitur, qui ibi ortus est, uel cuius pater inde originem duxit. Non sic in auo: aliàs inquirendus esset ager Damascenus vbi natus est Adam, ut not. in pręallega. §. filius. & in prælle. l. filios & vide sup. eod lib. de sepul. is qui. super glo. a. Ioan. And.

[Gl seq teci per quæst. qui sint manifesti.]

f ¶ Manifestos] manifesti dicunt illi, de quib. notoriū est de iure, ut quia cōfessi, uel condemnati, uel de facto: uel quia sint operis euidentiam, quæ nulla tergiuersatione posset celari, ut quia tenet altare suum paratum, poterit autem episcopus eos publicare si conuicti fuerint, uel confessi etiam ipso, uel si contra eos fiat ꝓbatio testium, vel sint certa argumenta cum fama. sup. eo. cum tu. & c. cum in diœcesi.

ADDITIO. Et hoc dicit Arch sufficere quo ad constitutionem istam per eadem iura. dat simile in hæreticis. de hær excommunicamus § 1. & in adulterio. sup. de adult. maritis Io. And.

g ¶ Tres menses.] ergo tempus duorum mensium, quo ... post publicationis regulariter ligat constitutio. de hoc sup. de postu. c. 1. interdum augetur, interdum diminuitur, ut hic, & sup. eo. lib. de præben. cum singul. de hoc inf. in fi. lib. super data.

¶ Glo. sequens dat tria similia, reliquum per quæstionem.

h ¶ Expellant.] sic doctor monachū audientem leges, vel physicam de scholis suis expellere debet. sup. eo ne cle. vel mona. c. 1. in fi. sic, & lenones debent de ciuitatibus expelli, in Auth de lenonibus. §. sancimus igit. coll. 2. & lepros. de coniugo. lepro. c. 1. & ꝓpter simplicem alicuius denuntiationem non debet dñs terræ eum, qui dr eē talis, expellere: sc iste tūc dēt inquirere, & si verum eē reperit, expellere, sup. de off ord. c. 1. ff. de offi. pręs. l. præses. prouideat aūt in his conscientiæ suæ. si. s. de hęre. c. vlti.

† al. alios.

ADDITIO. Dicit Clericus Pisanus, quod permitti posset bannum, q̄ omnes fœneratores alienigenæ infra certam diem exirent terram sub certa pœna. alleg. de clandest. despon. cum inhibitio, qui ma. ac pos. qui in tua. Io. And.

i ¶ Ad fœnus.] quid ergo si aliquis locauit domum alicui vsurario, quem vsurarium ignorabat: vel non locauit ad exercendum fœnus? Dic q̄ probabilis ignorantia illum excusabit. ff. loca. si quis ignorans, supra de sen. excomm. si vero. 2. & cap. in audientia. in dubio tñ præsumuntur ad hoc conducere, si consueuerunt vsuras exercere, 2. ff de accusa. si cui quia semel malus, & cap. inf. de regu. iur. semel & ex quo scit, debet eum repellere. supra de loca propter. quia peruerse conuersantur in ea, vt ibi, &c.

2 Sētit gl. s̄m Fhi si sciēter locet vsurario, nō poterit eum expellere idē si me retrieb', vide not. in l. non aliter. ff d vsu. & habita. iñ ex pellēt vicini ihonestas uitas persōnas. Paul in L. nulli, C. de sum. Trini Sol. Bal. l. milites. C loc. Fon. 3.

[Glo seq exemplificat, prorogat. in q. ar. negatiue, & ponit opi. Guli.]

K ¶ Titulo.] puta pignoris, commodati, depositi, precarij, & huiusmodi: & idem si sine vllo titulo illum ibi sineret esse. 45. dist. recedite. sed si vendit, donat, vel ꝑmutat, non videtur habere locum hæc constitutio per verbum, concedat: quod solus vsus concessionem, non domini translationem notare videtur. [3] Sed Guliel. dixit idem si manifeste appa ret, quod ad exercendum fœnus vult accipere: quia præsumitur etiam in fraudem agi, sup. de pign. illo. & de empt & ven ad nostram. nam verbum concedo est generale: & accipitur secundum naturam contractus, cui adjicitur. arg. ff lo ca. l. si vno, & hi etiam sunt tituli. ff. & C. pro emptore, & pro donato.

ADDITIO Hoc quod tenet Gul. placet Archid qui dicit; quod idem tenuit Ioan. de Gerona magister suus Ioan. And.

3 Ad idē relatiuū, alio, nisi dicas, q̄ ampliat per illud, quocunq; facit, qd no. sup. e. li. de reli. do. c. uni. co. super ver cęterorum. Io. And.

l ¶ Contrafecerint.] scilicet talibus locando, vel permittendo habere domos conductas, vel non expellendo infra tres menses, nec obstat verbum contrafecerint, quia & qui non facit, facere videtur, ff de regu. iur qui non facit.

ADDITIO. Concord. sup. eo lib. de hæret. ut inquisitionis. § vlt in prin. Io. And.

m ¶ Episcopi.] nisi fuissent expressi, non incurrerent hanc pœnam, infra de sentent. excomm. quia periculosum.

n ¶ Minores vero personæ.] repete ecclesiasticæ.

a glo.

a ¶Interdicti.] in vniuersitatem enim, vel collegium, non fertur excommunicationis sententia, ne contingat innoxios irretiri. infra de sent. excom. Romana. §. vniuersitatem.

Excõicatio nõ fertur in collegium.

b ¶Quam.] intellexit Gul. sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

c ¶Sustinuerint.] scilicet prælati, singulares personæ collegij, seu vniuersitas.

d ¶Ipsorum.] s. prælatorum, clericorum collegiorum, seu vniuersitatum: & dic, idest ipsorum iurisdictioni subiectæ: & sic punitur alterius pro alterius delicto, quod dic, vt i. q. 4. in summa. 24. q. 4. in summa.

personæ singulares, excõmunicationis: si autem collegium, seu alia vniuersitas, interdicti [a] sententiam ipso facto se nouerint incursuros. Quam [b] si per mẽsem animo sustinuerint [c] indurato, terræ ipsorum [d] (quandiu [e] in eis ijdem vsurarij commorantur) extunc [f] ecclesiastico subiaceant interdicto. Cæterum si laici fuerint, per suos ordinarios ab huiusmodi excessu, omni cessante [g] priuilegio, per censuram [h] ecclesiasticam compescantur.

ADDITIO. Quod hic not. Gar. & I. Mo. Ioan. And.

e ¶Quandiu.] illis ergo recedentib. cessabit interdictũ. 81. dist. si qui de hoc. [†] de mat. contra c. vlti. [†] de spon. non est.

† al. ita: idem in eodem.

f ¶Extunc.] extremum tempus mensis designat. ff. de cond. & demon. l. si is. §. si ita. Ioan. And.

g ¶Cessante.] sic sup. de hæret. ad abolendam. in fi. C. vbi de crimi. agi opor. auth. qua in prouincia. reatus n. omnem honorem excludit. C. vbi sena. vel cla. l. 1. de priuileg. c. 3.

h ¶Censuram.] supra de verb. sig. quærenti: sed quia a capite edenda est ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. 1. & quia pati debet quis legem, quam ipse tulerit. ff. qđ quisque iuris. l. 1. supra de constitu. cum omnes. hanc constitutionem primo debebat in sua cura facere obseruari. decet enim eum secundum leges [r] viuere. C. de legi. digna vox.

r Vide Burchar. li. 15. decr. c. 42. & B. Tho. 1. 2. q. 95. ar. 5.

ADDITIO. Secundum Gul. qui allegat quod de Christo legitur, quod legem, quam dederat, carnaliter impleuit 19. q. 2. c. ideo. §. si ergo. circa medium: subdit, quod sæpe subditi conqueruntur, quod alligantur eis onera importabilia, quæ imponentes, digito suo tangere nolunt. 16. q. 7. alligat. Io. And.

Quanquam.] Tres partes secundum Gar. & Ioan. Mon. primo prouidet, quando sint sepeliendi vsurarij manifesti. secundo: ibi, Omnes, punit facientes contrarium. Tertia: ibi, Nullus, ponit duas prohibitiones, & irritat testamenta.

ADDITIO. Et dicit Boatin. quod præcedens respicit alienigenas: ista vero omnes. Dic secundum Fran. quod decre. præcedens prouidit, ne exigantur vsuræ, ista prouidet vt exactæ restituãtur. Et subdit, quod hæc constitutio, vt thesaurus est obseruanda, per quam ad restitutionem vsurarum indirecte vsurarij compelluntur, & sæpe, quod dixi sup. eo lib. de emp. & vend. comp. Romana. § contrahentes. in prin. Io. And.

¶Pro intellectu istius cap. est præsupponendum, quod habetur in c. præterea. & in c. quia in omnibus. eod. tit. in anti. videlicet, quod vsurarius manifestus nõ debet tradi ecclesiastica sepulturæ: secus si vsuras restituerit, vel restitui mandauerit in testamento.

CASVS. Titius vsurarius manifestus veniens ad mortem, in testamento suo ante mortem præcipit hæredibus suis, vt ipsi restituerent vsuras illis personis, a quibus eas acceperat: deinde mortuus est: eo mortuo hæredes sui voluerunt eum tradere seu tradi facere ecclesiasticæ sepulturæ: dicebant creditores vsurarij, a quib. ipse Titius acceperat vsuras, quod erat sibi deneganda ecclesiastica sepultura, donec & quousque ipsi hæredes restituissent vsuras, quas Titius defunctus acceperat, dubitatur, quid iuris sit: Vnde consultus Papa rñdet, quod ipse defunctus non debet sepeliri neque tradi ecclesiasticę sepulturę, donec sui heredes tradant. & restituãt vsuras illis personis, a quibus fuerunt extortæ: vel præstet cautionẽ cum fideiussorib. vel pignoribus: & sic red dãt creditores certos de pecunijs recuperãdis & habendis. Sed quibus præstabit ista idonea cautio? Rñdet, quod illi, a quibus fuerunt extortæ vsuræ, si sint præsentes: sed qd si sint absentes? Rñdet. quod tũc p stabitur ista cautio Epo, vel eius vicario: vel rectori Ecclesiæ parochialis, qui stipulabitur pro absente de vsuris restituendis: ita quod absenti acquiratur actio, acsi ipse præsens stipulatus fuisset vsuras sibi tradi. Sed vellem informari, quam summam debebit continere ista cautio? Respondet Romanus Pontifex cum distinctione: Aut certum est, quantum a quolibet est receptum pro vsuris: & tunc illud debebit continere ista idonea cautio. puta promitto restituere tali decem scuta, quæ talis, pro quo fideiubeo, accepit pro vsuris: & tali quinque scuta & sic de cæteris: Aut non est certum, quantum a quolibet fuit receptum pro vsuris: tunc cautio ista debet continere summam ad arbitrium Episcopi, vel vicarij, vel rectoris Ecclesiæ parochialis. & debet scribi, quot annis ipse exercuit vsuras, & quantum singulis annis potuit accipere pro vsuris. Saluo, quod si appareat plus, vel minus receptum fuisse pro vsuris, illud plus, vel minus restituetur. Postea statuit, quod nullus vsurarius possit testari: nec aliquis intersit eorũ testamentis, nisi facta fuerit satisfactio vsurarum, vt dictum est. Seruo publico, idest, notario (Arbitrio.) si male arbitrentur dictę personę, tunc tenentur de malo arbitrio, & male arbitrantes de suo restituere tenentur. Subiacere.) nõ intelligitur, quod si religiosi admittant vsurarium ad ecclesiasticam sepulturam, quod ipsi sunt priuati communione altaris: sed ipsi incurrũt pœnas suspensionis, & excommunicationis editas per cap. quia in omnibus eod. titu. in antiq. vt illud cap. addat ad illud cap. quia in omnibus. videlicet, quod si vsurarius ordinauerit vsuras restitui, non debet sepeliri, nisi prius præstita cautione cum fideiussoribus, vel pignoribus. Nullus intersit in testamento vsurariorum. Not. primo, quod hęc decre. non habet locum nisi in manifestis vsurarijs. Not. secundo, quod indistincta dicitur dispositio, quæ fit in genere, non expressa certa specie. ad hoc de reg. iur. c. 1. eo lib. Dominicus.

¶ Idem.

¶ Manifestis vsurarijs licet mandauerint vsuras restitui, ecclesiastica sepultura negabitur, nisi primo satisfiat: vel secundum formam huius decr. idonea caueatur. Sepelientes eos contra hanc constitutionem Lateran. Concilij pœnam incurrunt. Testamenta ipsorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis interesse, vel eos absolue re, vel ad confessionem admittere. h. d. Io. And.

CAP. II.

Quanquã [i] vsurarij ma-

[Prima glossa summat.]

i ¶Quamquam.] manifestis vsurarijs licet mandauerint vsuras restitui, ecclesiastica sepultura negabitur, nisi primo satisfiat: vel secundum formam huius decreti, donec caueatur. Sepelientes eos contra hanc constitutionem Lateran. Concilij pœnam incurrunt. Testamenta ipsorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis interesse, vel eos absoluere, vel ad confessionẽ admittere. hoc dicit. Io. And.

[Glo. secunda de q. remittit, & soluit.]

a ¶Mani-

a ¶Manifesti.] qui dicantur vsurarij manifesti, dixi supra c. proxi. Tñ quo ad casum nostrum satis posset etiã dici manifestus, si coram sacerdote 1 & testibus publice fatetur 2 se vsurarium, & vsuras restitui mandat forte libros rationum tradens secundum Guil. ad quos edendos cum de vsuris agit, hodie cogi potest per cle. ex gra ui. eod. tit. § cęterũ. vide quod dicam. j. super gloss. antepen. Io. And.

ADDITIO. Vsurarius potest dici manifestus, si fatet se vsurarium publice corã testibus, & sacerdote, qui est iudex illius, quo ad respiciendum forum animæ. de pœn. dist. 1. quem pœnitet. vltra medium versi. quare qui & dist. 5 c. 1 vltra medium versi caueant. 11. q. 3 absit.

nifesti[a] de vsuris, quas receperant † satisfieri[b] expressa quantitate, vel indistincte[c] in vltima voluntate mandauerint:[d] nihilominus tamen eius ecclesiastica sepultura denegetur,[e] donec de vsuris ipsis fuerit (prout patiuntur facultates[f] corũ) plenarie satisfactum: vel illis, quibus[g] facienda est restitutio: si præsto[h] sint ipsi, aut alij, qui eis possint acquirere,[i] vel eis absentibus loci ordina-

b ¶Satisfieri.] debet autem satisfieri ei a quo pecunia est extorta, vel eius heredi illis non extantibus, vel non petentibus, vel non curantibus pauperibus erogabitur. sup. eodem, cum tu. & cap. Michael. dicit tamen Guil. quod hoc casu debet publice proponi edictũ in locis, a quorum incolis sunt extortæ, quod omnes a quibus extortæ sunt, veniant: & si aliqui appareant, qui satis fides est adhibenda, potius restituetur illis, quam pauperibus erogetur. ad hoc facit de no. incid. sicut dignu. § eos.

c ¶Indistincte.] i. non expressa aliqua quantitate: quia mandauit in genere restitui quæcunque extorserat per vsurariam prauitatem.

[Glo. seq. primo ponit, quid dedit causam cõstitutionis: secundo de vsurario non mandante notat duo.]

d ¶Mandauerint.] dicebat Lateranen. Concilium sup. eo. c. 1. quod vsurarij si in hoc peccato decedebant: nõ admittebantur ad ecclesiasticam sepulturam: ex quo autem mandauerant de restituendo, non decedebant in illo peccato: & sic non habebat locum pœna constitutionis: hunc ergo elusionẽ 3 prouidit hic Gregorius. Et scire debes, quod dato, quod vsurarius de restituendo non mandet: hæres nihilominus restituere tenetur. sup. eod. tua nos. vbi de hoc: etiam si ad hæredem de vsuris nihil peruenerit: tenetur tamen inquantum se extendunt vires hæreditatis, quod dic, vt 12. q. 2. Eps, qui filios. sup. de sepul. c. vlti. si autem vsurarius restitui non mandet, licet hæres paratus sit restituere: denegabitur illi sepultura, cum in peccato decesserit: nisi aliàs de mortui contritione appareret. 26. q. 6. qui recedunt. sup. de sent. excom. a nobis. 2

ADDITIO. Hæres vsurarij tenetur secundum vires hæreditatis, & non vltra, si fecit inuentarium. C. de iure d lib. scimus, & in auth. de hęre. & fal. §. hinc nobis. secundum Guil.

[Glo. seq. notat, inducens duo iura: secundum dupliciter obijcit.]

e ¶Denegatur.] est ergo hic opus facto: scilicet restitutione vsurarum in cautione, nec satis est hic beneuelle. 86. dist. non satis, quia & verba sunt cum effectu intelligenda sup. de elec. non sed. relatum. Sed nonne, qui mandat, soluere videtur ff. de solu. l. qui mandat ergo mandatum hoc sufficere deberet? sed illud solum habet factæ solutionẽ per mandatarium, qui enim per alium facit, per se facere videtur j. de reg. iur. qui per alium. sed videtur, quod ex quo iste, de quo loquitur tex. qui scilicet mandauit vsuras restitui, peccatum confessus est, & sic diuino iudicio iam relictus, sepultura priuandus non sit 50 dist. ponderet ibi, peccator in quacunque die, &c. sed imponitur hæc pœna, non quod de salute ipsius desperetur propter hoc, quia sepultura nec prodest 4 nec nocet, quo ad Deum. sup. de sepul. facris & est tm. sup. de sag. super eo.

[Gl. seq. declarat textum, secundo quęrit, opinionem ponit, & soluit.]

f ¶Facultates.] paupertas igitur excusat, quod verum est, si sit nota, sup. eo. cum tu. vnde si nihil potest restituere, nihil restituat, si partẽ, illam restituat. [Et totum non habita rõne necessaria, vt not. eod. tit. cum tu. in gl. antepe. & ibi dixi, quia præponant illi gl. quod hic Archid.] Vnde prius deducentur vsurę tã quam æs alienum, quam soluãtur legata, & alia, quę relicta sũt titulo lucratiuo, intelligitur enim hæreditas ęre alieno deducto. C. de leg. l. si vniuersę. Quæri solet an hæres vsurarij, quando hæreditas non sufficit, satisfacere debeat primo venientibus? Dixit hic Gul. 5 quod non, imo fiet eis & alijs satisfactio pro rata vnumquemque contingente, arg. sup. de test. relatum. & in si ff. de pact. l. si plures satis. videretur hoc casu haberi debere consideratio nem temporis, vt ille, qui prius soluit vsuras, recipiat, quod suum est integraliter, & sic de singulis secundum regulam. j. de reg. iur. qui prior. cum idtorum par sit causa, vt ibi dixi. & in hypotheca hoc consideramus. C. qui pot. in pig. hab. l. si fundus. sed videntur esse bona vsurarij hypothecata. sup. eod. cum tu. Et not. sup. eod. tua. in prima glo. Ioan. And.

g ¶Vel illis quibus.] tolle hic litteram, quę est j. bene per 12. lineas: ibi, idoneæ de restitutione facienda sit cautum illis, quibus, &c. vsque, de ipsa parochia, postea accipe, quod est infra, aut seruo publico de ipsius ordinarij mandato. deinde redeas, super quibus quidem, &c.

h ¶Si præsto.] idest presentes.

[Glo. seq. primo exemplificat, secundo quærit, argu. pro, & contra, & sol. distinguendo.]

i ¶Possint acquirere.] vt serui proprij, filij in potestate patris, serui in quibus habemus vsumfructum, serui alieni bona fide possessi, & liberi homines, quos bona fide possidemus vt seruos. insti. per quas perso. nobis acqui. per totum, ff. de acq. rerum do. l. acquiritur. Sed nunquid procurator domino absente hanc personalẽ obligationem acquiret? Et videtur, quod sic, quia procurator, quod ex re domini acquirit, domino acquirit, ff. de procu. l. procurator. In contrarium videtur. Si enim procurator pro pecunia domini, quam mutuat, fideiussores recipit, domino non acquiret personalem contra fideiussores, nisi dominus sit priuilegiata persona ff. si certum peta. l. pecuniam. Item si procurator stipulatur de euictione, non acquirit. ff. de acqui. posses. l. possessio quoque, § & si possessio. Dixit Gul. 6 distinguendum, aut procurator stipulatur in iudicijs, aut in contractibus, si in iudicijs, semper acquirit domino absenti vtilem. ff. de procura. l. si procurator. Si in contractibus, aut præsente domino, aut absente, Si præsente, acquirit vtilem. ff. de verbo. obliga. procuratori præsenti si absenti aut ex re domini, vt quia stipulatur pensionem domus domini, & tunc acquirit domino vtilem ff. de procur. § quod procurator. Si autem extra rem domini, aut dominus est persona priuilegiata, vt miles, pupillus, vel absens, & tunc acquirit vtilem ff. si cert. pet. l. si pecuniam. Aut non est dominus persona priuilegiata, & tunc domino nil acquirit, sed tenetur per actionem mandati reddere actionem. ff. de acqui. posses. l. possessio quoque. §. & si possessio. Et dicitur procurator tunc ex re domini stipulari, quando accessoria prouenientia ex re domini stipulatur, vt pensionem domus, fructus, & similia. Extra rem, quando stipulatur ipsam rem, vel aliquid extraneum non prouenienS ex re. in hoc ergo casu secundum eum si stipuletur

1 Idem si corã notario. Phil. Fon.

2 Quia aliud si clã destine. Phi. Font.

† Supple, cum effectu: nõ sit cautus dicut Io. A. Do. aduocatus, ne ipso iure peior tum et articulum. quod mutuauit ad vsuras, quia in mutuantibus tm. nisi probet recepisse, text. nõ loquitur facit no. in sim. li. j. c. proxi.

3 Ex promissio de dãdo non concludit dationẽ. l. quo. l. com. Font.

3 Dicebat hic Gul. quod isti sæ senatore de Tuscia dicebant, pro solum vltimus degnere iam nabit. ex quo oẽs pecc. deces. sores mãdauerãt vsuras resti tui. Ioan. And.

4 Similis gl. in c. fe. licis detor meament. & in c. in

per eo. de rapto. item lige tã eã prout docet B. Augu. in lib. de cura pro mortuis gerẽda, & B. Tho. li. 4. sen. dis. 45. q. 2. ar. 3. q. 3.

5 Idẽ Clericis Pisanus, & Archi.

6 Et post eũ Io. Mo. Guliel. remittit ad n. t. in prin. di. l. quod procurator. ff. de procur. & in Sp. de procura § et aut. veri. & not. quod large. I. A.

poterat rem ipsam principalem dño debitam, scilicet vsuras: quæ licet sint accessoriȩ quo ad recipientē, quo ad absoluentem & postea repetētem sunt ipsa res principalis, quæ sunt ipsa res debita repetenti: procurator non acquiret domino, per d. l. possessio quoque. §. fina.

ADDITIO. In fructibus, de quibus loquitur hæc glo. quin procurator possit illos stipulari dño, non dubitatur. Sed de pensione, quȩ nō germinat, sed ex ɔtractu debet, cōtrarie legistȩ cōtra: nisi in subsidium, alleg. ff. de inst. l. 1. & de exer. l. 1. § sed ex contrario. & idem Franc. Accursius in l. Iulianus. alias, inter eum § si procurator. ff. de act. emp. simile qđ scripsi de deci. pastoralis. super 1 glo. Io. And.

[Gl. seq. soluit duo dubia: scilicet de quo loco, & quo ordinario.]

rio, [a] aut eius vices gerenti, siue rectori parochiæ, [b] in qua testator habitat coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia, [c] (quibus quidem [d] ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem huiusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere: ita quod illis [e] perinde [f] actio acquiratur) aut seruo [g] publico de ipsius ordinarij mandato [h] idonee [i] de restitutione facienda sit cautum: Cæterum si receptarum vsurarum sit quantitas manifesta, illam [k] semper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin [l] aliam recipientis cautionem huiusmodi arbitrio moderandam: ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. [m]

¶ Omnes autem religiosos, & alios, qui manifestos vsurarios contra præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepultu-

Ordinarius quis dicatur.

a ¶ Loci ordinario.] intelligas de loco in quo degit vsurarius. Et per ordinarium intelligas episcopum de iure: licet idem in Decano, archipresbytero, vel abbate: quia alias de consuetudine iurisdictionem haberet in spiritualibus, secundum Guli. & vide quod scripsi de testam. cap. Ioannes. super ver. dioc. clanum. Et non est mirum si per ordinarium vel eius vicarium actio acquiratur, cum etiam si ipse det aliquem, qui recipiat cautionem, vtilis actio acquiratur per illum. ff. rem pup. sal. fo. l. 3.

[Glossa sequens allegat concord. reddit rationem, & prorogat.]

Rector parochialis est publica persona.

b ¶ Parochiæ.] sic supra de conuer. coniug. dudum. Est enim illa publica persona. 1. dist. ius publicum & quod dicit de rectore parochiæ, in qua testator habitat, intelligas idem multo fortius de rectore parochiæ illius, cui facienda est restitutio: ei. n. acquiri, cum quasi iudex & minister suus sit, secundum Gat. Io. Mo. & Archid. ff. de in ius voc. l. cum pro quo.

c ¶ Parochia.] quia magis creditur indigens notis, quā extraneis ignotis in auth. collat. 6. de testib. §. si vero ignoti. sup. de elec. postquam. & erunt saltem duo. ſ. de reg. iur. pluralis vt per eos, si opus fuerit, cautio probari possit.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ sint de parochia, non putat de substantia, sed de bene esse: vnde sufficeret, ꝙ sint idonei allegat ad hoc 4. q. 3. ca. si testes. § ad fidem. 3. q. 9. c. testes. § si debitum. & quod no. 3. q. 5. canonica. in 1. glo. Ioan. And.

d ¶ Quibus quidem.] interpositio est, quæ circa tabellionem non ponitur, quia de illo non dubitatur.

e ¶ Illis.] a quibus scilicet vsuræ fuerunt extortæ, vel eorum heredibus, vel successoribus.

f ¶ Perinde.] id est, ex tali stipulatione, aliàs perinde, scilicet ac si ipsi idem stipularentur.

Tabellio dr̃ seruus publicus.

g ¶ Seruo publico.] id est, tabellioni, sic dicto, quia publicum exercet officium, non ꝗ sit seruus. C. de tab. l. generaliter. lib. 10.

ADDITIO. Concor. ff. de adop. non aliter. & ff. de mag. con. l. 1. §. pen. cum concord. Io. And.

h ¶ Mandato.] ergo tabellio hoc casu non acquirit actionem extraneo ex sua stipulatione, nisi eam faciat de ordinarij mandato. & secus videtur dicere, ꝗ nisi qua lex. ff. rem. pup. sal. fo. l. 2. ibi protectu sine ictum seruum

publicum apud prætorem stipulari debere.

[Gl. seq. primo soluit duo dubia, quæ cautio sit idonea, & quid si idoneam dare non potest: secundo soluit, tertio soluit alia duo dubia.]

i ¶ Idonee.] nomine idonee, pignora vel fideiussores intellige. ff. manda. si mandato Titij § fin. alias verbum, cautionis, nudā promissionem designat. C. de verb. sig. sancimus. si autem pignora vel fideiussores dare si potest, iuret se pignora vel fideiussores dare non posse, & se facturum, quod cauet C. de episco. & cler. in authent. generaliter. supra de donat. inter virum & vxo. per vestras insti. de satisda. §. sed hodie. infra de sent. excom. ca. vlt. §. illis etiam hoc maxime quando sic est verisimile, cum scilicet aliam dare non posse. Sed cum soluētes vsuras habeant actionem ad repetēdum, quare sic soliciti fuit hic Papa prouidere illis per cautionis remedia? Sol. ideo vt haberent plura auxilia. ff. de libe. lega. l. 3. item quia magis sunt securi per fideiussores vel pignora. ff. qui satisd. cogan. l. 1. & fit hoc non tantum in fauorem illorum, quantum in odium vsurariorum. Et scire debes, quod si recepta huiusmodi cautione nomine eorum, quorum interest, vsurarius manifestus vsuras repetit, non audietur sup. eod. quia frustra. Et posset in animarum fauorem episcopus istas vsuras recipere, & soluere illis, a quibus iste petitor extorserat. [Alleg. Io. Mo. ff. de neg. gest. si libet homo. in fi. de pign. act. l. solutum. §. solutam.] Et idem secundum Gulrel. & Gar. 1. si non esset manifestus, & hoc probare posset, petitorē scilicet vsurariū. si autem iste vsurarius, qui sic satisdedit, conualuit, tenebitur ex satisdatione secūdum eos, quia & si non satisdedisset, tenebatur sup. eo. cum tu & si petitor esset notorius vsurarius, etiam si hȩres non exciperet, dixerūt prȩdicti doctores, quod ex officio suo iudex eum repellet sup. de excep. exceptionem. ff. de post. l. quos prohibet. secus si notorius vel manifestus non esset.

1 Idem Ber. eo. ti. quia frustra. ad finem 2. gl. Io. Andr.

k ¶ Illam.] scilicet quantitatem manifestam.

[Glo. seq. exponit, quȩrit, & soluit.]

l ¶ Alioquin.] id est, si quantitas manifesta non appareret. & repetere, exprimi volumus aliam. Sed quomodo fiet expressio & moderatio, de qua loquitur iste versiculus? Respondeo considerabit iudex, quanto tempore ille vsuras exercuit, & quantum nunc habet in bonis, & quantum habebat tempore, quo fœnerare incepit, & super hoc considerabitur fama viciniæ, & an alias mercationes exercuerit, & an in eis fortuna eo prospere cesserit; & an fuerit improbus exactor, an curialis fenerator hȩ similes circunstantiæ sunt circa hoc consiuerandæ, & secundum eas magis vel minus arbitrandum. C. de bonis quæ libe. cum oportet. §. 1. 14. q. 5. hoc videtur.

m ¶ Teneatur.] propter sui malitiam parti læsæ resarcire tenetur. C. si tut. vel cur. inter l. et am & facit litem suam supra eodem lib. de re iudic. cum æterni. insti. de oblig. quæ ex quasi delic. in princ. Et si nullam quantitatem moder. tur, tunc tenetur, in totum quam & residui commemoratio totum admittit C. de hære.

insti.l.2 ff de verb.sign.l.ceterorum.caute ergo faciet si in cautione certam & verisimilem exprimit quantitatem & adijcit quod etiam vltra illud satisfiet, inquantum contabit eum vsurarum ratione teneri.

ADDITIO. Idem consuluit Guil.Cleri. & Archid.

Vsurarij. q. diu non restituût vsuras, ñ debêt ab aliquib. peccatis absolui.

a ¶ Pœnæ.] supple statutæ in Lateranê. si concilio edito supple contra vsurarios: hoc dico quia hic nô habet locum pœna contra vsurarios statuta, sed habet locû pœna statuta in recipientes eos ad oblationes & ecclesiasticâ sepulturam.

b ¶ Subiacere.] hodie sunt excômunicati ipso facto, non obstantibus exceptionibus vel priuilegijs. per cle. de sepul cos qui.

† Al. satis factione.

c ¶ Absoluat.] etiam ab alijs peccatis. 14. q. 2. legat quod patet: quia nec ad côfessionem debêt admitti, vt supra dixi. Nec dimittitur peccatû, & c. infra de reg. iur. peccatum. Caueant ergo religiosi, qui interdû de preda plus quam de anima soliciti sût [Glo. seq. exponit literam: secundo querit arg. pro & soluit contrarium. tertio soluit obiectionem: quarto quærit: ponit opin. sed aliter soluit.

preda

ram, pœnæ [a] Lateranensis concilij contra vsurarios promulgatæ statuimus subiacere. [b]

¶ Nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat: [c] nisi de vsuris satis fecerint vel de satisfaciendo † pro suarum viribus facultatum præstent (vt præmittitur) idoneam cautionem.

¶ Testamenta quoque manifestorum vsurariorum aliter [d] facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

d ¶ Aliter facta] scilicet non facta satisfactione, nec præstita idonea cautione. Quid dices de codicillis? Videtur quod valeant, diuersa enim sunt. C. de codicil. l. si idem. & hec constitutio est pœnalis, ergo est restringenda. sup. eo. lib. de elect. statutum. & prohibitis maioribus, minora petere non prohibetur. ff. de seruis expor. l. cui. qui filij sint legi. per venerabilem circa princ. Dic contra secundum Gul. & Gar. [Io. Mon. & Arch.] Et hoc patet ex princip. o, vbi dixit, in vltima voluntate. & arg. sup. de testam. cum esses. quia large codicilli sunt testamentum: quia mentis testatio. 13. q. 2. c. placuit. [1] sed aliud iuris de test. in prin. ff. de iure codicil. l. continentur. & l. ab intestato alias facile esset constitutionem hanc in hoc eludere. & dic idem [2] de qualibet vltima voluntate, & quia istud crimen ecclesiasticum est, potuit Papa irritare testamenta laicorum [3] per quæ in alios transferebantur bona, & fiebat durior coditio exactorum, fecit ergo, quod cumcere valebunt & habere sup. vt. lite pend. ecclesia. in fi. habet. n. ratione huius criminis iurisdictionem in talibus. sup. de iud. nouit sup. qui filij sint legi. per venerabilem. sup. eo. lib. de fo. comp. c. vlt. Quid si primo testamentum fecit, postea cauit? Dixit hic Gar. [& etiam Ioan Mo.] quod non firmatur per hoc testam.: quia ab initio non valuit vt. [ ] de reg. iur. non firmetur cum suis concordan. [3] Satis videtur sufficere, si ante mortem cauit: cum testamentum morte firmetur sup. de celeb. Missarum Mar thç. Nec obstat regula, non firmatur quæ de solo tractu temporis loquitur.

ADDITIO. Communiter legista non reciperent hoc dictum per leges. ff de test. superius alleg. & hoc est in testamentis, in codicillis bene. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. & vide quod ibi not. & ff. de no. posses. secundum tab. l. 1. §. exigit. Io. Andr.

1 Placet Io. Andr. Phi. & alijs Font.
2 Secûdû Guli. & Gar. & idem Io. Mon.
3 Specialiter allegat Gar. & Io. Mo. ff. de test. l. 1. & l. eius qui apud hostes. & vide Io. And. vide quod no. Clemen. 1. de Gul. non.

TITVLVS VI.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM & subditorum.

[Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedentium de varijs delictis subditorum, sed ne prælati superbirent ponit nûc gñalem ti. de delictis tam prælatorû, quam subditorum.]

De excessibus prælatorum († & subditorum.)

† Hæc duo verba & subditoribus de sunt i antiqs codicibus, & recétionbus mgis emedatus

Bonifacius VIII.

¶ *Mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare absque speciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamê loca pro eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. hoc dicit Ioan. And.*

CAP. VNI.

CVM EX.

Vni ex.] Ista facit Primo po- nit proœmium: secundo, prohibitionem cum decreto: ibi, Nos igitur hoc. Tertio. prohibitionis determinationem ibi, Per hoc.

CASVS. Significatum fuit domino Papæ, quod fratres Prædicatores vel Minores, vel alij Mendicâtes plura loca de nouo acquirebant, recipiendo illa titulo donationis à dñis locorû. & in illis locis nouos côuentus ædificabât, mittêdo religiosos aliorû côuentuum ad illû locû vnde insurgebât magna scâdala. Et propter supplicatû fuit domino Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno: Qui Papa volens obuiare futuris scandalis, ordinauit quod mendicâtes non acquirerêt noua loca nec mutarêt, sed essent côtenti suis locis acquisitis & ædificatis ante istam constitutionem, nisi obtenta licêtia a Papa, & quod in licentia Papæ ponatur ista clausula, non obstante constitutione, cum ex eod. de exces. præl. & subdit, ita quod apponat clausulam derogatoriam ad istam constitutionê. Et hoc locum habet, qû isti Mendicantes vellêt locû acquirere in locis populosis, puta in ciuitatibus. si autem in eremo vellêt ducere vitâ eremiticam tunc ista constitutio non extenditur ad illa loca: & sic Mendicantes sine licentia ipsius Rom. Pontificis possunt de nouo acquirere loca in eremo ad habitandum, & ibi ædificare oratorium. [Scandala.] inter ipsos & rectores ecclesiarû parochialium, quia quandoque erant prope ecclesiam parochialem, insurgebant scandala in ecclesia parochiali quantû ad commodum burse & propter ista damna insurgebant magna scandala inter rectores ecclesiarum parochialium, & ipsos Mendicantes. Ideo supplicatum fuit dño Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno: qui Roman. Pontifex prouidit vt sequitur. [Locorum populo alias obtinet vel l. q. [Mutare] sed vtrû possint mutare loca acquisita cum licêtia Papæ: quia Mendicantes diu obtinuerunt a sede Apostolica vt possent in hac ciuitate ædificare conuentum, cum ibi nullus esset conuentus ista tuum mendicantiû: nunc volunt mutare ad aliud locum forte extra ciuitatem: vtrum respectu mutationis requiratur noua licentia Papæ textus iste dicit quod non: sed de hoc dicam statim (In eremo & in locis non populosis No principaliter, quod Mendicantes licet eorum religio sit approbata, tñ non pnt nouum conuentum ædificare sine speciali licentia Papæ, nec noua loca acquirere: & hoc propter scandala, quæ ex huiusmodi noua acquisitione oriebantur inter ipsos & rectores ecclesiarû parochialium quibus appropinquabant No vlterius quod Mendicantes non possunt antiqua loca sibi a se

de Apostolica concessi: mutare transferendo de vno ad alium absque speciali licentia Papę, nō est dubium de locis acquisitis ante istam. Sed quid de locis acquisitis post istam constitutionem? Hæc constitutio fuit disputata Bonon. nam Bonon. habent de more, q quando in surgit aliqd dubium super aliqua re, tenētur illud audiium di sputare publice. certam fratres Minores de obseruantia inceperunt ædificare ad latus cuiusdam montis, qui dicitur mons beatæ Mariæ, iuxta Bononiam: & inceperunt ædificare in parte montis vbi vigebat vetus Austra lis, & ideo voluerunt transire ad aliam partem montis: dubitatum fuit an possent: Dicit Dominicus de sancto Geminiano, qui illa q disputauit illa quæstione, tenuit q ipsi Minores de obseruantia nō poterāt transire ad aliam partem montis sine speciali licentia Papę [illegible] quia dicit clare nullus [illegible] vtque ad hanc constitutionem: & [illegible] constitutio [illegible] nalis, dicere [illegible] in suis [illegible] terminis. Ideo putat Dominicus de sancto Geminiano, q [illegible] contra [illegible] ipsi [illegible] possunt mutare locū de vna parte montis ad aliam partē Eremiticam. & si Mendicantes possunt eligere vitam eremiticam, de consensu tamen suorum prælatorum, nec requiritur consensus cōuentus, & in eremo possunt acquirere nouum locum; nec requiritur licentia Papæ, quia in eremo non est multitudo populi, ideo cessat fundamentum in littera.

† Dñicus no hic qd non valet priuilegium [illegible] nisi adiecta derogatoria Fel. sup. d. vel in nō. multi co-lumn. 12. Fon.

Nota etiam q ille qui est prohibitus nouum locum acquirere, non videtur prohibitus antiquum cum nouo permutare. Textus tamen posset induci in contrarium cum hic illi a quali prohibitioni subiaceant.

Nota finaliter hic tres titulos, qui concludunt alienationem sed vide de rebus ec. lelia non alien. nulli. Dominicus.

[Prima gl summat, & dicit quid determinat.]

a ¶ Cum ex eo.] Mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitandū, vel antiqua alienare, vel mutare absque speciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem, in acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. hoc dicit. Determinat autem hæc decr. no sup co. in [illegible] ver. ad hoc.

b ¶ Mendicantes.] hi dñr mendicantes quibus victū tribuunt fideles mendicitas, & qui red. [illegible] aut possessiones ex regula, vel constitutionibus habere non possunt sup co. li. no. de reli do. c vnico. & quo ad saluum decret. multæ in omnibus Mendicantib. idem sus cōcor. sup.

eo[a] quod Prædicatores, Minores, & religiosi alij Mendicantes[b] in ciuitatibus, castris, villis, aut alijs locis ad habitandum[c] domos vel loca de nouo suscipiūt, seu olim suscepta dimittunt, se ibidem ad alia transferentes, diuersa scandala[d] quandoque prouenerant, & frequentes clamores ad sedem Apostolicam perferantur: Nos super hoc prouidere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps[e] aliquis, vel aliqui de prædictis quibuscunq; super hoc priuilegijs muniti existant, quę ipsis contra tenorem constitutionis præsentis nullatenus volumus suffragari)[f] † in aliqua ciuitate, castro, villa, seu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis[g] titulo quocunque in alios transferre præsumant, absque sedis Apostolicæ licentia † speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem:[h] si secus egerint irritum decernentes.[i]

¶ Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam seu solitariam eligendam,[k] de maiorum suorum licentia,[l] quin cellas, mansiones, seu habitacula in eremo, sine locis, vbi non sit hominum habitatio de propinquo,[m] possint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum.

TITVLVS VII.

De Priuilegijs.

¶ Innocentius quartus in Concilio generali Lugdunensi.

¶ Exempti vel priuilegiatis, vt non teneantur nisi sub certo iudice respondere, ratione delicti, contractus,

eo lib. de Regular. cōstitutionem: qui. n. similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam supra de sta. mo. recolentes.

[Glo. seq. notat, quærit, & remittit.]

c ¶ Ad habitandum.] Not quis de locis acquisitis ad habitandū tm̄ est hic prohibitio: ergo alias quam ad habitādū bene possunt loca acquirere. Sed quō, ex quo sunt Mendicantes? Dic vt dixi s. eo. lib de reli. do. ca. vni co. in gl. veterem.

d ¶ Scandala.] bene ergo fecit hic prouidē do, q: sui offitii est scandala remouere. sup eo. li. de offi. leg. cap. 1.

e ¶ Deinceps.] futura igitur cōprehēdit hæc cōstitutio: olim enim hic prohibitū licebat, vt sup. eo. in a-nnis 2. ver. ad hoc.

f ¶ Suffragari.] ergo Papa priuilegiū suū reuocare, moderari, & in totum tollere potest: licet deceat eius priuilegium esse mansurum infra. de reg. iur. decet, vbi de hoc.

g ¶ Alienationis.] intelligo etiam q quē non transferatur dominium; cum sic large loquatur, dicēdo cuiuslibet. ad idē s. de reb eccl. non alie. nulli. & C. de rebus alie. non alie. l. sancimus. licet interdū sumatur solū p eo contractu, quo transfert dominium. C. de fundo. d. l. 1. Io. And.

h ¶ Mentione.] ergo necesse est de iure communi in rescripto fieri mentionem. de quo dic vt sup. eo. lib. de consti. c. 1. in glo. quæ incipit, Est contra.

ADDITIO. Sed etiam de hoc no. Archi. ponens ad litteram quod dicit in spec. de instru. edi § nunc aut. verb. & sc as. vbi de priuil. loquitur & de rescri. vide de rescrip. præsenti § ratione causæ. ver. item q est contra. sus Ioan. And.

i ¶ Decernentes.] Hodie trāsgressores sunt ipso facto excommunicati per cle. de pœnis, cupiētes. i. respondeo.

k ¶ Eligendam.] illi sunt digni cōr uenienti honore. 16. q. 3. qui vere & pure, & an tales subsint epi. opo, ibi not, & possunt eremitæ aliras non religion habere proprium 19 q. 3. § econtra Paulus.

l ¶ Licentia.] ergo nota q religiosus Mendicans de licentia prælati sui potest v. tam eremiticam eligere.

ADDITIO. Vide quod dixi in antiq. de reg. 1. que in fi. vlt. gl. Io And.

m ¶ De propinquo.] De hoc inf. de verb sign. cap. pen. Ioan. And.

† Peristud excludit hic legatus de latere. Phi Fon.

Alienatio q' continet.

Religiosus medicans de licentia sui prælati pt vitā eremiticam eligere.

DE PRIVILEGIIS.

¶ Dictum fuit supra de excessibus Prælatorum: verum

rum quia multotiens excessus prælatorum præstant causam, vel subditi obtineant à Papa priuilegium exemptionis, eo quod prælati grauant subditos: ideo post tit. de excessibus prælatorum, annectit titulum de priuilegijs.

Vnde hic titu. non solùm tractat de priuilegijs exẽptionis, sed de plurib. alijs, sed occasione sumpta a priuilegijs exẽptionis, tractat generaliter de omnibus priuilegijs.

aut rei, si hæc sint inita, vel sita in loco non exempto, conueniuntur coram ordinario: sed ratione domicilij.

Volentes.] Primo præmisso procemio vel exordio ponit declarationem circa priuilegium exemptionis, & declarationi obijcit, & soluit, & protestatur. Secundo declarationem prorogat ad priuilegium de certo iudice. Tertio determinat quid iuris de priuilegio, quod eximit a pœna censuræ. Secunda: ibi, Et idipsum. Tertia. ibi, In eos. Sed Io. Mon. qui diuidit in quinque partes de exordio facit primam, de obiectione & solutione tertiam.

CASVS. Canonici ecclesiæ beatissimi Hilarij maioris Pictauien. obtinuerunt priuilegium a sede Apostolica, vt essent exempti a iurisdictione episcopi Pictauẽsis, sed immediate essent subiecti ecclesiæ Romanæ, datis sibi certis conseruatoribus. Isti exempti perpetrauerunt delictum in diœcesi Pictauiensi in loco nõ exempto, sed extra locum exemptum: pro quo fuerunt conuenti coram ep̃o Pictauiensi, vel eius officiali habente ad hoc spãlem potestatem: Nam ex gñali commissione non posset officialis ep̃i inquirere de criminibus, nisi haberet ad hoc specialẽ potestatem ab ep̃o: iste conuentus coram officiali Pictauiensi proposuit, quod non tenebatur litigare corã officiali Pictauiensi, eo & pro eo, quod erat exemptus a iurisdictione ep̃i Pictauiensis: & ideo petebat remitti ad suum iudicem & conseruatorem suorum priuilegiorum. Pro parte promotoris causarum officij fuit propositum, quod non debebat remitti ad suum iudicem: quia cessabat priuilegium pp delictum in loco non exempto perpetratum: Dubitatum fuit an deberet remitti ad suum iudicem. Vnde Papa consultus rñdet, quod non: sed tenetur litigare coram ep̃o, & puniri secundum ordinationem epi. Idem si exemptus conueniatur pro contractu celebrato, vel pro re existente extra locum exemptum. Sed q. d. sanctissime pater, vtrum ex istis tribus modis priuilegium exemptionis de nihilo sibi seruiet? Rñdet ꝙ non erit priuilegium inutile, sed de multis sibi seruiet: Nã pone quod exemptus deliquit vel contraxit in loco exempto, qui locus est intra limites diœcesis episcopi loci, & exemptus habet domicilium intra diœcesim Pictauiensem, & ita tamen deliquit vel cõtraxit in loco exempto, licet ratione domicilij posset alias conueniri coram ordinario, tamen non poterit propter priuilegium suum. Item ponamus ꝙ exẽptus deliquit, vel contraxit, vel possidet rem extra locum exemptum, & etiam extra diœcesim illius episcopi, intra cuius limites habet domicilium: tunc ratione domicilij posset coram illo episcopo conueniri, intra cuius limites habet domicilium, & posset eum punire, nisi iudex delicti eum requireret: sed tamen quia est priuilegiatus, non poterit coram illo episcopo conueniri ratione domicilij. Idem dicendum est ratione contractus, vel rei existentis extra locum exemptum, & diœcesim intra quã habet domicilium. Sed si deliquit extra locum exemptum, in diœcesi, in qua habet domicilium, si ista duo concurrant, cessabit priuilegium exemptionis. Sed ponamus quod aliquis impetrauit priuilegium a sede Apostolica, et non posset conueniri nec teneretur respondere, nisi sub certo iudice, vtrum in trib. dictis casibus possit conueniri coram alio iudice? Respondet quòd sic, videlicet concurrentibus duobus: videlicet domicilium & delictum, vel domicilium & contractus, vel domicilium & res: tunc enim in his duobus casibus poterunt cõueniri coram iudice domicilij. Sed ponamus quod aliqua ecclesia obtinuit priuilegium, vt religiosi illius ecclesiæ non possent a quocũque iudice suspendi, interdici, vel excõicari vtrum possint suspẽdi, interdici, vel excõicari ab ordinario, si conueniãtur pro delicto, contractu vel pro re? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ non, ad quemcunque locum se transferant, nisi se transferent ad certũ Prioratum, tunc possent ab ordinario suspendi, interdici, vel excommunicari quamdiu in tali Prioratu essentur: licet illi prioratus sint renouabiles ad nutum prælati. [Volentes.] Textus exigit, vt si delictum habeat certam pęnam, imponatur illa pena, si autem non habeat certam pęnam, imponatur pęna extraordinaria, vel sicut ius exigit, vt si contumaces fuerint, excommunicentur, vel mittantur in possessionem; iuxta illa quæ habentur in cap. quoniam frequenter. supra. vt lit. non contest. [Non vtique.] id est, non carent omni commodo exemptionis, & respondet tacitæ quæstioni, quasi dicat, non carebit omnino commodo exemptionis, vt dixi in casus positione: videlicet si domicilium sit in diœcesi & deliquit alibi, non posset conueniri in loco domicilij, licet alias cessante priuilegio ibi posset conueniri. Item si deliquit extra diœcesim & extra locum exemptum, si domicilium sit in diœcesi, non poterit ibi ratione domicilij conueniri. Item si exemptus deliquit extra locum exemptum, & extra diœcesim domicilij, si iudex delicti petat fieri ad ipsum remissionem, iudex domicilij non poterit in eum exercere suam iurisdictionem, id est, non poterit talem capere nec mittere ad iudicem delicti: quod facere posset, si iste non haberet priuilegium exemptionis. Item si iudex contractus requirat iudicem domicilij, vt faciat citari talem, vt compareat coram iudice contractus, non poterit iudex domicilij istud facere obstante priuilegio exemptionis, & in omnibus istis habet commodum priuilegium exemptionis.

CAP. I.

Volentes [a] † liber

Nota primo, ꝙ si exemptus delinquat extra locum exemptum, potest conueniri coram ordinario, dum tamen delinquat in diœcesi ordinarij, & istud verum, nisi aliud diceretur in priuilegio exemptionis. Nam iste text. intelligitur, quando Papa dixit in priuilegio suo. Talem ecclesiam cum ministris suis eximimus a iurisdictione ordinarij: sed vt dicit Ioan. Andr. in nouella plures ecclesiæ habent ampliora priuilegia, videlicet vt non possint conueniri coram ordinarijs, nisi coram certo iudice etiam pro delicto vel contractu, vel re existente in diœcesi ordinarij, tunc valerent talia priuilegia; dum tamen apponatur clausula derogatiua ad istã constitutionem. Sed adhuc est quæstio vtrum sufficeret, si Papa diceret, non obstante constitutione Innocentij quarti. Quidam dicunt ꝙ non: quia illa constitutio alias prohibuit illud quod ista prohibet, sed illa fuit declarata per istam. Communis opinio est sufficere dicere non obstante constitutione Innocentij quarti in concilio Lugdunen.

[Prima glo. ponit casum, & subdit quid declaret]

a ¶ Volentes.] Exempti vel priuilegiati vt non teneantur nisi sub certo iudice rñdere ratione delicti, contractus, aut rei, si hæc sint inita vel sita in loco non exẽpto, conueniantur corã ordinario, sed rõne domicilij non. Monasterio priuilegiato vt eius monachi a quocũq; interdici, suspẽdi, vel excõicari nõ possint, cessat in loco eo diœcesanorũ iurisdictio quoad illa, nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinario; quia tũc etiã licet vtrobique sint monachi, ordinarij ẽt quoad pręd-

† Vide cõcil. Trid. sess. 7. de refor. c. 14 vbi hęc decretalis innouat.

cta

cta illos induxant, quandiu ibi manent. hoc dicit. Determinat autem hæc decretalis, distulc no. 6. q. 4. c. vlti. & sup. eod. ti. ex tuarum.

ADDITIO. Et quæ no. Innoc sup. eod. recipimus & Host. in summa huius tit. §. si. sub §. sed & dici posset.

paremus Anglicum exempto [z] vt sicut ille, qui aliàs non est de iurisdictione, ratione delicti efficitur de iurisdictione: sic exemptus, qui alias de iurisdictione non est, ratione delicti de iurisdictione efficitur. idem in cõtractu & re.

[z] In quo tñ plus, habet diœcesanus Bonon. q̃ in Anglico, pp causas speciales, qbus sibi subest, vt inf. glo. a. Io. And.

& eius excusat prolixitatem ibi positam: dicens q̃ ante hanc constitutionem, totũ illud scripserat: & se extollit, qd ista nona pro magna parte suas opiniones approbant. Io. And.

[Glo. secunda reci. g duas q. in quarũ prima remittit.]

a ¶ Exemptionis.] Per quæ verba dicat dari exemptio, videbis inf. eod. tit. si Papa. & proprie Apostolicæ sedis est eximere. 16 q. 1. frater. 9 q. 3. nunc vero.

ADDITIO. Vnde legatus etiam de latere hoc non posset. s. de consti. vt c. si. vt dicit Abbas. Nec episcopus de excel. prælat. c. 2. nec archiepiscopus. eo ti. sicut vni. te. Io. And.

b ¶ Infringant.] ussi seueritate ecclesiastica coercentur. s. eo. quato. & Papa solet talibus priuilegiis decorare sup. eo dilecti.

c ¶ Excedant. j. s. eo. porro. & c. parentib. nec priuileg. amittere meretur. 11. q. 3. priuilegiũ s. eo. tua. sum. limites n. transgrediẽtiũ nõ sunt. sup. de sepul. c. 1.

ADDITIO. Arch. allegat. 25. q. 1. q̃ ad perpetuam. & 9. q. 1. c. 1. Io. And.

d ¶ Aut rei.] hæc vera, si cõtus sic initus, vel maleficiũ factum in loco non exempto, & res litigiosa non exempta, vt j. patebit.

e ¶ Ad hoc.] ista superius enarrata. Io. And.

{Glo. seq. declarat ob. & sol. quam facit textus.

f ¶ Nunquid ergo.] quia videretur aliquibus, q̃ per hoc exempti æquiparentur non exemptis, vt indistincte possent coram ordinariis conueniri: ideo de hoc obiicit & soluit: & hoc dicere intendit, q̃ indistincte ratione domicilii [t] sunt exempti, vt iudex domicilii nec potestatem habeat cognoscendi, nec remittendi; & tamen ille est vnus modus sortiendi forum, supra de foro compet. c. vlt. Item si delictum, contractus, aut res litigiosa sunt in loco exempto, gaudebunt exemptione: si enim Anglicus delinqueret Bonon. nonne puniretur per iudicem Bonon. Fingamus ergo & æqui-

¶ Not. q̃ priuil. non dẽt excedere metas priuil. ad hoc s. eo. c. sane. & c. porro.

† Alias ita: q̃ quantumq;, &c.

† Alias sta, & illi quoad hæc.

tatem, quam nonnullis Apostolica sedes priuilegio exemptionis [a] indulsit, sic integram obseruari, vt & illam alij non infringant, [b] & ipsi eius limites non excedant: [c] † Declaratione irrefragabili diffinimus, quod quantumcunque † sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei [d] de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum ordinarijs conueniri, & illi † quo ad hoc [e] suam in ipsos iurisdictionem, prout ius exigit, exercere: Nunquid [f] ergo carent omnino in his commodo libertatis? non vtique: quia nec coram ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto [g] cõmissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec vbi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conueniri possunt aliquatenus super illis: nec domiciliorum prætextu locorum diœcesani (si vbi deliquerunt vel contraxerunt, aut res ipsas consistit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, vel ipsis vt illic respondeant, iniungendi ha-

10

20

30

40

50

60

bent aliquam potestatem: saluis nihilominus casib. alijs, in quibus eos episcoporum iurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. [h] Et idipsum [i] decernimus circa illos, [k] quibus vt non nisi sub vno certo [l] iudice teneantur de se conquerentibus respondere, Apostolico priuilegio est concessum.

¶ *Monasterio priuilegiato, vt eius monachi à quocunq; interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, cessat in illis ordinariorum iurisdictio quo ad illa: nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinarijs: quia tunc etiam licet vtrobique sint monachi, ordinarij etiam quo ad prædicta illos iudicant, quandiu ibi manent. h. d.*

¶ In eos [m] † autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à sede Apostolica est indultum: sicut sunt religiosi quamplures, in quorum priuilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro vlla causa, vel loue loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat: iidem ordinarij iurisdictionẽ suam quantum [n] ad ista vbi-

[Gl. seq. reci. per q & solutionem.

g ¶ Exempto.] dicit hic Ber. q̃ monasterio exẽpto ecclesia, cœmeterium, domus monasterij, atria, hortus areæ, q̃ sunt iuxta ecclesiã, intelliguntur exẽpta. 11. q. 1. necessario. & c. nulla. 17. q. 4. diffiniuit. & c. id cõstituimus. sup. de immu. eccl. c. 1. & de cens. c. 1.

h ¶ Instituta.] vt s. de hære. ad abolẽdã. in s. s. eo. lib. de pb. c. 1. de sta. reg. c. vni. eo. in si. Idẽ si capellas haberẽt nõ exemptas. j. eo. ex ore. & c. cũ capella. sic s. de cõsue. c. cũ inter vos. s. de sent. excom. nõ nulla. & j. eo. tit. authoritate. [vide q̃ no in cle. de sepult. dudum in glo. multotiens. & de pœn. & rem. c. 2. in gl. pen.

ADDITIO Bene facit ad propositũ huius gl. decr. veniẽs. s. de præscri. ver. chrisma. per quã patet q̃ chrisma, oleum sanctũ, cõsecrationes basilicarũ, & ordinationes clericorũ, & his similia, sunt à diœcesanis epis postulanda: nisi aliud ipsorũ priuilegijs cõcedat, & allega ét Host. q. 2. interdicim[9] Io. An.

i ¶ Et idipsum.] sic q̃ dictũ est de exẽptis.

ADDITIO. Tã circa conuẽtiones, q̃ circa remissiones Io. And.

k ¶ Illos.] nõ exemptos, sed priuilegiatos tñ, vt sequitur.

[Gl. seq. reci. p obie. & duplicẽ solutionẽ.

l ¶ Certo.] istud soluit 3rium de decr. s. de rescri. ad hæc, qa hic certus iudex datus fuerat à Papa, ibi incertus, quẽ imperator duceret eligẽdũ: præterea ibi p modũ rescripti & iuris cõis facta fuit interpretatio, hic in modũ grã & priuilegii, q̃ ét apparet ex titulo, & ex lra q. sequitur, Apostolico priuilegio.

m ¶ In eos autem.] Istud quod sequitur intelligas sane, secundum determinationẽ decr. j. eo. tit. ne aliqui.

n ¶ Quantum ad ista.] s. interdictum, suspensionem, & excõicationem: ergo quantum ad alia salua manet iurisdictio. licet ergo ista exercere non possint ordinarij, possunt tñ causam eorum audire & iudicare: si non pareat, poterunt in possessionẽ mittere, & similia facere.

Exempto monasterio ecclesia, cœmeterium, hortus, area intelligũtur exempta.

¶ De intellectu vide Dec. in c. tua. rũ. nu. 49. extra de priuil.

† Hoc & q̃ t. qui declaratur in tex. super versi. nec vbi.

ADDITIO. Dicit Host. quod etiam deponere illos poterunt, & in arctum monasterium detrudere, si causa talis fuerit: potestati n. ordinariorum non detrahitur: nisi inquantum est expressum: sicut & de praescriptione dicitur, supra de praescriptionibus, auditis, & cap. cum olim. Io. Andr.

a ¶ Resideant.] ad idem supra eod. quoniam. & cap. cum capella & nota litterã: quia si irẽt illuc causa visitandi, vel causa solatij, vel vt viatores: illos quo. ad ista non coercent ordinarij. ff. de iud. l. heres absens.

ADDITIO. ver. nam vbi, & procedit hoc etiã si ibi delinquãt tunc vel contrahant secundum Innocen. [Glo. seq alleg. duas concor. tollit contrariũ finis reci. per questionem.]

b ¶ Dependere.] concor. supra eod. lib. de praeb. cum singula. & si. sup. de prae. extirpãde. §. qui vero. nec obstat decre. de elec. cõstitutis. quae loquitur cum monasteria non sunt annexa nec pendentia. Et talis habebit vocem in vtriusque praelati electione, si est consuetudo: alias conuentus eligeret. 16. q. vlt. c. vlt. sup. de elect. c. 1.

ADDITIO. secundum Host. Idem Io. Mo. & Arch. Vide quod dixi post Innoc. de reli. do. c. fin. § vlt. qui distinguit, an habeat electionem superioris: & an prioratus bona sint distincta. Io. And.

c ¶ Quo ad praemissa] scilicet suspensionem, excommunicationem, & interdictũ, & intelligas hoc quando prioratus ille talẽ priuilegium non habet nec ex se, nec ex superiori monasterio: quia si matus monasterium haberet priuilegium, quod monachi sui & prioratuum sibi subiectorum à quoquam excommunicari non possent, quod c. tunc secus.

d ¶ Quandiu morantur.] ergo post reuocationẽ i eorum episcopus quo ad praedicta in eos iurisdictione vti non poterit, nisi praeueniatur, de foro comp. proposuisti, secundum Host. & Io. Mon.

cunque illi fuerint, penitus exercere non possunt: Nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorũ Prioratus ordinarijs eisdem subiectos (vt vel gerant eorum † regimen, vel in eis tanquam proprij locorum ipsorum monachi resideant [a]) fuerint destinati: tunc enim & si libere possint ad eadẽ monasteria reuocari, ac tam illorum, quàm ipsorum Prioratuum monachi reputentur, (cum non sit inconueniens aliquem † vtrobique locum habere monachum †) vnum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur depende re: [b] ratione tamen eorundem Prioratuum dicti ordinarij sua iuridisdictione in ipsis, etiam quo ad praemissa, [c] quandiu [d] moriantur in illis, licite vti possint.

† Al. illorum.

† Al. ita, aliquẽ sic vtrobique, &c.

† Al. monachum.

Priores si habẽt ius eligẽdi praelatum in maiori monasterio, à quo prioratus eorũ dependent.

† Cui resistere non potest sta. mo. cũ ad monasteriũ. versi tales. Io. Andr.

¶ Idem.

¶ Curia Romana habet studium generale, & eius priuilegia h. d. Ioan. And.

CAP. II.

CVm de diuersis. [e]

CVm de.] Praemissa causa prouidet, & promissionẽ declarat: ibi, Vnde. Hic priuilegiatur locus studij, de priuilegijs doctorum habetur C. de profes. & medi. l. medicos. lib. 10. ff. de exc. tut. l. sed & reprobari. §. vlt. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius ca. est praesupponendum primo illud, quod habetur in c. super specula. de magi. in antiq. videlicet, quod clerici praebendati & beneficiati existentes in studio gñali, de licentia suorum praelatorum (quia hoc est necesse) percipiant fructus beneficij & grossum praebendae, sed non distributiones quotidianas, quia existens in studio, licet reputetur praesens, vt percipiat fructus beneficij sui, & grossum praebendae, non tñ reputatur interesse diuino officio. Secundo est praesupponendum, quod habere studium generale dependet à potestate principis concedentis priuilegium.

CASVS. Aliquis clericus beneficiatus est in curia Romana, & studet in iure diuino vel humano, i. in iure canonico vel ciuili, vtrum possit percipere fructus beneficij quasi studens in studio generali? Rñdet Romanus Põtifex, quod iustis de causis de hoc animum suũ mouentibus iamdiu disposuit, quod in curia esset studium generale, sic quod studens in curia Romana perciperet fructus beneficij sui, quasi studeret in studio generali. Vnde curia Romana non accipitur pro ciuitate Romana, nisi tandiu quandiu est ibi curia: nam regentes sequuntur curiam. [Quasi] aliqui exponunt quasi, pro, vt quia re vera Ecclesia Romana est mater Ecclesiarũ omniũ. Alij dñt quod stat proprie: quia Ecclesia Romana nõ est vera mater, sed quasi mater: quia mater proprie dr̃ illa, quae peperit filium: Ecclesia aũt re vera nõ parit, sed dr̃ quasi mater: quia quasi parit, videlicet spiritualiter & re generatione, quae fit per baptismũ. [Ciuilis.] Ista verba veniũt expositiue ad duos terminos sequẽtes, s. diuini & humani. Alij dicũt, quod veniunt expositiue ad vocabulũ humani: ita, quod ius canonicũ vocet ius humanũ: vel ius ciuile dr̃ ius humanũ. Vnde ius humanũ dicitur ius factũ ad conseruationẽ humani generis.

No. primo ex princip. cap. secundum vnam expositionem, quod quando dictio, quasi, iungitur qualitati verae, accipitur prout hic intelligitur ex isto cap. si dicamus, quod Ecclesia Romana sit vere mater: sed quando dictio, quasi, iungitur qualitati, non vere diminuit.

No. vlterius, quod studentes non solum dicuntur sibi proficere, sed etiam omnibus aliis, idest, ad profectum omnium aliorum: nam Ecclesia vniuersalis indiget viris litteratis ad sui regimen. Nota, quod licet ius canonicum sit extractum à iure diuino, tamen dicitur ius humanum: quia fuit factum ad politiam humani generis: sicut exponitur in proemio decretalium: ibi, Humani generis. Nota principalem effectum huius ca. quod, studentes in studio generali percipiunt fructus siue redditus suorum beneficiorum, ac si residerent, idest, percipiunt fructus, quos percipere deberent ratione praesentiae Glos. fina. dicit, quod non omnes studentes in studio generali percipiunt fructus suorum beneficiorum, sed soli theologi ca. super specula. ne clerici vel monachi secula nego. se immisceant, quod loquitur de studentibus in theologia, nec obstat iste tex. quia debet interpretari secundum illud c. super specula. Istud non placet modernis doctoribus: imo dicunt, quod studentes in quacunque facultate debent percipere fructus beneficiorum, quos perciperent in praesentia: maxime si studeant in iure canonico vel ciuili, nec obstat ca. super specula. quia dicit specialitatem in theologia, respectu contrarii statuti, ideo valeret statutum, quod studentes in iure canonico vel ciuili non perciperent fructus beneficiorum: sed in theologia non valeret tale statutum.

Nota etiam quod sedes Apostolica appellatur quasi mater omnium. Nota finaliter, quod curia Romana habet priuilegium studij? & sic locus vbi studium deputatur, habet certa priuilegia. De priuilegiis vero doctorum habetur. C. de profes. & medi. l. medicos libro decimo, & ff. de accusat. tuto. sed & reprobari. §. fina. Dominicus.

[Prima glo. summat.

e ¶ Cum de diuersis.] Curia Romana habet studium generale, & eius priuilegia h. d.

a ¶ Mundi.

a ¶ Mundi.] bene dicit: quia Apostolicus totius orbis est dominus. sup. de fo. comp c. vlt. & sup. in procemio huius lib. cum suis concord.

b ¶ Quasi matrem.] 2. q 6. ad Romanam. 19 di. in memoriam. & quasi, ideo dicit: quia Ecclesia non gignit natura, gignit per gratiam: vnde debet dici renatus, ideo dixit, quasi: quia mater proprie, dicitur quæ parit.

ADDITIO. Idem Io. Mona. q dicebat q ecclesia de nō esse [cū eliemus natura filii ita. ad Ephesi 2.] ducit ad esse ipsū ie per sacramentum baptismi. vnde ille iā natus est auctus per gratiam, quæ gratia nō destruit naturā, sed perficit, secundū Augusti. Io. And.

c ¶ Communem.] debet enim lex esse communis. 4. distinctio. erit autem. & su pra in procemio huius libri.

[Gl. seq. ponit duas lecturas.

d ¶ Videlicet.] Istud posset venire expositiue ad vtrumque, quasi dicat diuini, id est, canonici, humani, id est ciuilis: sed melius est. [Idem Ioan. Monac.] quod veniat expositiue tantum ad verbum, humani, id est, positiui scilicet canonici & ciuilis, & quod diuini, intelligatur proprie de sacra pagina.

[Glo. seq. quærit & soluit secundum & tertium dictū feci. per duas quæstiones.]

e ¶ Sedem eandem.] Nunquid intelligimus, quod hic de sede Apostolica dicit, late, vt comprehendat etiam loca vicina per duas dietas legales: prout dicitur supra eo. lib. de præben. præsenti? Non credo, sed intelligam per sedem, ciuitatem, vel locum, vbi est curia cum suis suburbiis tantum. ad hoc inf de senten: excommuni. si ciuitas, aliās sequeretur, quod curia vel studio existēte Bonon. studentes Imolæ vel Mutinæ gauderent priuilegio: quod esset absurdum, supra de cler. non resid. tuæ. prorogatio igitur illius decret. præsenti suum specialem casum contingat & puto quod Viterbich. Studens Viterbii, veniente curia & permanente, gaudebit hoc priuilegio: sed curia recedente cessabit gaudere, sicut & ego studens Bonon. gaudebo priuilegio studii: & si cras tolleretur Bonon. studium, vel eius priuilegium, gaudere cessarem Non obstat prædicta decr. præsenti. §. sane quia ibi odium: hic fauor. & horum diuersa est ratio, infra de reg. iur. odia, cum suis concord. Si vero aliquis existens in curia pro impetratione facienda, vel ibi procurator vel aduocatus existens, in fraudem scholas intraret, vt huius constitutionis beneficio gauderet, fraus sibi non proderit, a supra de renunc. c. 2. cum suis concord. Sicut nec vera causa rei publicæ abesse dicitur, qui causa proprij commodi in legatione est ff. ex quibus caus. maio. non vere. & facit quod ibi not. & quod not. Moderni. de magistris. c. vlt. u. in antiq.

[Glo. seq. recit. per duas quæst.]

f ¶ Integro.] quotidianis distributionibus exceptis, supra de magistris, c. vlt. sup. de præbend. licet illæ enim non dantur etiam præsentib. qui non intersunt diuinis. sup. eodem lib. de cler. non resi. c. vnico. Nec intelligas quod de iure communi existentes in studio percipiant corpus præbendæ, saluo quod de sacra pagina dicimus, sed hic intendit dicere, quod si ex dispensatione, consuetudine, vel statuto ecclesiæ existens in studio potest percipere præbendam, hoc poterit studendo in curia.

1 Cur ecclesia dicatur mr fidelium luculenter docet Turrecremata in summa de ecclesia. lib. 1. c. 40.

a Per qd p iudicaretur ordinario collatori fauor. n. respicit studentē: vt hic in princ. Io. And.

a Idē Io. Mon. qui dicit q̄ ei sem deno minabit ab eo, in quo se plus occupat, & remittit. ff. de verb. si gni. c. fin. Io. And.

mundi [a] partibus multi confluant ad sedem Apostolicam quasi [b] matrem. Nos ad communem [c] tam ipsorum, quàm aliorum omnium commodum & profectum paterna solicitudine intendentes, vt sit eis mora huiusmodi fructuosa, prouidimus, quod ibidem de cętero regatur, & vigeat studium iuris diuini & humani, canonici videlicet [d] & ciuilis. Vnde volumus & statuimus, vt studentes in scholis ipsis penes sedem [e] eandem talibus priuilegijs omnino, libertatib. & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, vbi generale regitur studium, ac recipiant integre [f] prouentus † suos ecclesiasticos, sicut illi.

ADDITIO. Pro existentib. in studio quod percipiant corpus præbendæ, est argumen. 82. distin. proposuisti. in gloss. sufficit. & 37. distin. de quibusdam. Contra eos est qd not. 11. q. 2 Vulteranæ. & 16. quæstio. 1. generaliter.

† Vide cō cil. Trid. sess. 5. reform. c. 1. in fi.

Alexander IIII. †

† In manuscriptis ita: Alex. iij.

¶ *Dicit quomodo intelligatur priuilegium, quod habent quidam Abbates de populo benedicēdo, & quibus possint Abbates conferre tonsuram. Io. Andr.*

Abbates.] Sūt duę partes. Prima tractat de bñdictione sup populo fiēda, & per abbates super hoc priuilegiatos. Secūda: ibi, Nec eis. [De collatione tonsuræ. Iterū prima dicit qd eis liceat determinā do locum & tēpus. Secūda: ibi, Alibi, ponit quid non liceat, & exceptionem subditibi, Nisi. Secūda principalis miscēdo quid liceat, ponit quid non liceat, a quo excipit: ibi, Nisi. Ioan. And.

CAP. III.

Abba-

¶ Si Abbas a sede Apostolica obtinuit priuilegium, vt possit impertiri solemnem benedictionem; istud priuilegium restringitur quamdiu est in monasterio, vel in capella sibi pleno iure subiectis hoc dicit. Præsupponendum est, quod simplex sacerdos licet possit populum benedicere benedictione non solemni: soli tamen episcopi possunt impendere benedictionem solemnem, quæ fit dicendo: Sit nomen Domini benedictum. Humilitate vos ad benedictionem. 95. distin. c. ecce ego dico.

CASVS. Aliquis Abbas obtinuit a sede Apostolica priuilegium, vt posset impertiri solemnem benedictionem, & non fuit dictum in quocunque loco; sed simpliciter fuit ei concessa facultas, vt posset impertiri solemnem benedictionem. Iste, Abbas inuitatus ad funus cuiusdam defuncti, voluit impertiri istam solemnem benedictionem, aut cum esset in aliqua processione, voluit impertiri benedictionē solemnem, vtrum possit? Respondet Romanus Pontifex dicēs, q nisi aliud fuerit dictum & nominatim expressum in priuilegio suo, nō poterit impertiri benedictionem solemnē, nisi in monasterio suo, & in capellis sibi perpetuo iure subiectis; in quibus ipse Abbas est tanquam episcopus. Sed vtrum sit permissum abbati conferre primā tonsuram extraneo, non suis conuersis? Rńdet q non, etiam si illi extranei conuolarent ad monasterium animo conuertendi se, vt fierent monachi [Insigniuit.] s. simpliciter. [Elargiri.] quia in his tribus consueuerunt episcopi benedictionem solemnem impertiri populo. No primo, q benedicere populū benedictione solemni, spetit solis epis, q tenent locum Apostolorū, & alij inferiores prælati, puta rectores ecclesiarum parochialium tenent locum 72. discipulorū Not. q Abbates de iure communi non habent facultatem impertiendi benedictionem solemnē, sed possunt a sede Apostolica obtinere priuilegium, vt illam benedictionem solemnem possint impertiri. Nota tres horas, in quibus epūs potest benedicere populum benedictione solēni, videlicet post laudes, post Missarū solēnia, & post vesperas.

No. ꝙ Abbates possunt conuersis suis conferre primam tonsuram, per quam confertur ordo clericalis. No. ꝙ si Papa dedit alicui abbati priuilegium benedicendi populum benedictione solemni: istud priuilegium non extenditur extra monasterium ipsius abbatis, & loca sibi pleno iure subiecta: nam istud priuilegiũ tendit in diminutionẽ auctoritatis epãlis: iõ debet strictè interpretari, vt minus lędat. Et si abbas daret benedictionẽ populo extra monasteriũ vel loca sibi nõ pleno iure subiecta, ipse delinqueret, & posset eũ epũs punire nõ obstãte priuilegio exẽptionis: quia priuilegia tantum valent quãtum sonant.

[Prima gl. summat] a ¶ Abbates.] dicit quomodo intelligatur priuilegiũ, quod habet quidam abbates de populo benedicẽdo, & quib. possint abbates cõferre tonsuram. Io. Andr.

[Secũda gloss. recit. per quæstionem.] a ¶ Abbates.] Licet hic de abbatibus exprimat: idẽ intelligo de Prioribus, archipresbyteris, vel alijs, quibus hoc priuilegiũ concessum esset, cum eadẽ sit rõ: ista autem decr. olim inter extrauagantes incipiebat? Quoniam nonnulli. [De qua loquitur. Guil. in Spec. eod. tit. Io. Andr.]

ADDITIO. Opinionem gl. tenet Archi. propter identitatem rationis. alleg. sup. de consti. translato bene facit inf. eo. vt Apostolicæ. Io. Andr.

b ¶ Pleno iure.] s. in spiritualibus & temporalib. sup. eod. cum plantare. §. in ecclesijs. & sup. c. quoniam per confessionem.

ADDITIO. Dicit hic Archid. Alanum scripsisse, quod tunc ecclesiæ pleno iure pertinent ad monasteria, quãdo in eis sacerdotes instituunt, & omnes obuentiones percipiunt præter stipendia ministrorum. de præb. auaritiæ. & c. de monachis. vbi de hoc in antiq. & 16. q. 2. in summa. Ioan. Andr.

c ¶ Solemnem] s. quam faciunt episcopi solemniter dicendo: Sit nomen Domini benedictum, &c. quia priuatam benedictionem exhibent etiam presbyteri simplices 95. dist. ecce ego dico.

ADDITIO. Non tamen præsente episcopo. 11. dist. denique. Io. And.

d ¶ Alibi.] scilicet extra ecclesias sibi pleno iure subiectas.

ADDITIO. Dicit Archi. ꝙ multi priuilegiati hoc malè obseruant. propter quod esset eis priuilegium auferendum. 74. dist. vbi ista, & c. seq. Io. Andr.

e ¶ Expresso.] Quantumcunque ergo generaliter loquatur priuilegium: hoc non poterit: nisi id in priuilegio sit expressum, & cap. fi. sup. eod. lib. de hæret. inquisitores.

f ¶ Conuolauerint.] vt ibi conuertantur, & fiant monachi.

tes, [a] quos Apostolica sedes in exhibitione benedictionis supple populum speciali priuilegio insigni vt in ecclesijs, quæ ad eos pertinent pleno iure, [b] quando in eis diuina officia celebrant, possunt post Missarum solemnia, & vespertinas ac matutinas laudes, benedictionem solemnem [c] super populum elargiri. Alibi [d] autem publice, aut per vias, ciuitates, castra, & villas, populis & plebibus benedictionem facere, vel impartiri non valeant: Nisi hoc eis expresso [e] † Apostolico priuilegio sit concessum. Nec eis † licitum sit alijs, quàm monasteriorum suorum conuersis, & qui ad illa conuolauerint, [f] & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem [g] iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram: [h] Nisi eis id competat ex pleno præfatæ sedis indulto. [i]

† Aliàs expresse.

† Vide cõcil. Trid. sess. 23. de refo. c. 10.

Ecclesia quñ dicat spectare pleno iure ad monachos.

Bñdictio solemnis qualiter fiat.

ADDITIO. De æta. & quali. cum contingat: dat dr consilium, ꝙ hoc non fiat intra annum probationis: quia certum est, ꝙ postea exire posset, & fraus fieri, quę præcauenda est. de ser. non ordi. c. 1. pro & contra. sup. de sent. excom. religioso. Io. Andr.

g ¶ Quasi epalem.] Hoc dixit: quia verè epalẽ habere nõ posset. s. vt posset chrismare, & alia facere. q̃ sũt epalis ordinis; fingit abbas in parochia sua, vel alio loco habet iurisdictionẽ in spiritualibus: ꝙ aliàs de iure dẽt habere episcopus: etiã puros laicos nec cõuersos, nec conuertẽdos poterit clericare aliàs nõ: sicut. n. epũs laicũ non suę iurisdictionis ordinare nõ põt absq; licẽtia sui epi. sup. eo. lib. de temp. ordi. ca. vlt. sic nec iste abbas talem poterit ordinare.

h ¶ Tõsuram.] Confertur: enim p ipsã clericalis ordo s. de æta. & quali. cum contingat. & hoc intellige secũdum determinationẽ illius de abbate benedicto & presbytero: saluo eo ꝙ habes de suppl. negli. prelat. ca. 1. & possũt tales abbates cõferre etiam superiores ordines vsq; ad lectoratũ inclusiuè. 69. dist. c. 1. in præd. cap. cum contingat. Vide quod ibi dixi; vbi etiam tenet Boa. & hic Archid. quod alter conferens imprimit characterem. Ioan. Andr.

r Vide of. no Turrecrematã E c. cler. 22. dist. vnde intelliges, an prima tõsura sit ordo.

ADDITIO. Faciunt hæc, quæ tetigit glo. pro abbatibus, qui benedicunt calices, patenas, vestes sacerdotales, cruces, & similia; de quib. sup. de sacra vnctio. cap. vnico. ante finem. de conf. dist. 1. vestimẽta nam si benedicunt & consecrant personas, fortius & res. 22. q. 1. præcipimus. A cõsecratione calicis, in quo fit vnctio, vt in præ. cap. vnico abstinere debent in alijs superioribus & similibus, vbi fit solum verbalis benedictio, sustineri põt, qñ ad opus suarum ecclesiarum id agunt, aliàs abstinere debent, cum nec solemniter benedicãt populum vt hic, nec aquam etiam benedicant solemniter sup. de consecr. eccl. vel alta. aqua maximè quia eorum benedictio simplex est, vel ad plus mista, vt no. in cle. de stat. monach. attendentes. § statuimus. De mitratis dicam infra eod. vt Apostolicæ. supra a. gloss. Io. Andr.

i ¶ Indulto.] puta quia habent priuilegiũ; quia quoscunque etiam non subditos volẽtes ab eis ordinari, clericare, & ordinare possint: tenor etiam priuilegiorum seruabitur. sup. eod. porro.

¶ Idem.

¶ Exempti in locis nõ exemptis oratoria vel capellas sine diœcesanorum licentia cõstruere nõ possunt: nec in exẽptis sine licentia Papæ. Nec possunt exempti assumere causas proprias seruorũ liberorũ hominum in se, etiã si illi sint sui censuales. h. d. Ioan. Andr.

CAP. IIII.

AVCTORITATE.] Sunt tres partes. Prima ponit triplicẽ prohibitionem contra exemptos. Secunda contra facientes iubet compesci per ordinarios; ibi, Quod si. Tertia prouidet ordinarijs contra conseruatores, ibi, Et si quas. Secunda, principalis, ibi, Inhibentes. ponit inhibitionem & exceptionem. Tertia; ibi. Causas. ponit illam inhibitionem, quam declarat; ibi, Etiam. Ioan. Andr.

AVCTORITA-

te [a] † Sedis Apostolicę de fratrum nostrorum consilio statuimus, quod oratoria, [b] vel capellas in locis non exemptis, [c] sine diœcesanorum locorum ipsorum licentia exẽpti construere non præsumant: neque in sic constructis, [d] nec tempore interdicti [e] (casibus expressis in iure dumtaxat exceptis [f]) celebrent vel faciant celebrari diuina. Quod si talia præsumpserint, ab his per locorum ipsorum ordinarios compescantur: [g] Et si quas propter hoc exemptorum ipsorum conseruatores in eos sententias protulerint, illas penitus reuocamus. [h] inhibemus insuper, ne in locis etiã exemptis hoc ipsi exempti facere audeant: nisi super his licentiam vel priuilegium habeant Sedis Apostolicæ [i] spãle. Causas [k] quoque siue lites proprias [l] suorum hominum liberorum, [m] quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, [n] iidem exempti suo nomine, siue vt actores, siue ut de

† Vide Ro. cõsil. 409. Lapũ alleg. 42. Cald. cons. 4. Fely. cons. 130. ex qb. cognosces an liceat oratoria ædificare diœcesano inconsulto.

¶ Præsupponendum est illud, quod habetur in c. cum olim. §. insuper. eo. tit. in antiqu. videlicet, quod nullus habet ædificare nouum oratorium, vel capellam, aut eã dotare, vel altare nouum erigere sine licentia diœcesani, & si quis contrarium fecerit, tam capella seu oratorium, vel altare, quã fructus sui cedunt diœcesano. non vt percipiat fructus tanquam suos, sed vt in tali Ecclesia, vel oratorio possit instituere clericum absque consensu fundatoris.

CASVS. In diœcesi Pictauiensi est monasterium exẽptum, vel ecclesia exempta: isti exempti ędificauerũt vel dotauerunt de nouo aliq̃ capellam, aut oratoriũ sua propria auctoritate: vtrũ licite fecerint? Respõdet q non. si sine licentia diœcesani illam capellam de nouo ędificauerunt in loco nõ exempto. Sed vtrum in loco exempto possint capellam exigere sua auctoritate propria? Respondet quod non absque auctoritate Papæ, qui habetur loco diœcesani: alioquin perderent capellam cum fructibus: ita quod si patronus diceret: ex quo non vultis, vt habeamus iuspatronatus in tali capella, recuperabo dotem non est audiendus; imò illam dotem tamque assignatam non poterit recuperare. Sed quid sanctissime Pater, sunt aliqui homines, qui tenent ab exemptis possessiones, sed tamen ipsi homines sunt domini directi: quia illas possessiones tenent ad aliquem censum annuum: isti homines conueniuntur coram ordinarijs, vtrum exempti possint petere, ut isti sui homines remittantur ad suos conseruatores? Respondetur, quod non: si causa, super qua fuerunt conuenti, sit commodum ipsorum hominum: secus si esset cõmodum exemptorum, & tangeret ius suorum exemptorum, & dominium directum illarum possessionum esset apud exemptos: quia tunc pro hominibus conuentis posset suscipere defensionem, & petere remissionem ad suos conseruatores: sed quando commodum possessionum spectat ad ipsos homines, non possunt exempti pro eis suscipere defensionem, nec petere, vt causa remittatur coram suis conseruatoribus. (Causas.) Et dicuntur causæ suorum hominum, quã commodum, & incommodum spectat ad ipsos homines: ita quod ex fine litis non sunt exempti consecuturi aliquod commodum, vel incommodum. Nota primo, q exempti delinquentes in locis non exemptis, puniri possunt per ordinarios ad hoc eo. tit. & lib. c. 1. No. secundo. q legati excõicatio lata in casu non sibi commisso, est nulla, ad hoc sup. de præb. c. si. Dominicus.

{Prima gl summat.}

a ¶ Auctoritate.] exempti in locis non exemptis oratoria, vel capellas sine diœcesanorum licentia construere non possunt. nec in exemptis sine licentia Papæ: Nec põt exempti assumere causas proprias suorum liberorũ hominum in se, etiam si illi sint sui censuales, hoc dicit. Io. And.

b ¶ Oratoria.] oratoria debent esse id, quod verbum sonat 42. distin. c. vlti. & penul. & ista publica oratoria sine diœcesanorum licentia non construent in loco non exempto, & de his oratorijs habetur sup. de censi. c. vlt. sup. eod. parentibus, priuatim autem orare in domo sua cuilibet licet: non erigendo ibi altare, 1 nec missam celebrando.

1 Intellige de altari cũ ara cõsecrata; nõ. n. phibet aliàs erigi altaria cum imaginib. sanctorũ ad orãdũ.

ADDITIO. nisi hæc duo faciat de auctoritate diœcesani. quod dic, ut de conse. d. 1. vnicuique. & duobus, c. sequ. Io. And.

c ¶ Non exemptis.] sicut. n. si Anglicus in ciuitate Bono. uellet ecclesiam erigere hoc non posset sine diœcesani licẽtia: sic nec exemptus habita cõparatione, ut dixi supra c. 1. ad idẽ de conse. dist. 1. nemo ædificet. in Auth. de eccle. tit. §. si quis autem voluerit colla 9 in auth. vt nullus fa. orato. do. coll. 5.

ADDITIO. vide eo. tit. cum olim 2 super gl. nota q & idem §. seq. Io. And.

d ¶ Constructis.] tolle quod est infra celebrent vel faciant celebrari.

e ¶ Interdicti.] hodie religiosi etiam exempti violantes generale interdictum, quod seruat mater Ecclesia, ipso iure excommunicati sunt per cle. de excess. prælato. ex frequentibus.

f ¶ Exceptis.] supra eod ut priuilegia. &c. q nonnullis. sup de sen. excom. permittimus, hodie dic, vt inf, de sent. excom. c. vlti.

g ¶ Compescantur] Ecce ergo quod exemptus propter delictum in loco non exempto commissum, subest ordinario, sup cap.

ADDITIO. Probat etiam decre. ista idem de exempto quoad tertium membrum, quod de celebrantibus loquitur. Io. And.

h ¶ Reuocamus] cõseruatores. n. priuilegiorum ad hũc casum iurisdictionem suam extendere nequeunt, cum se ad hunc casum priuilegia non extendunt: sup. c primo, nec se intromittere possunt, nisi de manifestis iniurijs supra eodem libro, de officio delega. cap. primo, & ultimo.

i ¶ Sedis Apostolicę.] quia 2 sicut episcopus est diœcesanus in loco non exempto, ut sup. sic & Papa est diœcesanus in loco exempto: puto tamen, q hoc casu sufficeret licentia legati de latere. arg. inf. de uerb. signi. ueniens in prin. & sup de elect. c. si abbatem, & ad hoc facit quod dixi sup. eo. lib. de elect. cupientes. circa prin. in gl. in hoc casu.

2 Hinc nolũt Doct. Papã esse diœcesanũ, & iudicẽ ordinariũ exemptorũ. vide gl. not. in c. nulla 53. dist.

k ¶ Causis quoq;] & facit iste §. ad ea, quę no. Inno. & Host. sup. de app. dilectus.

l ¶ Proprias.] palam est illam propriam causam esse, cuius damnum vel emolumentum ad aliquem suo nomine pertinet. & quando app sit. l. 2. 2. quæst. 6. biduum uersi palam.

m ¶ Liberorum.] in seruis enim: secus & in hoc nulla dubitatio.

{Gl. seq. seci. per tres quæstiones. Secunda ibi, de furto. Tertia ibi, & illud}

n ¶ Pertinent] dicebant Inn. & Host. in prædi. decre. q si aliquis turbat cultorem agri mei, uel colonos meos, contra illum datur mihi utile interdictum, Vti possidetis, & etiam actio iniuriarum, si in iniuriam meã illud factum sit. arg. ff de vi & vi. arm. l. vim facit. ff. de actio. emp. & ven. qui pendente, & ff. deposi. l. 1. §. si quis tabulas. De furto tamen eis facto dominus non agit: sibi enim subditi imputent, qui non bene custodiemnt

nec

1 Dicit sic hic Arch. quod dñi agere psit, ne eorũ subditi molestentur.

nec iniuriarum, si non sit factum in iniuriam 1 dñi, sed propter speciale odium subditi. Et istud habuerunt pro indubitato, quod dominus in iudicio nomine subditi agere non potest, vt ei satisfieret, cum nec istud eius principaliter intersit, nec sit eius procurator, alioquin eadem ratione eius subditi remittere posset, isti autem exempti, forte vt duriorem causam ad uersariorum illorum suorum hominum redderét, assumebãt in se causam, vt actores vel rei, quod non licet eis, etiam si illi sint eis censuales, id est, certum censum soluentes: quia non propter id sunt ipsorum serui.

NE aliqui.] Præmittit duplicẽ constitutionis causam: & constitutionem subdit: ibi. Omnes. in qua exceptionem interserit: ibi, Illis.

¶ Dicit Fran. sup. eod. cap. 1. quod priuilegium de quo hic loquimur, Innoc. IIII. concesserat multis laicis, clericis, & religiosis. Sed Alexander omnia illa priuilegia reuocauit præter concessa regibus, reginis, regum filijs, & fratribus, vel similibus personis: quæ antiquitus talem gratiam a Sede Apostolica habuissent, & incipiebat illa constitutio, ad perpetuam rei memoriã Clemẽs cuius fuerat hæc constitutio clementius Alexandro, sic temperauit, vt. s. præter exceptos non extenderetur ad sententias ordinariorum, & temperationis causa pulchra fuit, & formosa, quam ponit exordium, & eiusdem Cle. fuit decre. ne aliquis, s. eo. lib. de hære. Io And.

4 De dña Iter indulgẽtias, & priuilegia vide l c. cũ personæ. inf. eo. Archi. & Do. 1. q. 1. §. fin. Bal. in c. j. & ca. at si clerici. de iu. & Ioã. de Ana. l c. ex insinuatiõe. de simonia.

fensores aliquatenus non assumunt: Etiam si sint ipsis dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

¶Clemens IIII.

¶ *Priuilegiũ Papæ, quod quis excommunicari, suspẽdi, vel interdici non possit, non extẽditur ad sententias ordinariorum, nisi tale priuilegium sit cõcessum regibus, reginis, vel ipsorum filijs, vel religioso loco, vel ordini. h. d. Io. And.*

CAP. V.

NE aliqui [a] de indultis Apostolicis confidentes, alios confidentius in suo iure molestent, & ordinariorum iurisdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias, † & priuilegia, quibuscumque singularibus personis ecclesiasticis, vel secularibus cuiuscunque [b] sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status, quod interdici a quocunque, [c] vel excommunicari non possint: nec terræ vel ecclesiæ ipsorum ecclesiastico interdicto supponi, sub quacunque forma verborum concessa, [d] (illis per quæ regibus, & reginis eorumque filijs, [e] necnon & religiosis quibuscunque, non personarum tantum; sed ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione, [f] in hoc immunitas huiusmodi conceditur dumtaxat exceptis) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariorum sententias, & processus edicto perpetuo prohibemus extendi.

¶Idem.

¶ *Inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ: si sunt exempti in prouincialibus, & episcopalibus concilij vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentib. laminas aut gemmas. Et si non sunt exempti, albis & planis vtantur, in alijs locis vtãtur vt ĩdulta permittũt.*

CAP. VI.

VT APOSTO-

Et ab ordinario, sed personæ particulares possunt, nisi essent reges, vel reginæ, vel eorum filij: quia etiam tales personæ particulares non possunt excommunicari, suspẽdi, nec interdici a suis ordinarijs. Nota primo, quod qñque priuilegia tribuunt priuilegiatis materiàm alios iniuriandi. Et hæc est legitima causa reuocandi talia. Nota secundo, differentiam esse inter indulgentiam, & priuilegium, vide de sepultu. in nostra. vide Io. And. de ver. sign. cum olim. Dom.

[Prima gl. summat dicens, quo olim incipiebat.]

a ¶ Ne aliqui.] Priuilegium Papæ, quod quis excõmunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi tale priuilegium sit concessum regib. reginis, vel ipsorum filijs, uel religioso loco, uel ordini; hoc dicit. Et olim decretalis ista extrauagans erat, & incipiebat, quia pro qualitate alias quoniam.

b ¶ Cuiuscunque.] j. moderabitur istud uerbum.

c ¶ A quocumque.] intelligas nisi a Papæ, vel legato de latere, infra de verbor. signi. veniens. 1. respõ. & hoc idem priuilegium intelliguntur habere hi, qui sunt recepti in speciales filios Romanæ Ecclesiæ, vt ibi: si autem in speciales subiectos, tunc sunt exempti, infra eodem. si Papa. §. similiter.

d ¶ Concessa.] tolle quod est infra de fratrum nostrorum, & c. relatis sup. illis, & tolle quod est j. duntaxat exceptis, per quæ, &c.

e ¶ Filijs.] est simile quod habes sup. eo. lib. de off. delega. cap. vlti. 2

ADDITIO. Et in Clemen. de bapt. præsenti. Est tamen etiam dissimilitudo, quia decre. vlt. nil dicit de filijs. & decre. præsenti. dicit de liberis, & addit de principibus. Io. And.

2 An priuilegium cõcessum vxoribus, vel filijs regũ, duret rege mortuo, tradit hic Ioã. And. Frãcus & alij. faciũt no. in ca. ex parte. sup. de for. compma

f ¶ Ratione.] sic ergo intelligatur supra eo titu. & lib. cap. 1. §. in alios, & sic nulla correctio, ut ille §. loquatur de priuilegio concesso religiosis, non propter personam, sed propter locum, vel ordinem, ut si ordo Prędicatorum, uel Minorum sit in hoc priuilegiatus, uel monasterium Sancti Proculi. Si autem religiosus aliquis suę prorogatiua personę haberet hoc priuilegium, secus esset.

CASVS. A sede Apostolica fuit mihi concessum fauore meæ personæ, Vt a quoquam non possem excommunicari, suspendi, vel interdici, & ponamus, quod priuilegio meo non fuit facta expressa mentio de meo ordinario, quia non fuit dictum, concedimus tali priuilegium, vt non possit excommunicari suspendi, aut interdici a quocumque etiam diœcesano suo: sed simpliciter fuit dictum, ut non possem a quocumque excommunicari, suspendi, vel interdici: vtrum per huiusmodi priuilegium adimitur meo diœcesano potestas, ut non possit me excommunicare, interdicere, uel suspendere? Rũdet Roman. Pontif. quod non: quia meum priuilegium nõ extenditur ad ordinarium, sed ad alios iudices. Et ista sunt uera, quando priuilegium tale fuit concessum certæ personæ particulari, secus si esset cõcessum alicui ordini uel loco religioso, puta tali monasterio: tunc n. religiosi illius monasterij non possunt excõicari suspendi, aut interdici a quocumque iudice

VT Apostolicæ.] Primo pręmittit constitutionis cãm. Secundo constitutionem ponit: ibi, De fratrum. & hæc duo facit: quia primo prouidet de locis cõcilio rum: secundo de alijs; ibi, In alijs. Iterum prima

licæ [a] sedis benignitas, quæ nonnullis Abbatibus, † alijsque prælatis, quibus non competit [b] ex propria dignitate, concessit in ecclesiarum [c] suarum gloriam, & honorem, quod mitra † & alijs pontificalibus vti possint: prouideat, ne inde scandala oriantur; si tamen, [d] quod ipsi priuilegiati suorum priuilegiorum non frustentur effectu: & ex maioritate, ac decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum: [e] De fratrum nostrorum consilio præsenti decreto statuimus, vt Abbates & alij, quibus mitræ vsus est ab eadem sede cõcessus: Exempti quidem in prouincialibus concilijs, (& episcopalibus synodis) quibus nonnulli eorum interesse tenentur [f]) mitris tantummodo aurifrisiatis, non tamẽ aureas, vel argenteas lamina, aut gemmas habentibus vti possint: Non exẽpti vero simplicibus, [g] & albis ac planis vtantur. In alijs [h] vero locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis vti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt. [i]

Bonifacius VIII.

¶ In prima parte demõstrat, quid iuris, cum quis solo priuilegio se dicit exemptum. In secũda ibi: Si autem, quid iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia ibi: Quod si tales, quid iuris cum allegat vtrumque. Io. And.

CAP. VII.

CVM † PER-

ma statuit de exemptis: Secunda de non exemptis: ibi, Non exempti.

¶Pro intellectu huius c. est præsupponendum, ꝙ Eps̃ dr̃ celebrare in vestimentis epãlibus, qñ est indutus ornamentis Pontificalibus, quæ sunt quatuor. s. mitra, baculus pastoralis, annulus, & compagus: Vñ mitra, q̃ habet duo cornua designat duo testamenta, vetus s. & nouum. Et fuit ordinatum, quod Epi haberent mitram ad instar Moysi, qui reuersus fuit cornutus a monte, vbi accepit legem Dei, & ignorabat], ꝙ eẽt cornutus. Aliud vestimentum est baculus pastoralis, q. dr̃ crossa. Aliud est annulus, qui dat Epis in signum matrimonij inter ipsos, & Ecclesiam. Aliud dr̃ compagus, siue calligæ Episcopales, quæ alio nomine dicuntur scandalia.

† Abbates an dicant esse, plati. vide Gemi. in c. p̃senti. de offi. ord. lib. 6.

† vide Barbatiã i c. volentes. ex̃ de off. deleg.

CASVS. Aliquis abbas a sede Apostolica obtinuit, vt posset vti mitra, & alijs ornamentis Episcopalib. iste abbas comparuit in synodo episcopali, vt tenebatur, quia non erat exemptus, vel erat exemptus, tamen habebat populum nõ exemptum, ratione cuius tenebatur comparere in synodo: & certum est, ꝙ iste abbas debet esse in eodem statu, in quo celebrat missam, & ipse fert mitram pretiosiorem mitra episcopali, puta quia sua mitra in medio habet lapides pretiosos. Item habet laminas aureas, vel argenteas: vtrum possit vti ista mitra? Respondet, quod non poterit vti tali mitra, quantumcunque sit exemptus. Vtrum autem exemptus possit vti mitra aurifrisiata, non habente laminas aut gemmas? Respondet, quod sic; si autem non sit exemptus, vtetur mitra alba, & plana non aurifrisiata, quandiu erit in synodo; & in concilio. Et istud ordinatum fuit, ne detrahat auctoritati, & honori episcopali, quia ignorantes putant, ꝙ ille, qui habet maiores ornatus sit maioris auctoritatis, iuxta illud, Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant. [Ecclesiarum suarum.] vnde matrimonium ꝯhitur solum inter Episcopum & Ecclesiam, ideo Eps̃ debet portare annullum. Ex quo sequitur, quod alij inferiores prælati non debent portare annulum. Ideo dicit Io. An. quod clericus annulatus aut est Episcopus, aut fatuus, quod verũ est, nisi habeat aliam dignitatum, vt quia est doctor, tunc enim in signum matrimonij inter ipsum & scientiam potest deferre annullum [Aurifrisiatis.] idest, non habentes laminas neque lapides pretiosos: Nota primo, quod de iure communi abbatibus, & alijs inferioribus prælatis ab Episcopis non competit vsus mitræ ratione suæ dignitatis. Nota secundo, quod priuilegium licet sit stricte interpretandum: tamen debet taliter intelligi, vt totaliter non frustretur suo effectu. Domi.

[Prima glossa summat decretalem, & illam commendat.

a ¶Vt Apostolicæ.] inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ, si sunt exempti in prouincialibus, & episcopalibus ꝯcilijs vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentibus laminas aut gemmas: & si non sunt exempti albis, & planis vtãtur: in alijs locis vtantur, vt indulta permittunt. Æquissima fuit huius decre. prouisio, vt infra patebit.

b ¶Non competit.] quia sunt ipsi prælati inferiores Epis.

[Glo. seq. sol. quæstionem.]

c ¶In ecclesiarũ suarum.] Idem puto [1] si alicui inferiori prælato. personaliter ꝑ ipsius personæ prærogatiuam fuerit priuilegium tale concessum: quod interdum contingit. vt sup. de præsum. cum in iuuẽtute. vbi propter prærogatiuam personæ, concessum fuit Epõ ornamentum archiepiscopale.

1 Et merito cũ fortiora sint priuilegia data ꝓ bonis ꝯtemplatione Ecclesiarum, q̃ cõtẽplatione psarũ. ĩ. c. proxi. Io. And.

d ¶Sic tamen.] concor sup. eo. c. 1. in prĩ.

e ¶Dignitatũ.] 100. dis. rationis. hoc vult dicere, veniebat Abbas ditissimus ĩ hoc priuilegiatus ad Cõcilium episcopale habens pulchriora ornamenta, & mitram episcopalem: ita ꝙ ipse per inspectionem ornatuum videbatur Episcopus. idẽ in prouinciali, ibi enim in prouinciali, ibi enim in ornamentis præcellebat alios Episcopos, ꝙ satis erat indecens, & scandalizabantur Episcopi, prouidere ergo æquiter voluit, ita quod scandalum tolleret, & priuilegium aliquod conferret. Et nota, ꝙ non est pompositate respuendum, imo ratione defendendum, quod Doctores rogati, variati, & ornati incedant, vt per illa dignitas doctoratus [a] appareat, sed sunt scholastici reprehendendi, qui sibi vestes doctoribus solum congruentes assumunt.

† Vide Antoniũ Capyciũ decisione neapo. 109.

a Quæ sint insignia doctorat. vł militiæ vide ꝑ Signor. de Homodeis Conci. 119.

f ¶Venentur.] forte propter capellas non exemptas, vel propter populum non exemptum.

g ¶Simplicibus.] vt non solum non habeant laminas, vel gemmas, sed etiam nec aurifrisiatas.

h ¶Alijs.] a prouincialibus, & episcopalibus, synodis, & concilijs, puta cum celebrant in ecclesijs suis, vel alienis.

i ¶Permittunt.] Inspiciendus est igitur tenor priuilegiorum, & seruandus, infra capitulo proximo, supra eodem porro.

CVm personæ.] Hæc est prima Bonifacij in titulo. Diuiditur in tres partes, & vltima pars potest subdiuidi. quia primo tractat, quando priuilegium sufficit vel dat causam præscribendi, Secunda ibi, Si vero. quando neutrum horum occurrit.

CASVS. In diœcesi Pictauien. sunt aliqui, qui dicunt se habere priuilegium, vt sint exempti a potestate ordinarij, prætextu quorum priuilegiorum plura nefanda committunt, confidentes de suis priuilegijs ita quod sæpissime exinde oriuntur plura scandala, vtrum Episcopus potest eos compellere, & monere, vt sibi ostendant sua priuilegia, vt videat an sint taliter exempti a sua iurisdictione, quod non possit eos punire pro suis

cumi.

criminibus? Respondet, quod potest Episcopus tales exemptos compellere, vt ostendant sua priuilegia sibi Epo, vel suis commissarijs, & quod Eps, vel eius cõmissarius possit legere priuilegia integraliter etiam si petatur, quod priuilegia illa exhibeãtur occasione articuli super quo est controuersia: sed tũc habita lectura integrali omnium priuilegiorum non habebit copiã oium, sed solũ illius articuli, de quo est cõtrouersia. Sed quęritur vltra, nunquid Eps pẽdente ista exhibitione, an priuilegia sua sint sufficiẽtia ad impediendum suam iurisdictionem, poterit in eos exercere suã iurisdictionem? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: Aut enim isti priuilegiati ad fundandam suam intentionem, idest, ad probãdum suam exẽptionem allegant priuilegium exemptionis tm, aut priuilegium, & præscriptionem simul: aut allegant solum pręscriptionẽ, & sunt in possessione exemptionis: tũc pẽdente litigio super exhibitione priuilegiorum suorum, nõ poterit Eps eos turbare in sua possessione exemptionis, neque in eos poterit exercere suam iurisdictionem: Si autem allegant solum præscriptionem, quia dicunt præscripsisse libertatem, nõ extinctiue, ita quod nulli subsint: quia non possunt esse acephali, sed dicunt præscripsisse libertatem translatiue: hoc est, non subsunt ordinario naturali, sed alteri. & in isto casu quandiu probabitur præscriptio, reputabunt subditi Epi: ita quod Eps poterit in eos exercere suam iurisdictione. Ratio diuersitatis inter priuilegium & præscriptionem. quia priuilegium est plus fauorabile, quam sit præscriptio, quæ est mere odiosa: ideo pendente iudicio super pręscriptione, Eps vtetur iurisdictione sua ordinaria? quamquam forte talis non sit sibi subditus. [Infamiam] qñque infamiam iuris: nam quędam sunt delicta, quæ ipso iure irrogant infamiam, idest, ipso facto de quibus in l. 1. ff. de quibus irrogatur infamia. Alia sunt delicta, quæ non irrogant infamiam ipso facto, sed p sniam iudicis. [Loco securo.] vbi Eps nõ possit exemptis inferre violentiam: quia forte Eps sibi remoueret eorum priuilegia, & illa non possent recuperare sine magnis laborib⁹, & miserijs. [integraliter] Licet pro præsenti non sit controuersia de oibus articulis, sed de vno solo tantum. Not primo, quod exemptus a iurisdictione ordinarij dicitur habere libertatem. ad hoc ĩ. eo tit. & lib c 1. Nota secundo arg differentiam esse inter priuilegium & indulgentiam. ad hoc ĩ. cod. tit. & lib cap. ne aliqui vide not. 22. q. 2 in summa & de sepul. in nolt. a in prin. Don 1.

[Prima glossa diuidit & summat.]

a ¶Cum personæ.] in prima parte demonstrat, quid iuris cum quis solo priuilegio se dicit exemptum. In secunda: ibi Si autem quid iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia: ibi, Quod si tales quid iuris cum allegat vtrunque.

ADDITIO. Et hæc vltima pars subdiuiditur: quia prima tractat, quando priuilegium, vel sufficit, vel dat cautam præscribendi. Secunda ibi. Si vero, quando

sonæ [a] ecclesiasticæ tam religiosæ, quam seculares plura præsumant, quę ipsis infamiam [b] pariunt, & alijs inferunt læsionem [c], prætextu exemptionis, vel libertatis, quam asserunt se habere: ordinariorum correctiones, & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum siue iudicium declinantes: Nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere, statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia, seu indulgentias Apostolicæ sedis exemptos, a locorum ordinarijs † requisiti, huiusmodi priuilegia, vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos, ipsis ordinarijs in loco cõgruo & securo, [d] aut aliquibus prudentibus [e] viris omni suspicione carentibus, [f] ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra terminum competentem [g] pro facti qualitate ipsorum ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, [h] iusto impedimento [i] cessante ostendere, ac ad legendum integraliter [k] † exhibere, nec non de articulis, de quibus controuersia fuerit, transcriptũ tradere [l] teneantur.

¶ Si autem ad fundandam intẽtionem suam su-

neutrum horum occurrit. Et pro parte sumi potuit ex extrauaganti Alexandri IIII. quæ incipit, quia personæ. de qua etiam mentionem facit Gul. in Spec de appel. §. restat. versi. si autem iudex, & hoc eod. titu. versicu. & not.

b ¶Infamiam.] sup. tit. prox. c. vnico. prouidendum fuit: quia crudelis erat, negligẽdo famam suam. 12. q. 1. nolo.

c ¶Læsionem.] metas enim priuilegiorum suorum seruare debent supra eodem tit & lib. c. 1. in principio.

d ¶Securo.] ad idem ĩ. de fide instr. accepimus. vñ si locus non est securus, licet parti appellare, supra vt lit. non contest. accedens 2. sup. de app. ex parte 1. & inf de sen ten. excom. venerabilibus, § & hoc ipsũ. alia littera est secreto.

ADDITIO. Sed prima verior, secundum Ioan. Mona. & Archid.

e ¶ Prudentibus.] supra de consanguinitate, & affinita. cap. 2.

f ¶Carentibus.] 3 q. 5. quod suspecti. vnde bonum est, quod de ipsorum consensu assumantur. de offi. deleg. super quastionum.

g ¶Competentem.] supra de dila. c. 1. alias posset appellari, vt ibi. consideranda sunt circa hoc, quæ habentur supra de appel. cum sit.

h ¶Moderandum.] sic supra cod. libro de appellatio. legitima.

i ¶Impedimento.] sic sup. eo. lib. de ele. quam sit. & c. cupientes §. quod si. & c commissa §. 1.

[Glo seq. rationem reddit, dicens opinio Innoc. approbatam, & Hostien. reprobatam, ad ipsius rationem respondens.]

k ¶Integraliter.] ne pręcedentia, vel sequentia arctent articulum, de quo contendit. ff. quemad. testa. ape. l. 2. §. diem & capite edenda est ratio. ff. de eden. l. arg. notarius §. 1. & l. 1. §. editiones. & §. edere non videtur, & approbatur hic opin. Inn. qui hoc, quod hic dicitur, notabat supra de fid. instru. contingit. in 2. Et reprobatur opi. Hostien qui ibi not. contrarium. s. quod priuilegium erat legẽdum, & exhibendum solum in illo capitulo, de quo erat quęstio: nam si totus tenor legeretur, posset lectio dare litigandi materiam, sicut editio, quod est contra mentem istius decre. contingit, quæ debet verbis præteri. de verb. sig intelligentia, sed non stat huic, sed primæ rationi: nec ita ex simplici lectura oritur litigandi materia sicut ex transcripto. quod pluribus diebus, & noctibus videntes & pralegentes aduocati litigia inde sumunt, vt ibi: & licet vtraque opinio satis habeat æquitatem: prima tamen magis ratione & illo textu fulcitur, & ideo hic approbatur.

[Glo. seq obijcit, & soluit.]

l ¶Tradere.] sed quare reus probare cõpellitur, & edere propria instrumenta contra se: contra id sup de proba. c. 2. C. de eden. l. qui accusare? Dic, quod hic priuilegiatus siue agat, siue excipiat, habet probare ex eo, quod de iure communi intentio episcopi est fundata: & quod dicit de editione, locum habet in priuata, vel propria scriptura,

† Supplẽt Domini, & Phi seu alij, quorũ iurisdictio fundata ẽ iure cõi, aut statuto, priuilegio notorijs, quia notorium facti, vt late Anch. hic, operatur idẽ, quod notorium iuris. Fõt.

† Tñ nõ ẽ danda copia totius sed illius solũ articuli super quo cõtenditur. c cõtingit ẽ fid. instr. Pet. de Ancharano. Bart. in rub ff. de nou ope. nũ. vñ legatario petẽti copiã instrumenti tradit sola particula ad ipsũ faciens l. prior. ff. de eden. Fõ.

1 In oib. codicibus quos vide re licuit, cõstanter legit, secreto.

2 Vide, quod ibi not. in vlt. glo. & quod ibi dicã. Io. A.

scriptura, qua quis vsurus non est, porro in cōi. vel propria scriptura, qua quis vsuru est, locum non habet, quod dic, vt no. in prędicto c. 1. de prob. & sup. de fi inst. G. per petuus. ff. de eden. l. 1. § editiones & in cle. de vsu. ex grauit. in glo vide quod ibi. Io. And.

a ¶ Solummodo.] qa non simul allegant priu legium, & pręscriptionem, de quo in sequen. § tractabit.

b ¶ Canonicam.] vi. annorum, vt inf. sequitur cum titulo quod dic. vt sup. eo. l. lib. de pręscrip. c. 1. Io. And.

(Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit.)

c ¶ Ordinarijs.] Mirum est, quomodo ordinarij cognoscūt in causa sua: contra id 4. q. 4. ca. 1. C. ne quis in sua causa. in rubro & nigro. Solu. ordinarius bene cognoscit de cā ecclesiæ, licet non de propria quod dic, ut no. 2 quæst. 7. si quis erga. de cleri. male. c. 1. & inf. de pœnis, Romana. Item ordinarius dicit suam esse iurisdictionem, & subditus hoc negat: & bene cognoscit an sua sit iurisdictio. 2 supra de rescript. litteras. & de iud. si quis ex alic na. Sed ad omnē suspicionem vitandam melius est id expedi ri per delegatos, vt se quitur sup. de fo. cōp. si quis contra & ff. de iurisdict. omn. iud. c. prætor.

ADDITIO. Idem Io. Mona. Archid. remittit ad not. per In noc. de d. la præterea de censib. venerabili. de verb. sign. ex parte. Io. And.

d ¶ Huiusmodi.] canonica. nec potest subditus obedientiam præscribere contra prælatum, quod dic, vt sup. de præscr. cum non liceat.

e ¶ Munitos.] & sic allegans hæc duo simul, audiatur. vt sup. de præscr. p. audit. (Vide de hoc de verb. signi. Abbate) Contra consti. veniens. dic. vt dixi inf. de reg. iu. nullus pluribus.

ADDITIO. Arch. remittit ad no. 23. dist. quamquam. in gl. ergo Io. And.

f ¶ Per se.] sine præscriptione.

g ¶ Prędictis.] sup. ... & a responso

h ¶ Quadraginta annor.] quia minori non currit cōtra ecclesiam. 16 q. 3. c. placuit 2. ver. quas actiones sup. de præscr. de quarta.

i ¶ Violenta.] sic possidentes cum poti debent penam, ergo non premium. inf. eo. licet. sup. eo. lib. de preb. n. sum. quam. q. 1. legi.

ADDITIO. Ioann. Monac. allega. de translat. inter corporalia. § sed neque. ff. solu. matrimon. § ab hostibus. Io. And.

(Glo. seq. allegat vnam concor. signat vnum contrarium, & remittit.)

k ¶ Precario.] sic sup. de restit. spol. olim 1. licet. n. ista sit iusta causa possidendi: non dat tū titulum pscribendi, ne ille, qui precario con cessit, ex liberalitate sua illiberalitatē recipiat cōtra naturā cōtractus ff. de preca. l 2.

l ¶ Turbentur.] hoc idem si solum priuilegium allegarent, vt probatur in sequenti § in prin.

m ¶ Iure communi.] 16. quæst. 7. omni basilicæ.

n ¶ In eosdem.] not. quantus fauor priuilegio debetur; est enim priuilegium ex se fauorabile, sed præscriptio odiosa. supra de deci. tua. & cap. ex parte. & dixi de hoc inf. de reg. iu. odia.

1 Placet Phil. et si alleget pscriptio. Do. Vide tñ Inno. c. venerabili. de ver. sign. Font.

2 Hoc verum si qō sit tātū inter iudicē & partē: & hoc pt quia ius suum defendit. ca. dilecto & ibi Innoc. de sen. ex. cō. si autē esset qō inter partes iu. lex tāq alteri fauens non sep. ... petentem &c. Dom.

per huiusmodi libertatē solummodo [a] pręscriptionem canonicam [b] duxerint opponendam: eisdem ordinarijs [c] vel delegatis ab eis viris prudentibus non suspectis, de pręscriptione huiusmodi [d] facere debent fidem.

¶ Quòd si tales priuilegio & præscriptione asserant se munitos [e] priuilegium quidem ipsum exhibeant, vt in primo huius modi constitutionis articulo superius est expressum. Et si priuilegium exhibitum non ad plenum per se [f] sufficit ad exemptionem seu libertatem huiusmodi comprobandam, sed tale est, quod saltem causam præbeat præscribendi: coram personis prædictis [g] annorum [h] quadraginta præscriptionem teneantur probare: præscriptionisque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure communi fundetur; tamen quia de priuilegio (quod saltem causam præscribendi præbet) faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione, non uiolenta, [i] non clandestina, nec concessa precario, [k] de qua fidem coram eisdem fecerint non turbentur. [l]

¶ Si vero priuilegium per se sufficiens quando solo priuilegio se defendunt, vel saltem tale, quod prescriptioni canonicæ cautam præstet, cum præscriptionem allegant, non exhibuerint, ut est dictum; cum de iure communi [m] ordinariorum intentio sit fundata: sua iurisdictione vti possint libere in eosdem; [n] donec de præscriptione canonica (ut premissum est) fecerint plenam fidem.

¶ Idem.

¶ Interdictus est ingressus ecclesiæ regularibus, vel secularibus, quamuis exemptis. qui scienter celebrant, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus, vel locis interdictis, nisi secundum permissionem iuris: vel excommunicatos vel interdictos, publice ad diuina officia sacramenta vel sepulturam admittunt. hoc dicit. Io. And.

CAP. VIII.

EPISCOPO-

E Piscoporum, & aliorum.] primo ponit quadruplicem prohibitionem: Secundo pœnā adijcit pœnis antiquis: ibi, Qui vero.

CASVS. Propter delictum comitis Pictauien. fuit ciuitas Pictauien. interdicta interdicto generali, & totus comitatus Pictauien. in quo comitatu Pictauien. sunt aliqui exempti. secūdum ueriorem intellectum. qui putantes se non teneri ad interdictum, quod diœcesanus imposuit, eo quia sunt exempti, contemnunt illud interdictū. & celebrant diuina officia ianuis apertis, & alta voce. Certum est, quod a iure antiquo sunt aliquæ pœnæ introductæ contra non obseruantes interdictum. Sed vtrum vltra illas pœnas sint aliæ pœnæ introductę? Rńdet quod sic: quia est eis interdictus ingressus ecclesiæ donec, fuerit satisfactū ad arbitrium epi. Et notanter dr ad arbitrium: quia non tenētur satisfacere ad dictum epi: nisi arbitrio boni viri sunt arbitratus. Sed quid, pone quod eps Pictauien protulit in aliquos suos subditos sniam excommunicationis & mandauit eps, ut tales subditi nō recipientur ad diuina? Certum est, quod tales non debēt ad diuina admitti. Sed quid? quia licet eps mandet subditis, vt illos non reciperent ad diuina, non tū mādet exemptis: nunquid exempti possunt tales excōicatos admittere ad diuina? Rńdet quod non, & si cōtrariū fecerint, incurrunt prædictā pœnā: quia eis est interdictus ingressus ecclesiæ, & efficiuntur irregulares. in c. is qui de sent. excom. inf. eo. lib. (Conceditur.) vt in capitulo ... inf. de sent. excom. eo. lib. l. bassa voce, & ianuis clausis

clausis. Nota primo, q diuina officia non debent populo celebrari in locis interdictis, & celebrantes in locis interdictis incurrunt graues pœnas, & maiores pęnas incurrunt exempti, quam non exempti. l. presbyteri C. de episco. & cler. vbi magis puniendi sunt illi, qui plurimũ honoris a principe susceperũt: ideo si exempti delinquãt grauius sunt puniendi, quam cęteri. Item quia illi priuilegiati confidentes de suis priuilegijs, prius cæteris violabãt interdictũ: ideo propter frequentiam delicti ordinatum fuit, q plus cęteris punirentur. Nota vlterius iuncta gloss. q celebrans præsente excommunicato non est irregularis: sed est ei interdictus ingressus ecclesię: tamẽ est proximus irregularitati: quia si se immisceat diuinis, efficitur irregularis. ca. is qui. de sen excõ. isto met libro. Nota vlterius, q appellatione sacramentorum Ecclesiæ, non venit sepultura. Nota insuper, q decreti appellatione cõprehenditur constitutio iuris communis. Quid autem sit proprie decretum vide glo. supra eodem libro de reb. eccl. non alienan. c. 2. No. finaliter, quod eadem pœna punitur faciens celebrare diuina in loco prohibito qua punitur celebrans, ad hoc cle. grauis. de sent excomm. Dom.

interdicto, vltra quam a iure permittitur scienter sunt irregulares inf. de sen. exc. is qui, sed si præsentib. excõmunicatis celebrant, secus, vt ibi, & sup. dixi.

[Glo. sequ. primo ostendit vicinitatẽ irregularitatis: secundo tractat, an in non exemptis locum habeat illa pœna.

† vide cl. ex frequẽtibus. de sent. excõ. Cald. cõsi. 4. titu. de sen. excõ. & late Feli. in cap a nobis ext. de except.

† Ciuitatis appellatione q͞d veniat vide per Fel. in cu. Rodul. extra. de rescri.

rum, [a] † & aliorum prælatorum querelis frequentibus, & querulosis clamoribus excitati, præsenti decreto duximus statuendum, ne aliqui seculares aut regulares quantumcumque exemptionis seu libertatis Sedis Apostolicæ priuilegijs communiti, [b] cuiuscumque ordinis, religionis, status, vel conditionis existant [illegible]enter celebrent, vel faciant celebrari diuina in ciuitatibus, † castris, villis (nisi quatenus eis a iure conceditur) seu locis alijs interdictis [c] ab ordinarijs, [d] siue delegatis [e] iudicibus, uel a iure: [f] aut excommunicatos publice, vel interdictos ad diuina officia, [g] seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam [h] admittant. Qui uero contra præsumpserint, præter alias pœnas, a iure statutas, [i] ingressum [k] ecclesiæ sibi nouerint interdictum, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, [l] † satisfecerint competẽter.

¶ Idem.

¶ Primo ponit, quando eximitur ecclesia quid importet. Secundo, quando ipsius canonici. Tertio, quando clerici. Et ista ordinate declarat in qualibet partium affirmatiue, & negatiue loquendo, sec. Io. And.

CAP. IX.

PER † EXEM-

† al. contẽpserint

† Io. Mo. in pdi decre. cui. Io. And.

† Præter dector. hic vide Dec. cons. 33.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Episcoporum.] Interdictus est ingressus Ecclesiæ regularibus, vel secularibus, quantumuis exemptis, qui scienter celebrant, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus vel locis interdictis, nisi secundum permissionem iuris: vel excommunicatos, vel interdictos publice ad diuina officia, sacramenta, vel sepulturam admittunt. hoc dicit hodie aggrauata est pœna, quod dic, vt de sepult. in clem. cos. & in clemen. de senten. excommu. ex frequentibus.

b ¶ Communi.] de formis videbitis. j. co. tit. si Papa.

c ¶ Interdicti.] vide cle. de sen excom. c. 1.

d ¶ Ordinarijs.] sic sup. eo. tit. cum & plantare.

e ¶ Delegati.] ergo interdicere possunt. ad idem supra de offi. dele. c. 1. & c. sane 2.

ADDITIO. Saluo quod habes in extrauag. Bonifa. prouidere attendentes Io. And.

f ¶ Vel a iure.] ut sup. eo. lib. de ele. vbi periculum. §. ciuitas. & sup. de cens. quamquam, & inf. de pœn. fœlicis. in fine.

g ¶ Officia.] celebrans præsente excommunicato maiori excommunicatione, vel interdicto, non est irregularis j. de sen. excom. is qui, vbi de hoc, tunc dum tñ licet celebrare præsentibus interdictis, quod dic, vt j. de sen. excom c. vlti.

h ¶ Sepulturam.] vide cle. de sepul. eos qui.

i ¶ A iure statutas.] sicut diuersa sunt patrata, sic diuersæ prouisiones iuris, si q celebrãt in ciuitate, castris, vel villis, nisi quantum eis a iure permittitur, cõpescantur per ordinarios, sup. e. auctoritate, si celebrãt in loco

k ¶ Ingressum.] hoc adiicit, quia et supra dixi, licet quidam ex istis non sint irregulares: tamen per decretalem istam sunt vicini irregularitati contemnendæ: quia si post hanc ultimo de interdictum in ecclesia celebrauerint, vt prius irregularitatem incurrunt, vt j. de sen. excom. is cui. Sed debes, q quidã in hac decretale, & eius pœnam, dicunt locum habere tantum in exemptis: & ipsum facit, quia in alio maiore pęna sunt digni, quibus cum plurimũ honoris p iussiones principum est delatum, repetiuntur in crimine. C. de epi. & cler. l. presbyteri. Et est canonizata. q. vlti. presbyteri. vnde dicatur hoc statuiũ circa eos tantum, ne priuilegiorum prætextu nigriorum credat auctoritas, C. de priuil. schola l. 2. lib. 12. sed contrarium credo, scilicet hanc decre. & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis per litteram, quæ supra dicit, quantumcumque, &c. quasi dicat decret. ista, quod vult et exemptos nedum non exemptos hac constitutione ligari. ad idem. supra de præb. c. 1. cum sim.

l ¶ Contempserunt.] sic supra de immunit ecclesiar. quoniam.

PER exemptionem.] Eximitur quandoque Ecclesia, quandoque ipsius canonici, quandoque clerici. Ista tria quid importent, ordinate declarat. Et tria facit hæc decreta. quæ satis patent. Secunda ibi, Verum. Tertia ibi, Si autem.

CASVS. Papa per suum priuilegium, vel indultum eximit aliquam Ecclesiam a iurisdictione diœcesani, per viam de formis in c. sequen. quia dicit Papa talem Ecclesiam eximimus a iurisdictione ordinarij: vtrum per hoc videatur Papa non solum exemisse Ecclesiam a iurisdictione ordinarij, sed etiam ministros ipsius Ecclesiæ? Respondetur q non. Vt ponamus, q est aliqua Ecclesia conuentualis, uel collegiata, in qua est rector habens administrationem: Papa illam Ecclesiam eximit a iurisdictione ordinarij sub hac forma: Talem Ecclesiam eximimus, vel per aliam formam. vtrum videatur tantummodo locus exemptus, vel vtrum cum hoc videantur monachi exempti, & etiam rector parochialis, qui est vicarius perpetuus? Rñ. dicet, q per illud priuilegium videtur solum exemisse ipsius monasterij religiosos clericos, & conuersos: sed non videtur exemisse vicarium perpetuum, neque populum ipsius parochię: & ideo ipse vicarius remanebit sub iurisdictione episcopi. Sed quid, ponamus q Papa per suum priuilegium eximit canonicos Ecclesia Pictauien. in qua sunt ministri diuersi status: quia ibi sunt capellani, non tamen sunt canonici

nici: vtrum videantur exempti capellani? Respondet, quod non: et si essent ministri habentes dignitatem: dum tamen non haberent canoniam in Ecclesia Pictauen. Secus si Papa in suo priuilegio est vsus vocabulo clerici, puta quia dixit, Nos eximimus a iurisdictione ordinarij clericos Ecclesiæ Picta.

ptionem [a] Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia [b] & ipsius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam Conuersi, perpetuoque oblati (non autem [c] Ecclesiæ eiusdem Presbyter, qui parochianorum curam [d] habet, quo ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani [e] etiam) intelligantur exempti. † Verum si canonici alicuius Ecclesiæ eximantur, ipsi soli canonici, non autem [f] Ecclesiæ, vel alij eius clerici [g] sunt exempti. Si autem clerici cuiusvis Ecclesiæ eximantur; tunc tam canonici, quam alij clerici eximuntur, non tamen Ecclesiæ: nisi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur.

¶ Idem.

¶ Formas priuilegiorum ponit hæc decretalis, quarum quædam exemptionem conferunt quædam non. Io. And.

CAP. X.

SI PA-

men quia tunc vere exemisset omnes ministros ipsius ecclesiæ. Nota primo, quod exempta aliqua Ecclesia a iurisdictione episcopi, videntur exempti similiter ministri ipsius ecclesiæ: quia ista exemptio Ecclesiæ dicitur exemptio realis, & se extendit ad personas. Nota, quod quando eximitur ecclesia, vel locus exemptus, & etiam ministri illius Ecclesiæ: non tamen vicarius perpetuus deputatus ecclesiæ parochiali: tunc quæ parochiani illius Ecclesiæ per illud priuilegium sunt exempti a iurisdictione diœcesani. Nota, quod appellatione canonicorum veniunt solum habentes canoniam in ecclesia. Nota, quod appellatione clericorum veniunt omnes ministri Ecclesiæ.

[Prima glossa diuidit, dicit quid declaret: & vnde sumpta.]

a ¶ Per exemptionem.] Tria dicit hæc decret. quæ satis patent. Et emanauit declaratiue ad ea, quæ not. Innoc. & Host. supra eod. cum capella. & c. recepimus. Et fuit sumpta de extrauaganti Inno. quæ incipiebat: Ad perpetuam.

ADDITIO. Guil. tamen in Speculo tit. versic. Item, licet, allegabat, c. cum super. quæ in summa dicebat, quod abbas contra Epm agens super exemptione Ecclesiæ monachorum & parochianorum succubuit in vltimo: quia nihil de parochianis in priuilegio dicebatur. Io. And.

[Glo. secunda soluit quæstionem, & remittit.]

b ¶ Ipsa Ecclesia.] cum ratio secundum ea, quæ dixi secundum Ber. sup. eo. c. 1. & sub intelligatur exempta, & bene patet per hoc c. & per decr. illam sup. eo. lib. de præben. quamuis, quod eximit Ecclesiam cathedralem, ne sub generali vocabulo ecclesiarum ciuitatis intelligatur exemisse omnia etiam minora beneficia de Ecclesia, vt ibi dixi.

c ¶ Non autem] subintelligitur exemptus, &c.

d ¶ Curam habet] vnde tales presbyteri habent institui ab Episcopis, & intelliguntur esse perpetui, quia nequeunt absque rationabili causa ex tunc ab Episcopis amoueri sup. eo lib. de capel. mona. c. vnico & hoc casu propter hanc curam & populum non exemptum, prælatus exemptus vadit ad synodum episcopalem sup. eod. tit. & lib. c. Apostolicæ.

[Glo. q. dat simile, secundo obijcit, & soluit.]

e ¶ Parochiani.] sicut aliud est clericus, aliud est populus sup. eo ex parte 1. & infra de sent. excom. si sententia 1. respondit sed huic c. contra videtur contrarium. c. supra de verbo significa. cum clerici vno nomine Ecclesiæ cathedralis, intelligitur solum capitulum, non inferiores clerici, vel conuersi, sed ibi de iuramento loquitur, quod stricte intelligitur, nec extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum, sup. de iureiur. c. penu. iurisdictio autem ita pendet penes Episcopum & capitulum, quod non penes inferiores clericos intelligatur, ergo iuramentum ibi secundum formam iuris communis,

ad idem supra de iureiur. ad nostram 3. supra de verb. sign. super quibusdam.

ADDITIO. Concor. Arch. supra eo. lib. de præben. quamuis 1. sed Ioan. Monach. quid voluerit non capio. Ioan. And.

[Glo. seq. argu. pro Io. & Ber.]

f ¶ Non autem Ecclesia.] bene ergo dixit Ioan. & Ber. qui not. sup. de testa. requisisti. in glos. hic respondet, quod si quid legatur canonicis, non intelligitur legatum Ecclesiæ, per l. si de reb. du. l. ciuibus.

ADDITIO. Vide quod dixi super glo. prælleg. Io. And.

[Gloss. seq. quærit, arguit affirmatiue: & soluit contrariu.]

g ¶ Alij eius clerici] sed nunquid per hoc erunt exempti conuersi, & oblati non clerici? Argumentum, quod sic. 12. q. prima, cap. duo. Contrarium credo per hoc capitulum, quod stricte sumit verba priuilegiorum exemptionis, vt sonant, & quia non reperit de conuersis, & oblatis, vt supra primo responso. quod si voluisset intelligi, expressisset, supra de decimis, ad audientiam. Ad idem supra eod. lib. de ele. ex eo, quod. Ioan And.

SI Papa.] Hæc est optima decre. in materia interpretationis priuilegiorum, primo distinguens inter verba narratiua, & assertiua, ponit sex formas verborum, quæ assertiue prolatæ sapiunt exemptionem: & de vltimis quatuor rationem subdit. Secunda: ibi, Et est idem. ponit alias octo, & sic quattuordecim, vsq; ibi. Non sic. Et ibi ponit tres formas, per quas non datur exemptio vsque ibi, Licet. vbi de formis alijs protestatur. Io. And.

¶ Istud c. ponit formas, per quas potest probari exemptio aliquorum.

CASVS. Episcopus Pictauien. vel eius officialis volebat punire, & corrigere Titium de aliquo excessu, vnde fecit ipsum citari ad comparendum personaliter ad se purgandum super tali excessu: Titius conuentus in termino sibi assignato, comparuit, & opposuit, quod erat exemptus a iurisdictione Epi, & ideo petebat remitti ad suum iudicem, siue conseruatorem suorum priuilegiorum. Certum est, quod intentio Epi, siue eius officialis est fundata de iure com. ideo iste Titius tenetur probare suam exceptionem, sup. eo tit. & lib. c. cum personæ. vnde Titius ad probandum suam exceptionem produxit quoddam instrumentum delegatorum, in quo dicebatur, Conquestus est nobis talis Titius Romanæ Ecclesiæ immediate subiectus, vtrum fuerit sufficienter probata exemptio? Respondet quod non, quia illa verba narratiua non faciunt fidem, sed solum verba dispositiua, nisi in verbis dispositiuis contineretur, quod talis Titius est subiectus Romanæ curiæ. Sed vellem informari, quæ verba sint necessaria ad hoc, quod aliquis dicatur exemi a iurisdictione ordinaria, & per quæ verba potest probari exemptio; Respondet quod pluribus modis pot. probari exemptio, dummodo probetur per vnam de formis, quæ sequuntur in littera, videlicet si dicat Papa in verbis dispositiuis, Nos talem Ecclesiam eximimus a iurisdictione ordinarij. vel sic, Dicimus talem ecclesiã pertinere ad proprietatẽ B. Petri, vel sic, dicimus, vel decla-

† Not. ergo post Petr. Anc. & alios hic, quod per illã exemptionẽ Eps nihil potest in parochianis Inn. c. recepimus sup. eo & ro est secundum Host. quia laici non tam annectuntur Ecclesiæ, quam clerici. Item ista priuilegia, quæ alijs alterius qualitercunque præiudicant, restringuntur: ideo laici non veniunt hic, quia bene in sua, quia omne ius Epo adiudicat, secundum Ioã. And. hic Fons.

a De vario significatione verborum quas habet Ecclesia, ibi not. & in ...ueri. Io. And.

declaramus talem Ecclesiam subiectam Romanæ Ecclesiæ, vel ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinere, vel asserimus talem Ecclesiam nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinere. Sed quid, ponamus, q̄d in verbis assertiuis dixit Papa in suo priuilegio, vel in lnia: Nos talē Ecclesiam asserimus exēptam a iurisdictione ordinarij: vel asserimus talē Ecclesiam spectare ad ius, & ꝓprietatē B. Petri: vtrū sufficienter ꝓbet exēptio? Rñdet. ꝙ sic: Nam oēs Ecclesię de iure cōi spectant ad Romanam Ecclesiā: ideo si Papa in priuilegio suo, vel lnia apposuerit ista verba, ī verbis dispositiuis, vel assertiuis, debent illa verba aliquid operari. Sed quid, qa Papa dixit in suo priuilegio, ꝙ talis Ecclesia potiatur libertate Romanæ Ecclesiæ; vtrū sit ꝓbata sufficienter exēptio? Rñdet, ꝙ sic. Ide si dicat Papa: talis Ecclesia in signum libertatis soluet annuū cēsum. Secus si diceret solum Papa indefinite, ꝙ talis Ecclesia soluet annuū cēsum Ecclesiæ Romanę. Idē si dicat ꝙ in tali Ecclesia nō audeat ordinari⁹ collocare suam sedem, tunc.n. vr̄ talis Ecclesia priuilegiata. Sed quid ponamus, ꝙ Papa dixit in aliqua lnia, vel priuilegio, Nos recipimus tales religiosos talis ordinis i nostros ꝓprios & specialiter, subiectos Romanæ Ecclesiæ, an videantur isti exempti a potestate ordinarij? Respondet, ꝙ sic, Secus si dixisset Papa: Nos tales recipimus in proprios, & speciales filios. Nam per illa verba non viderentur exempti a iurisdictione ordinarij. Idem dicendum est si Papa aliquibus concedat indultum, vel priuilegium, vt a quoquam non possint excommunicari, vel suspendi: & ꝙ in signu huius soluant Ecclesiæ Romanę annuum censum. Nam per illa verba non videntur exempti a iurisdictione ordinarij. Postea dicit Romanus Pontifex in fine, ꝙ ꝓ præsenti non potuit cogitare omnes formas, quibus potest conferri exemptio. Nam per alias formas potest probari exemptio, dummodo constet de mente Papæ. Not. quod posita in lege gratia exempli, non restringūt legem ad casum expressum: sed extenduntur etiā ad alia similia. Nota, quod exemptio appellatur libertas, & quod illam allegans debet eam probare, vide sup. e. tit. & lib. c. cum personæ. Dom. nicus.

† al. dationę.

pa[a] in aliquo priuilegio, vel scriptura non facta principaliter[b] super donatione, † vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis, aliquam Ecclesiam ad ius, & proprietatem Romanę Ecclesię pertinere, vel consimilia verba narret, non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata,[c] nisi de libertate aliter doceatur.

¶ Si autem Ecclesię, vel monasterio exemptionis priuilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando cum de ipsius exemptionis negotio ageretur afferat[d] ipsam Ecclesiam fore exemptam: aut eam iuris beati Petri existere: siue ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesię,[e] vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, aut sine medio,[f] vel etiam simpliciter pertinerē, per hoc plene debet exempta huiusmodi Ecclesia iudicari. Cum enim iure communi, omnes Ecclesiæ per orbem diffusæ ad Romanam Ecclesiam pertineant, si id alicui cōcedatur Ecclesiæ, vel de ea per sententiam iudicetur, ex hoc ipsius comprobatur exemptio, vt priuilegij nihil alias allatura cōcessio, ei cui cōceditur, & sententia nullum aliter datura subsidiū Ecclesiæ, pro qua fertur prærogatiuam (cum verba aliquid operari debeant[g]) conferat gratiæ specialis.

¶ Et est idem[h] si priuilegiū contineat, vel ipse Papa per modum exprimat suprascriptum, quod Ecclesia sit libera: seu quod potiatur Romanæ Ecclesiæ libertate:[i] vel quod in hoc prærogatiua gaudeat speciali, aut si dicat indefinite,[k] quod Ecclesię Romanæ annuum cēsum soluat ad perceptę iudicium libertatis: siue quod ipsam Ecclesiam eximit ab ordinarij † potestate: vel quod non audeat illic episcopus cathedram collocare:[l] aut imperandi, seu ordinationem quamuis leuissimam faciendi, exercere aliquam potestatem.

† al. ordinaria.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

a ¶Si Papa.] formas priuilegiorum ponit hęc decretalis, quarum quædam exemptionem cōtinent, quædam non. Et de hoc not. per Inno. & Hostien. sup. eod. recepimus, & per Host. sup. eo. cum capella.

[Glossa secunda exemplificat.]

b ¶Principaliter.] puta impetrat litteras prælatus super reuocatione rei ecclesiasticæ male alienatæ, quibus dicitur, conquestus est nobis T. prælatus talis Ecclesiæ nobis immediate subiectæ, quod prædecessor eius, &c. vnde talia verba solemus vocare narratiua, non assertiua vnde ī sequitur talia verba narret. ad hoc bene concor. s. e. hac quippe. & quod ibi no. in 1. glossa.

ADDITIO. Vide, quod no. in clem. de proba. litteris in glo. narratiuis. Arch. remittit ad sum. Azo. de fal. cau. adie. & 9. dist. c. 1 ver. itaque in gloss. est hic arg. subdit etiam hic tollit opinionem, quam no. Bernard. de rescript. nonnullis in gloss. sic ergo, vltra medium. Io. And.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

c ¶Probata.] Contra videtur q̄d no. Bern. sup. de censi. cū olim in 1. glo. vbi dicit, ꝙ statur publicæ scripturæ: in qua continetur de finibus episcopatuum. licet ista sint facta ob aliud: sed illud habet locū in ipsa probatione finium, quæ fit per argumenta sup. de pro ba. cū causam, & cui ius commune nō est contrarium, sed hic ius commune est contrarium, & sequeretur hoc casu plena probatione, & ideo secus.

Narratiua verba Papæ probant plene, si sint de suo facto, & super his datur intentio ipsius.

Argumentum a verbis vaci.

d ¶Afferat.] Not quia, sup. dixit, narret. ergo hic de assertiuis, ibi de narratiuis, hodie plene probant narratiuæ litterarum Papalium, si sunt de suo facto, & sup his funditur gratia, vel ipsius intentio: per cle. de probat. litteris & v. de quod ibi no. in gl. aute pen.

e ¶Ecclesiæ.] sup. de test. in integ. cap. 2. de arbi. cum tempore.

f ¶sine medio.] sup. eod. cum olim 1.

[Glo. seq. allegat concor. arg. & remittit.]

g ¶Debeant.] Optime concor. sup. eo. in his. Et concor. quas his alleg. Arch. ibi inuenies in vlt. glo. Et nota arguendum a verbis. sup. de deci. ad audientiam. de quo dic, vt no. 22. q. 5. humana & sup de verb. sig propterea lex tamen non debet imponi verbis, sed econtra. sup. eo. lib. de elect. commissa. ad fi. Io. And.

h ¶Et est idem.] s. quod Ecclesia debet plene iudicari exempta.

i ¶Libertate.] sup. eo. cum olim 2.

k ¶Indefinite.] quia secus s. post determinationē alicuius certæ libertatis concessæ, vt ī. § idem.

l ¶Collocare.] in locis enim exemptis hoc non possunt Episcopi. 16 q. 2. dudum nolo. sup. eod. lib. de offi. ord. cum Episcopus.

[Glossa

Glo. seq. teci. per duplicem obiec. prima ad quid valeat concessio: secunda, de duabus legibus, & vtrique respondet.

a ¶ Non existunt] sed sunt priuilegiati, vt ꝟ. de verb. sign. veniens. i respon recipiendo ergo illos in filios, vt illos recipere in amorem filialē: sicut subdiaconus ordinatus a Papa nō in exēptionem, sed in honorem intelligitur ordinatus: princeps tamen eos, quos in patres elegit, non vult alijs subijci, vt in Auth. constit. quæ de dignit. coll. 6. & si dominus apud acta nominat seruum suum filium, dicitur ei libertatem concessisse C. de latin. lib. tol. l. vnica § similiq; modo sed ibi [illegible] præiudicium: hic autem fieret præiudicium ordinario, cuius iurisdictioni potestas est [illegible]. supra eod. ti. & lib. cum personæ [illegible] peruenit vbi ergo Papa capit [illegible] aliquos speciales subiectos si essent alij subiecti, non essent speciales subiecti. & ideo illa verba exemptionem faciunt. vt s. proxi. responso. Hoc patet etiam supra in quarto exemplo: sumitur enim, quod dicatur specialiter ad Romanam Ecclesiam pertinere, vt ibi. Sed licet aliqui [illegible], non sequitur quod sit specialis subiectus. quia vnius potestatis filius alteri potestati posset esse subiectus. i & ideo aliud hic, aliud ibi.

Similiter si aliqui recipiantur in proprios & speciales subiectos, censentur exempti. Non sic si in proprios & speciales filios Romanæ Ecclesiæ sint suscepti: tales quippe exempti propterea nō existūt.[a] Si verò dicatur simpliciter, quod aliqua ecclesia Romanæ Ecclesię annuū censum[h] soluat: non propter hoc exempta ecclesia dici debet. Idem[c] dicimus si circa aliqua per priuilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persoluendo sequatur, vt si aliquibus ꝙ ab alio quam à Papa, seu eius legato excommunicari, suspendi, aut interdici non possint,[d] vel aliquid aliud specialiter a sede Apostolica sit indultum, vel etiam dicatur, ꝙ in speciales Romanæ Ecclesiæ filios sint assumpti, & sequatur in priuilegio, quod Ecclesiæ Romanæ ad indicium † libertatis percepię annuum censum soluant. His enim & consimilibus casibus sic † insertis priuilegiati articulis, ordinariorum iurisdictioni quantū ad alia sunt subiecti.[e]

¶ Licet autem sic diuersos priuilegiorum, quibus ecclesiæ ac monasteria eximuntur, tenores, ad litium materiam amputandam duxerimus designandos: per hoc tamen alijs exemptionum, si reperiantur, seu aliarum libertatum modis, vel eorum effectibus nolumus aliquatenus derogari.

¶ Idem.

¶ Priuilegiati, vt tempore interdicti celebrare possint diuina clausis ecclesijs, alios etiā extraneos admittere non possunt. Et si fuerit singularis persona super hoc priuilegiata, familiares suos admittit: secus in familia conuentus taliter priuilegiati. Hoc priuilegio non gaudet ille, cuius culpa ponitur interdictum. h. d. Dominicus.

CAP. XI.

Licet † vobis[f] concessum existat,[g] vt interdicti tempore ianuis clausis excommunicatis

Filiatio ergo amorem & priuilegium denotet, specialis subiectio exemptionem.

b ¶ Censum.] non enim omnes ecclesiæ exemptæ soluunt censum: nec omnes, quæ censum soluunt, sunt exemptæ sup. eod. tit. recepimus. vnde non probat hoc esse, &c. C. de probat. ad probationem sup. de oth. delegat. cum contingat

c ¶ Idem dicimus.] scilicet quod non propter hoc exēpta censebitur.

d ¶ Non possint.] de quo dic vt sup. eod. tit. & lib. ne aliqui. Io. An. d[illegible].

{Glo. sequens notat, allegat concordantias, & dat simile.}

e ¶ Subiecti] ergo no. quod vnum & idem verbum diuersificatur [illegible] [illegible] ff. de [illegible] [illegible] quod sæpe § veniens. & C. de verbor. signific. l. qui veniens. vnde [illegible] quod ad [illegible] [illegible] soluat censum, [illegible] [illegible] sup. § & [illegible] post certam libertatem. non propterea vltra id intelligitur exempta, vt hic: & [illegible].

supra de donationibus pastoralis.

Licet.] Sunt quattuor dicta per. § diuisa definientia totidem dubia circa priuilegium de celebrando tempore interdicti.

CASVS. Ponamus quod aliquibus clericis vel religiosis fuerat interdictum per Papam in pęnam delicti per eos commissi, vt non possent celebrare diuina tempore interdicti etiam ianuis clausis: postea isti clerici vel religiosi accesserunt ad Apostolicam sedem, & impetrauerunt indultum & priuilegium, vt tempore interdicti possent diuina celebrare ianuis clausis, non receptis excommunicatis: vtrum poterūt admittere ad diuina transeuntes & peregrinos? Respondet Romanus Pontifex quod non; si contrarium fecerint, incurrunt pœnas à iure inflictas. Et istud verū nisi transeuntes vel peregrini haberent priuilegium, vt possent audire diuina in locis interdictis. Sed ponamus quod ista persona priuilegiata, vt possit audire diuina in locis interdictis, non obstante interdicto, habet aliquos familiares, vel vtrum possit per suos capellanos facere celebrari in locis interdictis? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ sic, secus autem esset dicendum in familiaribus conuentus, & hoc verum, nisi in casu necessitatis, puta si in conuentu omnes essent infirmi vno excepto, tunc illa persona priuilegiata posset talem [illegible] facere celebrare in medio interdicto. Sed quid, ponamus, quod illa persona sit priuilegiata, vtrum possit facere celebrari in locis interdictis, & possit secum introducere eius familiares, habet enim plures [illegible] siue familiares, sunt aliqui, qui non audierunt Missam, vtrum poterit facere celebrare aliam Missam in loco interdicto? Certe non. Nota primo, quod de iure tempore interdicti non est licitum, diuina celebrare. Hodie dic vt in cap. alma mater. infra de sent. excommun. Nota secundo, quod priuilegium non extenditur principaliter ad alias personas quam capellas. Dominicus.

† De materia videlicet latissime in ca. alma mater. ꝟ. de sen. excō.

{Prima glosa dicit quid declaret.}

f ¶ Licet vobis] declarat & notata per Bern. Inn. & Host. c. [illegible] sup. eod. quod nonnullis.

g ¶ [illegible]] per speciale priuilegium. & sic facit ad titulum [illegible] Arch. [illegible].

{Glo.

[Glo. seq. aperit dubium, quod recit. post per modum obiect secundo opponit, & dupliciter soluit.

a ¶ Exclusis.] istud erat, quod inducebat dubitationẽ per eius contrarium, quasi à cõtrario non excõicatos, nec interdictos, & aliũde veniẽtes admittere poterant. & arg. à cõtrario fortissimũ est. ĩ. de his quæ fiũt à prælat. cũ, Apostolica, in fi. sed hoc nõ est verũ, nisi illi super hoc sint priuilegiati, vt patet ꝙ ex quo locus interdictus est, videtur omnib. interdictum ibi audire diuina, nisi super hoc sint priuilegiati: nec priuilegiũ vnius alteri penitus prodest. ad hoc ĩ. e. sane & ꝑterea ante hãc decretalẽ in dubio erat tuti⁹ hoc tenere propter periculũ animarũ, & ideo amplectendum erat de homi. ad audientiam. de spons. iuuenis. Sed oppono ꝙ hęc decret. est superflua: cum hodie sine priuilegio competat tẽpore interdicti taliter celebrare de iure communi, vt ĩ. de sentẽt. excom. ca. vlt. Potest dici, ꝙ iuris in cõcessione per priuilegium dictũ est, idem in cõcessione per ius commune, vt ibi & ideo forte generaliter dixit, sup. concessũ, non dicens qualiter. Vel dic ꝙ ẽt per priuilegium posset habere locum casus noster, & subauditus primæ glossellæ. Pone enim ꝙ Papa interdicendo locum vetuisset celebrari, etiam secũdum formam illius decretalis (sæpe enim propter rebellionem delinquentium aggrauantur pœnæ) & postea concessisset aliquibus celebrare ibi secundum formam illius decretalis: habemus ergo hunc casum dubitabilẽ ad litteram. Contra illam decretalem vide hodie seruari in ciuitate Bononien. tẽpore generalis interdicti, quia religiosi sic priuilegiati admittebant forẽses ad diuina.

casu aliàs priuilegium esse posset inutile: ꝙ esse non dẽt. ĩ. e. in his. sed in hoc sc̃do casu cõuẽtus põt sine familiaribus p se celebrare diuina: & ideo priuilegiũ rest restringẽdũ. sup. eo. vt priuilegia. versus fi. Quid dices si in cõuẽtu nõ sunt nisi tres, & duo sunt infirmi: nunquid tertius posset celebrare cũ familiari? Not. Host. in ꝑdi. decre. ꝙ nonnullis, ꝙ sic: ne inutile sit priuilegiũ: ad instar eius quod dr̃ de singulari persona sup. §. proxi.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ nõ audet hoc tenere, cum priuilegium sit cõuẽtus nõ aliorũ. Aut ergo sol⁹ celebret, aut abstineat secũdũ eũ. sicut ad primũ ꝙ de incluso not. de cõsecr. dist. 1. hoc quoque. I. And.

h ¶ Causa] ad idem sup. eod. ꝙ nonnullis in fi. interdum licet tales admittantur ad auditionem diuinorum tamẽ prohibentur appropinquare altari. ĩ. de sent. excõ. cap. vlt. §. penult.

& interdictis, exclusis,[a] voce submissa diuina celebrare possitis: ad ea tamen aliquos etiam si aliunde venerint (nisi super hoc priuilegiati[b] existant) recipere nulla ratione debetis.

¶ Cum conceditur singulari personę,[c] vt modo præmisso,[d] tempore interdicti celebrare valeat, vel audire diuina: eius familiares † domestici[e] ad audiendum cum ea, & celebrandum sibi diuinũ officium, licite admittuntur.[f] Non sic autem in familiaribus alicuius conuentus, seu collegij est censendũ: illi enim nisi priuilegiati fuerint, admitti nõ debẽt.[g] ¶ Huiusmodi quoq; concessione gaudere non potest is, cuius causa,[h] seu culpa, dolo vel fraude, fuit † sententia interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata extitit, prębuit consilium, auxilium, vel fauorem.

¶ Idem.

¶ Episcopi cum altari viatico celebrare possunt, & sibi facere celebrari, ita tamen quod non violent interdictum. h. d. Ioan. Andr.

CAP. XII.

QVoniam Episcopi[i] † eorumq; superiores se habent diuersis ex causis à suis ecclesijs, & diœcesibus absentare[k] frequẽter, nec semper pñt cõmode[l] ad ecclesias accedere pro Missa celebrãda, vel audiẽda in ipsis, sine qua eos trãsire non decet[m] absq; causa rationabili vllam † diem: Pręsenti

QVoniam.] Primo ponit cõstitutio n. s. causam. Secundo cõcedit episcopis priuilegium altaris viatici. Io. And.

¶ Præsupponendum pro intellectu ca. ꝙ diuina officia maxime Missarum solemnia, non debent celebrari in loco profano, sed in ecclesia.

CASVS. Aliquis eps proficiscitur ad curiam Romanam, vel alium locum. certum est, ꝙ qualibet die dẽt celebrare, vel audire Missam. Sed ponamus, ꝙ non potest commode ire ad ecclesiam pro audiendo vel celebrando Missam: nunquid poterit facere celebrari in itinere cum altari viatico & portatili? Respondet, quod sic, dum tamen illud fiat in aliqua camera honesta: & Missa celebrata poterit iter suum arripere. Nota primo ex hoc cap. ꝙ Missarum solemnia debent celebrari in ecclesia, & non in loco profano. Nota vlterius priuilegium clausum in corpore iuris, quod habet episcopus, vt possit Missam facere celebrari in loco priuato & profano cum altari viatico & portatili, si non habet accessum ad ecclesiam.

[Prima glossa summat.]

i ¶ Quoniam episcopi] cum altari viatico celebrare possunt, & sibi facere celebrari, ita tamen quod non violent interdictum.

k ¶ Absentare.] & si hoc faciunt propter vtilitatem ecclesiæ, censentur esse præsentes. sup. de cleri. non resi. ex parte. peregrinari tamen ad loca remota non debet episcopus sine licentia Papæ de consec. dist. 5. non oportet. & sup. de vo. & vo. redemp. magnæ.

l ¶ Commode.] & sic dicuntur tunc posse. 22. q. 2. faciat. ff. de verb. sign. l. nepos proculo.

ADDITIO. Vide de verb. sign. intelligentia. super 3 glo. Io. Andr.

m ¶ Non decet] inspiciendum ergo est in concessione priuilegij, quid deceat. ad idem sup. eo. lib. de elect. cũ non deceat cum suis concord.

b ¶ Priuilegiati.] vt si accipientes signum crucis pro subsidio terræ sanctę in hoc essent priuilegiati, vel quiuis alij.

ADDITIO. Vide quod dicam circa hæc de sent. excom. cap. in fi. Io. Andr.

c ¶ Personæ.] puta episcopo, regi, comiti, vel baroni.

d ¶ Modo præmisso] scil. cet ianuis clausis, &c.

e ¶ Domestici] intelligo non ob hanc causam in fraudem sumpti. vt ĩ. de verb. sign. c. vlt.

f ¶ Admittuntur.] concor. lex. ff. de preca. l. cum precarium. 2. vbi. si quis precario rogauit, vt in fundo morari liceat, & de suis quoque concessum videtur. ad idem ff. de vsu. & ha. l. 2. § 1. & l. seq. & ff. de verb. obli. l. si stipulatus fuero illud aut illud. ad idem. C. de aduo. diuer. iud. l. restituendæ. vbi dicitur concessum primatibus intelligi concessum & ijs, qui sub eis sunt. ad idẽ. ff. de cond. & demonst. l. municipibus.

[Glossa sequens reddit diuersitatis rationem, quæ... & soluit.

g ¶ Non debent.] & est ratio diuersitatis, quia in primo

[Glo.

† Familiares & domestici qui dicantur, docet Specu. titu. de teste. §. 1. adde glo. in c. litteris verbo, de familia. extra de testib.

† al. fuerit.

a Vide extrau. gentem lin. IV. incip. Malitia huius tẽporis. expressa inter litteras Apostolicas post ... sancta Inquisitionis.

2 Priuilegiũ, an, & quando sit late vel stricte interpretandũ vide Felynũ & Deciũ in c. cum ordinẽ de rescrip.

† Et an appellatione epi veniat electus, vide Felynũ in c. cam te, de rescrip. vers. Tertio restringitur.

† Al. in nulla die.

[Gl. seq. facit quatuor, primo ponit septē indulgentias eporum: secundo alios habentes hoc priuilegium: tertio de ipsius vsu: quarto de ipsius expedientia]

Epi habēt multa priuilegia a iure cōi eis concessa.

a ¶ Indulgemus.] Ista est igitur iuris indulgentia, quā habent episcopi, aliam hēs supra eo quod nonnullis, aliam s. de pœni. & remiss. c. vlt aliam s. eo. lib. de off. deleg. c. 1. aliā de senten. excom quia periculosum. aliā s. de iur. calum ca. fin. aliā de eirā p cle. de ecle Mil dignū [Et de priuil. c. 2.] Eandē indulgētiam habēt Prædicatores & Minores, vt sup eod. in his. 1 & ista indulgentia pōt vti episcopus absque diœcesanorum vel parochialiū presbyterorum licentia absque tamē parochialis iuris præiudicio, vt ibi dicitur. Cū isto autem altari viatico poterit episcopus i pone vadens ad curiā] de manē te campanam dici, dicere vel facere dici missam, & pgere vias suas. & sic non impeditur in dieta: quod fieret, si haberet necesse expectare diem & horam solitā, & opportunitatem ecclesiæ.

1 Ibi dixi an episcopus hinc indulgentium concedere possit. Ioan. And.

constōne indulgemus [a] eisdem, vt altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari, vbicunque absq; interdicti trāsgressione [b] illis permittitur celebrare vel audire diuina.

b ¶ Transgressione.] licet n possint celebrare in loco interdicto, non tamen alta voce & admissis interdictis, & interdictum violando. sup eo. quod nonnullis.

TITVLVS VIII.

De iniurijs & damno dato.

¶ Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.

¶ Repræsalia cōtra personas ecclesiasticas concedi, vel cōcessa extendi non debent: contra facientes (nisi reuocēt intra mensem) singulares sunt excommunicati, vniuersitates interdictæ. Ioan. And.

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

Dictum fuit supra de delictis & criminib. publicis: nunc videndum est de delictis priuatis, cuiusmodi est iniuria ideo post titulos præcedentes annectitur titulus de iniurijs & damno dato, idest de damno, quod punitur per legem Aquiliam.

Etsi] primo ponit prohibitionem causam. Secundo: ibi, vt tamen prohibitionem. Tertio: ibi, isti autem, cum moderat temporis adiunctione infligit pœnam. Dominicus.

¶ Pro intellectu huius c. est sciendū, quid sit pignoratio, prout hic accipitur: Vnde pignoratio hic accipitur, qn alius pro alio exigitur, & appellatur repręsalia, vt quando est guerra inter duos principes, & fiunt treguæ, si aliqs subditus vnius principis delinquat, & nō possit habere iustitia de eo apud suum dominum, princeps alterius dabit ei repręsalias, id est, dabit ei potestatem accipiendi aliquem de illa societate seu patria, & istud appellamus marcham.

CASVS. Aliquis de Anglia vel Alemania, vel alia regione mihi irrogauit iniuriam capiendo bona mea, forte supra mare, non possum habere iustitiā ab eius principe, vnde rex concessit mihi potestatem, vt si possem capere vnum de illa patria, illū retinerem, donec esset mihi satisfactum: Hoc facto reperi episcopum vel clericum de illa patria; Respondet Romanus Pontifex, quod si simpliciter contra homines illius religionis sit mihi concessa marcha, non possum illā extēdere ad psonas ecclesiasticas, vel eorū bona. Sed ponamus, quod de facto accepi aliquā personā ecclesiasticā, vel princeps concessit mihi expresse marcham cōtra personas ecclesiasticas, quæritur qua pęna sum puniendus? Rñdet quod vltra pœnas a iure ciuili introductas, sum excommunicatus: si aut esset vniuersitas, tūc esset interdicta. [Pignorationes.] Istæ pignorationes cōcedebantur in hoc regno tempore guerrarum inter regem Francorum & regem Angliæ. Nota, quod vulgaris loquutio est attendenda seu consideranda, & dēt proferri proprio significato, maxime qñ verbum profertur ab habente imperium. Et dicitur vulgaris loquutio illud, quod dr a plebe & populo. Et sm Ioan. An dēt scribi loquutio p litterā q sicut eloquens; nō autem per c quia descendit a verbo loquor, qd per q. & nō per c. scribitur No. quod pignorationes regulariter sūt prohibita, accipiēdo pignorationes prout hic accipiuntur, scilicet cum alius pro alio capitur: qa regulariter alius pro alio non potest conueniri: etiam maritus p vxore, nec vxor pro marito No quod repręsalię concessę homini alicuius regni nō dēnt extendi ad personas ecclesiasticas. Quid de scholaribus: vtrū possint extendi ad scholares? Certe non: auth. habita, ne filius pro parte. C. & licet iste textus loquatur de studentibus in iure ciuili: tamen est eadem ratio in studentibus in aliis facultatibus, maxime in iure canonico Nota pęnam qua puniuntur concedentes pignorationes contra personas ecclesiasticas, vel illa concessa generaliter extendētes ad personas ecclesiasticas. Nota quod vulgaris loquutio quandoque interpretatur vocabulum iuris Et quod quandoque attendimus vulgarem modum loquendi Alibi dicitur quandoque vulgaris quæstio, de pę. dist. 1. vulgaris, & dicitur vulgaris a volo, vis quisque enim facit quod vult, secundum Ioan. And. Dom.

† De materia huius c. præter doctores hic, vide Io. de Ligano tractā. de repsaliis doctores in c. Dñs. 23. q. 2. Iacobū a Canibus, & Martinū Laudensē in trac. de repsaliis, & summistas verbo repræsaliæ.

CAP. VNICVM.

ETsi † pignorationes, [c] quas vulgaris eloquutio [d] repręsalias nominat, in quibus alius pro alio pręgrauatur, [e] tanquam graues

[Prima glo. summat. & construit]

c ¶ Et si pignorationes.] Repręsaliæ contra personas ecclesiasticas concedi, vel concessæ non debent extendi: contra facientes nisi reuocent intra mensem, singulares sunt excommunicati, vniuersitates interdictæ, hoc dicit. Et sic construe; Etsi, id est, quamuis pignorationes sint iure ciuili prohibitæ tanquam graues legibus, & contrariæ naturali æquitati, quas vulgaris eloquutio nominat repręsalias, in quibus alius pro alio prægrauatur, vt tamen, &c.

d ¶ Eloquutio] intelligas quorundam locorum, & no. considerandum qualiter vulgus loquatur, ff. de fun. instruc & instru. lega. l. cum de lanionis §. asinam supero lib. de reb. eccle non alie. hoc consultissimo & sup. de spon. ex litteris.

[Glo seq inducit primo tres conc. secundo soluit tria obstantia; tertio quærit & soluit distinguendo: quarto iterum quærit & soluit.]

e ¶ Prægrauatur] quod esse nō debet, sup. de iis q̄ fiunt a maiori par. c quæsiuit. C de inoffi test. si quis suo. ī. dē reg. iur non dēt. cum suis concor. 1 Nō obstat, quod hæres, bonorū possessor conuenitur pro defuncto; quia eadem persona censetur: idem in successore ad prædecessorem sup. de sol. c. 1. C. si certum pet. l. 1. nec obstat de fideiussore, qui rōne suæ obligationis conuenitur; tñ conuenietur seruato tenore illius auth C. de fideiuss. auth præsente & quod no. inf. de fideius. cap 2. in glo sed quærebat hic Gar. an condēnato debitore intelligatur codemnatus fideiussor? Sol aut est fideiussor cōtractus, aut iudicii. In contractu condemnato debitore non intelligitur condemnatus fideiussor cōtractus, sed agendū erit cū eo actione ex stipulatu. ff. de fideius. l.

a Per q̄ iura, & hæc decre. dicūt Card. & alc. epi scopū nō posse concedere, vt clericus p clerico pignoretur. Gul. hēt hoc p dubio. Ioan. And.

fensores aliquatenus non assumunt: Etiam si sint ipsis dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

10

¶Clemens IIII.

¶ Priuilegiũ Papa, quod quis excommunicari, suspẽdi, vel interdici non possit, non extẽditur ad sententias ordinariorum, nisi tale priuilegium sit cõcessum regibus, reginis, vel ipsorum filijs, vel religioso loco, vel ordini. h. d. Io. And.

20

C A P. V.

NE aliqui [a] de indultis Apostolicis confidentes, alios confidentius in suo iure molestent, & ordinariorum iurisdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias, † & priuilegia, quibuscumque singularibus personis ecclesiasticis, vel secularibus cuiuscunque [b] sint praeminentiae, dignitatis, conditionis, aut status, quod interdici a quocunque, [c] vel excommunicari non possint: nec terrae vel ecclesiae ipsorum ecclesiastico interdicto supponi, sub quacunque forma verborum concessa, [d] (illis per quae regibus, & reginis eorumque filijs, [e] necnon & religiosis quibuscunque, non personarum tantum; sed ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione, [f] in hoc immunitas huiusmodi conceditur dumtaxat exceptis) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariorum sententias, & processus edicto perpetuo prohibemus extendi.

30

40

¶Idem.

¶ Inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ: si sunt exempti in prouincialibus, & episcopalibus concilij vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentib. laminas aut gemmas. Et si non sunt exempti, albis & planis vtantur, in alijs locis vtãtur vt ĩdulta permittũt.

C A P. VI.

VT APOSTO-

50

1 Dicit tñ hic Arch. ꝙ dñi agere pñt, ne eorũ subditi molestentur.

nec iniuriarum, si non sit factum in iniuriam 1 dñi, sed propter speciale odium subditi. Et istud habuerunt pro indubitato, quod dominus in iudicio nomine subditi agere non potest, vt ei satisfieret, cum nec istud eius principaliter intersit, nec sit eius procurator, alioquin eadem ratione ius subditi remittere posset, isti autem exempti, forte vt duriorem causam, adversariorum illorum suorum hominum redderẽt, assumebãt in se causam, vt actores vel rei, quod non licet eis, etiam si illi sint eis censuales, id est, certum censum soluentes: quia non propter id sunt ipsorum serui.

NE aliqui.] Præmittit duplicẽ constitutionis causam: & constitutionem subdit: ibi. Omnes. in qua exceptionem interserit: ibi, Illis.

¶ Dicit Fran. sup. eod. cap. 1. quod priuilegium de quo hic loquimur, Innoc. IIII. concesserat multis laicis, clericis, & religiosis. Sed Alexander omnia illa priuilegia reuocauit præter concessa regibus, reginis, regum filijs, & fratribus, vel similibus personis: quæ antiquitus talem gratiam a Sede Apostolica habuissẽt, & incipiebat illa constitutio, ad perpetuam rei memoriã Clemẽs cuius fuerat hæc constitutio clementius Alexandro, sic temperauit, vt. s. præter exceptos non extenderetur ad sententias ordinariorum, & temperationis causa pulchra fuit, & formosa, quam ponit exordium, & eiusdem Cle. fuit decre. ne aliquis, s. eo. lib. de hære. Io And.

† De dña Iter indulgẽtias, & priuilegia vide I c. cũ personæ. inf. eo. Archi. & Do. 2. q. 1. §. fin. Bal. in c. j. & ca. at si clerici. de iu. & Ioã. de Ana. I c. ex insinuatiõe. de simonia.

CASVS. A sede Apostolica fuit mihi concessum fauore meæ personæ, Vt a quoquam non possem excommunicari, suspendi, vel interdici, & ponamus, ꝙ priuilegio meo non fuit facta expressa mentio de meo ordinario, quia non fuit dictum, concedimus tali priuilegium, vt non possit excommunicari suspendi, aut interdici a quocumque etiam diœcesano suo: sed simpliciter fuit dictum, ut non possem a quocumque excommunicari, suspendi, vel interdici: vtrum per huiusmodi priuilegium adimatur meo diœcesano potestas, ut non possit me excommunicare, interdicere, uel suspendere? Rñder Roman. Pontif. quod non: quia meum priuilegium nõ extenditur ad ordinarium, sed ad alios iudices. Et ista sunt uera, quando priuilegium tale fuit concessum certæ personæ particulari, secus si esset cõcessum alicui ordini uel loco religioso, puta tali monasterio: tunc n. religiosi illius monasterij non possunt excõicari suspendi, aut interdici a quocumque iudice et ab ordinario, sed personæ particulares possunt, nisi essent reges, vel reginæ, vel eorum filii: quia etiam tales personæ particulares non possunt excommunicari, suspẽdi, nec interdici a suis ordinarijs. Nota primo, quod quãque priuilegia tribuunt priuilegiatis materiam alijs iniuriandi. Et hæc est legitima causa reuocandi talia. Nota secundo, differentiam esse inter indulgentiam, & priuilegium, vide de sepultu. in nostra. vide Io. And. de ver. sign. cum olim. Dom.

[Prima gl. summat dicens, quo olim incipiebat.]

a ¶ Ne aliqui.] Priuilegium Papæ, quod quis excõmunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi tale priuilegium sit concessum regib. reginis, vel ipsorum filijs, uel religioso loco, uel ordini; hoc dicit. Et olim decretalis ista extrauagans erat, & incipiebat, quia pro qualitate alias quoniam.

b ¶ Cuiuscunque.] j. moderabitur istud uerbum.

c ¶ A quocumque.] intelligas nisi a Papa, vel legato de latere, infra de verbor. signi. veniens. 1. respõ. & hoc idem priuilegium intelliguntur habere hi, qui sunt recepti in speciales filios Romanæ Ecclesiæ, vt ibi: si autem in speciales subiectos, tunc sunt exempti, infra eodem, si Papa. §. similiter.

d ¶ Concessa.] tolle quod est infra de fratrum nostrorum, & c. relatis sup. illis, & tolle quod est j. duntaxat exceptis, per quæ, &c.

e ¶ Filijs.] est simile quod habes sup. eo. lib. de off. delega. cap. vlti. 2

ADDITIO. Et in Clemen. de bapt. præsenti. Est tamen etiam dissimilitudo, quia decre. vlt. nil dicit de filijs. & decre. præsenti. dicit de liberis, & addit de principibus. Io. And.

60

2 An priuilegium cõcessum vxoribus, vel filijs regũ, duret rege mortuo, tradit hic Ioã. And. Frãcus & alij. faciũt no. in ca. ex parte. sup. de foro comp.

f ¶ Ratione.] sic ergo intelligatur supra eo titu. & lib. cap. 1. §. in alios, & sic nulla correctio, ut ille §. loquatur de priuilegio concesso religiosis, non propter personam, sed propter locum, vel ordinem, ut si ordo Prædicatorum, uel Minorum sit in hoc priuilegiatus, uel monasterium Sancti Proculi. Si autem religiosus aliquis suę prorogatiua personę haberet hoc priuilegium, secus esset.

VT Apostolicæ.] Primo præmittit constitutionis cãm. Secundo constitutionem ponit: ibi, De fratrum. & hæc duo facit: quia primo prouidet de locis cõciliorum: secundo de alijs; ibi, In alijs. Iterum prima

ma statuit de exemptis: Secunda de non exemptis: ibi, Non exempti.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum, quod Eps debet celebrare in vestimentis episcopalibus, quibus est indutus ornamentis Pontificalibus, quæ sunt quatuor. s. mitra, baculus pastoralis, annulus, & compagus: Vnum mitra, quæ habet duo cornua designat duo testamenta, vetus s. & nouum. Et fuit ordinatum, quod Epi haberent mitram ad instar Moysi, qui reuersus fuit cornutus a monte, vbi accepit legem Dei, & ignorabat, quod esset cornutus. Aliud vestimentum est baculus pastoralis, qui dicitur crossa. Aliud est annulus, qui datur Epis in signum matrimonij inter ipsos, & Ecclesiam. Aliud dicitur compagus, siue calligæ Episcopales, quæ alio nomine dicuntur scandalia.

CASVS. Aliquis abbas a sede Apostolica obtinuit, vt posset vti mitra, & alijs ornamentis Episcopalib. iste abbas comparuit in synodo episcopali, vt tenebatur, quia non erat exemptus, vel erat exemptus, tamen habebat populum non exemptum, ratione cuius tenebatur comparere in synodo: & certum est, quod iste abbas debet esse in eodem statu, in quo celebrat missam, & ipse fert mitram pretiosiorem mitra episcopali, puta quia sua mitra in medio habet lapides pretiosos. Item habet laminas aureas, vel argenteas: vtrum possit vti ista mitra? Respondet, quod non poterit vti tali mitra, quantumcunque sit exemptus. Vtrum autem exemptus possit vti mitra aurifrisiata, non habente laminas aut gemmas? Respondet, quod sic: si autem non sit exemptus, vtetur mitra alba, & plana non aurifrisiata, quandiu erit in synodo, & in concilio. Et istud ordinatum fuit, ne detrahat auctoritati, & honori episcopali, quia ignorantes putant, quod ille, qui habet maiores ornatus sit maioris auctoritatis, iuxta illud, Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant. [Ecclesiarum suarum.] vnde matrimonium contrahitur solum inter Episcopum & Ecclesiam, ideo Eps debet portare annullum. Ex quo sequitur, quod alij inferiores prælati non debent portare annulum. Ideo dicit Io. An. quod clericus annulatus aut est Episcopus, aut fatuus, quod verum est, nisi habeat aliam dignitatem, vt quia est doctor, tunc enim in signum matrimonij inter ipsum & scientiam potest deferre annullum [Aurifrisiatis.] idest, non habentes laminas neque lapides pretiosos. Nota primo, quod de iure communi abbatibus, & alijs inferioribus prælatis ab Episcopis non competit vsus mitræ ratione suæ dignitatis. Nota secundo, quod priuilegium licet sit stricte interpretandum: tamen debet taliter intelligi, vt totaliter non frustretur suo effectu. Domi.

[Prima glossa summat decretalem, & illam commendat.

a ¶ Vt Apostolicæ.] inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ, si sunt exempti in prouincialibus, & episcopalibus concilijs vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentibus laminas aut gemmas: & si non sunt exempti albis, & planis vtantur: in alijs locis vtantur, vt indulta permittunt. Æquissima fuit huius decret. prouisio, vt infra patebit.

b ¶ Non competit.] quia sunt ipsi prælati inferiores Epis.

[Glo. seq. sol. quæstionem.]

c ¶ In ecclesiarum suarum.] Idem puto si alicui inferiori prælato personaliter pro ipsius personæ prærogatiuam fuerit priuilegium tale concessum: quod interdum contingit. vt sup. de præsum. cum in iuuentute. vbi propter prærogatiuam personæ, concessum fuit Epo ornamentum archiepiscopale.

d ¶ Sic tamen.] concor sup. eo. c. 1. in pri.

e ¶ Dignitatum.] 100. dist. rationis. hoc vult dicere, veniebat Abbas ditissimus in hoc priuilegiatus ad Concilium episcopale habens pulchriora ornamenta, & mitram episcopalem: ita quod ipse per inspectionem ornatuum videbatur Episcopus. idem in prouinciali, ibi enim in ornamentis præcellebat alios Episcopos, quod satis erat indecens, & scandalizabantur Episcopi, prouidere ergo æquiter voluit, ita quod scandalum tolleret, & priuilegium aliquod conferret. Et nota, quod non est pomposidtate respuendum, imo ratione defendendum, quod Doctores rogati, variati, & ornati incedant, vt per illa dignitas doctoratus appareat, sed sunt scholastici reprehendendi, qui sibi vestes doctoribus solum congruentes assumunt.

f ¶ Vtantur.] forte propter capellas non exemptas, vel propter populum non exemptum.

g ¶ Simplicibus.] vt non solum non habeant laminas, vel gemmas, sed etiam nec aurifrisiatas.

h ¶ Alijs.] a prouincialibus, & episcopalibus synodis, & concilijs, puta cum celebrant in ecclesijs suis, vel alienis.

i ¶ Permittunt.] Inspiciendus est igitur tenor priuilegiorum, & seruandus, infra capitulo proximo, supra eodem porro.

---

† Abbates an dicantur esse prælati vide Gemi in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6.

† vide Bartolomæum Battiā in c. volentes. ex. de off. deleg.

† Et meriti to cum fortiora sint priuilegia data gloriis contemplatione Ecclesiarum, quam contemplatione ipsarum. C. c. proxi. Io. And.

† Vide Antonium Capycium decisione neap. 203.

† Quæ sint insignia doctorat. vel militiæ vide per Signor. de Homodeis Consi. 129.

---

licæ [a] sedis benignitas, quæ nonnullis Abbatibus, † alijsque prælatis, quibus non competit [b] ex propria dignitate, concessit in ecclesiarum [c] suarum gloriam, & honorem, quod mitra † & alijs pontificalibus vti possint: prouideat, ne inde scandala oriantur: si tamen, [d] quod ipsi priuilegiati suorum priuilegiorum non frustentur effectu: & ex maioritate, ac decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum: [e] De fratrum nostrorum consilio præsenti decreto statuimus, vt Abbates & alij, quibus mitræ vsus est ab eadem sede concessus: Exempti quidem in prouincialibus concilijs, (& episcopalibus synodis) quibus nonnulli eorum interesse tenentur [f]) mitris tantummodo aurifrisiatis, non tamen aureas, vel argenteas lamina, aut gemmas habentibus vti possint: Non exempti vero simplicibus, [g] & albis ac planis vtantur. In alijs [h] vero locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis vti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt. [i]

Bonifacius VIII.

¶ In prima parte demonstrat, quid iuris, cum quis solo priuilegio se dicit exemptum. In secunda ibi: Si autem, quid iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia ibi: Quod si tales, quid iuris cum allegat vtrumque. Io. And.

CAP. VII.

CVM † PER-

CVm personæ.] Hæc est prima Bonifacij in titulo. Diuiditur in tres partes, & vltima pars potest sub diuidi. quia primo tractat, quando priuilegium sufficit vel dat causam præscribendi, Secunda ibi, Si vero. quando neutrum horum occurrit.

CASVS. In diœcesi Pictauien. sunt aliqui, qui dicunt se habere priuilegium, vt sint exempti a potestate ordinarij, prætextu quorum priuilegiorum plura nefanda committunt, confidentes de suis priuilegiis ita quod sæpissime exinde oriuntur plura scandala, vtrum Episcopus potest eos compellere, & monere, vt sibi ostendant sua priuilegia, vt videat an sint taliter exempti a sua iurisdictione, quod non possit eos punire pro suis crimi-

criminibus? Respondet, ꝙ potest Episcopus tales exemptos compellere, vt ostendant sua priuilegia sibi Epo, vel suis ꝯmissarijs, & ꝙ Eps, vel eius cõmissarius possit legere priuilegia integraliter: etiam si petatur, ꝙ priuilegia illa exhibeãtur occasione articuli super quo est controuersia: sed tũc habita lectura integrali omnium priuilegiorum non habebit copiã oĩum, sed solũ illius articuli, de quo est cõtrouersia. Sed queritur vltra, nunquid Eps pẽdente ista exhibitione, an priuilegia sua sint sufficiẽtia ad impediendum suam iurisdictionem, poterit in eos exercere suã iurisdictionem? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: Aut enim isti priuilegiati ad fundandam suam intentionem, idest, ad probãdum suam exẽptionem allegant priuilegium exemptionis tm, aut priuilegium, & præscriptionem simul: aut allegant solum præscriptionẽ, & sunt in possessione exemptionis: tũc pẽdente litigio super exhibitione priuilegiorum suorum, nõ poterit Eps eos turbare in sua possessione exemptionis, neque in eos poterit exercere suam iurisdictionem: Si autem allegant solum præscriptionem, quia dicunt præscripsisse libertatem, nõ extinctiue, ita ꝙ nulli subsint: quia non possunt esse acephali, sed dicunt præscripsisse libertatem translatiue: hoc est, non subsunt ordinario naturali, sed alteri. & in isto casu quandiu probabitur præscriptio, reputabunt subditi Epi: ita ꝙ Eps poterit in eos exercere suam iurisdictione. Ratio diuersitatis inter priuilegium & præscriptionem: quia priuilegium est plus fauorabile, quam sit præscriptio, quæ est mere odiosa: ideo pendente iudicio super præscriptione, Eps vtetur iurisdictione sua ordinaria: quamquam reuera talis non sit sibi subditus. [Infamiam] qñque infamiam iuris: nam quędam sunt delicta, quæ ipso iure irrogant infamiam, idest, ipso facto de quibus in l. 1. ff. de quibus irrogatur infamia. Alia sunt delicta, quæ non irrogant infamiam ipso facto, sed p sniam iudicis. [Loco securo.] vbi Eps nõ possit exemptis inferre violentiam: quia forte Eps sibi remoueret eorum priuilegia, & illa non possent recuperare sine magnis laborib⁹, & miserijs. [Integraliter] Licet pro præsenti non sit controuersia de omnibus articulis, sed de vno solo tantum. Not. primo, ꝙ exemptus a iurisdictione ordinarij dicitur habere libertatem. ad hoc j. eo tit. & lib. c. 1. Nota secundo arg. differentiam esse inter priuilegium & indulgentiam. ad hoc s. eod. tit. & lib. cap. ne aliqui vide not. 22. q. 2 in summa & de sepul. in nostra in prin. Don. 1.

[Prima glossa diuidit & summat.]

a ¶Cum personæ.] in prima parte demonstrat, quid iuris cum quis solo priuilegio se dicit exemptum. In secunda: ibi Si autem quid iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia: ibi, Quod si tales quid iuris cum allegat vtrumque.

ADDITIO. Et hæc vltima pars subdiuiditur: quia prima tractat, quando priuilegium, vel tollit, vel dat causam præscribendi. Secunda ibi. Si vero, quando neutrum horum occurrit. Et pro parte sumi potuit ex extrauaganti Alexandri IIII. quæ incipit, quia personæ. de qua etiam mentionem facit Gul. in Spec. de appel. §. restat. versi. si autem iudex, & hoc eod. titu. versicu. & not.

sonæ [a] ecclesiasticæ tam religiosæ, quam seculares plura præsumant, quę ipsis infamiam [b] pariunt, & alijs inferunt læsionem [c], prætextu exemptionis, vel libertatis, quam asserunt se habere: ordinariorum correctiones, & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum siue iudicium declinantes: Nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere, statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia, seu indulgentias Apostolicæ sedis exemptos, a locorum ordinarijs † requisiti, huiusmodi priuilegia, vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos, ipsis ordinarijs in loco cõgruo & securo, [d] aut aliquibus prudentibus [e] viris omni suspicione carentibus, [f] ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra terminum competentem [g] pro facti qualitate ipsorum ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, [h] iusto impedimento [i] cessante ostendere, ac ad legendum integraliter [k] † exhibere, nec non de articulis, de quibus controuersia fuerit, transcriptũ tradere [l] teneantur.

¶ Si autem ad fundandam intẽtionem suam su-

b ¶Infamiam.] sup. tit. prox. c. vnico. prouidendum fuit: quia crudelis est, negligẽdo famam suam. 12. q. 1. nolo.

c ¶Læsionem.] metas enim priuilegiorum suorum seruare debent supra eodem tit. & lib. c. 1. in principio.

d ¶Securo.] ad idem s. de fide instr. accepimus. vñ si locus non est securus, licet parti appellare, supra vt lit. non contest. accedens 2. sup. de app. ex parte 1. & inf. de sen. excom. venerabilibus, § & hoc ipsũ. alia littera est secreto.

ADDITIO. Sed prima verior, secundum Ioan. Mona. & Archid.

e ¶ Prudentibus.] supra de consanguinitate, & affinita. cap. 1.

f ¶Carentibus.] 3. q. 5. quod suspecti. vnde bonum est, quod de ipsorum consensu assumantur. de offi. deleg. super quastionum.

g ¶Competentem.] supra de dila. c. 1. alias posset appellari, vt ibi. consideranda sunt circa hoc, quæ habentur supra de appel. cum sit.

h ¶Moderandum.] sic supra eod. libro de appellatio. legitima.

i ¶Impedimento.] sic sup. eo. lib. de ele. quam sit. & c. cupientes §. quod si. & c. commissa §. 1.

[Glo. seq. rationem reddit, dicens opinio Innoc. approbatam, & Hostien. reprobatam, ad ipsius rationem respondens.]

k ¶Integraliter.] ne pręcedentia, vel sequentia arctent articulum, de quo contendit. ff. quemad. testa. ape. l. 2. §. diem & capite edenda est ratio. ff. de eden. l. arg. notariu: §. 1. & l. 1. §. editiones. & §. edere non videtur, & approbatur hic opin. Inn. qui hoc, quod hic dicitur, notabat supra de fid. instru. contingit. in 2. Et reprobatur opi. Hostien. qui ibi not. contrarium. s. ꝙ priuilegium erat legẽdum, & exhibendum solum in isto capitulo, de quo erat quęstio: nam si totus tenor legeretur, posset lectio dare litigandi materiam, sicut editio, quod est ꝯ mentem istius decre. contingit, quæ debet verbis præterit. de verb. sig. intelligentia, sed non stat huic, sed primæ rationi: nec ita ex simplici lectura oritur litigandi materia sicut ex transcripto, ꝙ pluribus diebus, & noctibus videntes & prælegentes aduocati litigia inde sumunt, vt ibi: & licet vtraque opinio satis habeat æquitatem: prima tamen magis ratione & isto textu fulcitur, & ideo hic approbatur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

l ¶Tradere.] sed quare reus probare cõpellitur, & edere propria instrumenta contra se: contra id sup. de proba. c. 2. C. de eden. l. qui accusare? Dic, quod hic priuilegiatus siue agat, siue excipiat, habet probare ex eo, ꝙ de iure communi intentio episcopi est fundata: & qđ dicit de editione, locum habet in priuata, vel propria scriptura,

† Supplẽt Domini, & Phi seu alij, quorũ iurisdictio fundata ẽ iure cõi, aut statuto, priuilegio notorijs, quia notorium facti, vt late Anch. hic, operatur idẽ, ꝙ notorium iuris. Fõt.

† Tñ nõ ẽ danda copia totius sed illius solũ articuli super quo ꝯtẽditur. c. ꝯtingit de fid. instr. Per. de Anc. ol. le. Bart. in rub. ff. de nou. ope. nũ. vñ legatario peteñ copiã instri tradi i solã particulã ad ipsũ facientẽ. L. piori. ff. de eden. Fõ.

1 In oĩb. codicibus quos vidi te licuit, ꝯtãter legit, secreto.

2 Vide, ꝙ ibi not. in vlt. glo. & ꝙ ibi dicã. Io. A.

scriptura, qua quis vsurus non est, porro in cōi. vel propria scriptura, qua quis vsurus est, locum non habet, ꝙ dic, vt no. in prędicto c. 1. de prob. & sup. de fi inst. G. per petuus. ff. de eden. l. 1. § editiones & in cle de vsu. ex graui. in glo vide quod ibi. Io. And.

a ¶ Solummodo.] qa non simul allegant priu legium, & pręscriptionem, de quo in sequen. § tractabit.

b ¶ Canonicam.] xl. annorum, vt int sequitur cum titulo ꝙ dicit sup. eod. lib. de præscrip. c. 1. Io. And.

[Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit.]

c ¶ Ordinarijs.] Mirum est, quomodo ordinarij cognoscūt in causa sua: contra id. 4. q. 4. ca. 1. C. ne quis in sua causa. in rubro & nigro. Solu ordinarius bene cognoscit de cā ecclesiæ 1 licet non de propria quod dic, ut no 2 quæst. 7. si quis erga. de cleri. male. c. 1. & inf. de pœnis, Romana. Item ordinarius dicit suam esse iurisdictionem, & subditus hoc negat: & bene cognoscit ab sua iurisdictio. 2 supra de rescript. litteras ß. de iud. si quis ex aliena. Sed ad omnē suspicionem vitandam melius est id expedi ri per delegatos, vt se quitur sup. de fo. cōp. si quis contra & ff. de iurisdict. omn. iudic. prætor.

ADDITIO. Idem Io. Mona. Arch. hid. remittit ad not per In noc. de d. la præterea de censib. venerabili. de verb. sign. ex parte. Io. And.

d ¶ Huiusmodi.] canonica, nec potest subditis obedientiam præscribere contra prælatum, quod dic, vt sup. de præscr. cum non liceat.

e ¶ Munitos.] & sic allegans hæc duo sunt, vt sicut, vt sup. de præscr. p. andent. (Vide de hoc . . . verb . . . Abbate) Contra contitu. veniens. dic, vt dixi inf. de reg. iu. nullus pluribus.

ADDITIO. Arch. remittit ad no. 23 dist. quamquam. in gl. si ergo Io. And.

f ¶ Per se.] hoc præscriptione.

g ¶ Prędictis.] sup. . . . & 3 responso

h ¶ Quadraginta annor.] quia minori non currit cōtra ecclesiam. 16 q. 3. c. placuit 3. vet. quas actiones sup. de præscr. de quarta.

i ¶ Violenta.] sic possidentes cum poti debent pœnam, ergo non pręmium. inf. eo. licet. sup. eo. lib. de pręb. n. 2um qui. 15. q. 1. legi.

ADDITIO. Ioann. Monac. allega. de translat. inter corporalia. § sed neque ff. solu. matrimon. § si ab hostibus. Io. And.

[Glo. seq. allegat vnam concor. signat vnum contrarium, & remittit.]

k ¶ Precario.] sic sup. de restit. spol. olim 1. licet. n. ista sit iusta causa possidendi: non dat tā titulum pscribendi, ne ille, qui precario con cessit, ex liberalitate sua illiberalitatē recipiat cōtra naturā ꝯtus ff de preca. l 2.

l ¶ Turbentur.] hoc idem si solum priuilegium allegarent, vt probetur in sequenti § in prin.

m ¶ Iure communi.] 16. quæst. 7. omni basilicæ.

n ¶ In easdem.] not. quantus fauor priuilegio debetur; est enim priuilegium ex se fauorabile, sed præscriptio odiosa. supra de deci. tua. & cap. ex parte, & dixi de hoc inf. de reg. iu odia.

1 Placet Phil. et si allegēt pscriptio. Do. Vide tū Inno. c. venerabili. de ver. sign. Font.

2 Hoc verum si qō sit tātū inter iudicē & partē: & hoc pt: quia ius suum defendit. ca. dilecto & ibi Innoc. de sen. ex cō. si autē esse qō inter partes iudex tāq alteri fauens non scp tonun tribi 40. petentem sec. Dom.

per huiusmodi libertatē solummodo [a] pręscriptionem canonicam [b] duxerint opponendam: eisdem ordinarijs [c] vel delegatis ab eis viris prudentibus non suspectis, de pręscriptione huiusmodi [d] facere debent fidem.

¶ Quòd si tales priuilegio & præscriptione asserant se munitos [e] priuilegium quidem ipsum exhibeant, vt in primo huiusmodi constitutionis articulo superius est expressum. Et si priuilegium exhibitum non ad plenum per se [f] sufficit ad exemptionem seu libertatem huiusmodi comprobandam, sed tale est, quod saltem causam præbeat præscribendi: coram personis prædictis [g] annorum [h] quadraginta præscriptionem teneantur probare: præscriptionisque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure communi fundetur; tamen quia de priuilegio (quod saltem causam præscribendi præbet) faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione, non uiolenta, [i] non clandestina, nec concessa precario, [k] de qua fidem coram eisdem fecerint non turbentur. [l]

¶ Si vero priuilegium per se sufficiens quando solo priuilegio se defendunt, vel saltem tale, ꝙ pręscriptioni canonicæ causam prębet, cum pręscriptionem allegant, non exhibuerint, ut est dictum; cum de iure com muni [m] ordinariorum intentio sit fundata: sua iurisdictione vti possint libere in eosdem; [n] donec de præscriptione canonica (ut pręmissum est) fecerint plenam fidem.

¶ Idem.

¶ Interdictus est ingressus ecclesia regularibus, vel secularibus, quamuis exemptis, qui scienter celebrant, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus, vel locis interdictis, nisi secundum permissionem iuris: vel excommunicatos vel interdictos, publicè ad diuina officia sacramenta vel sepulturam admittunt. hoc dicit. Io. And.

CAP. VIII.

EPISCOPO-

E Piscoporum, & aliorum.] primo ponit quadruplicem prohibitionem: Secundo pœnā adijcit pœnis antiquis: ibi, Qui vero.

CASVS. Propter delictum comitis Pictauien. fuit ciuitas Pictauien. interdicta interdicto generali, & totus comitatus Pictauien. in quo comitatu Pictauien. sunt aliqui exempti, secūdum uetiorem intellectum. qui putantes se non teneri ad interdictum, quod dioecesanus imposuit, eo quia sunt exempti, contemnunt illud interdictū, & celebrant diuina officia ianuis apertis, & alta voce. Certum est, ꝙ a iure antiquo sunt aliquæ pœnæ introductæ contra non obseruantes interdictum. Sed verum vltra illas pœnas sint aliæ pœnæ introductę? Rñdet ꝙ sic: quia est eis interdictus ingressus ecclesiæ donec fuerit satisfactum ad arbitrium epi. Et notanter dr ad arbitrium: quia non tenētur satisfacere ad dictum epi: nisi ut bonus vir sua arbitratus. Sed quid, pone ꝙ eps Pictauien protulit in aliquos suos subditos sententiam excommunicationis, & mandauit eps, ut tales subditi nō reciperentur ad diuina? Certum est, ꝙ tales non debēt ad diuina admitti. Sed quid? quia licet eps mandet subditis, vt illos non reciperent ad diuina, non tū mādet exemptis: nunquid exempti possunt tales excōicatos admittere ad diuina? Rñdet ꝙ non, & si cōtrariū fecerint, incurrunt prædictam pęnā: quia eis est interdictus ingressus ecclesiæ, & efficiuntur irregulares. in c. is qui de sent. excom. lib. (Concedltur.) vt in capi. alium. inf. de sent. excom. eo. lib. l. bassa voce, & ianuis clausis

clausis. Nota primo, quod diuina officia non debent populo celebrari in locis interdictis, & celebrantes in locis interdictis incurrunt graues poenas, & maiores poenas incurrunt exempti, quam non exempti. l. presbyteri C. de episco & cler. vbi magis puniendi sunt illi, qui plurimũ honoris a principe susceperũt: ideo si exempti delinquãt grauius sunt puniendi, quam cęteri. Item quia illi priuilegiati confidentes de suis priuilegiis, prius cæteris violabãt interdictũ: ideo propter frequentiam delicti ordinatum fuit, quod plus cęteris puniantur. Nota vlterius iuncta gloss. quod celebrans præsente excommunicato non est irregularis: sed est et interdictus ingressus ecclesię: tamẽ est proximus irregularitati: quia si se immisceat diuinis, efficitur irregularis. ca. is qui. de sen. excõ. isto met libro. Nota vlterius, quod appellatione sacramentorum Ecclesiæ, non venit sepultura. Nota insuper, quod decreti appellatione cõprehenditur constitutio iuris communis. Quid autem sit proprie decretum vide glo. supra eodem libro de reb. eccel. non alienan. c. 1. No. finaliter, quod eadem pœna punitur faciens celebrare diuina in loco prohibito qua punitur celebrans, ad hoc cle. grauis. de sent excomm. Dom [illegible]

Vide cl. ex frequẽtibus. de sent. excõ. Cald. cõsi. 4. titu. de sen. excõ. & late Fel. in cap a nobis ext. de except.

† Ciuitatis appellatione qui veniat vide per Ech. in cu. Rodul. ex tra. de rescri.

rum, [a] † & aliorum prælatorum querelis frequentibus, & querulosis clamoribus excitati, præsenti decreto duximus statuẽdum, ne aliqui seculares aut regulares quantumcumque exemptionis seu libertatis Sedis Apostolicæ priuilegijs communiti, [b] cuiuscumque ordinis, religionis, status, vel conditionis existant [illegible]enter celebrent, vel faciant celebrari diuina in ciuitatibus, † castris, villis (nisi quatenus eis a iure conceditur) seu locis alijs interdictis [c] ab ordinarijs, [d] siue delegatis [e] iudicibus, uel a iure: [f] aut excommunicatos publice, vel interdictos ad diuina officia, [g] seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam [h] admittant. Qui uero contra præsumpserint, præter alias pœnas, a iure statutas, [i] ingressum [k] ecclesiæ sibi nouerint interdictum, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, [l] † satisfecerint competẽter.

† al. contẽpserint.

¶ Idem.

¶ Primo ponit, quando eximitur ecclesia quid importet. Secundo, quando ipsum canonici. Tertio. quando clerici. Et ista ordinate declarat in qualibet partium affirmatiue, & negatiue loquendo, sec. Io. And.

CAP. IX.

PER † EXEM-

{ Prima glossa summat. }

a ¶ Episcoporum.] Interdictus est ingressus Ecclesiæ regularibus, vel secularibus quamuis exemptis, qui scienter celebrant, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus vel locis interdictis, nisi secundum permissionem iuris: vel excommunicatos, vel interdictos publice ad diuina officia, sacramenta, vel sepulturam admittunt. hoc dicit hodie aggrauata est pœna, quod dic, vt de sepult. in clem. cos. & in clemen. de senten. excommu. ex frequentibus.

b ¶ Communi.] de formis vide bitis. j. eo. tit. si Papa.

c ¶ Interdictis.] vide cle. de sen. excom. c. 1.

d ¶ Ordinarijs.] sic sup. eo. tit. cum & plantare.

e ¶ Delegatis.] ergo interdicere possunt. ad idem supra de offi. dele. c. 1 & c. fine 2.

ADDITIO. Saluo quod habes in extrauag. Bonifa. prouide: attendentes Io. And.

f ¶ Vel a iure.] ut sup. eo. lib. de ele. vbi periculum. §. ciuitas. & sup. de cens. quamquam, & int. de pœn. foelicis. in fine.

g ¶ Officia.] celebrans præsente excommunicato maiori excommunicatione, vel interdicto, non est irregularis j. de sen. excom. is qui. vbi de hoc, nec dum tñ licet celebrare præsentibus interdictis, quod dic. vt j. de sen. excom. c. vlti.

h ¶ Sepulturam.] vide cle. de sepul. eos qui.

i ¶ A iure statutas.] sicut diuersa sunt narrata, sic diuersæ prouisiones iuris, si q. celebrat in ciuitate, castris, vel villis, nisi quantum eis a iure permittitur, cõpescuntur per ordinarios, sup. e. auctoritate, si celebrat in loco interdicto, vltra quam a iure permittitur scienter sunt irregulares inf. de sen. exc. is qui, sed si præsentib. excõmunicatis celebrant, secus, vt ibi, & sup. dixi.

{ Glo. sequ. primo ostendit vicinitatẽ irregularitatis: secundo tractat, an in non exemptis locum habeat illa pœna. }

k ¶ Ingressum.] hoc adiunxit, quia vt supra dixi, licet quidam exempti non sint irregulares: tamen per decretalem illam sunt vicini irregularitati continendi: quia si post huiusmodi interdictum in ecclesia celebrauerint, vt prius irregularitatem incurrunt, vt j. de sen. excom. is qui. Sed debes, quod quidam hanc decretale, & eius pœnam, dicunt locum habere tantũ in exemptis & ptextu faciunt, quia in ultio magis se tunc digni, quibus cum plurimũ honoris præ portionis est delatum, reperiuntur in crimine. C. de ep. l. & cler. l. presbyteri. Et est canonizata. 50. q. vlti. presbyteri. vnde dicatur hoc statutũ circa eos tantum, ne priuilegiorum prætextu negligentium crescat auctoritas, C. de priuil. scho la l. 1. lib. 12. sed contrarium credo, scilicet hanc decre. & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis per litteram, quæ supra dicit, quantumcumque &c. quasi dicat decret. ista, quod vult et exemptos, nedum non exemptos hac constitutione ligari. ad idem supra de præb. c. 1. cum sim.

† Io Mo. in pdi decre. cui. Io. And.

l ¶ Contempserunt.] sic supra de immunit. ecclesiar. quoniam.

PEr exemptionem.] Eximitur quandoque Ecclesia, quandoque ipsius canonici, quandoque clerici illa tria quid importent, ordinate declarat. Et tria facit hæc decreta. quæ satis patent. Secunda ibi, Verum. Tertia ibi, Si aut. in

† Præter doctor. hic vide Dec. cons. 53.

CASVS. Papa per suum priuilegium, vel indultum exemit aliquam Ecclesiam a iurisdictione diœcesani, per vnam de formis in c. sequen. quia dicit Pap. talem Ecclesiam eximimus a iurisdictione ordinarij: vtrum per hoc videatur Papa non solum exemisse ecclesiam a iurisdictione ordinarij, sed etiam ministros ipsius Ecclesię? Respon. sec. quod non. Vt pona. q. quod est aliqua Ecclesia conuentualis, uel collegiata, in qua est rector habens administrationem: Papa illam Ecclesiam exemit a iurisdictione ordinarij sub hac forma: Talem Ecclesiam eximimus, vel per aliam formam. vtrum videatur tantummodo locus exemptus, vel vtrum cum hoc videantur monachi exempti & etiam rector parochialis, qui est vicarius perpetuus? Rñ. ret. quod per illud priuilegium videtur solum exemisse ipsius monasterij religiosos clericos, & conuersos: sed non uidetur exemptus vicarius perpetuum, neque populum ipsius parochię: & so ipse vicarius remanet sub iurisdictione episcopi. Sed quid, ponamus, quod Papa per suum priuilegium exemit canonicos Ecclesiæ Pictauien in qua sunt ministri diuersi status. quia ibi sunt capellani, non tamen sunt canonici

nici: vtrum videantur exempti capellani? Respondet, quod non: et si essent ministri habentes dignitatem, dum tamen non haberent canoniã in Ecclesia Pictauien. Secus si Papa in suo priuilegio est vsus vocabulo clerici, puta quia dixit, Nos eximimus a iurisdictione ordinarij clericos Ecclesiæ Pictauien. quia tunc videretur exemisse omnes ministros ipsius ecclesiæ. Nota primo, quod exempta aliqua Ecclesia a iurisdictione epi, videntur exempti similiter ministri ipsius ecclesiæ: quia vt exemptio Ecclesiæ est exemptio realis, & se extendit ad personas. Nota, quod qñ eximitur ecclesia, et locus, exemptus, & etiam ministri illius Ecclesiæ: non tñ vicarius perpetuus deputatus ecclesiæ parochianis: nec parochiani illius Ecclesiæ per illud priuilegium sunt exempti a iurisdictione diœcesani. Nota, quod appellatione canonicorum veniunt solum habentes canoniam in ecclesia. Nota, quod appellatione clericorum veniunt omnes ministri Ecclesiæ.

ptionem [a] Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia [b] & ipsius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam Conuersi, perpetuoque oblati (non autem [c] Ecclesiæ eiusdem Presbyter, qui parochianorum curam [d] habet, quo ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani [e], etiam) intelligantur exempti. † Verum si canonici alicuius Ecclesiæ eximantur, ipsi soli canonici, non autem [f] Ecclesiæ, vel alij eius clerici [g] sunt exempti. Si autem clerici cuiusvis Ecclesiæ eximantur; tunc tam canonici, quam alij clerici eximuntur, non tamen Ecclesia: nisi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur.

† Not. ergo post Petr. Anc. & alios hic, quod per istã exemptionẽ Eps nihil potest in parochianis Inn. c. recepimus sup. eo & rõ est secundum Host. quia licet non tam ante Ecclesiæ, quam clerici, licẽ ista priuilegia, qualiter aliqualiter preiudicant, restringũtur: rõ autem clerici nõ ueniunt hic, quia bene in iura, quia omne ius Epo adiudicat, secundum Joã. And. hic Font.

[Prima glossa diuidit, dicit quid declaret: & vnde sumpta.]

a ¶ Per exemptionem.] Tria dicit hæc decret. quæ satis patent. Et emanauit declaratiue ad ea, quæ not. Innoc. & Host. supra eod. cum capella. & c. recepimus. Et fuit sumpta de extrauaganti Inno quæ incipiebat. Ad perpetuam.

ADDITIO. Guil. tñ in Spe. eo tit. versi. Item, licet, allegabat c. cum super quæ in summa dicebat, quod abbas contra Epm agens super exemptione Ecclesiæ monachorum & parochianorum succubuit in vltimo: quia nihil de parochianis in priuilegio dicebatur. Io. And.

[Glo. secunda soluit quæstionem, & remittit.]

b ¶ Ipsa Ecclesia.] cum autem secundum ea, quæ dixi secundum Ber. sup. eo c. 1. & sub intelligatur exempta, & bene patet per hoc c. & per decr. illam sup. eo lib. de præben. quamuis, quod exemit Ecclesiam cathedralem, ne sub generali vocabulo ecclesiarum ciuitatis intelligatur exemisse omnia etiam minora beneficia de Ecclesia, vt ibi dixi.

c ¶ Non autem.] subintelligitur exemptus, &c.

d ¶ Curam habet.] vnde tales presbyteri habent institui ab Episcopis, & intelliguntur esse perpetui, quia nequeunt absque rationabili causa ex tunc ab Episcopis amoueri sup. eo lib. de capel. mona. c. vnico & hoc casu propter hanc curam & populum non exemptum, præpositus exemptus vadit ad synodum episcopalem sup. eod. tit. & lib. c. Apostolicæ.

[Glo. seq. dat simile. secundo obijcit, & soluit.]

e ¶ Parochiani.] sicut aliud est clerus, aliud est populus sup. eo ex parte 1. & infra de sent. excom. c. 1. intentia. Respondeo sed huic c. rãlo videtur contra. sit, et supra de verbo signifi. cum clerici vbi nomine Ecclesiæ cathedralis, intelligitur solum capitulum, non inferiores clerici, vel conuersi, sed ibi de iuramento loquitur, quod stricte intelligitur, nec extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum, sup. de iureiur. c. penu. iurisdictio autem ita pendet penes Episcopum & capitulum, quod non penes inferiores clericos intelligatur, ergo iuramentum ibi secundum formam iuris communis,

a De talis significationib. quas hẽt Ecclesia ibi not. & in scđ. Io. And.

ad idem supra de iureiur. ad nostram 3. supra de verb. sign. super quibusdam.

ADDITIO. Concor. Arch. supra eo. lib. de præben. quamuis 1. sed Ioan. Monach. quid voluerit non capio. Ioan. And.

[Glo. seq. argu. pro Io. & Ber.]

f ¶ Non autem Ecclesia.] bene ergo dixit Ioan. & Ber. qui not. sup. de testa. requisisti. in glo. hic respondet, quod si quid legatur canonicis, non intelligitur legatum Ecclesiæ, per l. ff. de reb. du. l. ciuibus.

ADDITIO. Vide quod dixi super glo. præalleg. Io. And.

[Glos. seq. quærit, arguit affirmatiue: & soluit contrariũ.]

g ¶ Alij eius clerici.] sed nunquid per hoc erunt exempti conuersi, & oblati non clerici? Argumẽtum, quod sic. 12. q. prima, cap. duo. Contra. tamen credo per hoc capitulum, quod stricte sumit verba priuilegiorum exemptionis, vt sonant, & quia non repetit de conuersis, & oblatis, vt supra primo responso. quod si voluisset intelligi, expressisset, supra de decimis, ad audientiam. Ad idem supra eod. lib. de ele. ex eo, quod. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Formas priuilegiorum ponit hæc decretalis, quarum quædam exemptionem conferunt quædam non. Io. And.

CAP. X.

Si Pa-

SI Papa.] Hæc est optima decre. in materia interpretationis priuilegiorum, primo distinguens inter verba narratiua, & assertiua, ponit sex formas verborum, quæ assertiue prolatæ sapiunt exemptionem: & de vltimis quatuor rationem subdit. Secunda: ibi, Et est idem. ponit alias octo, & sic quatuordecim, vsque ibi. Non sic. Et ibi ponit tres formas, per quas non datur exemptio vsque ibi, Licet, vbi de formis alijs protestatur. Io. And.

¶ Illud c. ponit formas, per quas potest probari exemptio aliquorum.

CASVS. Episcopus Pictauien. vel eius officialis volebat punire, & corrigere Titium de aliquo excessu, vnde fecit ipsum citari ad comparendum personaliter ad se purgandum super tali excessu: Titius conuentus in termino sibi assignato, comparuit, & opposuit, quod erat exemptus a iurisdictione Epi, & ideo petebat remitti ad suum iudicem, siue conseruatorem suorum priuilegiorum. Certum est, quod intentio Epi, siue eius officialis est fundata de iure cõi, ideo iste Titius tenetur probare suam exceptionem, sup. eo tit. & lib. c. cum personę. vnde Titius ad probandum suam exceptionem produxit quoddam instrumentum delegatorium, in quo dicebatur, Conquestus est nobis talis Titius Romanę Ecclesiæ immediate subiectus, vtrum fuerit sufficienter probata exemptio? Respondeo quod non, quia illa verba narratiua non faciunt fidem, sed solum verba dispositiua, nisi in verbis dispositiuis contineretur, quod talis Titius est subiectus Romanæ curiæ. Sed vellem informari, quæ verba sunt necessaria ad hoc, quod aliquis dicatur exemi a iurisdictione ordinarij, & per quę verba potest probari exemptio; Rñdet quod pluribus modis pót probari exemptio, dummodo probetur per vnam de formis, quæ sequuntur in littera, videlicet si dicat Papa in verbis dispositiuis, Nos talem Ecclesiam eximimus a iurisdictione ordinarij, vel sic, Dicimus talem ecclesiã pertinere ad proprietatẽ B. Petri, vel sic, dicimus, vel

decla-

declaramus talem Ecclesiam subiectam Romanæ Ecclesiæ, vel ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinere, vel asserimus talem Ecclesiam nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinere. Sed quid, ponamus, quod in verbis assertiuis dixit Papa in suo priuilegio, vel in sententia: Nos talẽ Ecclesiam asserimus exẽptam a iurisdictione ordinarij: vel asserimus talẽ Ecclesiam spectare ad ius, & proprietatẽ B. Petri: vtrũ sufficienter, probet exẽptio? Rñdet. quod sic: Nam oẽs Ecclesię de iure cõi spectant ad Romanam Ecclesiã: ideo si Papa in priuilegio suo, vel sntia apposuerit illa verba, in verbis dispositiuis, vel assertiuis, debent illa verba aliquid operari. Sed quid, quia Papa dixit in suo priuilegio, quod talis Ecclesia potiatur libertate Romanæ Ecclesiæ; vtrũ sit, probata sufficiẽter exẽptio? Rñdet, quod sic. Item si dicat Papa, talis Ecclesia in signum libertatis soluet annuũ cẽsum. Secus si diceret solum Papa indefinite, quod talis Ecclesia soluet annuũ cẽsum Ecclesiæ Romanę. Idẽ si dicat quod in tali Ecclesia nõ audeat ordinarius collocare suam sedem, tunc. n. vt talis Ecclesia priuilegiata. Sed quid ponamus, quod Papa dixit in aliqua sntia, vel priuilegio, Nos recipimus tales religiosos talis ordinis in nostros, proprios & speciales, subiectos Romanæ Ecclesiæ, an videantur isti exempti a potestate ordinarij? Respondet, quod sic, Secus si dixisset Papa: Nos tales recipimus in proprios, & speciales filios. Nam per illa verba non viderentur exempti a iurisdictione ordinarij. Idem dicendum est si Papa aliquibus concesserat indultum, vel priuilegium, vt a quoquam non possint excommunicari, vel suspendi: & quod in signu huius soluant Ecclesiæ Romanę annuum censum: nam per illa verba non videntur exempti a iurisdictione ordinarij. Postea dicit Romanus Pontifex in fine, quod propterea non potuit cogitare omnes formas, quibus potest conferri exemptio? Nam per alias formas potest probari exemptio, dummodo constet de mente Papæ. Not. quod posita in lege gratia exempli, non restringũt legem ad casum expressum: sed extenduntur etiã ad alia similia. Nota, quod exemptio appellatur libertas, & quod illam allegans debet eam probare, vide sup. e. tit. & lib. c. cum persona. Dominicus.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret]

a ¶ Si Papa.] formas priuilegiorum ponit hęc decretalis, quarum quædam exemptionem côtinent, quædam non. Et de hoc not. per Inno. & Hostien. sup. eod. recepimus, & per Host. sup. eo. cum capella.

pa [a] in aliquo priuilegio, vel scriptura non facta principaliter [b] super donatione, † vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis, aliquam Ecclesiam ad ius, & proprietatem Romanę Ecclesię pertinere, vel consimilia verba narret, non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata, [c] nisi de libertate aliter doceatur.

¶ Si autem Ecclesię, vel monasterio exemptionis priuilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando cum de ipsius exemptionis negotio ageretur asserat [d] ipsam Ecclesiam fore exemptam: aut eam iuris beati Petri existere: siue ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesię, [e] vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, aut sine medio, [f] vel etiam simpliciter pertinerẽ, per hoc plene debet exempta huiusmodi Ecclesia iudicari. Cum enim iure communi, omnes Ecclesiæ per orbem diffusæ ad Romanam Ecclesiam pertineant, si id alicui cõcedatur Ecclesiæ, vel de ea per sententiam iudicetur, ex hoc ipsius comprobatur exemptio, vt priuilegij nihil alias allatura cõcessio, ei cui cõceditur, & sententia nullum aliter datura subsidiũ Ecclesiæ, pro qua fertur prærogatiuam (cum verba aliquid operari debeant [g]) conferat gratiæ specialis.

¶ Et est idem [h] si priuilegiũ contineat, vel ipse Papa per modum exprimat suprascriptum, quod Ecclesia sit libera: seu quod potiatur Romanæ Ecclesiæ libertate: [i] vel quod in hoc prærogatiua gaudeat speciali, aut si dicat indefinite, [k] quod Ecclesię Romanæ annuum cẽsum soluat ad perceptę iudicium libertatis: siue quod ipsam Ecclesiam eximit ab ordinarij † potestate: vel quod non audeat illic episcopus cathedram collocare: [l] aut imperandi, seu ordinationem quamuis leuissimam faciendi, exercere aliquam potestatem.

[Glossa secunda exemplificat.]

b ¶ Principaliter.] puta impetrat litteras prælatus super reuocatione rei ecclesiasticæ male alienatæ, quibus dicitur, conquestus est nobis T. prælatus talis Ecclesiæ nobis immediate subiectæ, quod prædecessor eius, &c vnde talia verba solemus vocare narratiua, non assertiua vnde ‖ sequitur talia verba narret, ad hoc bene con cor. 1. q. 1. c. hac quippe. & quod ibi no. in 1. glossa.

ADDITIO. Vide, quod no. in clem. de proba. litteris in glo. narratiuis. Archi remittit od' sum. Azo. de fal. cau. adie. & 9. dist. c. 1. vers. atque in gloss. est hic arg. subdit etiam hic tollit opinionem, quam no. B. tractat de rescript. nonnulli. in gloss. hic ergo, vltra medium. Io. And.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Probata.] Contra videtur quod no. Bern. sup. de censi. cũ olim in 1. glos. vbi dicit, quod statur publicæ scripturæ: in qua continetur de bonis episcopatuum. licet ita sint facta ob aliud: sed illud habet locũ in ipsa probatione simium, quæ sit per argumenta sup. de proba. cũ causam, & cui ius commune nõ est contrarium, sed hic ius commune est contrarium, & sequeretur hoc casu plenæ probationes, & ideo secus.

d ¶ Asserat.] Not. quia, sup. dixit, narret. ergo hic de assertiuis, ibi de narratiuis, hodie plene probant narratiuæ in rescriptum Papalium, si sunt de suo facto, & sup. his fundetur gratia, vel ipsius intentio: per cle. de probat. litteris & v. de quod ibi no. in gl. autem pen.

e ¶ Ecclesiæ.] sup. de test. in integ. cap. 2. de arbi. cum tempore.

f ¶ Sine medio.] sup. eod. cum olim 2.

[Glo. seq. allegat concor. arg. & remittit]

g ¶ Debeant.] Optime concor. sup. eo. in his. Et concor. quas ibi alleg. Archi. ibi inuenies in vlt. glo. Et nota arguendum a verbis sup. de deci. ad audientiam. de quo dic, vt no. 11. q. 3. humanæ & sup. de verb. sig. propterea sit tamen non debet in poni verbis, sed rebus. sup. eo. lib. de elect. commissa. ad h. Io. And.

h ¶ Et est idem.] s. quod Ecclesia debet plene iudicari exempta.

i ¶ Libertate.] sup. eo. cum olim 2.

k ¶ Indefinite.] quia secus s. post determinationẽ alicuius certæ libertatis concessæ, vt j. § idem.

l ¶ Collocare.] in locis enim exemptis hoc non possunt Episcopi. 18 q. 2. luminoso. sup. eod. lib. de offi. ord. cum Episcopus.

[Marginalia: † al. datione. — † al ordinaria. — Narratiua verba Papæ probant plene, si sunt de suo facto, & in his datur intentio ipsius. — Argumentũ a verbis valet.]

[Glossa

Glo. seq. teci. per duplicem obiec. prima ad quid valeat concessio: secunda, de duabus legibus, & vtrique respondet.

a ¶ Non existunt] sed sunt priuilegiati, vt j. de verb. sign. veniens. 1 respon. recipiendo ergo illos in filios, vt illos recipere in amorem filialé: sicut subdiaconus ordinatus a Papa nó in exéptionem, sed in honorem intelligitur ordinatus: princeps tamen eos, quos in patres elegit, non vult alijs subijci, vt in Auth. constit. quæ de dignit. coll. 6 & si non minus apud acta nominat suum suum filium, dicitur ei libertatem concessisse C. de lib. lib. tot. l. vnic. § similiq; modo sed ibi sibi soli fit præiudicium: hic autem fieret præiudicium ordinario, cuius iurisdictioni potius est fauédum. supra eod. ti. & lib. cum personæ 11. quæst. 1. peruenit vbi ergo Papa capitulis aliquos speciales subiectos si essent alij subiecti, non essent speciales subiecti. & ideo illa verba exemptionem faciunt. vt s. prox. respondeo Hoc patet etiam supra in quas to exemplo: sufficit enim, quod dicatur specialiter ad Romanam Eccl. siam pertinere, vt ibi. Sed licet aliqui sit filius, non sequitur quod sit specialis subiectus. qui a vnius potestatis filius alteri potestati posset esse subiectus: & ideo aliud hic, aliud ibi, Filiatio ergo amorem & priuilegium denotet, specialis subiectio exemptionem.

Papa recipiedo aliquos in filios, non censetur eos eximere.

1 sicut & filius meus mihi, & alteri pōt esse seruus ff. ad leg. Falc. l. pretia lo. An.

† al. ita, sic scrip. priuilegiati articu.

† al. ita. sic. insertis priuilegiatis articulis &c.

2 Et secundú materiā, vt dicā inf. de sent. exco. si ciuitas. in h. . . io. Andr.

† al. iudicium.

Similiter si aliqui recipiantur in proprios & speciales subiectos, censentur exempti. Non sic si in proprios & speciales filios Romanæ Ecclesiæ sint susceptitales quippe exempti propterea nō existūt.[a] Si verò dicatur simpliciter, quod aliqua ecclesia Romanæ Ecclesię annuū censum[b] soluat: non propter hoc exempta ecclesia dici debet. Idem[c] dicimus si circa aliqua per priuilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persoluendo sequatur, vt si aliquibus ꝙ ab alio quam à Papa, seu eius legato excommunicari, suspendi, aut interdici non possint,[d] vel aliquid aliud specialiter a se de Apostolica sit indultum, vel etiam dicatur, ꝙ in speciales Romanæ Ecclesiæ filios sint assumpti, & sequatur in priuilegio, quod Ecclesiæ Romanæ ad indicium † libertatis perceptę annuum censum soluant. His enim & consimilibus casibus sic † insertis priuilegiati articulis, ordinariorum iuridi-ctioni quantū ad alia sunt subiecti.[e]

¶ Licet autem sic diuersos priuilegiorum, quibus ecclesiæ ac monasteria eximuntur, tenores, ad litium materiam amputandam duxerimus designandos: per hoc tamen alijs exemptionum, si reperiantur, seu aliarum libertatum modis, vel eorum effectibus nolumus aliquatenus derogari.

b ¶ Censum.] non enim omnes ecclesiæ exemptæ soluunt censum: nec omnes, quæ censum soluunt, sunt exemptæ sup. eod. tit. recepimus. vnde non probat hoc esse, &c. C. de probat. ad probationem sup. de offi. delegat. cum contingat.

c ¶ Idem dicimus.] scilicet quod non propter hoc exépta censebitur.

d ¶ Non possint.] de quo dic vt sup. eod. tit. & lib. ne aliqui. Io. Andr.

[Glo. sequens notat, allegat concordantias, & dat simile.]

e ¶ Subiecti.] ergo no. quod vnum & idem verbum diuersificatur secundum adiuncta. ff. de contrahen. emptio l. quod sæpe § veniens. & ff. de verbor. signific. l. qui venena. vnde si inachunde ... quod ad materiam pertinet ... ibertatis soluat censum, ... exempta dicitur, ... & est idem si post certam libertatem ... propterea vltra id intelligitur exempta, ... hic & infra.

supra de donationibus pastoralis.

Licet.] Sunt quattuor dicta per. § diuisa definientia totidem dubia circa priuilegium de celebrando tempore interdicti.

CASVS. Ponamus quod aliquibus clericis vel religiosis fuerat interdictum per Papam in pœnam delicti per eos commissi, vt non possent celebrare diuina tempore interdicti etiam ianuis clausis: postea isti clerici vel religiosi accesserunt ad Apostolicam sedem, & impetrauerunt indultum & priuilegium, vt tempore interdicti possent diuina celebrare ianuis clausis, non receptis excommunicatis: vtrum poterūt admittere ad diuina transeuntes & peregrinos? Respondet Romanus Pontifex quod non, si contrarium fecerint, incurrunt pœnas à iure inflictas. Et istud verū nisi transeuntes vel peregrini habeerent priuilegium, vt possent audire diuina in locis interdictis. Sed ponamus quod ista persona priuilegiata, vt possit audire diuina in locis interdictis, non obstante interdicto, habet aliquos familiares, vel vtrum possit per suos capellanos facere celebrari in locis interdictis? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ sic, secus autem esset dicendum in familiaribus conuentus, & hoc verum, nisi in casu necessitatis, puta si in conuentu omnes essent infirmi vno excepto, tunc illa persona priuilegiata posset talem sanum facere celebrare in medio interdicto. Sed quid, ponamus, quod ista persona sit priuilegiata, vtrum possit facere celebrari in locis interdictis, & possit secum introducere eius familiares, habet enim plures ministros siue familiares, sunt aliqui, qui non audiunt Missam, vtrum potest facere celebrare aliam Missam in loco interdicto? Certe non. Nota primo, quod de iure tempore interdicti non est licitum, diuina celebrare. Hodie dic vt in cap. alma mater. infra de sent. excommun. Nota secundo, quod priuilegium non extenditur principaliter ad alias personas quam expressas. Dominicus.

¶ Idem.

¶ Priuilegiati, vt tempore interdicti celebrare possint diuina clausis ecclesijs, alios extrà extraneos admittere non possunt. Et si fuerit singularis persona super hoc priuilegiata, familiares suos admittit: secum in familia conuictus taliter priuilegiati. Hoc priuilegio non gaudet ille, cuius culpa ponitur interdictum. h. d. Dominicus.

CAP. XI.

Licet † vobis[f] concessum existat,[g] vt interdicti tempore ianuis clausis excommunicatis

† De materia vide latissime in ca. alma mater. j. de sen. exco.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

f ¶ Licet vobis.] declarat & notata per Bern. Ing. & Hostien. sup. eod. quod nonnullis.

g ¶ Exstitat.] per speciale priuilegium. & sic facit ad titulum idem Arch. diaconus.

[Glo. seq. aperit dubium, quod recit. post per modum obiect. secundo opponit, & dupliciter soluit.

a ¶ Exclusis.] istud erat, quod inducebat dubitationē per eius contrarium, quasi à cōtrario non excōicatos, nec interdictos, & aliūde venietes admittere poterant. & arg. à cōtrario fortissimū est ī. de his quæ fiūt à prælat. cū, Apostolica, in fi. sed hoc nō est verū, nisi illi super hoc sint priuilegiati, vt patet qa ex quo locus interdictus est, videtur omnib. interdictum ibi audire diuina, nisi per hoc sint priuilegiati: nec priuilegiū vnius alteri penitus prodest ad hoc ī. e. sane & ptere a ante hāc decretalē in dubio erat tuti hoc tenere propter periculu animarū, & ideo amplectendum erat de homi ad audientiam. de spons. iuuenis. Sed oppono qđ hęc decret. est super flua: cum hodie sine priuilegio competat tēpore interdicti taliter celebrare de iure communi, vt ī. de sentēt. excom. ca. vlt. Potest dici, φ iuris in cōcessione per priuilegium dictū est, idem in cōcessione per ius commune, vt ibi & ideo forte generaliter dixit, sup. concessū, non dicens qualiter. Vel dic φ ēt per priuilegium posset habere locum casus noster, & subauditur primæ glossellæ. Pone enim φ Papa interdicendo locum vetuisset celebrari, etiam secūdum formam illius decretalis (sæpe enim propter rebellionem delinquentium aggrauantur pœnæ) & postea concessisset aliquibus celebrare ibi secundum formam illius decretalis; habemus ergo hunc casum dubitabilē ad litteram. Contra illam decretalem vide hodie tertiam in ciuitate Bononieñ. tēpore generalis interdicti, quia religiosi ex priuileg. aū admittebant forēses ad diuina.

casu aliàs priuilegium esse posset inutile: φ esse non dēt. ī e. in his. sed in hoc scdo. casu cōuētus pōt sine familiaribus p se celebrare diuina: & ideo priuilegiū nest restringēdū. sup. co. vt priuilegia. versus fi. Quid dices si in cōuētu nō sunt nisi tres, & duo sunt infirmi: nunqd tertius posset celebrare cū familiari? Not. Host. in pdi. decre. φ nonnullis, φ sic: ne inutile sit priuilegiū: ad instar eius quod dř de singulari perso na sup. §. proxi.

ADDITIO. Dicit Archid. φ nō audet hoc tenere, cum priuilegium sit cōuētus nō aliorū. Aut ergo solus celebret, aut abstineat secūdū eū. Scit ad primū φ de inclusis not. de cōsecr. dist. 1. hoc quoque. Io. And.

h ¶ Causa] ad idem sup. eod. φ nonnullis in fi. interdum licet tales admittantur ad auditionem diuinorum, tamē prohibentur appropinquare altari. j. de sent. excō. cap. vlt. §. penult.

& interdictis, exclusis, a voce submissa diuina celebrare possitis: ad ea tamen aliquos etiam si aliunde venerint (nisi super hoc priuilegiati b existant) recipere nulla ratione debetis.

¶ Cum conceditur singulari personę, c vt modo præmisso, d tempore interdicti celebrare valeat, vel audire diuina: eius familiares † domestici e ad audiendum cum ea, & celebrandum sibi diuinū officium, licite admittuntur. f Non sic autem in familiaribus alicuius conuentus, seu collegij est censendū: illi enim nisi priuilegiati fuerint, admitti nō debēt. g

¶ Huiusmodi quoq; concessione gaudere non potest is, cuius causa, h seu culpa, dolo vel fraude, fuit † sententia interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata extitit, prębuit consilium, auxilium, vel fauorem.

¶ Idem.

¶ Episcopi cum altari viatico celebrare possunt, & sibi facere celebrari, ita tamen quod non violent interdictum. h. d. Ioan. Andr.

CAP. XII.

C A S V S. Certum est, cum quis prætendit excommunicationem in se latam esse nullam aliqua rationabili causa [quia prætẽdit appellasse legitime antequam in ipsum proferretur excommunicatio & sic erat exẽptus à iurisdictione excõicatoris: Vel dixit, ꝙ in excõicatione fuit expressus error intolerabilis: quia continebat præceptũ, quod erat contra Deum & conscientiam illius, cui præcipiebatur] potest petere absolutionem ad cautelam [si & inquantum indigeat] ad tollendum murmur & scandalũ populi. Sed ponamus, ꝙ excõicator vel aduersarius se opponit, ne iste absoluat ad cautelã: vtrum superior debeat illũ absoluere non obstante oppositione? Rñdet Romanus Pontifex cum distinctione: Aut opponẽs dixit, ꝙ iste fuit excommunicatus pro manifesta offensa, & offert probare infra octo dies, tunc differenda est absolutio per illos octo dies: Et si probatũ fuerit, ꝙ ipse fuit excõicatus pro manifesta offensa non absoluetur nisi præmissa satisfactione & cautione de stando iuri. Si aũt opponens non offeret se probare ĩ. octo dies, ꝙ sit excõicatus pro manifesta offensa: tunc superior eum absoluet ad cautelam. Sed quid, ponamus quod ille, qui fuit excõicatus, dixit excommunicationem esse nullam ꝑ aliquam causam: & non petit absolutionem ad cautelam, sed vult admitti ad probandum illam causam: vtrum pendẽte illo articulo probationis sit euitandus tanquam excommunicatus? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ sic in iudicijs: nam poterit suos debitores conuenire pendẽte illo articulo probationis, & de facto si conueniat, poterũt excipere debitores, ꝙ non tenentur cum ipso processum facere, eo, ꝙ est excommunicatus: nam est sibi imputandum, quare non petit absolui ad cautelam: sed in alijs actib. extraiudicialibus, puta in electione, & postulatione non euitabitur: ideo probatione ista pendente poterit eligi in prælatum alicuius ecclesiæ, sed si postea appareat excommunicatũ esse, nõ tenebit electio de ipso facta. [Innodatũ.] & sic excommunicationem nullam. [In prima,] sequitur solutio ad vtramque quæstionem. [Emenda.] idest, satisfecerit. vel si proponatur, ꝙ fuit excommunicatus pro manifesta offensa, absoluetur præstando cautionem de stando iuri. Nota primo ex prima parte huius c. ꝙ dicens excommunicationem in se latam esse nullam, potest petere absolutionem ad cautelam, nec in hoc est sibi ipsi contrarius, quia per hoc non fatetur se excommunicatum, secus est de illo, qui petit directe absolutionem: quia tunc fatetur se excommunicatum. Nota vlterius iuncta gl. ꝙ sententia excommunicationis lata post appellationem in appellantem legitimam interpositam ex causa rationabili, & vera: alias exprimendo mẽdose causam rationabilem quilibet posset se eximere a iurisdictione sui iudicis. Nota vlterius, ꝙ sententia excõicationis dicitur esse nulla, qñ in ea fuit appositus error intolerabilis: puta, si in excommunicatione dicat iudex: cum alias monuerimus talem Titium, vt Caium occideret, vel vt furtum faceret, vel ne eleemosynam daret: ipse tamen nihilominus noluit ipsum occidere, vel noluit furtum facere, vel eleemosynam dedit, ob quam causam eum in his scriptis excommunicamus, veruntamen respectu eleemosynæ non est verum indistincte, vt excommunicatio dicatur cõtinere errorẽ intolerabilem, si aliquis fuit excõmunicatus eo, ꝙ dedit eleemosynam: nam si aliquis pauper sit contumax, & noluerit iudici obedire, pot iudex monere suos subditos, ne illi pauperi tradant eleemosynam: sed prima facie præceptum de nõ dando eleemosynam esset irrationabile, nisi alias qualificaretur. Nota, ꝙ dicẽs excommunicationem esse nullam, si petat admitti ad probãdum causam nullitatis, pẽdente probatione nullitatis est vitandus in iudicijs, sed in extraiudicijs non est vitandus: imo si sciat pro certo se non esse excommunicatum, licite potest missam celebrare. Nota etiam quod absolutio ad cautelam petitur, quando dicitur nulla excommunicatio ad hoc de offic. deleg. cum contingat. Nota finaliter duos casus, in quibus excommunicatio dicitur nulla.

[Prima glossa summat.]

d ¶ Solet.] Qui petit absolui ad cautelam, dicens excommunicationis sententiam in se latam esse nullam, absoluetur cuiuscunque contradictione non obstante, nisi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifesta offensa. Qui probat se excommunicatum post appellationem, probatione pendente in iudicijs euitabitur, extra iudicium vero non hoc dicit. Ioan. Andr.

e ¶ A nonnullis.] scholasticis, vel iure peritis conflictum rationum habentibus. sic supra de restitu. spol. frequens.

ADDITIO De quibus Philosophus: Dubitare de singulis, non est inutile Ioan. Andr.

[Glo. seq. reci. per q. an etiam delegatus absoluat ad cautelam, ponit duas opi. cõtrarias, ad secundam obiicit. & respondet dupliciter.]

f ¶ Per superiorem.] excommunicatoris, quod dic vt ĩ. eo. per tuas. Et per hanc literam, quæ sic generaliter loquitur

Multos casus Ro. Põt reseruatos refert Host. in sum. ti. de offi. le. §. quid pertinet. & Turrec. in c. huic se. dist. 17 dist.

Vide abb. Fel. & alios ĩ c. Apostol. ext. de exce. vbi multa tradunt de absolutione ad cautelam huc spectãtia.

loquitur dixit Ber. ꝙ quilibet iudex ordinarius & delegatus hanc absolutionem impertiri pôt Inn.& alij contra in delegato, dicentes, ꝙ delegatus ét Papæ non absoluit ad cautelam ex generali causæ commissione, delegata enim potestas est stricti iuris, & id solum potest, quod ei specialiter est cõmissum, & sine quo causa expediri non potest supra de offi.deleg c.1.& c. prudentiam. sed sine absolutione ad cautelam bene potest causa expediri: quia cũ patebit illum excommunicatum, poterit per delegatum in veritate non ad cautelam absolui, vt in ca. prudentiã, sed, quod delegatus Papæ absoluat ad cautelam, videtur expresse. sup. de appell ad præsentiam. Sed qui tenét contrarium dicunt, ꝙ illud fuit propter specialem commissionem. Vel illud in auditoribus: secus in delegatis: quasi auditores habeant ordinariam de hoc, de rescri. auditor. in cle. in 1. glossa.

k ¶ Manifesta.] idest, notoriã, quod dic vt sup. de verb. sign. cum olim. &c. ex parte. vbi de hoc. idem in manifesta cõtumacia, vt j. eodẽ, venerabilibus. §. secus & idem putarem si peteret absolui ad cautelam à sententia excommunicationis canonis, & diceretur casus talis esse, quo absolutio fieri non deberet añ satisfactionem, vt supra eo. lib. de offi. deleg. c. vlt. §. pars vero. & supra de cẽsib quamquam. in fine & de immun. eccles quoniã. in fine. & de heret. quicunque. in prin. cum suis similibus.

sententiam asserit esse nullam, † sine contradictionis [a] obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi? Et an [b] ante absolutionem huiusmodi [c] ijs, qui se offert in iudicio [d] probaturum se post appellationem legitimam excommunicatione innodatum: vel intolerabilem errorem [e] in sententia fuisse patenter expressum: sit in cæteris [f] (excepto probationis illius [g] articulo) euitandus?

¶ In prima igitur dubitatione sic statuimus obseruandum, vt petenti [h] absolutio non negetur, quãuis in hoc excommunicator, vel aduersarius se opponat: [i] Nisi eum excommunicatum pro manifesta [k] dicat offensa. In quo casu terminus octo dierũ, [l] indulgebitur sic [m] dicenti, vt si probauerit quod opponit, non relaxetur [n] sententia, nisi prius sufficiens præstetur emenda: [o] vel competens cautio de parendo iuri, si offensa dubia [p] proponatur.

¶ In secunda vero quæstione statuimus, vt is, qui ad probandam [q] admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ vt actor [r] † in iudicijs attentauerit, in-

[Glo seq. recitetur per quæstionem, an ex causa augeatur dilatio.

l ¶ Octo [a] dierum,] dixit Ber quod hic & supra de resti. spo. frequens. & supra de exceptio pia (de qua tamen dic vt ibi dixi in glos. licet) & vbicunque tertius terminus à iure statuitur: si petatur maior dilatio, negabitur iusta causa cessante: sed si causa subesset, dixit eum audiendum ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c ff ex quib. cau ma. l. primo in fi. & si minor esset, vel ecclesia audiretur, etiam si probationes negligenter infra terminum omisisset, si autem reus ad probandum contrarium peteret dilationem longiorem, danda est secundum eum, & prodest dilatio illa actori, quia si non plene probauerit, adhuc alias plenas probationes inducet C. de tempor. in integ. restit l. petendæ. & sic in his casibus audiretur infra dies statutos: & post etiam si postulat per prædictam legem, petendæ. imo etiam post terminum ipsi reo datum per prædictam legem admitteretur, cum ex facto illius impeditur.

ADDITIO. Dixit Innocentius idem dicendum in exceptione spoliationis, & alij, in quibus certus terminus datus ad aliquid probandum. Ioannes Andreæ.

m ¶ Sic.] scilicet excommunicatum illum pro manifesta offensa.

n ¶ Relaxetur.] etiam ad cautelam, vt formata fuit quæstio.

o ¶ Emenda] in spiritualibus non semper habet locum, ꝙ ante omnia emendet excommunicatur pro manifesta contumacia vel offensa. Pone enim aliquem excommunicatum, quia non fecit se ordinari, promouebitur ne antequam absoluatur? absit & de hoc per Innoc. & modernos supra de præben. pro illorum. (vt ibi scripsi super glossa penultima. & idem hic Archidiaconus. Io. Andr.

p ¶ Dubia.] & sic non ostendit de nullitate prout dicebat. Io. Andr.

q ¶ Ad probandum.] de nullitate s. ꝙ sententia fuerit lata post legitimam appellationem, vel, ꝙ contineat intolerabilem errorem, & c.

r ¶ Vt actor] secus fit vt reus. sup. de. iud. intelleximus. de exce cum inter sup. eo. lib. de rescri. c. 1. & repellitur à iudice etiam reo non opponente. sup. de excep exceptionem.

[Glo. seq. de ratione quærit, & tres reddit.]

s ¶ Extra

ADDITIO. Ber. de quo in princip. huius glossæ in duobus errauit: Primum dixi in textu super versi. nullam. Secundum sumpsi ex eo, ꝙ decreta. per tuas. eo. titu in antiq. dixerat, quod sedes Apostolica consueuerat concedere absolutionem ad cautelam, & quasi intelligeret id inferioribus non licere, dixit hoc nouum per hanc decretalem inductum, ꝙ quilibet, &c. vt sequitur. Sed illa verba non ponebantur ibi ad designandum aliquid speciale in Papa: sed ad instruendum quale remedium posset haberi in illo dubio. Ioã. Andr.

a ¶ Cõtradictionis] ipsius excommunicatoris, vel aduersarij, qui illum fecit excommunicari, vt sup. de appel. qua fronte. & inf sequitur.

b ¶ Et an ante.] secunda quæstio.

c ¶ Huiusmodi.] scilicet ad cautelam. Idem puto ét si non peteret absolui, quia nec compellitur hoc casu, vt sup eo. per tuas.

d ¶ In iudicio.] ibi etiam iudici facienda est probatio. ff. de probat. l. quinquaginta. sup eo. lib. de rescr statutum § cum vero. cum simil.

e ¶ Errorem.] pone exemplum inf. eodem. venerabilibus. § potest. & in his duobus casibus est nulla excõmunicationis sententia, & in alijs, quos dicam j. eo. præsenti.

f ¶ Cæteris.] iudicibus, &c.

g ¶ Illius.] s. de præcedente legitima appellatione.

h ¶ Petenti.] humiliter sup eod per tuas. de of. deleg. cum contingat Potest etiam non petens absolui. 2. q. 5 quanto.

ADDITIO. Vide quod no. de eo qui dux. in ma. significauit. in vlt. glo Io And.

i ¶ Opponat] quia periculum est in mora, iam sic decedere posset: cum & propter peccatum, & propter excommunicationem quis facilius moriatur. 11. q. 3 episcopi. ad idem sup de appel. qua fronte. ff. de appellat. reci. vel non l. vlt.

[Gl. seq. exponit, prorogat dubium, quod per quattuor iura exemplificat.]

† Io Mo. & Hostie. sed Arch. non vult accedere huic dicto. Io. A.

† Dicit Frãe (sed male,) ꝙ idẽ si in iustã ꝙ ẽ falsum. ꝙ patet. j. e. p tuas. ꝙ latius hic refellit Ioã. And.

a Et qñ incipiunt currere, vide Rot. dec 208. I nouis.

† Vide Dec. in c. intelleximus ext. de iudi.

a ¶ Extra iudicium.] quæritur, quare aliud in iudicio, & aliud extra iudicium? Reddebat Ber. 1 super hoc tres rōnes. prima, quia in iudiciis nō tollitur actio, sed differtur ī. eod. lib. de excep pia. & sic non est multum præiudicium. C. de praci Impera. offe. l. quotiens. quia quod differtur, non aufertur. 14. quęst. 5. cap. 1. sed in extraiudicialib. magnū est præiudicium: qa nō sine magno damno à reb. nostris reuocamur. ff. quemadmodū testa aper. l. sed si qs ex signatorib Secūda, qa facilius interdicunt iudicialia, [C. de hęre. qm̄] quā extraiudicialia. ff. de ꝓcura. mutus. § respon cum concor. & ea quæ sunt iuris, quàm ea, quæ sunt facti. ff. de pœnis l. quidam seru. Tertia, quia in iudicio, vbi alium impetimus, lenius impediri debemus, quàm extra iudicium, vbi nullū impetimus: sed tantum iuri nostro innitimur.

1 Et hic Innoc. & Host.

terim euitetur. Extra a iudicium vero in officijs; b postulationibus, & electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur. c

¶ Idem in eodem.

¶ *Excommunicatio lata in participantes excōmunicatis in loquutione & similibus, canonica monitione nō præmissa, non tenet. Ioannes Andrea.*

ADDITIO. Quarta, quia extra iudicium non est pars, nisi iudex medius sicut in iudicio, facit supra de appella sæpe. secundum Hostien. & Joan. Monac. Ioan. Andreæ.

b ¶ In officiis] publicis, vel diuinis. vnde ex quo de appellatione confidit, secure celebrat, vt prius. sup de appe. ad præsentiam nostram & c. dilectus.

[Glo seq. recitetur per quæstionem, an statim efficax sit admissio, soluit & remittit: signat contrarium, & ibi remittit.]

c ¶ Admittatur.] non statim est efficax admissio, sed postea in ꝓcessu apparebit: quia si admissus fuerit ad electionem, postea discutietur de appellatione; & si apparebit prius per eum legitime appellatum, apparebit illum bene admissum; sin autem, apparebit tunc illum excommunicatū. & sic non valere vocem suam, vel dic vt no. supra de appel. pastoralis. in glo. pen. contra inf. eo. licet ibi soluitur in vlt glo.

STatuimus.] Primo ponit prohibitionem de sententia non ferenda cum quadam protestatione: Secūdo dat modum quo ferri potest. ibi, Quod si. Tertio vitiat sententiam aliter latam, & comminatur ferenti: ibi, Aliter. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c est præsupponendum, qđ monitio nō est de substantia excommunicationis, sed est de iustitia: ideo si iudex non præmissa monitione aliquem excommunicet, tenet sententia excommunicationis, sed est iniusta: ideo venit relaxandus in c. sacro. eod. tit. in anti.

CASVS. Episcopus vidit aliquem concubinarium, vel alium criminosum, certum est, qđ nō potest talem excommunicare, nisi monitione præmissa: videlicet, vt eum moneat sub pœna excommunicationis canonicæ, & competenter, vt concubinam dimittat: & si præmissa monitione concubinam non dimiserit, poterit illum excommunicare: Or ponamus, quod aliquis episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus aliquē suum subditum iuste excommunicauit: certum est, quod Christi fideles debent illum excommunicatum euitare in locutione, & aliis actibus, vt rubore confusus recognoscat reatum, & redeat ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, & bonum obedientiæ, & si faciat contrarium, incurrunt sententiam excommunicationis. Episcopus videt aliquos fideles, qui illum excommunicatum nō vitant: in eos tulit sententiam maioris excommunicationis, dicendo: excommunico tales, eo ꝙ communicant, & participant cum tali excommunicato: vtrum teneat excommunicatio. Videbatur quod sic. qa sunt excommunicati minori excōmunicatione: Respondet Romanus Pontifex, quod cum quis vult excommunicare maiori excommunicatione participātes cū excōmunicato, debet illos monere trina & canonica monitione: & si aliter facit, non tenet excommunicatio. Et istud fuit specialiter ordinatū ad refrenandum motus excōmunicationis: quia excommunicatores ad relationem aliquorum facillime mouebantur ad excōmunicandū participantes cū excōicatis. sed vtrum istud sit verum indistincte, quod iudex nō possit excommunicare participantes nō præmissa canonica monitione? Rñdet quod nō: sed tantum in iis, qui participant in crimine damnato. forte aliqua Berta (dissoluto matrimonio) adheret alicui concubinario vnde maritus suus conqueritur: fuit monita per iudicem vt desisteret; & quia monita noluit, desistere, fuit excommunicata: hoc non obstante, aliquis sciens eam esse excommunicatam, vel suus concubinarius communicauit cum ea in crimine damnato: ipse participans est excommunicatus ipso facto. c. si ꝯcubinæ supra eod. t. t. in anti. & vltra iudex potest illum excommunicare absque canonica monitione præmissa; & sic est excommunicatus duplici excōicatione. s. a iure & ab homine. [Ab eo.] secus si ab alio, qa monitio non est de substantia excommunicationis, sed de iustitia, ideo si eps vellet excōicare participantes cum excommunicatis ab alio, q̄ a se, sine monitione nō teneret excommunicatio. Ratio est: qa iudices sunt magis incensi, quando auctoritas eorum ꝯtemnitur q̄ quando ꝯtemnitur auctoritas aliorum. [Et aliis.] si in mensa, in osculo, in salutatione, in choro, & in aliis tendentibus ad cōmodum excommunicati; quia permissum est participare cum excommunicato in damnū ipsius; alias excommunicatus ex dolo suo perciperet commodum, quod est ꝯ. intelleximus. de iud. in antiq. [Damnato.] non præmissa monitione, quia ipso facto incurrunt excommunicationem maiorem, & indigent solēni absolutione, vt in d. c. si ꝯcubinæ. [Indurescat.] Nam cum excommunicatus videt se admitti ad omnes actus, non curat de excommunicatione, quia excōmunicatio non aggrauat ossa; ideo contemnit auctoritatem & claues ecclesiæ, sed cum videt se vitari vt leprosum, dimittit inobedientiam, & reuertitur ad gremium ecclesiæ. Nota primo ex isto cap. quod excommunicatus maiori excommunicatione, vitandus est in loquutione & osculo, vt si forte aliquis canonicus excōmunicatus sit in ecclesia, dum offertur pax, nō debet ab aliis canonicis osculari: alias osculans incurrit excommunicationē minorē. Nota quod licet participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrat minorem excommunicationem, tñ nō potest excōmunicari maiori exꝯmunicatione, nisi prius fuerit monitus, vt desistat ab ista participatione, sed monitione facta si non desistat, poterit excōicari Ex quibus sequitur, ꝙ participans cum excommunicato maiori excōicatione peccat mortaliter, & hoc qñ quis fuit publicatus & denunciatus, sed ante denunciationem non peccat mortaliter, sed solū venialiter, nisi faceret in ꝯtemptum auctoritatis ecclesiæ Nota qđ participans cum excommunicato in crimine dānato, pro quo fuit excommunicatus, potest excommunicari sine monitione Nota vnum casum, in quo monitio debet præcedere sententiam, licet regulariter monitio non sit de substantia sententiæ, sed solum de iustitia Ratio est, quia multotiens iudices videntes se turbatos, indiscrete & iniuste excōicabant participantes, licet de-

CAP. III.

STATVI-

participatione non plene constaret: ideo ad refrenandũ istud, fuit ordinatũ, ꝙ monitio non solum esset de iustitia excõicationis, sed de substantia. Dicitur hic ꝙ participans cum excommunicatis non debet excõmunicari maiori excommunicatione, nisi monitione præmissa, vtrum excommunicator possit facere monitionẽ generalem hoc mõ; Monemus per psentes oẽs & singulos Christi fideles, ne cũ tali excõmunicato cõicẽt, seu participare psumant, edendo & bibendo, loquẽdo sedendo, ambulãdo, aut alia vitę necessaria ministrando, sub pœna excõicatio. nis q̃ elapsus sex dieb. in hic scriptis pferimus, quorũ sex dierũ duos pro primo, duos p scdo & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eiusdẽ assignamus. Vel vtrũ ad hoc ꝙ participantes cũ excõicato maiori excõicatione sint excõicati, requirat, ꝙ fuerint particulariter moniti videlicet, ꝙ moneat Petrũ: & si monitione facta non desistat, ꝙ illum excõicet. Cõis tñ opinio doctorum est ꝙ si iudex intẽdit ex. õicare gñaliter oẽs participantes cum excõicat, dẽt esse monitio gñalis: si vero intendat excõicare particulariter, debet fieri monitio specialis. No. qđ est dare duplicem speciem excõicationis. s. maioris, & minoris, vide de excep. a nobis. Not. finaliter hic tex expressum. qđ faciens actum ↄ legem, puniri debet: licet actus per eum gestus non teneat. ad hoc sup. de reg. non solum. eo lib. de reli. do. c. vnico eo lib. Dominicus.

[Prima gloss. tria fecit, ponit summam, declarationem, & prorogationem.]

a ¶ Statuimus.] Excommunicatio lata in participãtes excõicatis in locutione, & similibus, canonica monitione non pmissa, non tenet. Declaratur autem hæc decret. inf. eo. constitutionem. Et ad sententias interdicti & suspensionis extenditur inf. eo statutum.

ADDITIO. Et illæ duæ sunt in scholis cum ista legendæ: quæ & coniunctæ fuissent, nisi obstitisset diuersitas auctorum. Io. And.

b ¶ Excommunicatis.] maiori excommunicatione.

c ¶ Alijs.] puta osculo, salutatione, mensa, choro, & similibus. [Dabat Host versum.

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.)

Sic enim scienter communicantes excõicato, fiunt excõicati minori excommunicatione ipso iure 11. q. 3. cũ excommunicato & c. qui excommunicauerit, & a quibus repellant hæ excommunicationes, habes. 3. q. 4. Engeltrudam. & de exce. a nobis. de cler. exco. mini. si celebrant. Sunt autem quædam personæ exceptæ, quæ sine hac pœna excommunicato communicant, 11. q. 3. quoniam multos. de senten. excom. quod in dubiis. & ca. inter alia.

ADDITIO. Plenius per Host. in remis. quas dedi. in c. cum desideres in 4. glo. eo. tit. in antiq. ad sum. eod. tit. §. fi. sub §. vtile, Io. And.

d ¶ Monitionem canonicã.] hoc est regulare in excõmunicatione hominis, vt semper præcedat monitio, 1 sup. eod. tit. de sent. excom. sacro. 24. q. 3. de illicita, & dicitur quoad hoc monitio canonica, vt moniti exprimantur nominatim, & tribus monitionib. moneantur, vel vna pro omnibus cum interuallo dierum; nisi necessitas aliud suadeat inf. eo. constitutionem.

[Gloss. seq. allegat tria iura: tractat quęstionem de episcopo cõ cante excommunicato per se: sponit opinionem Ber. & contrariam: in fi. alleg. pro prima.]

e ¶ Constitutionẽ.] supra eodem nuper &c. si concubinæ, & interdum, qui communicat in diuinis excommunicato, ex cõmunicatus est excõmunicatione maiori. vt sup. eo. significauit. quod verum est, si quinq; ↄcurrãt, quæ ibi in textu notantur. Notat autem hic Ber. ꝙ si episcopus communicat in crimine cum excommunicato a se, quod non incurrit maiorem excommunicationem, quia sic communicans peccat in eũ, qui damnauit, & ab eo est absoluendus sup. eo. nuper. sed ista sua sententia se ligare non potuit ff. de arbi. l. pen. ff. de iud. Iulianus. tamen dicit, ꝙ minori excommunicatione ligatus est, a q̃ a iure ↄtrahitur. Alii contradicentes, q & minor & maior excommunicatio s. per communionem in crimine & in locutione contrahitur a iure, non ab homine, & hoc tenet Host. 3 § eo. nuper, probat hoc p verbum quamuis enim & inc. &c quod pene facit, p prima parte, quia abs suitur ab excommunicatione cõmunicans in crimine, ergo non est sententia canonis; quia tunc absoluetur a proprio ordinario.

f ¶ Induresc at.] quia videt se habere communionem hominum, quam non haberet. & inter homines esse est grauis pœna. C. de apostta. hi qui sanctam.

g ¶ Partic pantes.] scilicet in locutione & similibus.

h ¶ Consimili.] scilicet maiori.

ADDITIO. Vt sic contumacia crescente crescat & pœna 31. dist. quoniam in fi. vt lit. non conte. quoniam. §. vlt. Io. And.

i ¶ Non teneat.] not. casum, in quo non tenet ipso iure excommunicationis sñia, & fuit hoc statutum propter episcopos, qui statim excommunicabãt cum participibus: alios dicam inf. eo. præsenti.

k ¶ Pœnam.] sup. eo. sacro, vbi puniuntur, qui absq. monitione non præmissa excommunicant subditos.

ADDITIO. Host. & post eum Io. Mo. & Archid. dicunt ꝙ tenetur interesse 11. q. 3. illud &c. temerarium. Et de sacrilegio 24. q. 3. non in perpetuum, & carebit ad tempus arbitrarium communione hominum & ingressu ecclesiæ. ea. q. de illicita. & ad has pœnas cõtra eum agetur coram ipsius superiore. inf. eo. venerabilibus § 4. Io. And.

Statuimus, [a] † vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis [b] ab eo in locutione & alijs, [c] quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem [d] canonicam excommunicare maiori excommunicatione præsumat: saluis cõstitutionibus [e] contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnatos. ¶ Quod si ex locutione & alijs, quibus participãs labitur in minorem, excommunicatus fortius indurescat: [f] poterit iudex post monitionem canonicam huiusmodi participantes [g] consimili [h] damnare censura. Aliter autem in participãtes excommunicatio prolata non teneat: [i] & proferentes pœnam [k] legitimã poterunt formidare.

¶ Idem in eodem.

¶ Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrũt sententiam, nisi in sententia sint expressi. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. IIII.

QVIA †

Qvia.] ¶ Tria facit. Primo præmittit constitutionis causam. Secundo constitutionem ponit priuilegiantem episcopos: ibi, Nos. Tertio excipit: ibi, Nisi. Et istud verbum, Quia, est redditiuum rationis & causæ. Io. And.

CASVS. Dictum fuit supra eo tit. proxi. c. 1. ꝙ iudex volens suum subditum excommunicare, debet caute & discre-

---

Marginal notes:

† De participantibus cũ excõicatis vide ca. si cut Apostoli 11 q. 3. & ibi late Turrecre. & B. Th. in qõ. additis ad 3. par. q. 23 arti. 1. & 3.

1 Ita cauit cond. Later. sub Inn. iij. c. 47. qđ refert in ca. sacro. de sen. excõ. hic citato per gloss.

† An dispositio huius ca. habeat lo cũ in Cardinali nõ epõ vide Fel. in ca. cũ I iure. eat. d. off. de leg.

2 Non sic in Papa, vt no. sup. eod. nuli. Io. And.

3 Et Inn. ibi, & eo. ti. ꝙ in dubiis, & hoc. mihi placet, vt scripsi sup. gl. colligitur, idẽ hic Ioan. Mo. & Archi. Host. remittit. ad sum. eo. tit. § & § fi. pœna sub §. q. si eps. Ioan. And.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

discrete procedere, quia debet proferre sniam excommunicationis in scriptis, non verbotenus. & in excommunicatione debet exprimere causam rationabilem, & dare copiam ipsius excommunicationis intra mensem excõmunicato, si fuerit requisitus: alias est suspensus ádiuinis: Sed vtrũ illa cõstitutione ligetur eps, q excõmunicauit suũ subditũ sine scriptis, vel si in scriptis, excommunicauit sine causa rationabili, vel noluit dare copiam excommunicationis excõmunicato? Rñdetur, q nõ, quia in constitutione pęnali ponit, vt aliquis faciat tale quid: & q nõ faciẽs incurrat pęnam suspẽtionis vel interdicti, aut excõmunicationis: eps non incurrit illam poenam, nisi de ipso fiat expressa mentio in cõstitutione pęnali, puta si dicatur, q faciẽs tale quid, vel nõ faciẽs, incurrit sniam excõicationis vel suspẽsionis, etiã si fuerit eps, nõ tñ negat, quĩ sententia illa fuerit iniusta, & debeat eps excommunicator cõdemnari in expẽsis, & non possit declarari nulla, vel relaxari, per superiorem. sed eps non incurrunt pęnam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, nisi de ipsis fiat expressa mentio. Nota primo periculosum esse episcopos impeditos fore circa illa, quæ concernunt pontificale officium. Nota secundo, q in generali suspensione non includuntur episcopi, si non exprimantur. Dominicus.

† Etiam si essent verba gñalia quisquis, quilibet. Io. A. Phi. de quo vi de no. c. 2 depb. 5. e. lib. alia cõstitutio ligaret epi gl. c. sciat. c. cupientes. § cętetũ. in ver. suspẽsos. sup. eo. de elec. F.

† Al ita: idẽ in c. al. it. In noc. IV. in coc. Lug.

periculosum [a] est episcopis, & eorum superioribus [b] propter executionem pontificalis officij, [c] quod frequenter incumbit, vt in aliquo casu interdicti vel suspensionis [d] incurrant sententiam ipso facto: Nos deliberatione prouida duximus statuendum, vt episcopi & alij superiores prælati, nullius constitutionis [e] occasione, sententię [f] siue mandati, [g] prædictam incurrant sententiam † vllatenus ipso iure: Nisi in ipsis [h] de episcopis [i] expressa mentio habeatur. [k]

¶ Idem.

¶ Huius decretalis quinque sunt dicta. Primum, quod archiepiscopus sententias latas à subditis suorum suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxet. Secundum, quod generalis sententia archiepiscopi ligat tantum subditos. Tertium, quod pro præteritis vel præsentibus culpis, monitione non præmissa, ab eis lata sententia est iniusta. Quartum, quod pro futuris culpis vel iam commissis, scilicet nisi satisfaciant, excommunicare debent, nisi mora, culpa, vel offensa, vel alia iusta causa subsit. Quintum, quod in vniuersitatem vel collegium non feratur excommunicationis sententia: sed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. Andr.

[Prima glossa exprimit periculum, de quo dicit textus.]

a ¶ Quia periculosum.] Et ideo vitandum. 24. distin. quiescamus. sup. eod. lib. de elect. vbi periculum. ff. de Carbo. l. 1. §. 1. [vel 3. vide de iuramen. calum. c. 1. super glo. 1.] Quia igitur officium episcoporum & superiorum communius & generalius est, & plures grauarentur, si illud impedire contingeret, ideo Papa non tam episcopis quam subditis per hanc constitutionem voluit prouidere, consistit enim illorum officiorum in chrismatis confectione, in frontis chrismatione, ordinum collatione, ecclesiarum & altarium consecratione. & sic multum periculum in suspensione ipsorum.

b ¶ Superioribus.] archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus 1

Glo. seq. recit. per q ponit opinionem antiquam & modernam contrariam, & pro ratione remittit.

c ¶ Officij.] per hanc literam non credebam olim q constitutio ista haberet locum in poenis suspensionum a beneficio, licet Host. contra 5. de elec. cum in cũctis & 5. iar. eo. tit. cupientes 5. eo. lib. tamen hodie non dubito, q etiam in suspensionibus a beneficio, non solum ab officio, ingressu ecclesiæ, vel similibus locum habet hæc constitutio, hoc probatur sup. eo. lib. de elect. si compromissarius. §. huiusmodi. & quæ poterit esse ratio ibi dixi.

d ¶ suspensionis.] secus 2 in excommunicatione 3

1 De Car. vide Fel. i c. q super his ext. d fi. infra.

2 Vide Dec. in c. ptærea in vlt. no. de off. deleg. & Fel. i c. q sup his d fi. infra.

quia in illa priuilegiati non sunt, & noluit Papa eos intantum priuilegiari, q tolleret quo ad eos canonem, si quis suadente. & alios similes. [vt sup. eod. lib. de homic. pro humani.]

ADDITIO. Idem tenent Innocen. Hostien. Io. Mona. Franc. & Archid. Io. Andr.

e ¶ Constitutionis.] s. eo. sacro & ca. cum medicinalis. eod. lib. de solut. c. 1. de elect. cum in cunctis. cum similibus.]

f ¶ Sententiæ.] aliud est constitutio, aliud sentẽtia, vt ī e prox. §. caueant. si ergo Papa vel legatus, vel alius ferat aliquã sententiam suspendendo cõtrafacientes: hęc non comprehendet episcopos.

g ¶ Mandati.] vbi si mandat Papa, q omnes prælati & clerici, soluant tantum pecuniam, suspendendo non soluentes infra terminum assignatũ per tales ergo constitutiones, sententias, & mandata episcopi non comprehenduntur, neglecta enim huiusmodi maiora videntur, quæ specialiter non designantur. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. hoc edictum.

C A P. V.

R O M A-

ADDITIO. Vide de rescri. sedes. super tertia glossa. in antiquis. Io. Andr.

h ¶ Ipsis. constitutione, sententia, vel mandato.

[Glo. seq ponit antiquam litteram, & opinionem Host quam improbat.

i ¶ De episcopis.] nota, q caute puto remotã literam, quæ olim hic erat, quæ sic dicebat, de episcopis & eorum superioribus expressa, &c per quam dicebat Hostien. quod licet in sententia diceretur de episcopis, q non comprehendebantur archiepiscopi: plus dicebat, q si dicebat de episcopis & superioribus, nomine superiorum intelligebantur archiepiscopi, sed non patriarchæ. Ad hoc de rescri. sedes. & omnia iura, quæ inducuntur, ad pęnalia iura restringenda Sed dic contra 3 quia non est superiorem ordinem episcopo reperire, & ob hanc causam Papa se vocat episcopum, vnde eo ipso, q de episcopis exprimitur, veniunt superiores, quia non inspicimus dignitatem, sed officium Pontificale, vt in prin. c.

3 Idẽ Io. Mona.

k ¶ Habeatur.] hic erat olim plus de textu, & erat quædam declaratoria illius decret. solet. quę non habebat rationem, vnde fuit sublata.

ADDITIO Dicebatur ibi, q id quod dicit finis illius capituli, solet. non extenderetur ad sententias episcoporum, vel archiepiscoporum, vt ibi etiam dixi in fine. Io. Andr.

R Omana.] Partes patent per §. Io. And.

C A S V S. Archidiaconus Pictauen. vel abbas monasterij sancti Cypriani, vel alius platus subditus episcopo Pictauen. protulit in aliquem subditum sententiam excommunicationis, qui subditus excommunicatus dixit excommunicationem iniustam, & per hoc adiuit metropolitanum omisso medio, videlicet epo

...vtrum archieps Burdugalensis, qui est metropolitanus, possit cognoscere de iustitia, vel iniustitia ... excõicationis? Dicit ꝙ non, quia non est iudex excõicantis, nec excõcati in prima instantia: nisi sit consuetudo, vt possit adiri metropolitanus omisso epō. c cum cõtingat. de foro cõp l. inote mai ... de iurisd. om ... de emã. li. sed quid sanct ... ille l'ter, ponam ꝙ archiep fec statum protegẽdo sniam excommunicationis generaliter in quoscunque violantes illud statutum. Quaeritur, ad quos se extendit illud statutum: vtrũ ad illos, qui sunt de sua particulari dioecesi tantum, vel ad alios? Respondet ꝙ se extendit solum ad illos, qui sunt de sua particulari, & propria dioecesi: quia non potest facere statuta astringentia subditos totius suae prouinciae & dioecesim suorum suffraganeorum, nisi in negocio communi, & de consensu suorum suffraganeorum. Sed vtrum episcopus vel alius iudex possit ferre sententiam excommunicationis in aliquem non praecedente canonica monitione, ut aliquis perpetrauit aliquod crimen: vtrum possit iudex ecclesiasticus illum excommunicare absq; monitione? Rñdetur quod non: & si de facto excommunicet, illa excommunicatio est iniusta, & relaxabitur per superiorem: tñ tenet excommunicatio. Et hoc verum, qn lata fuit pro criminibus seu excessibus praesentialibus sed pro futuris culpis non poterit ferre excõicationem, nisi culpa vel mora praecesserit: vt iudex in actione personali condẽnauit aliquẽ in reum ad soluendum actori aliquam pecuniae summam infra certum tempus, reus non satisfecit: certum est, quod episcopus poterit illum excommunicare ex tunc, nisi soluat intra tale tempus: vel vt, quod clerici sunt negligentes & remissi in diuino officio, vel si est alia iusta causa vt excommunicator datus in defectum ordinarij, põt excõicare hoc modo: Moneo vos, vt tale beneficium non conferatis infra tale tempus: alioquin, si contrarium feceritis: vos exnunc, prout extunc & econuerso, extunc prout exnunc vos excommunico. Sed vtrum iudex possit excommunicare collegium vel vniuersitatem? Rñdetur ꝙ non. sed si sunt aliqui in vniuersitate culpabiles sunt excommunicandi nominatim: alias si vniuersitas esset excommunicata, quicunq; subrogati postea essent excommunicati: licet non essent culpabiles, ꝙ esse non debet. Nota primo ex isto ca ꝙ archieps non potest relaxare sniam excommunicationis latam à subdito suo suffraganei, et si notorie appareret iniusta: quia non est iudex excõicatoris. Nota ꝙ valet consuetudo, vt posset adiri superior omisso medio: & illa consuetudo dabit excõicato ptãtem adeundi superiorem omisso medio. Nota ꝙ iudex non debet subditum suum excõicare pro delicto, nisi prius ipsum monuerit, vt desistat: si nolit desistere vel satisfacere, poterit illum excõicare: & tunc excõcatio erit iusta, & tenebit: alias esset iniusta, & debebit relaxari per superiorem sine difficultate. Nota quod pro futuris culpis non debet quis excõmunicari, nisi ex causa rationabili, quae debeat mouere iudicem. Nota, ꝙ nõ põt ferri snia excõicationis in corpus vniuersitatis vel collegij sed quid si de facto excommunicentur collegium vel vniuersitas, vtrũ vniuersitas sit excommunicata, vel collegium excõicatum? Aliqui dñt, ꝙ non, quia collegium non est capax istius censurae, vt hic dr. Sed dicit glossa, tenendum est, quod collegium, vel aliud corpus est excommunicatum: & omnes de collegio sunt excommunicati: quod verum est quantum ad istam ecclesiam militantem: & illi qui erunt postea surrogati, debent se tenere pro excõmunicatis: & petere relaxationem à dicta excommunicatione.

na [a] Ecclesia: & infra. ¶ Caeterum interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententias latas ab officialibus archidiaconorum,[b] seu quibus libet aliis iurisdictionẽ habentibus suffraganeorum Remensis ecclesiae subiectis, Remen. archiepiscopus, & eius officiales (omissis ipsis excommunicatoribus) non relaxent: [c] salua contraria super hoc consuetudine, [d] si quam habent.

¶ Porro excommunicationum sniae [e] a Remensi archiepiscopo suisque officialibus generaliter promulgatae, subiectos [f] eiusdẽ iurisdictioni archiepi tantum ligant. Sed nec in specie, [g] nec in genere [h]

[Prima glossa diuidendo summat]

a ¶ Romana] Huius decret. quinque sunt dicta. Primum quod archiepiscopus sententias latas à subditis suorum suffraganeorum non, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxet. Secundum quod generalis snia archiepi ligat tñ subditos. Tertium, quod pro praeteritis vel praesentibus culpis, monitione non praemissa, ab eis lata sententia est iniusta. Quartum, ꝙ pro futuris culpis, vel iam commissis, si non satisfaciant, excommunicare non debent, nisi mora, culpa, vel offensa, vel alia iusta causa subsit. Quintum ꝙ in vniuersitatem, vel collegium, non feratur excommunicationis sententia, sed in illos, qui culpabiles extiterunt Ioan. Andr.

b ¶ Archidiaconorum] vel ipsis archidiaconis, & sic nota inferiores episcopo iurisdictionẽ habere. de hoc 25. distinctio. perlectis. supra de offi ord. cum ab ecclesiarum.

ADDITIO Et hic per Archidiaconum.

c ¶ Non relaxent.] quod si fecerint, non tenet relaxatio, cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum sunt iudices. vt ꝟ. eod. titu venerabilibus. i. responsio Ioan Andr.

d ¶ Consuetudine.] & sic consuetudo in talibus iurisdictionem dat. ad idem sup eo. lib de offic. ord Romana. & de foro compet. Romana. §. 1. [to Mo alleg. de no oper. nũc significantibus. magis proprie facit de praeb referente. quae loquitur de Remen] Idem intelligas si haberet priuilegium super hoc a Papa, ista enim sunt ad hoc paria, priuilegium, & consuetudo 1. questio 3 conquestus. sup de offic. ord. duo simul. cum similibus.

[Glo seq ponit differentiam inter canonem archiepiscopi, & eius sententiam.

e ¶ Sententiae.] canon, quem facit archieps in concilio prouinciali, iste ligat subditos totius prouinciae 18. dist c. vlt. ad hoc de praeb graue. de accu. sicut olim. t. sententia autem lata ab archiepiscopo, puta quicũque furtum fecerit, sit excommunicatus, ist non comprehendit subditos totius prouinciae, sed solius dioecesis suae. & de hac loquitur hic: nec etiam ipsi subditi pro babiliter ignorantes ligantur, vt ꝟ e. li. p. de consti. c. 2. intelligo in delinquentes in dioece ipsius archiepi sic e tes illa sententia ligari, quia iam per delictum effecti sunt subditi. de fo. comp. c. vlt de rap. c. 1. Ratio autem huius dicti est, quia sicut in specie non põt ligare subditum suffraganei sui, sic nec in genere, imo multo minus. arg. de rescrip. pastoralis.

f ¶ Subiectos] & de hoc demum cum in sua dioecesi delinquunt, vt sup. de const c. 2. tempor so

g ¶ Specie.] Excommunico P. quia furtum fecit, vel sacrilegium commisit.

ADDITIO. Vel dicit, excommunico P. quia aedificat vel aedificauit in coemeterio ecclesiae, secundum Innocen. qui idem repetit de generali, de qua in seq glo. Ioan. Andr.

h ¶ In genere.] excommunico omnes, qui sacrilegiũ commiserunt,

i Idẽ In. Hos. I. M. Ar. & Frã. Fa. 8. d. ꝗ ꝟ. vbi vide cum ꝙ hic ponit circa hoc Arc. & in Spe de cõ si ver & no ꝗ hoc. & hoc eo. tit. à nobis. I. A.

pro culpis, & offensis præteritis, vel præsentibus, excommunicationum sententias absque competenti [a] monitione præmissa promulgent: & si contra præsumpserint, iniustas [b] nouerint esse illas.

¶ Caueant etiam, ne tales sententias excommunicationis, † siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris [c] culpis, videlicet si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis sub hac forma: si de illis infra [d] tale tempus minime satisfecerint, proferre præsumant: nisi mora [e] in exhibenda satisfactione, vel culpa, [f] seu offensa [g] præcesserint, quibus meritò ad iniungendam satisfactionẽ huiusmodi, & taliter prohibenda similia inducatur: aut alia rationabilis (quã in ipsis sententiis exprimunt) causa [h] subsit.

¶ In vniuersitatem vel collegium [i] proferri excommunicationis sententiam penitus [k] prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contigeret innoxios huiusmodi sententia irretiri: [l] sed in illos duntaxat de collegio vel vniuersitate, quos culpabiles [m] esse constiterit [1] promulgentur. †

¶ Idem in eodem.

¶ *Prælatus contra potentiam temporalem, etiam spirituali gladio, scilicet ecclesiastica censura se tueri potest. hoc dicit. Ioan. Andr.*

CAP. VI.

DILE-

a ¶ Competenti.] supra eod. sacro. & cap statuimus.
ADDITIO. Et inf. eod. constitutionem & ibi dicam q̃ hic no. Host. de non ferenda sententia, quam iudex credit non proficere. Ioan. And.

b ¶ Iniustas.] non dicit nullas. ligat ergo excommunicatio lata non præmissa monitione tali in casu ĩ. eod. statuimus. incurrit ergo excõmunicator pœnam cõstitutionis supra eo. sacro. saluo eo quod habuisti supra c prox.

[Gl. seq signat contrarium, & tripliciter soluit. Iterum signat contrarium, & soluit.

c ¶ Futuris. [1]] quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem. ff. de vsu l. 1. cõtra ff. si serui. ven. l. regi. cũ ff. de libe. agno. l. si quis. § alimenta. Dic quod tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, ita q̃ statim detur exactio. Vel dic, q̃ lex loquit in vsuris, q̃ sunt odiosę, s. quod nõ condemnabit ad futuras vsuras quæ committuntur ex mora: alias bene prouidet iudex in futurum. C. de vsur. l. I bonę fidei. sicut in alimentis, vt in prædicto §. alimenta. Vel loquitur lex, cum nõ est obligatus, si vero est obligatus incõtinenti, tunc iudex prouidet in futurum: vnde & propter præsentem contumaciam condemnat ad futuras expensas, vt supra de procur. vbi de hoc. & supra de sepul. in nostra. & sup. eod lib. de homi. c. 2. sed quantum ad casum nostrum expresse contradic. s. de sent. excommun. a nobis 1. vbi fertur sententia excommunicationis pro futuro delicto. & sup eo li. de constit c. 2. Solu dic q̃ aliud est, statutum, & aliud sententia; statutum enim bene potest fieri pro futuris delictis hoc modo; statuimus, vt nullus hoc faciat, & qui fecerit, sit excommunicatus ipso facto aliud est sententia, quæ sic profertur: excommunicato Tan si furtũ fecerit, q̃ hoc hic prohibetur. aliud ergo est statutum, & aliud sententia, vt prohibebatur sup. c. prox. & dixi sup eo c. §. porro.

[Glo. seq quærit, & soluit.]

d ¶ Infra tale tempus.] est ne ergo correcta decret. ĩ. de appe. præterea 2. Non: sed declaratum est, quo casu possit hoc modo proferri sententia.

e ¶ Mora.] condemnatus in actione personali, si nõ soluit infra quatuor menses, vt debuit, postea poterit iudex præcipere vt soluat infra certum tempus, aliàs sit excommunicatus, hic enim mora præcessit.
ADDITIO. Inn. & Host. idem ponunt, cum primus terminus fuit hominis. vt quia p̃ceperat iudex, quod infra 10 dies solueret. Ioan. And.

f ¶ Culpa.] quia negligẽtes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, excommunico omnes, qui nõ interfuerunt horis canonicis; hic enim culpa præcessit casum.

[Glo. sequens ponit exemplum: quærit obijciendo & soluit.]

g ¶ Offensa.] vt in coniugato, qui tenuit concubinã, separetur ab ea, & excommunicetur, si vlterius redeat ad ipsam ĩ. eo. si concubinę. Sed dices q̃do erit reperire casum, I quo nõ intercedat mora, culpa, vel offensa? Sol. si statim post cõdẽnationẽ factam [1] in personali iudex præcipit, quod soluat infra certũ tẽpus ferẽdo sñiam excõmunicationis: hic non præcessit mora: vadit ad ecclesiam, inuenit clericos solicitos circa horas: hic nõ intercessit culpa: vel inuenit clericos bene continẽtes; excommunicat eos, q non seruant continentiã: hic non pręcessit offensa.

h ¶ Causa.] pone exemplum sup. de re iu. ita. cõstitutis. sed ibi p̃cesserat offensã pro parte. sed potest poni in executorib. q excommunicant cõferẽtes beneficia: q̃a p̃iudicari posset ei, qui debet acceptare secundum formã decret. de concel. pręb. quia cunctis.
ADDITIO. Vel pone p̃ decr. ad nostrã 2. de iureiu. & per decre. 1. & vlt. de eo qui fur. Inn. dicit. & Hol. q̃ iusta cã esset, si excõicarent cruce signatos, non portantes publice crucem, non. n. debet subtrahere bonũ exemplum, supplẽ nec se celare, vel ẽm eos excommunicat tolerantes hæreticos vel consimiles. sup. de here. excommunicamus. §. credentes, &c. Ioan. And.

i ¶ Collegiũ.] an vniuersitas vel collegiũ possint accusari de crimine, not 12. q. 2 eps qui mancipium, & supra de simo. dilectus 2.
ADDITIO. Ibi dedi aliàs remissiones: vbi ẽt scripsi, an possit vniuersitas de publico crimine per syndicũ accusari & vide qđ dixi sup tit. 2. c. vlt. super gl. pen. de singulari. an puniri possit vniuersitate punita. Io. An.

{Gl. seq. recit per q. & ponit duas opi.]

k ¶ Penitus.] per hanc litteram dicunt quidam [scilicet Host. Io. Mona. Archi. & Fran] q̃ non tenet sententia, & potest esse ratio; quia vniuersitas vel collegium non est materia capax ad recipiendum talem sententiam. Ber. contra, dicens, quod si sententia fuit lata, bene tenet, & hoc est tutius.

l ¶ Irretiri.] Intelligas quo ad ecclesiam, secus quo ad Deum, cuius opinio nec fallit nec fall. tur. de sent. excom. a nobis 2.

m ¶ Culpabiles] sicut prælatus, vel consules, & huiusmodi maiores, vt sup. de simo. dilectus.

Dilecto] Primo ponit allegationem, & conclusionem generalem, ex qua secundo infert specialẽ; ibi, Et quoniam, quam in tertia fortificat per argumentum a minori, ibi, Et quidem.

1 Vide Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. & Abb. in c. P. & G. de off. de le. & in c. ex lris 2. de sponsa.

† Dictio, excõicationis, deest in antiquioribus exẽplarib. etiam impressis.

1 De non moroso, puta pro nulli restituere centũ, qñ creditor petere, q̃ prius in iudicio petiit, & confessus fuit. Ioan. And.

† Dicẽdo sm Io. A. & ẽm excõico oẽs illius vniuersitatis, qui meo mandato rebellauerũt, & nota hic excõicatione differre ab interdicto, quo iuste innocentes suspenduntur, nõ ẽ ĩ. de spõl. vide Ioã. Calde. in trac. de eccle. interdicto. Fõt.

† In manuscriptis desunt hæc duo verba, in eodem.

¶ Et dixit Host. quod hæc decre. dirigebat cuidã fratri Minori, & pœnitẽtiario Papæ, qui legatus erat in illis partibus, & vocabat frater Io. Lemouicensis, qui super hoc Papã cõsuluerat, an Decano liceret vtroque gladio se tueri. Cõquestus.n. fuerat sm Host. & Boa. balliuus co- terius, quod socijs & vicinis licet de iure defendere iniuriam consocij & vicini. Nota finaliter quod licitum est spiritualem potestatem iuuari temporali, & sic econuerso temporalem spirituali. Dominicus.

[Prima glossa summat.]

rã eo, quod ipse decan., pro oia Cęsar erat: quia vt presbyter, & vt miles, nunc censura, & nũc armis procedebat cõtra ipsum, & eius terram Io. And.

CASVS. Eps Pictauien. quẽdam Titiũ dominum tpalẽ puta balliuũ, vel aliũ dñm temporalẽ pp aliqđ crimen vel cõtumaciam excõmunicauit: ipsumq; pro excõmunicato in tota sua diœcesi fecit publice denunciari: vnde ipse balliuus videns se a populo vitari, vt le. plus, in corde suo fuit ita cõmotus contra epm Pictauien. & ipsum epm Pictau. in odiũ huiusmodi excõmunicationis spoliari fecit aliquib. bonis suis, & illa bona violenter occupauit tanquam sua: Eps Pictauien. vidẽs se spoliari bonis suis, & illa p violentiam occupari, supposuit interdicto ecclesiastico totam terram illius domini temporalis, & mandauit illud interdictum seruari, vtrum licitum fuerit epo Pictauien. pro iniuria sibi illata circa bona temporalia supponere interdicto terram dñi temporalis bona occupantis? Respondet Romanus Pontifex quod sic, nam cuicumque est permissum a iure se posse defendere, vt in l. vt vim atque iniuriã. ff. de iust. & iure, & quia eps nõ erat potẽs ad se defendendũ defensione temporali contra potestatem illius domini tẽporalis: ideo potuit licite supponere interdicto ecclesiastico totam terram ipsius domini. Et ponit Romanus Pontifex, quia permittitur cuilibet [imo tenetur] defendere suum proximũ cum sibi infertur iniuria: aliàs si negligenter ipsum proximũ defenderet, videretur esse particeps & fautor iniuriantis. ergo multo magis permittitur alicui se defendere, cum iniuriatur in persona sua vel in bonis suis. Nota primo ex hoc c. est dictũ principalem huius c. quod plãtus ecclesiasticus gladio spirituali pôt se defendere contra potentiam temporalem: ideo si aliquis iudex ecclesiasticus iniurietur ab aliquo seculari, pôt ipse iudex ecclesiasticus talem iniuriantem excommunicare, vel terrã suã supponere interdicto ecclesiastico, vt hic textus, & ad hoc allegatur semper presens capitulum. Nota vlterius ex principio c. illud, ad quod allegatur, vim vi repellere licet. No. quod excommunicatio, interdictum, & aliæ censuræ dicuntur esse propria arma ecclesiæ. Nota quod ecclesia habet apud se gladium temporalem & spiritualem, sed habet gladium spiritualẽ actu & habitu, gladium autem temporalem habet solum in habitu. No. quod quilibet tenetur defendere suum proximũ ab iniuria eidem proximo illata. Nota insuper, quod negligentes defendere proximum iniuriatum, vñr esse participes criminis, & fouere ipsum iniuriãtem. Nota vlterius, quod socijs & vicinis...

† Vide Dec. in c. cũ nõ ab hoie. in 1. no. de iu. & in c. significasti de off. de leg.

cto[a] filio Decano[b] Aurelianensi: & infra.

Excõicatio aliquã fertur in p̃onã incertam.

† Vide Ale. cõs. L. 8. li. 1. inc. vF sup. 1. dubio. & consi. 149. li. 6. incip. in causa inquisitionis.

Infamia retro notatur ille qui appel[latione] interiecta nõ prosequitur.

z Ad hoc q mat accus pos in super & ꝙ ibi no. in 2. gl. Io. A.

Cum in his Secunda dat regulam, à qua duos casus excipit ibi. Nisi.

¶ Et no. q dicit clericos in genere, non distinguendo an sint vel non sint in sacris, in modo tamen capiendi & detinendi debet in his haberi distinctio 45. dist. cum beatus. Io. And.

¶ Pro intellectu hui° cap. est præsupponendum quod habet in c. at si clerici. de iud. in antiq. videlicet q punitio clericorū spectat ad iudicē ecclesiasticum & nō secularem. Et præsupponēdum quod iudex ecclesiasticus nō debet clericum detinere in vinculis.

CASVS. Est aliquis clericus, q est suspectus de delicto, non tamen est incorrigibilis, iudex ecclesiasticus videns quod nō potest eum capere propter potentiam ipsius clerici suspecti, vel forte quia non habet captionem extra septa domus episcopalis, mandauit iudici seculari, vt talem clericum caperet, & retineret in carceribus, quod fecit ipse iudex secularis, vtrum capiens & etiam episcopus mandans, & executores mandati fiant excommunicati? videtur quod sic, quia, iniiciens manus violentas in clericum, & mandans incurrit excommunicationem. Hoc tamen non obstante respondet Romanus Pontifex dicens, quod tales non incurrunt sententiam excommunicationis. Sed ponamus quod ad mandatum iudicis ecclesiastici iudex secularis cepit talem clericum, & eum incarcerauit, & ad requisitionem iudicis ecclesiastici, eum sibi restituit, iste clericus sic captus offert dare fideiussores de iudicio sisti, vtrū iudex ecclesiasticus debeat recipere istos fideiussores, & talem clericum relaxare siue elargire & dimittere? Respondet quod sic, nisi crimen esset adeo graue, q verisimiliter timeretur de absētia illius clerici, q dimittat suos fideiussores & fugiat, quia tunc nō esset liberādus, sed deberet manere in carceribus. Idem est de iure ciuili, quia criminosus non est detinendus in carceribus, si offerat fideiussores, nisi crimē esset tam graue, quod timeretur de fuga criminosi. Nota primo quod laicus capiens clericum de mādato iudicis ecclesiastici, non incurrit sententiam excommunicationis, quia illud non facit iniuriose & temere, sed licite. Nota illud, ad quod alleg præsens cap. quod detinens clericum in carcere, incurrit sententiam excommunicationis, & pauci iudices in hoc euadunt sententiam excommunicationis, quia multoties propter malitiam detinent clericos corporaliter in carcerib. suis, & sic incurrunt sententiam excommunicationis. Nota quod criminosus captus pro delicto suo, si offert dare fideiussores, est dimittendus.

[Prima glo summat, diuidit, & dicit quid corrigit, declarat.

a ¶ Si clericos.] Prælatus capi faciens, & includens etiam per laicos clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non est, nec etiam ipsi capientes. Secundo dicitur Talis, si dat fideiussores de parendo iuri, detineri non debet, nisi iusta causa id suadeat. Et corrigit prima pars, quæ no. Ber. supra eod. vniuersitatis. in vlt gloss. & cap. vt famæ. & declarat, quod ibi notant Moderni.

[Secunda glo respondet per quæstionem.]

b ¶ Tuæ iurisdictioni subiectos.] cui loquatur nō apparet, ideo dico decre. locum habere in quolibet iurisdictionem habente: siue de communi iure, siue priuilegio, vel consuetudine. Ad idem C. de spon. l. vlt. & facit quod dixi sup. eo. lib de pœnis. quamuis.

ADDITIO. Intellige glo. de habente iurisdictionem puniendi crimina, vt infra 4. glo. & in remissione, quam dat fi. glo. & facit cle 1 inf. de celeb. Mis. ad fi. Io. And.

c ¶ Pœna.] quia carcer non est pœna, quod tamē dic vt sup. eod. lib. de pœnis quamuis.

ricos [a] tuæ iurisdictioni subiectos [b] propter commissos excessus, etiam per laicos capi facias, & eos (ne fugiant) in carcere, pœna [c] debita postea castigandos, includas: te vel capientes eosdem (licet nondum appareat incorrigibiles [d] illos esse) nulla credimus excommunicatione nodari: [e] Cum in his (nisi aliàs ex proposito excedatur [f] in ipsis) temeritas vel iniuria [g] nequeat deprehendi. Eosdem quoque clericos, [h] si de parendo iuri tibi fideiussoriam [i] dederint cautionem, detinere non

d ¶ Incorrigibiles illos esse.] huius contrarium not. Ber. in præd. glo dicens, q si apparebit clericum incorrigibilem, capi poterat per laicos sine pœna, aliàs non, & sic etiam soluebat cōtrariū de decre. vniuersitatis, ad decret. vt famæ. supra eodē tu dic vt in sequenti glossa.

[Gl. seq alleg. septē concord. signat vnū contrarium, ponit duas opiniones, quas reprobat, demum soluit.]

e ¶ Nodari.] concor. ī. eod vt famæ. contra ī eod. vniuersitatis vbi excommunicationem incurrunt abbas & laici, qui de ipsius mandato monachum verberabant Ber & Host. soluebant, vt dixi in glo. prox. quod est falsum, vt hic vides. Alii dicunt, 1 quod decre vt famæ loquitur in episcopo, decre. vniuersitatis. in abbate, sed hoc patet falsum per istam decret. quæ loquitur in quolibet iurisdictionem habente, vt dixi sup. glo. 2. Dic ergo q decre. vt famæ & ista loquuntur in captione & inclusione, quæ de mandato prælati cuiuscunque, qui crimina punire possit, potest fieri etiam per laicos, licet ille nondum incorrigibilis appareat. decre. vniuersitatis. de verberibus loquitur, quæ si prælatus clerico vel monacho per laicum inferri iubeat, sed iniuriose, non est dubium, si in modum iustitiæ, vel disciplinæ [de regul. cap vlt.] hoc tamen per laicum facere non debuit, sed per clericos, vel per semetipsum, si erat minor episcopo, & ideo mandans & mandatarius excommunicati sunt, vt ibi.

1 Io. Mo. olim hoc tenuit, sed postea addidit vt sequitur in gl. Io. An.

f ¶ Excedatur.] ad idem sup. de rest spol olim. 1. in fi. & hoc vult dicere, si clericus captus quiete se duci permittit. & ducentes eum non resistentem calce, pugno, vel alio modo percutiunt, vt iam vidi de facto, isti bene sunt excommunicati, hoc sonat littera.

ADDITIO Imponenda est enim sæuientibus fræni tēperies C. de custo. reo. l. 2. in fi. Io. And.

[Glo. seq. alleg duo iura, arguens ad quæstionem, & ponens tres solut ipsius.]

Sæuientibus imponenda est tēperies frani.

g ¶ Iniuria.] 17. q 4. si quis suadente & sup. de senten. excom. contingit, & facit hæc littera ad quæstionē dominicalem de illo, qui fugiens inimicos obuiauit clerico equitanti, à quo equum petiit vt fugere posset, quē cum ille negasset, sibi per vim abstulit, & postea remisit, an talis sit excommunicatus? Bart. Brix. in q dominicali 82. quidam cum fugere opiniones. posuit, quarum vna fuit, talem excommunicatum non esse, quia id non fecerat diabolo suadente, ad cautelam tamen ab episcopo absolui poterat, alia fuit talem excommunicatum sed mitius puniendum. 50. dist. presbyteros. sup. quod metus causa. sacris. Tertia fuit Tan quam ibi sequitur Bart. talem excommunicatum, sed propter id nulla pœna puniendum.

h ¶ Clericos.] idem in laicis, & bene etiam eodem modo dicit lex ff. de custo. reo. l. diuus.

[Glo. pen. respon. per quæstionem.]

i ¶ Fideiussoriam.] ergo non nudam tantum. idem & multo fortius si pignora darent, 2 cum sit melius pignori incumbere, quàm in personam agere. inst de ob. quæ ex deli § furti & ff de reg. iur. plus cautionis. Et q se promisit satisdaturum, satisdat, si pignora vel fideiussores det ff. de consti. pe. l promissor. in fine.

2 Idē Argent.

a ¶ Causa rationabilis.]cum plures forte fuerint malefactores, vult vnum detinere, vt per eum veritatem manifestantem alios capere possit.

ADDITIO Fa. 23. q. vl. ca. vl. ī de confes. ca. 1. sup eod. lib. de hære. in fidei. & c. accusatus. § licet. Ioan. And.

propter hoc intelligitur ecclesia interdicta: vnde alij clerici licite celebrant in illa. ad hoc. sup. eo lib. de priuil. per exemptionem. in fi.

ADDITIO. Sed per eandem decre. vr̄ quod interdicta ecclesia, interdicti sint eius clerici, sicut exempti sunt exēpta ecclesia. Sed contrarium sumitur ī. § prox. quo ad nō culpabiles & ad decret. per exēptionē. respōde per regulā, in pœnis. inf. de reg. iur. & per decre. statutum ī de ele. eod. li. Io. And.

SI sententia.]Sunt duæ partes, q̄ patēt, prima soluit dubium. & excipit ibi, Nisi: & solutionē declarat ibi, Vnde secūda ibi, Cęterum soluit secūdum dubiū duas limitationes interserēs ibi, Qui culpabiles, & ibi. Dūmodo Tertio. ibi, Cū vero. soluit tertiū, rationem interserens: ibi, Ne sententia.

CASVS. Ponamus q clerus ciuitatis Pictau est interdictus, vtrum etiā populus? Respōdet q nō. Sed ponamus q pp delictum domini vel maioris huius ciuitatis fuit ciuitas interdicta, nūqd ciues q nō sunt culpabiles pñt audire diuina ex̄ ciuitatem? Rñdet qđ sic: non aūt in ciuitate. Sed ponamus qđ eps Pictau. supposuit interdicto ecclesiastico populū istius ciuitatis, vtrum sola vniuersitas videat interdicta, vel ēt oēs particulares de populo sint interdicti; Rñdet q nō solū tota vniuersitas vr̄ interdicta, sed ēt omnes particulares ciuitatis. No. primo qđ licet de iure cōi sententia excōicationis non possit proferri in collegium siue vniuersitatem, tñ potest proferri sententia interdicti, & in hoc differunt sententia excōicationis & interdictum. No. quod interdicto clero alicuius loci, non vr̄ interdictus populus: nec econtra, interdicto populo non vr̄ clerus interdictus: Nā licet appellatione populi comprehenduntur oēs ciues, non tamen comprehenduntur omnes homines alterius ꝓfessionis, vt sunt clerici: Nā duo sunt genera hominū, quidā sunt clerici, alij sunt laici. No. pro interdicto loco non videntur ciues siue habitatores loci interdicti, ideo extra locum interdictum poterunt audire verba diuina. No. etiā ctū interdicti, qđ profertur in personā, videlicet vt illi personæ denegetur auditio diuinorum officiorū, & etiam denegentur sacramenta: tamen sacramentum baptismi, confirmationis, & pęnitētiæ pñt recipi ab interdictis, & etiam in loco interdicto

Nota primo quod operetur īterdictū in hominem, quia talis non dēt recipi ad diuina. No. secundo q interdictum pōt proferri in vniuersitatē, licet secus sit in excōicatiōe. ī. eo. tit. & lib. Romana §. vniuersitate. Domini eus.

debet: Nisi excessus enormitas vel alia causa rationabilis [a] eos suaserit detinendos.

¶ Idem.

¶ Interdicto clero non est interdictus populus, nec econuerso. Interdicta ciuitate, propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipsam audiunt diuina. Interdicto populo singulares de populo intelligūtur interdicti h. d. 10. And.

CAP. XVI

SI sententia [b] interdicti proferatur in clerum, [c] non intelligitur nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus: nec etiam e conuerso. [d] Vnde vno interdicto ipsorum, alius licite admittitur ad diuina. ¶ Cæterum cum propter delictum domini [e] vel rectoris, est ciuitas interdicta: ciues eiusdem (qui culpabiles non existunt, dummodo & ipsi propter dominū vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) [f] possunt extra [g] ipsam licite interesse diuinis.

¶ Cum vero alicuius terrę populus interdicto nodatur, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat (ne sententia effectu careat, [h] cum diuinorū auditio, & sacramētorum perceptio populo, vt vniuersis non competant) [i] nō debent alicubi [k] (casibus expressis [l] à iure duntaxat exceptis) audire diuina, vel ecclesiastica recipere sacramenta.

¶ Idem.

¶ Interdicta ciuitate suburbia & continentia ędificia dicuntur interdicta. Et interdicta ecclesia, capella contigua & cœmeterium contiguum dicetur interdictum. hoc dicit Ioan. And.

[Gl seq. fortificat textū per tria iura sibi ɔtraria, & soluit.] d ¶ E conuerso.]hoc ī ē probabat olim, per decr. prędictā ex parte vbi lata fuit sententia interdicti ī clerū & populū: sed ibi vnū esset superfluum, si interdicto vno intelligeretur alterum interdictū. & ad idē ī. de præb c. 1. 64. di. nosse. cum si. vr̄ tñ arg. ɔ̄ institu. de iur. nat §. plebiscitū. vbi appellatione populi vniuersi ciues intelliguntur, ēt connumeratis patricijs & senatoribus: sed illi eiusdem professionis sunt: isti vero alterius. ad idē 12. q. 1. duo sunt, sicut & expresso laico in rescripto per generalem clausulam, non comprehenditur clericus, vt no. ī de rescr. sedes.

e ¶ Domini]nota quia secus si propter delictum ciuium, & hoc etiam patet inf. dum dicit, qui culpabiles non existunt.

f ¶ Interdicti]aliud ergo est interdicere solum ciuitatem, aliud ciuitatem & ciues [Aliud ciues tantum Et no. quod pœna spirituali, scilicet interdicti bene punitur vnus pro delicto alterius. de hoc 1 q. 4. in summa. 24 q. 3. in summa. si igitur sunt interdicti, audire non possunt diuina. inf. § prox.

g ¶ Extra ipsam]ciuitatem intelligas, & extra continentiam. inf § prox.

h ¶ Careat.] & ne violaretur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. quod esse non debet, supra de consuet. cum inter vos & sic nos intelligendum, vt res potius valeat q̄ pereat. ī de verb. sig. abbate. ff de re. du. l. quotiens.

i ¶ Non competant]quia vniuersitas est res inanimata, in qua non admittit talia sup. eo tit & li. Romana. in fi. [i] vbi autem tractamus de his, quę vniuersitati cōpetunt, ita dicitur illud esse penes vniuersitatem, quod non penes singulos. ff de in ius voc. l. sed si hac. § qui manumittitur. canon zita 13 q. 2 qui manumittitur. populus autem est idem hodie, qui fuit ante centum annos: vnde tunc interdicto populo & nondum relaxato, qui nunc est, dicitur interdictus 7. q. 1. denique. ie. dist habeo. ff de iudi. proponebatur.

k ¶ Alicubi.]etiam in loco non interdicto.

l ¶ Expressis a iure]ī. e. vlt quo ad diuina. quo ad sacraméta habes ī. de pęni. & remis. q inte. & ī. c. quoniā

[Prima glossa summat, & dicit quid approbet, & declaret

b ¶ Si sententia.]Interdicto clero non est interdictus populus, nec econuerso, interdicta ciuitate propter delictum dñi, ciues non interdicti extra ipsam audiunt diuina: interdicto populo singulares de populo intelliguntur interdicti hoc dicit Et approbat primū dictum quod notat Host sup. de priuil ex parte. super verbo, populum Secūdum & tertium declarant notata per Ber. Innoc & Host sup de priuil. quod nonnullis.

c ¶ In clerum.]interdicto clero alicuius ecclesię, non

Interdicto clero alicuius ecclesię pp hoc non intelligitur ecclesia interdicta.

[i] Nam vt ibi satis scripsi, illa cadēt in aiam rationalē & personam veram non repræsentatam. Io. And.

S I ciuitas.] Sunt duæ partes, secunda: ibi, Ratione. Prima soluit dubium, & obiectioni respondet: ibi, Nam licet, Secunda pars distinguit secundum membrum: ibi, Secus. Io. And.

CASVS. Ponamus quod Papa, vel Legatus, vel alius iudex ecclesiasticus supposuit hanc ciuitatem sub interdicto ecclesiastico, non facta mentione de suburbijs & burgo sancti Hylarij, quod non est de ciuitate: vtrum interdicta ciuitate dicantur suburbia esse interdicta? Respondet, quod sic ita quod non est licitum populo aud re diuina in suburbijs: alias interdictum esset modici effectus: nam habitatores de facili haberent accessum ad suburbia. Sed ponamus, quod aliqua ecclesia est supposita interdicto: vtrum capellæ ipsi contiguæ sint interdictę? Rñdet quod sic, & non solum capellæ, sed cæmeterium proximum. Not. primo, quod differentia est inter ciuitatem, castrum, oppidum, vrbem, & villam: Nam ciuitas dicitur ciuium vnitas, & sic ædificia, & structura murorū non dicūt ciuitas, (sed congregatio hominum appellatur ciuitas) sed appellatur vrbs, nec est de substantia ciuitatis, quod ibi sit eps. Nam antequam essent epi, erāt ciuitates: & administrabant epi cōiter, sed volueruнt contendere inter se: ideo fuerunt distincti: ita quod unus administrat inf. certos limites: & sedes eius collocaretur inter ciues. Castrum dicitur quasi casa alta: nam non debet esse distatum, ne tempore guerræ egeat magna custodia hominum & victualibus. Oppidum dicitur magnū & amplum castrum, & necesse est, quod sit amplum, ut homines tempore guerrarum possint in eo retrahere bona sua. Villa stricte accipiendo, accipitur pro illa parua casa, quæ est in iure ordinata ad reponendū instrumenta agri, vt sunt aliqui in agris, & vineis suis, qui habent aliquam paruā casam, in qua reponunt instrā sua: sed large accipitur pro congregatione hominum se collocantium in ædificia, quę nō sunt vallata muris, nec clausa murorum ambitu. Not quod in loco interdicto non est quis sepeliendus.

†Et in appellatiōe ciuitatis, veniūt terræ sibi recomēd. vt q; vide Anc in cle. ne Romani. § fane. de elect. vbi asserit nō venire, & quod fit rō, vide Curt. Ion. cō il. 201. lib. 2. tit. & quod d y nisi appellatiōe ciuitatis tradit Fel. in c. Rod. ext. de rescri.

CAP. XVII.

SI ciuitas,[a] † castrum, aut villa subijciantur ecclesiastico interdicto, illorum suburbia,[b] & continentia ædificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta[c] videantur alias murorum ambitu terminari: hoc tamen casu ne vilipendi[d] ualeat sñia interdicti (quod fieret, si posset in ipsorum suburbijs, vel continentibus[e] ædificijs licite celebrari vt prius[f]) expedit interpretationē fieri latiorē. ¶Ratione quoque simili, si sit ecclesia interdicto (supposita, † vel) subiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipsius eidem ecclesiæ contiguis[g] poterit sepeliri.[h] Secus si cōtigua non existant.[i]

†Hęc duo verba supposita, vel desunt in manuscriptis.

¶Idem.

¶Celebrans scienter in ecclesia polluta, vel præsente excommunicato maiori excōmunicatione, irregularitatem contrahit. Dom.

CAP. XVIII.

IS qui[k] in ecclesia san-

[Prima gl summat]

a ¶Si ciuitas.] interdicta ciuitate, suburbia, & continētia ędificia sūt interdicta: Et interdicta ecclesia, capella contigua, & cœmeterium contiguum dicitur interdictum, hoc dicit.

b ¶Suburbia.] ad idē ff de ver sig. l. 2. & l. ædificia, & l. ut Alphenus, & l. qu in continentibus.

c ¶Prædicta.] i. ciuitas, castrum, vel villa.

d ¶Vilispendi.] ad idem sup. c. prox in fi & sup. de consue. cum inter vos

ADDITIO In c. sup proxi interdictum eneruabatur, vel effectu carebat, hic aliqualem effectum habebat, sed vilipendebatur, & concor. sup. de priui. ut priuilegia. in fi. Io. And.

e ¶Continentib.] satis vr iudicis arbitrio relinquendū quæ dicantur continentia ædificia, & non dicit contiguis, vt proxi. respon.

f ¶Vt prius.] hoc dicit, quia celebrari potest licet non vt prius] inf. c. vlt.

g ¶Contiguis.] contigua sunt, quorum extrema se inuicem coniungunt.

ADDITIO. Vide quod dixi eod. lib. de consecr. ecde. vel alta. c. vnico super glo contigua Io. And.

[Glo seq. dat simile: quærit, & soluit]

h ¶Sepeliri.] est si inf eo. is cui. 2. respon. si. n. alicui interdicitur ingressus ecclesiæ, & sepultura cœmeterij, vt ibi. Sed pone tunc temporis aliquem ibi sepultum, & postea relaxatum est interdictum: nūquid talis exhumabitur an non, si pœnitens decessit secundū Inn. qui hoc no. sup de excess. prælat. c vlt. quia res deuenit ad eum casum, &c Host. not. contra sup. de consue tu. eccle. vel alta. con suluisti.

ADDITIO. Facit quod no. eo titu. a nobis 2. in fi. pen. glo. & vide quod no. in cle de sepul. eos qui in glo. sed qui. Io. And.

i ¶Existant.] idē habuimus in pollutione sup. eo. lib de consec. eccl. vel alta. c. vnico. Est autem secus e contrario, vt ibi, quod cęmeterio interdicto, non dicitur interdicta ecclesia etiam contigua, & ibi patet ratio.

IS qui in.] Duæ sunt partes, secunda: ibi, Is vero. Prima soluit duo dubia, secundum: ibi, Vel qui. & rōnem interserit: ibi, Cum id. Secunda ponit pœnā violantis interdictum, declarando quis violet, & quid importet pœna. Ioan. And.

CASVS. Aliquis Titius in ecclesia aliquem iniuriose verberauit vsque ad sanguinis effusionem: vel aliquam mulierem cognouit carnaliter, etiam vxorem propriam, & sic ecclesia est polluta: nunquid celebrantes in tali ecclesia polluta efficiuntur irregulares? Respondet quod non: nam celebrantes in loco polluto nō contrahunt irregularitatem, nisi fuerit cautum in iure, & expressum. Idem dicendum est de illo, qui celebrat scienter præsente excommunicato maiori excommunicatione. Sed ponamus quod aliqua ecclesia supposita interdicto ecclesiastico: aliquis in ea celebrauit: vtrum efficiatur irregularis? Rūdetur quod sic: nisi impetret a Romano Pontifice, vt possit celebrare diuina etiam in loco interdicto: & talem celebrātem in loco interdicto solus Papa potest absoluere, & efficitur talis celebrans ineligibilis actiue, & passiue: hoc est non potest eligere nec eligi. Not. primo quod effusione sanguinis humani iniuriose facta, polluitur ecclesia. Not. quod in ecclesia polluta non debent diuina celebrari: sed prius per episcopum debet talis ecclesia reconciliari No. quod celebrās diuina in ecclesia polluta, est puniendus ad arbitrium superioris. No quod celebrans in loco interdicto contrahit irregularitatem, puta quod irregularis efficitur ineligibilis actiue, & passiue. Not. quod celebrans pręsente excommunicato, non contrahit irregularitatem, sed est proximus irregularitati, quia est suspensus: & durante suspensione non debet celebrare, & si faceret, est puniendus.

Not. primo duos actus, per quos ecclesia polluitur, de quo s. de conse. eccle. c. vni. co. li. No. secundo, quod ille dr temerarie agere, qui sciēter facit actū a iure sibi phibitū, de hoc s. de ele auaritiæ. c. tit. Domi.

[Prima gl. dicit quid declaret]

K ¶Is qui.] declarat & approbat quæ no. Ber. supra de priuileg. tuarum. in 2. Inno. & Hostien. de excess. prælatorum.

ADDITIO. Et Host. de conse. eccle. c. fi. Pet. & Abbas de præben. in Literaneā. Guli. in Spe. tit. 2. § iuxta, verū illud quoque, ubi etiam dicit idem de celebrante in Ecclesia, cuius ostia clausit episcopus, & reliquas sustulit propter discordiam patronorum, de iure patro. c. 1. & 2. Io. And.

a ¶San-

a ¶ Sanguinis.] intelligas humani, & iniuriosi. de semine etiam intelligas humano etiam vxorio, & de hoc vide plenius, sup. eo lib. de conse. eccle. vel alta. c. vnt.
b ¶ Nodatis.] istis interdictus est ingressus ecclesiæ. s. eo. lib. de priuil. eporum. (Vide, quod ibi dixi super gl. pen.) vnde caueat, q̃a proximus est irregularitati. sup. eo. tit. is cui 1. resp. Io. And.
c ¶ Tamen.] alias, inde. alias, tamen.
d ¶ In iure.] Suspensi ergo a confessorib. suis ab officio ad certum tempus, eadem ratione si celebrant, non incurrunt irregularitatem.
ADDITIO. Idem Hostien. de cleri. excóm. mini. c. si. & Guli. in præalleg. §. iusta. versi. in suspensis. Io. And.
e ¶ Scienter.] secus ergo si ignoranter: nisi talis esset ignorãtia, quæ excusare nõ deberet sup. de cle. excõ. mi. Apostolicæ. supra de postu. c. 1.
f ¶ A iure. sup. eod. cap. vlt.
g ¶ Liberari.] ad idẽ sup. de cleri. exc. min. Apostolicæ sup. eo. de re iud. c. 1. & sup. eo. tit. & lib. c. 1.
h ¶ Ineligibilis.] & etiã impostulabilis. sup. de postul. c. 1. q̃a violans interdictum, etiam postulari non potest, ut ibi.
i ¶ Cum alijs.] amittit ergo potestatẽ eligendi actiuam, & passiuam, & de hoc solet recitari sup. de elect. ne pro defectu.

guinis, [a] aut seminis effusione poluta, Vel qui præsentibus maiori excommunicatione nodatis, [b] scienter celebrare præsumit, licet in hoc temerarie agat, irregularitatis tamẽ [c] (cum id non sit expressum in iure [d]) laqueũ non incurrit.

¶ *Scienter celebrans in loco interdicto, in casibus non permissis, irregularis & ineligibilis est. h. d. Dom.*

¶ Is vero qui scienter [e] in loco celebrat supposito interdicto (nisi super hoc priuilegiatus existat, aut a iure [f] sit concessum eidem) irregularitatem incurrit: a qua nequit per alium, quam per Romanum Pontificem liberari, [g] adeo efficitur ineligibilis [h] quod nec ad eligendum cum [i] alijs debebit admitti.

QVoniam.] ponit dictum, cuius rationem vrgentẽ præmittit Io. And.

¶ Pro intellectu c. est præsupponẽdum primo, q̃ sacramentum baptismi, & sacramentum confirmationis tempore interdicti licite conferuntur. Item præsupponitur secundo, q̃ in his duobus sacramentis vtimur chrismate: nam in sacramento baptismatis imponitur per presbyterum in vertice capitis, & in sacramẽto confirmationis per episcopum. Item est præsupponendum, q̃ chrismate veteri non est vtendum: nã chrisma debet comburi in fine anni.

CASVS. Certum est, q̃ sacramentum baptismi & confirmationis possunt conferri tempore interdicti. Or ponamus, q̃ ciuitas Pictauien. fuit supposita interdicto vtrum chrisma tempore cœnæ possit confici in ciuitate Pictauien. Respondet q̃ sic, quia in die cœnæ Domini pro exercitio illius anni debet confici chrisma propter indigentiam: quia non utimur chrismate veteri post annum. Nota, q̃ permisso tempore prohibito, vsu rei, intelligitur esse permissa creatio illius rei; Et sic permisso consecutiuo, necessario videtur permissum antecedens. Dominicus.

[Prima gl. ponit summam, & quid declaret.]

k ¶ Quoniam.] tempore interdicti chrisma die cœnæ Domini confici potest: & causam reddit. Et declarat nota per Host. sup. eo. permittimus, per quam olim probatur quod hic dicitur.

l ¶ Baptismo.] post baptismũ enim sacerdos vngit schismate in vertice non in fronte: q̃ est solius episcopi. sup. de consue. quanto, primum patet de consuet. dist. 4. postquam, & duobus ca. sequen. & cap. presbyteris. & capit. nullus ministrorum.

¶ Idem.

¶ *Tempore interdicti Chrisma die cœnæ Domini confici potest. h. d.*

CAP. XIX.

QVoniã [k] † in baptismo [l] & confirmatione (q̃ [m] nedũ pueris, sed & adultis [n] propter moræ periculum exhiberi possunt licite tempore interdicti [o]) chrismatis vtimur vnctione: posset (licet terra interdicta existat) chrisma die cœnæ Domini confici, dubium [p] non existit.

¶ Idem.

¶ *Suspensus ab ingressu ecclesiæ, in ea diuina celebrãs est irregularis. Et moriens impœnitens suspensione illa durante, caret ecclesiastica sepultura. Et suspensio ab ingressu ecclesiæ, vel officio per appellationem sequentem non suspenditur. h. d. Dom.*

CAP. XX.

IS

m ¶ Quæ.] scilicet baptismus & confirmatio.
n ¶ Adultis.] Idem hodie in pœnitentia. quod dic, vt j. e. c. vlt.
o ¶ Interdicti.] vt s. eo respon. & sup de spon non est vobis.
ADDITIO. Et vide quod de matrimonio & ordine ibi dixi post Inno. Tamen est aduertendum, q̃ illa iura loquebantur de baptismo paruulorũ tantum: hic exprimit de adultis: quod placuerat Vin. in decret. responsio. in antiqu. Io. And.
[Vltima gl. iustificat text.]
p ¶ Dubium non existit.] quasi dicat, concesso baptismo & cõfirmatione tẽpore interdicti, iam est concessum confici chrisma. Et est ratio: quia vetus chrisma nõ debet esse viui: nec de illo veteri chrismate dẽt quis chrismari: & deponitur sacerdos, q̃ de illo veteri chrismate ungit baptizatum, nisi in mortis articu de conse di. 4. si quis de alio, vnde omni anno in die cœnæ debet chrisma confici, & vetus cremari. de consec. distin. 3. litteris: uere ergo insurgit huius decreta. dictum: quia si tempore interdicti permittunt sacramenta, in quibus vtimur chrismate, & vetus chrisma non debet esse viui: ergo restat, quod permissum intelligitur eo tempore die cœnæ chrisma conficere: quia concesso principali, & accessorium, infra de regu. iur. accessorium, cum suis concord.

ADDITIO. Ioan. Mon. alleg. sup de offi deleg. præterea & de procura ad rem mobilem, & l. ad legatum. Ioan And.

IS cui.] Diuisio patet: quia sunt tria dicta. Io. And.

CASVS. Alicui est interdictus ingressus Ecclesiæ: quamuis esset exemptus vel non exemptus secundum aliquos: puta quod iudex ecclesiasticus aliquem suũ subditum excommunicauit non in scriptis uel alio modo: certum est, quod sibi interdictus est ingressus ecclesiæ: Ponamus quod durante interdicto ingressus Ecclesiæ talis celebrat, nunquid efficitur irregularis? Certum est, quod sic. Sed ponamus, quod alicui est interdictus ingressus Ecclesiæ: durante interdicto non est ingressus ecclesiam, nec celebrauit diuina: & sic non contraxit notam irregularitatis, sed antequam esset finita illa interdictio, mortuus est, vtrum sit ei interdictus ingressus cœmeterij vel ecclesiæ? Respondet q̃ sic: ideo post mortem nõ debet sepeliri in cœmeterio ecclesiastico: nisi interdictum fuerit relaxatũ Sed ponamus, quod

† Vide Cõc. Trid. sess. 7. de confirma. can. 3. vbi scribit ... Si q̃s dix... sanct... confirmatio... ordin... ... tolũ epm, sed ... cẽ sacerdo... anathe... sit.

† Vide textum, & ibi Dott. in c. non in fi. ext. de sponsa.

quod aliquis fuit suspensus, vel interdictus: ille appellauit, vtrum per appellationem sit suspensa snia interdicti, vel suspensionis? Respondet, q non. Nota primo, q vbi interdicitur principale, censetur interdictum cõsequens, & prouenıens ex illo. Nota secundo, q suspensus efficitur irregularis quęcunque diuina officia celebret. & quo per Inno cap. si de exces. prela. Dominicus.

cui [a] est Ecclesiæ interdictus [b] ingressus (cum sibi per consequens censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi diuinis in ea [c] se ingerat, in suo agens officio sicut prius: Talis quoque si hoc interdicto durante decedat: non debet in Ecclesia, vel cœmeterio [d] ecclesiastico (nisi † pęnituerit) sepeliri.

¶ Sane sicut excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesię lata suspensio, aut ipsius effectus, per appellationem sequentem [e] minime suspenduntur.

¶ Idem.

¶ *Religiosum clericum verberantem, absoluit Episcopus eo casu, quo absolueret clericum. h. d. Domin.*

CAP. XXI.

Religioso, [f] qui manus violentas in clericum secularem iniecit (ne hoc prætextu habeat materiam euagandi) poterit ab Episcopo eo [g] casu absolutionis beneficiũ exhiberi, [h] quo seculari

[Prima glossa dicit quid approbet.]

a ¶ Is cui.] Approbatur, quod not. Inn. & Host. sup. eo. sacro ADDITIO Quia Inno. videbatur contrarium dicere in decre. cum medicinalis sup. eo. & ideo vide, quod ibi scripsi sup glo. de hac.

b ¶ Interdictus.] ab homine, vel a iure, supra eo facto. sup eo. tit. & li. c. 1. §. si quis. & sup eo. lib. de pri ui. episcoporum. cum similibus.

c ¶ In ea.] Ergo secus si extra eam: & hoc no. etiam supra, vbi dixit in ipso. si igitur sub aere, vel sub tentorio, vel in domo priuata celebret, vel concelebret forte celebrantibus cum altari viatico, vt sup. de priuilegijs, in his, & j. eod tit. c. vlt. irregularis non erit.

ADDITIO. Idem Inno. & Host. in decr sacro. & Gul in Spec. de leg §. iuxta. ver. quid si quis suspenditur, & Archid. hic, & sup. de offi leg 2. Io. And.

[Glos. seq. dat simile, & quæstionem soluit.]

d ¶ Cœmeterio.] Sicut ergo interdicta Ecclesia, interdictum est cœmeterium, supra eo si ciuitas in si. (isto libro.] ita interdicto mihi ingressu Ecclesiæ, & cœmeterij, vt hic: nec hic distinguendum credo, an cœmeterium sit contiguum, vel non, vt ibi distinguitur, quia illa distinctio habet locum, vbi res interdicitur, scilicet Ecclesia: quia res ecclesiastica contigua ipsi Ecclesiæ interdictæ est interdicta, vt ibi: sed vbi refertur interdictum ad hominem, vt hic, quid ad eam, an cœmeterium non sit contiguum, vel sit, & per hoc illuderentur censurę, si posses in isto, licet non in illo cœmeterio sepeliri.

ADDITIO. Et talis illusio reprobatur, sup eo. tit. & lib. & sententia. §. vlt & c. seq. 1. respon. cum concor. & j. e. eos qui. Io And.

[Glo. seq alleg. concor. secundo soluit quæstionem: tertio quærit & remittit, duas opiniones ponit, & soluit.]

e ¶ Sequentem] ista ergo sunt paria, quo ad hoc, sicut quo ad id sup. eo. tit. c. 1. & supra eo. statutum isto lib. cum si. & concor. ad hoc sup. de app ad hæc quoniam. Et intelligas proprie de suspensione ab ingressu Ecclesiæ, vel diuinorum, vt sonat littera: quia in suspensione a temporalibus puta ingressu possessionum, vel pro meritum, vel interdicto aquæ & igni [1] non haberet hoc locum. ff. de appel. l. non tantum, talium enim suspensionum, vel interdictorum effectus bene suspenderetur per appellationem sequentem, nisi esset casus in quo ad damnatum publice interest statim puniri. ff. eo constitutum. Quid in suspensione a beneficio; de hoc per Innocen. & Hostien. in prædi. decret. ad hæc quoniam. & placuit Innoc. [2] quod in omni suspensione ecclesiastica non suspendat appellatio Host, distinguit: aut suspenditur a beneficio: & tunc cum ipsum beneficium spirituale sit, vera est hæc opinio: aut suspendit a perceptione beneficij, de qua constat q est temporalis: & tunc bene suspendet appellatio eius effectum. Idem sm eum si dicat, suspendo te a præbenda secus si dicat, suspendo te a canonia: quia illa spiritualis est. Sed mihi videretur [3] hãc decretalem, q suspensio a beneficio bene relaxet per appellationẽ sequentẽ: cum hic dicat, ab officio, & ab ingressu Ecclesiæ, & si idẽ esset in suspensione beneficij, hoc expressisset. Puto igitur solum in his mere spiritualibus: per quæ ligatur anima, decreta hanc locum habere.

Religioso.] Diuisio patet secũda: ibi, Quamuis. Et satis se summat. I. A.

CASVS Habemus, q si religiosi alicuius monasterij se verberauerint in claustris monasterij, q abbas illos potest absoluere in illis casibus, in quibus Episcopus potest absoluere. Item habemus, q si religiosus iniecerit manus violentas in clericum debet absolui a Papa: & non potest absolui ab alio quam a Papa. Sed vtrum hoc sit verum indistincte, siue iniectio violenta sit leuis, vel atrox? Respondet, quod iura hoc dicentia sunt intelligenda in his casibus, in quibus qs iniiciens manus violentas in clericum non possit absolui a suo episcopo: Nam etiam si sit inops religiosus, vel detentus infirmitate, vel alia causa legitima possit excusari, vt non accipiat iter Romam: potest cum Episcopus absoluere etiam de casibus reseruatis sedi Apostolicæ. Sed ponamus, q quidam Titius laicus intrauit religionem eo animo, vt elapso anno probationis faceret professionem: accidit quod durante anno probationis aliquis iniecit manus violentas in eum: vtrum sit excommunicatus? Respondet q sic, eo quod erat spes de clericatu & religione. Nota, quod religiosis est interdicta vagatio. ad hoc supra ne cle. vel mo. c. 2. eo lib. Dominicus.

[Prima glossa dicit, quod declaret, & approbet & reprobet.]

f ¶ Religioso.] Prima pars declarat decre sup. eo. cum illorum. ver. quod clericum. Secunda reprobat, quod no Innoc. & Abbas sup de reg iur. statuimus & approbat, quod ibi no Host & sup. eo. c. 2.

g ¶ Eo casu.] puta, quia leuiter [4] percussit supra e. per venit Vel est debilis, vel delicatus, sup e mulieres. c. ea noscitur. Vel est æger, vel in mortis articulo. sup. e. quod de his. Vel habet inimicitias capitales. sup. eo. de cætero idem in similibus.

[Glo seq. obijcit, & soluit.]

h ¶ Exhiberi] Contrarium videbatur per decre. prædictam, cum illorum vbi ol, q si clericum percusserit secularem, non nisi per sedem Apostolicam (vt scandalũ euitetur) absolutionis beneficium poterit promereri: vnde videbatur, quod indistincte monachus percutiẽs clericum absoluendus esset a solo Papa propter scandalum, quod est cum monachus clericum percutit: cũ dignior [5] sit cœtus clericorum. 16 q. 1. legi. sed textus ille sane debet intelligi secundum determinationem huius decre. nec enim pro eo quod monachi sunt, debet eorum conditio esse deterior 16 q 1 sunt nonnulli in si. Et puto, quod si monachus non habet vnde vadat:

† In manuscript. codicib. ita: nisi prius pænituerit, &c.

1 ff. de ser nis expor tãdis. cui pacto ff. de inter. & relega. per totũ Io. Andr.

2 Licet Arc. j. a opinionẽ sibi attribuat Ioã. And.

3 Idẽ hic Archi. eadẽ ratione. Io. A.

4 Nõ ergo restringo ad leuissimam. sup quo vide, qd ibi sa. tis not. sa p si 1. glo. Io. And.

5 Similis gl. in cap. qualiter. lo. 2. ext. de accus. sed qualiter hoc possit intelligi. vide B Th. 22 q 184. p totũ. & c. 186. a. 1.

dat:& monasterium etiam pauperrimum, sibi prouidere non potest: absoluet illum Episcopus eo iure, quo absoluit inopes. sup. eo c. quod de his.

[Glo seq. recte per contrarium.

a ¶ Seculari clerico.] supple, vel laico.

b ¶ Non possit & ob hanc causam dicebāt Inn. & Abbas contrarium in prædi. decret. statuimus. & pro eis facit lex si de statulib. stat. uliber. vbi statu liber, ꝗ tacit medio tempore, fac. t vt seruus, non vt liber: sed contrarium est verum, vt hic. Nec obstat, ꝙ eras poterit laicari. quia idem in clerico secu lari in minoribus ordinibus: & præterea tunc est ecclesiastica persona. 18. q. 4. quisquis.

c ¶ Violentas.] idem puto si violentes in ca su sup. eo contingit. 17. q. 4. si q. suadēte. quo priuile gio etiā interdum gaudet clericus coniugatus. sup. eod. lib. de cleri. coniug. cap. vnico.

clerico [a] posset, si alium clericum percussisset.

¶ Verberās nouitium religionis, excommunicationem incurrit. b d. Dominicus.

¶ Quamuis † autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, [b] donec sit tacite, vel expresse professus: si quis tamen violentas [c] manus in eum iniiciat, excommunicationis latæ a canone [d] vinculum non euadit.

¶ Idem.

Bonifacius VIII

¶ Absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, a quo alias non poterat, si cessante impedimento se non præsentat cum commode potest ei a quo alias absolui debebat, recidit in eandem sententiam. Idem in absoluto, qui se debet alicuius conspectui præsentare, si hoc non faciat. Ioan. And.

CAP. XXII.

Eos, qui [e] a sententia canonis, [f] vel hominis (cum ad illum, a quo alias de iure fuerant absoluēdi, nequeunt propter imminētem mortis articulū, aut

† Vide Fely in c. cū deputati. ext. de iudi. & Ias in l. pen ff. de iurisd. om. iu.

§ Quamuis [handwritten marginal note, illegible] ... 23 cap. 6.

EOs, qui.] Sunt duę partes, quę patent Secunda ibi. Idem.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum quod incidens in canonem, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. non potest absolui a suo Episcopo, sed a solo Papa, si iniectio fuit enormis. Imo dicunt aliqui etiam si iniectio fuerit mediocris, & hoc nisi in articulo mortis, vel nisi haberet aliquod aliud legitimum impedimentum, vt non posset ire ad Papam pro obtinenda sua absolutione.

CASVS. Inieci manus violentas in clericum & atrociter, & sic sum excommunicatus, a qua excommunicatione non possum absolui nisi a Papa: sed eo ꝙ eram in periculo mortis constitutus propter infirmitatem, vel eo, quia volebam intrare bellum, vel mare, petij beneficium absolutionis a meo diœcesano, vel simplici sacerdote, sui absolutus, lapso impedimento peruem ad sanitatem, vel sui regressus a bello, vel mari, nunquid tam cito, quam potero debeo adire Papam pro obtinenda absolutione, quia me absoluens absoluit cum hac cautione, vt parerem mandatis Papæ? Respondet ꝙ sic, & si non fecero, ipso facto incido in pristinam excommunicationem. Sed quid, cum incidissem in excommunicationem pristinam, accessi ad Papam & obtinui absolutionem sub hac forma, quod Papa me absoluebat. sed quia ignorabat qualitatem meam & meas facultates, remisit me ad meum diœcesanum pro pœnitentia suscipienda, & satisfactione: & iniunxit mihi, vt infra tres menses præsentarem me conspectui diœcesani, infra illum terminum non præsentaui me coram meo diœcesano, nunquid recidam in pristinam sententiam excommunicationis? certe sic.

Nota primo, quod constitutus in periculo mortis potest absolui a sententia canonis, vel hominis, & a simplici sacerdote, etiam si absolutio sit reseruata Romano Pontifici. Nam reseruatis Apostolicæ sedi excipitur periculum mortis. Et in periculo mortis potest quis absolui a simplici sacerdote a quacunque excommunicatione.

Not. duos casus, in quibus absolutus ipso facto incidit in pristinā excōicationē regulariter ꝗlia. Primus casus quando fuit absolutus propter imminens periculum, qui cessante periculo non potuisset absolui nisi a Papa: & se præsentare debet coram Papa, quam citius potest cessante periculo. Alius casus est, qñ quis absolutus fuit a Papa, qui Papa eum remisit ad diœcesanum, vel ad alium, si non se præsentat intra tempus, ipso facto incidit in pristinam excōicationem. Nota insuper, ꝙ quoque sententia canonis, & hominis æquiparātur. Nota vltimo, ꝙ absolutio facta ab excōicatione per illum, qui nō est iudex propter periculum imminēs non est apta durare perpetuo, sed tantū limitatur ad tempus impedimēti. Dominicus.

[Glos prima dicit quid corrigit, & summat.]

e ¶ Eos qui.] Corrigit notata per Bern. & alios sup. eo. de eo qui. Et h. d. Absolutus ꝓp mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo a quo alias non poterat, si cessante impedimento se non præsentat cum commode potest, ei, a quo alias absolui debebat, recidit in eandem sententiam. Idem in absoluto, qui se debet alicuius conspectui præsentare, si hoc non faciat.

[Gl. secunda enumerat 52. casus excōicationum huius libri, & remittit ad 52. casus Clementinarum.]

f ¶ Canonis.] multi sunt casus, 1 in quibus est quis excoicatus a canone, & quidem scilicet, 1 inducuntur per constitutiones huius sexti libri, quos hic omnes ordinatum enumerabo. Primus sup. eod. lib. de elect. vbi periculum §. nulli. Secundus eodem c §. ꝙ si præsumpserit. Tertius eod. tit. sciant cuncti. Quartus, eo. titu generali. Quintus eo. ti. fundamenta § q si secus. Sextus eo. tit. indemnitatibus. §. postremo. Septimus de offi. deleg. c. vlt. § pars vero. Octauus sup. de his quæ vi metusue cau. fi. c. vlt. Nonus, de iudi. c. dilectis. Decimus, de re iud. ad Apostolicæ in fi. Vndecimus, sup. de re. eccl. nō alien. hoc consultissimo. §. laici. Duodecimus, eo. c. p. in fi. Tertiusdecimus, de relig. do. cap. vnico. Quartusdecimus, de cēsi. quamquam § qui vero. Quintusdecimus, de immu. eccle. clericis. §. nos. igitur. in fi. Sextusdecimus, ca. decre. ver. prælatis in fi. isti duo hodie sunt sublati per cle. de immu. eccle. quoniam. Septimusdecimus. eod. tit. quoniam. Octauusdecimus, eodem titu cap. vlt. Nonusdecimus, supra ne cle. vel mon. cap. 2 in princ. Vicesimus, eod. cap. in fin. Vicesimusprimus, de sente. cap. 1 & respon. Vicesimussecundus eo ca. 2 resp. sed potius credo illum canonem ferendæ sententiæ, vt ibi dixi. Vicesimustertius, eo. titu. vt inquisitionis. in fi. Vicesimusquartus de schismat. cap. vnico, ver. omnes. Vicesimusquintus, eodem cap. vers. & nihilominus. Vicesimussextus, de homi. pro humana. ad fi. Vicesimusseptimus, de iniurijs, & damno dato cap. vno. Vicesimusoctauus, de pœn. felicis. §. præsenti. Vicesimusnonus. eod. cap. ad fin. Trigesimus, sup. eo. quicunque. Duo autem inducuntur per hanc decre. qui de iure veteri non erant, vt no. sup. eo. decreto. Casus quem habuimus sup. eo. c. proxi. & que habebimus. j. eo. proxi. sunt declaratorij veteris iuris, & nō nouo iure promulgati, & ideo inter eos non computantur. Quinquaginta taies casus expressos & duos tacitos inductos p cle. nota,

1 Iomo... sus vers. n: colligit Hosti summa eo tit. § , h p... 2 De istis loquitur gl. hoc eo, quam refert addit aliquos casus. 1. ... tit. ... ... quos cle. inducit Bonifac. post cōpilationem huius libri per eius ... ...

nota in cle. v. in f. eo. tit. in gl. est sciendum.

ADDITIO. Qui fuit additus ex illis casibus ibi not. 16. sunt Papales, id est, reseruati Papæ: quos ibi signanter expressi: in suprascriptis vere pauci sunt Papales, scilicet quintus 25. & 28. Item tricesimus post perseuerantiam duorum mensium: sed non prius, decreta. clericos. de immunita. ecclesi. omitto: quia est renouata. Ex his etiã casib. quatuor requirunt satisfactionem ante absolutionem, quos vide sup. eo. solet. in gl. id est, notoria. Io. And.

a ¶ Legitimum.] aliqua exempla posui, sup. c. proxi.

b ¶ Decernimus.] nõ dicit declaramus, & sic suo tempore vera fuit 1 opin. Goffred. Bernar. & Hostien. qui dicebant, eum nõ recidere. dicebat tamen Hostiẽ. hoc prætextu multi illudunt censuræ, vnde prouidendum esset, modo igitur est prouisum.

c ¶ Idem.] s. quod sin sententiam recidant ipso iure.

d ¶ Hæc.] scilicet duo superius dicta, scilicet præsentare pœnitentiaris, & satisfacere iniuriam passis. Io. And.

aliud impedimentum legitimum,[a] pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluuntur; si cessante postea periculo, vel impedimento hmõi, se illi, a quo his cessantibus absolui debebant, quam cito commode poterunt, contẽpserint, præsentare, mãdatum ipsius super illis, pro quibus excõicati fuerant, humiliter recepturi, & satisfacturi † prout iustitia suadebit: Decernimus[b] (ne sic censurę illudant ecclesiasticæ) in eandem sententiam recidere ipso iure.

¶ Idem[c] statuimus de his, quibus (cum a Sede Apostolica, vel a legatis ipsius absolutionis beneficium a quibuslibet sententijs cõsequuntur) iniungitur, vt ordinariorum suorum, vel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiam ab eisdem, se conspectui repræsentent, & passis iniuriam, seu his, quibus propter hoc obligati existunt, satisfactionem exhibeant competentem; si hæc,[d] cum primum commode poterunt, non curauerint adimplere.

¶ Idem, Bonif.

¶ Si percussionem in clericũ sine meo mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam, excommunicatus sum; secus si meo nomine non sit facta. Io. And.

CAP. XXIII.

CVm qs[e] absq; tuo mãdato[f] manus inijcit †

...

necesse requiratur, quod sit ratificatio apparens: vel sufficiat, quod sit ratificatio non apparens: Puta aliquis meum inimicum verberauit nomine meo: ego postquam sciui factum illum, celaui in domo meo: Certũ est, ꝙ sum excommunicatus, quia ista ratificatio est apparens: Sed quid si non ratificaui per exteriora signa: sed in corde meo fui cõtentus, & ipsum laudaui: sed per exteriora dixi, quod non ratificabam tale factum, & illum repuli a domo meo? Respondet gl. quod quantum ad Deum sum excõmunicat[a], & peccaui mortaliter: sed quantum ad ecclesiã militantem, quæ non iudicat de occultis, non sum excõicatus. Nota quod ea, quæ non sunt gesta nomine meo, nõ possum rata habere. Nota qđ si quis verberauit inimicum meum, licet habeã ratũ, dummodo non sit nomine meo, non sum excõmunicatus.

¶ Nota quod ratihabitio trahitur retro, & operatur idem, ac si in principio actus interuenisset, vide in reg ratihabitionẽ, inf. de reg iur. No ꝙ

CVmquis. absque.] sunt duo dicta, ſm ibi: Si vero, & vtrumque subdit rationem sui ibi, Cum ratihabitio, secundum ibi, Cum quis. Dom.

CASVS. Titius me offendit: aliquis meus familiaris uolens mihi complacere, & vindictã sumere, nomine meo sine mandato Titium uerberauit iniiciendo in eum manus uiolentas: certum est, ꝙ ipse est excõmunicatus: sed vtrum sim excommunicatus? Respondet Romanus Pontifex cum distinctione, aut habui ratam iniectionem: quia postquam meus familiaris factum mihi retulit, ipsum occultaui, laudando factum, & tũc incurro, sententiam excõicationis, aut non habui ratũ illud factum, & tunc non sum excommunicatus. Sed quid ponamus quod non fecit nomine meo, sed alio nomine, tamen postquam sciui, quod ille uerberauerat inimicum meum, mihi placuit, & in corde meo habui gratum, & gauisus sum, vtrum incurram sententiam excommunicationis? Certe non, quia quod nomine meo non fuit gestum, ratum habere non possum. Sed quid in primo casu, quando ex ratihabitione incido in excommunicationem, vtrum sim excommunicatus a tempore ratihabitionis, vel a tempore iniectionis? Respondet quod a tempore ratihabitionis, & non a tempore iniectionis, nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, id est, sum excommunicatus, ac si mandassem. Et secundum Doctores ratihabitio habet suum effectum a tempore ratihabitionis, & non ante. Nota primo quod si quis nomine meo delinquat, non sum puniendus, nisi illud delictum factũ habeam ratum. Not. magis specifice, quod si quis nomine meo iniecerit manus violentas in clericum, non sum excommunicatus, nisi illam iniectionem ratificem. Quæritur de qua ratificatione intelligitur, vtrum dictio, Si vero, est aduersatiua, & aduersatur in facto, & in iure: quia in præsenti ver. ligatur, & in sequen. non. Dominicus.

[Prima gl dicit quid declarat, & quid approbat. summat, & subdit exemplum regularum.]

e ¶ Cum quis.] Declarat & approbat no. per Io. 17. q. 4. omnes ecclesiæ, per Bernar. & modernos supra eodem mulieres. Et hoc dicit, si percussionem in clericum sine meo mandato, tamen nomine meo factam ratam habeam, excommunicatus sum: secus si meo nomine non sit facta. Et per hanc decretalem exemplificamus regulas infra de regu. iur. ratum quis, & regulam, ratihabitionem.

[Glo. secunda quærit; ponit opi. contra quam allega. duo iura; demum subdit alias duas opiniones, & secũdam approbat.]

f ¶ Mandato.] Quod si quis mandauit clericum uerberari, & postea ante manuum iniectionẽ reuocauit mandatum: demum mandatarius percussit antequã reuocatio peruenerit ad eum? In hac quæstione vr̃ tenere Bar. sup. eo mulieres, talem esse excõicatum, ad ꝙ bene faciunt iura ibi per eum allegata: & idem per eadem iura ibi tenet Host. est tamen argu. contra. ff. de acquir. hære. si quis mihi bona. ad fi. & sup. eod. lib. de procu. c. vlti. in fi. Inn. ibi dixit talem excommunicatum non esse: a tenetur tñ de culpa, de qua alias puniri possit: canon. n. dolum requirit Bart. Brix. in fi. quæstionũ suarum generalium, in quæstione quæ incipit; aliquis mãdauit (& est 89.) dixit, quod talis quo ad Deum non tenetur, tamen quo ad ecclesiam excommunicatus est, quod certum videtur.

ADDITIO. Quosdam casus, quibus pœnitentia liberat a pœna, posui de iure patron. cum laici, super 1. glos. Ioan. And.

1 Idẽ Io. Mon. hic in prin. Io. And.

† Supple iuxta proprias facultates, ſm Anch. per ca. ea noscitur. sup. eo. in antiquis, quẽ sequũtur hic doct. quia de facultatibus Ecclesię quas ad vsũ nẽt ad hoc nõ teneri. Ph. allc. 16. q. 3. §. vlti. quęro. qõ. 6. c fi. §. fi. vnde infe runt, ꝙ fructus ecclesiæ capi non pũt p delicto clerici. ca. 2. sup. de sol. dixi in rep. mea. c. si iudex laicus. de sen. excõ. li. 6. Fon.

† al. iniecerit.

a Hostiẽ. hic posuit dictũ Inn. sed ipse Inn vr̃ hic tenere, quã eũ tarde pęnituit, ꝙ non potuit reuocare: alias secus hæc distinctio colligiẽ, ex principio, & fine suę gl. Io. And.

in clericum [a] tuo [b] nomine violentas, si hoc ratum habueris, excommunicationem latam a canone incunctanter incurris: [c] Cum ratihabitio retrotrahatur, & mandato debeat comparari. [d] Si vero iniectio eadem tuo nomine non [e] sit facta, tunc licet pecces ratam habendo eandē, nō tamen propter hoc excōicationis vlilius † vinculo innodaris; Cū quis ratum habere nequeat, q̄ eius nomine non est gestum. [f]

¶ Idem.

¶ Tempore interdicti etiam sani ad pœnitentiam admittūtur, nisi sint excōicati, qui non nisi in mortis articulo admittūtur, vel nisi causam dederint interdicto; qui non admittentur, nisi satisfaciant, vel caueat, prout possunt. Itē illo tempore Missę, & alia diuina officia sub pœna distributionum sicut prius in ecclesiis celebrantur ianuis clausis, plane sine excommunicatis, & interdictis, & sonitu cāpanarum. Et quater in anno alte cum campanis, & ianuis apertis celebrare possunt, & exclusis excōicatis interdictos admittere, ita tamen quod hi propter quorum excessum latum est, non appropinquēt altari. In cęteris seruandum est interdictum. Et reuocata sūt priuilegia vltra id quibuscūque concessa. h.d. Io. And.

CAP. XXIIII.

Alma mater [g] Ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consulte, quæ suadente subiectorum vtili-

a ¶ Clericum.] large sumitur, vt 12.q.1.duo sunt.

[Glo. seq. exemplificat, quærit, & opi. ponit.]

b ¶ Tuo nomine] puta tui contemplatione seruitor, vel amicus tuus clericum, qui tibi iniuriam realem, uel verbalem intulerat, percussit: quem tu postea ratum habendo receptasti, & magis amicum habuisti. Sed quid dices retento hoc themate: si ille amicum, vel seruitorem talem non receptauit, vel illum expulit, nec per aliqua exteriora potest apparere, q̄ ratū habuerit: sed tamen in veritate ratum habuit in corde? Dixit Host. sup. eod. mulieres, talē quo ad Deū esse ligatum, non tñ quo ad ecclesiam militantem, quæ non iudicat de occultis, de simo. sicut nobis, & sup. eo. a nobis 2.

† Obserua ex hac gl. modū p̄bandi ratificationē actus per aliū gesti, de quo vide no. i l. 3. ff. de adim. le. & in l. quo. ins. ff. ré rat. habe.

† al. illius.

[Glo. seq. resp. per quæstionem.]

c ¶ Incurris.] Ex ratihabitione prædicta. dico ergo eum excōmunicatum ex nunc scilicet ex quo ratū habuit, non ex tunc quo fuit facta iniectio: licet infra dicatur ratihabitionē retrotrahi: quia satis trahitur ad tēpus anterius cum ex facto anteriori ligat, licet ex nunc; nec enim snīa excōicationis trahitur retro, sicut aliæ sententiæ, sup eod. licet. quæ statim ligat aut non ligat, nec suspendit effectum suum, supra de appell pastoralis, & facit quod dixi. sup. eodem. venerabilibus. §. porro. in glos. post diffinitiuam. Ioan. And.

d ¶ Comparari.] vt infra de reg. iu. ratihabitionem, & dic, ut ibi no.

e ¶ Non sit facta.] puta inimicus inimicum sibi clericū percussit: ego gaudeo, forte illum postea recepto, & illi communico.

ADDITIO. Tunc tamen incurro minorem, & secundū hoc exemplum quod dixit tex. vlilius: intelligendum esset de maiori. Io. And.

f ¶ Gestum.] inf. de reg. iu ratum quis, & dic, vt ibi.

Alma mater.] diuide prout in prima gl.

g ¶ Et circa hanc dictionem. Alma, vide qnod dixi de offi. cust. c. 2. super eod. verbo, & habetur idem verbum sup. eod. lib. de reliqu. & ve. san. c. 1. post. prin. Io. Andr.

CASVS. Vidimus supra per totum discursum huius titu. maxime in c. si sententia, & in ca. si ciuitas, & in pluribus aliis ca. quod tempore interdicti diuina officia non debent celebrari in locis interdictis: nec ministrari sacramenta ecclesiastica, exceptis aliquibus casibus. Sed vtrum tempore interdicti debeat denegari sacramentum pœnitentiæ? Iura antiqua circa morientes admittunt, sed de sanis nihil dicunt? Respondet Romanus Pontifex, quod non solum morientibus, sed etiam sanis non debet denegari sacramentum pœnitentiæ; etiam tempore interdicti: dummodo non sint excommunicati. Item dummodo non sint illi, propter quorum culpam sit positum interdictum: & hoc verum, nisi præstita cautione, de qua in littera. Sed vtrum sit indistincte verum, quod tempore interdicti non debent celebrari diuina? Respondet quod non: sed intelligitur, quod non debent celebrari diuina publice apertis ianuis, & pulsatis campanis: sed possent celebrari diuina non cantando, sed submissa voce: & præbendati non interessentes horis diuinis perdunt suas distributiones, quemadmodum si diuina celebrarētur alta voce: sed istud fallit in quatuor festiuitatib. videlicet in festo Paschæ Natiuitatis Domini, Pentecostes, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis: in illis quatuor festiuitatibus licet locus sit interdictus, poterunt pulsari campanæ, & celebrari diuina alta voce, etiam admissis interdictis in auditione diuinorum officiorum, & cum illis, qui sunt causa interdicti: sed debent remotius stare, & nō debent appropinquare ad altare pro faciendis suis oblationibus, vel causa orandi. Postea Romanus Pontifex iubet antiqua iura obseruari, non obstantib. illis, quæ in contrarium statuuntur. No. primo, q̄ interdictum quandoq; refertur ad locum, & non ad personas loci, quandoque fit e conuerso, ut sup. eo. tit. & lib. cap. si ciuitas. Nota secundo, quod ex non celebratione diuinorum, & substractione sacramentorum insurgit hæresis, indeuotio, & periculum animarum. Zabarel.

[Glo. prima summat, & diuidit.]

g ¶ Alma mater.] Corrigit hæc decretalis in quibusdam ius vetus, vt infra patebit, & dicit hoc. Tempore interdicti etiam sani ad pœnitentiam admittuntur, nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittuntur, vel nisi causam dederint interdicto, qui non admittuntur nisi satisfaciant, vel caueant prout possunt. Item illo tempore, Missa & alia diuina officia sub pœna distributionum sicut prius in Ecclesijs celebrantur ianuis clausis, plane sine excommunicatis, interdictis, & sonitu campanarum. Et quater in anno alte cum campanis, & ianuis apertis celebrare possunt: & exclusis excommunicatis, interdictos admittere: ita tamen quod hi, propter quorum excessum latum est, non appropinquent altari. In cæteris seruandum est interdictum, & reuocata sunt priuilegia vltra id quibuscumque concessa: hoc dicit. Et potest diuidi in quatuor partes: in prima præmittit procœmium vsque ibi: Sane, ibi secunda, in qua tractat de Sacramento pœnitentiæ, quomodo, & quibus sit exhibendum tempore interdicti, vsque ad §. Adiicimus. ibi tertia. Vbi tractat quomodo diuina officia sint illo tempore celebranda vsque ad §. Cæteris, ibi quarta, & vltima, in qua quo ad cętera seruari præcipit interdictum, & priuilegia contraria reuocat.

[Glo. secunda allegat duas concordat simile, & ponit notabile.]

a ¶ Com-

tate postmodum consultius ac rationabilius reuocat, † in meliusve commutat.[a]

¶ Sane a nostris dudum fuit prædecessoribus constitutum, vt in terris seu locis Ecclesiastico suppositis interdicto, nulla (certis casibus, & sacramentis[b] exceptis) diuina celebrentur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta. Quia vero ex districtione huiusmodi statutorum excrescit inde vorto populi pullulantur hæreses, & infinita pericula animarum insurgũt,[c] ac Ecclesijs sine culpa[d] earum debita obsequia subtrahuntur: cum fratribus nostris deliberatione habita super his diligenti: Concedimus, quod tempore interdicti ab homine, vel a iure[e] prolati, non tantummodo morientes, sed † etiam viuentes, tam sani[f] etiam quam infirmi, ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum,[g] summe necessaria est) licite admittantur:[h] dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti (prꝫterquam in mortis † articulo)[i] nolumus ad eandem. Illis etiam propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione ipsum interdictum est latum, prꝫbuerunt auxilium, consilium, vel fauorem: nisi de ipso delicto (si sint tales, quod id facere valeant) prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam[k] dederint cautionem: aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionẽ præstare iurauerint,[l] quod cum poterunt satisfacient: & ad satisfactionem huiusmodi per eum vel per eos, qui facere ipsam debent & possunt, præstandum, dabunt consilium, & auxilium, ac iuxta posse suum fideliter laborabunt: non est pꝫnitentiꝫ beneficium aliquatenus concedendum.

a ¶Commutat.] quia secundum varietatem temporum statuta expedit variari, supra de consang. & affin. non debet, & optime. 63. dist. quia sancta. §. verum nã etiam priuilegium reuocatur, cum tendit ad noxam. s. de deci. suggestum. Et no. ꝙ raro inuenies, & forte nũquã (saluo eo, quod dixi supra de hæret. c. Christianos) ꝙ constitutio Bonifacij reuocet ius antiquum, quin verba exprimat, quæ hoc denotent, vt vides hic, & sup. eod. lib. de rescr. statutum. sup. de concessio. præben. c. 2. & de censi. felicis. sup. eod. licet hoc non sit necesse, vt sup. eo. lib. de const. cap. 1. est tamen vtile, vnde non debemus esse faciles ad dicendũ per suas ꝯstitutiones vetera iura esse correcta, vbi id non exprimit. q̃a si hoc intenderet, in illis expressisset, vt i. istis. ad hoc supra de celeb. Mis. cum Marthe, versi. Ioannes, cũ suis concor.

[Glossa sequ. specificat sacramẽta permissa]

b ¶Sacramentis.] permittebatur enim baptisma paruulorũ, pœnitentia morientium, & viaticum, ꝯfirmatio in fronte. ĩ de spon. non est. & de pœnit. & remis. ꝙ in te. sup. eod. respo. permittebatur etiam ꝯfectio chrismatis. su pra eo tit. & lib. quoniam. & celebratio Missæ semel in septimana pro ꝯficiendo corpore Christi pro infirmis. sup. eod. permittimus. tenet etiã matrimonium contractum tempore interdicti. cum teneat etiam contractum ab excommunicato maiori. supra de eo, qui dux in matrim. quam pol. per adul. significasti. licet enim illud sit sacramentum, non tamẽ sic confertur gratia per illud sicut per alia. 1. de hoc. 1. q. 1. quicquid.

c ¶Insurgunt.] & omnibus his fuit prouidendum, supra de constit. cap. 2. de sepul. cap. 1. Audiui de quodam loco in Marchia, quod tanto tempore steterat interdictum, quod facta relaxatione homines illius loci 30. & 40. annorum, qui nunquam audierant Missam, deridebant presbyteros celebrantes.

ADDITIO. Simile, quod dicit Hierony. ad Athletachiam, vbi loquitur de natis in obsidione, qui non desiderabant, quam non nouerant libertatem. Ioan. Andr.

d ¶Sine culpa.] quod regulariter esse non debet, ĩ. de reg. iur. sine culpa. cum suis concor.

e ¶A iure.] pone exemplum, sup. eod. lib. de elect. vbi periculum §. ciuitas. de censi. quamquam. de immun. eccles. de vsu. c. 1. de pœnis. c. vlt.

f ¶Sani.] vide, quod verificatur hic falsa opinio, quam posuerat Gostre. supra de spon. non est nouum. in fi. vbi dicit textus, pœnitentias morientium, dicebat Gostred. Tancre. & Vinc. & etiam viuorum: quoniam nulli deneganda est pœnitentia: allegat. de pœnit. & remis. quod quidã. de pœnitent. distin. vlt. cap. vlti. prophetauit, & suo tempore falsum dixit, licet hodie per hanc decret. sit verum.

g ¶Ad peccandum.] quia procliuis est cursus ad voluptatem, & natura imitatrix est vitiorum 20. quæstione 3. procliuis, & omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum 22. quæstione 1. omnis ætas. & natura humana facile labitur ad delictæ. in authen. de monachis. 3. si vero his. col. 1. vnde est pœnitentia secunda post naufragium tabula, qua sustinemur post casum. de pœnit. di. stin. 1. secunda post naufragium. & post baptismum, qui lapsus fuerit in peccatum, per eam reparatur. sup. de summa Trin. firmiter, ad finem.

[Glossa quærit, argu. pro, soluit contrarium]

h ¶Admittantur.] sed nunquid talibus sanis post pœnitentiam dari posset Eucharistia? & videtur, quod sic: cum ipsa per pœnitentiam intelligatur. supra de pꝫnit. & remiss. quod in te. Sed dic contra, nam licet eo casu per pꝫnitentiam intelligatur viaticum, vt ibi non tamen simpliciter Eucharistia: nam ista est regula a canone tradita, ꝙ nulli pꝫnitenti est denegandum in morte viaticum. 50. dist. pꝫnitentes. in fi. licet igitur Eucharistia, vt viaticum eo tempore permittatur his, qui sunt in via huius seculi: non tamen sanis reperio permissum, & sic antiquitati stabo, & dicam prohibitum. C. de appellat. præcip. mus ad hoc ĩ. §. proxi. in fi. vbi dicit. solummodo.

ADDITIO. Sic circa sacramentum nihil sit immutatum, nisi quo ad pœnitentiam, & idem Arch. Ioan. And.

i ¶Articulo.] tunc enim ipsi pꝫnitentes absolui possũt a sacerdote. sup. de sepul. c. fi. etiam si tale esset excommunicationis genus, quod non possent absolui nisi a Papa 17. q. 4. si quis suadente.

k ¶Idoneam.] ergo non nudam, sed pignora, vel fideiussores. C. de verb. sig. sancimus.

l ¶Iurauerint.] ad idem supra de donatio. inter virum & vxorem per vestras. G. de episcop. & cle. authen. generaliter.

† Not. ꝙ rationabiliter factũ mutatur. in l. C. de cad. tollẽ. vbi dicit Bald. ꝙ sicut medicus sm tẽpora alterat medicinas, ita legislator leges per tẽ. hic & c. nõ dẽt. de cõsan. & affin. ꝙ est prob. in l. relegati. ff de pœn.

† al. ita: sed & viuentes.

1 Ibi dixit de sacro ordinis post Inno. I. A.

a Fatetur ergo gl. ꝙ in matrimonio ꝯferi grã, & ꝗuã asserere est hæreticũ. Coc. Trid. sess. 24. de sacro matrimonij. cano. 1. an ꝗũt in matrimonio tanta ꝯferatur grã, quanta in reliqs sacramentis consule Theologos lib. 4. sent. dist. 26.

† Nam in mortis articulo nulla est casuum reseruatio: atq; ideo omnes sacerdotes quoslibet pꝫnitẽtes a quibuscuis peccatis, & cẽsuris absoluere pñt. ita Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuũ reseruatione.

¶ Vide cõc. Trid. sess 6. c. 4. de lapsis, & corũ reparatione.

4 Idẽ Archid.

5 Quid sit istud viaticum Pan. ponit c. ꝙ in te hic alleg. tex. in c. inter rogo. q. 1. Font.

Cautio idonea pignora, vel fideiussores cõprehẽdit, nõ nudã promissionẽ.

Nec tunc etiam quo ad illos, vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt (vbi ciuitas, vel locus alius, seu vniuersitas interdicti existunt) facienda est relaxatio [a] interdicti, sed est eis solummodo iniungenda pœnitentia salutaris.

¶ Adijcimus præterea, quod singulis diebus in Ecclesijs, [b] & monasterijs [c] Missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, sicut [d] prius: submissa tamen voce, ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis [e] exclusis, & campanis etiam nō pulsatis. Et tam canonici, quam clerici ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianæ illis, qui horis intersunt canonicis tribuuntur: [f] si ad officia non venerint supradicta, distributiones easdem amittant: sicut interdicto perderent non extante, si diuinis officijs non adessent.

¶ In festiuitatibus vero Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis [g] Virginis gloriosæ, campanæ pulsentur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: quibus ob reuerentiam dictarum solemnitatum (& vt ipsi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum † facilius inclinentur) præfatis diebus participationē permittimus diuinorum: sic tamen quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent. [h]

¶ Cæteris, quæ circa obseruationem interdictorum a nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis: non obstantibus quibuslibet priuilegijs, Ecclesijs, monasterijs, ordinibus, religionibus, seu personis ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, exemptis & non exemptis, sub quauis forma, vel expressione verborum ab Apostolica sede concessis, [i] quæ contra tenorem præsentis constitutionis nullis volumus suffragari: cum quibuslibet tam secularibus, quam regularibus sufficere debeat, vt tempore interdicti modo præmisso diebus celebrēt supradictis.

a ¶ Relaxatio.] facit ad ea, quæ not. de pœnit. & remis. quod in te. in fi. 1 igitur si is, propter cuius culpam latum est interdictum: satisfacere vult, tolletur interdictum: si non propter eius culpam, sed alterius, ipse punitur, eius satisfactio non requiritur. sup. eo. tit. & lib. si sententia. §. 1. si autem culpabilis fuit, puta cōsiliarius, vel auxiliatius, licet tollatur cautio, & iniungatur pœnitentia, non relaxabitur interdictum.

b ¶ Ecclesijs.] non intelligas de Ecclesijs interdictis, sed si tis in loco interdicto, quod patet sup. §. 1. ibi, terris seu locis. ad idem supra de verbo. signifi. cum in partibus. sic etiam loquitur supra de pœnit. & remis. quod in te. de priuileg. quod nonnullis. ibi, cum commune terræ fuerit interdictum.

ADDITIO. Ad huius intellectum vide quod scripsi supra eod. tit. & lib. c. præsenti. super ver. loca. Io. And.

c ¶ Monasterij.] & nomine ecclesiarum intelliguntur monasteria 54. dist. cap. ab bati. § hac autem auctoritate.

ADDITIO. Vide quod not. & dixi supra eod. lib. de suppl. neglig. prælat. grandi. in uer. præsertim. in glo. no & super ipsa. Ioan. And.

d ¶ Sicut prius.] hoc statum determinat per sequentia.

¶ Et 2 per hoc dic, quod non solum Missæ ordinariæ poterunt dici, sed etiā peculiares, & pro pecunia.

[Glossa sequens quærit argu. affirmatiue. sed contrarium soluit.]

e ¶ Interdictis.] quid de non interdictis? Videtur a cō trario, quod eis præsentibus possit celebrari: seu dic cō trarium, quia interdicto loco omnibus interdictum intelligitur, ibi audire diuina, nisi super hoc sint priuilegiati, & videtur expressum supra eo. lib. de priuileg. licet. quæ decret. etiam videtur superflua per istam. Sed dic, vt dixi in princip. imo si decret illa intelligeretur de priuilegio iuris communis, puta dato hodie per hāc decret. ibi esset casus.

f ¶ Tribuuntur.] & illis tantum, non alijs sribus debent, & consuetudo contraria non valet sup eod. lib. de cle. non resi. cap. vnico.

[Glossa sequen. definit altercationem: secundo quærit & soluit.]

g ¶ Assumptionis.] nota terminatam altercationem quærentium, quod est solemnius festum: an festum Assumptionis, an festum Natiuitatis 3 Virginis gloriosæ: habet enim Ecclesia, quod sit celebrius festum Assumptionis, vt hic vides. & supra de obseruat. ieiun. cap. primo. Sed in his festiuitatibus quantum poterit celebrari? Dic, quod in vigilia festi ad vesperas: 4 quia tūc quo ad officiorum celebrationem incipit dies 75. dist. & quod dic. & supra de fer. cap. 2. & credo, quod continuare poterūt officium vsque ad vesperas festiq; diei inclusiue, completorium autē, & reliqua post vesperas cantare nō poterunt secundū hanc formam per ista prædicta.

h ¶ Appropinquēt.] Vberiorem gratiam igitur habebunt, qui non peccauerunt, quam ij, qui peccauerunt, 5 & merito: nam & specialē est in hac sententia contra rationem iuris, quod alius pro alio puniatur. supra de iniu. & dāno dato. capitu. vnico.

[Glos. seq. exemplificat, secundo soluit duo dubia.]

i ¶ Concessis.] e. sunt fratres Minores, Prædicatores, & quidam alij priuilegiati, vt certis istis festiuitatibus celebrare possent tempore interdicti, interdum vsque ad octauas: hæc & similia priuilegia sunt reuocata: puto. [Idem Archidia.] etiam per hæc verba generalia reuocatum priuilegium Templariorum, & Hospitalariorum, quo in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiebatur vna Ecclesia in loco tempore interdicti, & celebrantur diuina. supra de priuileg. vt priuilegia. Et intelligas de prioribus priuilegijs, quæ respicit hæc constitutio, non de posterioribus: cum sibi, vel successoribus legem imponere non potuerit: licet indicare potuisset, supra eod. lib. de rescrip. cap. vlt. C. de legi. digna vox. de elect. innotuit, in antiq.

1 Et vide ibi, quod post Inno. dixi sup. fi. vlt. gl. Io. An.

2 Hæc verba vsq; in finē hui⁹ glossulæ nō sut de gl. Io. An. nec hñt in vetustiori bus. illa aūt verba, & p̄o pecunia. intellige, quod pōt recipi pecunia, nō tanq̄ precium, sed ad sustentatione & pro eleemosy.

3 Vel annūciationis, de quo plus videbatur. Io. And.

4 Idē Archi. & facit cle. 1. de reliq. & vene. in fin. & hoc ex obseruātia est indubitatum. I. A.

5 Dicit. Mo. gl'a est tuta plus, vel min⁹ affluit pro ut subiectum glā plus, vel minus fuco apparet fluentia. al leg. quod not. 4. q. 1. positiones. & fi. de vsu. & habi pleniū. § 1. & §. equitij.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Continuatio domini Heliae.

¶ Dictum fuit supra per discursum titulorum praecedētium de varijs constitutionibus editis seu factis circa iudices, circa iudicia, circa clericos, circa matrimoniū, & circa delicta, virū quia aliquotiens dubitatur de significatione verborum positorum in dictis constitutionibus: ideo annectitur titulus p̄sens, de verborum significatione.

TITVLVS XII.

De verborum significatione.

Innocentius IIII.

¶ Declarat hic Innocentius quid significat verbum priuilegij; Recepimus vos in proprios filios Ecclesiae Romanae, & quis locus dicatur esse desertus. h. d. Io. And.

CAP. I.

VE-

V[Eniens.] Ista decret. diuidit in quinque partes: prima declarat, quid cōferat priuilegium filiationis. Secundo ibi, illum, quis locus dicatur desertus, & circa Ecclesias talium locorum quatuor articulos declarat: Tertio in §. Caeterum diffinit articulum decimarum: Quarto ibi, In alijs fit reseruatio iuris episcopalis, & parochialis: Quinto ibi: Per declarationem fit protestatio de iure vtriusque. Et scias prout infra tangit glossa, quae incipit, Sed in quo, quod fratres Tēpli, & Hospitalis in quaestione, quam habebant cum Episcopo Tyberiacensi produxerunt quaedam priuilegia Alexandri, & Lucij, de quorū certis verbis dubitabatur quid significarent: quod hic in principio diffinitur. Sed Innocentius tangit, & abbas clarius, q̄ hic loquitur de quodam ordine, qui dicitur S. Iacobi, & est in Hispania, & sunt laici vxorati certis dieb. in septimana abstinentes a thoro vxorum, habent tamen clericos in suo ordine, & sic legendo cessarent aliqua obiectiones, de quibus infra dicetur. Et q̄ in c. sequitur, ideo non summaui, quia non recipiet titulum. Io. And.

CASVS. Romanus Pontifex, Hospitalarios S. Ioannis recepit in proprios, & speciales filios sedis Apostolicae, secundum communem intellectum huius c. & super hoc fuit confectum instrumentum authenticum ad fidem super hoc faciendum, postea accidit, q̄ aliqui fratrum Hospitalariorum perpetrauerunt aliqua delicta, ratione quorum fuerunt conuenti coram ordinario loci in cuius dioecesi perpetrauerant delicta, qui Hospitalarij conuenti excipiendo proposuerunt, q̄ nō tenebantur litigare coram dioecesano, quia erāt exempti a sua iurisdictione, & produxerunt dictum instrumentum: Ad illud probandum dicebat dioecesanus, q̄ per illa verba, Recepimus vos in proprios, & speciales filios: non erāt exempti a iurisdictione ordinarij, & per consequens tenebantur coram eo litigare: Consultus Romanus Pontifex interpretando, seu declarando illa uerba, respondit, q̄ per illa verba nō videtur data fuisse eis exemptio a iurisdictione ordinarij, q̄d ergo important illa uerba? Respondet Rom. Pontif. q̄ illi, qui sic sunt recepti in proprios, & speciales filios Romanae Ecclesiae, non poterunt excōicari, suspendi vel iterdici a quocūq̄ iudice, quā a Papa, uel eius delegato, & hoc importāt illa uerba, sed per hoc nō sunt exempti a iurisdictione ordinarij. Sed ponamus, q̄ Romanus Pontifex Hospitalarijs S. Ioannis, dedit priuilegium, vt ipsi in locis desertis ad ipsos spectantibus, possint capellas aedificare sine licentia dioecesani: itē q̄ possent praesentare dioecesano clericos idoneos ad seruiendum in illis capellis: Dubitatum fuit de isto vocabulo, Desertus, quis locus dicerentur desertus? Consultus Roman. Pont. respondet, q̄ ille locus dr̄ desertus in hoc casu quantum ad propositum nostrum, qui non fuit cultus a memoria hominum a Christianis, uel Sarracenis, uel etiam si fuit cultus a Sarracenis, nō tamen a fidelibus a memoria hominum, tunc ille locus dr̄ desertus quantum ad effectum priuilegij, ut ipsi Hospitalarii possint in eo aedificare capellas, & uti priuilegiis a sede Apostolica sibi cōcessis in locis desertis. [Recepimus] hucusq; durāt illa uerba. [In p̄missis.] quia in alijs casibus dicitur desertum a tempore, quo quis renūciauit appellatiōi: licet nō sit lapsum tēpus memoriā hominum excedēs. [Subiecti.] licet dicti fratres haberent facultatē cōstituēdi ecclesias in locis desertis, & instituēdi clericos ibi, tamen quia non est commissa cura animarum ipsis clericis, iō debēt p̄sentare dioecesano, vt committat illis curā animarum. Et licet illi Hospitalarii possint instituere clericos in illis capellis institutione, quae dicitur institutio collatiua tituli: non tamen possunt instituere instōne auctorizabili, sed requiritur, q̄ adeant dioecesanum, ut dictum est. [Reseruato.] quia si isti Hospitalarii habeant proprias possessiones in locis desertis, quas possessiones ipsi colunt proprijs manibus uel proprijs sumptibus colli faciunt, ipsi soluūt decimas istis clericis sui ordinis, & non parochialibus ecclesiis. Sed vtrum eorum clerici, qui recipiunt decimas, debeant soluere quartam episcopo? Respondet, q̄ non: imo in hoc sunt priuilegiati, ut non soluant aliquam portionem episcopo pro iure decimandi, sed de alijs possessionibus, quas non colunt, nec coli faciunt proprijs sumptibus, debent soluere decimas ep̄o. [Derogari.] Hoc refertur ad primum dictum capituli, hoc est, per illa verba, Recepimus uos in speciales filios Romanae Eccle. non probant exemptionem: tamē dixit Rom. Pontif. q̄ si isti fratres obtinuerunt a Sede Apostol. exemptionem, non intendit per hoc p̄iudicare alijs suis defensionibus, per quas possent p̄bare exemptionem maiorem, sed solum intendit declarare, quod per illa verba, Recepimus uos in p̄prios & speciales filios Sedis Apostolicae, non probatur plena exemptio. Nota primo principalem effectum principij huius c. videlicet, q̄ per illa verba: Recepimus vos in proprios & speciales filios Rom. Ecclesiae, non p̄batur plena exemptio: secus si Papa dixisset, Recepimus uos in proprios, & speciales subiectos Romanae Ecclesiae, ut in c. si Papa de priuil. Nota ulterius quid important illa uerba, Recepimus uos in proprios, & speciales filios Romanae Ecclesiae: nam importent, ut illi fratres non possint excommunicari, uel suspendi, aut interdici ab alio quam a Papa, uel legato de latere. Et licet textus non faciat mentionem de suspensione, tamen est idem dicendum sicut de interdicto: nam suspensio est quoddam interdictum, vt dicit gl. Nota, q̄ locus dr̄ desertus, qui a memoria hominum nō fuit cultus, & talis cultus appellatur nouale. Et dr̄ nouale, terra de nouo reducta ad agriculturam, quae non fuerat culta a memoria hominum. Et ponderanda est dictio, Hominum, per hoc enim soluitur quaestio utrum illa terra dicatur nouatis, quę non fuit culta a centum annis: nec fuerunt percepti fructus, sed tamen apparent sulci, & apparet, q̄ alias fuit culta? Dicendum, q̄ nihilominus dr̄ talis terra nouale, quia sulci non sunt in memoria hominum. Et sic licet in aliqua terra appareant signa: dum tamen non fuerit culta a memoria hominum: illa terra dicitur noualis. Nota quod quis non potest aedificare Ecclesiam in loco non exempto sine licentia dioecesani. Quid si de facto aedificauit absque licentia dioecesani? Dicendum, q̄ locus ille non debet destrui: sed dos applicabitur ep̄o, qui poterit de illa ecclesia disponere, & in ea clericum instituere: non ad

præsentationem ç[illegible] sificantis, & illi clerico assignare illam in dotem. No. q fratres S. Ioannis non sunt à iurisdictione diœcesanorum exempti, priuilegio clauso in corpore iuris, quia dicit textus, q bene apparet, q fuerunt recepti in proprios & speciales filios Romani Pontificis, sed protestatur Papa, q no intendit derogare eorũ priuilegijs, si habeant ampliora priuilegia No. vnum casum, in quo decima non soluitur ecclesiæ parochiali, sed clericis illius ordinis, vt si fratres S. Ioannis habeant possessiones, quas excolunt vel excoli faciũt proprijs sumptibus, nõ soluunt decimas ecclesijs parochialibus, sed clericis sui ordinis.

Nota casum, in quo eps non consequitur quartam decimarũ: videlicet clericis fratrum S. Ioãnis, & hoc verũ de decimis receptis à terris, quas excolũt proprijs manibus, vel pprijs sumptibus excoli faciũt, secus si dederint illas possessiones alij excolẽdas, vel in emphyteusim, vel ad ppetuũ censum, ideo fratres S. Ioãnis qui tradũt alijs suas possessiões, sub hac qualitate: tradimus tibi tales possessiones qt tatas & exẽptas à solutione cuiuscunque decimæ, male faciũt, nec illo modo possũt tradere suas possessiones, & hoc verum, nisi habeant amplius priuilegium: nam priuilegium, tantum valet, quantum sonat.

Nota etiam, quod per receptionem in proprios filios, non conceditur exemptio, de quo vide supra de priuileg. si P pa. Nota finaliter argum. quod legatus de latere potest se intromittere, de reseruatis Romano Pontifici. de quo supra de offi. deleg. quod translationem. Dominicus.

[Prima glossa summat]

a ¶ Veniens.] Declarat hic Innocentius quid significet verbum priuilegij: Recipimus vos in proprios filios ecclesiæ Romanæ, & q locus dicat esse desertus.

b ¶ Per illa verba,] quasi dicat, possent illi habere alia priuilegia, per quę essent exempti, sed per illa nõ sunt, est enim quædam declaratio, per quam non præiudicatur alijs defensionibus, vt dicit in fi.

c ¶ Non intelligi.] Idem habes inf. eod lib. de priuile. si Papa. §. similiter, & vide inf. de hoc in glo. sed in quo sunt illi priuilegiati.

d ¶ Latere.] nota igitur differentiam inter legatos de latere & reliquos ad idem sup de offic leg. c. penul. & sup. eo. tit c. 1. Satis est ergo hic, q verba aliquid conferant, & aliquid operantur, sup eo. titu abbate.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

e ¶ Interdici.] Satis puto idem in suspensione, cũ illa sit quoddam interdictum: & omnia ea continentur sub appellatione censuræ. supra eod. tit. quærenti. Et, quod dicit, a quoquam, intelligo etiam ordinario. Nec obstat sup. eod. lib. de priuileg ne aliqui. quia vt ibi dicitur, illa decreta non habet locum in religiosis, quibus cõcessum est priuilegium tale ratione loci vel ordinis. ad idem supra e. lib. de priuileg. ca. 1. § in eos.

f ¶ Penitus.] s. quia non est memoria, q habitatus, vel cultus fuerit a Christianis, vel Sarracenis, & idẽ in sequenti casu, scilicet quãdo habitatus vel cultus fuerit, scilicet a Sarracenis: nec est contrarij memoria, scilicet q a Christianis fuerit habitatus, vel cultus.

g ¶ Detentus.] supra de re iud. abbate. eo. lib.

h ¶ Construendas.] petita licẽtia à Papa, vt infra. ver. quis in locis.

i ¶ Legis diœcesanæ.] est lex diœcesana, & lex iurisdictionis, de quibus plene no. 10. q. 1 in summa. & supra de offic. ord. dilectus. subeunt ergo lege iurisdictionis preter id, quod sunt exempti per priuilegium Alexandri, vt sequitur

ADDITIO Vnde sub diœcesanis potesunt conueniri secũdum Innoc. & vide, q not. supra eodem lib. de priuileg. c. 1. in eos. in glo. 1.

K ¶ Petita] intelligas & obtenta, confidenter autem postulent, quia illam obtinebunt. sup eod. lib. de censi. Romana. vers. si vero.

l ¶ A sede Apostolica.] alias sufficit licentia diœcesani. de consec dist. 1. nemo. & concor. ad hoc sup. eo. lib. de priuileg. auctoritate vbi quo ad hoc distinguitur inter loca exempta. & non exempta

m ¶ Examinandi.] ne ad animarum regimen promoueantur indigni, cum hoc casu promotori inferatur pęna. sup de elec. nihil est. est enim ars artium, regimen animarum. sup. de æta. & qual. cum sit.

n ¶ Ab eis.] scilicet diœcesanis episcopis.

o ¶ Subiectę] concor. sup. de præb in Lateranen & c. de monachis. & eod. lib. & eo. tit. c. 1. sup. de priuileg. cũ & plantare §. cum in ecclesiis. Et talẽs rectores sic instituti sunt perpetui vicarii, nequeuntes absque causa rationabili remoueri. i. eo lib de capel. mo. ca 1.

p ¶ Bonis] vndecunq; prouenniant; licite tamen acquisitis de hoc 14. quæst. 5. in summa sup. de deci. extrauag. missa.

q ¶ A quibus.] clericis scilicet ordinis sui.

[Glo seq obijcit, & soluit exprimendo sex, in quibus obtinent isti fratres.

r ¶ Persoluãt.] sed in quo sunt isti priuilegiati quo ad hoc.

niens: [a] & infra.

¶ Per [b] illa verba priuilegij: in speciales & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recipimus: dictos fratres exemptos non [c] intelligi, & ipsos ex illo in proprios eiusdem ecclesiæ filios fuisse receptos, quod ab alio, quàm a Romano Pontifice, vel legato ab eius latere [d] † destinato, interdici, [e] vel excommunicari, à quoquam non valeant, declaramus.

¶ Illum locum desertum, in premissis intelligimus, qui non habitatus penitus [f] neque cultus fuerit, vel vltra memoriam hominum (secundum indulgentiam Lucij) est sub Sarracenorum potestate detentus, [g] censentes ecclesias in talibus desertis locis à fratribus ipsis constructas, seu etiam construendas, [h] in eo plena libertate gaudere, vt secundum indulgentiam Lucij, nihil ab ipsis legis [i] diœcesanæ nomine valeat per episcopos exigi: quæ (secundum priuilegium Alexandri) non possunt interdicto, seu excommunicationi supponi: quas in locis huiusmodi dicti fratres habeant potestatem (petita [k] à sede [l] Apostolica licentia) construendi, easque cum suis plebibus per suos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi [m] episcopis præsententur, vt ab eis [n] curam recipiant animarũ, cum plebes episcopis sint subiectæ. [o]

¶ Cæterum dicti fratres decima de laboribus & noualibus suis, quos proprijs manib. aut sumptibus excolunt, & alijs bonis [p] sibi à Deo præstitis, conuentibus clericorum ordinis sui (à quibus [q] quarta, vel tertia nullatenus exigatur) cum integritate persoluant, [r] salua moderatione concilij

† Petr. de Anch. negat p hanc tex. posse legatos cognoscere posse de causis exemptorũ, q a hic est priuilegiũ, non ius cõe, itẽ agpa iure ordinarijs, qui exemptos non iu licẽt, no. i. de or leg. translatione. Font.

(Hoc patet i. e. his cui, cõiuncto. s. rñ. cũ. 1. & rñ. cũ 1. & s. Ad idem sup. tit. 1. c. 1. si quis cõiunctis, cũ illa decr. sacro. eo tit decre. epõrũ sa eo lib. de priuileg. & deci. sup. e lib. de offi. deleg. & Andr.

hoc nonne ibi fratres de iure sunt priuilegiati, q8 non teneantur ad decimas laborum & noualium. s. de deci. ex parte 1. sunt.n. isti, de quibus hic Papa loquitur Templarij hospitalarij Hierosolymitani: qui cum Tyberiacen. epo quaestionem habebant super diuersis articulis: in qua causa produxerunt priuilegia superius dicta. Sed q8 dictum est, quod isti fratres laici sunt ex ordine. qa ordinem clericalem non habent: quidam ex eis sunt milites. s. de sent. excom. canonica. alii sunt clerici. Isti igitur fratres de laborib. & noualib. quae colunt, soluent decimas sibi ipsis, & ad est, clericis fratrib. ex dinis sui, qui clerici de his decimis episcopo non dabunt quartam, quam alias de iure communi deberet habere. sup. de offi ordi. conquerente de praescri. de quarta. est enim quarta de lege dioecesana. sup de off. ordin conquerente. a qua nulli sunt exempti, vt sup vidisti. Si igitur bene aduertis per haec sua priuilegia, isti obtinent prius in eo quia ex quo sunt proprij & speciales ecclesiae Romanae filii, ab ipso episcopo interdici vel excommunicari non possunt. Item quod ratione ecclesiarum per eos constructarum in locis desertis nihil lege dioecesana debent epo. Tertio, quod propter eas excommunicari vel interdici non possunt. Quarto, q solum per suos clericos eas gubernant Quinto, q decimas laborum & noualium, & alia, quae colunt, clericis sui ordinis, & sic sibi ipsis soluunt. Sexto, quod de illis decimis quartam episcopo non soluunt. Ioan. And.

generalis: [a] In alijs [b] eorum possessionibus iure communi, seu quolibet alio ecclesijs parochialibus & dioecesano episcopo reseruato. Per declarationem [c] autem huiusmodi nolumus defensionibus alijs, seu iuribus partium derogari.

h Dicebat ergo Hos. & post eu Io Mo & Arc. quod isti grauantur i vno, qa soluunt id, q non tenent p pd. decre. ex parte. Sed statim releuatur in alio, qa soluunt clericis ordinis sui, iuxta regulam s. de paro. c. 1. & ff. de iu. iu. eu q in princ. Io. And.

a ¶ Generalis. supra de decimis, nuper. scilicet quod de possessionibus quaesitis post concilium soluant decimos

ADDITIO. Vnde dicebat Inn. quod haec vult ista moderatio quod iste ordo S. Iacobi de quaesitis post concilium integras decimas soluat, intellige parochiis quib. debentur. Ioan. And.

b ¶ In alijs) scilicet quas alijs colendas tradunt, vel ab alijs colendas recipiunt: Vel de quibus, antequam fierent noualia, magni prouentus prouenicbant. Vel quae sunt ipsorum quoad primaeuum & directum dominium: tn parochiani eas possident & tenent, pone habentes eas per emphyteusim. ad hoc supra de deci. dilecti. & c. hoc. & sup. eo. quid per nouale ad fi. de acquisitis post concilium dixeras supra prox.

[Glo. seq tecit per obiect. & solutionem.]

c ¶ Per declarationem.] Nota verbum, si aperetur de exemptione, & exemptio non probaretur, & pronunciaretur contra opponentem, bene fieret praeiudicium, saltem quoad eum, licet non quoad superiorem. supra de priuileg. cum olim. de restitutio. in integrum, cap. 2. quia si non appellatur a sententia priuilegiorum de nouo repertorum, non reuocatur sententia. sup. de re iudicata, inter monasterium & cap suborta. sed hic non diffinitiue pronunciat, sed declarat quodammodo interloquendo, quid importent verba priuilegij; vnde licet per illud priuilegium, qui sunt recepti in filios, non sint exempti; si habent alia priuilegia exemptionis, bene sunt exempti, vt dixi in principio, non.n. pronunciat illos exemptos vel non, sed declarat quid illa verba priuilegij importent. Idem in aliis casibus, de quibus supra dicitur.

Constitutionem.) Continet tria dicta, quae patent in rubro. Secundum ibi, Caeterum Tertium, ibi, Statutum quoque Et olim incipiebat Coniurationem, & fuit multum decisa. Io And.

¶ In hoc c. ponuntur duae declarationes. Primo q qui tum ad materiam c. si forte. supra de electio. non est differentia inter euidens, & manifestum, sed idem significant. Secundo ponitur, quod illi dicuntur coniuratores, qui se obligant ad non recipiendum aliquem auctoritate Apostolica in suis ecclesijs, & sunt vt conspiratores puniendi.

¶ Nicolaus tertius. †

¶ *Declarat manifestum & euidens esse synonima, & idem significare, quo ad casum dec. de elect. si forte. Ioan. And.*

CAP. II.

Constitutionem [d] felicis recordationis Greg.

CASVS. Dicitur in cap. si forte. allega. quod si inter cetera, quae opponuntur electo, opponatur euidens defectus, q conternit personam sua: puta caret oculo, vel quia patitur defectu scientiae, de illo est prius inquirendum: & si opponens deficiat in probatione illius: punitur ac si in probatione omnium defecisset. Sed quid si illud crimen seu vitium non sit euidens, sed manifestum, & potest probari. (Vnde euidens proprie dicitur, quod semel factum semper durat, euidentia. de accusationibus, in antiquis. sed manifestum dicitur, quod non durat in apparenti, sed tamen potest probari de facili) vtrum sit idem? Respondet Romanus Pontifex, quod sic, quia quantum ad hoc euidens & manifestum idem significant Sed ponamus, quod canonici ecclesiae Pictauien. simul conuenerunt, & adinuicem promiserunt mediante iuramento, & sic est coniuratio, vel sine iuramento, & sic est simplex conspiratio, quod non reciperent expectantes auctoritate Apostolica, sed eos repellerent, vtrum tamquam conspiratores sint puniendi? Respondet quod sic; Et si per modum statuti hoc fecerunt, non valet huiusmodi statutum Nota primo iuncta gl. differentiam inter euidens & manifestum: nam euidens accipitur pro notorio facti euidentis quod cunctis apparet. Nota iterum, quod licet capit. si forte. allegatum, dicat, quod si opponatur contra electum euidens defectus, quod de illo est prius inquirendum, & deficiens in probatione puniatur, ac si in probatione omnium defecisset: Idem est dicendum de defectu manifesto, sed hoc poterat colligi in dicto capitulo, si forte, quia ibi fit mentio de defectu scientiae: qui defectus proprie non dicitur euidens, sed manifestus, quia probatur faciendo debitam examinationem. Nota. quod differentia est inter coniurationem & conspirationem, quia coniuratio est, quando plures simul conueniunt de stando contra aliquem, & suam conuentionem firmant iuramento: Sed conspiratio est, quando plures faciunt monopolium, & conueniunt de stando contra aliquem: sed conueniunt sine iuramento. Et dicitur conspiratio a con, quod est simul: & spiratio, quasi simul, id est, vna spiratio. Vel dicitur a con, quod est contra. Et tales coniurationes, & conspirationes, tam secundum leges, quam secundum canones sunt prohibitae, secundum leges est tex. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle confu. l. unica C de monopo & imponitur secundum leges grauis poena. Nota etiam tres modos, quibus potest prouideri dignitatibus, per electionem videlicet, promotionem, & postulationem. Nota finaliter, quod patiens defectum in memoria, vel intellectu, est inhabilis ad dignitatem Et pondera, quia vult textus, quod talis defectus possit esse euidens & manifestus. Dominicus

[Prima gloss. diuidit & summat, & dicit quid primo declaret.]

d ¶ Constitutionem.] Primo declarat manifestum, & euidens esse synonima, & idem significare quo ad casum decre. de elect. si forte. Secundo declarat conspiratores, & coniuratores, q iurauerunt, & statuerunt de non

† In plerisque antiquis codicib. et impressis ita Nicolaus quartus.

Papæ prædecessoris nostri, editam in concilio Lugdunensi,[a] vt si forte inter cetera, quæ objiciuntur electo, aut postulato, seu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoscatur: & si opponentem inuentum fuerit destitui veritate, à causæ illius prosecutione totaliter sit exclusus, & aliàs puniatur, ac si in obiectorum probatione omnium defecisset: [b] In illo, qui manifestum [c] defectum in visu, [d] auditu, & alijs corporis† sensibus necnon & in memoria, & etiam intellectu, [e] opponit electo locum habere: ac quo ad intentionem [f] constitutionis ipsius manifestum & euidens, idem supponere declaramus.

¶ Declarat conspiratores, & coniuratores, qui iurauerunt, & statuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papæ, donec possent resistere. Ioan. Andr.

¶ Cæterum canonicos cuiusuis ecclesiæ, qui statutum [g] fecerunt solemniter, & iuramento firmarunt, quod ecclesiam suam, & seipsos, contra omnes impetrantes canonicatum ipsius ecclesiæ defenderent vsque ad ius vel sententiam, quantum possent ad iudicium domini Papæ, vel specialis mandati eius sero: & quod communib. expensis, ac cum procuratorio sigillo capituli sigillato eadem defensio fieret; & quod quandiu aliquis de canonicis eiusdem ecclesiæ defensionem huiusmodi, & oppositionem vellet prædicto modo [h] subire, alij canonici non possent, nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum impetrantem: Conspiratores, & coniuratores contra sanctam Romanam ecclesiam, ac libertatem, obedientiam, & auctoritatem ipsius, decernimus, & eosdem tanquam conspiratores, ac coniuratores, secundum sanctiones

recipiendo aliquem in canonicam ad mandatum Papæ. donec possent resistere. Tertio declarat tale statutum detestabile & illicitum multis ex causis. Secunda, ibi: Certum. Tertia ibi: Statutum quoque. Et declarat primum dictum, vt supra dixi decre. supra eod. libro. de elect. si forte. Et quę ibi not Card. & Guliel.

a ¶ Lugdunensi.] s. eo lib. de elect. si forte. cuius verba ad literam j. sequuntur vsque ad verbum, in illo vbi ponit declarationem, & hęc omnia vsq; ibi, expone, vt ibi dixi.

b ¶ Defecisset.] vt supra eod. lib. de elect. cap 1.

[Glo seq. obijcit, soluit, solutioné testificat.]

c ¶ Manifestum.] videbatur contra: q2 constitutio, si forte. loquebatur in euidẽti & non manifesto: & aliud videtur euidés, & aliud manifestum. Euidens enim est quod semper palam est, & euidenter apparet. 1 Argumẽ. 1. Quæstio. 1. vt euidenter, & sup. de ac cu. euidẽtia. ff de cõtrahen emptio. l. ea, quæ, quod enim est in euidẽti, nulla potest tergiuersatione celari sup. de cohab. cler. & mulierum. c. vlt sup de offi. ord. c ordinarij § cęterũ. eod. lib. Manifestum vero aliquando ꝓbatione indiget. 11. q. 3. eorum de hoc no. 2. q. 1. manifesta supra de cohab. cleri & mul. vestra. Sed ꝯtrarium est verum per hanc, constitutioné & merito: nam ꝯstitutio, si forte. requisit, probationem examinis in euidenti defectu. & probatur manifestum, supra de electio. bonæ 1. C si mi. se. ma. dix. l 1. ibi, Nisi palam & euidentes ex instrumẽtorum probatione, &c. & præterea hæc duo videntur synonyma. sup eodem tit. cum olim. Nam & si opponatur euidens defectus scientiæ, non palam hoc apparet: sed est necesse examinationem fieri; examinatione autem hoc fiet certum 2 ff si certum petatur. l. certum imo etiam not Gul. in decreta si forte. quod si obijciatur contra electum, quod est omnino illiteratus, & ideo repellendus: licet non dicatur euidenter, vel manifeste, in exceptione habebit locum decreta ipsius forma, quia idem est verborum sensus, & ideo idem ius esse debet supra de consti. translato. ff. ad legem Aqui. illud & ad hoc facit insti. de excusa. tut §. similiter ea. qui litteras nescit, &c. & formulæ verborũ hodie sunt sublatæ, insti. de verb. obligat §. 1. C. de formu & im petra. act. subla. l. 1. & 2. & verba non debent præualere sensui: sed econtra, supra eodem tit. intelligentia. & c. propterea & 1. q 1. Marcion. intelligamus ergo euidentem & manifestum, cuius probatio est in euidenti & manifesto: licet id in exceptionis forma non exprimatur: aliàs sequeretur quòd si dico electum cæcum, ex quo nõ addo euidẽter vel manifeste, nõ haberet locum ꝯstitutio, quod esset absurdum.

d ¶ In visu.] vnde oculo carens nó promouetur 55. distin. si Euangelica

e ¶ Intellectu.] ergo siue memoria, siue intellectu careat, nõ promouebitur ad dignitatem 59. distin. Petrus.

f ¶ Ad intentionem ꝯstitutionis ipsius.] quasi dicat interdũ bene sunt diuersa, vt dixi sup. in gl videbatur. in prin.

[Gl. seq. no. ad q̃stionem, quã soluit distinguendo.]

g ¶ Statutum.] Ex hoc & ex eo q̃d d̃r in fine, videbatur, ꝙ canonici possũt facere statuta, 3 dummodo alias sint licita. Solet dici, ꝙ capitulum sine episcopo statuta facere nõ potest, quæ tãgant generalem statum ecclesiæ, vel tangant episcopum, vel eius iura. sic intelligatur de consue. cũ cõsuetudinis sup. de ij. q̃ fi. a p̃la nouit. est. n. p̃latus caput, a quo nõ licet membrum recedere, de præscri. cũ nõ liceat, & hæc vera sunt, etiá si capitulu talia statuat cũ archidiacono suo vel p̃posito, vel alio, qui post episcopum præsit capitulo. Si vero statuant super iis, quæ non tangunt episcopum, vel statum ecclesiæ, sed sua singularia negotia: puta quod certis modis quotidianas obuentiones distribuant, vel quod certo modo ad capitulum vocentur, puta per talem campanam, vel alio modo: vel quod certis temporibus etiam non vocati veniant ad capitulum, vel his similia, satis potest dici, quod super his tenet ipsius capituli constitutio sine episcopo alias licita, & legitima. ad hoc supra de rescriptis, edocere. supra de constitutionibus, ex litteris. ff quod cuiusque vniuer. nomi. l. 1. §. 1.

ADDITIO. Et de hoc scripsi post Compost. Inno. & Host. de consti. cum omnes. in prin. & ibi videtur, quo modo respondetur ad decre. cum dilectus de elec. non seti. & vide quod scripsi de rescri. constitutus. super verbo, per decanum Ioan. And.

h ¶ Prædicto modo.] scilicet cum procuratorio capituli & communibus expensis.

[Glo.

† al. corporeis.

1 Macrobius sup somno Scipionis li. 1. chart. 25 negari non potest q̃d visus affirmat. Ioan. And.

2 Sunt ergo paria aliq̃d esse, vel leuiter posse tieri. certũ. ff d dã infe l. 1. § Sabini. C. de a fu. quã. u. s. 1. Ioã. Andr.

Oculo priuatus n[on] promouetur.

3 De materia huius gl. vide Fel. in ca. cũ oẽs. extra de consti.

canonicas ª puniendos.

¶ Statutum de non recipiendo aliquem ad Papa mandatum multis ex causis est detestabile, & illicitum. hoc dicit.

¶ Statutum quo ipsum (quod capitulo prælibato & singulis eius per sonis libertatem ᵇ, obedientiam eidem ecclesiæ Romanæ debitam exhibēdi saltem vsque ad sententiam & † Pontificum Romanorum iudicium, seu speciale mandatum liquido interdicit, promptum futurorum grauaminum, & expensarum discrimen ingerens, contra legitimas sanctiones laudabile ᶜ votum execrantium lites vetat: insultam litem mouere compellit, iniquæ controuersiæ seu liti cedendo, bonam fidem, seu cōscientiam agnoscere prohibet, & adigit ad peccandum ᵈ) conspirationem & coniurationem continere contra libertatem & auctoritatem sedis Apostolicę manifeste, ac alias detestabile prorsusque illicitum reputamus.

¶ Idem.

¶ Constitutio amplissima pœne cunctas declarans hæsitationes, quę circa deus Francisci regulam contingere possunt: præsertim an fratres Minores (quos Cordigeros vocant, illius regula professores sint ad omnia Euangelij consilia obligati. Et vtrum aliquid proprium habere: & pecuniam recipere, legataque sibi relicta agnoscere valeant: cum multis alijs ambiguitatibus hic luculentissime resolutis.

CAP. III.

Exijt qui seminat ᵉ † seminare semen suum; De sinu patris in mūdum veste scilicet humanitatis indutus Dei filius Iesus Christus verbum Euangelicum saturus in singulos probos & reprobos, insipientes & ignaros, studiosos & desides, & iuxta prophetam colonus saturus, in terra semen suum doctrinam Euangelicam sine delectu dispersit in omnes, qui omnia tracturus ad se, omnes saluare venerat: qui tandem seipsum Deo patri pro salute omnium in redemptionis humanæ pretium immolauit.

¶ Licet autem hoc semen in singulos communicatiua Dei charitate dispersum, aliud ceciderit † secus viam, super corda scilicet dęmonum suggestionibus peruia: aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter spinas corda scilicet hominum diuitiarum solicitudinibus lacerata: Et ideo vnum prauis affectibus cōculcatum: aliud aridum, quia gratiæ carebat humore: reliquum vero legitur inordinatis solicitudinibus suffocatum. Aliud tamē mite cor & docile terra bona suscepit, hoc est Minorum fratrum mitis & docilis in paupertate, ac humilitate, per almum Christi confessorem Franciscum radicata religio, qui ex illo vero semine germinans, germen illud per regulam sparsit in filios, quos sibi, & Deo per suum mi-

¶ Glossa sequens primo ponit pœnam conspiratorum, & tres actus, a quibus repelluntur, & vnde dicantur. Secundo tractat de prælato auctorizante. Tertio notat ad quæstionem.]

a ¶ Canonicas.] 11. quæstio. 1. coniurationum. & cap. conspirationum. capitu. sequenti, & est pœna talium depositio, vt ibi. Item conspiratores repelluntur ab accusatione, denunciatione, & testimonio contra eos, contra quos conspirauerunt: 3. quæstio. 4. conspiratores. supra de accusatio. qualiter & quando. & ca. cum oporteat. de simon. licet Hely. & c. per tuas. & cap. cum oporteat. Est autem coniurare simul, vel in vnum iurare. Conspirare simul, vel in idem spirare, credo autem, quod prælatus qui huic constitutioni per capitulum factę auctoritatem interposuisset, eadem pœna punietur, omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur. C. de veteri iure enucl. l. 1. vltra medium. & sup. eodem libro. de præben. si eum & c. si Apostolicæ. Per hanc decretalē probatur, quod per instrumentū probat crimē producitur .n. publicu instrumentum, in quo cōtinebatur, quod tales canonici tale statutum fecerant: per quod probatur crimen: probabitur illos esse cōspiratores. Ad idem supra eodem lib. de iureiuran. cum in positionibus. [Vbi etiā de hoc in quarta glossa.] 2. quæstio. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua. vers. nullus. supra de ijs, quæ fiunt a præl. quanto in fi.

ADDITIO. Et facit quod not. ff ad Turpil. in senatus. in prima glossa. & C. ad legem Aquil. contra negantem in prima glossa. vide disputationem in regula semel malus. Ioan. Andr.

b ¶ Libertatem.] exhibendi, quod est infra.

c ¶ Laudabile votū.] supra de syndi. capit. vnico. vnde nec dolum facit, qui rē defert, vt litem effugiat. ff de aliena iudi. mutan. causa fa. l. item si res. in fine. & magnum est commodum a lite recedere, propter quod indebitum per transactionē solutum non repetitur, C de transa. l. 2. & ff de condi. indebi. in summa.

d ¶ Ad peccandum.] ad quod statuto, consuetudine, vel iuramento adstringi nō possumus. supra de consuet. ca. penult. & vlt. 22. quæstio. 4. in malis & c. si aliquid. & per totum. j. de reg. iur. non est obligatorium. & c. in malis. supra eo. lib. de iure. cap. 1.

ADDITIO. In dicto capitulo, non est obligatorium. habes casum legis, obuenire. ff. de pac. doct. quam hic alleg. Ioā. Monach. & Archidiaconus. Ioannes Andreæ.

e Exijt qui semi nat.] Nec crederet aliquis hāc cōstitutionem esse sublatam: ideo sic decisę hic ponitur, vt habeatur pro reseruata, & de ea loquatur proœmium huius libri in fine, vt ibi dixi. Et quia sic decisę venit sub bulla, & quia infra etiam prohibetur glossari, prohibitioni parebo.

ADDITIO. Idem Archidiaconus dixit Ioannes Mona. ideo sisto ratem. Illā tamen prohibitionem & eius pœnas. Ioan. xxij. suspendit ad Apostolicæ sedis beneplacitum per constitutionem suam, quia nonnunquam. Ioan. Andreæ.

Al. ita: & Pōtificis Rom. &c.

† Quid si alij, vide de re iud. cū l. & A. in vlt. gl. & quod supra dixi.

† Al. ita: Nic. 4. Et vt hæc de cre. Nico 4. tribuenda, vt colligitur ex extrauag. Io. 22. incipi. gloriosam ecclesiam, quę extat impressa inter illas Apostolicę officio sanctissimæ Inquisitionis.

† in antiquioribus codicibus. & impressis ita, Exijt qui seminat, & j. & mox subsequitur decr. Priuil. ex prima & glos. hic, cōstat olī nō fuisse solitū apponi integram, sed decisę. i. initiū tantum.

Luc. 8.

Ioh. 8.

nisterium in obseruatione Euangelij generauit. Isti sunt filij, qui docente Iacobo verbum æternum Deum filium infixum humanæ naturæ in horto virginalis vteri potens saluare animas, in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ Euangelico fundatur eloquio: † vitæ Christi roboratur exemplo: fundatoris militantis ecclesiæ, Apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Hæc est apud Deum & patrem munda & immaculata religio, quæ descendens a patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apostolis tradita, & deinde per Spiritumsanctum beato Francisco, & eum sequentibus in spirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hæc est cui (attestante Paulo Apostolo) nemo decreto debet esse molestus, quam Christus stigmatibus suæ passionis confirmauit, volens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri.

† Non tñ poia, vt i extrauag. qa quorũ d i §. ad huc Fon.

Gala. 6.

¶ Sed nec sic contra fratres ipsos Minores & regulam, hostis antiqui cessauit astutia, quin potius contra eos nitens superseminare zizaniam, interdum æmulatores agitatos inuidia, iracundia, & indiscreta inscitia concitauit: mordentes fratres, & eorum regulam, quasi illicitam, inobseruabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes: non attendentes hanc sanctam regulam (vt prædicitur) præceptis ac monitis salutaribus institutam, Apostolicis obseruationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, & etiam per sedem Apostolicam confirmatam, tot diuinis testimonijs communitam, quæ credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris † in obseruantia huius regulæ agentibus & finientibus dies suos, quorum nonnullos sanctorum catalogo sedes eadem ex eorum vita, & miraculis fecit adscribi. Ac nouissime quasi diebus istis per piæ memoriæ Gregorium papam nonum † prædecessorem nostrum approbatam esset ex euidenti vtilitate, quam de ipsa consequitur vniuersalis ecclesia, in generali Lugdunen. concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, imo profundius cogitamus, sicut pensare debent subtilius cœteri catholicæ fidei professores: quia ipse Deus ordinem prædictum, & eius obseruatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio pręseruauit, quod nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in ordine ipso degentium constrauit: quin potius in vigore regulari concrescant, & amplientur in suorum obseruantia mandatorum.

† Quos ponit An toni circa fi. 3. partis suæ croni cæ.

† Vel potius decimum Me Greg. x. q. eil. Lugd. celebrauit, i quo fuerunt quingẽti epi. 140. abbates & alij pla ti circa mille, vt patet in chronicis

¶ Veruntamen, vt ordo prædictus (quibuslibet præcisis anfractibus) distincta & pura vigeat claritate, & sicut fratres eiusdem ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderant: dilectis Filijs Generali & non nullis alijs Prouincialibus eiusdem ordinis Ministris, qui in capitulo ipso conuenerant, in nostra præsentia constitutis, cum ad plenam obseruationem regulæ eiusdem in vigore spiritus eorum feruere noscatur intentio: Visum est nobis (vt mordacibus huiusmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua, quæ in ipsa regula videri poterant dubia, declarare: nonnulla per prædecessores nostros etiam declarata, pleniori claritate disserere: in aliquibus etiam regulam ipsam contingentibus puritati eorundem conscientiæ prouidere.

¶ Nos autem, qui a teneris annis ad ordinem ipsum affectus nostros † ereximus in illis succedendo: cum aliquibus eiusdem confessoris socijs, quibus eius vita, & conuersatio nota erat: super ipsa regula, & sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem Cardinalis, ac postmodum eiusdem ordinis per prædictam sedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in Apostolatus officio, tam de pia intentione confessoris prædicti, quam de his, quæ regulam ipsam & eius obseruantiam contingunt: ex prædictis longa etiam experientia informati, nostros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea, quæ per eosdem prædecessores approbata & declarata esse noscuntur: quam etiam ipsam regulam, & eam contingentia, maturitate plena discussimus. Nonnulla in præsenti serie statuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & concessimus, plura etiam ordinando seriosius & clarius, quæ infrascriptis articulis plenius exprimuntur.

† Idem dicit Io. 22. I extrau. quorũdã ver. nunc vero post prin Fon.

¶ In primis, quia (sicut intelleximus) ab aliquibus hęsitatur, an fratres eiusdem ordinis, tam ad consilia, quam ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur: Regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: tum ex eo, quod in eadem regula continetur sic: Finito ve-

Regulam d us Fran. Nic 3 declarate in cipit & primo, ad illius pro fessores sint ad Euangelij consilia obligati, vide hic clo. extra §. cũ igitur. eo. tit. Fon.

ro anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare: tum etiam, quia in fine ipsius regulæ continentur hæc verba: Paupertatem, & humilitatem, ac sanctum Euangelium Domini nostri IESV CHRISTI, quod firmiter promisimus, obseruemus. Licet fœlicis recordationis Gregorius Papa nonus prædecessor noster hunc articulum, & nonnullos alios eiusdem regulæ declarauerit: quia tamen eius declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces insultus, & multorum postea emergentium casuum considerandos euentus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, & in multis etiam contentis in ipsa regula insufficiens videtur: Nos obscuritatem, ac insufficientiam huiusmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare: Dicimus, quòd cum in principio regulæ non absolute, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri IESV CHRISTI sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: quæ tria eadem regula multum arcte prosequitur, & nihilominus alia nonnulla subnectit præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, & sub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum, de intentione regulæ liquere valet apertius, vt illud quod in professione quasi absolute subnecti videtur, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare; & quod in fine subiungitur: sanctum Euangelium Domini nostri IESV CHRISTI, quod firmiter promisimus, obseruemus: totum ad ipsius regulæ modificatum, vel determinatum, seu specificatum principium reducatur: videlicet ad obseruantiam Euangelij, vt prædicitur, per ipsam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, seu specificatam: Cum non sit verisimile ipsum sanctum verbum ab ipso semel cum quadam modificatione, vel determinatione, seu specificatione prolatum, licet quasi succinctorie repetitum, voluisse in sui repetitione data sibi per eum modificatione, seu specificatione sine certa causa carere; Et vtriusque iuris argumenta nos doceant, † ea, quæ in principio ad medium, & ad finem: illa vero quæ in medio, ad finem atque principium, & ea quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum sæpe referri. Et dato, quod absolute diceretur: omnino promitto sanctum Euangelium obseruare: cum † professor huiusmodi intenderet se ad omnem consiliorum obseruantiam obligare (quod vix aut nunquam posset ad litteram obseruare, propter quod talis promissio illaqueare profitentis animum videretur:) Clare videtur promissionem huiusmodi ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi, nisi vt obseruantia Euangelij sic sicut tradita reperitur à Christo, videlicet, quòd præcepta vt præcepta, & consilia vt consilia à promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit: cum aliqua Euangelica consilia indicat ut consilia sub uerbis monitionis, exhortationis & consilij; nonnulla uero sub prohibitione ac uerbo præcepti: per quod patet, quod non fuit loquentis intentio, † quod fratres ex professione huiusmodi regulæ ad omnia consilia, sicut ad præcepta Euangelica tenerentur: sed solum ad illa consilia, quæ in eadem regula præceptorie uel inhibitorie, seu sub uerbis æquipollentibus sunt expressa. Vnde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenarie serenandas: Declaramus, quod ex professione eiusdem regulæ fratres ipsi ad ea tantum Euangelica obseruanda consilia sunt astricti, quæ in ipsa regula præceptorie uel inhibitorie, seu sub uerbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla uero alia per Euangelium data consilia eò magis secundum exigentiam sui status tenentur plusquam cæteri Christiani, quo per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipsa regula continentur, tam præcepta, quàm consilia, quàm cætera: ex voto professionis huiusmodi non aliter tenetur, quam eo modo, quo in regula ipsa traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum obseruantiam, quæ in eadem regula ipsis sub uerbis obligatorijs indicuntur. Cæterorum uero obseruantiam, quæ sub uerbis monitorijs, exhortatorijs, informatorijs, & instructorijs, seu quibuscunque alijs continentur, eatenus magis condecet de bono & æquo eos profe-

Declaratio regulæ sancti Francisci.

† Quære vide in glo. rub. infra eo. de re. in tit. pro xi. Fon.

† al. ita, non professor, &c.

† r Cordigeri [illegible] obligari ad obseruationem omnium cõsiliorũ Euã gelij.

† Ecce ex verbis colligit intẽtio. Fon.

qui, quò imitatores tanti patris effecti, Christi semitas elegerunt.

Fratres Minores an possint habere aliquid proprium.

¶ Porro cum ipsa regula expresse contineat, quòd fratres nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sitque declaratum per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum, & nonnullos alios hoc seruare debere, tam in speciali, quàm etiam in communi: quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata damnauerit astutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur. Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta: quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ, ac vitæ exempla in eos deriuarunt.

† Vide extrau. Io. 22. incip. quia quorundã iit. de verb. signifi. & Turre. in som. d eccl. li. 2. ca. 312. ad 2. argum.

¶ Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic Iesus Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis: & sic in nonnullis alijs infirma humanæ carnis assumens (prout Euangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in proprijs permansit excelsus. Sic & summæ charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectionis conformes inducitur, quod à summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Christus, & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, sicut interdum & in fuga patet, & loculis: sed vtrumque perfecte perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtrisque.

† al. erroneæ.
† Vide olim B. Th. 2.2. quæst. 186. art. 3. & lib. 3. cõ Gentiles, ca. 131. & aliquot sequen.

¶ Nec quicquam ex his insurgat erroneum, † quod taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei viuendi discrimini se committant. Sic † enim seipsos committant diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnat prouisionis humanæ: quin vel de ijs, quæ offeruntur liberaliter, vel de ijs, quæ mendicantur humiliter, vel de ijs, quæ conquiruntur per laboricium, sustententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse. Profecto si (iuxta promissum Saluatoris) nunquam deficiet fides Ecclesiæ: per consequens, nec opera misericordiæ subtrahentur: † ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem vbi (quod non est aliquatenus præsumendum) hæc cuncta deficerent, sicut nec cæteris, ac nec ipsis fratribus iure poli in extremæ necessitatis articulo ad prouidendum sustentationi naturæ via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur: cum ab omni lege extrema † necessitas sit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimode, renunciationem vsus rerum, cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, & vltimo tanquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quæ à se vsum necessariæ sustentationis, excludat: verum condecens fuit ei professioni, quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario vsu fore contentam.

† Immo possent laici compelli officio iudicis eleemosynas facere. glo. c. 1. d. 1. ca. dño sãcto. 50. d. ca. exigũt. 1. q. 7. Abb. ca. 1. de emp. & ven. Font.
† De conse. d. 1. sicut, & 1. p. co. d. 4. c. sanctũ. c. q nõ est. cum glo. de regul. iur. Font.

Nec per hoc, quod proprietatem vsus, & rei cuiusque dominium à se abdicasse videtur, simplici vsui omnis rei renunciasse conuincitur: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in vtendo præbet vtentibus nihil iuris; quinimo necessariatum rerum, tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infra subiungitur) moderatus vsus; sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam concessus est fratribus: quibus rebus fratres licite vti possent durante concedentis licentia, & iuxta id, quod in præsenti serie continetur; Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit; videlicet non posse vsum, vel vsumfructum a domino perpetuo † separari: quod ne dominium dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namque dominij ta-

† l. olim. ff. de vsufru. l. cum quis. C. eod. Font.

nij talium rerum cum concessione usus facta pauperibus, non est infructuosa Domino: cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna, quæ tanto sibi censetur utilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confessoris CHRISTI regulam instituentis intentio; quinimo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum & ipse temporalibus ad necessitatem usus fuerit, & in pluribus locis in regula usum talem licere fratribus manifestet.

Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter insinuans, quòd fratres sui habituri essent usum Breuiarij, & librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni.

In alio quoque capitulo dicitur, quòd Ministri, & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales solicitam curam gerant secundum loca, & tempora, & frigidas regiones: sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum: dicit, quòd de mercede laboris pro se, & suis fratribus corporis necessaria recipiant.

In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur † etiam in eadem regula, quod in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia ad utilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis virtutes: pœnam & gloriam. Sed constans est, quod hæc præsupponunt scientiam: scientia requirit studium: exercitium vero studij conuenienter haberi non potest sine usu librorum. †

† Vide Côc. Trid. ses. 5. de refor. c. 2.

† Libri sût ad scientiā necessarij vide Old. côs. 84. incip. An expediat habere multos lib.

Ex quibus omnibus satis claret ex regula: ad victum, vestitum, diuinum cultum, & sapientiale studium, necessarium rerum usum fratribus esse concessum.

Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis regulam quo ad abdicationem huiusmodi, non solum obseruabilem, possibilem, & licitam: sed meritoriam, & perfectam: & eo magis meritoriam, quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter Deum (sicut prædicitur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipsius offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, ut rem huiusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, a se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes præfata, vel persona Romani Pontificis CHRISTI Vicarij, qui pater est omnium & Fratrum Minorum nihilominus specialis: Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium: cum patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas, vel donatas acquirant: omnium utensilium, & librorum, ac eorum mobilium præsentium, & futurorum, quę & quorum usumfructum, scilicet ordinibus, vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem, & dominium † (quod & felicis recordationis Innocentius Papa Quartus prædecessor noster fecisse dignoscitur) in nos, & Romanam Ecclesiam plene, & libere pertinere hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus.

† De hoc dominio, vide extra uag Io. 22. incēt ad cō ditorē canonū. titu. de ver. sig. & extrau. Quorūdā cōsultu.

¶ Præterea loca empta de eleemosynis diuersis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum (licet fratres sibi cauere debeant, quòd huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non utantur) a diuersis, pro in diuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione, seu concessione huiusmodi reseruarint: similiter, & in ius, & dominium ad proprietatem nostram, & Ecclesiæ prædictæ eadem auctoritate suscipimus.

Loca vero, seu domos pro habitatione fratrum a singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent.

Ac illa libere, præter Ecclesiam, & oratoria ad Ecclesiam destinata, & cœmeterium (quæ tam ad præsentia, quàm ad futura in ius, & proprietatem nostram, & prędictæ Romanæ Ecclesiæ simili modo, & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant: in quorum locorum dominio, seu proprietate nihil nobis, vel præfatę Romanę Ecclesiæ retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ Ecclesię re-

cipiantur assensu, & si in eisdem locis reseruauerit dominium sibi in concedendo concedens præter inhabitationem fratrum, speciale † dominium in ius Ecclesiæ sæpe dictæ non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti.

† al. tale.

¶ Insuper nec vtensilia, nec alia præter eorum vsum ad necessitatem, & officium sui status executionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo, vt ea distrahant, siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occasione: quinimmo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas.

Hoc autem secundum exigentiam personarum, & locorum, Ministri & Custodes simul, & separatim in suis administrationibus, & custodijs cum discretione disponant: cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ circunstantiæ plus minusve, ac aliter prouideri requirant.

Ita tamen sic faciant, quòd semper in eis, & eorum actibus paupertas sancta reluceat: prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶ Cœterum cum in eadem regula sit sub præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se, vel per alios, denarios, vel pecuniam ullo modo: idque fratres in perpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur; Articulum illum propter detrahentium morsus profundius, quam nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: Dicimus in primis, quod fratres ipsi a mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat; † possint tamen ipsis pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus, quæ pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commode tunc non posset) circa cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per eleemosynas, & alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare.

† Quia ibi de meo fit tuum, & pronomé fratri Minori non cõuenit, & hac prouisione, circa pecuniã reprobat. cle. exiui. ibi vide a §. porro vsque ad §. proinde. Fon.

Quo casu procuretur a fratribus, quòd ille, qui dabit eleemosynam, per se, vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit: Sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum, vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit.

Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium personarum, seu quacumque alia occasione, vel causa: declaramus, & dicimus, quod in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur; si fratres ipsi alicuius, vel aliquorum sibi curent dare notitiam, vel aliquos, seu aliquem nominare, aut etiam præsentare, cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum; ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis: Ita tamen, quòd penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuscumque conditionis existat in iudicio, vel extra, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercumque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat: licet tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare, vel exponere personæ prædictæ, ac eam rogare quod soluat.

†Possint etiam personam eandem exhortari ac inducere, quod fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in commissa sibi executione prouideat: Ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, & contra prædictam personam actione, seu persecutione (vt prædictum est) fratres abstineant omnimodo.

† Quid de hac disp. tenis ploma, vide j. co. §. co. casu Fon.

Si verò personam huiusmodi nominatam, vel non nominatam a fratribus (quo minus per se possit exequi, quod prędicitur) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam, ad quę ipsa nollet, accedere, in quibus esset solutio, seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri, liceat fratribus cum conscientiæ puritas quandam aliam personam subrogandam ad pręmissa in nominando, & alias (si ad

primum

primum dantem non possint vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut supra proxima declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis (vt dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere: cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circunstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotij qualitatem (seruato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu præsentare ad illud ministerium exequendum.

¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis, pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda (vt superius proxime dictum est) sed etiam imminentibus siue tales necessitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, siue tales (licet paucæ comparatiue) quarum prouisio ex sui conditione necessario tractum temporis habet, vt in libris scribendis; ecclesijs seu ædificijs ad vsum habitationis ipsorum construendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & alijs similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine supradicto salubriter prouideri. Sic in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis fratres posse tute, & salua conscientia procedere declaramus: videlicet vt ingruenti, vel imminenti necessitate, quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circunstantijs non sic breui (vt supra in proximo casu dictum est) valeat expediri, tam quo ad dantem eleemosinam, quam quo ad nominatum, vel substitutum, in omnibus & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis faciendæ supra proxime declarauimus) procedatur.

In ea vero necessitate quantumcunque præsentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum: † quia in eo casu verisimile est, quod tum ratione distantiæ locorum, quæ expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circunstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata, frequenter casus accideret: in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oportet, quod per diuersas manus, & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata: quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum, habere notitiam: declaramus, & dicimus, quod in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis, & ingruentibus, quę possint breui tempore, vel interdum non breui (vt supra exprimitur) expediri (vt prædiximus) obseruandos, ad obseruandam ipsius regulæ, ac professorum eius omnimodo puritatem.

† al. ingruentium.

Quod si præsto sit eleemosinæ huiusmodi elargitor, vel eius nuntius, qui possit hoc facere, & velit: expresse illi prædicatur a fratribus, quod sibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam, penes ipsum semper ad conuersionem † ipsius in rem deputatam libere remanere, vt in alijs duobus casibus superius dictum est) per quorumcunque manus pecunia seu eleemosina ipsa tractetur, siue personas ab eo, vel a fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat; quo assensum suum præbente prædictis, secure fratres re empta, vel acquisita de illa pecunia, per quemcuuque (iuxta modum annotatum superius) vti possint.

† Quo probat illa, vide Bar. in l. ciuitas. ff. si certū peta. Doctores authen. hoc ius porrectū. C. de sacros. eccle. Font.

¶ Ad maiorem autem prędictorum omnium claritatem, hac in perpetuum valitura prouisionis serie declaramus, quod fratres (præfatis modis, vt prædicitur, circa pecuniam in supportandis eorum prçteritis, & ingruentibus necessitatibus obseruatis) non intelligantur nec dici possint per se, vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, vel professionis sui ordinis puritatem: cum manifeste pateat ex præmissis, ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio siue vsu ipsius pecuniæ: verum etiam a contractatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus alienos.

In eo vero casu, quando (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ, vel vtendæ commercium sit conuersa) concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit, vel expresserit, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium vsum fratrum expenderet, quicquid de ipso concedente, vel moriendo contingeret,

ret, siue concedens huiusmodi hęredem reliquerit, siue non: possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere, † sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

† Obscurius modo & forma. §. ita tñ. s. eo. Fót.

Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamus: tum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) superfuerit, consentiat ipse concedens, quod residuum prefatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipsorum fratrum prædictis necessitatibus cōuertatur: quo non consentiente prædictis, ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidem. Caueant tamen fratres, quod solicite se coaptent, vt non plus scienter concedi consentiant, quam verisimiliter ęstimari possit rem necessariam, pro qua pecunia ipsa cōceditur, valituram.

Et quia † prædictorum seriosa expositione a dante, vel recipiente de facili posset errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hincinde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur, præsentis ac in æternum valituræ constitutionis serie lucidamus: volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet, quod semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur, vel offertur (nisi expresse permittētem, vel offerentem aliud exprimatur prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa. Non enim verisimile est aliquem eleemosinæ suę sine expresione modum illum præfigere, per quem & donans merito, vel † illi, quorum necessitatibus intendit per donum huiusmodi prouideri, † vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur.

† Al. ita: Et quia I prædictorum, &c.

† Al. & illi.
† Al. prouidere.

¶ Ad hæc, quia fratribus ipsis interdum in vltimis voluntatibus sub diuersis modis non nulla legantur, nec expresse, quid de his agendum sit, in regula, vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, prouidendo legantibus, & fratrum conscientijs præcauendo: Declaramus, ordinamus & dicimus, quod si testator modum secundum quem fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando, vt si legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret: a tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abstineant.

Legata sibi relicta an possint fres Minores agnoscere. Vid §. ad nostram. in cl. exiui. & quę ibi dicat Cardi. in sua gl in verbo. Scdo quæro & Bartol. in suo tract. Mino. Fó.

Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, vt si diceret: lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam, vel personas idoneas distrahantur, pecunia de rebus ipsis accepta, in ędificia, vel alia fratrum necessaria conuertatur: aut in legando similibus modis, vel verbis vtatur.

In hoc casu illud in omnibus, & per omnia (consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniarijs eleemosynis declaratum. Ad quæ legata soluenda tam hæredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant: † Et etiam prelati & seculares, quibus de iure, vel consuetudine prouisio illa competeret (cum expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum regulæ cōgruos intendimus prouidere, quod hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum destituatur intentio: ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur: Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expresione legetur, in hoc legato sic indeterminate relicto, in omnibus, & per omnia intelligi ac seruari volumus, & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata, vel missa, voluimus, ac expresimus obseruari: videlicet, vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

† Not. q iudex secularis interponit se circa legata pia. Font.

¶ Quia vero libros, & alia mobilia, quibus tam ordo quam fratres vtuntur, quorum dominium (cum non sint domini aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum cōtingit seu expedit vēdi, vel etiam commutari, fratrum vtilitatibus, & eorum conscientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vsum fratribus licet habere, de Generalium, & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus coniunctim, vel diuisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare.

Si

Si vero res huiusmodi æstimato pretio uendi contingat: cum fratribus ipsis per se, uel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus, & volumus, quod talis pecunia, seu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere, per † procuratorem a præfata sede, vel a Cardinali gubernationē per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum.

† Tales procuratores reuocant per extrauag. ad cōditorē. §. rursus. F.

De vilibus † autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis, seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta, & rationabili causa) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in Generali, vel Prouincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus, seu parum valentibus, & earum valore, quam præfata licentia, scilicet a quibus, & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri.

† Quō cōsideratur vilitas rei, gl. est in verbo, vtilitas, in cle. exiui. eo. Font.

Licet † autem contineatur in regula, quod fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quod necessitate cessante pluribus non vtantur: declaramus quòd possint fratres de licentia Ministrorum, & Custodum coniunctim, & diuisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur (pensatis necessitatibus, & alijs circunstantijs, quæ secundum Deum, & regulam attendendæ videntur) uti pluribus: nec per hoc uideantur a regula deuiare, cum etiā in ipsa dicatur expresse, quòd Ministri, & Custodes de infirmorum necessitatibus, & fratribus induendis solicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidas regiones.

† Vide cle. exiui. §. pterea. & extrau. quorūdā. §. in primis. Fon.

Et quamquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis, & necessitatibus infirmorum Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant: & dictio illa, tantum, † adeo Ministros, & Custodes in hac cura perstringere videatur, quod ab ea cæteros prima facie excludat; quia tamen solicite considerare nos conuenit, & tempus regulæ institutę, quo fratres illi ad comparationem præsentem numero pauci erant, & forsan Ministri, & Custodes uidebantur tunc ad ista procuranda posse sufficere; ac nihilominus multiplicationes fratrum, & moderni temporis qualitatem, nec sit uerisimile Beatum Franciscum institutorem regulæ, uel ipsis Ministris, & Custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus, quòd ipsi Ministri, & Custodes possint per alios huiusmodi curæ solicitudinem exercere. Debent etiam, & alij fratres curam huiusmodi, quæ præfatis Ministris, & Custodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter.

† Not. q consiō ex rōne lugueniētu ampliat. No. secundo, illud: concorda tēpora, & mores: & concordabis scripturas. fa cit. § nos, & statutū. int. Fon.

¶ Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & deuote; Ita quòd) excluso otio animæ inimico) sanctæ orationis, & deuotionis spiritum non extinguant. Quia vero ex uerbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, & de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati: nos morsus huiusmodi nefarios reprimentes: Declaramus, quod consideratis verbis prædictis, & forma, seu modo loquendi, sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium inducuntur, nō uidetur ea fuisse instituentis intentio, quod uacantes studio, uel diuinis officijs, & ministerijs exequēdis, manuali labori, seu operationi subijceret, uel ad hoc alios arctaret: Cum exemplo Christi, & multorum Sanctorum Petrum, labor ille spiritualis tanto illi præponderet, quanto quæ sunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios uero qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent, † nisi tales aliorum fratrum licitis seruitijs occupentur, (nec otiosæ uiuant) uerba prædicta declaramus extendi.

Fratres Minores ad laborē teneant. Et an religiosi manib. opera ri teneantur vide Bea Tho. 2. 2. q. 187 art. 3.

† Hoc est nō cōcionantur ad plebē, nō psallunt, nō legūt. Fon.

Nisi & tales tam excellentis, & notabilis contemplationis, & orationis existerent, quod merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. fratres enim quicunque studio, uel diuinis ministerijs non uacantes, sed aliorum fratrum, studio. uel alijs diuinis officijs, & ministerijs uacantium seruitijs inhærentes tantum, pro seruitijs eisdem cum ipsis quibus seruiunt, sustentari merentur; quod astruitur illa æqua lege, qua strenuus pugnator ille Dauid iuste decreuit, uidelicet, quòd descendentium ad prælium, & remanentium ad saracinas, portio æquaretur.

Lib. 1 Re. c. 30

¶ Verum quia expresse continetur in regula, quòd fratres non prędicent † in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc, & deferentes regulę, & nihilominus auctoritatem Apostolicæ

† Vide oīno cōci. Tri. sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 24. de refor. c. 4.

stolicæ plenitudinis conseruantes, dicimus, quòd dictum verbum ad litteram sicut regula ipsa protulit, obseruetur: nisi per sedem Apostolicam circa hoc pro vtilitate Populi Christiani sit concessum vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordinetur.

Et quia in eodem capitulo regulæ immediate subiungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi a Ministro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prędicationis officium sibi sit concessum.

Nos & statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (ut condecet) aduertentes: concedimus nedum Generale examinare, & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipsa respiceret, prout regula continetur: verum etiam Prouinciales Ministri hoc possint in capitulis prouincialibus cum Definitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri: quam quidem licentiam præfati Ministri reuocare, & suspendere valeant, & arctare, sicut quando id eis videbitur expedire.

Sed quoniam in desiderijs nostris hoc geritur, vt ad Dei gloriam salus proficiat animarum: ac dicto ordini, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Christianæ Religionis accenditur, meritum, & numerus augeatur: concedimus, & præsenti statuto firmamus, licere non solum Generali, sed etiam Prouincialibus Ministris, personas fugientes a seculo in fratres recipere: quæ Ministrorum Prouincialium licentia per ipsum Generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarij vero Prouincialium Ministrorum ex officio Vicariæ licentiam hanc sibi nouerint interdictam; nisi per Ministros eosdem (quibus hoc posse committere Vicarijs, & alijs licere decernimus) hoc ipsis Vicarijs specialiter committatur.

Ad ordinē B. Frāciski recipiēdi quales esse debeant.

Caueant tamen ipsi Prouinciales, quòd hoc non indiscretè, non passim, sed sic considerate committant, vt illos quibus hoc committi contingerit, fidelibus consilijs fulciant, quæ omnia discrete procedant.

Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem: sed illi tantum, qui suffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel alijs circunstantijs possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, ac alijs proficere per exemplum.

¶ Insuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente Generali Ministro, a Prouincialibus Ministris, & Custodibus in capitulo Pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire: aut (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) sufficere possit, vt aliqui de singulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, intersint: Taliter respondemus, vt scilicet singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant, quem cum suo Prouinciali Ministro pro se ipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per seipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius Nonus in casu huiusmodi dicitur respondisse.

Ministro Gñali decedente, q debeat ad electionem conuenire.

¶ Denique † quia continetur in regula supradicta, quòd fratres non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos, quibus a sede prædicta concessa fuerit licentia specialis: quamquam hoc de monasterijs pauperum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse crediderint, cum eorum sedes præfata curam habeat specialem, & intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuente adhuc Beato Francisco, per Prouinciales Ministros fuisse credatur in Generali Capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilominus postulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis solum monasterijs monialium prædictarum debeat intelligi?

† Vide Cōci. Trīd. sess. 25 tit. de regularibus, & Monialibus c. 5 extrauagan. Pij Papæ V. inci. sic Mendicantium.

Nos vtique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobijs monialium respondemus: & nomine monasterij volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, ubi homines seculares conueniunt, possunt fratres illi causa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ accedere: ijs quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum, exceptis, seu pro prædictarum monasterijs inclusarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali, quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregorius IX. in eo casu dicitur respondisse.

† Franciscus Beatus prohibuit in extremis suā regulam glossari, & litteras Apostolicas super ipsius relaxatione impetrari.

¶ Cęterum † Sanctę memorię cōfessor Christi Frāciscus mādasse dr̄ circa vltimū vitę suæ (cuius

(cuius mandatum, ipsius dicitur testamentum) quod verba ipsius regulæ non glossentur, & (vt verbis vtamur eiusdem) quod sic vel sic intelligi debeat, non dicatur: adijciens, quod fratres nullo modo litteras aliquas ab Apostolica sede petant: & alia quædam interserens, quæ non possent sine multa difficultate seruari: propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eundem prædecessorem nostrum Gregorium Nonum petierunt de ipsorum conscientijs amoueri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc possent incurrere, dubietatem de ipsorum conscientijs amouendo, dixit fratres ipsos ad ipsius mandati obseruantiam non teneri: quod sine consensu fratrum & maxime Ministrorum, quos vniuersos tangebat, obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innouandum.

¶ Ad † hoc a nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, & ipsam regulam contingentia, diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam, & fratres quieuit insultus: nec per ipsas litteras status fratrum prouidere † in multis in quibus de nouo, vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne litterarum huiusmodi, & præsentis constitutionis diuersitas, vel intellectus aduersitas in prædictorum obseruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorum statui, & obseruantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus, & singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quamquam ipsi, vel eorum aliqui contineatur in alijs litteris Apostolicis supradictis: Hanc nostram constitutionem, declarationem, seu ordinationem tantum a fratribus ipsis præcise ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

> † Hanc. §. & §. quia sub colore. allegat Bal. referēte hic Ph. in Authē. si qua mulier. C. de sacros. ec. & c. pro statutis verū sub. se glossam, idem Bal. l. non dubiū. de leg. Fon.
>
> † al. prouideretur.

¶ Cum igitur ex prædictis, & alijs per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis, nec vlli patens discrimini euidenter appareat: illa & omnia suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam, & suppleta, de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis; in virtute obedientiæ districtæ præcipientes, quod hæc constitutio sicut cæteræ constitutiones, vel decretales epistolæ legatur in scholis. Et quia sub colore liciti, nonnulli contra fratres ipsos, & regulam, in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum virus suæ iniquitatis effundere: ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas, & aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuersitas, ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & a religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire.

¶ Itaque sub pœna excommunicationis, & priuationis officij ac beneficij districte præcipimus, vt præsens constitutio cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram: concordantiæ, contrarietates, seu diuersæ, vel aduersæ opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossæ non fiant (nisi forsan, per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi Grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam littera ipsa sonat. Et ne secundum prædicta contra detractores huiusmodi oporteat vlterius laborare: vniuersis ac singulis cuiuscunque præeminētiæ, conditionis, aut status, districte præcipimus, ne contra prædictam regulam & statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam cōfirmata, dogmatizent, scribant, determinent, prædicent, seu praue loquantur publice, vel occulte. Sed si aliquid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prædictæ sedis Apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est in his statuta condere, & edita declarare.

> Excōicatio fulminatur cōtra glossantes istam decretalē nō obstantibus, quibuscunq; priuilegijs, cuius excōicationis absolutionē sibi Papa reseruat.

¶ Glossantes vero in scriptis cōstitutionem ipsam aliter, quam eo modo, quem diximus: Doctores vero insuper & lectores dū docent in publico, ex certa scientia, & deliberate intellectum constitutionis huiusmodi deprauantes, facientes quoque commentum, scripturas,

PRiuilegium.] Non diuiditur: quia pendet vsque ad vltimam dictionem.

CASVS. A sede Apostolica fuit concessum priuilegium quibusdam religiosis, videlicet quod fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipsæ cellæ nõ possẽt excõmunicari, vel interdici: dubitatur de hoc vocabulo, cella, inserto in priuilegio: & qualiter accipiat in materia priuilegij: Respondet, quod cella in hoc casu accipitur pro loco solitario segregato a cõmunitate hominũ: ideo si fratres illius ordinis haberent Prioratus in loco populoso, priuilegium suum non se extenderet ad tales religiosos, sed solũ ad illos, qui habent cellas separatas a cõmuni victu hominum. Nota primo quod in materia priuilegiorum, per quæ conceditur exẽptio religiosis habitãtibus in cellis monasterij, appellatione cellæ veniunt solummodo loca solitaria: largo tamen modo accipiendo cellã, appellatione cellæ venit parua camera, qua non debet habere religiosus: imo debet comedere in eodẽ refectorio, & dormire in eodẽ dormitorio, & debent ostia esse in aperto, & dicitur cella a celando: quia vnus religiosus non debet celari ab alijs nec occultari & vnus religiosus debet videre alios religiosos in dormitorio & refectorio. Nota secũdo optimum tex. quod idẽ est dicere fratres, quod monachi vide de in dic. cautum. Nota vlterius, quod excõicatio & suspensio referuntur ad homines: interdictum ad loca. in. q. j. nemo episcopo. de ele. excõ. nun. postulasti. 2. respon. Ioan. Mona. & Ioan. And. Dominicus.

¶ Prima glossa summat.

a ¶ Priuilegio.] Exẽptis cellis alicuius monasterij, quid appellatio cellæ significat, hic ostendit.

ras, seu libellos, ac ex certa scientia, & deliberate determinantes in scholis, seu prædicantes contra prędicta, vel aliqua, seu aliquod prædictorũ (non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, aut literis Apostolicis: quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis, vel secularibus generaliter, vel singulariter sub quacunque forma, vel expressione verborum cõcessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se nouerint subiacere: a qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolui. Insuper † tam illos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quam alios (si qui fuerint) contra præmissa, vel eorum aliquod venientes, ad sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouisus modus æquitatis non arcet a vetitis, compescat rigor Apostolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius

[Glo. seq soluit dubium.]

g ¶ Legato.] Intellige generaliter, sicut generaliter loquitur. ex quo aliud non exprimitur, & est simile quod dixi sup. eo. lib. de rescrip. statutum. 1. respon. in glo. quia verbum.

se nouerit incursurum. Datum Sinani, xviij Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Bonifacius VIII.

¶ Exemptis cellis alicuius monasterij: quid appellatio cellæ significat, hic ostendit. Io. And.

CAP. IIII.

PRiuilegium [a] monasterio tuo concessum, seu monachis, siue fratres in cellis ad monasterium ipsum spectantibus † habitantes, ab alio quam a Papa, vel eius legato [b] excommunicari, aut suspendi, vel ipsæ cellæ interdicto supponi non possint, non fratres in Prioratibus Ecclesijs, seu capellis eiusdem monasterij commorantes, [c] aut ipsos Prioratus, Ecclesias, vel capellas, ab ordinariorum iurisdictione in aliquo, [d] sed residentes tantũ in cellis, & cellas ipsas (hoc est [e] loca secreta [f] & solitaria, quæ ab hominum separata conuictu [g] sunt ad contemplandum, [h] & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato alicui, vt possit conferre beneficia clericorum suorum: quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit. Ioann. Andr.

c ¶ Commorantes.] Large loquitur: quia interdũ sunt instituti perpetuo: interdũ ad tps, interdum ad solam moram ibi trahendam de sta. mona. c. 2. ad fi. in eo. lib. de temp. ord. cũ nullus. in fi. & de capel. mona. cap. vnico. sed quo ad casum nostrum non est curandum.

d ¶ In aliquo.] Tolle defendat, quod est in fi. & iterum repete, sed defendat residentes tantum, &c.

e ¶ Hoc est.] Propter hoc facit ad titulum nostrum de verb. sig. ADDITIO. Alias locare potuisset in prox. vel sub tit. de priuil. Io. And.

[Gloss. seq. declarat textum.]

f ¶ Secreta, & solitaria.] Cella dr̃ a celando, & occultãdo, & hic hoc casu locus solitarius, & talem vitã in cellis degẽtes dignt sunt eo veniendi honore. 16. q. 1. quod vere. & ad has cellas religiosi etiam Mendicantes de prælatorum licentia transire põt in eo. lib. de excessi. præla. c. vnico. Alias aut large sumẽdo dicimus cellas, quod sibi ẽt in claustrũ monasterij, vnde ea cã, puta pro infirmitate monachi, dispensat abbas cum eo, vt habeat suam cellam extra cõe dormitoriũ, tñ infra monasterij septa. 10. q. 4. cap. vlt. & de talib. cellis hoc priuilegium intelligitur.

g ¶ Conuictu.] id est communi victu. ADDITIO. Dictio composita a cõ, & viuo, vnde & simul comedentes conuiuere vere dicuntur. Archid.

h ¶ Contemplandũ.] de vita contemplatiua 2. & actiua dicitur supra de renun. nisi cum pridem. ad finem.

ADDITIO.

† In isto versi not. quod Papa pũ sub rebellantes excõicare, & vitia adhuc aliter punire. Fon.

† Aretin. not. hanc gl. in cap. sepellam de accusatio. ad probãdũ, quod in materia priuilegij tua ille dicat habitare, quod est in loco ad tps, allegat Bald. in l. 1. ff. de sta. tu ho.

† Nõ quod ad frequentate ea olim. i. de priuile. sed quo ad correctionem monachi sunt in ecclesia dicto. ad quoad iurisdictione ecclesiæ acquisitæ, seu quod minime ponunt. Archi. c. seq. j. co. Fon.

a Vide glo. B. 16. q. 1. & 2. q. 1. & c.

ADDITIO. Archidiaconus inducit illud Gregorij quod quies ex corde nobis est appetenda. 8. quæst. 1. in scripturis. versic. quales: per quod videtur contemplatiua præcellere. Ad idem ead. quæst. qui episcopatum. quod dicit verum, secundum Augustinum: nam duodecim sunt, in quibus vita contemplatiua præeminet actiuæ, vt dicit in sum. de virtutibus. vbi tractat de præeminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuã. & vide quod scripsi de regu. lane in magna glo. Ioan. And.

¶ Pet. de An. dicit istud c. procedere in quocunque habente gratiã, de qua hic, ex quo nulli certò dirigitur. Font.

Sicut nobis. [Com̃unis diuisio. quia in prima consultatio a verbis duplicis gratiæ causa. In secunda latior responsio: ibi, Verũ. Vel ibi, Breui respondemus. latitudo responsionis patet in versic. similibus, & in versicu. etiam si. Dominicus.

CASVS. Episcopus Pictauiensis à sede Apostolica impetrauit priuilegium, vt posset conferre beneficia suorum clericorum cedentium, & decedentium: Episcopus habet clericos beneficiatos in alijs diœcesibus: dubitabatur quid contineretur appellatione clericorum suorum? Respondet, appellatione clericorum suorum continentur illi soli clerici, qui sunt in continuo seruitio Episcopi, & viuunt expensis proprijs episcopi: ideo si aliqui diuites morabantur in domo episcopi, sed viuebant expensis suis, & non expensis episcopi priuilegiati: illi non sunt censendi sui clerici quantum ad materiam priuilegij. Oraculo, vnde oraculum dicitur responsio facta ad interrogationem alterius. Nota quod si alicui à sede Apostolica concedatur priuilegium, vt possit conferre beneficia suorum clericorum cedentium vel decedentium: appellatione clericorum suorum veniunt soli illi, qui sunt in continuo seruitio priuilegiati, & viuunt expensis suis proprijs, & hoc verum in priuilegiis, quæ sunt odiosa, alias vero appellatione clericorum suorum veniunt omnes subiecti supra eo. cum tibi. in antiq. Nota quod gratia quandoque fit alicui, vt non effectus gratiæ deriuetur in eum, sed ut ipse alijs conferat vtilitatem. Ad idem de præbend. si cui, & c. si is cui. e. lib. Nota tertius, quod breuitas desideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc supra de iureiur. breui. & de breuitate vide no. de pœniten. & remis. significauit, & supra eod. lib. de testa. si pater. super 1. gloss. Io. And. Domi.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sicut nobis.] priuilegiato aliquo vt possit conferre beneficia clericorum suorum: quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit, &c.

b ¶ Decedentium.] nunquid talis posset cõferre beneficia suorum clericorum cedentium vel decedentium in curia Romana? Item nunquid posset conferre beneficia clericorum suorum alio modo vacantia? dixi supra eo. lib. de præbẽd. quamuis 2. in glo. illa duo Ioan. And.

1. De hoc hic Arch. tenens, quod nõ possit: vt ibi dixi. n. 1. An.

c ¶ Residerent.] ex sola residentia si non interessent diuinis, non perciperent quotidianas distributiones: vnde nec isti percipient. supra eod. lib. de cler. non re. §. c. 1. & super hoc vide quod ibi dixi in glo. no. quod si quis dominus.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo, vt possit conferre beneficia clericorum suorum; quid appellatio Clericorum suorum designet, ostendit. Ioã. And.

CAP. V.

Sicut † nobis [a] significare curasti, tibi gratiose concessimus, vt beneficia clericorum tuorum cedentium, vel decedentium [b] possis conferre; quodque ijdem clerici præbẽdarum suarum fructus percipiant, ac si in suis ecclesijs personaliter residerent. [c] Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri; Breui respondemus, [d] oraculo, quòd illos in his, & similibus [e] casibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te, non quæsiti [f] propterea vel recepti sine fraude, & fictione qualibet, vere tui clerici familiares existunt, & in tuis expensis continue [g] domestici cõmensales; etiam † si quos ex illis aliquando pro tuis [h] gerendis negotijs abesse contingat.

† al. ita; & si ex illis aliquos aliqñ, &c.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Respondemus.] per hoc videtur quod ista decret. sit veteris iuris declaratoria [2] non noui promulgatoria: licet argum. con tra. infra dum dicit, volumus, & quod sit declaratoria patet: quia tractat de verbi significatione. ad hoc supra eod. c. 2. respon. 1 in fi. nec bene occurreret ratio, quare hoc esset ius nouum & nõ vetus. præterea priuilegium prius concessum fuerat: postea priuilegiatus consuluit Papa circa priuilegium prius concessum: sic est responsũ, per quod patet, quod à concessione priuilegij etiam antequam emanasset hæc decret. priuilegium sic erat intelligendum. Ioan. And.

2. Idẽ Io. Mo. & ea dẽ ratione. 1. An.

[Glossa sequens exẽplificat, obijcit, soluit, & rationem reddit.]

e ¶ Similibus.] pone conceditur ei priuilegium, vt cum clericis suis super pluralitate beneficiorum curatorum, vel dignitatum dispensare possit: vel eis conferre ius ad vacaturas, vel similia. Et bene dicit, in his, & similibus: quia in alijs casibus dissimilibus appellatio clericorum omnes subiectos clericos comprehendit, supra eo. cum tibi & potest esse ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioso [3] quia per primum tollebatur ius seu potestas conferendi beneficium ei, ad quem ordinario iure spectabat, per secundum minuitur cultus diuinus, & non deseruiens ecclesiæ recipit stipendium, ergo bene ambitiosa, & restringenda sunt talia indulta, supra eodem lib. de præbend. quamuis 1. quod non est in decre. cum tibi. Io. Andr.

3. Cõ[illegible] sint fauor & odiũ, dicimus priuilegia odiosa. exẽpla. vide not. [illegible] de foro [illegible] pe. i 1. gl. &c. I. An.

f ¶ Quæsiti propterea.] sic supra de electio. c. officij, sup. eod. lib. de rescri. si tutum. §. insuper. de iud. muli eres. & de renun. ca. 2. sic, & affectata tutela immunitatem non præbet C. de his qui spon. mune. sub e. li. 10. l. 1. & 3.

g ¶ Continue.] ciuili [4] modo intelligendum est verbum, ff. de rer. ii cui. de coniecturis. distinct. 5 nunquam. sicut & seruitus, dicitur continua, & aqua quotidiana. ff. de ser. vrb. præd. l. foramen. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quod autem, & fluuius dicitur continuus, qui quandoque exarescit. ff. de flu. [& ne quid in flu. pub.] l. 1. §. 1. respon.

4. Vid Bar. i l. 1. ff. loma. & plene Fel in prœmio Dec. & in c. ex tenore. de testibus.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

h ¶ Pro tuis.] sup. de cler. non resident. ex parte. Et si ægrotaret, seruire intelligitur. ff. de statuli. cum hæres. §. Stichus. Nec sumo ita amare verbum, quin etiam pro suis proprijs interdictũ possit abesse. Ad hoc sup. eod. lib. de præb. præsenti. 1. & 2. responso. sicut iudex propter sua propria negotia differre potest & dimittere. [5] cautam. ff. de iud. si longius.

ADDITIO. Quod clericus pro suis proprijs negotiis possit abesse, tenet etiam Archidiac. quod tamen signat contrarium. sup. eo. lib. de elect. si postquam. §. 1. non soluit. Tu dic quod illud speciale, ne propter eius absentiam protelaretur vacatio. Item ibi ubi potuit prouu-

5. Hoc melius intelliges p̃ no. s. d voto. quod super his, [illegible] Ioan. And.

prouidere si iustam causam habebat absentiæ obtinẽdo licẽtiam Item nec ille textus amarissime sumitur, vt ibi no. in glo. & ita in fi. Ioan. Andr.

SEQVVNTVR REGVLAE IVRIS.

De regulis iuris.

¶Quarum cognitio tam vtilis, & necessaria sit teste Alberico in rubric. ff. eod. dam netque Silu. eos in l. qd te ff si cer. pet l. quod Nerua ff. depo qui solis singularibus doctrinis student. Quas & sine vituperio ipse Pontifex nescit gl. c. veniens. de præscript. negligentes interim iura regularium, quarum ignorantia nullo modo excusabilis est. l. 1. in non. ff. de cofes. gl l. professio. C. de mu. pa. lib. 10. Ideo annotaui tibi ad glo. quicquid melioris doctrinæ est in Mercu. Ioan. And commentarijs Phili. Petri de Ancha. Dyni, Alberici Rosatis, Io Vankel. Iaco. Fon. Burgen.

[Glossa ista primo continuat rubri. Secundo ad situationem opponit, & dupliciter soluit. Tertio per modum summæ de regula quærit quinque, & de iure tria.]

NOn est nouum, vt aliquibus specialiter enumeratis generalis clausula subsequatur, quæ omnia comprehẽdat, vt 46 distinct. per totum. 23. q. 5. de occidendis. supra de proba. quoniã contra falsam. sup eodem lib. de procu. qui ad agendum. ff ad legem Aquil. si seruus seruum §. inquit lex. in fi. C. de sacros. eccle. l. generali. Id circo post rubricas supra positas, quæ secũdum suas materias iuris regulas comprehendunt, ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuersis De regu. iuris. Si quæratur quare in principio compilationis non posuit Bonifacius hanc rubricam, cum sæpe præmittatur clausula generalis secutis postmodũ specie bus, vt supra de prob. cum rubricis sequentibus. de reb. eccle. non alie. cũ rubricis sequentib. de re cre. cum rubricis seq. ff de seru. cum rubricis sequentibus Posset dari colorativa responsio, quia quæ vltimo dicuntur, melius memoriæ commendantur. de cõsecra distinct. 3. liquido Est autẽ vera 2. solutio, ideo hũc ordinem obseruatum, vt ostenderetur ius non sumi ex regula, sed regulam ex iure si enim a principio posita fuisset, forsitan crederet aliqs, ꝙ ius sequens regulas, ex regulis sumeretur. in fine igitur ponitur, vt appareat ex iure, quod præcessit, regulas sumi ff eo. l. 1. Videdum est igitur primo, quid sit regula, vnde dicatur, qualiter constituatur, & quod sit eius officium, & quę ipsius sit potestas. Secundo videndũ quid sit eius, vnde dicatur, quomodo hic sumatur. Tertio quę sunt hæ iuris regulę, singulariter & clare eas prosequendo videbimus.

¶ Circa primum, Regula secundum Grammaticos, est multorum similium collectio. Lex autẽ describit regulam eam esse, quæ rem quæ est, breuiter enarrat ff. eo l 1. Dicitur autem regula, quæ regit vel normã recte viuendi præbet, & ab hac regula, quæ dicitur norma recte viuendi, dicitur regularis. Dicitur etiã regula eo, quod recte ducit, nec aliorsum trahit, quasi a regi, vel regula, quæ idem est quod rectitudinis forma. Sicut enim per regulam nouit scriptor modum recte scribendi, secator modum recte secandi, & sic de singulis: ita per has regulas modum recte iudicandi cognoscimus ad hoc 3 dist. regula. Est autem regula latine, idem, quod canõ græce. 3. dist. canon. Et dicitur regula proprie quasi regulariter vera, quamuis p tiatur exceptiones in se. Quæ an contineantur sub regula, fuerũt opiniones, qua no. ff eo l. 1. 3. & facit quod no dist. 3. regula. Subtilitatibus tamẽ circa hoc omissis, breuiter & grosso modo sic dico, ꝙ quo ad potestatem verborum, quæ in ea proferuntur, vniuersaliter vel saltem indefinite affirmando vel negando comprehendit exceptiones, 4. alias non diceretur exceptio, sicut si dicerem, omnis homo currit, excepto equo Titij, hæc non est exceptio, quia equus non comprehendebatur sub illa propositione, omnis homo: sed si dicerem, omnis, homo currit, excepto Titio, tunc propria est exceptio, quia propositio, omnis homo, bene cõprehendebat Titium. tollitur ergo Titius virtute exceptionis quo ad materiam, de qua fit sermo, vt scilicet dicatur non currere: Sic quo ad iuris determinationem exceptio non cõprehenditur sub regula: quia contraria ratio: & plus est in exceptione quam in regula, hoc ergo operatur exceptio, vt illud quod aliàs suo verbis regulæ cõprehẽdebat, ad determinationem regulæ exceptionis virtute collatur. Constituitur autem regula [vt sup. dixi] per verba quæ de sui natura omnia comprehendant: id est, per signa vniuersalia affirmatiua, quæ omnia comprehẽdunt. supra eo. c. omnis res. & c. deficat. ff. eo. l omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia fere. & l. omnia quęcunque. Item per verba negatiua, q̃ vniuersaliter negando excludunt omnia, vt j. eod. nemo potest. 1. & 2. j eod. nullus. 1. & 2. ff. eo. l. nemo. & l. nullus. Item per verba indefinita, quæ simpliciter prolata æquipollent vniuersalibus. 5. 19. distin. cap. 1. supra de priuileg. q3 circa. C de hære. ven. l. vlt. & ideo omnes regulæ paucis exceptis traduntur per signa indefinita affirmatiua vel negatiua, vt sup. cod. & inf. cod. & ff. cod. titu. satis apparet. Officium autem regulæ est plures similes casus simul iungere clauo rationis, vt ff eo. tı l. 1. Quæ sit potestas regulæ, an scilicet constituat ius de nouo, an antiquum recitet, dubitatur: & videtur, quod ius de nouo nunquam constituat, quod iure & ipso facto probatur iure ff. eod. l. 1. Facto, quia in octogintaocto regulis infra positis non est vnam etiam solã inuenire, quæ ius de nouo constituat, vt in prosecutione patebit. Econtra videtur: quia regula Catoniana de nouo statuit, quod legata, quę sunt inutilia ratione legãtis tantum, vel ratione legãtis & legatarij, vel legatarij, & eius a quo legatum est præstandum, vel ratione rei tantum, vel mixta ratione rei legatæ, & personæ legatarij, tractu temporis nõ cõstituantur: etiam si causa impedimenti remoueatur. ff. de reg Caton. l. 1. in princip ff. de lega. 1. l. cætera §. 1. ergo ipsa regula constituit ius de nouo. Ad hęc faciunt infinita iura, in quibus Papa iudicat ex regulis, vt supra de constitu cap. 2. de rescrip. c. 1. & c. pastoralis. de iud. nouit. supra de foro compe si diligenti. de fide instru. inter dilectos. ad fin. & de pręsumpt. dudũ. de excep. cum venerabilis de reg ad Apostolicam. de conting. & affi. cap. vlt cum mille similibus, ex quibus videtur quod ius sumatur ex regula. Subtiliter dixerunt doctores, quod tres species casuum est considerare, quidam sunt iam determinati, & in illis regula non constituit ius, quia inuenit iam constitutum. Itẽ sunt quidam excepti a legis determinatione, & in illis similiter regula non constituit ius, quia non clauduntur sub regulæ determinatione. Quidam sunt in quibus est eadem ęquitas, quæ est in casibus a iure determinatis, nec tamen reperiuntur in iure positi, & in illis regula facit ius propter identitatem rationis non patientis ius similium casuum esse diuersum. Apertius dici posset 6 quod aut constitutio iuris præcedit traditionem regulæ, & regula de iure iam constituto, quasi materiatum de materia producitur, & tunc proprie habet locum distinctio prædictorum casuum, vt videlicet in iã determinatis, & exceptis non faciat ius, in non determinatis, in quibus est eadẽ ratio, ius constituat, sed vbi non est ius constitutum ante regulæ dispositionem, sed inuenitur sola simplex traditio regulæ, tunc ipsa regula est ius vel iuris constitutio, & non ab alio, sed a constituente procedit, & ita potest intelligi prædicta lex prima de reg. Cato. probatur hoc latius per antiquas regulas. supra eodem titu. quas veritate inspecta esset inuenire præcessisse iuris traditionem, vides enim pro maiori parte, quod vbi sunt decreta Alexandri III sunt primę in titulo, maxime post concilia antiqua, vt j. de rescrip. de cetero.

1. Illud q spectat An ch. hic Fõ.

2 Idẽ doctores. Fõ.

Regula qualiter designat.

Exceptiones an sub regula contineantur.

3. Ibi Decius, hic Dyn. Fon.

4. Bar. l l. si eo. §. q insinuatu. ff. si quis om. Iont

Regula q̃ verba cõstituatur.

5. Vide Dyn. hic & Bar. in l. si pluribus. ff. de le. 2. & Albert. in l. de pupillo. § q nũtiat. ff. de noui ope. nunt.

6 Idẽ Dy. & male fm Ph. dicerẽ Bart. in rub. ff. eo. tenere gl. ibi ego tamẽ non recedo. Font.

tentum. cum duabus rubricis sequenti de offi vic. cum duabus rubricis seq. de iis quæ vi metusve cau. fiunt cum duabus sequen. de dolo & contu. cum duabus sequen. & multis alijs: & tamen omnes regulæ sup. eo t. titu. præcesserunt Alexan. iii. excepta vltima, quæ fuit Lucij iij. q ipsum secutus est, vt ex chronica & decretalium ordinatione satis apparet. Si igitur prima regula sup. eodem titu. exemplificetur p decret. supra de sponsa præterea 1. secunda per decreta. & si quæstiones. de simo. tertia per decreta. de voto, magnæ, & sic de singulis, dico quod regulæ illæ dicta iura præcesserunt. vnde regularum dispositio non potuit ex ipsis iuribus sumi, quæ nondum erant: imo potius vr determinatio ipsorum iurium facta per regulas. Ad hoc faciunt omnes illæ decretales superius allegatæ. in quibus Papa pronunciat per regulas. Ego tamen non recedo à verbis legis, & dico quod per regulã non statuitur ius, sed ex iure sumitur regula: aliàs non video, quomodo posset dici regula iuris. Sicut enim in regula ligni vel ferri necesse est illas materias præuenire, lignum scilicet, vel ferrum: ad hoc quod disponatur ex eis regula: sic in regula iuris necesse est ius, quod est ibi materia, præuenisse, ad hoc, vt regula possit inde disponi; & tunc proprie loqtur dicendo de regulis iuris, aliàs dicere debuisset de iure regularum. Et si dicatur quod in casibus nõ expressis a iure, vbi est ratio similis, regula facit ius: hoc est sine regula aliqua, per iura quæ hoc volunt. de rescrip. inter cæteras de transa. inter corpora. ff de legi. non possunt cum similibus. Et si obiiciatur de regula Catoniana, dico quod non proprie [1] dicitur regula, nec inter regulas ponitur ff. eod. tit. Et si dicatur, quod aliquæ regulæ præcessisse videantur iuris expressam traditionem: dico quod ius, quod est idem q ratio, vt 5. distinct. consuetudo. 9. dist. sana quippe, ab exordio rationalis creaturæ præcesserat 5. distinct. in princ vel saltem dispositione concedentis regulam, ius præcessit: videns enim formator regulæ sic esse debere de iure, quod in eius saltem mente sedebat, formauit regulam. Allegatur tamen regula pro iure, non tam ex origine, q̃ ex forma, & prior est eius cã, pro quo facit regula: [2] habet enim aduersarius necesse ostendere rationem, quare in isto casu regula non loquatur, & facit quod dicam infra eod. vtile. Ad secũdũ, quo quæritur quid sit ius, & vnde dicatur, & quomodo hic sumatur: dicendum est breuiter, quod ius est ars boni & æqui. & c. ff de iustitia & iure. in prin. & dicitur a iustitia, vt ibi, & sup de verb sig ius autem, quã summum in rebus bonum est colere. 12. q 2. cum deuotissimam. [3] Ius aũt est generale nomen, habẽs multas species. 1. dist ius generale. cuius species diuidas & subdiuidas, vt ibi per totum. & ff. & inst de iust. & iu. per totum. Sumitur autem hic pro nostro iure canonico, non autem pro iure ciuili, vt probatur inf. eo. in secunda regula, quæ de iure ciuili, non procedit, qđ dic vt ibi dicam. Tertio autem ordinate has regulas est videre, & primo primam.

Bonifacius Octauus. †

REGVLA I.

Beneficium [a]

Beneficium.] Casus in hac regula potest figurari per c. si quis deinceps 16. q. 7. & primo in actore; Cum ego actor tenuissem aliqđ bñficium per spatium x. vel xx. annorũ, cecidi a possessione mei bñficij, feci te nouũ possessorem conueniri coram iudice competente intentando petitorium, videlicet qđ illud beneficium ad me pertinebat & spectabat, quare petebam, & supplicabã, & requirebam, vt iudex compelleret te ad restituendum mihi beneficium vna cum fructibus, tu possessor negauisti contenta in meo libello: ad probandum intentionem meã, super meo libello produxi aliquos testes: qui testes iurati deposuerunt, q tenui illud beneficiũ quiete & pacifice p decem, viginti, vel triginta annos: tñ de collatione vel institutione nihil dicunt, sed deponunt solum, q viderunt me illud beneficium possedisse per 10. 20 vel 30. annos, vtrumq; illud sufficiat ad probandum, q beneficium est meum? Respondetur qđ beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. Vel in reo ponamus sic casum, ego tenui aliquod beneficium per 20. vel 30. annos. quidam alius virtute nouæ collationis & institutionis fecit me conueniri coram iudice competente, & fecit fidẽ de sua canonica institutione; Ego autem allego & dico, q tenui illud bñficium per spatiũ 30. annorum pacifice & quiete, & sic præscripsi, q̃uis non sim canonice institutus, vtrum bene dicam? Certe non: quia non sufficit detentio beneficii sine canonica institutione. Sed hodie extat regula de triennali possessore, in qua cauetur, q si quis per triennium possederit beneficium ecclesiasticũ pacifice, & quiete, põt se defendere 𝔭 quemcunque, quamuis non ostendat de canonica institutione. ¶ Pro expeditione glo. quæritur, qualiter hic accipitur beneficium. Dicendum q beneficium in iure accipitur multis modis. Nam aliquotiens appellatione beneficii veniunt simplicia beneficia, vt capellaniæ; aliquotiens appellatione beneficii veniunt oĩa beneficia ecclesiastica. Et dicit gl. quod beneficium hic accipitur large pro quocunque beneficio ecclesiastico, & sic qđcunq; beneficium siue sit simplex, siue aliud, nõ potest obtineri sine canonica institutione, q verum est, qñ illud beneficium habetur in titulum: secus si non haberetur in titulum: Nam pbẽda aliqua, id est, grossum aliqñ assignatur paruulis: aliquando vero laicis, vt pulsatoribus campanæ, & in illis non requiritur canonica institutio. Sed quia hic fit mentio de institutione, quæritur quid dicatur institutio? Respondetur quod institutio est canonicum ius in beneficio ecclesiastico obtinere. Sed quæritur, ad quę pertineat institutio? Respõdet glo. q de iure communi pertinet ad episcopum, in cap. conquerente supra de offi. ord. in ant. gl. opponit de c. ad hæc. supra de offi. Arch. in ant. vbi institutio ptinet ad Archidiaconum. Dicendum q triplex est institutio: Quædam est institutio tituli collatiua: Alia est institutio auctorizabilis quo ad commissionem curæ animarum: Alia est institutio realis & actualis, quæ vocatur inuestitura uel inductio in possessionem realẽ & corporalem: duæ primæ pertinent ad episcopum: sed tertia pertinet ad Archidiaconum: quia qñ eps instituit aliquem, debet mandare Archidiacono, vt illum inducat & ponat in possessionem corporalem. Postea quęrit gl. an sit differẽtia inter institutionem, & collationem, & præsentationem? Respondetur q sic. Vnde præsentatio dicitur illa, per quam non confertur aliquod ius in beneficio ecclesiastico, sed solum a patrono præsentatur persona idonea, & illud, quod patronus facit, dr præsentatio: Institutio vero stricte sumpta dr dupliciter: videlicet cum aliquis instituitur per diœcesanum ad præsentationem patroni: & sic episcopus instituens dat titulum in beneficio; Alio modo accipitur pro confirmatione, qñ superior confirmat electũ. Collatio autem dicitur, quæ fit de beneficio non patronato, quod spectat ad epm pleno iure sine præsentatione patroni. ¶ Vlterius pro declaratione glossæ positæ in verbo, obtineri, opponitur 𝔠 textum, & videtur quod beneficiũ ecclesiasticum possit obtineri sine canonica institutione. c. cura. in tit. de iure patrona in antiq. Gl. soluit sic, aut quis possidet beneficium iure proprietatis, tamquã proprietarius: aut iure administratiuo, tamquam administrator: In primo casu potest acquirere beneficium sine titulo, vt monasterium percipit bona temporalia beneficii faciendo certam pensionem vicario perpetuo, si possedit longo tempore sine titulo, potuit præscribere iure proprietatis. In secundo autem casu qñ possidet beneficium tamquam administrator, non potest beneficium acquirere sine titulo. Et iste textus intelligitur

Marginal notes:

† al. ita: Idem.

Regula ex iure sumitur.

[1] Hoc est eo modo quo iura isto titulo posita vocant regulæ. Font.

[2] Idẽ Phi. similis gl. in l. oĩs definitio, ff. eo. allego c. 2. § fi. de coniu lepros. Fon.

[3] Phil. q̃rit, an nomine iuris veniat statutum, consuetudo, vide Lud. Ro. ff de arb. receptio res. c. fi. de cõsu. Fõt.

Possessio Triennalis

Beneficiũ multis modis accipitur.

Institutio qd dicat.

Institutio ẽ triplex.

Præsentatio quid dicitur

Institutio quid dr.

Collatio quid sit.

de iſto titulo adminiſtratiuo, qui non põt acquiri ſine canonica inſtitutione. ❡ Quæritur inſuper vtrum exiſtens in pacifica poſſeſſione beneficii teneatur facere fidem de ſua canonica inſtitutione: vel vtrum ſit defendendus in ſua pacifica poſſeſſione abſque eo ꝙ probet ꝙ fuit canonice inſtitutus? Reſpõdet qđ ad inſtantiam diœceſani, cuiꝰ intereſt ſcire, an poſſidēs beneficia poſſideat iuſte abſque periculo animarum, & etiam ad inſtantiam ſubditorum beneficiati, ſi exigũt, vt ipſe faciat fidem de titulo adminiſtratiuo, tenetur facere fidem, ſed non ad inſtantiam alicuius priuati prætēdentis ius in beneficio.

ecclesiaſticum non poteſt [a] licite [b] ſine inſtitutione canonica obtineri. [c]

❡ Vtrum quis poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticũ reſpectu iuris poſſidendi, abſq; eo ꝙ probet canonicam inſtitutionem, vt ſi quis dicat ſe poſſediſſe & expulſum fuiſſe, an ſit neceſſe, ꝙ probet canonicã inſtitutionē? Quidam dicunt ꝙ ſic p iſtud c. Ex quo ſequitur, qđ quis non poteſt probare poſſeſſionem, niſi probet titulum & inſtitutionem. Et ſimile eſt in viro repetente vxorem: quia licet homo non poſſit poſſideri: tamen cum titulo matrimoniali poſſidetur: ideo ſi vir dicat poſſediſſe vxorem & ſe ſpoliatũ fuiſſe, nõ admittitur, niſi probet matrimonium præceſſiſſe. Sic in ſpiritualibus beneficiis doctores formant iſtam quæſtionem in cap. litteras de reſtit. ſpol. in antiq. & ſunt varii: Nam quidam dicunt, ꝙ petens reſtitutionem beneficij, tenetur allegare & probare titulum, id eſt inſtitutionem & collationem: Alii dicũt quod non tenetur allegare nec probare titulum: ſed ſufficit, qđ alio modo coloret ſuã poſſeſſionem. Alii dicunt, quod nõ requiritur, qđ coloret ſuam poſſeſſionem: ſed ſufficit probare, qđ ipſe exercuit actus conuenientes tali beneficio: puta quod habuit ſtallum in choro, & vocem in capitulo: & ſic de aliis. Communis concluſio doctorum antiquorum & dominorum de Rota (licet dominus Panor. recedat ab eorum opinione) eſt, quod ille, qui agit poſſeſſorio pro recuperatione beneficii, non tenetur de neceſſitate probare canonicam inſtitutionem, ſed tenetur colorare ſuã poſſeſſionem vno de tribus modis. Primo probando, quod habuit poſſeſſionem illius beneficii auctoritate ſuperioris & non per dictam inſtitutionem, ſed per teſtes vel inſtrumentum, in quo cõtinetur, qualiter epiſcopus mandauit alicui tali, vt poneret me in actualem poſſeſſionem, vel quia intraui poſſeſſionem ſciente ſuperiore, vel quia poſſedi longo tempore. Alii dicebant, quod tenebatur allegare titulum. Sed Panormi. tenet, quod non eſt neceſſe probare, allegare, nec colorare titulum prædictum. cap. litteras de reſti. ſpol. in fine illius cap. & c. in litteris eo. d. titu. vbi dicitur, quod prædo venit etiam reſtituendus; Nam ex quo quis fuit ſpoliatus, eſt reſtituendus; verumtamē, vt dixi, ſeruatur, quod non admittitur, niſi colorauerit titulum altero de tribus modis.

[Gloſſæ primo ponunt exempla, & ius nouum ſuper huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant cauſam impræſcriptibilem, & de ſimilib. remittunt. Tertio ponunt quadruplicem ſignificationē beneficii. Quarto quid ſit inſtituere, & ad quem ſpectat, & circa illud, duas obiectiones ſoluendo. Quinto de dictione poteſt, ponũt differentiam inter affirmatiuam & negatiuã locutione. Sexto ſignant & ſoluunt tria ꝯtra loquentia in proprietate eccleſiæ, vel in prouentibus tantum, vel in iure eligendi. Septimo ad quæſtionem de clerico, a quo titulus petitur, arguunt pro & cõtra: ponunt duas opiniones, quas diſtinguendo concordant.]

❡ Beneficium Eccleſiaſticum. Pone caſum per cap. 16. q. 7. ſi quis deinceps ꝰ. de inſtitu. ex frequentibus. ff. de decuri. l. Herennius Modeſtinus. Super ratione autem huius regulæ fundatur decreta. ſup. eod. lib. de eo qui mitti. in poſ. cap. cum qui. quia procedit, cum agitur de beneficio eccleſiaſtico in abſentia partis lite non conteſtata; nec fit miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ: quia ſic ſine inſtitutione canonica beneficium obtineret. Conſideratur igitur in beneficiis canonica inſtitutio, non antiqua poſſeſſio: & ſic nota caſum, in quo nõ currit præſcriptio. idem eſt in matrimonio carnali, 34. q. 5. quod Deo. ꝰ. de conſan. & affi. nõ debet. & idē in aliis caſibus, q. no. 16. q. 3. clerici. & ꝰ. de præſcrip. cum non liceat. Sumitur aũt hic beneficium largo modo, vt comprehendat dignitates, perſonatus, eccleſias oẽs cum cura & ſine cura, quæ cum tit. habentur. ſic 1. q. 3. ſi quis dator ꝰ. de conceſ. præb. nulla ff. de ſer. expor. l. ſeruus. Sumitur ãt interdum ſtricte, vt diſtinguatur a præbenda 12. q. 2. alienationes. de conceſ. pb. ex parte aliàs includit præbendam 1. q. 3. c. vlt. de verb. ſig. tua. in antiq. Alibi ſtricte ſumitur pro ſolis ſimplicibus beneficiis ſine cura. ꝰ. de præb. c. vlt. & ꝰ. eo. tit. & lib. cum in illis. & ibi ratio patet in littera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica inſtitutio, vt hic: videndum eſt, quid ſit inſtitutio. Inſtituere autē eſt ius canonicum in eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere: q. dic, vt not. ꝰ. de inſtit. auctoritate. in antiq. Et iure cõi ad epm ſpectat 16. q. 7. nullus oĩno. de hæ. cum ex iniuncto in fi. Non obſtat de offi. Arch. ad hoc, quia inſtitutio ibi ſumitur pro inueſtitura, & ſic intelligatur dec. de inſt. cum veniſſent. & ꝙ ibi no. Vñ qđ ēt capitulum vacante ſede inſtituere poſſit, argu. 7. q. 1. Pontifices de hæ. ab abolēdam. ꝰ. eo lib. de temp. ord. cum nullus. Arg. ꝯ. 24. diſ. presbyteri. 71. di. fraternitatē. ne ſede vac. c. 1. Dic vt no. ſup. de mai. & obe. cum olim. & terminatur hoc ꝰ. eo li. de inſt. c. 1. inter collationem autẽ præſentationem, & inſtitutionem magna eſt differentia, vt ꝰ. eo. lib. de præb. cum in illis. §. cum autem.

ADDITIO. Sciēdum eſt, qđ Dynus non fuit canoniſta, vnde dicebat gloſſam Ber. in c. auctoritate. de inſt. ſuperius allegatam eſſe decret. ex frequentib. de inſt. & de caſu decre. qõnem formabat. int. cod. indultum. volens hanc regulam (quia prima erat) copioſe gloſſare. ſicut de prima filia patresfamilias facere conſueuerũt, ſe contulit ad ſummam Hoſt. de inſtit. & aliquid vltra, & contra ibi deſcripta ſubtiliter poſuit. Io. And.

a ❡ Non põt.] Hæc dictio, poteſt, negatiue poſita, vt hic, neceſſitatem importat: cum. aũt affirmatiue ponitur, neceſſitatem non inducit. Ad primum. 1. q. 1. c. 1. ſup. de accu. de his. Ad fin. 4. q. 3. ca. placuit. § item in criminali. ver. poteſt. de præb. de multa. in fi. de appell. oblatæ. ad fi. ff. de arbi. quin etiam. & ideo dicit lex. qđ verbum, poteſt, neceſſitatem non importat. ff. de offic. pra. li ſæpe. & l. ſeq.

b ❡ Licite.] Superabundat, id. n. dicimus poſſe, qđ licite poſſumus. 22. q. 2. faciat. vbi de multiplici potentia & ſupra de reſcrip. ſuſcitatus per Ber. & Inno. de conc. præben. accedens.

c ❡ Obtineri.] Contradicit huic regulæ. ꝰ. de iurep. cura. Sol. ibi non præſcribitur eccleſia tanquam beneficium, ſed vt proprietas. Item neceſſitatis cã vel pietatis, vel cauſa impenſi obſequii ſine canonica inſtitutione poſſidet quis eccleſiaſticos prouentus, nec ex eo canonicus, vel beneficiatus proprie dicitur 12. q. 2. quicunque ſuffragio 16. q. 1. poſſeſſiones & q. 3. clerici. & ca. fi. epis. ſup. de magi. quoniam. Eodem modo reſpondetur ad c. 42. diſt. ſi qui vero. 12. q. 1. quia. 50. diſt. ſtudeat de cleri. pug. in duel. Henricus. Item arg. contra. ſupra de elect. c. in Geneſi. ſup. de iurepatr. conſultationib. vbi poſſeſſio dat ius eligendi & præſcribendi ſup. de cauſa poſſeſſ. cum eccleſia 2. Sola. per poſſeſſionem acquiritur ius eligendi, & præſentandi, quia procedit ex actibus noſtris. ff. de acquirenda poſſeſ. l. 1. Inſtitutio autem procedit ex actibus aliorum, quæ ad hoc, vt valeat, debet eſſe canonica, vt hic, in qua præcipue quatuor requiruntur. Primo quod perſona ſit, quę inſtituere poſſit. 16. q. 7. nullus. Secundo, qđ inſtitutus ſit talis, q. poſ-

Poſſeſſio in beneficiis non attendit. Beneficium cõprehēdit dignitates, perſonatus, ga materia patiē, hic Philip.

Inſtituere qd ſit.

1 Põt verbũ negatiue ꝓlatũ neceſſitatē importat. Quod nõ ē in diſtincte verbũ. l. infra dies. ff. de re iu. c. ꝙ to. de pſc. Corſet in ſing. incip. verbum poteſt.

2 Dicebat Io. Mo. ꝙ ꝯtria loquũtur in poteſtate actiua, hic loquitur de paſſiua, & iſta diſſeruit facit de cle. excõ. ſi celebrat. ꝰ. eo. li. de cle. nullus. in prin. & c. ex eo qđ l. ff. Io. An.

possit institui. de insti. c. fina. quia non laicus, vt ibi, vel ipse idem instituens. eo tit. ca. vlt. Tertio, quod illius beneficij institutio ex iure proprio, vel deuoluto, vel de legato ad instituentem pertineat. eod. tit. ca. 4. [Unde secundum Dynum vicarius episcopi vel capitulum vacante sede, id non posset, quod dic, vt supra eo. tit. de offi. vi ca. cap. fin. de inst. ca. 4. ne sede vacan. c. vnico) Quarto, quod seruetur forma constitutionis illius sup. eo. lib. de elect. cap. vlt. [Dic, vt ibi no. in vlt. gl. in confirmationibus enim locum habet, sed in collationibus non, vt ibi. Item dat exemplum per decr. a eo. lib. de elect. & per regulam, actus. hoc eod. tit.] Et no. quod haec regula est in argumentum contra clericum, qui est in quieta possessione beneficij sui, & petitur ab eo titulus possessionis, scilicet institutio, quod teneatur illam ostendere: nam & libertus Ecclesiae licet sit in quasi possessione libertatis, probat manumissionem suam 12 q. 2. ca. longinquitate. & cap. seq. & hoc probat decre. de appel. personas in parte decisa, vbi de hoc per Lau. nam & possidens pro haerede vel possessore, cogitur probare titulum C. de pet. haered. l. cogi. ad hoc facit quod no. de dolo & contuma. contingit. in gl. vlt. circa med um. In contrarium videtur arg. 20. q. 1. quem progenitores. supra de reg. vidua. & in praedicta. l. cogi 2 q. 5. § 1. & pro hoc facit quod no. Inno. de procurato ex insinuatione. & Ber. Compo. de elec. capitulum in gl. 5. §. item quaeritur an executor. vers. sed secundum hanc primam opinionem tenebat Mel. & Ber. Ili per iura praedicta. Io. & Lau. no. too dixit contra mo rem quod clericus habens duo beneficia, cogitur docere titulum: habens autem vnum solum, sufficit possessionem ostendere arg. ad hoc supra eo. tit. de electi. ca. 1. & de offi. ordi. eo. ti. c. ordin. iij a Dici potest, quod primam partem verum cum episcopus ex suo officio vult videre institutionem clerici, hoc probatur de praebend. dilecto. vt eccle. benefi. c. vnico. Secundam cum alius agit, forte dicens se ius habere in praebenda: tunc actor quod asseuerat, & c. 4. q. vlt. actor & prgal. ca. vnico. vt ecclesia. benefi. & C. de proba. actor. & hoc probatur ex his quae no. Innocen. Ber. Compost. in praedict. glos. & per Host. & de hoc de iuro. licet Hely super ver. officij sui debitum. (Cuius verba posuit Arch. in decre. ordinarij. Io. And.)

¶ Idem.

REGVLA. II.

POSSES-

Possessor.]Istud capitulum habet duos intellectus secundum duos modos punctuandi textum. Nam qui dam faciunt punctum post dictionem, fidei: Alij autem faciunt punctum post dictionem, tempore.

¶ Pro intellectu huius cap. est praesupponendum illud, quod habetur in glossa posita super verbo fidei, qualiter hic accipiatur fides, & quis dicatur bonae fidei possessor, & quis malae fidei possessor. vnde fides hic accipitur pro conscientia, vt dicamus possessor malae fidei, idest, conscientiae, vllo tempore non praescribit. quis autem dicatur bonae fidei possessor, illud colligitur ex c. si virgo. 34. q. 2. & l. apud antiquos. circa medium. C. de fur. & ser. corru. nam ille dicitur bonae fidei possessor, qui putat se dominum rei, quam possidet & ignorat rem esse alienam. Econtra uero is dicitur malae fidei possessor, qui habet conscientiam rei alienae.

¶ Casus secundum primum intellectum sic figuratur: uidelicet faciendo punctum post dictionem, fidei. Aliquis Titius uendidit mihi rem, quae non erat sua: puta, uineam, domum, pratum, uel aliquam aliam rem: sed erat cuiusdam alterius, & illam mihi tradidit: ego emptor ab initio bene sciebam rem esse alterius, & non uendentis, & sic quando res fuit apud me, sciebam illam esse alterius, hoc tamen non obstante detinui illam rem per xx. uel xxx annos, Elapso illo tempore dominus rei uendidit (?) illam rem, & fecit me conueniri, petendo, ut iudex declararet illum dominum esse illius rei, & me compelleret ad sibi restituendum una cum fructibus: Ego autem excipiendo proposui, quod illam rem possederam per longum tempus, uidelicet per xxx. annos: & quod illo medio praescripseram: ille replicando proposuit, quod non poteram praescribere propter malam conscientiam: quia sciebam rem esse alienam: & illud probauit: Quaerit quid iuris: utrum possum me tueri praescriptione? Rndet quod non, etiam si longissimo tempore possedero: quia possessor malae fidei non praescribit ullo tempore, suppleatis, nec longissimo: quia possessor malae fidei est continue in peccato mortali: & diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget c. fi. de praescri. in antiq.

¶ Alij faciunt punctum post dictionem, tempore. Et secundum hunc intellectum casus sic figuratur: Titius vendidit mihi rem alienam puta pratum vel vineam, putabam illum esse dominum tempore traditionis: in ista bona fide perseueraui magnum tempus, sed non per totum tempus praescriptionis; postea superuenit mala fides, idest, scientia rei alienae antequam complerem praescriptionem, vtrum possim praescribere? Respondetur quod non possum complere huiusmodi praescriptionem; quia requiritur quod habeam bonam fidem in omni tempore praescriptionis; Nam malae fidei possessor vllo tempore, idest, qui in aliquo tempore praescriptionis habet malam fidem, non praescribit.

¶ Pro expeditione prim ae gloss. vrum quod possessor malae fidei possit praescribere longissimo tempore; & arguitur de l. cum notissimi C. de praescri. xxx. vel xl. annorum. ibi, praescribitur res longissimo tempore, & cum mala fide. Glo. facit differentiam inter ius canonicum & ciuile; & dicit quod contrarium procedit de iure ciuili, quod non habuit respectum ad salutem animarum; sed ad bonum commune dumtaxat; & ideo cum mala fide procedebat praescriptio longissimi temporis; sed ius canonicum habuit respectum non solum ad bonum commune, sed etiam ad salutem animarum; Nam subiectum scientiae iuris canonici est hom o dirigibilis non solum in bonum commune sed in Deum; & ius canonicum considerauit quod possidens cum mala fide est continue in peccato mortali; & tanto aggrauatur peccatum, quanto diutius in felicem animam detinet alligatam, ideo noluit, vt possessor malae fidei posset praescribere.

¶ Sed vtrum leges ciuiles sint correctae per ius canonicum glo. exorditur materiam vtrum leges succumbant canonibus, & hoc in terris imperij? Rndet, quod vbi versatur periculum animae, leges succumbunt canonibus, ideo leges illae sunt correctae, ita quod est iudicandum secundum ius canonicum, & non secundum leges, sed in materia non concernente periculum animae, leges sunt seruandae in foro suo, & ius canonicum in suo; Nam Papa non potest tollere leges quo ad iudicium seculare, nisi in ijs, in quibus vertit periculum animae; cum potestates sint distinctae, videlicet ecclesiastica a potestate seculi; ideo dicit Ber. quod praescriptiones longissimi temporis, quae procedunt ex sola negligentia non petentis, & non ex facto possidentis praescribuntur cum mala fide, vt puta, debeo tibi decem scuta ex aliquo contractu, tu non petis illa decem scuta per spatium xl. annorum, ista praescriptio currit mala fide, licet sciam me esse debitorem tuum, ideo si postea facias me conuenire, potero me tueri praescriptione longissimi temporis, quia ista praescriptio est ex sola negligentia tui creditoris, de qua in cap. fi. de praescri. in antiq. Vtrum in praescriptione requiratur bona fides durante toto tempore praescriptionis, an sufficiat habere bonam fidem ab initio praescriptionis, licet postea sequatur mala fides? Respondet quod in omni tempore praescriptionis requiritur bona fides, vt est hic tex. secundum vnum intellectum. Sed quid erit si completa praescriptione superuenit mala fides, ut ponamus quod aliquis uendidit mihi rem Titij, putabam uendentem esse dominum rei, & sic habebam bonam fidem, & cum ista bona fide tenui illam rem usque ad praescriptionem completam: Completa praescriptione sciui quod res erat Titij; utrum tenear sibi restituere & facere conscientiam?

Marginal notes:

a Io. Dy. fallit si sententia est... [partly illegible] ...inspici. I. ... Fo.

a Et ibi de hoc per Ar. & licet plura adijciet, ea habentur per remissiones huius gl. tenet autem quod sequitur in glo. cum moderamine, quod statim tuo dam. Io. And.

a Videbis Panor. ca. accedens. nu. 15. de An. nu. 9.

Iuris canonici subiectum dicitur esse homo dirigibilis in Deum & in bonum commune.

glo.in d. cap. si virgo. 14. q. 2. concludit ꝙ non teneor sibi restituere, licet super veniat mala fides, quia ex quo completa est præscriptio, per præscriptionem res est facta mea saltem quantum ad dominium vtile, & secundum alios quantum ad dominium directum, sed in vsucapione res effici-
tur mea cōpleta vsucapione, quātum ad dominium directū,

for [a] malæ fidei [b] vllo tempore [c] non præscribit. [d]

de hoc per Panorm. in c. fi. de præscrip. in antiq. Quæritur verum de hoc. vt quis possit alienam rem præscribere, sufficiat bona fides? Respondet ꝙ non, sed vltra bonam fidem requiritur titulus, & hoc in præscriptione longi temporis 10. vel 20. annorum, vel in præscriptione longissimi temporis, cum quis præscribit rem ecclesiæ, vel est præsumptio contra ipsum, vel sibi resistit ius commune, nisi allegaret præscriptionem centum annorum, vt in ca. 1. de præscrip. eod. lib. vt quando quis præscribit decimas in parochia mea, non sufficit probare possessionem per 40. annos, sed requiritur ꝙ ipse alleget, & probet titulum, vel alleget possessionem centum annorum, aliàs non requiritur titulus. cap. de quarta. de præscrip. in antiq. Quæritur quid sit vsucapio, & quid sit præscriptio. Glossa remittit ad ea quæ habentur in summa. 16. qō. 3. vbi dicit glossa. Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem temporis possessionis lege definiti: quam definitionē accepit a l. 3. ff. de Vsuc. Sed præscriptio est exceptio ex tempore substantiam capiens, quæ actioni personali vel in rem, id est, reali opponitur.

Vsucapio quid sit. Præscrip. quid sit.

¶ Pro expeditione glo. finalis in verbo præscribit. vt ꝙ quis præscribat cum mala fide, & arguitur de c. placuit. 16. q. 3. c. 1. de præscrip. sup. in antiq. vbi dicitur, ꝙ si populus alicuius diœcesis fuerit occupatus ab infidelibus, & lapsus in errorem hæresis. si episcopus proprius sit negligens in reuocando populum ab errore, episcopi vicini possunt illum requirere, vt adhibeat diligentiam pro reuocando populo, & facta monitione debet expectari per aliquod tempus, quo elapso si vicinus episcopus reuocauerit huiusmodi populum, & populus sibi obedinerit per tres annos, præscribit, licet sciat populum alienum, & sic præscribit cū mala fide. Dicit glo. ꝙ regulariter præscriptio non procedit cum mala fide, sed est speciale in illo casu fauore fidei contra regulam communem, vt vicini episcopi spe lucri reuocent populum ab errore hæresis.

[Glo. prima ponit exempla. Secundo dicit regulam non procedere secundum leges nisi dicantur correctæ, circa quod ponit duas opiniones contrarias. & tertiam quæ distinguit. Tertio ponit aliud diuersum inter leges & nos. Quarto dat remissionem de mala fide, quæ præscriptionem sequitur. Quinto subdit, etiam titulum requiri, signat contrarium & soluit. Sexto remittit de præscriptione, vsucapione, & incorruptione.]

1 Habita dist. inter præsētes, vel absentes, & qui quo ad hoc dicantur p̄sentes: & qd de illo q nullu hēt domicilium, vel hēt plura, no. C. de p̄script. longi tēp. l. fin. vide Spe. de p̄scri. vers. qñ autē. Io. And.

a ¶ Possessor.] pone casum. 14. q. 2. si virgo. s̄. de p̄scr. c. vlt. Hæc regula secundum leges vera in præscriptione 10. vel 20. 1. annor. C. de præscr. long. temp. auth. malæ fidei. In præscriptione autem 30. vel 40. annorū non requiritur bona fides 16. q. 3. cap. placuit, vt §. potest, sup. de præscrip. vigilanti. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, cum notissimi. Nisi velis dicere leges esse correctas 2. per præd. decret. de præscrip. cap. vlt. vbi de hoc. Quod quidam abhorrent, dicentes Papam non posse tollere leges, nisi quo ad suum forum. Alij vero dicunt Papam indistincte quo ád vtrumque forum posse leges tollere. de hoc. 19. distinc. constitutiones. de test. cum testes. In his autem tenens medium, credo ꝙ Papa vbi non habet temporalem iurisdictionem, non possit tollere legem quo ad forum ciuile, nisi in his, in quibus vertitur periculum animæ, cum potestates distinctæ sint. 96. dist. cum ad verum. 10. dist. quoniam. vbi de hoc. & qui filij sint legit. causam. 2 In his autem, in quibus periculum animę vertitur, quo ad vtrumque forum tollit legem. probatur hoc de iud. nouit de præ-

2 Dicit Dy. & ratio est q̄m Pet. de Anc. peccatum.

scri. ca. vlt. & de secun. nup. c. pen. & vlt. sup. eod. lib. de foro compet. cap. vlt. de iureiur. cap. 2. eo. lib. de excep. cap. 2. de senten. excommun. decernimus: nam in his leges sacros canones imitari non dedignantur. supra de iudic. clerici. in Authen. vt non luxu. contra natu. propterea. collat. 6. in Auth. vt clerici apud proprios episcopos. §. si vero ecclesiasticū. ex quibus satis posset inferri idem de iure canonico circa hoc, quod de iure ciuili. Sciendum est autem, ꝙ secundum nos non solum ab initio, sed in qualibet parte præscriptionis, 3 debet p̄scribens etiam agnoscere bonam fidem, vt hic, & in concord. In his autem in quibus etiam secundum leges requirebatur bona fides, sufficiebat ab initio bonam fidem agnouisse, vt in prædicto § potest. & l. cum notissimi. Si autem quęratur de eo, qui completa præscriptione incipit habere malam fidem, an teneatur rem restituere? Dic 4. vt no. 14. q. 6. cap. 1. & 14. q. 2. si virgo, & sup. de p̄scrip. vigilanti. non solum autem in p̄scriptione requiritur bona fides, vt hic, sed etiam 5 titulus, qui det causam præscribendi. de hoc. 10. q. 3. quia. 16. q. 3. dilectio. de præscrip. si diligenti. Arg. contra. eo. tit. de quarta. & ca. ad aures & c. vlt. vbi non fit mentio de tit. Sol. dic breuiter, ꝙ si ius commune vel p̄sumptio non est contra possessorem, sufficit bona fides, alias necesse est allegari titulum & probari, nisi allegetur p̄scriptio tanti temporis, cuius contrarij non sit memoria. sup. eo. lib. de p̄scrip. cap. 1. Quid autem sit p̄scriptio, quid vsucapio, quæ in eis requirantur, quis eorum effectus, plene no. 16. q. 3. in summa. Quomodo interrumpatur, ea q. § potest. ver. hæc de p̄scriptionibus & s̄. de præscrip. cap. illud.

3 Idē doctores.

4 Albe. An dicat ꝙ non est in foro cō scientię.

5 De hoc, & an sit necesse saltē allegare titulum, & an in p̄scribendo vsumfructum vel libertatē alicuius seruitute sit titulus necessarius hic p Dynum. Io. And.

ADDITIO. Quod in p̄scriptione sufficiat ab initio bonam fidem agnouisse, videtur ꝙ melius dicant leges quàm canones, cum a principio legitime factum vitiari non debeat per illud superueniens, à quo non poterat inchoari. j. e. factum legitime. ff. e. tit. in ambiguis § non est nouum. Sol. vt dicit hic Dyn. regulę illę loquuntur in actibus perfectis, secus in inchoatis tantum, vt hic, & probatur sol. secundum eum ff. de verb. oblig. si sub vna. §. 1. & l. pluribus & de ser. l. pro parte. de ser. rust. pręd. l. via. § quęcumque. Ioan. Andr.

[Secunda glo. de significationibus fidei remittit.]

b ¶ Fidei.] multis modis sumitur fides, quod dic, vt no. sup. de fide cath. in rub. & 21. q. 1. monet. hic sumitur pro conscientia. sic 28. qō. 1. omnes deinceps §. ex his. si de p̄scr. c. vlt.

[Tertia glo. ponit duas lecturas.

c ¶ Vllo tempore.] potes facere punctum ante & post, & sic habebis duos intellectus: Primus est, ꝙ nulla antiqua dierum possessio, &c. s̄. de p̄scr. vigilanti. Secundus, ꝙ nullo tempore p̄scriptionis debet agnoscere malam fidem sup. eod. c. vlt.

ADDITIO. Idem Dynus.

[Glo. vlt. signat contrarium, & dupliciter soluit. Secundo signat aliud, in quo remittit. Tertio quærit, & remittit. Ioan. And.]

d ¶ Non p̄scribit.] 6 si ergo possidens conscientiam hēt rei alienę non p̄scribit. Contra 16. q. 3. placuit, vt quicunque supra de p̄scri. c. 1. ibi p̄scribit, qui certus est rem esse alienam. Sol. illud speciale in fauorem fidei catholicę sicut alia 2. quęst. 7. si hereticus. s̄. eod. lib. de heret. cap. 1. & 4. C. de epis. audien. l. nemo. cum simi. Pręterea satis videtur suam conscientiam purgasse, & bonam fidem agnoscere, qui verum dñm requisiuit ar. j. eo. scienti. cum suis concor. & sic authoritate canonis excusatur. sic ff. de nox. l. generaliter, vbi vsucapit, qui scit seruum alienum, qui sibi ab alio bonę fidei possessore fuerat datus pro noxa, ex quo verus dñs requisitus noxiam emendare non vult. Item contra s̄. de iure pat. cura. Sol. vt ibi & 16. q. 3. si sacerdotes, in 1. glo. vltra medium, quod etiam videtur contra.

6 Ratio secundū la... Mo. quia peccat, ... ex co me... retur pœnam, ... non p... mium de... transl. p... lat. c. 2.

tra. Si quæratur qs dicatur bonæ fidei possessor & malæ: dic, vt notatur de præscri. si diligenti. in glo. pen. ADDITIO Et hic per Dynum repetentem: quo ad hoc quod ibi no lo. And.

Ad met cu. rñdet Anch. nu. 28. ꝙ per statutum præscribatur, debito certo tempore non petito.

Sine possessione.] Casus in hoc capitulo figurari pluribus modis: Et primo per capitulū, causam, de præscr. in an ti. Vnde sciendum, ꝙ iura spiritualia non cadūt in laicū, nec respectu habendi, nec

¶ Idem.

REGVLA III.

Sine possessione [a] præ-

respectu possidendi; hoc est, nec respectu proprietatis, nec respectu possessionis, vt c. Massana de elect. in ant. c. decernimus. de iudi. Secundo est præsupponendū, qd ius decimandi est ius spirituale: & sic non cadit in laicum: licet fructus decimales sint res temporales.

¶ Casus, hoc præsupposito sic figuratur: Quidā laicus de facto emit ab epo ius decimandi infra limites meæ parochiæ, & cum illo titulo percepit decimas cum bona fide: quia credebat titulum valere: Hoc facto ego rector feci illum conueniri coram iudice competenti: & apposui in meo libello, quod corā rector talis ecclesiæ, & in ea fueram canonice institutus: & ꝙ eram fundatus de iure communi habē i & percipiedi decimas omnium fructuum excrescentium in mea parochia; & qd iudex condemnaret talem laicum ad restituendum mihi decima. per eum perceptas, & ad cessandum in futuro Laicus cum deberet rńdere meo libello, excipiendo proposuit, ꝙ illas decimas perceperat per x. xx. xxx lx. annos: & sic illas præscripserat: Ego rector replicando proposui, quod ipse non poterat præscribere, nec possidere illas decimas propter incapacitatem; quia ius spirituale non cadebat in laicum: Quæritur, nunquid bene dicam; ita quod non obstante detentione facti non possit se tueri præscriptione contra me? Respondetur quod laicus se non potest tueri præscriptione: quia dictus laicus non habuit possessionem habentem adminiculum iuris: & præscriptio non procedit sine possessione.

¶ Alio modo potest figurari casus per c. porro. 16. q. 3. l. qui in seruitute. ff. eo. & primo per dictum capitulum, porro. certum est ꝙ hæreticus est incapax possessionis cuiuscunque rei, id est, proprietatis & possessionis: & sic hæreticus non potest possidere: nunquid potest præscribere res, quas apud se detinet bona fide? Respondetur quod non: quia præscriptio non procedit sine possessione, & cum hæreticus non possit possidere, ideo non potest præscribere, vt in l. qui in seruitute. Certum est quod seruus non potest aliquid possidere nomine suo sed dicitur possidere nomine domini sui: ergo etiā nō potest præscribere: quia sine possessione præscriptio non procedit.

Possessio duplex.

¶ Pro expeditione primæ glossæ positæ in verbo, Sine possessione, quæritur, quotuplex est possessio? Dicendū est quod duplex est possessio: Nam quædam est possessio, quæ habet plurimum iuris, & modicum facti: Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & modicum iuris Prima possessio est, vt illa, quæ acquiritur per procuratorem c. cum nostris. ꝭ. de concess. præb. in ant. nam ista habet plurimum iuris & parum facti: quia in ea plus operatur iuris dispositio, quàm factum hominis, & illa possessio non parit causam vsucapiendi, nisi interuenerit factum nostrum, id est, ratam habuerimus. Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & parum iuris, sicut illa, quæ per nosmetipsos acquiritur, & illa dicitur habere plurimum iuris, quæ per seruos nostros nobis ignorantibus acquiritur.

¶ Vtrū ad pscriptionem sufficiat possessio facti, vel requiratur possessio iuris? Rńdetur ꝙ non sufficit possessio facti, q dr quasi pedū positio; sed requiritur possessio iuris, id est, quod habeat adminiculum iuris, id est qd præscribens sit capax possessionis, vt in primo exemplo dictum est, videlicet de laico respectu iuris decimandi.

¶ Vtrum ad hoc quod quis possit præscribere, requiratur quod possidebat continue per tempus sufficiens ad præscriptionem, vel sufficiat possidere per interualla; licet non continue? Dicendum ꝙ possessio debet esse continua per x. xx. vel xxx annos, si requiratur ad præscriptionem spacium xxx. annorum; ita ꝙ non fiat coniunctio temporum, & non interuenerit interruptio, q̄ interruptio, quandoque fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aquis inundatus, & ista interruptio prodest hominibus, quorum interest, & pluribus alijs modis potest fieri ista interruptio. Alia est interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem contestatam, quandoque fit per solam citationem. l. cum notissimi. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. Et ista interruptio ciuilis non prodest omnibus, quorum interest, sed prodest interrumpenti & suis hæredibus, vt Titius vendidit mihi rem alienam, quam tamen credebam esse ipsius Titij, & non alienam, & sic habebam bonam fidem, nondum completa præscriptione quidam non dominus fecit me conueniri, & litem fuit contestatus; & sic interrupit meam præscriptionem; ista interruptio non proficit vero domino; nec eius hæredibus, sed solum interrumpenti.

¶ Vtrum interrupta præscriptione ciuiliter possit possessor præscribere, dum tamen habeat bonam fidem; licet incipiat titubare, an res sit sua vel petentis, vtrum ista mala fides impediat præscriptionem? Glo Respondet, ꝙ de iure ciuili solum fit interruptio præscriptionis, sed si actor dimittat processum, puta quia renunciat instantiæ, & reus acceptat istam instantiam, vt in authen. qui semel C. quomodo & quando iudex. licet instantia sit extincta, tamen remanet effectus, vt non possit currere præscriptio, & sic debet incipere præscriptionem de nouo. sed de iure canonico non potest præscribere, quia incipit esse malæ fidei. Sed contra istā regulam arguitur de cap cum ecclesia. de causa possess. & proprie vbi dicitur, quod ius eligendi potest præscribi, & tamē nō potest possideri, quia est incorporale, & res incorporales non possidentur, ergo male dicitur in regula nostra quod sine possessione præscriptio non procedit. Glo in ēu contrarij subaudiuit ad tex. sine possessione, vel quasi possessione, & licet iura incorporalia non possideantur, tamen quasi possidentur, & in rebus incorporalibus habet locum ficta possessio, quæ id operatur in rebus incorporalibus, quod operatur vera possessio in corporalibus.

¶ Pro expeditione glo fin positæ in verbo, procedit, videtur quod quis potest præscribere sine possessione; Et arguitur sic, Captus ab hostibus non possidet, quia possidetur ab alio, & qui possidetur, non possidet l. qui in seruitute. ff. eod. & tamen captus ab hostibus præscribit. l. iusto. §. vlt. ff. de vsucap Respondet glossa, quod captus ab hostibus non possidet per se, sed si ante captionem ab hostibus possidebat per seruos suos vel famulos, vel filios suos, durante captiuitate possidet: Et ipse reuersus recuperat possessionem, & fingitur iure postliminij nunquam perdidisse possessionem, eo quod possidebat a tempore captionis, secus si tempore captionis non possidebat per seruos, quia tunc non posset præscribere. Item secus si nō possidebat p seruos vel alios, quos habet in potestate, sed per seipsum possidebat ante captionem, quia tunc perdit possessionem & sic nō posset præscribere.

[Prima glo dicit vnde sumpta, & ponit, & specificat exempla. Secundo de multiplici possessione remittit. Tertio tractat qualis possessio in præscriptione requiratur Quarto quomodo possessio debet esse continua. Quinto, de quasi possessione.]

a ¶Sine possessione.] hæc regula sumpta est ex l. fi. ff eo. sit qui in seruitute est. per quam etiam potest hic poni exemplum casus, & per c. 16. q. 3 porro. & sup. de præscr. causam quæ. Seruus cum ab alio possideatur, non possidet, vt in primo casu, hæreticus & Paganus, vt in

secundo: laicus spiritualia, vt in tertio. Sciendum est autem quod possessionum alia iuris, alia facti: alia iuris & facti. & hæc interdum habet plurimum iuris & minimũ facti interdum econtra, quod prosequere, vt not. supra de concess. præbend. cum nostris. & C. de acquirend. poss. l. 1. Vt ergo currat præscriptio, debet quis possidere de facto & de iure de facto planum est: quia

scriptio [a] non procedit. [b]
¶ Idem.

qui non possidet, non præscribit: & debet possidere proprio nomine, non alieno, aliàs ille præscriberet, cuius nomine possideret 16. quæst. 3. clerici. de testit. spolia cum venisset in fine præscript. si diligenti. ff. de acquiren. possessio. quod meo. debet etiam possidere de iure: quia ad præscriptionem requiritur ciuilis possessio [1] id est, quod talis sit persona, in quam cadere possit huiusmodi possessio, vt probatur per iura inducta in principio glo. ad hoc etiam 14 quæst. 1. in princ. Et quod ibi not. & de probat. ex litteris. in fine ff. de vsucapio. sine possessione hoc dico: quia laici de facto interdum possideant decimas & spiritualia, vt not. Bartol. Brixien 14 q. 1 in prin. 1. glo. magnæ & in fine. ad hoc supra eod lib. de testi. spol. ad decimas. nam, vt ibi patet, aliud est possidere, aliud est legitime possidere. Et not. quod hæc possessio facti debet esse continua: quia si interrumpatur possessio, interrupta est præscriptio. 16 q. 3. c. placuit, vt § potest. de præscr. illud. C. de præscri. 3. vel 40 ann. cum notissimi: si tñ fiat interruptio ciuiliter, puta per litis contestationem, secundum canones videtur, quod amodo non currat præscriptio: quia præsumitur titubare, & malam fidem habere, [2] sed leges, quæ de mala fide non curãt, nouos 40. annos requirunt, vt in prædicto §. potest & hoc no. Ioan. 16 q 3 c 1. Et quod dicit regula de possessione, hoc intelligas, vel de quasi possessione: quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur. ff. de vsucap l. sequitur. § si viam. ff. de acqui. poss. l. 3. in prin. & tamen præscribuntur. ī. de cau. poss. cum ecclesia.

ADDITIO. Idem Dynus. qui de hoc formauit obiectionem ad hoc vltimum quem vide. Ioan. And.

a ¶ Præscriptio] nec vsucapio ff. de vsu. a l 3 & l. fin.

[Glo. vlt. præmissa ratione regulæ, ponit duas obiectiones legales, quas soluit: in fi. obiicit de decr. contingit, & tripliciter sol]

b ¶ Non procedit. [3]] præscriptio est verbum iuris: pariens actionem vel exceptionem ex tempore, quod ex eo acquiritur dñium, etiam directum secundũ Mas ti. lo. 3. de hoc. 16 q 3. § pôt circa principium [4] Vsucapio autem est acquisitio dñij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti. ff. de vsucap. l 3. ex quibus satis patet ratio regulæ, q̃ rium patitur de lege dicente, quod captus ab hostibus vsucapit ff. de vsuca. l. iusto. §. vlt. & tamen nihil possidet cum ab alio possideatur. ff. de acqui. poss. cum hæredes. § in his Sed lex [5] intelligit, quod vsucapit per alium, quem habebat in potestate tẽpore, quo captus fuit. vnde rediens postliminio recuperat potestatem, quam eius fictione videtur continuasse, & sic vsucapione dñium quæsiuisse. sed. i per te possidebit, perdit possessionem, & licet postliminio redeat, fictio postlim inij nõ extenditur ad possessionem, quæ consistit in facto, & sic nec ad vsucapionem, quæ ex possessione procedit. ff. de cap. & postli. reuer. in bello. §. facte. & de vsucap l si is qui pro emptore. vbi de hoc Item opponitur, ignorans possessionem non quærit, cum animus sit de substantialibus. C. de acqui pos. l. licet & l. quemadmodum, & tamen ignorans præscribit ff. pro solu. l. 2. §. Celsus. Solu. [6] Ignorans per se possessionem non quærit, tamen bene pôt ignorans quærere possessionem ministerio filij vel serui, quem habet in potestate, vt in contrario, & sic vsucaperet, vt ibi Item opponitur de dec sup in an de dolo & contu. contingit. ibi enim præscribit annualiter ille qui non possidet. Sed potest illud dici speciale in odio illius contumacis, qui non permittit actorem ingredi in possessionem secundum decretum iudicis causa rei seruandæ vel iam missum expulit: ne sit melioris conditionis contumax q̃ obediens, vt ibi; nec debent stulti esse melioris conditionis quàm periti. 16 q. 1. legi. ī. eo. lib. de præb. cum qui beneficiũ. ff. quod vi aut clam. seruus. vel aliter ibi loquitur de quodã temporis lapsu, quod habet aliquem constituere possessorem tantum; hic autem loquitur de quodam temporis lapsu, quod per præscriptionem inducit dñium. vt sup. dixi: & sic non obstat. Vel dic, quod canon fingit illum possidere in odium illius contumacis, vt sup. dixi. ad hoc ff. de bo. au. iudi. poss. l quamuis sæpe enim iura fingunt ex causa, quod non est. 50. dist. ferrum. vbi de hoc de transla. inter corporalia C. de rei vxo. act. l. vnica. circa principium, & de hoc sup. de spon. is qui.

REGVLA IIII.

PECCA-

PEccatum non dimittitur.] Illud capitulum potest intelligi de remissione peccati quo ad Deum. Item, quo ad ipsam ecclesiam, id est, de absolutione facienda à sacerdote. Item potest intelligi de vitio reali, id est, de vitio afficiente rem ipsam: videlicet de vitio furti, & vitio violentiæ; ita quod ista vitia reddunt rẽ furtiuã imprescriptibilem vel inusucapibilem. Et s̃m istũ intellectum pôt figurari casus per l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucap Ponamus, qd Titius furatus fuit mihi rem meam: certum est, qd illã rem ipse nõ pôt vsucapere duplici de causa: Primo, quia ipse Titius habet malam fidem; Secundo, quia res est furtiua, & affecta vitio furti: Sed qa iste fur rem ipsam furtiuam vendidit cuidam bonæ fidei emptori; nunc emptor rem ipsam vendidit, & tradidit alteri bona fide. Vtrum iste secundus emptor possit rem vsucapere, ita quod sit purgatum vitiũ furti: attento, quod bona fides reperitur in alienante, & in illo cui est alienata? Rñdetur quod nõ: quia furtum est vitiũ reale, quod afficit rem furtiuam, & eam sequitur quocunq; vadat, sicut lepra sequitur leprosum, nec purgatur istud vitium, nisi res fuerit restituta dño, cui fuit subtracta, in tantum, qd ipsum vitium reddit rem furtiuam inusucapibilem, quia donec fuerit purgatum vitium furti, non dimittitur peccatum, id est, vitium furti, donec restituatur ablatum, id est, donec res furtiua fuerit restituta domino cui fuit subtracta.

¶ Secundum alium intellectum casus sic figuratur: Aliquis Titius subtraxit rem alienam scienter facta subtractione, ipse forte ad cor rediens, habuit displicentiã de huiusmodi peccato, & de illo fecit confessionẽ suo sacerdoti; sed vult tenere ancte in simplicib. contritione & confessione absque satisfactione & restitutione rei licet habeat facultatem, & possit rem ipsam restituere, & petit impendi sibi beneficium absolutionis, vtrum suus sacerdos licite possit eum absoluere? Respondetur quod non: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

¶ Vel etiam potest intelligi vtrum sit dimissum peccatum quo ad Deum per solam displicentiam? Respondetur quod non, quia non dimittitur peccatũ nisi restituatur ablatum, quod est verum si ipse habeat facultatem restituendi. cap. si res aliena 14 q 6. Peccatum. secundum primum intellectum: Nam. peccatum violentiæ & furti non purgatur per quæcunque annos ambulauerit, nisi res furtiua restituatur dño, cui fuerit subtracta, l. sequitur. § quod autem. ff. de vsucap. sed facta restitutione domino tunc dicitur purgatum vitium. Vel secundum alium intellectum: Peccatum non dimittitur, idest, non debet dimitti a sacerdote per canonicã absolutionem, nisi restituatur ablatum ca quamquam sup. de vsu. sic lib. Et dicit Panor. in ca. cum tu de vsu in antiq. vbi dr̃, quod quis non debet admitti ad confessionẽ & absolutionem, ille textus loquitur copulatiue, ideo dicit Panor qd non debent impendi ista duo, scilicet confessio & absolutio copulatiue, sed potest tamen

+ Prolixe tractat hic Dyn., quod ad præscriptioné requirit ciuilis & naturalis possessio, vt ciuilis tm̃, s. quæ aio retinetur. Sed naturalis tm̃ nõ sufficit, vbi alius ciuiliter possidet, &c. quem vide l A.

2 Verũ si actũ sit in iudicio. glo c qm̃ frequẽter vt lite nõ ptet §. pe attamen actus ex iudicialis ante p̃scriptionẽ incæptã, ptituit reum in mala fide. si tun dñ. C. de rei vend. l. si.

3 Exponit Dynus, i. ñ ichoat, licet qñq. inchoata sine possessione continuetur. lo A.

4 Reg pos sessor. in 14 col. talis tenet cũ Ioã. vide Dynũ ibi. Feli i rub. de p̃scr dicentẽ dñium nõ acquiri p̃scribẽdo, p fallit nouem casibus.

5 Idem Dynus.

6 Idẽ hic Dynus Io. And.

Fur rem post eũ subtractã, duplici de causa nõ vsucapit.

Secundus casus.

men admitti ad confessionem : & nolit facere , non est absoluendus.

Peccatū, delictū, & crimen differunt.

¶ Pro expeditione glo. quæritur quę differentia est inter peccatū, delictum, & crimen ? Rñdetur, ꝙ peccatū consistit in faciendo: quia dicitur prauus actus: sed delictū dr̄ desertio boni, & dr̄ delictū quasi derelictum. Sed crimen est peccatū graue accusatione, & damnatione dignum, & dicitur illud, ꝙ pōt duci in publicam accusationem, & in foro contentioso potest puniri.

tum † a non dimittitur, nisi restituatur b

† Ex B. Aug. epis. 54 Macc. refert Inno. in Decreto. par. 15. ca 4. & p. 15. c. 25.

¶ Vtrum sit uerum indistincte, ꝙ nō dimittit peccatum, nisi restituatur ablatum ? Rñdetur, ꝙ non, sed intelligitur, si subtractor habeat facultatem restituendi. sed si non habeat facultatem restituēdi, quia est inops: si habeat propositum restituendi, dum peruenerit ad pinguiorem fortunam, peccatum ei remittitur.

Rei ęstimatio restituenda est, si res subtracta perijt.

[Sed quid: ponamus ꝙ res est perempta, & sic eā non pōt restituere, quia fuit combustus liber furatus, vtrum surripiens liberetur ? uel utrum teneatur restituere ęstimationem. Respondet gl. ꝙ si non habeat facultatē restituendi, quia res est perempta: tenetur restituere æstimationem: licet res sit perempta sine culpa sua : quia eo ipso ꝙ subtraxit rem, fuit in mora, & mora trahit ad se periculum interitus, & ideo tenebitur soluere ęstimationem rei, secus si non possit restituere rem, neque æstimationem propter paupertatem. Sed vtrum ꝓ paupertatem sit omnino liberatus ? Rñdetur cum distinctione, aut ipse distinguit pœnā corporalem: quia cum esset debitor ex maleficio, creditor uoluit, ut ipse lueret in corpore, quia quis non admittitur ad faciendum cessionem bonorum, si pars requirat, ut puniatur in corpore, & iudex illum punire debet corporaliter, & si postea perueniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur satisfacere : secus si non sustinuit pœnas corporales, sed voluit creditor expectare pinguiorem fortunā: vel est debitor ex contractu, & tunc potest facere cessionem bonorum. l. i. C. de cess. bon. c. Odoardus, de solu. & cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur satisfacere.]

Fur an absoluatur si res subtractas sibi remittatur.

¶ Alia glo in verbo, restituatur, quærit vtrum ad dimissionem peccati requiratur actualis, & realis restitutio rei subtractæ : ita ꝙ non sufficit obtinere remissionem ab illo, cui facta est subtractio. Panor. format istā quęst. c. cum tu. de vsur. in anti. & Dyn. hic. Sed dicit gl. quod nō requiritur realis, siue actualis satisfactio, sed sufficit, quod alio modo satisfaciat, quam per realem, & actualem restitutionem. Et ideo sufficit si cred. tot remittat ei liberaliter, & ponderandum est uerbum, liberaliter, secus ergo si extorqueretur remissio per fraudem, ut faciunt plures, qui ita dicunt, subtraxisti tibi talem rem: remittas si uelis, sed debet esse liberalis restitutio, ut si dicat : subtraxi tibi rem tuam : sum paratus tibi restituere : si alius dicat dono, vel remitto: ista restitutio dicitur fieri liberaliter, & habetur pro actu, & reali restitutione. Et intelligitur, quod remissio generalis prodest, nisi in casib. in quibus non pōt remittere, ut in iu ibus alleg in gl. in quibus debet interuenire realis restitutio.

¶ Quæritur cuius expensis dēt mitti res subtracta ad eum, cui est subtracta, si non sit in eodem loco ? gl. non soluit, sed remittit ad notata in c. episcopi. §. sed notandum. 3. q. 1. Sed Panor. in c. cum tua, de vsur. in anti cōcludit, quod si ille, qui rem subtraxit, se absentauit a loco, & rem secum transtulit, tunc suis expensis rem debet mittere illi, cui est subtracta : secus si ille, cui facta est subtractio, se absentauit a loco.

¶ Sed quæritur cui est facienda restitutio indebite subtractorum: & ñ tetur ꝙ illi, cui est facta subtractio, uel eius heredib. ita ꝙ non sufficeret si elargiretur pauperib. nam facere eleemosynā de alieno est species furti: sed si non sint hæredes debet dare pauperibus.

Vtrum sit uerum indistincte, ꝙ indebite subtractum debet restitui illi, cui est subtractum, si sit præsens, vel eius heredibus, & pōt haberi copia sui, vel heredum ? Rñdet glo. quod quando in subtractione sit turpitudo ex parte subtrahentis tantū : tunc est facienda restitutio ei, cui res est subtracta, vel eius heredib. si possit haberi copia ipsorum : sed si sit turpitudo ex parte vtriusq;, vt in eo, ꝙ quis est lucratus in ludo prohibito: quia ludens non pōt licite retinere, nec restituere illi, a quo lucratus est : tunc debet illud erogare pauperib. 14 q. 5. non sane, vel ecclesiæ, si illi facta est iniuria. sup. de simo. de hoc in antiq

[Gl. prima ponit exempla : Secundo distinguit tria nomina: Tertio tractat quid si restitui non possit.]

a ¶ Peccatum non dimittitur. 1) Hic ponitur pro regula verbum Augustini, quod habet. 14. q. 6. c. 1. sup. de vsur. cum tu. Et per hoc potes ponere casum per l. ff. de vsuc. l. sequitur §. quod autem. Et nota quid est peccatum, delictum, & crimen. Inter hęc ſm Augusti hæc est differentia: quia peccatum est idem, qđ prauus actus: Delictum uero boni desertio, quasi derelictum: Crimē vero est peccatum graue, accusatione, & damnatione dignissimum 18. dist. c. 1. in fi. de hoc no de pœni. dist. 1. si peccatum, & distin. 3. ille rex ad fin. & de hoc. C si aduer deli super rubrica: alias l. 1. Quod autem dicitur in hac regula: verum intelligas, si illud ablatum restitui potest, ut in prędictis terminis, si autem restitui non potest, restituetur eius ęstimatio, etiam si res illa casu perierit sine culpa sua, quia in ipso instanti fuit in mora, ad hoc 16. q. 1. decimę. sup. de commo. ca. vnico. C. de fur. subtracto. Si autem nec æstimationem potest soluere, quia euidenter est inops; tunc bene dimittitur peccatum : remaneat tamen obligatio, & si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenetur. Argum. 26. q 6. si quis. sup de solut : Odoardus. ff. de cessio. bon. l. is qui Nota tamen, quod inops, qui debet ex contractu, sufficit si bonis cedat. C. qui bon. ced. poss. l. vlt. Inops, qui debet ex maleficio, castigatur uerberibus 12. q. 2. fraternitas. quod ego sup. dixi, quod tenetur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, verum dico, si pœnas corporales passus non fuerit, alias secus, ut not. Bern secundum Lau. de homi. sicut dignum. §. eos in 3. glo.

1 Dicit Io. Mona. ꝙ ęquitas huius regulę probatur per doctrinā q̄ dat de resolutione ꝯctus. C. qn̄ licet ab empt. d. l. 1. & 1. Io. And.

Peccatū, delictū, & crimen differunt.

[Gl. seq. ponit casum exceptum. Secundo dicit cui fieri debeat restitutio Tertio quęrit, remittit, & soluit.]

b ¶ Restituatur. 2] quod dicit de restitutione, intelligas, nisi is, cui facienda est restō, liberaliter remitteret, quia satisfactum intelligitur, qualitercunque satisfaciat ff. quib mod. pig. vel hypo. sol. l. item liberatus, in prin ff de accus si rem. § satisfactum. licet proprie verbis inhærendo aliud sit restituere, aliud remittere. ff. de verb. sign. si cum prætor. & l. plus est, & l restituere. Et quod dico de remissione, uerum intelligo, nisi in casib, ubi remissio non liberat, ut sup. de resc. eod lib. c. si tutum §. si quidem, & sup. de censi. exigit. in fi. Restitutio autē ista facienda est ei, a quo fuit extortū, uel eius heredib. si extant. 18. distin. quoniam, de vsu. cum tu. C de fo. u. inuito Cuius autē expensis mitti debeat ad eos si sint remoti, no. 4 q. 1. § sed notandum, & in prędic. decre. cum tu & tenc ꝙ ibi not. Hoñ his autem non extantib. soluetur pauperibus, ut ibi, & eis extantibus pauperibus soluens nō liberatur, quia unus nō restituitur & c. 14. q. 5 forte, de iureiu. eam te. ff de consi. pecu. l. si uero, & expressum est de hom. sicut dignum. §. eos. Et quod sup. dixi, restituendum ei a quo fuit extortum, intellige si fieri pōt. Si uero nescitur a quo, pone casum de iudæ. cap. cum sit, pauperibus erogabitur prouidentia episcopi, ut ibi. Item dico, id uerum cum turpitudo uersatur ex parte recipientis tantū, si vero ex parte utriusq;, & transfertur dōium, nec repetitio cōpetit, nec restituitur, danti, sed pauperibus erogabitur 14 q. 5. non sane, uel ecclesiæ, si ibi facta esset iniuria, supra de simon. de hoc. Argum. contra, supra eod. titu. veniens,

2 Vide Abbatem in ca. 1. de iureiurā. ubi ait posse iudicē ex offō cogere detentorem ad restituendā rē q̄ sine peccato retinere no pt.

ueniés Solu. vt no. in prædi. decre. de hoc. 1. q. 1. si quis dator. vbi de hoc. Pone, quod superest ille, a quo extorsi, excõmunicatus tamen est: nunquid ei debeo restituere? super hoc vide, quod no. 12. q. 6. nos sanctorum, & sup. de hæret. c. vlt. Satis posset dici deponendum in ædem sacram. Arg. C. de iure emphy. l. 2.

ADDITIO. Hoc, quod dixit hæc gl. §. in prin. de liberali remissione, intelligit Dynus, cum res est restitutioni parata, quia si tunc fingatur restituta, & postea restituerit donata arg. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. 3. in fi. de iu. do. l. vir ab eo. si cert. pet. singularia, circa fi. & de sol. l. proculo, vel non remittitur peccatum ei, qui restituere potest propter rõnem positam in gl. multum puto in his animũ ponderandum: nec tutum puto in illum, qui gerit in mẽte non restituere remissione non facta. Io. And.

ablatum.[a]

¶Idem.

REGVLA V.

PEccati[b] venia non datur nisi correcto.

¶Idem.

REGVLA VI.

NEMO PO-

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

a ¶ Ablatum.] pone, nihil abstuli, sed iniuste damnum dedi, ex quo nihil ad me peruenit. Idẽ teneor n. damnũ passo: alias non remittitur peccatum. 12. q. 2. si quis de clericis, de iniur. & dam. dat. c. 1. de elect. & elec. pot. l. vlti. Tenetur etiam hæres meus: licet ad me, vel ad ipsum nihil peruenerit ex maleficio, secundum canones, quod dic, vt no. 12. q. 2. Episcopus qui filios, de sepul. c. vlt. secundum leges contra. C. ex delict. defun. inquantũ hæ con. l. vnica. Hęc regula sic exposita non patitur instantiam, & adde quod dicam, inf. c. proxi.

PEccati uenia.] Præsupponendum est, quod istud capitulum intelligitur de venia culpæ, non autem venia pœnæ, quæ appellatur impunitas, quantum ad pœnam temporalem imponendã in hoc sæculo; quia dimittitur talis pœna quandoque non correcto, vt in iurib. allegatis in gl. Casus in hoc c. potest figurari per c. vnicum de schismati. co. lib. & c. quod quidam, de pœn. & remiss. quod quidam. Titius perpetrauit aliqđ peccatum: quia forte tenuit aliquam concubinam, & tenet adhuc; tandem confessus fuit sacerdoti tale delictum perpetrasse, non est correctus nec emendatus de crimine: quia non habet propositũ abstinendi se in futuro, quæritur vtrum illa confessio sit fructuosa? Respondet, quod non, quantum ad vitam ęternã: quia peccati venia non datur nisi correcto. Verumtamen quantumcumque appareat sacerdoti, aliquem esse in peccato, si velit confiteri, non debet ei denegari confessio, ut in d. c. quod quidam, de pœn. & rem. Sed audita confessione debet eum inducere ad debitam correctionem, & propositum non redeundi. Si autem non possit eum inducere ad dimittendum peccatum: non debet, nec potest eum absoluere, sed tamen debet sibi iniungere pœnitentiam, quæ non erit sibi fructuosa quo ad vitam æternam: quoniam non est correctus, sed est inimicus Dei, & non potest mereri quo ad uitam æternam, sed proficiet sibi ad multa bona: videlicet ad minus supplicium patiendum. Item ad bona temporalia. Item vt Deus inducat eum ad ueram pœnitentiam. Item quia dęmon. habebit minorem potestatem in eo, quam si esset uacuus omni bono. Item ut ipse reddatur assuefactus in bono. Arguitur cõtra text. de c. denique. 4. dis. ubi dicitur, quod plures faciebant magnos excessus circa usus carnium in dieb. dominicis quadragesimę, & eis uidebatur, quod nisi facerent istos excessus, non possent peragere tempus quadragesimę, unde plures fuerũt moniti per superiorem, ut desisterent ab istis escis: Dicit ibi textus quod c. uenia relinquantur, & sic date uenia non correctis. Gl. respondẽt, quod ibi accipitur uenia pro impunitate, quæ est imponẽda in hoc seculo, & talis dimittitur non correcto propter scandalum euitandum, sed uenia culpę nõ dimittitur nisi correctio.

[Prima glos. facit quatuor. Primo exemplificat regulam. Secundo illam declarat distinguendo duplicem offensam. Tertio successiue signat, & soluit duo contraria. Quarto iustificat contrarium regulæ.

b ¶ Peccati venia.] colligitur hæc regula ex c. 24. q. 2. legatur. sup. eo. lib. de schisma. & vnico C. de hæret. Monacha os. per quæ pones casum. Ad huius autem regulę euidentiam scire debes, quod peccator nõ solũ delinquit in Deũ, sed etiam in ecclesiã: per contritionem autem, quæ contritio uirtus uocatur deletur peccatum quo ad Deum, & per pœnitentiam susceptam a sacerdote ostenditur [1] deletum quo ad ecclesiam. De hoc de pœni. distin. 1. per totum licet tamen per contritionem deletum sit quo ad Deum: tamen adhuc de crimine accusari potest 33. questio. 2. admonere, ubi de hoc, & de accu. de his, ad hoc, ff. de ędil. edict. l. quid sit fugitiuus. Si ergo semel conteritur, & pœnitet, ulterius non cogetur pœnitere: si in iudicio accusatus absoluitur, ulterius non poterit accusari, nisi in casibus not. 2. questio 5. habet hoc proprium, & in prędicto cap. de his. Remissiones ergo quę fiunt ab Ecclesia conferentibus ad hospitale, pontes, uel alia pia loca, nõ prosunt nisi correctis, de quibus dic, ut plene not. de pœniten. & rem. quod autem. Signatur contrarium ad hanc regulam. 4. dis. denique, ibi enim datur uenia non correcto: sed ibi exponit uenia, idest, impunitas: loquitur ergo hæc regula de uenia culpæ, non pœnę, quod patet, dum dixit peccati uenia; propter scandalum enim uitandum interdum relinquuntur peccata impunita 50. distinct. ut constitueretur. 23. q. 4. quidam, cum similibus pro quolibet igitur mortali debetur duplex pœna, æterna videlicet, & temporalis, de pœnit. distin. 1. si peccatum Dauid. Venia temporalis, interdum in hac vita datur non correcto ex causa; & sic loquitur contrarium: interdum sine causa. 27. quęs. 1. si qua. ęterna autem non, & hoc dicit hęc regula. Item contra, de pœniten. & remis. quod quidam, & c. officij. ubi datur pœnitentia non correcto. Sed dic, quod licet ibi imponatur pęnitentia, non tamen datur remissio, & ideo pœnitentia illa inutilis dicitur quo ad uitam ęternã, de pœniten. distin. 3. ad finem, & distinct. 5. falsas. Merito ergo datur peccati uenia correcto: quia correctionem necessario habet dolor peccati pręcedere. Nam, ut dicit Augus. [2] in canone Quomodo gaudebis te forte correctum, nisi te primo doleas fuisse peruersum? 33. q. 7. cap. vlti. Correctus autem ulterius peccator dicendus non est. 50. distin. ferrum. 32. qõ. 1. apud misericordiam.

ADDITIO. Ad propositum materię de peccato tacto in princip. huius gloss. dicit Ioann. Monach. quod omne peccatum committitur in Deum, ut in Psalmo. Tibi soli peccaui: propter, quod necessaria est ipsius remissio, est etiam necessaria peccantis dispositio: cum actus actiuorum secundum Philosophum sint in patiente prędispositio. Deus ergo in venia peccati principaliter est agens. Instrumentale in hoc est homo pœnitẽs: quia gratia diuina pręueniente fit adiutor Dei secundum Apostolum. 1. ad Corinth. 3. inducit illud Augus. Qui fecit te sine te, &c. & sic soli contrito datur uenia. Ioan. And.

NEmo potest.] Casus uariatur multis modis secundum, quod multiplex est impossibilitas: de quib. impossibilibus, unde in gl. ponamus exemplum in impossibilitate iuris secundum leg. inter stipulantem. § sacrã. ff. de verb. obli. Aliquis, puta Titius mihi stipulanti promisit dare rem sacram puta ecclesiam, uel calicẽ, certũ est, quod istud est impossibile: quia dare est accipientis facere, & res sacra est in bonis Dei: utrum ualeat talis stipulatio? Rñdetur, quod non: quia est impossibilis de iure, & nemo potest ad impossibile obligari. Vel aliquis

1 Caute intellige hoc dictũ glossæ, nec inde inferas nõ esse necessariũ confiteri, nã quantumuis quis sit contritus hẽat copiã sacerdotis, tenerẽ debito ipse ei confiteri: & virtute: sa: fi. iã attrito, quod cõtrito dãt dimitti peccata, vi. de Conci. Trid. sess. 14. de sacro pniã, c. 4. & 5. & canone 9. & B. Tho. lib. 4. sent. dist. 17. q. 3. arti. 1. q. 1. & seq.

2 Id hẽt B. Aug. epistolo. 50. ad Bonifac.

quis promisit mihi liberum hominem: an valeat talis promissio? certe non. Vel ponamus exemplum in impossibilitate facti: aliquis promisit transferre Ecclesiam Pictauien. ad ciuitatem Parisien. vel ad alium locum: talis promissio non valet: quia continet impossibilitatem facti. Vel aliquis promisit tangere cælum digito: talis non est obligatus, quia istud est impossibile etiam si apponatur pœna, nō est obligatus nec ad impossibilitatem, nec ad pœnam.

tesi[a] ad impossibile obligari.[b]

¶ Idem.

[Prima glossa primo ponit vnde sumpta: & triplicē impossibilitatem, & cuiusque exempla: Secundo ponit triplicem rationem regulæ: Tertio in quibus locum habeat: Quarto supplet de turpi.]

a ¶ Non potest.) hæc regula sumpta est ex l. ff. eod. titu. l. impossibilium. Scire debes, quod impossibilitas proprie triplex est: iuris, & facti, & naturæ. 1 De prima pone casum, quod dicit abbas in de pact. cap. vlt. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. stipulatio enim rei sacræ, vel liberi hominis, non tenet, vt ibi. De secunda ibidem, & ff. de verborum oblig. l. generaliter. & l. seq. non enim tenet promissio, si ad promitto, quod impossibile est de facto, vt montes Alpium vltra mare deferre. ff. de statulib. l. cum hæres. §. 1. item si dare promisit, quod natura dari est impossibile, vt Solem, Lunam, & Stellas: vel facere, quod natura est impossibile fieri, vt cœlum ascendere, vel digito tangere. ff. de verborum oblig. l. si stipuler. 1. & 2. respon. 2 Huius autem regulæ ratio satis patere quia omnis obligatio, aut in dando, aut in faciendo consistit. ff. de verbo. oblig. l. 2. in prin. sed quod non est, nec esse potest, dari, vel fieri non potest, ergo ibi constitui nequit obligatio. Item obligatio actionem parit, ff. de procu. l. licet §. ea. sed quod non est, nec esse potest, obligationem parere non potest, & sic nec actionem. Item actio est ius persequendi in iudicio quod nobis debetur. insti. de act. 2. responso. Debere autem est de alio habere, sed quod non est, nec esse potest, de alio haberi non potest: ergo ibi non est actio: & sic nec obligatio. Idem Ioan. Mon. Not. tamen, quod hæc regula locum habet in matrimonio, & vltimis voluntatibus 3 & singulis contractibus, in sententijs, & præceptis. ff. quæ sen. sine appe. re. l. vlt. 1. & 3. responso. in confessionib. ff. de inter act. l. confessionibus, & ad leg. Aquil. l. inde Neratius §. vlt. no. sup. de confes. c. vlt. Item in legibus, 4 & constitutionibus, quæ debent esse possibiles. 4 dist. erit. Est tamen in hoc differentia, quod impossibilis conditio apposita in contractu, vitiat contractum, vt in prædlegatis legibus. ff. de actio. & obli. l. non solum. & instit. de inuti. stipu. §. impossibilis. In testamentis tamen, & matrimonio ob ipsorum fauorem habetur pro non adiecta. 5 de condi. app. c. vlt. vbi de hoc, & C. de insti. & substit. l. reprehendenda. Et quod dicit hæc regula de impossibili, intelligas etiam hoc de turpi, & de hoc dicam in [illegible] eo. non est obligatorium, & c. in malis.

ADDITIO. Ad propositum huius regulæ, Nemo potest, c. antiqui dabant versus:

Vltra posse meum non lex me iusta coegit.

Nec putas esse reum, qui totum posse peregit.

[Glo. secunda primo tractat de iuramento, naturali obligatione, & pœnæ promissione. Secunda pars respondet per quæstionem, quam negat, ne soluit præter certum casum. Solutioni opponit: & dupliciter respondet subdens opinionem.]

b ¶ Obligari.) etiam iuramento: quia temerarium est 22. q. 4. per totum. & sup. de iureiur. sicut. sup. de appel. quæ vltioni. nec obligatur etiam naturaliter. vnde dicit lex si ex eo impossibilium nulla est obligatio. nam si lex igitur negatiuam omnem obligationem denegat, nec promittitur stipulatio pœnæ promissæ. ff. de verb. ob. si homo mortuus: 6 Nota ergo, quod si Bononiæ constitutus promittam centum hodie Romæ me tibi daturum, quia impossibile est promissum, non nascitur obligatio, vt hic: & est expressum insti. de ver. obli. § loca. præterquam in casu. ff. de verb. obli. l. vlt. § si inter eos. quod stipulator, & promissor Bonon. constituti notificauerunt dispensatoribus suis Romæ constitutis, stipulationem eo die fore futuram: mandans promissor suo dispensatori, vt solueret, & stipulator suo, vt reciperet ea die, arg. contra sup. de dolo, & contu cum dilecti. ff. de debi. Celsus, ff. mand. l. mandato. 2. §. Paulus respondit. Dic solu ibi est vnum mandatum duo possibilia continens, 7 & ideo ad vtrunque obligatur, & si deficiat primum, tenetur ad secundum. hic autem vna est obligatio tantum, & tota impossibilis, nec ad minus primum impossibile, ex quo sequitur secundum. Præterea contractus sunt voluntarij C. de act. & oblig. l. sicut. iudicium autem redditur in inuitum. ff. de ver. oblig. inter stipulantem. § 1. & ob hoc etiam notauerunt Goff. & Host. in dicta decre. cum dilecti, quod si iudex citet aliquem eo die, quo impossibile est eum comparere, 8 quod non est omnino inutile mandatum, imo licet non teneatur comparere in die propter impossibilitatem, tamen tenetur comparere post diem, & potest esse ratio huius; quia principale est ibi, quod veniat, accessorium, quod veniat tali die, & principale non vitiatur propter accessorium; sed potius econtra, vt dicam inf. eod. accessorium. Io. And.

ADDITIO. Pet. de Bellaper. cōtra. sup. quo vide Cy. C. de fer. dies festos in q. non si. & quod dixi in prædic. de cte. cum dilecti, & de app. cum parati, in fi. Io. And.

1 Io. Mo. addit impossibile mor.s. de iureiura. Quintam alius. ff. de condi. inst. titius cōis. impossibile includit naturam, & mores, & facit, quod dixi in c. fi. de pac. in fi. Io. An.

2 Postquā promittit scribere librū, manu tua amputat. Pet. de Anch. remittit ad Bal. l. primus § il lud. ff. de verb. obl. Item postea futurum clses exoculatus sed es cæcus, quid fiet; vide Ioā. And. Philip.

3 Verum si adijciatur impossibilis modus secus si cōditio. Dynus. Petr. de Anch.

4 Idē Dy. hoc tractās i mo dū qonis. & puto, quod canonē, q sequit intendebat allegāre, nō dicit, vt i princ. decr. I. A.

5 Distinguit Dyn. quem vide I. A.

REGVLA VII.

PRiuilegiū[c] personale sequitur personam, & extinguitur cum persona.

PRiuilegium personale.) Casus in hoc capitulo figuratur per c. 4. sup. de aucto. & vsu palli. Rom. Pontifex alicui Archiepiscopo concessit pallium, quod est insigne ornamentum assumptum de corpore, hoc est, de altari B. Petri, quia consueuit Papa ibi celebrare, & quandiu celebrat, illud pallium est supra altare, postea Romanus Pontifex assumit illud, & tradit Archiepiscopo, si est præsens, vel nuntijs, si est absens. Ponamus, quod Papa dedit vni Archiepiscopo pallium, vtrum suus successor possit eo vti, vel vtrum requiritur, quod successor obtineat aliud pallium? Respondet Romanus Pontifex, quod cum istud priuilegium sequatur personam, & extinguatur cum persona, quia etiam Archiepiscopus sepelitur cum isto pallio, ideo requiritur, quod suus successor obtineat aliud pallium.

¶ Vel potest poni exemplum in viro, qui habet priuilegium, vt non conueniatur a muliere pro dote, nisi in quantum facere potest, vt puta contraxi matrimonium cum Berta per verba de præsenti, & recipi dotē ab ipsa Berta, vt possem sustinere onera matrimonij, postea solutum fuit matrimonium, soluto matrimonio, mulier vult repetere suam dotem, quam mihi dedit. Certum est, quod non sum excutiendus insolidū, quia habeo illud priuilegium, vt non conueniar nisi in quantum facere possum, & hoc ne compellar egere. Sed quid: vtrū mei hæredes habeant illud priuilegium, videlicet vt non conueniantur insolidum, sed deducta rōne, ne egeant, quia adiuerunt hæreditatem sine beneficio inuentarij? Respondetur, quod hæredes mei non habebunt illud priuilegium, quia priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

[Prima gl. primo dicit vnde sumpta, & ponit exempla: Secūdo dicit regulam nō procedere in iure cōi, sed bene conuenire rescripto, pacto, & compromissio personaliter. Tertio distinguit duplex personale priuilegiū dicens, quid de tali: Quarto dicit priuilegium prius quā que extingui, & remitti. Quinto successiue signat duo contraria, & vtrumque dupliciter soluit.]

c ¶ Priuilegium personale, &c.) Hæc regula sumpta est ex

[margin notes, right column]

6 Idē Pet. tenet ibi glo. & hic Dyn. I. A.

7 Idē Pet. de Anch. in princi. allegās d. c. dilecti.

8 Idē vt si dies est feriata. Ioā. And.

9 Bene facit sup. c. ult. de pri uileg. c. 1. §. vlt. ubi, vbicunque tibi fuerit, vt ibi legi per Ioā. A.

a ¶ Indultum a iure.] Pone casum in licentia nubendi data ab Apostolo 18. distinc. de his. In anno dato ad promotionē sacerdotij. sup. eo. li. de ele. cōmissa. In quadrimestri tēpore dato cō[demn]ato in personali actione ad soluendum ff. de re iud. l. 4. §. si quis condemnatus. Contra supra de re iudic. quod ad consultationem. supra de appel. cum sit & cap. oblatæ. ff. de re iudi. l. 2. cum suis similibus: Sol. quoddam est iuris beneficium, quod non potest alicui auferri, vt induciæ x. dierum ad appellandum 2. 3. q. 6. anteriorū. Induciæ 4. annorum ad petendam restitutionem supra eod. lib. de in integ. restitu. c. 1. Et illud verum est in istis & alijs inducijs, quæ dantur a lege sine tacito vel expresso ministerio iudicantis. Quoddam est, quod sine causa auferri non potest; & sic intelligatur hæc regula: sed cum causa, & causa cognita bene. & no. de hoc plene in dicta decre cum sit & illud verum in iudicijs, quæ licet dentur a iure, interuenit tamen eis tacitum vel expressum ministerium iudicantis, vt in deliberatorijs 20. dierum & similibus. Quod ergo hic dicit. quod beneficium iuris nemini est auferendum, intelligas ab hoie, & sine causæ cognitione: alio enim iure interdum tollitur alterius iuris beneficium. Pone exemplum in solemniter vouente, qui non contrahit. supra eod. lib. de vot. & voti redim. ca. vnico. In contumace, in non veniendo. In notorio criminoso, & in tertio appellante, qui non audiuntur appellantes. 24. q. 3. de illicita. de appel. proposuit & c. tua nobis C. ne lice. in vna & eadem causa ter appel. per totum, sed vbi ius aufert, vel non permittit hominem auferre, 3 cessat regula: sicut est videre in patre, qui a iure habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij, C. de bon. quæ lib. l. cū oportet, & l. vlt. & tñ aufertur pp relinquentem ea. conditione, ne ad patrem perueniat vsufructus in Authen. vt lic. matri & auiæ. in prin. colla. 9. Item a lege datur marito administratio bonorum paraphernalium, & tamen potest auferri per mulieris prohibitionem. C. de pact. conuen. l. hac lege. Sed ista, quæ fiunt permittente lege, per hominem fieri non videntur: sed potius per legem permittentem. Et hæc est regula pro clerico electo, qui confirmationem debet petere intra tres menses, vt supra de elect. quam sit t. post præstitum consensum, vt ibi episcopus ei mandat, quod petat confirmationem intra mēsem: videtur enim quia non possit hoc mandare ex quo eodem vel alio iure non cauetur, qd hoc possit: ergo beneficium illi electo indultum tollere non poterit, per hanc regulam, & ea quæ supra dixi. Ioan. And.

¶ Idem.

NOn firmatur.] Casus primo figuratur p capitulū, principatus 1. q. 1. vbi dicitur, quod aliquis fuit promotus ad principatū, hoc est ad prælaturā simoniace: Certum est, quod ista promotio est nulla, quia simonia est tanti effectus, vt reddat promotionem nullam postea accidit, quod iste promotus simoniace administrauit irreprehensibiliter, & fuit toleratus in sua administratione per aliqua tempora: vtrum promotio validetur, ita quod assumat vires? Respondetur, quod non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit.

¶ Item potest poni casus per c. si eo tempore. sup. de rescr. eo. lib. Ponamus, quod aliquis a sede Apostolica impetrauit gratiam expectatiuam, per quam Romanus Pontifex mandabat canonicis ecclesiæ Pictauiēsis vel alicui prælato, vt ipsi de beneficio ecclesiastico prouiderēt, si quod vacaret, alioquin de proximo vacaturo, etiam si illud beneficium esset dignitas, personatus vel officium, aut illi immineret cura animarum, & ponamus, quod tempore impetrationis impetrans non habebat perfectam ætatem requisitā ad ecclesiam: Accidit, quod antequā vacaret ecclesia parochialis, effectus est pfectæ ætatis: vtrum illa gratia expectatiua reassumat vires: & sic iste impetrās virtute suæ gratiæ possit promoueri ad ecclesiam parochialē? Rñd. quod non, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit. Item potest figurari casus per l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. obli. Aliquis mihi stipulanti promisit rem sacram, puta calicem sacratum, certum est, quod illa stipulatio non valet: quia res sacra non cadit in commercio hominum. Accidit, quod ista res sacra desijt esse sacra, forte calix fuit cōflatus: vtrum virtute stipulationis prædictæ, quæ erat nulla, possit petere, vt ipse compellatur ad tradendum mihi illam rem, quæ amplius non est sacra? Respondetur, quod non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit.

¶ Item potest poni exemplum in homine libero, & in alijs rebus, quæ cadunt in commercio hominum.

REGVLA XXIII.

NOn firmatur [b] † tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.

[Prima gl. dicit vnde regula sumpta, ponit exempla: & remissiones de initio spectando, & quod in annullādis non loquitur regula. Secundo allegat in contrarium duos canones 5. decre & duas leges, & dat vnam solutionem specialem: secundo generalem, cui solutioni opponit decre. cura. & tripliciter soluit. Iterum opponit de decre 2. de eo qui dux. Soluit, & principalem solutionem declarat]

b ¶ Non firmatur] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eod. tit. l. quod ab initio. pone casum. 1. q. 1. principatus. vbi non conualescit simoniacus ingressus s. eod. li. de resc. si eo tpe. vbi spectatur impetrantis ætas q̄ habebat impetrationis tpe. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacra. vbi nō valet liberi hominis stipulatio, licet postea seruus fiat. Vel rei sacræ. licet fiat profana. Ad idem s. eo. lib. de sent. excom. licet. ff. qui & a qui. ma. li. l. si seruo. vbi libertas data seruo alieno, nō valet, licet postea efficiatur seruus meus. Ad idem inst. quibus non est permissum fac. test. § præterea vbi testim furiosi vel impuberis nō valet, licet postea efficiatur maior vel sanæ mentis. Concor. ad hoc 16. q. 3. § pōt. versic. quod ab initio. sup. de elec. auditis. cum si. [Quod dictū est de furioso vel impubere dicit idē Dynus de seruo. si postea fiat liber, de filiofamilias. si postea fiat sui iuris, de capto ab hostib. si postea redeat, &c] Nota ergo ex hac regula initium spectādum alibi habes, de fine, sed prosequere hoc bio chardum, vt no. sup. de elect. dudum 1. Item not. quod a principio nullum est ipso iure tractu temporis nō cōualescere, secus autem si non esset nullū, sed annullandū 4 s. de postu. bonæ 2. de ele. quod sicut. Expresse 3 12. q. 2. si qua de rebus. 16. q. 1. cap. vlt. de iis quæ fi. a præla. cum nos & ibi de hoc. de regula. significatum. de iure patr. cura. de despon. impub. de illis de coniug. ser. proposuit. ff. de ritu. nup. l. si quis in senatorio 5 C. de nup. & si contra. in his omnibus dicitur, quia conualescit, quod a principio nullum erat. Sol. ad prædict. ca. si qua de rebus. dic, quod non obstat s̄m Io. q. ibi no. quod cōtractus factus per clericos vacāte sede, tenet ipso iure, sed restituitur eccl'a. Sed Hug. ibi, Tanc. & Goff. & Ber. extra ne sede vacante c. 1. dñt cōtrium, s. quod non tenet ipso iure, & dicunt ibi rescindi quantum de facto processit, & quod potest postea haberi ratum, dicunt esse speciale fauore ecclesiæ. Vel dic gñaliter ad illud, & ad omnia cōtria supradicta, quod illud, quod ab initio nullum est, non

† Si tñ nō cōstet de iure principij pp tps immemoriale. secus. Ioā. An. Vbi p l. hoc iure. § ducti aquæ. ff. d aqua quoti. & æsti. & p hāc regu. dñt, si archipresbyter prope mortuus renunciet sua dignitati ī manus presbyteri acceptantis noie epī, electio a canonicis factæ cōfirmati non valet.

4 Per hoc tollitur illud de inia negligentia appellantis conualescente, nā illa ñ fuit principio nulla. Io. And.

5 Dicit I. Mo. quod ibi est vitiū qualitatis, qua sublata cnet, qd est actum. hic vitiū in facto. Io. And.

firmatur solo tractu temporis, vt hic. Sicut. n. tempus non est modus inducendæ obligationis 10. q 3. quia cognouimus, de cẽsi. peruenit C de pac. si certis annis. nec tollendæ. sup de præscrip causam. ff de act. & obligat l obligationum fere. §. placet. sic nec reparandæ, vt hic. Ad idem. ff de ser. expor. l si minor. sed nouo subsequenti consensu interdũ tacito, interdum expresso sublata causa impedimenti bene, vt per contraria probatur. 1 Ad hoc C. si ma. fac. ratum habue l 1. & 2. Probatur hoc optime sup. eod. lib de desponsa impube. cap 1 valeant ergo ex subsequenti consensu exnunc, non vt extunc. Simile ff de officio proconsulis. l. obseruare in fin Speciale tamen videtur secundum Bern. in ẽtu minoris. vbi non tenet contractus, nisi tutor vel curator ibi sit præsens: licet postea consentiat. Instit. de aucto. tuto. §. tutor ff eo. tit. l. obligari Item in electione, quæ si nulla est, subsequenti consensu nõ confirmatur. ĩ de elec. auditis. secundum Ber. qui hoc not ĩ eo. lib de reb ecclesiæ. vel non. dudum. in gl. magna, in fi. Sed adhuc obstat, & solutio contradicit prædic. decr. ĩ de iure patro. cura. Ibi etiam tractu temporis confirmatur, quod ab initio non valebat. Solut. ibi non fuit solus tractus temporis, sed bona fides cum tempore legitimo, quod præscriptionem inducit & facit, quod dixi sup. eo cum quis. vel fuit illud propter scandalum, vel fuit ibi etiã tacitus consensus epi, vt ibi no. Item solutioni contradicit, sup de eo qui dux in matrimo quam polluit per adult. c. 2. vbi matrimonium contractum cum secũda viuente prima, mortua prima ex nouo consensu confirmari non potest. Sol. illud est propter impedimentum perpetuum. s. adulterium cum sponsalib. de facto, vt supra eod. tit. ca vlt. licet ergo superueniat casus, s mors primæ, a quo poterat cum secunda matrimonium inchoari, remanet tamen impedimentum prædictũ, pp quod nouus consensus nõ pot inducere matrimonium cum secunda: & ibi de hoc. 2 Illa ergo, quæ de necessitate desiderant initium, vel quæ ideo nõ valent, quia subest in eis perpetuum impedimentum, nec tractu tẽporis, nec nouo subsequenti consensu confirmantur, vt hic & ibi: sed ea quæ de necessitate non respiciunt initium: nec subest in eis perpetuum, sed tẽporale tantum impedimentum, & si non solo tractu temporis cõfirmantur vt hic, tñ sublato impedimento nouo subsequenti consensu interdum tacito interdum expresso bene, vt in contrarijs, & sic solutionem intelligo supradictam Ioan. And

1 Vñ Dy. distiguit, aut erat cã impediens aut cessat, & nulla super uenit cõfirmans: Aut cessa uit, & superuenit afirmans, primo & scdo casu locũ hẽt regula, in tertio vero casu fi. & hoc recidit in Idem. Io. And.

2 Placet Dy. p l. si expslum ff. de app.

¶ Idem.

REGVLA XIX.

NOn est sine culpa] Casus in hoc capitulo potest figurari in clerico iacente lapidẽ, per c. clerico. 50. dist iuncto cap. nec is § cum itaque. 15. q. 1. Et primo pro intellectu huius c. est præsupponendum, ꝙ est permissum hominibus exercere ludos causã virtutis excercendę, sicut proijcere lapidem, vel exercere alios ludos ad exercendum fortitudinẽ corporis. Ponamus, ꝙ aliquis clericus inter laicos dimissã veste & habitu clericali proiecit lapidem, & aliquem hominem ibidem transeuntẽ occidit, non proposito deliberato: quia non fuit in culpa quãtum ad homicidiũ: vtrum sit censendus irregularis? Rñdetur ꝙ sic: quia illud s proijcere lapidem, non competebat suo statui, & sic fuit in culpa, quæ præcessit casum. ¶ Item põt poni casus in clerico sagittante per dictum c. clerico. Quidã clericus cum balista, misit aliquam sagittam, & hominem transeuntem occidit non proposito deliberato. vtrum sit irregularis? Certe sic: quia culpa præcessit casum: & se immiscuit actui, qui non competebat suo statui. ¶ Item potest poni exemplum per capit. tua. de homicid. sup. in monacho chirurgico. Certum est, quod ars chirurgica est monachis prohibita. Accidit, quod aliquis chirurgicus monachus alicui infirmo dedit medicinam iuxta artem chirurgicam: ille infirmus mortuus est: vtrum monachus sit in culpa? Respondetur ꝙ sic: quia immiscuit se actui non conuenienti suo statui.

† Io. A. ẽ git hic an

¶ Item potest poni exemplum in fure: Ponamus, quod aliquis Titius surripuit mihi aliquas res: istas res postea perdidit per casum fortuitum: quia cum essent in domo sua, per incendium fuerunt cõbustæ: vtrum fur teneatur mihi restituere illas res, licet sint perditæ per casum fortuitum? Rñdetur, ꝙ sic, quia fur semper est in mora restituendi rem. ¶ Ex hac regula colligitur, ꝙ regulariter quis non tenetur de casibus fortuitis, nisi culpa vel mora præcesserit casum.

NOn † a est sine culpa qui rei, quæ ad eum nõ ptinet, b se immiscet. c

[Prima glo. dicit vnde sumpta, & ponit exẽpla in prin. & in fi. ex quibus infert hunc de casu teneri: in medio obijcit, & soluit.

a ¶ Non est sine.]Hæc regula sumpta est ex l ff. eod. tit. l. culpa est Põne casum in clerico iacente lapidem: & in caco sagittante 50. d. st. clerico. 15. q. 1. §. cum itaque. in monacho chirurgico supra de homi. tua. 1. respon. so. Scire. n. debet quod suum non est, ad alios pertinere C vnde vi cum quærebatur. Si hæc regula vera est: ergo est culpa gerere aliena negotia & sic est ẽ. ff. de neg. gest. l. 2 & per totum. vbi prodita est actio gerẽti: ex improbitate enim non debuit actionem consequi 23. q. 4. si ad peccatum supra de consuetu. cap. penul ff. de fur. itaque fullo. Sol. officium hoc debet homo homini. 22. q. 4 c. 2. supra de testam. cum in officijs. ibi primo loco, & c. ff de ser. expor. l seruus. Et nota, quod proprie loquendo inter Deum & hominem est religio: in decre. iuramenti religio 22. q. 4. vnusquisque. Inter prælatum & subditum obedientia 2 q. 9. qui se fecit. Inter maiorem & minorem reuerentia sup. eo. lib. de off. delega. c. 2. Inter patrem & filium dilectio 5. q. 5. non osculatur. Inter consanguineos pietas. Inter dominum & seruum, seruitium: Inter patronum & libertum, obsequium. Inter hominem & hominem officium. C. de neg. gest. officio ff de inoffi. test. l 2. Non potest ergo dici ad eum non pertinet etiam vides, ꝙ olim appellans pro condemnato habebat biduum vt in propria cã, nõ triduum, vt in aliena ff. de appel. non tantum ff quando appel. sit. l 2. Ad hoc 2 q. 9 nõ solent Exemplificare potes hanc regulam et in imperito medico, & iudice, 3 qui per imperitiam male iudicauit, qui tenetur actione in factum inquantum religioni iudicantis videbitur æquum ff de var. & extraord cogn l. si iudex. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. in prin. quia imperitia culpæ comparatur, 1 q 1. non est putanda in fi. 9. dist. c. vlt. sup. de æta. & quali. ad aures, de homic. tua ff. e. tit l imperitia si ergo est in culpa se miscẽdo, ergo tenetur de casu, quia semper, si casum culpa præcessit, tenetur quis de casu. 4 de homic. presbyterum. & c. continebatur. & c. ad audientiam & sup eo t. lib eo. tit. c. vlt de hoc. 50. dist de his. supra de homic si ut dignũ. in gl pen. Ad hanc regulam concor sup de sen excom. perpendimus. Io. And.

b ¶ Non pertinet.] 5 dicit Io. Mo ratione facti vel modi. ad primum allegat de homi. continebatur ad secundum eo. tit. ad audientiam. ff. ad legem Aquil. sed & si. §. si. cum l seq. Io. And.

c ¶ Se immiscet. 5] tractat hic Dynus, an teneatur, qui impedire potuit initus am heri, & non impediuit dicit hoc planum de iure canonico, ꝙ tenetur ĩ eo. lib de sent excom dilecto. & facit ad hoc ff. de noxa. l. 2 in prin. & ff de re milit. omne delictum. § qui præpositum. Sed vt dicit, contrarium no. ff. eod. tit l. culpa. Tamen vt dicit textus illius legis facit pro 2. contrario. Item facit ad Sylanian. l 1 § eodem. autem pro gl. facit ea l. 1 § sed in eo. d. hoc supra de senten. excom. quanta. Ioan. And.

clericus patrocinans causã seculari criminali fit irregularis mot se secuta: plenius c. 1. ad poste. ca. sola ne cler. vel mo. Item de teste iniuriato fallum apud acta deponente, q̃ si in re punien dus é fm eũ poena falsi, q̃ ꝓ sequitur. H. p. in l. ff de fal. Bal. i l. iusiurandi in fi. C. de test. dicit talem puniendum, vt de crimine falsi bonam. Phi.

Religio inter Deũ & hoim Obedientia ẽ inter platum & subditũ, Reuerentia inter maiore & minore.

3 Et isto sore ff q̃ quisq; u... ius. l 3. Io And.

4 Verũ est si ex culpa versãtis, aliter secus quitu ca lus, alias no Do. L 2. §. si vero ff. ti gr cau Ph.

5 Hæ duæ glossulæ ex lectura Io. An. sunt hic translatæ, nec hæc est in antiquorum codicibus etiam impressis.

¶ Idem.

REGVLA XX.

NVllus † [a] pluribus vti defensionibus prohibetur.

NVllus pluribus.] Casus figuratur primo p c. auditis, de præscrip. in antiq. Ponamus q ep̃s Picta. dicit ecclesiam beati Hilarij maioris Pictauis esse sibi subiectam de iure communi; vnde fecit conueniri Decanum, & capitulum illius ecclesiæ coram iudice competenti: & petit in suo libello, vt illa ecclesia declaret sibi esse subiecta, & q clerici, & canonici compellantur sibi obedire; Decanus vero, & capitulum excipiendo proposuerunt, q sint exempti à iurisdictione ordinaria ipsius ep̃i. Ite ꝓposuerunt, q posito, q non essent exempti, tamen ipsi præscripserant libertatem contra episcopum Pictauen. & sic ipsi allegant duas exceptiones contrarias: quia si sunt exempti per priuilegium sedis Apostolicæ, non est eis necessaria p̃scriptio, vtrum sint admittendi ad ꝓbandũ illas duas exceptiones? Vr̃ q no: qa actor non potest simul proponere plures actiones. l. 1. C. de ser. corrup. sic vi debatur in reo, q reus non posset etiam simul proponere plures defensiones. Sed hac rõne dubitandi non obstante, videtur in contrarium: videlicet q reus põt plures defensiones proponere etiam contrarias. Et ratio huius colligitur per istam regulam iuncta regula, cum sunt partium iura sup. cod. & l. fauorabiliores. ff. eo. titu. Nec obstat motiuum; nam iura magis fauent reis, quam actoribus. ¶ Item potest figurari casus per l. interpositas. C. de transact. Titius conuenit aliquem suum debitorem coram iudice competenti, coram quo dedit in scriptis suum libellum, cui petiit per reum satisfieri. reus autem excipiendo allegauit transactionem factam inter ipsũ & Titiũ: Titius replicando ꝓposuit, q illa transactio erat nulla. primo quia fuerat facta per metum. Item allegauit q ille, cum quo fuerat facta transactio, erat seruus transigentis: vtrũ debeat Titius admitti ad probandum istas duas defensiones? Respõdet q sic, quia nullus prohibetur vti pluribus defensionibus, etiam si illa defensiones essent inuicem contrariæ, vt dictum fuit in primo casu.

¶ Prima glossa dicit vñ sumpta, & ponit exempla. Secundo exponit regulam etiam de contrariis; & 11. casus excipit. Tertio interserit de electionibus & actionibus, & remittit. Quarto obiicit ad id, q dixit de contrariis: & ponit quatuor solutiones, & qualibet impugnat. deinde soluit distinguendo, subdens adhuc aliã solutionem, quam non approbat. Quinto notat, remittit, & concor. allegat.

a ¶ Nullus pluribus.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. nemo ex his. Pone casum 24. q. 1. §. quis. vbi negat Aug. quod dicebat Vincen. eum facere, dicens q posito q id verum esset, id facit ex causa, p̃scrip. auditis. vbi allegetur exceptio & p̃scriptio. C. de transact. interpositas. vbi dr̃ transactionem non tenere, tum quia metu interposita, tum quia facta cum seruo proprio. Et quod dicit, defensionibus, intelligas etiam contrariis. 1 1. q. 2. in principio. vbi de ho. ff. de excep. l. nemo. nisi forte spãliter ius impediat, vt prædi. l. ff. cod. tit. l. nemo ex his, impedit enim ius interdum contrarias defensiones proponi. Pone casum. ff. de nox. l. quotiens §. prætor. ibi conuentus noxali, negans seruum habere in potestate, conuictus de mẽdacio tenetur insolidum, nec pœnitere põt. idem in conuento de pauperie. ff. si quadru. pau. fe. dica. l. 1. §. interdum. idem in eo, q negat pecuniam numeratam, conuictus de mendacio, non potest dicere se soluisse. C. de non numera. pecu. Auth. contra q̃ui propriã. [Vide de hoc in Spec. de exccp. §. visio. vers. sed quid si debitor. & ibi in versi. si tractatur de creditor. qui negat se numerasse, & pignus recepisse, cum ab eo pignus repetitur.] Idem in eo, qui negat se socium, amittit priuilegium, vt conueniatur in quantum facere potest. ff. de re iudic. sed hoc ita §. 1. idē in eo qui negat sibi pecuniam solutam, si conuincitur de mẽdacio, amittit priuilegium, p quod aduersarius compellebatur ꝓbare indebitum, sed ipse compellitur probare debitum. s. de solu. is qui. ff. de probatio. cum de indebito, in prin. Item impedit ff. de rei vend. l. vlt. C. qui potio. in pig. habe. Auth. si possessor. nam conuentus rei vendicatione vel pignoratitia, negans se possidere, conuictus de mendacio, cõmodũ possessionis amittit, vt ibi, & Aquilia inficiatione crescit in duplum ff. ad l. Aquil. l. 1. & hæres, qui negat legatum, conuictus non recurrit ad solemnitatem iuris, vt dicatur testamentum imperfectum. Instit. de fideicommis. hæ. §. vlt. Item impedit. Instit. de fideicommis. libertati. §. sed quod & in Auth. de trien. & sem. §. studium. & §. illud actor colla. 3. 2 Duas autem electiones quis simul prosequi nõ potest: nec vna electa redire ad alteram. sup. eo. ti. de elect. vt quis duas. 2 & facit sup. de re iud. cum olim. An autem quis pluribus actionibus vti possit, no. 13. q. 2. in prin. de relig. domi. cum dilectus. & per Inno. & Hostien. de restit. in integ. constitutus. & plene ff. de tributo. quod in hæredem. §. eligere. 3 [Nec valet si dicas idem debere dici in exceptionibus, in quibus reus est actor. ff. de except. l. 1. q in actionibus. & est ratio: quia rei fauorabiliores, ratio rationis: quia in potestate actorum est agere, sed conueniri non est in potestate reorum. ff. de do. excep. l. pure. §. fin. Dynus.] Licet autem ex titulo duplicato non agatur. s. de fide instrum. inter dilectos. C. de contrah. emp. cum res tamen bene excipitur. sup. de concess. præben. post electionem de relig. domi. constitutus & c. cum dilectus. In illa autẽ decret. de præscrip. veniens, simul proponebantur illa duo, priuilegium & p̃scriptio, per quorum vnum videbatur recedi ab altero, vt ibi patet. Sed nonne contraria allegans non auditur, vt 23. q. 7. quod autem, in prin. de app. l. solicitudinem in fin. C. de fur. & ser. corru. l. 1. Quidam indistincte dixerunt allegantem ↄ̃tria non audiri per prædictam decret. inter dilectos, sed obstant supradicta iura. Alij dixerunt. s. Gul. Naso Tan. & Gosfre. recitando, q illud habet locum in actore, & in eadem instantia iudicij nam secus in diuersis. ff. de inofficioso testa. l. Papinia. §. sed nec impuberis. in reo autem non habet locum, vt sup. probaui. Sed huic opinioni contradicit prædic. decre. veniens. nam ibi erant mutuæ petitiones. & super eo super quo se defendebat abbas, non auditur ibi allegans contraria: præscriptionem, s. & priuilegium. Et ideo dixerunt, quod non auditur allegans contraria in eadem instantia iudicij, vt in contrariis, sed in diuersis bene: & ideo dixit lex, q qui primo egit de inofficioso testamento, & succubuit: potest postea dicere nullum, vt C. de inofficioso testam. l. contra maiores. 4 Sed huic contradicunt de præscrip. auditis & c. cum olim. vbi in eadem instantia proponuntur. Vnde dixerunt alij, q sub conditione licet proponere contraria: puta propono talem exceptionem, in qua si succubuero, extunc propono talem, facit de excep. cum venerabilis. & q ibi no. & sic intelligunt 5 dictas decre. auditis. & c. cum olim. & hoc recitat Gosf. seruari in curia. Sed hoc non colligitur ex ipsis decre. & videtur quoddam diuinare. Vnde verius dicas, q aut sunt contraria, quæ proponuntur ex principio, aut ex fine. Si ex principio, sunt contraria, sed ad vnum finem tendunt: pone casum in prædicta decre. auditis, & in decre. cum olim & in decret. post electionem cum si tunc proponi possunt in eadem instantia, & vnum non præiudicat alteri. 6 Si autem ad finem contrariam tendunt; pone exemplum per decre. solicitudinem. tunc simul vel in eadem instantia non proponuntur, vt supra dixi. Nec credas quod in prædic. decre. veniens priuilegium in eo q priuilegium sit contrarium p̃scriptioni in eo, q præscriptio, sed te-

† Io. And. hoc dicit accusatũ homicidij specificati negãtem, si conuincat. excipere posse d sua defensione, etiã si suã negationem iurauerit Phil. p no. Bar. in Au. ↄ qui propriã. ego allego tex. in §. itẽ si vafa. si de inuicti. cõtrouer. ne qs det dicere necessarium, sicut vult. Lot. sing. 23 vide Io. §. si quis Inst. d act.

1 Dñi cõiter Doct. q̃ his oibus est rõ spãlitatis vt puniat mendaciũ Io. And.

2 Ego ibi dixi cũm post Pet. de Anch.

3 Pet. Dy. hic, & oẽs in l. edita. C. de edẽ. & ca. 2. de lib. oblat.

4 Ide Dy. & est rõ; qa ↄ̃trant origine nõ affectu.

5 Vide q ibi dixi, ne per h. a ite pen. gl. Io. And.

6 Est de mente Dyni. per leg. si. o §. vlt. ff. d appe.

nor priuilegii erat contrarius præscriptioni: quia præscriptionem.n. ibi dabatur abbati plena, & pura potestas recipiendi ordines a quocunque vellet epo; sed p priuilegium cum determinatione dabatur prædicta potestas si epus catholicus non esset, &c. Dicunt tñ quidam referre in verbis, an scilicet dicat, allego priuilegium, & præscriptionem, & tunc debet audiri, an dicat, allego pscriptionem, & priuilegium: & tūc nō auditur. quia ponit carrucam ante boues, & sic intelligūt dicere. Sed, vt ibi patet primo priuilegium fuerat allegatum: vnde præcedens ratio verior est. Et nota quod exceptionem obiiciens non contestatur lite. eo. lib. eo. lib. de lit. contest. l. nec fatetur, vt inf. eo. exceptionem & adde quod ibi dicam. & concor ad hanc regulam. de appel. cum parati.

¶ Idem.

REGVLA XXI.

Quod † semel [a] placuit, amplius displicere non potest.

Quod semel placuit.]Casus sic figuratur per capitulum primum de iudi. in antiq. Quidam Titius fuit conuentus coram aliquo iudice sibi suspecto, fuit per tunc iudice, vt non vellet eum recusare tanquam suspectum: & dixit illi: Si tu velles, posses me recusare vt suspectum pp talem causam: verum tamen si velis coram me litigare, ego ministrabo tibi bonā iustitiā; & delibera, an velis coram me litigare? Ille respondit: ego consentio litem contestari. litem contestatus coram vobis litigare: & sic semel sibi placuit litigare coram eo: Postea pœnitentia ductus voluit illum recusare vt suspectum: verum posset? respondet quod non: quia quod semel placuit amplius displicere non potest, & hoc verum, nisi superueniat aliqua causa de nouo.

[Prima glo. ponit exempla quatuor specierum. Secundo ponit 23. casus, qui plures includunt, quibus regula fallit. Tertio dicit aliquid generale incidere in hanc regulam; de quo generali remittit. Quarto ponit quatuor, quæ requiruntur ad regulam: scilicet quod placitum non sit a iure reuocatum, quod scienter placeat, quod non sola mente; & quod alterius intersit.]

a ¶ Quod semel placuit]Pone 1 casum in matrimonio 32. q. 5. horrendus. de iureiu. quemadmodum. ff. de adulter. si vxor in fi. In electo. 8. q. 2. dilectissimi. & eod lib. nulli. de electio. ff. si decuri. l. penult. in fi. In iudice. 3. q. 5. quod iteratur de cau. pos. cum olim. C. de iudi. apertissimi. in idem in aliis omnibus additis. in istis. & de proba per suas. ff de neg gest. Pomponius. 2. Fallit interdum hæc regula ex causa superueniente: vel de nouo ad not. itiam perueniente. sup. eod. lib. de electio. vt circa & cap. nulli. supra de except. pastoralis. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. de offi. deleg. insinuante ff. de interrog. act. de ætate. Ex causa. Item fallit in casu. ff. de muner. & honor. vt gradatim. §. reprobari. vbi medicus semel probatus iterum reprobatur, & est illud speciale propter hominum sanitatem: ne vniuersitatis membra malo medico corrumpātur. Item fallit in omnibus casibus, in quibus à iure permittitur pœnitere vel variare, sic in appellatione, a qua licet appellanti recedere. 2. q. 6. si quis libellos de oth. delegat gratum. supra eo lib. de elect. quamuis. & cap. prouida. & sup. de appell. interposita. Item in patrono laico, qui variare potest accumulando. sup. de iure patro. quod autem. & c. pastoralis. In Cardinali, qui variat in casu sup. de elect. licet. In moniali sup. eodem de eiusdem iude. nimitatibus §. si autem. Et in testamento, quod mutari potest vsque ad supremum vitæ exitum. 13. q. 2. vltima voluntas. de celebra. Missa. cum Marthæ. ff de adi. leg. l. 4. Non obstat pactum de non mutando. C. de pactis. l. pactum quod dotali. ff de leg. 3. si quis in principio. & responso. & in libello, qui vsque ad litis contestationem mutari potest C. de eden. l edita de hoc de libel obla. cap. 2. & accusans ante inscriptionem pœnitent. de accus. c. licet. Item iudex mutat interlocutoriam suam. supra de appellat. cum cessante. & dic, vt ibi. ff. de re iudic. quod iussit. Item in mandato, societate, & deposito licitum est pœnitere. Institu. mandati §. recte. supra eod. lib de procurato. cap. 2. & penult ff. pro socio sed & socius. § vltimo. ff. de deposi l. 1. §. penult. & regulariter in contractibus innominatis. quod dic vt plene not. ff de cond. cau. da caus nō sec. si pecuniam. Item precariū ad certum tēpus concessum, etiam ante tempus reuocatur. ff. de preca l. cum preca rio. ratio, quia certi temporis adiectio est contra naturam illius contractus. Item soluuntur sponsalia de futuro per secuta sponsalia de præsenti. de spon. si inter. & sponsalia de præsenti per ingressum religionis, de conuersio. coniug. ex publico. & ingressus religionem, ante annum vel professionem pœnitet. & de regu. ad nostram, & professus vnam religionem, etiam inuito prælato profitetur, & ingreditur arctiorem. eodem titu. licet. Et a simplici voto receditur per sequens matrimonium. sup. c. li. de voto, & to redempt. capitulo vnico. ratio ibi Item a voto de certa religione profitenda receditur per ingressum etiam regulæ laxioris. supra eodem libro. de reg qui post uotū Ite fallit in casu in quo licet inf triduum pœnitere. sup de regula ad nostram. & eodem libro, & titulo. constitutionem in fine.

Item in electo, qui consentit electioni de se factæ qui propria auctoritate pœnitet ante confirmationem. de transla. inter corporalia. secundum Ber. In his igit & similibus casibus, quod semel placuit, adhuc poterit displicere. Et incidit in hanc regulam illud generale, quod nullus potest venire contra factum suum. de quo dic vt no. 55. distinct. pœnitentes de elect. nostri. & de cleri. coniuga. diuersis fallaciis. Et non quod hæc regula non habet locum in iis, quæ improbatur à iure 2. vt in prædic. capitulo pœnitentes. 55. distinct. supra de pact. capitulo vltimo sup. de foro competen. tu. si diligenti. C. de arbit l pen. vbi licet partes faciant pactum de non recedendo ab arbitrio, & appellatio ni renuntient: nihilominus recedere possunt. [Expone, & remitte vt dixi de arbi. cum dilectus, super no. vltima glos.] Item habet locum in iis, quæ scienter placent, & non per errorem facti. 38. distinct. quam us. 22. q. 2. in quibus. & supra de elect. cum in cunctis. & de sol capitulo vltimo. de coniug. seruo cap. 2. & vt tu. de iurisdictio. omn. iud. si per errorem. Item requiritur quod non placeant sola mente, sed verbo vel facto sup. de spon. tua. Et quod alterius interesse faciat int. endamus re & quod ibi dicam.

ADDITIO. Dynus hic plene tractat, an faciens secundum testamentum habet necesse specialiter reuocare primum, in quo erant verba derogatoria.

Secundo, an sufficiat solum generalis reuocatio, Et dicit quod forte non errares, qui diceret secundum valere. per §. & si quidem. in Authent. de testament. imperfect. vbi sufficere videtur expressa reuocatio: nec requiritur specialis. Tamen ipse tenet contrarium, scilicet quod requiritur specialis, per l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. superius allegatam, vbi dicitur, nisi specialiter dixerit, &c. Si vero specialiter reuocat, certum est valere secundum, vt ibi: nisi transiret ad naturam contractus excedens fines vltimæ voluntatis. ff. de donat. cau. mor. l. vbi ita donatur. Et quod illud in testamento fieri posset, quod in contractu, patet. ff de assig liber. l. assignare & not. ff. de lib. & post. hæredes. §. vltimo. Ioan. And.

Non

Marginal notes:

1. Io. Mo. dicit exempla ponendag ... de ... de dol. ... in muiò p... pro ... ad ... est ... plu ... Io. And.

† Io. And. tenet hic valere secundum testam, non obstante primo ... rato; nec testatore esse pœnam ... secūdū Phil. sed videto Imolā in c. co ... gat d. ...

a Vnde dicit Io. Mo quod ... in culpa remittit, & ordina ... ti ... vel vt dicit, homines ... sed ... te. Io. An.

NOn debet aliquis.] Casus primo sic figuratur per capitulum, si habes. 24 q. 3. Ponamus, quod Titius manus violentas iniecit in clericum, vel aliud graue delictum perpetrauit dignum excommunicatione, vtrum filius pro delicto sui patris delinquentis debeat excommunicari? Rndet, quod non: quia quis nō debet grauari odio alterius. & istud est regulare. Aliquādo tñ propter delictum patris puniuntur filij, vt in crimine læsæ maiestatis, l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. & in crimine hæresis sup. de hære. per totum istomet libro. Item potest figurari casus per capitulum, si compromissarius. §. 1. sup. de elect. Certū est quod si canonici alicuius ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ eligant in suum prælatum aliquem indignum, sunt priuati pro illa vice potestate eligendi. Sed ponamus, quod canonici compromiserunt in aliquos arbitros, qui arbitri scienter elegerunt indignum, vtrum canonici cōpromittentes sint priuati potestate eligendi pro illa vice? Respondet ibi, quod non: ne isti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item potest poni casus in l. ii. quasi circa finem C. de inoffic. testamen. vbi dicitur, quod antiquitus mater poterat filium suum etiam non doli capacem exhæredare odio mariti: hodie illa lex corrigitur, quod odio mariti vxor non potest filium suum exhæredare, nisi commiserit causam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationem huius regulæ, ne filius grauetur odio patris sui.

❡ Idem.

REGVLA XXII.

NOn † dēt aliquis alterius odio prægrauari.

[Prima glossā primo ponit exempla. Secundo obijcit de tribus iuribus, Respondet, remittit, & dat simile. Iterum successiue format quinque obiectiones, quas soluit. Tertio dat simile ad regulam, & continuat infra proximam]

a ❡ Non debet aliquis.] Pone casum in filio, qui non excōicatur pro peccato patris. 24 q. 3. si habes. In compromittentibus, qui non puniuntur dolo compromissarij. supra eo. lib. de elect. si compromissarius. §. 1. Item. C. de inoffi. testam. l. si quis in suo. versus. finem, vbi reuocatur lex antiqua, quæ permittebat filiū exhæredari a matre propter paternum odium. Ad idem 1 q. 4. sicut de lumo nobis & c. sicut tuis. supra eod. lib de iniur. & dam. da. & si pignorationes. C. de pœnis. l. sancimus, cum simi. Contra. 2 q. 6. biduum. vel si aduersus absent. de caus. poss. cum olim. ff. de trib. procuratoris, vbi negligentia, vt in primo factum, vt in secundo: dolus, vt in tertio, procuratoris nocet domino. Sed dic, quod ratione mandati ipse dominus videtur id fecisse: vnde eius odio grauatur inquātum fines mādati passus est in eo, quod excedit. not. de off. deleg. cum olim. Intelligas hoc, vt plene no. supra vt lit. non contest. cap. 1. in fi. Idem dic in hærede, qui grauatur pro defuncto. & in fideiussore, qui grauatur pro principali, vt not. c. hoc per Gar. in prædicta decre. & si pignorationes. Itē 70 dist. neminem. vbi in odium ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non solum fuit odium ordinantis: sed delictum ordinati, qui se permisit sine titulo ordinari, vt ib. no. Item contra 56. dist. per totum. 1. q. 4. ca. ecclesia. §. item peccato. 6 q. 1. si quis cum. 15. q. vlt. cum multæ. 24. q. 3. in princ. 35. q. 2. ita nos. de consecr. dist. 1. in sancta ibi, petit iustus sæpe pro impio. sup. de filijs presbyt. per totum. supra de spon. non est vobis. de hæret. vergentis. supra eod. tit. eod. lib. c. 2. §. 2. cum multis simi. Sol. triplex est pœna, æterna, spiritalis & temporalis: quod prosequere, vt not. 1 q. 4. in summa. & 24 q. 3. in summa. de his quæ fiunt a maio. par. cap. c. quæ... pœna ergo temporali vel spirituali alia ab excōicatione sæpe punitur vnus pro alio. & specialiter ex ratione videre potes, vel in odium criminis: puta læsæ maiestatis, hæresis, vel schismatis; Ad hoc supra eod. lib. de schis. a cap. vnico. Vel quia incontinentia poterat timetur in alio, ut facit

quod dixi supra eod. semel, in fi. Item contra. ff. de insti. sed & si pupillus §. cæterum. in fi. Sed ibi fuit culpa præponentis, & eodem modo soluitur. ff. de offic. proconsul. obseruare. § 1. quia ibi culpa fuit proconsulis secum ducentis vxorem. Item contra. C. in quibus ca... contra l. ... bona mulieris in casu mariti ... obligata: ita quod si ipsius bona exhausta sunt, bona vxoris distrahuntur. Sed illud est speciale. Facit ad hanc regulam. inf. eo. damnum quod quis, & quod ibi dicam. & sic continuatur hæc regula cum inf. prox. per quam etiam respondetur ad contraria supra signata.

ADDITIO. Dicebat Io. Mo. ad propositum 56. dist. superius alleg. quod vnius delictum quandoque causat defectum in alio, vnde esse non legitime natum ... non est nota delicti, sed defectus. de purga. cano. accedens, & secundum eum intelligitur regula quod non in ... genus in toto, licet in tanto. Illegitimi tamen alieno vitio laborant & ideo digni sunt venia. C. de na. lib. l. legem. Ioan. And.

❡ Idem.

REGVLA XXIII.

SIne culpa, [b] nisi subsit cā, nō ē al qs puniēdus.

SIne culpa.] Istud capitulum continet duas regulas. Prima est, quod non debet quis puniri sine culpa. Secunda regula est, quod punitur quis sine culpa, quando subest iusta causa. Casus quo ad primum dictum potest figurari per l. si putator. ff. ad legem Aquiliam. Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris existentis in suo fundo: accidit quod aliquis transeundo sub illa arbore fuit occisus: vtrum putator teneatur l. Aquilia? Respondet: aut potest apprehendi culpa in ipso putatore: quia forte arbor illa erat iuxta iter publicum & non præclamauit, antequam proijceret frondes, & tunc tenetur l. Aquilia: Aut arbor ipsa erat in medio sui fundi: & quia non potuit cogitare, quod ibi aliquis transitum faceret: quia alicui non erat licitum transitum facere per suum fundum, & sic non tenetur, quia non est in culpa: & sine culpa non est aliquis puniendus.

❡ In secundo dicto figuratur casus per c. si cuius. 34. distinct. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum vidua corrupta vtrum efficiatur bigamus? Dicitur ibi, quod sic, & non poterit promoueri ad ordines: & non punitur ex culpa sua sed quia subest iusta causa, videlicet propter defectum sacramenti.

❡ Item potest poni exemplum per capit. tua. de cleri. agro. in antiq. Aliquis Titius clericus sine culpa sua incidit in lepram: vtrum possit priuari redditibus saltem parte redituum suum beneficij? Respondet quod sic: & ideo priuatur sine culpa: non tamen sine causa.

[Prima glo. ponit exempla regulæ & exceptionis: reddit rationem regulæ, & remittit]

b ❡ Sine culpa.] hic ponitur regula, & eius exceptio. In regula pone casum 56. distinctio. satis peruersum. sup. de constitut. cognoscentes ff. ad leg. Aquil. si putator. In exceptione pone casum in marito corruptæ, qui a promotione sine culpa repellitur; tamen ex causa propter sacramenti defectum 34 distinct. si cuius. In clerico leproso, qui sine culpa propter scandalum priuatur ecclesia de cleric. ægro capitulo tua. quod dic, vt ibi scripsi.

Item in domino serui, qui noxam dedit, qui compellitur emendare noxam, vel dare seruum pro noxa. Institut. de noxa actio. in princip. Regulariter ergo nullus punitur sine culpa. 15. q. 1. §. 7. inuentum. de hom. Ioannes & c. vlt. C. de pœnis, l. sancimus. supra de constit. c. p. pen. & supra textu prox. cum suis concord. Et est ratio; quia pœna est mensura culpæ. de offic. deleg. laue... de transact. capitulo vltimo de homi. sicut dignum ... vbi autem non extat mensurandum, non ... locum non habet; ergo vbi non est culpa, nec

Io. A. & Phil. ... mirat: a colithus beneficiatus suscepto filio ex concubina, genuit alterū ex legitima vxore: quamortua, ipse in ... tiens cū olim ... bina ... spontauit; an illi filio debeatur hæreditas, q̄ consuetudo defert primogenito

pœna. Bene tamen ex causa punitur quis sine culpa su pra, vt lit. non contest. q̃m frequenter. §. si vero, in fine. Et hæc materia plus glo. non indiget prosequere enim eam, vt not. distinct. renouantes. supra de constitu. cognoscentes, & de priuile. antiqua.

ADDITIO. Dynus ponit exemplum in hac regula cū fauore publicæ vtilitatis res aufert possessori & datur militi, qui virtuose se habuit. [1] ff. de euic. Lucius. de rei vend. Ite n si verberatum. §. 2. Io. An.

[1] Vide Pe. c. q̃ in ecclesiarum 2. col. de cōsti. Bar in l. ité si verberatum. de rei vend.

¶ Idem.

REGVLA XXIIII.

Qvod quis mandato [a] facit iudicis, dolo facere non videtur:

QVod quis mādato] Casus figuratur primū per capitulum, miles. 23. q. 5 & aliqui intelligunt in milite sed idem in executore sententiæ.

CASVS Quidam Titius commisit homicidium vel aliud crimen dignum vltimo supplicio: fuit captus per iudicem secularem: quia talis Titius erat laicus: & q a iudici constitit de crimine perpetrato p ipsum Titium eundem condemnauit ad mortem, vt laqueo suspenderetur: & iudex præcepit militi deputato ad executionē sententiæ, vt illum Titium laqueo suspenderet: iste miles paruit iudici, & Titium laqueo suspendit, vtrum iste miles censeatur homicida: & tanquam homicida sit puniendus? Respondetur, q non: quia non est in dolo, nec in culpa, eo quod necesse habuit iudici parere.

¶ Alij intelligunt istud capitulum in alijs militibus & non in executoribus sententiarum, & tunc secundum istum intellectum casus figuratur: Aliquis miles perpetrauit rebellionem contra rempublicam: & fuit ordinatum, quod bellum ei indiceretur, & fuit ordinatū, q alii milites istum militem & alios rebelles occiderēt, qui milites parendo mandato Regis vel Imperatoris rebelles occiderunt, vtrum sint censendi homicidæ, & tanquam homicidæ puniendi? Respondet quod non: quia non sunt in dolo, eo quod istos rebelles occiderunt ad mandatum Regis vel Imperatoris, vel alterius iudicis. ¶ Item potest casus poni per c. si clericos. ē de senten. excom. Ponamus, q eps Pictauien. eo quia non habet territorium, nec potest capere malefactores, nisi infra septa domorum episcopalium: vnde episcopus præcepit laicis, vt quendam clericum criminosum caperent, & ad se adducerent, ad præceptum epī illi laici talem clericum ceperunt, & epo adduxerunt, & incarcerauerūt: vtrū ipsi incurrerint aliquam sententiam ex communicationis? Respondet, q non, quia mandato licito epī obtemperauerunt: & hoc faciendo non fuerūt in dolo. ¶ Item potest poni casus per l. si quis. § doli mali. ff. de iurisd. omnium iud. c hoc modo. Ibi n dicitur: si quis album prætoris positum causa perpetuæ iurisdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorū: Accidit, q Prætor alicui iniunxit vt ipse corrumperet album suum, iste ad mandatum prætoris corrupit album, vtrum incidat in penam quinquaginta aureorum? Respondet, q non, quia antequam quis incidat in illud edictum, requiritur, q ipse committeret dolum, & dolo facere non videtur, qui ad mandatum iudicis aliquid facit.

¶ Prima glossa dicit primo vnde sumpta, & ponit exēpla, secundo exponit regulam, & rationem reddit, tertio illam conuertit.

a ¶ Quod quis mandato. [2]] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. nō vhc data. §. qui iussu. Pone casum in milite, qui de mandato iudicis occidit. 23. q. 5. miles. In laico vel clerico, qui de mandato epī capit clericum supra. eo. li. de sen. excom. si clericos. Et in eo qui iussu prætoris corrupit album, qui excusatur a pena ff. de iurisdict. omnium iud. si quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cum iudex aliquid mandat officium suum exercendo. [3] ff. ad Trebel. seruo. §. cum prætor. Et causa quare tunc excusatur parēs, est iudicialis auctoritas, vt ibi, secundo, ne contra publicam vtilitatē impediatur punitio maleficiorum, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. Si vero non exercet officium suum: non est parendum nisi ex reuerētiæ exhibitione ff. d in ius vocan. l. generaliter. nam interdum resistere debent officiales. [4] de pœn. dist. 1. nemo, supra de electio. fundamenta. §. iudices. Apertius eo. lib. de penis, fœlicis. ad fin. C. de appella. quoniam & hoc verū in atrocioribus: in quibus potius Deo quàm hominibus obediendū est 11. q. 3. si dominus. de sent. excom. inquisitioni ff. eod. tit. ad ea. In his autem quæ sine dolo committuntur, etiā extra officium parens excusatur. ff. ad leg. Aquil. liber homo 2. vbi de hoc plene not. Et no q sicut dolo caret, qui iudicis obtemperat præcepto, ita econuerso, dolo non caret, qui iudicis non obtemperat præcepto. ff. eo. tit. l. non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperauit.

[2] Dyn. & ponit exēplū gl. ff. de aqua plu. arc. l. q̃ i prin ff. de sol. si stipulat. § si lancē. Io. An.

[3] Distinguit hic Dy. ut no. ē de tēp. ord. ad aures in gl. 2. Io. And.

[4] Pe. de Ancha in reg. cū ē. c. 2. co.

ADDITIO Facit hæc regula, quod quis, &c ad quæstionem debitoris, qui de mandato iudicis vel curię cū soluit quod debebat creditori, quam vide in Spec. de solu §. nunc aliqua versic. illud autem quæritur, eccle. Ioan. And.

[Secunda glossa not a contrario. dat similia. arguit ad quæstiones, & remittit.]

¶ Idem.

REGVLA XXV.

Mora cum habet [b] parere necesse.

b ¶ Cum habeat] reddit tuum causa, in his ergo, in quibus non habet necesse parere, vt in atrocioribus, quæ ad suum non spectant officium, dolo non caret, vt supra dixi. & facit de sent excom. vniuersitatis. vbi verberans monachum, si est laicus, licet faciat hoc de mandato abbatis sui, excommunicatus est. Et nota, q dicit: cum habeat parere necesse, sicut enim necessitas excusat a furto, vt de consecrat dist. 5 discipulos sup. de fur. c. 3 ad hoc. ff ad leg. Rhod de iac. l. 2. § cum in eadem naui, sic & a dolo, vt hic vides, cum ergo nullum sit maleficium sine dolo, vel lata saltem culpa, quæ dolo cōparatur. [5] 11 q. 1. aliquos. de sen excom. c. 1 ff de iu. iur. l. illud ergo & a quolibet maleficio excusat necessitas; quod intelligas vt supra dixi. Et aūt regula hæc in argumentum ad quæstionem, de eo qui ad mandatū ecclesiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij vel conditionis de hoc not 34. dist. si cuius. de coniug. ser. propositū.

[5] Do. ten. in l. cē āt. §. apud Iul. de adul. coerc.

MOra sua] Casus in hac regula figuratur multis modis: Primo per capitulum decimæ. 15. q. 1. Aliquis meus parochianus tempore messium vel vindemiarum non soluit mihi decimam, sed illam retinuit apud se. Accidit, qd aliquo casu fortuito decima periit sine culpa sua, quia milites transeuntes violenter illam decimam rapuerunt, vel inimici sui, inimicitia tamen contracta sine culpa, decimam per violentiam acceperunt, nunquid tenetur mihi soluere æstimationem decimæ peremptæ? Respondet, quod sic, quia iste fuit in mora soluendi mihi decimas: & sua mora debet ei esse nociua. Item potest figurari casus per capitulum vnicum, de commoda. supra. Sed pro intellectū huius casus est præsupponendum, quod commodatarius non tenetur de casu fortuito, quando fuit commodatum gratia recipientis: verumtamen tenetur de dolo & culpa. Ponamus ergo hic casum; Commodaui tibi librum meum ad vsum tuum, certum est, quod si liber meus non periit culpa tua, sed casu fortuito tu es liberatus? Sed ponamus, quod commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuum vsum, lapso tempore illo interpellaui, & requisiui te, vt librum mihi

mihi restitueres, quod facere recusasti indebite, & iniuste, & sic fuisti in mora restituendi mihi librum meum: postea liber meus aliquo casu fortuito perijt apud te: nunquid teneris mihi soluere æstimationē libri? Certe sic. Item potest poni casus in fure, qui semper est in mora restituendi rē surreptam: & si res pereat, perit periculo suo, ideo tenetur soluere æstimationem.

† Dynus tractat de interesse: & Ioann. Ancus in quæsten° ff. de reg. iu. & Phi. lo. And. petēt: an post assignatū per emptoriū audiatur exceptio.

Mora[a] † sua cuilibet est nociua.

¶ Idem.

[Prima glossa dicit primo vnde sumpta, & ponit exemplū: secundo ponit tria, quæ requiruntur ad moram: & quo modo tunc tenetur de casu etiā naturali: tertio prosequitur de mora aliena, & ipsa materia remittit: quarto quærit an purgetur: arguit pro & contra, & soluit.]

Morosus qui dicat.

a ¶ Ex eo non debet] pone casum in eo, qui dicit decretales epistolas non esse auth. quia nullam debet pro se allegare. 19. dist. si Romanorum ad idem 8 dist. quo iure. Item pone in eo, qui impugnat compositionem, quod ex ea beneficium non consequitur. sup. de censi. cum olim. Item in eo qui impugnat testamẽtũ dicẽs illud inofficiosũ: qui si id improbe dixit & succubuit 1. quicquid ex testamẽto capiebat. perdit ff. de inoff testam. Papinianus. §. meminisse. ad idem 15. q. 2. quia præpostерum. sup. de testi. pſentiũ. C. de ijs, quib. vt indig. l. alia causa est. Et dicit lex: absurdum est, quem redire ad id, quod semel renũtiandũ putauit. C. de re. credi. si quis iusiurandũ Et facit ad hãc regulam. sup. eo quod semel; & quod ibi dixi. Et quod hic dicit: nisus extitit, dic cũ effectu, saltem quãtum in eo fuit qa pseuerauit: Si aũt simpliciter ptestaretur, secus esset, vt intelligit. Ber. prædict. decre. de testi pſentium. Idem si inciperet agere vel excipere, & desisteret ante litem), vt probant pdictæ leges. § meminisse. & l. alia ca est. & hoc no. Ber. in pdicta decret. de censi cum olim. (Et hic Io. Mo. allegat verba intelligenda cum effectu. de cleric. non resid. relatum. hæc allegatio non videtur bona: quia effectum non habuit, qui succubuit, sed intellexit effectum ex pseuerantia) Et qd dicit hæc regula, verum intelligo, nisi forte necessitate officij habuerit impugnare 4: nam tunc proprio nomine fructum consequi posset; hoc probatur 3. q. 7 §. tria. & cap infames versi. si contra patrem pupilli. ff de postu. l vlt. ff de iud. Iulianus ait. & melius. C de admini. tuto. vel curat. cum quædam. vbi filius præteritus a matre, tutor vel curator instituti hæredis hæreditatem adeundo nomine pupilli sibi non præiudicat. ad hoc sup. eod. lib. de elect. c. pe. §. porro. Item licet quis impugnet sententiam in vno c. ex alio capite cõsequit fructũ, de testa. Raynutius, & c. Raynaldus. & facit quod dixi sup. regula prox. Et concor. ad hanc regulam 1. q. 7 c. 1. & 96. dist. si Imper. de postul. c. vlt. Et simile est quod dr. Frustra legis implorat auxilium, &c. de vsu. quia frustra. Item not. quod sicut non debet quis consequi fructum ex eo, quod impugnat, vt hic: ita econuerso non debet quis impugnare id, ex quo fructum consequitur. 19. distinct ca. 1. 3 q. 3. si quis testibus. 5. q. 8. cuius in agendo de censi. cum olim. in fi an hoc de transa. ex litteris. & aperte. ff. de iur. dot. l. cum in fundo vet. & si quidem. ff. solu. matr sed & si ideo. Et hoc sane intelligas secundum ea, quæ dicta sunt supra in alio casu.

> 2 Hoc dr: qa si obtinuisset, certũ esset ex illo legata non deberi, vt i l. statim alleg. §. si ex causa. & l. Titia. Io. And.

> 3 Et sic et tndei ad l. post le. ff. d ijs q. vt indi.

> 4 Vel dic quod aliud ẽ diceret, testamentũ falsum, aliud inofficiosum; qa sic pdũt legata. si ãt dicat minus solẽne, legata nõ pdunt. Dy. loã. An. c. si. de iure iur. ĩ. c. itẽ reprobãs, & tñ succumbens, utitur remedijs sui aduersarij exẽplũ, ex positione negata non adiuuatis; dixi s. e. de ofes. c. 1. tñ per probationes positionis negatæ bene adiuuatis, ut docet Phil.

Ex eo non debet] Casus figuratur per l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoff. testa Pater meus instituit extraneum hæredem suum, quod me filium suũ exhæredauit, tamen per suum testamẽtum legauit mihi aliquam rem: puta pratum, vineam vel domum: hæres scriptus post mortem patris adiuit hæreditatem; hæreditate adita conueni hæredem scriptum querela inofficiosi testamenti; succubui in querela; quia hæres probauit quod commiseram ingratitudinem erga patrem meum; volo postea capere legatum mihi relictum in testamento; Respondet quod non possum; quia non debeo habere legatum ex testamento quod nisus fui impugnare.

[Prima glossa ponit exempla; Secundo dicit tria debere concurrere, scilicet quod perseueret, quod non ratione offic. id faciat, & quod idem sit capitulum. Tertio inducit concor. & simile. Quarto conuertit regulam.]

Cvm quid.] Casus in hac regula figuratur multis modis. Primo, per c deuique. 4. dist. hoc modo, statutum fuerat ante illud c. denique. quod omnes Christi fideles ieiunarent diebus quadragesimæ, & sic abstinerent ab esu carnium: Ex qua constitutione insurgebat dubium, vtrum diebus quadragesimæ esset licitum vti ouis, caseo, lacte, & alijs lacticinijs; deciditur in illo c. quod non, quia cum prohibitus sit esus carnium, videntur prohibita quæ trahunt originem seminam a carne, nam cũ quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶ Item potest poni casus per c. eos 81. dist. sic. Ponamus quod aliquis in pœnam sui delicti fuit suspensus ab officio, vtrum in consequentiam videatur etiam suspẽsus a beneficio? Rñdetur quod sic, quia propter officiũ datur beneficium. Et cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶ Item figuratur casus per c. pastoralis. de app. in antiq. Alicui propter contumaciam suam vel delictum suum est prohibita communio Ecclesiæ, in qua est stipendiatus, vtrum videantur sibi prohibita stipendia ordinaria illius ecclesiæ? Rñdeo quod sic, p rõnem huius regulæ.

[Glo. seq. ponit exempla.]

a ¶ Cum quid.] pone casum in prohibito a carnibus, qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt sementinam originem. 4. dist. denique Et prohibita cõcupiscentia per legem, prohibita intelliguntur omnia mala, quæ sequuntur ex illa. de consti. nam concupiscẽtiam. Item prohibita alienatione, prohibita intelliguntur vẽditio, donatio, manumissio, &c. C. de reb. alie. non alie. l. vlt. ad idem de rebus eccle. non alie. c. nulli. Item prohibito officio & beneficiũ 82. di. cos. Itẽ & furto ꝓhibito, prohibetur oĩs rei alienæ illicita vsurpatio: & prohibita mœchia, oĩs illicitus concubitus prohibetur. 24. quæst. c. pœnale. 32. q. 5. meretrices. Et cui prohibetur ecclesiæ communio, & eius stipendia prohibita intelliguntur. de appella. pastoralis. in fin. ad idem. ff. de ser. expor. l. cui pacto. Et concor. ad hanc regulam inf. eod. accessorium.

quid [a] prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequũtur ex illo.

¶ Idem.

REGVLA XL.

Pluralis locutio, [b] duorum numero est contenta.

¶ Idem.

REGVLA XLI.

IMPVTA-

ADDITIO. Est regula huic similis: Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud. & hæc loquitur de consequentia prohibitionis mediorũ, per quæ peruenitur ad extremum. Ista vero loquitur de consequentia prohibitionis extremorum, quæ procedunt ex primo prohibito. Et in hoc simili pone exemplum. ff. de sponsa. l. oratio. & ibi concor. Ioan. And.

Pluralis locutio 1.] Casus in hac regula potest figurari per c. hoc quoque de consecra. dist. 1. Iure cautum repetitur, quod cum sacerdos Missam celebrat, de honestate debent esse plures audientes, vt illa verba, Dñs vobiscum: possint verificari: Sed quæritur quot debent esse ꝑsentes? Rñdetur ꝙ sufficit ꝙ sint duo. quia pluralis locutio, duorum numero est contenta.

¶ Item potest casus figurari per c. is cui. §. 1. de præben. sup. eo. li. Papa dispensauit mecum, vt possem obtinere plura beneficia, aliter non declarando: Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute dispensationis: & ibi dicitur, ꝙ virtute illius dispensationis potero solũ obtinere duo beneficia: quia cum dispensatio sit odiosa, est restringenda; & in odiosis sufficit ꝙ verba possint verificari, & illa verba verificabuntur. In duobus beneficijs: quia pluralis locutio, duorum numero est contenta.

¶ Itẽ potest casus figurari per l. libertas. §. post annos ff. de manumis. test. Aliquis Titius veniẽs ad mortem suũ condidit testamentum, & in testamento suo cuidam seruo legauit libertatem post annos: quæritur post quot annos seruus consequatur libertatem? Respondetur post duos annos, quia verbum, annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo opponit de vna. l. & dupliciter soluit. Tertio dicit in testib. regulam procedere, vbi numerus non adijcitur, opponens 16. casus, vbi plures quam duo requiruntur. Quarto dicit regulã in pronominibus locum non habere.]

b ¶ Pluralis locutio.] Pone casum de consecr. dist. prima, hoc quoque. ibi, Dominus vobiscum, duos numero comprehendit. Item sup. eo. lib. de præben. is. cui. §. 1. vbi beneficiorum nomine duo tm̃ beneficia continentur. Item per l. ff. de manumis. test. l. libertas. §. post annos. nam si legetur libertas seruo post annos, de duob. intelligitur. Item si promittitur vel legatur post dies, de duob. intelligitur ff. de verb. sig. l. inter illam. §. inde datam. Item per l. ff. de testi. vbi numerus, vbi sunt hæc verba, & 4. quæst. 3. vbi numerus. Contra ff. de opt. leg. l. 1. vbi dicitur, quod si alicui legata est seruorum optio, tres eliget. Solu. spãle est in fauorem vltimæ voluntatis, vt ibi potius sequamur quoddam medium, quam minimum, quia ad minus de duobus intellexit, ex quo dicit in plurali, & forte de pluribus: sequamus ergo quoddam medium, & sic optet tres. Vel dic, vt ibi no. quod ibi legatus fuerat equus vel seruus, quẽ serui testatoris elegerint: quos seruos legatarius optare debeat? tunc optabit tres seruos, qui eligent sibi equum vel seruum legatum: & ideo tres, quia duo de facili discordarent. 8. quæst. 1. nec nouũ. ꝫ. de arbit. c. 1. ff. de arb. item si vnus §. principaliter. Et qđ hic dicit, ꝙ pluralis locutio est cõtenta duorum numero, verum est regulariter, & vbi eodem vel alio iure nõ adijcitur numerus, vt in prædicta l. vbi numerus, canonizata 4. q. 3. c. vbi numerus. In causis igitur & instrumentis regulariter duo testes sufficiunt: interdum tamen vnus sufficit, vbi. s. nulli fit præiudicium, de consec. distin. 4. placuit. & multi sunt casus, in quibus requiruntur tres ad minus: Primo in depositione pecuniæ. in Auth. de fide instru. §. si quis igitur. coll. 8. Item quando imperitus litterarum ꝯhit in scriptis. C. si cer. pe. l. vl. 2. In instrumento de quo fit comparatio. C. de fide instr. l. pe. Quando pater legitimat filium naturalem in instrumento publico. in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc. col. 8. Quando mulier fatetur se pro intercessione aliquid recepisse. C. ad Vell. antiquæ. Quando quis vult infirmare testamentum, quod facit post transcursum decennij. C. de test. sancimus. In inuentario. C. ad leg. Fal. Auth. sed cum testator. In priuata scriptura, vt fidem faciat C. qui po. in pig. ha. l. scripturas. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. si cer. pet. auth. sed nouo. & in codicillis. & donatione causa mortis similiter quinque. C. de don. cau. mor. l. vlt. Item in testamentis, communiter septem: in test. tamen cæci, octo. C. qui test. fa. pos. l. hac cõsultissima. aliquando quinque, vt in testã rustici, vt in municipijs & villis, vbi est hominum raritas. C. de test. l. fi. Aliquãdo sufficiunt duo vel tres, vt in testã facto inter filios & nepotes C. de test. hac cõsultissima. Item interdum requiruntur xv testes. C. de prox. sac. scri. l. vna. Interdum plures. 2. q. 4. præsul. & c. seq. Vide plenius de his in Spe. de teste. §. restat de numero. Et not. ꝙ id quod hic dicitur de plurali locutione, non habet locum in pronominibus, vt nos, vos, vester, & c. nam vnus prælatus scribit & ei scribitur in plurali, & Papa semper de se scribit sic ꝫ. de cri. fal. quàm graui.

Imputari non debet 3.] Casus figuratur per c. cum sit Romana de appe. in antiq. Certum est ꝙ appellans debet appellationem suam prosequi inf. annum, & si non fuerit appellationem prosecutus inf. annum. appellatio sua efficitur deserta: Sed ponamus ꝙ non stetit ꝑ appellantem, quo minus prosequeretur suam appellationem: vtrum appellatio sua efficiatur deserta, vel debeat sibi dari alius annus? Respondetur ꝙ ex quo fecit diligẽtiam sibi possibilem, dẽt sibi dari alius annus. & si in secundo anno fuerit impeditus, licet de mero iure sua appellatio sit deserta, tamen per beneficium restitutionis consequetur aliud tempus ad prosequendum suam appellationem.

¶ Item potest casus figurari per c. commissa. § 1. sup. de elect. Certum est de iure, ꝙ promotus ad ecclesiã parochialem debet promoueri infra annum ad sacerdotiũ, & si non fuerit promotus ad sacerdotium intra illud tempus, vacat ecclesia, & poterit ordinarius ecclesiam, vt vacantem alteri conferre: Sed ponamus ꝙ non stetit per ipsum, sed ob defectum diœcesani: quia est suspensus vel absens, non potuit promoueri ad sacerdotium: vtrum elapso anno sit priuatus sua ecclesia? Respondetur quod non: quia ex quo per ipsum non stetit, non debet sibi imputari. Glo. tamen dat consilium, quod quando non stat per ipsum, debet intra illud tempus facere

1 Facit hæc reg. ꝙ ꝑ duos testes reprobetur instr. l. opt. C. de ꝯ. & emi. stip. Phil. citat c. 3. loco. de testi. hic de 4. h. vide doct. l. si exercen. dis. C. de fide instr. Io. A. hic.

2 Hæc lex Codicis requirit tres testes sed Auth. sed nouo ibi posita requirit quinque. & dic vt ibi no. Io. And.

3 Per hãc reg. dicũt Io. An. & Philip. ꝙ Diac. differẽs se vsque ad finem anni ordinarii, si tũc casu ordinari nõ possit: nõ hẽt locũ c. licet canõ ꝫ de elect. cum prius non fuerit in mora l. lecta. ff. si cer. pe. nẽ nisi casu cõtigisset momento quodammodo ordinatus fuisset. ergo, p. l. Cælar. ff. de publi.

facere protestationē qualiter non stat per eū. & de hac protestatione habere actum siue instrumentum: tamē hoc non est de necessitate: sed glo. dat illud consilium.

¶ Prima glossa ponit exempla. Secundo æquiparat impossibilitatē a principio, & ex post facto prouenientē, dicēs illū adhuc obligatum, cui signat ꝓriū, & remittit, allegans duas concord. Tertio quærit, allegat pro & contra: & soluit respōdens ad contraria.]

ri [a] non debet ei per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

1 Ad hāc regulā cō cor. regu la cū non stat. eo. ti.

a ¶ Imputari non debet. 1] Pone casum in eo, qui debet appellationem prosequi infra annum: cui non imputatur, si p eum non stetit. 2. q. 6. anteriorum. In eo, qui debet promoueri ad sacerdotium infra annū: cui non currit annus ipse, si iusto impedimento detentus promoueri non potuit. sup. eo. li. de elect. commissa. §. 1. In eo, qui rem emit sub pacto legis commissoriæ, scilicet, quod infra terminū, si pretium solutum nō esset, res foret inempta: & emptor in termino soluere volēs, si non habuit cui solueret, sibi non imputatur ff. de lege commisso. l. lege commissoria. in fine. Alias incipit, si fundus lege commissoria. ad idem 44. dist. Ephesijs. sup de eo qui mit. in pos. c. 2. vbi de hoc. & facit. C. de condi. inser. l. vlt. Et no. quod dicit, per quem non stat: quia non sufficit velle, nisi ad opus procedat, quantum in eo est. sup de eo qui mit in posses. cap. 1. Impossibilitas ergo facti sicut a principio annullat obligationem supra eod. nemo potest: ita & post facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tēpus, nec per eum stetit, licet non imputetur, tamē post tempus tenetur de do. & contuma. cum dilecti. ff. de arbit. l. Celsus. Consulo tamen, quod si potest, infra tempus de impotentia protestetur. 5. quæst. 6. post appellationem. de hoc de appel. ca. vlt. & C. de iure emphy. l. 2. in fine. cum suis concord. Ad id, quod dixi, ꝙ post terminum tenetur contra 3. de spon. licut, ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. Solu vt no. in prædicta decre. sicut, & vt dixi sup. eo. nemo potest. Et concor. ad hanc regulam de elect. cap. vlt. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui non pōt eligere, nisi ex quo in mora fuerit petendi licentiam. ad idem de concess. præben. quia diuersitatem. Quid dices 2 de eo qui sua culpa incidit in casum, ꝓp quem postea facere non potuit, quod per eum fuerat faciendum: videtur primo, quod sibi sit imputandum: quia regulariter quis de casu tenetur, qui sequitur culpam. 50. distin. sæpe, & cap. studeat. de ætate & quali. ca. 1. & quod ibi no. & tacit 86. distin. non satis. & qui ma. acc. poss. c. 6. & quod ibi no. & si. ff. quod met. cau. l. si mulier. vbi metus illum non excusat, qui sua culpa incidit in metum. In contrarium videtur per prædicta iura, de elect. ca. vlt. de concess. præbend. quia diuersitatem. arg. de p. g. significante ibi, in captione, & c. de sponsa. veniens 2. Sed casus est specialis. Et dicit lex, ꝙ qui iniuriose vel libidinis cā inimici, vel mulieris fregerit ostia, si fures non ab eo inducti postea res asportent, non tenetur furti ff. de fur. l. verum, & l. qui iniuriæ in prin. præterea deportatus, si non potuerit ꝓcuratorem dimittere, bene restituitur: & tamen culpa sua absens erat. ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiam excusatur cedendo bonis, etiam si sua culpa in illam inciderit de solut. Odoardus. ff. de dolo. nam his. Satis videtur dici posse, quod imputandum sit illi propter iura primo inducta. Hinc etiam dixit lex non debere succurri ei, qui in necessitate se posuit. ff. qui satisd. co. l. si fideiussor. vbi dicitur, qd si reus non potest satisdationem dare vbi conuenitur, & in alio loco eiusdē prouinciæ dare velit, si satisdatio necessaria erat, audiendus est, si voluntaria non; quia ipse sibi necessitatem imposuit. ad idem. ff. si quis cau. l. . . §. si quis tamen, vbi dicitur, quod qui in iudicio comparere debebat, si quid est, quod ei imputetur, tempe-

Impossibilitas vitiat obligationem a princi. pio & ex post facto elidit.

2 Culpa. sua si quis incidit in casum ꝓp quem non fecit, qd facere debuit, an si bi imputādum sit. Pe. de An. in hac re. 42. docet cognoscere accessoria, & qd de iure accessorio, persona. rebus iuribus accessorijs, & de gio... acce... dentib. ad debitū. ... gbu: Hip. ... 168. Item ... ... mate... nā ... tatis, ibi vide de duob. qui ... renuncia ... Papa...

stātē vel vim fluminis prætendere non poterit. ad hoc de elec. cum in veteri. Ad iura in contrarium inducta, respondeo & dico, quod decret. vlt. de elec. & decre. de concessio præbend. quia diuersitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita solum ꝯ negligentes: vnde ibi culpa siue negligentia non punitur. hoc satis ꝓbat ipsa decret. quia. Vel dic, ꝙ si ex culpa imponitur aliqua pœna vt suspēsio, vt in ꝓdicta decret. q̄a, vel deportatio, vt in l. Papinianus, [illu]d hoc culpa illa vlterius puniri non dēt ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at si clerici, alias n. sequeretur, quod suspensio idem esset, quod priuatio, & deportatio, idem quod bonorum ademptio: quod esse non dēt. [Vide quod dixi in prædicta decret. quia, super glo. sic patet, & quod dicam post Dyn.] eo. quod ob gratiam] Ad decret. significante, dico, ꝙ forte sine culpa sua erat in captione, & ibi ēt est alia ratio: s. quod primo pecuniam miserat per eum, quē fidelem nuncium credebat. Ad prædict. l. verum, & l. qui iniuriæ, dico quod verum est, quod non tenetur furti: tñ conuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occasionem damni, & c. de iniuri. & dam. dato. c. vlt. Ad hoc, quod dicitur de inope, dico quod impossibilitas casus hoc inducit.

¶ Idem.

REGVLA XLII.

ACCESSO-

Accessorium. 3] Casus figuratur per c. de studen. tia. sup. de dote post diuor. resti. in anti. Sed pro intellectu huius casus, est primo præsupponendum, quod dos est accessoria ad matrimonium: quia non est dos sine matrimonio, licet possit esse matrimonium sine dote. Ponamus ergo, quod ego contraxi matrimonium cum aliqua Berta in casu prohibito: quia ipsa erat mihi affinis, & istud ignorabamus: ipsa dedit mihi centum aureos in dotem: postea mulier fuit certiorata de impedimento, vnde accessit ad Papam & impetrauit iudices delegatos ad cognoscendum de isto impedimento affinitatis: quibus iudicibus delegatis mandauit Papa, vt si eis constet de impedimento, separent matrimonium, non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad restituendum sibi dotem, mulier in suo libello petijt separationem matrimonii, & restitutionem dotis: Ego excipiendo proposui, quod super restitutione dotis iudices delegati nō possunt se impedire, cum rescripta delegatoria sint stricti iuris, & non extendantur ad alias res non expressas in scripto: Mulier replicabat ꝙ ipsi iudices poterant etiam cognoscere de dote: qā dos venit accessorie ad matrimonium, & commissa causa super matrimonio videtur data commissio super dote: Dicitur, ibi, quod delegati poterunt se intromittere de matrimonio & de dote: quia dos venit accessorie ad matrimonium, modo accessorium sequitur naturam sui principalis.

¶ Item pōt casus figurari per l. non dubium C. de legi. & c. si diligenti. sup de foro compet. in antiq. dicitur in illa l. non dubium. quod ꝯctus ꝯ legem celebratus est nullus Sed quid? Ponamus, quod in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum contractum: an valeat? Dicitur in illa l. quod non, quia iuramentum est accessorium ad contractum, & illud verum, quod non valet talis contractus de iure ciuili: sed de iure canonico non est uerum indistincte, si illud iuramentum sit sine interitu salutis æternæ. c. cum contingat. de iure iurando, in antiq.

¶ In capitulo, si diligenti, de foro ꝯpe. in anti. dicitur, ꝙ clericus non pōt consentire in iudicem laicum. nec ꝓrogare eius iurisdōnem et de licentia sui proprij epi. Sed quid? ponamus, quod aliquis clericus consensit litigare coram iudice seculari, & iurauit seruare illum cōsensum, an valeat iuramentum? Dicitur ibi, quod non: quia iuramentum est accessorium ad consensum, & accessorium sequitur naturam sui principalis.

3 Io. A. & Phi. dicūt nō obligatū ad principale teneri ad accessoriū, faciendo principaliē attn ꝓtestatio limitat voluntatem l. 2. ff. si qs cau. Pe. de Anch. tenet cōtra.

[Prima glossa dicit vnde sumpta & ponit exempla. Secundo signat & soluit sex 𝔠̄tra. Tertio ponit quandã distinctionem Accur & subdit duas concordantias.]

rium [a] naturam [b] sequi cõgruit principalis.

¶ Idem.

REGVLA XLIII.

Qvi tacet, [c] consenti-

a ¶ Accessorium.] Hæc regula sumpta est ex l. ff eo. tit. cum principalis, & l. nihil dolo. § cum principalis. Pone casum in principali destructo: quia dr̄ destructum & accessorium. 16. q. 7. & hoc dicimus. Item si causa principalis. s. matrimonij cõmittitur: sic & accessorij, s. dotis. de dote diuor. certi. de prudentia. 1 Ratio, vt dicit Io. Monachus, quia dos non potest esse sine matrimonio, licet matrimonium possit esse sine dote: patet; quia dos accedit matrimonio. ff de iure dot. l. 3. Item si non tenet contractus nec ipsius accessorium. C. de legi nõ dubiũ concor. de foro competen. si diligenti. de offi dele. prudentiam § sexta. in fi de fide instru. inter dilectos. ad finem s̄. eo. li. de rescrip ca. 1 & cap penu. & de præbendis, super eo. Et optime per decretalem s̄. eo lib. de offic. deleg. si super gratia vbi potestas executorum datorum ad gratiam, non perit re integra morte concedentis, sicut nec gratia, vbi potestas illa accessoria est ad gratiam, & de præscript cum ex officij. vbi sicut non præscribitur visitatio, nec procuratio ratione visitationis debita. 2 Contra s̄ de iureiur debitores, & c. cũ contingit, vbi de hoc, & supra eod lib. eod. tit licet vbi tenet accessorium, & non principale Sol. illud pp animæ periculum, quod eueniret, si non seruaretur iuramentum, & dic, vt in prædicta decretali, cum contingat. Item contra. C de epis opali audientia, authen. liberi furiosi vbi tenet legatum, & non testamentum, vel hæredis institutio. Solu illud speciale in odiũ filiorum, 3 qui contempserunt patrem, vt not. Ber in prædicta decretali, inter dilectos. Item 𝔠̄ C de luiti pig. l. intelligere. vbi sublata personali, remanet hypotecharia Sed dic, vt ibi: quia non fuerat sublata personalis pacto, sed tpe, & personalis tollitur spatio triginta, hypothecaria spatio quadraginta annorum Et ideo sublata personali tempore, adhuc remanet hypotecharia per decem annos. C. de præscriptio. triginta annorum. l. cum notissimi: secus si pacto vel alio modo, ut supra dixi. Item contra. C. de prædi. mino. l. & si is, qui desierat esse curatur, vendi sit rem minoris, & sic non tenuerat venditio: valet tamen obligatio de euictione Sol licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuit tamen quo ad illum curatorem olim: & ideo, cum quo ad ipsum tenuerit principale, non mirum si tenet accessorium. Item contra. C si aduersus vendi. l. prima. & auth sacramenta. dic vt supra. Item ff quibus modis vsufruct amitt. l quid tamen in principio & l. Græce. ff. de si seruitutibus l. generaliter. Sed illa sunt specialia. Item no Accurtius. C de pactis l. pactũ, quæ contra, & ff ad legem Falcidiã, quod de bonis § 1. ꝙ in pactis, quæ fiunt præter legem tenet accessorium, & non principale, in his, quæ fiunt secundum legem, vtrunque: in his, quæ contra, neutrum. Concordat ad hanc regulam, ff de pecu. lega. l 1. & 2. vbi dicitur, quod peremptio principali perimitur accessorium.

b ¶ Naturam.] Regulæ 4 iuris ciuilis, vt vide super glo. & antiquæ concord non posuerunt hanc dictionem, quam tamen posuit noua decret. si super, quam alleg. glo. Ioan. And.

Qvi tacet.] Casus figuratur per c. nonne. s̄. de præsump. hoc modo: dicitur ibi, ꝙ Christus fuit a Iudæis de duobus interrogatus siue accusatus: Primo ꝙ erat Samaritanus: Secũdo, quod dæmonium habebat: Christus respondit, ad vnum illorum: videlicet, quod ipse dæmonium non habebat: de alio tacuit an esset Samaritanus, nunquid videtur consentire, quod erat Samaritanus? sicut ibi textus, quod sic.

1 Ibi gl. dicit, ꝙ ecclesia non cognoscet de dote principaliter per l. i. 𝔠̄tib. i fi. C de non nu. pec c. ex tenore s̄. de foro cõp. Cap. 11. pri. q. go. tracta. de dote.

2 Per quæ iura patet, vt etiã dicit Dynus, regulam locũ habere, siue loquat de principali inducẽdo, siue tollendo, siue cõfirmando. Io. And.

3 Qd non militat in accesso rijs legatis sicut institutione principali, ergo nõ principale, & ista est sõ in iuro accessorio. Hip. sing. 1. 6.

4 Hæc gl. ex nouella. Io. An. huc est translata.

Item potest casus figurari per l. 2. § voluntate. ff. soluto matrimonio. Dr̄ ibi, quod si filiusfamilias 𝔠̄hit matrimonium cũ aliquo constituta sibi certa dote, & fiat dissolutio matrimonij per mortem mariti, vel p repudium: ꝙ actio competens pro dote repetenda est communis patri, & filiæ. Sed quid? Ponamus, ꝙ pr̄ solus egit sciẽte filia & tacẽte: nũqd filia vr̄ consentire? Est ibi textus, qđ sic, quia qui tacet, cõsentire vr̄. Qualiter aũt intelligatur ista regula, habemus in regula sequenti, is qui.

re videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLIIII.

Is qvi [d] †

[Prima glo. ponit exempla: secundo ponit septẽ effectus taciturnitatis, & remittit.

c ¶ Qui tacet.] Pone casum 54. dist. si seruus 2. sup. de præsump nonne. ff soluto matrimonio. l. secunda. §. voluntate. vbi dicitur, ꝙ pater agens de dote filiæ, de ipsius voluntate vr̄ agere, si filia non contradicat. Et no. ꝙ qui tacet, interdum consentit, vt hic, & in supradictis iuribus votum emittit. 27 dist. c. 1 & simulatur 65. di. si forte impunitatem promittit 43. distin. sit rector offert 20 q. 2. cap. 1. occidit. 43. dist. Ephesijs est contumax. 65. dist. c. vlt interdum nec consentit, nec contradicit, inf. c. proxi. & dic, vt ibi statim dicam.

ADDITIO Vt dicit Io. Mo ad hanc regulam, qui tacet, & c. facit ff. eo. tit. semper qui non prohibet, & facit s̄. de excess prælat. ex litteris. & ff de ser. l. 1. Io. And.

Is qui tacet.] Casus potest figurari per §. anteriorum. 2 q. 6 Ponamus, ꝙ Titius conuenit me coram iudice competente: iudex tulit sententiam diffinitiuã vel interlocutoriam contra me: ab ista sententia ego non appellaui, sed tacui, quia non dixi, ꝙ contra dicebam, vel acquiescebam: an videar per taciturnitatem acquiescere sulæ vel dissentire? Certe non: imo est in optione mea, an infra decem dies velim appellare vel nõ: licet aliqui ad maiorem cautelam protestentur de appellando: sed illud non est necesse. Sed quomodo concordantur istæ duæ regulæ: quia prima dicit, qui tacet consentire videtur. Glo dat duas doctrinas. Primo dicit glo aliqui sunt actus, qui pñt explicari sine consensu meo, & 𝔠̄ meam voluntatem, vt quis põt vendere rẽ alienam 𝔠̄ voluntatem dñi in præiudicium contrahentis. l. rem alienam. ff de 𝔠̄hen emp. & vend. Si dñs istius rei taceat in venditione suæ rei, non sibi præiudicat tacitus consensus: Alij sunt actus, qui non pñt explicari sine consensu meo: & tunc si taceam, habeor pro consentiente, vt in regula præcedenti. Glossa dat aliam doctrinam, videlicet, ꝙ vbi agatur de commodo & honore tacentis tacens videtur consentire: Sed si agatur de suo incõmodo: puta de persona obliganda, non habetur pro consentiente l. filiusfamilias § inuitus ff. de procura sed prima doctrina est verior & securior.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo alleg. 10. iura, quibus fallit prima pars regulæ, & 8 quibus fallit, secunda, remittens ad alia, & dat triplicem solutionem.

d ¶ Is qui tacet.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. qui tacet. Et no. ꝙ tacere est quoddam medium inter expressam voluntatem, & expressam contradictionem. pone ergo casum in eo 𝔠̄ quem fertur sententia: qui tacens non habetur pro consentiente, nec pro contradicente infra decem dies, inf. quos semper appellat 2. q. 6. anteriorum. Item pone in prælato, qui tacet ex causa, puta pp scandalum. supra de prælect. nihil prodest, de cog. spirit super eo de iureiu. mulieri. Item pone sm Accursium in tributoria: nam si seruus contrahit dño contradicente, tenetur de peculio tantum, & deducitur, ꝙ debetur domino. ff. de pecu. si quis seruum. § etiam si eo expresse volente, tenetur, quod iussu insolidum. ff. quod iussu. l. 1. vbi autem scit & tacet: tenetur tributoria, & sic non insolidum: nec deducit sibi debitum.

† Si tractatur de collegialiter de prudentib vbi & collegio, taciturnitas facit consensum. Phili. per not. ca. 1. de ijs q̃ fi. a præla.

debitum. ff. de tribu l. 1. §. scientiam. ff. de exer. l. 1. §. sed his. Prima regula fallit. 27. dist c. 1. 54. dist. si seruus. 20. q. 2. c. 1. de præsum. nonne 1. s. de iur calum. c. vlt. in fin. s. eod. lib. de confes. si post præstitum. ff. solu. matri. l. 2. §. voluntatem. ff de lib. agno. l. 1. §. pœna. ff. de loc. item quæritur. §. qui pro impleto, & vbicunque tacitũ pactũ inducitur a lege. ff. de pact. qui in futurum. Secũda fallit in eo, q tacet verbo, sed contradicit facto, vel signo. 74. dist c. 1. Itẽ in episcopo qui tacet commonitus 1 vicinis epis, qui habetur pro contumace. 65. distin. si forte.

1 Et vide q ibi scri- psi sup vl. gl. q opi. q hẽt aliud in oblig. rei alienæ q in vẽdi- tione. de qua scri- psi de trã- sa. ex litte- ris super gl. Io. An.

tacet, non fatetur a: sed nec vtique negare videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLV.

Inspicimus b in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerunque fieri consueuit.

¶ Idem.

REGVLA XLVI.

IS

Item in his, in quibus requiritur expressus cõsensus, vt in adulto, qui catechizat. de cõse. dist. 4. cum pro paruulis: & in seruitute imponenda. ff. de serui. vrb. præd. l. inuitum. & in procuratore constituendo. ff de procur. l filius §. inuitum, & in furto ff. de fur. qui vas. §. verare. & in soluendo matrimonio ff. de ritu nup. in eo iure. §. deinde. & expresse debet testator nomen hæredis dicere. C. de testa. iubemus. item in casibus not. 2. q. 7. plerique. Quid ergo in his dices: nunquid tacens habebitur pro consentiẽte, an pro ꝯdicente? Sol. Dicunt quidam ꝙ regulariter tacens habetur pro consentiente. facit ad hoc s. de reg. prox. Fallit in casibus supradictis. vel dic secundo, ꝙ aut est tale factum, quod fieri non põt me prohibente. Pone casum 54. distin. si seruus. & tunc taciturnitas habetur pro cõsensu. Fallit in casib. supradictis, aut est tale ꝙ fieri põt me cõtradicente. Pone casum ff. de ꝯtrah. emp. rem alienam, & tunc taciturnitas non obest: nam dicit regula iuris: culpa caret, qui scit, sed prohibere non põt. ff. eo. l. culpa. secundum Ioã. qui hoc no. 17. distin. c. 1. & Ber de præsump nonne. Vel dic tertio ꝙ in facto concupiscibili, honorabili, & meritorio taciturnitas habetur pro consensu, vt in primis iuribus. Et not. ff. manda. qui patitur. In facto autem ꝙ non est concupiscibile, honorabile, & meritorium, sed onerosum, necessarius est expressus consensus 2. sicut, est ꝙ quis assumat procuratoris officium, ꝙ res sua seruiat, vt in secundis iuribus secundum Inno. qui hoc no. de elect. in Genesi. Et Ioan. Mo. in regula qui tacet. Quod verum puto, hoc addito, ꝙ vbi ius in pœnam statuit quem tacentem haberi pro consentiente vel cõfesso 3, sic habebitur, licet factum sit onerosum, exemplifica per decre. de iura calum. c. vlt. in fi. & sup. eo. lib. de confess. si post præstitum cum similibus. Concordat aũt ad hanc regulam lex. ff. communi diui. l. Sabinus. vbi socius patiens habetur pro consentiente quantum ad hoc, quia non agit ad demolitionem, & sic quo ad hoc habetur pro consentiente: agit tamen ad interesse: & sic quo ad hoc habetur pro contradicente, & veritate considerata tacens non loquitur, & sic nec contradicere nec consentire videtur. Huius aũt varietatem 4. videre potes per solutiones superiores simul iunctas.

2 Fallit sa- uore reip. & pupil. in casibus quos scri- psi i reg. q tacet sup gl. Io. An.

3 Et istud proprie sa- cit ad re- cũ iurib. quęcunque tur, & de- cre. nõne. d pũmp. & qñ ha- beretur p negante, vt no. i de cre. si post pstitũ. i fi. pe. gl. I. A.

4 al. veri- tatem.

a ¶ Non fatetur.] Nota 5. quia non dicit, non consentit. & sic non contradicit regula, qui tacet. super confessione .n. vel negatione non super consensu & dissensu fundatur hæc regula, & regula iuris ciuilis; pp atti nentiam aũt, quam hẽt cõfessio ad cõsensum, & negatio ad dissensum glossatores iuris ciuilis & nostri illam materiam adaptauerunt huic regulæ, quæ proprie spectat ad regulam, qui tacet, vbi etiam dixi. Io. And.

5 Hæc glosula ex nouel- la. Io. An. huc fuit translata.

INspicimus 6.] Casus primo potest figurari per ca. si quis acceperit. 33. q 1. Ponamus ꝙ aliquis Titius cõtraxit matrimonium cum aliqua muliere corrupta: fuit longo tpe cum ista muliere: tractu tẽporis mulier petijt separationem, dicendo quod cupiebat effici mater, & procreare filios & filias, & quod maritus eius nõ erat potens ad coitum: Vir econtra dicebat, ꝙ imo erat potens, & eam cognouerat. Certum est quod ista mulier est corrupta, & sic non potest cognosci ex aspectu corporis, an fuerit cognita vel non. Ponamus ꝙ vir prima inspectione appareт potens ad coitum, quid tunc præsumemus? Respõdetur quod si maritus prima facie appareat potens, psumemus cognouisse vxorem: quia in obscuris præsumitur quod est verisimilius.

6 Verisi- mile col- ligit ex collat. re- rũ adinui- cẽ. l. Luc. ff. de reb. dub. ex p- so sci. l. coheren ser ro. §. si ff. de pub. & vectig. ex dignitate personę. l. Titia. ff. de aur. & ar. leg. ex amore glo- næ. l. si ser uus ple- niũ. de l. 2. a cõsuetu- dine Dy. & Phyl.

¶ Itẽ potest figurari per cap. 1 de frigi. & malefic. in antiq. Si mulier dicit se virginẽ, illud faciliter potest perpẽdi ex inspectione corporis: quia deputabũtur aliquæ matronæ mulieres honestæ, quæ videbunt in locis, in quibus cognoscitur virginitas, an talis sit virgo an corrupta. Sed quando mulier dicit se corruptam ab alio, tunc põt perpendi ex inspectione viri, vtrum habuerit genitalia arida vel vtilia, & si vir hẽt genitalia vtilia, tunc in dubijs præsumitur, quòd eam cognouit.

¶ Item põt casus figurari per c. inter dilectos, de fide instru. vbi erat contentio de nomine, cuius erat sigillum appositum in instrumento: quia aliqua pars sigilli erat deleta: Dicebatur quod in scriptura sigilli debebat esse Lotharius, & tamen non erat verisimile, quòd inter l, & t, posset poni o, propter paruum spatium: Dicitur ibi quod præsumptio est, quod debet esse i, quod occupat minorem locum, quia in dubijs inspicimus, quod est verisimilius.

¶ Item potest figurari in filio dicente se exhæredatum ex iniusta causa, & agente querelam contra testamentum patris, vt testamentum rumpatur, & redeatur ad cãm intestati, si hæres scriptus dicat filium ingratum, & filius dicit se gratum, q̃ritur, cui incumbit onus probandi? Certe in dubio præsumitur pro filio, quia plerũque filij consueuerunt esse grati & obedientes parentibus propter affectionem sanguinis, & in dubio præsumitur, quod est verisimilius, ideo ista præsumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, ponit exempla, & remittit.]

b ¶ Inspicimus.] hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. ti. l. in obscuris inspicimus. Pone casum in viro, qui contraxit cum vidua, & longo tpe habitauit cum ea, illa dicit se incognitam: in hoc obscuro præsumitur cognita, ꝙ est verisimilius. 33. q. 1. si quis accepit. Item cãcellata vel obscurata littera nominis, præsumitur ibi illam litteram fuisse, de qua est verisimilius. de fide instru. inter dilectos. Item in dubio verisimile est filium iniuste exhæredatum. C. de inoffic. testa. auth non liceat parenti. Quia verisimile est, ꝙ ingratitudinem non cõmisit, vt in hoc ad propositum. Hic autem repete quod dixi sup eo. ti. in obscuris.

ADDITIO. Quæ est contra, cum dicat spectandum quod est minimum: & ibi soluitur: quæ solutio etiam patet ex textu. l. eo. ti. semper in stipulationibus, quem ibi vide. Io. And.

IS qui in ius 7.] Casus potest figurari per ca. Eleutherius 28. q. 2. & per c. dilecti de foro competẽ. in anti. Dicitur in c. Eleutherius, quod quædam mulier fundauit monasterium de licentia diœcesani, in cuius diœcesi erigebatur monasterium, & ipsum dotauit redditibus: in die dedicationis ipsius monasterij inter episcopum & religiosos fuit facta conuentio, videlicet ꝙ oblationes, quæ euenirent in festis dedicationis & martyrum, quorum reliquię erãt in monasterio, episcopus haberet mediam partem: & abbas & religiosi aliã mediam Hoc facto, tractu temporis mortuus est abbas: successit alius abbas, qui noluit seruare illam conuentionem: Dubitatum fuit vtrum ipse teneretur vti eo iure, quo vsus fuit prędecessor? Respondetur quòd sic, per regulam huius textus.

7 Dicit hic Io. A. ꝙ iuramẽtũ Apostolici iurantis seruare statuta, nõ extẽditur ad illa qbus litterę suæ spã liter derogant.

¶ Item in c. dilecti. dicitur, Impetraui aliquod rescriptum delegatorium contra te: antequam vterer meo rescripto, es mortuus: nunquid virtute rescripti potero facere conuenire tuos hæredes? Dic quod sic nec obstat c. P. & G. de offi. deleg. in antiq. vbi dicitur, per rescriptum delegatorium nō extenditur ad personas in rescripto non expressas: quia illud intelligitur, quādo sūt omnino alienæ psonæ: secus si sint eędē personæ vere vel iuris fictione. Et istud verum, quando rescriptum est impetratum contra aliquem expressum in rescripto: secus si solum esset comprehensus virtute clausulæ generalis, & quidam alij: quia tunc hæredes illorum comprehensorum in illa clausula generali non possent conueniri virtute clausulæ generalis illius rescripti.

Qui [a] in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

¶ Idem.

[Prima gl. dicit vnde sumpta: ponit exempla: secundo ponit sex casus exceptos: tertio reddit rationem regulæ, dicens eam in priuilegio personali vel pacto locum non habere.]

1 al. incipit, si quis: sed litteræ, is qui, venit sub bulla. Io. And.

a ¶ Is qui in ius 1.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. qui in ius. & l. aliud. §. fi. & l. non debeo.] pone casum in pacto, quia eodem vtetur successor quo prædecessor. 18. q. 2. Eleutherius. Item conuenitur successor per rescriptum impetratum contra prædecessorem. sup. de foro cōpe. dilecti. de hoc de rescri. significauit. Item pone in hærede qui non vsucapit quod nō vsucapiebat defunctus ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cum hæres. quod dic vt ibi sup. eod. cum quis in ius. hæres enim successor est iuris. Hæc regula fallit. ff. de proba. l. Procula. vbi illa Procula fideicommissum, quod compensare potuisset cum testatore, cum hæredibus non compēsat 2. Item fallit vbicunque morte defuncti confirmatur donatio, ibi enim non pœnitet hæres. C. fa. ercis. cun. l. filiæ. item in casu ff. ad leg. Fal. reperitur. Item fallit in conuentionibus, vbi ex persona successoris mutatur forus, hinc est quod clericus etiam in ciuilibus & patrimonialibus conuenitur coram suo iudice. 11. q. 1. nullus episcopus, & c. clericum nullus. vbi de hoc de foro compet. cum sit & c. si diligenti. Item fallit in casu. sup. eo. lib. de iur. pat. c. vnio. vbi ecclesia, quæ succedit laico patrono hēt sex menses, cum tamen ipse laicus solū quatuor habeat. Item legatarius legatum acceptare non potest pro parte, & pro parte respuere, si tamen de cedat pluribus relictis hæredibus, vnus pro sua parte poterit acceptare, & alter pro sua respuere. ff. de leg. 1. l. legatarius. [aliàs incipit pro parte.] Et est ratio huius regulæ, quare eo iure vti debet, quia plus iuris habere non potest, quia nemo plus iuris, &c. j. eod. nemo pōt, cum similibus minus non, quia hæres censetur eadem persona cum defuncto, successor cum prædecessore, patet ergo idem ius vtriusque. Et no. quod dicit, eo iure; quia non eo priuilegio ex sui persona, si personale 3 fuerat prædecessoris; priuilegium, vt ī eo priuil. cum suis concord. Idem dico de pacto personali ī. de transact. de cętero & ī. de præben. nisi, cum similibus, & facit hæc regula ad eā, quæ ī. no. de prob. suis.

2 Ratio est, ꝓ plumitur, n fra tri debitū nūquā petitum remisisse.

3 Idē Dy. & modū ibi-ē omnis declarans p cō ... ad ... hę gl. per ... pcludit reg. procedere in iure coherēte ꝑsonę, Ioā. And. Philip.

PRæsumitur ignorantia. Casus potest figurari per c. si vero 2. de sent. excom. in antiq. vbi dicitur; si clericus non incedat in habitu clericali, & aliquis inijciat manus violentas in eum, non incurrit excommunicationem, si ipse ignorabat talem esse clericū, secus si sciebat. Sed quid in dubio præsumemus, vtrum præsumetur quod ipse sciebat talem clericum, vel quod ignorabat, & si sit præsumptio scientiæ, quod sibi incumbebat onus probandi? Respondeo quod præsumitur ignorantia, quia habitus demonstrabat illum laicum, ideo ista præsumptio transfert onus probandi in clericum.

¶ Item potest figurari casus per l. verius. ff. de probat. Sed pro intellectu illius casus est præsupponendum, quod si testator legat rem suam vel alienam, valet legatum: & si legat testator rem alienam, hæres tenetur illam redimere, si possit, vel tradere æstimationem, & hoc verū si testator sciebat rem alienam: secus si ignorabat: quia credebat rem esse suam. Sed ponamus quod aliquis Titius testator legauit mihi rem alienam, forte pratum vicini sui: postea mortuus est testator: eo mortuo egi contra hæredē scriptū: & petij vt mihi traderet illud legatum: hæres excipiendo proposuit, quod illud legatum nō valebat, ex eo quod testator legauerat mihi rem alienam. Ego econtra replicando allegaui, quod licet testator legasset mihi rem alienam, tamen ipse sciebat rem alienam: & sic petebam vt hæres illam redimeret, & mihi traderet: vel mihi daret æstimationem, vtrum hæres teneatur probare quod testator ignorabat illam rem alienam? Respondetur quod non: sed ego legatarius teneor probare quod ipse testator sciebat rem alienam, quia in dubio præsumitur ignorantia, quia præsumptio transfert onus probandi in me legatarium.

REGVLA XLVII.

PRæsumitur [b] ignorantia, vbi scientia non probatur.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo signat contraria, & soluit remittendo. Tertio dicit regulam cessare in his, quę quis scire vel indagare tenetur in his, quæ sunt iuris naturalis, intermittens de virtute huius præsumptionis, & de triplici modo probandi ignorantiam.]

b ¶ Præsumitur ignorantia 4.] pone casum 81. dist. pro posuisti. in fi. secundum quod ibi iacet littera. de sent. excom. si vero 2. & ff. de prob. l. verius (Sic & dñs præsumitur ignorasse cum seruus eius suscepit militiam. C. qui milita. non pos. super seruis. Dynus.) contra 16. dist. quod dicitis. 1. q. 1. si quis a simoniacis. 9. q. 1. ordinationes 34. q. 3. in lectum. sup. de elect. innotuit. cum si. in quibus iuribus dicitur, quod non præsumitur ignorantia, sed potius scientia. Sol. dic vt no. de postu. c. 1. in 3. glo. sed potius scientia. Sol. dic vt no. de postu. c. 1. in 3. glo. de consti. c. 2. & in prædic. c. 82. dis. proposuisti quod circa ea, quæ publice fiunt, præsumitur scientia, nisi probetur ignorantia, circa ea autem, quæ fiunt occulte, præsumit ignorantia, nisi probetur scientia, vt hic. Et scias quod hæc regula vera est in his, quæ quis scire vel indagare non tenetur, In his autem quæ quis scire vel indagare tenetur non habet locum; sicut in eligendo prælato 61. dis. c. 2. q. 5. dilectissimi. de elect. cum in cunctis, & ideo ibi præsumitur scientia, nisi probetur ignorantia, vt eo. tit. innotuit. Ad hoc est, quod dicit lex, quod magistratus tenetur de idoneitate tutoris vel curatoris, quem nominauit, inquirere, & ideo imputatur ei, si idoneus non est. C. de magistra. conue. l. penul. & per totum 5. Et illud quod hæc regula dicit, præsumitur. Est autem huius virtutis hęc præsumptio, vt transferat onus probandi in aduersarium, vt sup. dixi. & idem est in alijs casibus, qui not. 6. q. vlt. actor sup. vt eccle. bene. vt nostrum. Item not quod ignorantia tribus modis probatur: Vno modo per sacramentum, & sic probo in veritate me ignorasse de sent. excom. si vero 2. de except. pastoralis. supra eo. lib. de elect. vt circa. & tunc demum admittitur probatio hęc, cum est probabilis, vt no. in prędict. cap. proposuisti. Secundo quando probetur id, ex quo necessario 6 sequitur me ignorasse; puta me tunc anniculum, vel furiosum. 3. q. 9. indicas. de succes. ab intestat. cum dilectus. Tertio quando probatur id ex quo non necessario, sed verisimiliter sequitur me ignorasse, puta me tunc absentem fuisse, & hoc dicere voluit Ioan. 1. q. 1. si quis a simoniacis. & licet in facto proprio probabilis interdum sit ignorantia, vt 34. quæst. 2. in lectum. probabilior tamen in alieno. ff. pro suo. l. vlt. quod dic vt not. 1. quæst. 4. §. notandum, & quia ignorantia iuris pręcipue naturalis non excusat, quod dic vt no. in prędi. §. notandum, de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi per sit pœna scienti & ignoranti. 16. q. 1. si cupis. C. de in ius vo. l. 2.

4 Et vt dicit Dy. ad ignorātiā facti restringitur hęc regula. & secūdū eum pōt poni exēplū de tutore datō ff. de admi. tut. l. hoc aut. Io. And.

5 Ad idē sup. de cr. fal. ad falsariorum. ī prin. Io. And.

6 Ad hoc exēplū & sequēs facit. ff. ī ipso qui fui vel alien. iu. sūt l. si filis. l. An.

LOcupletari]Casus primo ponitur per l. naturaliter in fi. cum l. seq. ff. de cōd. inde. sic: Ponamus, ꝙ alicui pupillo mutuaui pecuniā sine auctoritate sui tutoris: qui pupillus pecuniam illam non consumpsit: sed eam exposuit vt bonus paterfamilias, ita quod ex illa ē factus locupletior: ipse illam pecuniā mihi restituit: postea vult repetere tanquā indebite solutā: an sit audiendus? Certe non: nam ex quo cōstat, qđ ex pecunia mea fuit factus locupletior: esset contra naturā, quod ipse locupletaretur damno meo.

¶ Idem.

REGVLA XLVIII.

LOcupletari [a] non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. [b]

¶ Idem potest poni casus per l. vlt. C. de vsuca. ꝓ emp. Ponamus, ꝙ a pupillo emi aliquam rem, quā mihi vendidit sine auctoritate tutoris: ipse tradidit mihi rem: solui ei precium: modo ipse vult repetere ipsam rem & retinere precium, quod apud se habet, saltem ex quo factus est locupletior: an sit audiendus? Respondetur quod non.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundo ponit quatuor casus, in quibus fallit, rationē reddens, & exponens hic disiunctā pro coniuncta. Tertio allegat concor. signat contraria, & soluit: etiam regulam exponit de enormi iactura.]

q.1.cap vnico, sup. de rap.cum causa.de pigno.illo vos 29 q.1 §.1 ff de contrahen. emptio. l. venditionibus, & ibi error non solum corporis, sed etiam materiæ venditionem impedit, nil enim tam contrarium consensui sicut error, ff. de iurisdict. omni. iudi. si per errorem, ff. de iudi. l. 2. & errare est aliud pro alio putare. 57. di. quamuis, & 22. q. 2. in quibus, non tamē omnis error matrimonium impedit, sed error tātum personæ, & conditionis. quod dic, vt 29 q 1.§.1. & in summa. tenet et pignus cum obligatur æs pro auro, ff de pigno. actio. l. 1. in tertio casu, l. cum est duo uni, & subsingue, aut potest valere secundum vnius intellectum tātum, aut secundum vtriusque: si secundum vnum tantum, valeat secundum quem valere potest, ff. de verb. obligat. l. quoniam Et habet hoc locum etiam in contractu matrimoniali in foro iudiciali. In foro autem animæ stabitur ei qui dissensisset in tali dubio, vt supra de spons. tua nos, si secundum vtriusque intellectum potest valere, valeat quod est verisimilius, ff. de verborum obligation l. cum qui ita stipulatus, ff eodem titu l. in obscuris. & de verbo signifi abbate, & sup eodem, inspici mus, cum suis concord. Sed si dubitatur, quod est verisimilius seruetur quod in hac regula dicitur, ff. de verbo. obli. l. quicquid, & l si quis ex pluribus fundis. Et hac vera, cum neuter dolum committit. Si autem alter dolum committat, contra eum fieret interpretatio. 22. q. 5. c. qui prelate. §. ex his, & c. quacunque, si vterq; tunc ad communem significationem recurretur, vt dicta decre. ex litteris, ubi de hoc, 2. q. 5. c. hoc videtur, §. si ergo, & idem reperitur in iuramentis, vt ibi not. In sententijs suis interpretari poterit præses prouinciæ, vel procurator Cæsaris, ff. de appe ab executore, in princ minor non, C de senten ex breuic. re. l. 2. ubi de hoc, ff de re iud l. iudex. functus est enim officio suo, siue bene, siue male iudicando, quod intellige in diffinitiua, secus in interlocutoria, quod dic, vt no. de appel. non cessante, & ibi plenius scripsi. De fructibus tamen, & expensis supplere potest eadem die, ff. de re iudi. l. Paulus, & sup. eo. lib. le appel. cum appellationibus, & de hoc not. 35 q 9 c. loci nostri, §. quia ergo, alias incipit, licet ita, in 1. gloss. 11. quæst. 1. c. clericum nullus. §. ex his, de postula. prælia cap 1. & ibi de multiplici interpretatione. De legibus non est dictum: quia in eis nihil est obscurum, vel ambiguum 4 dist. cap erit, & in prooemio decretalium, C. de nouo cod com. in 1. constitut. ibi, erit lex certa, & breui sermone conscripta. Si tamē ambiguitas videretur in eis esse, recurritur ad condendem, quia ille solus interpretari pot st, qui condere. 11. q. 1. §. ex his. de iud. cum venissent, de senten e communio inter alia, C. de leg, l. vlti. Et idem in priuilegijs, quæ sunt leges priuatæ, per eadem iura. (& supra de [illegible] or [illegible] §. si uero, & ff. eo. tit l. Neratius, & vide quod dixi post Inno. Hostien. & Compost. de rescri. causam, sup. glo pen.)

ADDITIO. Per l veteribus ff de pact. superius circa principium huius gl allegatam, & ff. de seru. vrb. præd. si arborem, 3 hac lex, & de contrahen. empt. cum in lege, & l. Labeo, ponit Dynus in eo qui vendens, & tradens domum dicit stillicidia vt nunc sunt, ita sint, vel dicere q domui venditæ debeatur a vicinis seruitus stillicidiorum non econtra, quod domus uendita debeat seruitutem uicinis. Io And.

¶ Idem.

REGVLA LVIII.

Non † est a obligatoriū, cōtra bonos mores dolum committeres, utrum ualeat tale pactū iuro firmatum, ut non possim agere contra te ? Respondetur, quod non, quia illud iuramentum est contra bonos mores, & inuitat te ad delinquendum, & non est obligatorium contra bonos mores iuramentum.

Non est obligatorium.] a Casus in hac regula pōt figurari multis modis, primo per l. cōtractus, versi. excepto ff eo. Ego deposui apud te libros meos, vel alia rem, & fuit appositum pactum inter nos, quia uolui, vt si res perderetur dolo tuo, vel eam uenderes, q non possem agere cōtra te actione depositi, & iur[amentum] [illegible] vt licet q non agerem contra te, cum tu in re deposita dolum committeres, utrum ualeat tale pactū iuro firmatum, ut non possim agere contra te ? Rñdetur, quod non, quia illud iuramentum est contra bonos mores, & inuitat te ad delinquendum, & non est obligatorium contra bonos mores iuramentum.

¶ Item pōt casus figurari per c 1. 22. q 4. Ego promisi tibi occidere patrem meum, & casu quo ipsum non occiderem, tibi stipulanti promisi, & iuraui soluere centum: non occidi patrem meum: vtrum possis agere contra me etiam condictione ex stipulatu ad centum ? Certe non, quia illud iurām est contra bonos mores, & ideo non est obligatorium.

¶ Item figuratur casus per c. Quintauallis, de iureiu. in anti. Vxor & filiæ Quintauallis, i. illius hominis sic vocati, habuerunt verba, imo uerba cum uicinis suis, vi cinæ fecerunt conuenire uxorem, & filias Quintauallis super actione iniuriarum: Quintauallis promisit, & iurauit quod erat contentus stare ordinationi, & voluntati uicinæ: iniuriatæ, ipsa uicina noluit habere emendam pro iniuria sibi illata, sed uoluit pro omni emenda, q Quintauallis expelleret a se uxorem, & filias exhæredaret, si vnquam uerbum iniuriosum proferent cōtra ipsam uicinam, accidit quod uxor, & filiæ Quintauallis protulerunt verbum iniuriosum contra uicinam, alias iniuriatam, dubitauit Quintauallis, utrum esset obligatus ad repellendum a se uxorem. & exhæredandum filias: vnde ipse consuluit Romanum Pontificē, qui consultus respondit quod non, quia suum iurām erat contra bonos mores, & non est obligatorium contra bonos mores iuramentum.

[Prima gl. dicit va se sumpta, & ponit exempla, secūdo dicit fallere regulā decre. si uero, tertio istius regulæ dat concor. & assignat duplicem rationem.]

a ¶ Non est obligatorium.] Hæc regula sumi potuit ex l. ff. eo. tit. l. contractus 3 quidam, ver. excepto. per quā pone exemplum: nam non ualet pactum, q dolus futurus non præstetur. vt ibi. Item pone in eo, qui iurauit patrē occidere, vel simile quid facere. 22. q. 4. c. 1. & per totum. In eo, qui iurauit vxorem, & filios expellere de iureiu. Quintauallis, & per l. ff. de leg. 1. si quis inquilinos, in fi ubi quod scriptum est in testamento contra bonos mores, & iuramentum, nullius est momenti, ad idem de pact. dota. l conuenire, ubi pactum ne cum vxore agatur rerum amotarum, non valet: quia per illud inuitantur mulieres ad furandum. Non est ergo præcise uera regula, quę dicit, q iurām seruandū est, si potest sine interitu salutis æternæ seruari, ff. de iureiu si uero, 4 nam si est contra bonos mores, non obligat, ut hic, & in supradictis iurib. Idem in quolibet renunciatio eo tit. sicut, & c. tua nos & quā vi, vel dolo præstitum est, sup eo. lib. de iureiu licet, quod dic, vt sup. quod met. cau. abbas, & 15. q. 6. c. 2. Et facit ad hanc regulam, int. eo, in malis. (Facit etiam sup. eo. lib. de elec. vbi periculum §. qui autem, & c quia sæpe, de reb, eccle. non alien §. contractus.) Et habuisti idem de impossibili sup. eo. nemo potest (vt hic dixi, hoc est impossibile moris, uel iuris, & ut hic dicit Dynus, quę contra bonos mores sunt, impossibilia dicuntur de iure, ff de condi. institu filius, & l conditiones, & l. quidam ergo, &c.] Non t. net ergo turpe pactum, vel contra bonos mores, sup. de pact. c vlti, ergo nec iuramentum, quod accessorium est & facit sup. eo accessorium, & vide, quod ibi dixi. Et not. quod debemus reb vti eo modo, ad quem sunt institutæ, ut 22. q. 2. Is autem. Sed iuramentum non est institutum, vt si iniquitatis vinculum, 22 q. 4. inter cetera, ergo iniquitatem non vinculat, vel obligat, vt hic uides

ADDITIO. Loquitur ergo regula cum dicit contra bonos mores, in prohibitis propter turpitudinem sui. In prohibitis uero fauore personæ iuramentum illius, cuius fauorem respicit, facit ualere, quod non ualebit, secundum Dyn us in authen. sacramenta. C si aduer ven. supra eo. lib. de pact. cap. 2. de iureiu. eo. 2. cum suis concor. Io. And.

---

† Vide B. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7.

1 Quotuplex sit error, & qualis error impediat matrimonium, vide Magistrum, & ibidē late Theologos Scholasticos li. 4. sen. dist. 30.

Salamsuā an possit iudex iterpretari.

2 Vide hic tractatum regulæ Soc.

Ca. Quintauall. de iureiu. peculiarites declarat.

3 Ibi vide Do. Phi.

4 Hic intelligit P. q non solū mores, qui iure canonico reprobantur, dāt mali: sed ē illi, qui iure ciuili, tñ loā. An. c. quē admodū. sup de iureiu. versi. vel nasum vult, q iuramentū q mores a iure ciuili reprobatos nō sit nullū, nisi reprobet ēt iure canonico. sed de isto latius ibi Imo. chap. 12. et 13. Phi.

Dolo

res præstitum iuramentū.

¶ Idem.

REGVLA LIX.

DOlo [a] facit, qui petit quod restituere oportet eundem.

DOlo facit.] Casus figuratur per cap. nullus. 14 q. 4. iuncto c. debitores, de iureiu. in auth & l. dolo. de exce. doli. hoc modo; Ponamus, quod Titius mutuauit mihi sub vsuris aliquā pecunię summā, & fuit facta pactio vallata stipulatione; quia ex nudo pacto etiam iuxta contractum non oritur actio, nisi sit vallatū stipulatione, l. 1. C. de vsu. ergo Titius mutauit mihi pecuniā sub vsuris: satisfeci de sorte principali, de vsuris nō satisfeci: vult agere cōtra me ad vsuras, dico ꝙ non teneor; q̄a etiā si soluerē vsuras, possē eas repetere tanquā indebitas, & esset illas mihi restituturus, & sic dolo petit illud, ꝙ est mihi restituturus: vtrū benedicam? Rñdetur, ꝙ sic. Sed si iurassem soluere vsuras: tunc deberē solue, vt seruarem iur͞m, non aūt virtute obligationis, & ex vi actionis: sed ideo, quia possum seruare iuramētum sine interitu salutis æternæ: ideo debeo vsuras soluere, vt seruem iuramentum, sed postea potero illas condicere tanquam indebite solutas.

[Prima gl. dicit vnde sumpta, & ponit exempla: secūdo notat duo necessaria, vt procedat regula.]

a ¶ Dolo facit.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. in condemnationis. §. dolo facit. Pone ergo casum in vsurario, qui non petit vsuras a debitore, ipsas enim restituere cogeretur. 14. q. 4. nullus. ad idē de iureiu. debitores, & respon. ad idem, ff. de excep. do. l. dolo. vbi hęrede damnato a debitore, debitor non pōt ex testō agere: & doli mali exceptione vti pōt, & ibi etiā sunt hęc verba. Duo aūt notantur circa hanc regulam: Primo, ꝙ hic dr̄, locum habere, qū restituenda est res ei, a quo petit commodatarius enim repetit rem a fure, quam restituere eum oportet domino. C. de ser. corrup. l. vlti. § sed cum. Vir soluto matrimonio petit dotem a socero, quā vxori, & eius liberis eum restituere oportet, ff. matr. si socer. §. Lucius (Et ibi de hoc, & C. loca. si quis conductionis, si enim restituturus esset socero a quo petit, locus esset regulæ.) Idem in vsurario, qui vsuras repetit quas alijs soluit, si non est soluendo: præstita cautione de ipsis restituendis ei, a quo percepit. argu. de restitu. spo. olim 2. & not. de vsu quia frustra. Secundo nota hanc regulam non habere locum in possessorijs iudicijs, sed in petitorijs, & hoc etiam not. Goff. de offi. de. lega. venerabili, & Bernar. de restit. spo. in litteris, & ꝓbatur, ff. quo lega. 1 in prin. ubi dicitur ꝙ hęredi restituitur, quod legatorum nomine præter eius voluntatem per legatarios possidetur. 3. q. 1. cap. 2. de ordi. cog. cap vlt. & in prædict. decret. in litteris, & in c. seq. & C. de rei vendi. ordinarij, cum suis concor. & ff. de iudi. si de vi. Io. And.

Regula dolo facit in possessorijs locum non habet.

NOn est in mora.] Casus in hac regula figurat mul tis modis. Primo mō per c. incognitus 17. q. 2. pro intellectu huius regulæ est præsupponendum, ꝙ si seruus alicuius dñi dño ignorāte efficiatur monachus, & faciat professionē, non tenet professio: sed dñs pōt illū repetere, ꝙ verum est, nisi dñs tacuerit per triennium: ita ꝙ per lapsum illius tēporis triennij cū taciturnitate validatur ingressus, & hoc facit tacitus cōsensus reluctās ex ista taciturnitate. Hoc pręsupposito pone sic casum: Habebā aliquē seruum: qui me dño ignorāte intrauit aliq̄ religionē, & in ea fecit professionē, ꝫ. triennio nō reuocaui seruū meū: sed ēt per me nō: stetit q̄a nō poterā ire ad loca lōginqua ꝓꝑ infirmitatē, vel aliud iustū impedimentū, vtrū debeat mihi imputari, vt non possim seruū meū repetere obstante lapsu triennij? Rñdet. ꝙ non, sed ipsum seruū possum repetere nō obstante lapsu triennij, q̄a nō fui in mora. ¶ Itē pōt casus figurari per c. de quarta, de ꝑscr. in ant. Ego rector alicuius ecclesię parochialis non solui quartā diœcesano, quia ꝑdecessores mei ꝑscripserunt: vtrū dicar esse in mora, & sim puniendus tanq̄ morosus, vt incurrā pœnam impositā contra morosos per diœcesanū? Rñdetur, quod nō: quia possum me tueri defensione legitima. Itē potest poni casus per l. lecta §. sed cum fortis. ff. si cer. pet. vsuræ non currunt, qū quis nō est in mora: Pone ꝙ promisi tibi reddere centum cum vsuris: postea fecisti mihi pactu de sorte principali soluēda: vtrū durāte tēpore currāt vsurę? Rñdet, ꝙ nō: q̄a poterā me tueri exceptione legitima: iō ꝓpter exceptionē nō sum in mora.

¶ Idem.

REGVLA LX.

NOn [b] est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.

¶ Idem.

REGVLA LXI.

QVOD †

[Prima gl. primo dicit vnde sumpta est, & ponit exempla, scdo reddit rōnem, & ponderat, ꝙ dicit legitima.]

b ¶ Non est in mora.] Hęc regula sumpta est ex l. ff. eo. ut nulla intelligitur, & nihil interest 1. Pone exemplū in dño, qui non requisiuit inf. triennium seruū suum fugitiuum monachum factū, dr̄ enim in mora, quod est verum, nisi tueri se possit exceptione legitima, puta longinquitate loci. 17. q. 2. si quis incognitus. Itē pone in clerico, qui non dicitur in mora soluendi quartam decimarum, si tutus est exceptione pręscrip. supra de quarta. Item pone per l. ff. si cert. peta. l. lecta est. §. sed cum fortius, ubi sunt hæc uerba, ubi ille qui tutus erat exceptione dilatæ sortis per tertium pactum non dicitur in mora, & sic non ueniunt usuræ, ut ibi. ad idē ut lit. non contest. quoniam, §. si uero aliter. in fi. Potes ēt exemplificare per ea, quę dixi. sup. eo. imputari non debet. Et no. quia ut dixi sup. eo. mora sua cuilibet, ut quis dicatur morosus, necesse est, ꝙ sciat, vel scire debeat se debere, sed ille, qui tutus est exceptione legitima, nescit se debere, uel nescire debet, ergo non est in mora. (ita quod prout dicit Dynus ab omnib. effectibus moræ, quos post eum scripsi in regula, mora super 1. gl. exēptus erit & indēnis.) Itē no. ꝙ dicit exceptione legitima, q̄ est, cū est obligatus iure naturali & ciuili, obstat exceptio, puta pactum de nō petendo. vel similis, vel est obligatus iure naturali tantū. Et facit quod circa indebitum no. 1. q. 4. in fi. & ff. de sol. is qui. Et intelligit exceptio illa legitima, quę replicatione nō eliditur, pone exemplū. Debebas mihi decem, tibi feci pactum de nō petendo, sed per metum, vel furoris tempore hoc feci, tūc exceptio pacti non est legitima, quia eliditur replicatione furoris, vel metus, & ideo diceris in mora fuisse, & idem in similibus.

ADDITIO. Idem Dy. ad hoc ff. eo. nihil ff. de exce. l. 2. De replicatione plene scripsi. de exce. a nobis. Io. And.

QVod ob. 2] Casus in hac regula pōt poni multis modis. Primo mō per c. Ad Apostolicā: de regularib. in ant. Intraui religionem nō Medicantiū, nondū lapso anno volo facere professionē solemnē .i. promittere in manib. prælati seruare obedientiam, paupertatem, & castitatem, conuentus autem consentit, vtrum possim facere talē professionē probationis? Dr̄ ꝙ sic, quia annus probationis introductus est in fauorē intrantis, vt experiatur ne assumat onus importabile. Itē in fauorē monasterij vt possit experiri mores intrantis, ideo non debet retorqueri in eorū lęsionē. Itē pōt figurari per l. non eo minus, C. de procu. Certū est, ꝙ si minor fuit in iudicio sine auctoritate curatoris, feratur sentētia contra ipsum, non tenet sententia. Sed ponamus, ꝙ minor fuit in iudicio sine auctoritate tutoris, vel curatoris, licet aliqui teneant, ꝙ si litiget per se, non tenet sñia, secus si per procuratorem. Ponamus ergo, ꝙ minor constituit procuratorem sine auctoritate curatoris, qui procurator fuit admissus, quia non fuit ei propositū, ꝙ ipse fuerat cōstitutus a minore sine auctoritate

† Not. ꝙ inducta in alicuius fauorem, vel vtilitatem, non dent in eius odiū, vel lęsionē retorqueri. Ph.

1 Io. Mo. dicit ponendū casum per l. ff. de cōpe. cum alter. & l. seq. de iudi. nō rr. ff. de re iud. cōtumacia, §. vlu. ff. de vsu. cum quidā. §. si pupillo. Io. And.

Exceptio dr̄ legitima, q nō elidit replicatiōe.

2 Hic vide Ia. & omnes in l. quod fauore. C. leg. Feli. c. intelleximus, de iud. c. dilectus, de rescri. 2. col. vers. cētra concl.

ctoritate curatoris fuit deuentum, vsque ad sniam diffinitiuam, quæ fuit lata pro minore, vsque ad suam vtilitatem; an valeat talis snia? Dr, q sic: ne illud, quod est introductum in fauorem minoris, vertatur in eius detrimentum: quia fuit introductum in fauorem minoris, vt interueniret curator, ne minor decipiatur.

ob [a] gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

¶ Idem.

[Prima gl. ponit exē pla: secundo successiue signat, & soluit septem ꝯtra: tertio cōuertit regulam.]

a ¶Quod ob gratiam.] Oeconomus, qui in fauorē Ecclesiæ ꝯstitutus est, Ecclesiam vacantem grauare non debet. 12. q. 2 charitatem. Itē pone per decre. de reg ad Apostolicā in religionib. non Mendicantibus; per decr. eo. tit. non solum, sup. eo. lib. & c. seq. Item pone per l. C de procu nō eo minus, vbi snia pro minore lata, qui sine tutore causam egit, bene tenet. vnde dicit ibi textus, minoribus ætas in dānis subuenire, non in rebus prospere gestis obesse cōuenit, & habes idē C. de legi. l. quod fauore, ff de legi. l. nulla iuris rō, & prosequere, vt ibi vtrobique, & facit in auth. de Illustri. & qui superillustres sunt. colla. 5. vbi licet ꝯcessum sit clarissimis, q per procuratorem agere possint, nihilominus, & per se agunt si volunt. nec cogere potest aduersarius minorem vti beneficio restitutionis in integrum sibi concesso ꝯ ꝯtum, ff. de mino. l si iudex [Dat Dynus aliud exemplum per l. 3. §. dux, ff ad Car. Dicit etiam q ꝯfirmatur hæc regula, & ipsius exempla traduntur, ff. de leg comm. l 2. de in diē adicte Sabinus, de fide instru l plures, de secun. nuptijs, generaliter, §. in his.] Contra, sup. eo lib de præb. cui de non sacerdotali. Sol. illud facit forma mandati, & facit qrod dixi, sup. eod plus semper. Item ꝯ sup. de mu per prudentiam, vbi clausula, appellatione remota, impetrantis fauore apposita, in læsionem retorquetur ipsius Sol ibi: quia id locū habet, cum princeps aliquid concedit ad instantiam petentis, hoc cum motu proprio: puta minoribus, vel Ecclesijs. [1] Et sic etiam īntelligitur de decre. de constru. cum omnes, ff. quod quisq; iur l. 1. & probatur eod. tit. l. 3. & facit optime ad hanc solutionem, sup. eo lib. de præb. si motuproprio. Item ꝯ ff de iur. au. annu. l. 2. vbi lata snia pro me super ingenuitate, perdo ius annullorum sed hoc non induxit snia, sed tacita mea renuntiatio, quia eligendo vnum ex contrarijs, alteri renuntio, sup. de elect vt quis, C. de fur. l. 1. [2] Item ꝯ. C de quæst. l pridem, vbi seruus pro domino non torquetur. Sol. non posset torqueri pro dño quinetiam torquetur ꝯ eum, quia pro vtraq; parte testis iurat dicere veritatem. Item ꝯ. C. de Iudæis l die Sabbath, vbi præcipitur, q Iudæi non conueniātur nec, conueniant in solemnitatibus suis. Solu. speciale est propter solemnitatem. Vel posset dici, q concessio illius priuilegij non fecit in fauorem propriū (propter æqualitatem in iudicijs seruandam. [3] Item ꝯ. ff. de peri. & com rei vend. vina. vbi in fauorem emptoris vina emptionis excepta fuerunt acida, & mucida, & tñ ipse emptor illa inuito venditore habere non poterit. Solut ibi nullus fauor, sed ius cō. hic aūt de gratia, vel fauore loquitur, qd est propter ꝯ ius cōe. sm Accur. Item signat ꝯ ff de auct tuto l obligari, § hæreditatem, & insti. de Autl tut §. neque [4] vbi dr, q pupillus non potest adire hæreditatem et locupletem sine tutoris auctoritate. Solu. in his, quibus certum est conditionem pupilli effici meliorem, valet factum a pupillo etiam sine tutoris auctoritate, et si fertur pro eo snia, vt in l. non eo minus. In his vero quibus certum est conditionem pupilli deteriorē constitui, vt si aliquem se obliget, vel actionem cedat. factum sine tutoris auctoritate non tenet, C. de auct præ. l. 2. & 3. in his vero, quibus dubium esse potest, an pupilli conditio constituatur melior, vel deterior, vt in hæreditatis aditione, quæ potest habere latentia onera: factum a pupillo sine tutoris auctoritate non tenet, vt in dictis ꝯtrijs: & hoc fauore pupilli, ne oneribus implicetur, ff de acq hær l. more, & l pupillus. Et hæc regula habet veritatem in sui ꝯtrio, s. quod pœna, vel odium non debet conuerti in præmium 16. qō 1. legi. supra de sent. excō. si vere, cū suis concor. ff. de leg. 1. l. si seruus pluriū, §. qui autem.

ADDITIO. Dyn. etiā allegat, ff. de inter, & releg. relegato rū, §. vlt & l. seq. & qd̄ no. in auth. de hære & fal. §. si vero, coll. 1. Io. And.

1 Placet Philip. & Dyn.

2 Idem Dynus.

3 Idē Dy. & Paul.

4 Ibi vide omnino Nicolaū Boer.

Pena, vel odiū non dēt ꝯuerti in pmiū.

REGVLA LXII.

NVllus [b] ex cōsilio, dū modo fraudulētum non fuerit, obligatur.

NVllus ex consilio.] Casus figuratur per l. 2. in fi. ff. man. Cum Titius haberet aliquam pecuniam, & erat dubius, an deberet illam fœnerare, idest, mutuare sub vsuris, vel exponere in emptionem prædiorum, ipse petijt a me consilium: ego dedi consilium ei, vt potius pecuniam suam fœneraret, quam in emptionem prædiorum collocaret, quod fecit insequendo ꝯsilium meum: postea sui debitores, quibus pecuniam fœnerauerat, sunt facti non soluendo: quia mercantiæ suæ perueniebant ad alios mercatores, ipse videt se deceptum ex consilio meo, vult agere contra me actione mandati, vt restituam sibi damna, & interesse, quæ ipse consecutus est ex consilio meo, vtrum possit? Respondet, q non, nisi fraudulenter fecerim, vt si erant debitores mei, & dedi ei tale consilium, vt debitores mei mihi satisfacerent, tunc ex consilio doloso teneret.

[Prima glo. dicit vnde sumpta, ponit rationem regulæ, & exceptionem, secundo distinguit, tertio ostendit quid differt consilium a mandato.]

b ¶Nullus ex consilio.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. consilij. Ratio huius regulæ colligitur ex canone, 14 q. 1. quod præcipitur ex decre. de arb. cum olim ex l ff manp. l. 2. in fin. per quam exemplificare potes, & ibi de hoc. Et ff. de verb. sig. sæpe, in fi. & inst de obl. quæ ex deli. § ope. Nullus enim tenetur consilium sequi, imo explorare, & deliberare debet apud seipsum, an sibi expediat, necne, vt in prædictis iuribus. Si autem consilium sit fraudulentum, bene obligatur consulens, licet duret ratio supradicta, & hoc ratione fraudis exemplifica per canonem 86. dist. tanta, sup. de renun. sane, ff de dolo, si cum scires. Nota igitur, & breuiter circa hoc, aut consilium datur circa contractum, vel quasi, aut circa maleficium, vel quasi. Primo casu subdistingue, aut tale consilium non est fraudulētum, & tunc non tenetur, [5] vt hic, & in supradictis iurib. ff. de dolo, eleganter, in fin. aut est fraudulentum, & tunc tenetur actione de dolo ipsi, cui consilium dedit, vt in prædict. l. quod si cum scires, vbi ille, qui dolose mihi consuluit, & forte sui lucri causa, mutuare debitori non idoneo, tenetur mihi actione doli. ad idem, ff de proxenetis, l. 2. In secundo casu, scilicet cum datur circa maleficium: tunc tenetur consulens, non tamen illi cui, sed illi, contra quem consilium dedit, nec tunc tenetur actione de dolo, sed eius maleficij nomine, vt si cōsuluit occidi, homicida est 50. dist. si quis viduam de homi. sicut dignum. Si consuluit seruo, vt fugeret, vel furtum faceret, tenetur furti, [6] vel serui corrupti, ff. de ser. cor l. 1. §. persuadere. Si consuluit Titium mihi iniuriam facere, tenetur mihi actione iniuriarum, de pœni dist 1. non solum, ff. de iniur. l. non solum. Idē vbicunque cadit nomen maleficij; ipsi autem, cui dedit consilium non tenetur, tum quia scire debebat id sibi non expedire, vt supra dixi, tum, quia de improbitate sua nullus consequitur actionem, ff. de fur. itaque fullo. Differentia est ergo inter mandatum, & consilium: nam mandator obligatur mandando, sed non consulens consulendo, ff. mand. l. 2. & insti. man. §. tria genera, vbi de hoc.

5 Sentit Bar l. non solū, §. si mandato ff. de iniu. circa fi. & l si remunerādi, §. si tibi, in mandato non cōsil. loquitur. Phil.

6 Non tñ cōdictione furtiua, ff. de cond. fur. proinde, quod dic, vt ibi not. & pdic. L. sæpe. I. A.

Boer.

EXceptionem.] Casus figuratur per c. illud sup. de p̄scri. hoc mod. Titius detinebat re ad me pertinentem: feci eum ꝯueniri coram iudice competente: obtuli ei libellum, cui petij rē̄ sen: Cū recusaret ꝑ ipsum rñdere meo libello: Titius excipiendo proposuit, ꝙ ipse possederat illā rem ꝑ tp̄s sufficiens ad p̄scriptionem: petebā, vt ipse ꝓbaret, se p̄scripsisse illā rē: Dicebat ipse, probato primo, ꝙ res fuerit tua, dixi, ꝙ sufficiēter ꝓbaui meā intentionem per tuam exceptionem perēptoriam: & aliter non teneor probare rem ad me ꝑtinere: quęritur an bene dicam? Rñdet, ꝙ non, quia teneor probare me esse dñm illius rei, quam peto: quia exceptionem obijciens non vr̄ aliquid de intentione aduersarij ꝯfiteri. Vel pone, ꝙ a te petij centum scuta, & per libellum meum dicebā, ꝙ illa promiseras mihi soluere infra certum tp̄s; & petebam te ꝯdemnari ad reddendum, & tradendum illa centum vna cum expensis: tu excipiendo proposuisti, ꝙ mihi solueras illa centum, vel tibi feceram pactum de non petendo: vtrum per illam ꝯfessionem videaris mihi ꝯfiteri, quod mihi promisisti, vt sim releuatus ab onere probandi meam intentionem? Rñdetur, ꝙ non. Et glo. ponit tres rationes istius dicti: quia potest fieri, ꝙ dicas, ꝙ fecissem tibi pactum de non petendo, licet nō esses mihi obligatus. Item si dicat reus rem praescripsisse, non vr̄ confiteri, ꝙ res pertinebat ad actorem: quia forte pertinebat ad alium: & non tenetur, quis rem restituere actori: nisi probat suam esse l. fi. C. de rei vend. Item opponens exceptionem peremptoriam, videtur negare intentionem actoris, & si ex propositione huiusmodi exceptionis resultaret confessio, ipsa produceret duos effectus contrarios, scilicet affirmationem, & negationem, quod est contra, l. qui hominem, §. vlt. ff. de sol. Et obijciens exceptionem peremptoriam videtur negare intentionem actoris. Pro hoc facit, l. vnica, C. de lit. contest. vnde tria sunt de substantia ordinis iudicarij, videlicet, ꝙ offeratur libellus: Item ꝙ fiat litis contestatio: & feratur snia in scriptis, vt gl. in d. c. de causis: de officio, & potestate iudicis delegati, in antiq. & in l. prolatum, C. de senten. & interlo. omnium iudi. Quaeritur vtrum per propositionem exceptionis peremptoriae fiat litis contestatio? Dicit Cynus in d. l. vnica, de litis contesta. ꝙ sic: quia si quis negaret intentionē actoris, videtur facta litis contestatio, modo proponendo exceptionem peremptoriam reus tacite videtur negare intentionem actoris: Nam exceptio peremptoria tacite habet negationem inclusam. Sed habemus contrarium in c. 2. de litis contesta. eiusdem lib. & Bart. in d. l. vnica, alleg. respon. ad illud c. dicit, quod procedit opinio Cyni, quando oblato libello per actorem, reus incontinenti proponeret exceptionem peremptoriam: secus si dato libello reus captaret terminum ad respōdendum libello, & termino adueniente reus proponeret exceptionem peremptoriam. Panor. in cap. vnico, de lit. contest. in antiq. concludit contra Bart. quia cap. 2. de lit. cōtest. eiusdem libro loquitur indistincte, quod per propositionem exceptionis peremptoriae non fit litis contestatio, non distinguendo vtrum illa propositio exceptionis peremptoria fiat ex interuallo, vel incontinenti. Item quia exceptio peremptoria proponitur ad contrarium effectum litis contestationis, & iura allegata pro alia parte non faciunt contra, quia respondendo ad factum sine narrata, vel ad ius fit litis contestatio: & sufficit respondere ad narrata dicendo, nego narrata in tuo libello esse vera, vel ad ius dico, petita in libello non debere fieri: tamen practici cōmuniter faciunt lit. contest. respondendo ad vtrunque, s. ad factum & ad ius. de hoc per gl. in c. 2. allegatam.

¶ Idem.

REGVLA LXIII.

EXceptionem [a] obijciens, non videtur de intentione aduersarij confiteri.

{Prima gl. ponit exemplu & remittit: secundo obijcit: ponit opinionem, quam non approbat, & soluit reddens triplicem rationem regulae, & supplens cautelam, quam improbat: tertio prorogat regulam ad replicationem.]

a ¶Exceptionē.] pone casum sup. de praescr. illud, ff de excep. l. non vtiq;, & hēs hęc verba s. de exce. cū venerabilis. Et prosequere hanc materiā, vt ibi no. Et aduerte, qa mirabilis vr̄ haec regula, nā si ego excipio de pacto de nō petēdo, videor ꝯfiteri debitū fuisse: si dico, interrupi praescriptionē, videor fateri te p̄scripsisse, si dico, ꝙ te praescripsi, [1] ergo primo id tibi debitum erat, quod praescripsi, & sic actor nil amodo deberet cogi probare, sed excipiens tātum, & facit ad hoc sup. de translat. praeterea [2] ideo dixerunt quidam [3] hic loqui de exceptione non numeratae pecuniae, & similibus. [.] Quas Dynus hic dicit non esse exceptiones iuris, sed facti, vel intentionis] in quibus reus nil fatetur, vt not. in d. l. non vtique. Sed secundum hoc mihi vr̄ hęc regula superflua, & ipsius nulla dubitatio. Dic ergo, ꝙ huius regulae ratio triplex est: prima, quia licet dicam, fecisti pactum de nō petendo: poterit esse, quod illud non erat vere debitum, vel naturaliter debitum tantum, vel nullo modo. Item licet dicam, interrupi, forte non erat completa praescriptio, imo hoc dicere videor, ꝙ completa non fuerit dicendo me interrupisse, vel si completa fuerat, sine titulo fuerat, & bona fide. Idem in alijs exceptionibus. Secunda, quia per exceptionem nego me debere, si per ipsam de intentione actoris diceret confiteri, eadem exceptio duos contrarios effectus haberet, quod esse nō debet. ff. de sol. qui hominem, §. vlt. de baptis. & eius effect. maiores. Cum igitur per exceptionem neget intentionem aduersarij, non est congruum, me per ipsam dici fateri. Et quod dicitur, ff. commo. si is, § vlt. si speciale propter iustam ignorantiam soluentis, ne sit in damno solum. Tertia, quia reus priuilegiatus est, vt possit proponere, duas exceptiones etiam contrarias, vt dixi sup. cod. nullus pluribus. Sicut ergo expresse dicere posset, nego te praescripsisse, & postea si praescripsisti interrupi, vel nego me promisisse, & postea pactum opponere de non petendo, sic dicendo tuam praescriptionem interrupi, vel pactum de non petendo fecisti, vel his similē, intentionem aduersarij non fatetur, cum adhuc dicere possit, non promisi, non praescripsisti, & sic de singulis. Tutius tamen esset ipsi reo sic dicere, [3] Nego me promisisse, & posito, quod promiserim, mihi pactū de non petendo fecisti, & sic de singulis. Ad hoc 13 q. 2. in prin. & not. in praedic. decre. cum venerabilis, & in p̄dic. l. nō vtique. Sed quia haec forma verborum docet mentiri, vbi conscientia, & veritas est in contrariū, non est amplectenda, [4] cum prius animas, demū linguas oportet fieri eruditas, vt in prooemio, ff. in fi. Facit, qd̄ dixi sup. de contest. c. 1. in glos. 1. ver. ad propositiones. Vnum not. quia idem, quod dicit haec regula in exceptione, intelligas, & in replicatione, vnde sicut excipiens nec confitetur actionem, ita nec replicans exceptionem, eadem de causa. sicut enim se habet exceptio ad actionem, ita replicatio [5] ad exceptionem, & triplicatio ad replicationem, & hoc satis probatur sup. de exceptio. dilecti, ff. de excep. l. 2.

¶ Idem.

REGVLA LXIIII.

QVAE

QVae contra.] Casus in hac regula figuratur multis modis. Primo per c. non solum, supra de regularibus. Iure prohibetur Mēdicantibus religiosis, ne ipsi recipiant aliquem ad professionem faciendā intra annum probationis. Sed pone, quod ipsi fecerunt ꝯtrarium, vtrum teneat professio? Est ibi textus, quod nō, quia talis professio est facta contra ius.

¶ Item ponitur casus per c. 2. de testi. in antiq. Prohibetur iudicibus ne recipiant aliquos testes parte non vocata

[1] Not. hoc & remissioné, quā statim da bo. Io. An.

[2] Vt no. in Spe. de exce. §. vlt. post prin. & ibi vide ꝙ de praescriptione ibi scripsi sup. prima forma. Io. And.

[3] Et hoc casu intelligit Dyn. hac regulā inducēdo, l. si q. dē, C. d̄ excep. 2. §. sīl. ꝙ nō placet, vt sequit in gl. Io. An.

[4] Nec est necessaria dummō fiet in me ritis exceptionis, super quo. f. ue qd̄ no. ī. co. li. de lite ꝯtest. c. 2. in gl. antep. Io.

[5] Fortius, vt dixi de exce. a nobis, in summa replicationū. i 4. mebro. Io. An.

cato. Sed pone q cum litigarem contra te coram iudice competente lite contestata negatiue super meo libello, & datis meis articulis iudici, ipse iudex te non vocato, neq; citato recepit & examinauit meos testes, an valeat receptio & examinatio testium? Respondetur quod non.

¶ Item potest poni casus in alienatione rei ecclesiasticæ, quæ non potest alienari sine causa, & cum auctoritate prælati: si causa non subsistēte & sine auctoritate superioris fuerit alienata, non valet alienatio.

contra [a] ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

¶ Idem.

[Prima glossa remittit ad exempla, & ponit alia, & remittit de materia. Secundo obijcit in specie, & in genere de prohibitis, quæ facta tenent, vel confirmantur, & tripliciter soluit: ponit & quartam solutionem, quam improbat: Tertio obijcit de maleficijs, & soluit]

a ¶ Quæ contra.] Pone exempla, quæ dixi sup. eo. non præstat impedimentum. Item 25. quæst. 2. imperiali. vbi sunt hæc verba. & sup. eo. lib. de reg. non solū. & sup. de testi. c. 2. & C. de leg. non dubium vbi de hoc. Obijcitur ad hanc regulam de matrimonio contracto post simplex votum, quod tenet. sup. eo. lib. de vot. c. vnico & de matrimonio contracto post interdictum ecclesiæ. sup. de matri. contract. contra inter. eccle. per totū & inter compatres ex catechismo. ē. eo. lib. de cogna. spir. c. 2. & de sententia sub conditione lata, quæ tenet. 2. quæstio. 6. biduum. & in ecclesia consecrata per alienum episcopum, vt 7. q. 1. episcopus in diœcesi. & de oībus, quæ fieri prohibentur, tñ facta tenent 1 Item obijcitur de ijs, quæ fiunt contra ius, & postea cōfirmantur: quæ allegaui supra c. non firmatur Sol. generaliter dici potest secundum Ioan. qui hoc not. 10. dist. vides & Ber. q. 1 Item not. de spon. duo. c. vlt. in vlt. gl. & Accur. in prædicta l. non dubium: hanc regulam habere locum in ijs, quæ perpetuam habent prohibitionis causam: Contraria in ijs, quæ temporalem. Vel dic hanc regulā esse veram, nisi eodem vel alio iure tolleretur 2 & sic intelliguntur contraria. Et de hoc in Spe. de disp. & alle. c. ii §. post hæc ver. vel illud ius, &c. Vel dic q illa non sunt directe contra ius: q̄a licet ius non assistat, non tñ plane resistit. Quidam tamen distinguere voluerunt, dicentes, q aut ius prohibet, & addit, q si contra prohibitionem fiat, non valeat, aut simpliciter prohibet. In primo casu habeat locum hæc regula cum suis con. co. In secundo habeant locum contraria & sua similia & facit ad hoc sup. de reg. ad Apostolicā, sed hæc distin. ctio reprobatur per p̄d. ct. l. non dubium vbi habes expresse, q sufficit legislatoré aliquid prohibuisse, licet non adiecerit. si contra factum fuerit, non valere. Item videtur tenere Guliel. supra de oth. ordi. Romana. sux. ta. 3 Item obijcitur de maleficijs, quæ contra ius fiunt, nec tamen habetur pro infectis. solu. hæc regula habet locum in ijs, quæ de iure sortiuntur effectum. 1 alias sortiri possunt. Et facit quod dixi supra eo. ut non præstat impedimentum & illud hic adde: nam matrimonium nullum interdum non habetur pro infecto: imo præstat impedimentum secundo, & electio nulla interdum præstat impedimentum secundæ quod dic vt no. de elect. auditis, Io. And.

IN pari.] Casus figuratur primum per capitulū, non sane 14. q. 5. Cum haberem litem cū Titio, fuit tali res procerum. q fuit deuentum ad renunciationem & conclusionem, visis meis actis & attestationib. testium, vidi q habebam causam iniustam, vidi iudicem corruptibilem: dedi ei certam pecuniæ quantitatem, vt ipse ferret sententiam pro me, iudex illam pecuniam recepit, non est dubium. q ipse iudex illam pecuniam turpiter recepit, & ego similiter illam turpiter dedi: volo postea repetere illam pecuniam sic per me traditam, dicendo, q ipse illam recepit ob turpem causam, vtrum possem? Respondeo, q nó: quia ipse est possessor, & in pari delicto melior est conditio possidentis: tamen pecunia non deberet remanere apud iudicem, sed fiscus debet illam habere: sed si solū promisissem, non posset iudex agere cōtra me, quia sum possessor. ¶ Item potest poni casus per c. quia frustra. ē. de vsuris. h. e. modo: Exercui vsuras p aliqua tpa, postea deueni ad paupertatem, & illas vsuras nō restitui: Et ponamus, q ex accepi pecuniam sub vsuris: illas vsuras cum sorte principali solui creditori, volo illas vsuras repetere tanq̄ indebite solutas, fuit pro parte aduersa oppositum, q̄a pluribus alijs debitoribus acceperam vsuras, dicit ibi q non possum repetere vsuras, nisi restituam vsuras illis, a quibus recepi.

REGVLA LXV.

IN † pari [b] delicto vel causa, potior est conditio possidentis.

¶ Item potest poni casus per l. vbi autem. ff. de condi. ob tur. cau. Aliquis Titius dedit pecuniam alicui virgini ob stuprum committendum cum ea, ista mulier recepit illam pecuniam: Titius vult eam repetere dicendo, q mulier illam recepit ob turpem causam, vtrum possit? Et ibi tex. q non: quia est ibi in pari turpitudine: vnde dicit gl. in pari turpitudine, vel in pari causa. ¶ Et respectu causæ pōt sic poni exemplum per c. si a sede. ē. de præben. eo. lib. Cum vacaret aliquod beneficium, fuit collatum duobus: quia Papa illud tibi contulit, & ordinarius mihi, quæritur quis erit potior: quia non apparet de proprietate collationis? Dicitur q ille est potior, qui possidet; & si neuter possidet, ille est potior, qui habet causam a Papa.

[Prima glo. dicit vnde in vtroque membro sit sumpta, & vtriusq; membri ponit exempla, obijcit ad vnū exemplum, & soluit; secundo notat, signat contrarium & ibi remittit.]

b ¶ In pari.] Inquantum hæc regula dicit de delicto sumpta est de l. ff. cod. tit. l. cum par delictum. inquantum dicit de causa, sumpta est de l. ff. eo. ti. in pari causa. Pone casum in delicto per can. 14. quæst. 5. non sane. In eo scilicet, qui repetit pecuniam, quam dedit pro iniquo iudicio. Item in eo, qui vsuras, quas soluit, repetit, cum ipse sit in pari delicto. 3 de vsur. qui frustra. Item per l. ff. de condi. ob tur. cau. l. vbi autem. & l. seq. vbi habes, q non repetitur, quod pp stuprum, vel vt male iudicetur datum est. De causa pone per decre. ē. eo. lib. de præben. si a sede, & per l. ff. de verb. oblig. si seruum, alias incipit, si Stichum §. sequitur. vbi dicitur, q cum quæritur de damno, & par est vtriusque causa, potior est, qui tenet, quam qui prosequitur, & aduertes qui male videor exemplificare per decr. illam, si a sede. nā ibi non erat par causa: quia fuerat vni collata p Papam alteri per ordinarium. Sed non quæritur de paritate quoad potestatem conferentium, sed de paritate quoad tempus: quia cui primo collata fuerit, dubitatur: & ideo in hac pari causa temporis, potior erit conditio possidentis 4 Et nota quia hic cohibetur fauor reo absoluitur in pari causa vel delicto. C. de condit. ob tur. cau. l. 2. vnde semper dicere consueuimus, q in pari delicto vel causa, potior sit excipientis conditio, vt in præallegatis iuribus. Ad hoc de concess. præben. ca. te. note. de adult. penul. & vlt. Contradicere uidetur decretalis de concess. præben. cum super. sed solue ut ibi, in gl. quæ incipit, quia frustra in fine [Dy. ius ponit hic dictum c. one in 5 cuius uerba uide ad litteram.]

ADDITIO Io. Mu. in decre. sup. eo. lib. de testi. c. 1. dixit regulam illam in pari, &c. h. cum habere in ijs, quæ in se sunt turpia, ut occidere & furari. Vbi uero factum in se non est turpe, sed qualitas 1 adiecta uel 1 forsan facit illud turpe, tunc non est melior conditio possidentis

1 Dat Dy. exemplū de l. relegatorū. §. ad tempus. ff. de interd. & releg. ad idem ff. de rer. Io. An.

2 Ad annulandum contractum uel exceptionem pare tur, ut in ijs, q̄ metu dolo uel metu Dy. q̄a factum tenet, licet non tenebat considerato est. cau. ff. e. nihil interest. Io. And.

† De commodo possessionis vide doc. in l. quoties. C. de rei uen.

3 Nec ob. q delictū sit circa diuersa. Dy.

4 Vide Fel. in c. capitulū S. Crucis. col. 14. & 15 de rescri. gl. & ibi not. c. q̄a sæpe. de p̄ben. lib. 6.

5 Dicit q de eodem crimine tu non accusas. sed de diuerso pari, uel minori, bn̄, dū tuā tuorū que iniuriā prosequeris. l. neganda. C. q̄ accu. non pos. alias non auditis, nisi mai[9] crimen obijcias. si ciuiliter agas procedit regula, Bar. l. cum ita liet. ff. so. mat. uide Ang. Inst. de exce. col. 14. Fa t. ex. intellexit n. ... de adul.

de posta puto § 1. Itẽ quia de pœnis non arguimus ad similia: 1 quia pęnę non excedunt proprium casum: de pœni dist. 1. §. pœnæ. Item vbi est tale verbum, puniantur, priuentur: intelligimus per sententiam, non ipso iure. de ele cap quia propter. nisi ibi essent verba, q̃ aliud saperẽt: puta, ipso iure, vel eo ipso. s̃ eo. li. de elect. q̃ sit. in fine. licet ibi Card contra, sed primum credo secũdũ Gull. Item quia in dubio mitiorem casum eligimus, ff. de suspec. tut. l. hæ enim & sup. dixi. An iudex possit pœnas moderari, not. 2. q. 3 c. si quem. §. notandum. in glossa, quæ incipit. vt inf 3. q.

> * Quæ nõ sunt de mẽte, nec habẽt cũ dẽ effectũ sup quo vide, qđ scripsi s eo. lib. de ele. si post quam. §. 1. sup glo. & ita, & remissiones, quas ibi dedi. &c. Io. A.

gnior [a] est interpretatio [b] facienda. [c]

¶ Idem.

REGVLA L.

Actus [d] legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

a ¶ Benignior.] Dicit canon: illa digniora sunt imitatione, quæ sunt excellentiora pietate. 9 dist. c. vlt.

b ¶ Interpretatio.]de multiplici interpretatione vide, quod no. 11 q. 1. clericum nullus. § ex his omnibus. de postula. præla. c. 1.

[Glo seq ponit rationem]

c ¶ Facienda.]ratio: quia odia restringi, & fauores cõuenit ampliari. sup. eo odia. cum suis concor.

Actus legitimi.]Casus ponitur. per ca. in electionibus s̃. de elect. eo. lib. hoc modo; vacante ecclesia Pictauieñ. canonici illius ecclesiæ conuenerunt in vnũ tractaturi de electione futuri pastoris: tractatu inter eos habito aliqui ex canonicis cõsenserunt in aliquẽ Titium vsque ad certum tp̃s: vel in ipsum consenserunt casu, quo nauis veniret ex Asia: an valeat talis electio? Respondetur, quod non: quia actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem.

¶ Item potest poni casus per ca solet quæri. 32. q. 2. in matrimonio carnali hoc modo. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum aliqua Berta vsque ad certam diem: an valeat matrimonium? Respondetur, quod non per rationem huius regulæ: quia actus legitimi.

[Prima gl. dicit vnde sumpta, & ponit exempla: secũdo signat successiue lex contraria, & soluit: tertio ostendit regulam iuris ciuilis cautius formatam.]

d ¶ Actus legitimi]hæc regula sumpta est ex l ff. eo. tit. l. actus legitimi. vt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, tutoris datio, &c. per q̃ exemplificare potes hanc regulam. Ponit etiam Dynus exemplum in auctoritate tutoris: quæ si interponatur sub conditione, interpositio est nulla. ff de aucto. tutor. l. 1. & sic conditionalis. Item exemplum pone in sententia. quæ non dẽt ferri sub conditione. 2. q. 6. biduum. Item electio vel postulatio non debet fieri sub conditione. supra eo. lib. de elect. in electionib. Item matrimonium non contrahitur in diem. 32. quæst. 2. solet quæri. supra de condi. appo. c. vltimo. Contra 18. dist, c. vlt. 86. distin. tanta 10. q. 3. vnico, in fin. in quibus excommunicatur quis vsque ad duos menses. Sol. ibi sumitur excommunicatio pro remotione a sacramentis, excommunicatio enim debet esse perpetua. 10 q 1. quia sacerdotes. exponimus tamen perpetuã, id est, donec pœnituerit. 27. q. 1. de viduis č. responso. quia pro contumacia fertur. facit supra de constit. ex litteris Item contra §. de elect. cum in veteri vbi eligendi potestas in certum tempus confertur. Sol. electio est ille actus legitimus, qui non recipit diem: vnde non possunt canonici sibi aliquem eligere in prælatum vsque ad festum Resurrectionis, vt hic: sed potestas eligendi non est ille actus, & ideo datur in tp̃s, vt ibi, nam & procurator datur ad tempus supra eod. lib. de procura. si. quem sub ea. hinc est, quod etiam de iure communi tempora ad eligendũ sunt taxata. de elect. ne pro defectu de concel. præb cap 2 supra eod. lib de iure patro. cap. vnico cum simi. Item contra 7. q. 1. pastoralis. 6. de fi. presby. veniens. vbi prælatura ecclesiæ dari videtur ad tempus. Solu. vt ibi not. in vlt. glo. 2. Item contra. quia matrimonium licet non recipit diem, 3 vt supra: recipit tamen conditionẽ. de condi. appo. sup. c. Sol. Veritate inspecta nondum est matrimonium vbi non interuenit purus consensus, vt ibi patet, imo nec sponsalia, vt sup. eod. lib de spon. c. 1. in fin. Item contra ad id, quod sup. dixi de donatione tutoris inst. q̃ testa. tu. da po. § ad certũ. vbi tutoris datio diẽ recipit. Sol. quod sup. dixi, habet locũ in tutore dato a iudice secus 4 si a testatore vt in prædi. §. Itẽ ad idẽ ꝯ ff. đ tutelis. l. muto, §. penul. vbi datur a iudice sub conditione, si satisdederit: & illa si satisdederis, pura est. Et facit, quod habes supra de elect. significasti. Et not quod sicut hi actus non recipiunt conditionem vel diem, sic nec disiunctionem, vt in prædicto c. in electionibus. Et cod. tit vt quis duas. Item nota, ꝙ regula ista indistincte loquitur de actibus legitimis, qui non recipiunt cõditionem nec diem: lex autem strictius dixit, Actus legitimi, qui non recipiunt, & c quasi dicat, aliqui sunt qui recipiunt, & aliqui non. & loquitur ipsa lex in actibus qui non sunt contractus, sed quasi. Contractus enim bene recipiunt conditionem ff. de contrahen. em. pt l. hæc venditio. Et sic etiam potest solui id, quod supra dixi de matrimonio, secundum Lau. Gof. & Bern. qui hoc not de condi. appo super eo in princip. & facit inf. eod. contractus.

> 2 Est pp mandatũ Papæ, dicit Phil. allegans Io. A. c. cũ bñficio. đ præb. sup. eod.

> 3 Etiã ex dispensatione Papæ, s'm Io. And. licet multi dicant ꝯ.

> 4 Quæ secus no. C. de test. tu. l. 1. vbi duas rõnes reddit gl. addit tertiã, q̃a omissũ a testatore pp diẽ vł cõditionem suppleri põt p iudicẽ, qđ nõ ꝯuertitur. Io. And.

ADDITIO. Ad probandum, quod contractus bene recipiunt conditionem, allegat Dynus insti. de empt. & ven. §. emptio. ff. de in diem addi. l. 2. de peri. & com. rei ven. l. necessario pro empto. l. 2. si sub conditione. vnde locatio, societas, mandatum, & similia, qui sunt legitimi actus, certum est, quod conditionem, & diem recipiunt. Io. And.

¶ Idem.

REGVLA LI.

Semel [e] Deo dicatum,

Semel Deo.] Casus in hac reg figuratur multis modis. Primo per c. ligna. de conse dist. 1. Ponamus, qđ aliqua ecclesia vetustate consumitur, ita ꝙ ista ecclesia pro sui conseruatione indiget nouo tecto deponuntur ligna antiqua: vtrum sit licitum de illis lignis ædificare domum priuatam? Respondetur, ꝙ non, quia ex quo illa semel fuerunt Deo dicata, nõ debent redire ad vsum hominum.

¶ Item põt poni casus in ca vestimenta, ea, distin. Ponamus: aliqua casula vel aliud ornamentum ecclesiæ est de panno aureo, istud ornamentum vetustate consumitur: sunt aliquæ petiæ integræ: vtrũ ex illis sit licitum facere bursas ad vsus hominum? Rñdetur, ꝙ non: quia ex quo semel illæ petiæ fuerũt dicatæ Deo, ex illis non debet aliquid fieri ad vsum priuatorum hominum.

¶ Vel põt poni casus sic, Ponamus, ꝙ aliquis priuatus fecit fieri vnum calicem; qui calix est in dñio illius, qui calicem fieri fecit antequam sit consecratus. Sed ponamus, ꝙ iste calix cecidit inter manus episcopi, qui illũ consecrauit: vtrum ep̃s teneatur reddere calicem illi, cuius erat ante consecrationem? Respondetur, quod non; sed teneatur soluere pretium calicis illi, cuius erat antequam esset consecratus. Et hic est vnus casus, in quo inuitus cogitur accipere pretium rei suæ.

[Prima gl. ponit exempla: secundo dicit etiam in re aliena regulam procedere. Item in eadẽ forma: tertio dicit, quod in non dicatis non procedit; signat contrarium & remittit; quarto notat nedum dominium, sed etiam vsum prohibitum.]

e ¶ Semel Deo. 5 ; pone casum. 12. q. 2. nulli. s̃. de relig. do. ad hæc, ff. de reli. & sum. fu. l. si qs sepulchrum. §. 1. ad idem 19. q. 3 quæ semel. de consec. dist 1. ligna. & c. vestimenta. de foro competent. conquestus, de rerum permuta. mancipia. C. de sacrosan. eccle. Authen. præterea. Et habet locum hæc regula non solum in re propria, sed etiam in aliena consecrata; vnde si aurifaber habebat calicem, quem episcopus consecrauit, amplius non

> 5 Dynus ponit exẽplũ in ęde sacra, quæ si destruit vel corruit, locus tñ remanet sacer. Instit. de re. diui. §. locus ff. đ rer. diu. in tñ §. sacræ. & de ꝯh. emp. l. ædes sacræ. l. An.

b ¶Anno quarto.] fuit hæc data, & iste annus Pontificatus sui currentibus annis Dñi MCCXCVIII. Quarto autem, quando inceperunt ligare nouæ constitutiones 4 huius Sexti libri. De ijs loquor, quæ sunt iuris noui promulgatoriæ, non declaratoriæ veteris iuris. [Vide de quod not. in procemio cle. in glo. vr̄. per hanc.] Et vide, quod a tempore huius publicationis post duos menses in Auth. vt fa. no. cōst. in rubro, & nigro. circa prin. §. vt autem apertius, & hoc tenet Ber. supra in procemio, in n. gl. & supra de constit. c. 2. & facit, quod no. de postu. præla. cap. 1. cum enim id sit iure ciuili expressum & nostro iure canonico expresse non sit cautum, ergo illud ius seruabimus, & ideo fuit hoc finitis duobus mēsibus, scilicet tertia die intrante Maio, eodem anno inceperunt ligare. Item & nostro vr̄ iure corporatum. sup. ne cle. vel mo. cap. vlt. & supra de sent. excom. nouerit. & supra eo lib. de conce. præbend. quia cunctis. circa prin. & in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere Io. 82. dist. proposuisti in gl. ex hoc, quod secundum canones ligat constitutio post sex menses, allegat 18 di. c. vlt. quod de constitutione principis non loquitur, sed quod illud tempus duorum mensium non sit tempus ordinariorum, videtur probari supra de pœn. & remis. cum infirmitas. vbi constitutio principis non ligat, nisi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idem sup. eod. lib. de præb. cum singula vbi datur vnus mensis a tempore notitiæ. ad idem in Authen. vt in priuatis do. sacra myst. non fi. circa fi. coll. 5. vbi dantur tres menses.

1 Bene facit q̄ c. li. de concess. pb c. vlt. in prin. pōde rato l tex. summi Pōtificatus, & qd ibi not. in gl. 3. & quod j. sequitur in hac gl. p q̄ cōiuncta patet, quod Bonifacius tēpus Pontificatus vocat quo non erat consecratus. Io. And.

2 De hoc vide in Spe. de ce. ser. pñens. §. vlt. versiē, quod obtentum est, & circa hoc ad de extrauag. Quinonnulli.

3 Alias, cōfirmationem.

4 Hoc dicit pp. constitutiones sextam prædecessorū, de quibus non dubitatur, quia prius ligarent: licet nouiter p Bonifaciū fuerit hic insertæ illi aūt fuerūt Greg. IX & X & Inno. IIII. Alex. Vrb. & Cle. Nicolai I. I. Aliorū cōstitutiones nō memini hic insertas. Io. A.

&

& in Auth. vt neque miles neque fœderatus. §. si igitur, coll. 9. vbi dantur 30. dies tãtum. Dixit Accursius, quod in prædictis legibus dicitur esse speciale, & idem de supradictis decre. est dicendum. Fateor. n. q licet constitutio principis liget post duos menses, vt supra dixi, id locum habet cum in ipsa constitutione aliud non cauet, nec tempus adijcitur, illud. n. seruandum est, & intelliguntur sic contraria vtriusque iuris. De hoc habui quæstionem de facto a principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati, q constitutiones huius libri nõ ligabant, nisi ex quo iste liber publicatus fuit Bonon. vt sic ignorantes non ligarentur: per c. proposuisti. 82. dist. & 33. q. 4. dixit Sara. & ego contra eos dicens, quod secundum dictum ipsorum in ciuitatibus, in quibus nõ viget studium, & ad quas liber iste directus non fuit adhuc constitutiones huius libri non ligarent: quod esset absurdum. Satis ergo probabili ratione id tenendum videtur, quod supra dixi, & audiui etiam tempore Nicolai III. cassatam electionem cuiusdam Episcopi, quia nõ seruauerat decre. cupientes, sup. eo lib. de elect. quæ tñ ante duos menses solũmodo fuerat publicata. An autẽ constitutio respiciat pendentia, dixi sup. eo. lib. de elect. licet canon. Quæ his scriptis sunt superflua, defectuosa, vel falsa, radenda, supplenda, & corrigenda se offerunt: in quibus aliqualiter excusari mereor: quia corrigi sum paratus: tum quia ex quo scribere cœpi, singulis quasi diebus binis lectionibus, & alijs præter lecturam ineuitabilibus negotijs implicatus singula ponderare nõ potui: tum quia domini mei superius iam dicta mandato, & studentium deuictus instantia, ea non meo velle librata publicare compellor, quinimo etiam ex falsis scriptis s'm Philo. 2. Metaphy. commendabor, quia per ipsa veritatis inuestigandæ materiã alijs præparaui.] Sicut canones 1. q. 1. Spiritussanctus. in fi. & c. ita fit, q et per ministerium reproborũ Spiritussanctus probos colligit.] Suscipiant igitur istic studentes minutę scientiæ labores meos, reminiscentes, q vidua, quæ obtulit duo sola minuta propter sui affectum larga plus oibus dr̃ obtulisse, Mar. 12. 24. q. 1. odi. de pœn. dist. 1. c. 1. versus fi. nam si Deus dederit maiores, & summe vtiles eis in posterum labores meos offeram, iam licet nouiter inchoatos.

Excusatio. Io. An.

Largitas ex affectu & non ex quantitate doni ꝑcedit.

ADDITIO. Data huius Sexti, vt dictum est supra in principio huius gl. fuit anno Dñi MCCXCVIII de tempore compilationis Decreti not. 2. q. 6. §. forma. De tempore Latera. Concil. dixit de ijs, quæ fi. a prælatis. cum Apostolica. in fine De tempore generalis, dixi de deci. c. penul. De tempore vtriusque Lugdunen. dixi sup. eod. lib, de elect. nemo super glo. 2. de Tempore Vien. Concilij. vide not. in cle. de censi. cum sit naturæ consonum in glo. penu. Io. And.

FINIS.

LIBER

REGVLÆ IVRIS CÆSAREI,

EX QVIBVS MAIORI EX PARTE SVMPTAE sunt Regulæ Pontificij iuris, ordine Alphabetico ex Pandectis Florentinis hic referuntur.

ABSENTIA eius, qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet. Regula 183

Actus legitimi qui non[1] recipiunt diem, vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, datio tutoris: in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem: Nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium afferunt, nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit: ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit: quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum. 78

Ad ea[2] quæ non hãt atrocitatem facinoris, vel sceleris: ignoscitur seruis, vel dominis, vel ijs, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus, & curatoribus obtemperauerint. 157

¶ Semper qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo est habendus ac si haberet. ¶ In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in solidum, tenentur: hoc est, vnusquisq; pro ea parte, qua heres est, conuenitur. 200

Aliud[3] est vendere, aliud est vendenti consentire.

¶ Refertur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem partem.

¶ Absurdũ est plus iuris hẽre eum, cui legatus sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem si viueret. 120

Alterius circumuentio alij non præbet actionem. 49

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur. 58

Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est. 179

CApienda[4] occasio est, quæ præbet benignius responsum. ¶ Quod factum est cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem 119

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est, Cæterum si dolus, & calliditas intercessit de dolo actio competit. ¶ Socij mei socius, meus socius non est. 48

Contractus quidam dolo tantũ duntaxat recipiunt: quidã, & dolum, & culpam. Dolo tantũ depositum, & precarium. Dolum & culpã, mandatũ, commodatum, venditum, pignori acceptũ, locatũ. Item dotis datio, tutelæ, negotia gesta in his quidem[5] & diligentiam. Societas, & rerũ cõmunio, & dolum, & culpã recipit. Sed hæc ita, nisi si quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in singulis contractib. nam hoc seruabitur, quod initio conuenit: legẽ n. contractus dedit, excepto eo quod Celsus putat non valere si conuenerit, ne dolus præstetur. Hoc n. bonæ fidei iudicio contrarium est, & ita vtimur.

¶ Animalium vero casus mortesq; quæq; sine culpa accidunt, fugæ seruorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præstantur. 23

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit. 159

Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent. 191

Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. 54

Cuius[6] est donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius est 124

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest. 50

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. 37

Cum amplius solutum est, quam debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti possit: totũ esse indebitũ intelligitur manente pristina obligatione. ¶ Is natura debet, quem iure gentium dare oportet cuius fidẽ secuti sumus. 85

Cum par delictũ est duorum, semper oneratur petitor, melior hẽ possessoris cã, sicut fit cum de dolo excipitur petitoris, neque n. datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in ea re dolo actum sit, qĩlli det permitti potem petere, qui in ipsam non incidit. 197

Cum prætor in heredem dat actionẽ quatenus ad eum peruenit sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. 170

Cum principalis cã non consistat: plerunque nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. 139

Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui aũt donare nõ cõceditur, probandũ erit: nec si donanti cã consenserit, ratam eius voluntatem habẽdam. 126

Cum seruis nulla actio est. 108

Cum tps in testõ adijcitur credendum est pro hærede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris sicut in stipulationibus promissoris gratia tempus adijcitur. 17

DIuus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conueniuntur in id, quod facere põt condemnando. 29

Domum suam reficere unicuique licet: dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. 62

Donari videtur, quod nullo iure cogente cõceditur. 81

EA est natura cauillationis, quam Græci σωρείτην appellant, ut ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. 66

Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur. 178

Ea quę in partes diuidi non põt, solida a singulis heredibus debentur. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est quam tutius. 153

Ea quę raro accedunt, non temere in agendis negotiis computantur. 65

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt. 98

Eius est[a] nolle, qui potest velle. 3

In his[a] nihil facile mutandum est ex solemnibus: tamen vbi æquitas euidẽs exposcit, subueniendum est. 145

Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. 59

Expressa[3] nocent, non expressa non nocent. 156

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. 192

FActum a iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. 131

Factum cuiq; suum, non aduersario nocere debet. ¶ Non vr vim facere, qui suo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalibus causis benignius interpretandum est. 198

Fauorabiliores[4] rei potius, quàm actores hẽntur. 168

Fœminæ ab omnib. officijs ciuilib. vel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices ee põt: nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere. ¶ Item impuberes ab omnib. officiis ciuilibus debent abstinere. 2

Fere in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur. 108

Fere quibuscunq; modis obligamur, ijsdem in contrarium actis liberamur. Dum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio acquiri nisi animo, & corpore potest

Marginal notes (left):

1 Sic Flo. in cæteris non recipiunt, & in arche typo erat additum, non.

2 l. 11. §. si tutoris. ff. quod vi, aut clam.

3 Duo pũcta addebãtur hic in archetypo, vt mos erat addi ad finem singulorũ capitũ. Ant. Aug. li. 1. c. 1. al Rapien 1a.

4 l. 10. ff. pro soc. vnde vr emendanda in scripto huius legis Vlp. li. 31. ad edict. l. 3. sup. de dolo.

5 Vul. qui dã, quã le ctionẽ quidã magis probãt, quam nos.

6 i. Cuius

Marginal notes (right):

l. Iulian⁹ sup de cõdi. indeb.

l. 129. ff. e. super vacuo bis repetitur.

l. Si extraneos sup. de iu. do.

l. 117 ff. tit. proxi.

l. 3. sup. de les leg l. pe. sup de his quæ in testa de l. Perperã Haoland. Eius est nõ velle, &c. Anto. Aug. li 1. c. 2 quidã tũ magis probãt Haloan. lect. quia ita legisse videtur Cuj. et, & Harmeno. in manuscr. est, Eius ẽ nolle.

a l Diuus sup de in inte. restit.

3 l. 25. ff. de cõd & de. l. 138. sup. de verbo sig.

4 Idẽ Ari. proble. quod ad reũ ... ne ...

l. quẽadmodum ... de acqui. possi.

potestate nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum est. 196

Filiusfamilias neq; retinere, neq; recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur. 94

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoq; desideratur. 80

Fructus rei est, vel pignori dare licere. 72

Furiosi vel eius, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. 41

GEneraliter cum de fraude disputatur, nō quid [1] habeat actor sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est. 79

HÆredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus constat. 60

Hæreditas [*] nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuerit. 65

Hoc iure vtimur, ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat

Deiecit, [2] qui vel iussit, vel mandauit, uel ratum habuit. Ratih. habitio mandato comparatur. ¶ In contractib. quib. doli præstatio, vel bona fides, inest hæres in solidum tenetur. 195

ID quod nostrum est, sine facto nostro ad aliū transferri non potest 11

Imaginaria venditio non est pretio accedente. 16

Imperitia culpæ adnumeratur. 175

Impossibilium nulla obligatio est. 145

In ambiguis orationib. maxime sententia spectanda eius est, qui protulisset. 97

In ambiguis pro dotib. rñdere melius est. ¶ Non est nouū, vt q̄ semel utiliter constituta sunt, durent: licet casus extiterit, a quo initium capere nō potuerunt. ¶ Quoties æquitate desiderij naturalis ro aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. 86

In condenatione personarum, q in id q̄ facere pñt, dānantur non totū qđ nōt extorquendū est: sed & ipsarū rō habenda est, ne egeant ¶ Cū verbū, restituas, in lege inuenitur, & si nō specialiter de fructib. additū est: tamē ēt fructus sunt restituendi. ¶ Vnicuiq; sua mora nocet, q̄ & in duob. reis promittendi obseruatur ¶ Dolo facit qui petit quod redditurus est. 134

In contrahenda venditione ambiguum pactū contra venditore interpretādū est. ¶ Ambigua aut intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit. 145

In eo q̄ plus sit, semper inest & minus. ¶ Nemo alienæ rei expromissor idoneus vr̄, nisi cum satisdatione.

¶ Pupillus pati posse non intelligitur. ¶ Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrū esse factum. ¶ Mulieribus tunc succurrendum est, cum defraudantur, nō vt facilius calumnientur. 111

In eo quod uel eis qui petit, vel is a quo petitur, lucrū petitur est, durior causa est petitoris. 34

In is quę officiū per liberas fieri personas leges desiderant, seruus interuenire non pōt ¶ Nō debeo melioris cōdonis, esse q̄ auctor meus a quo ius in me trāsit. 136

In iure ciuili receptū est, quoties per eū, cuius interest cōdōne nō impleri, fiat quominus impleat, perinde haberi ac si impleta cōdo fuisset, q̄ ad libertates & legata, & ad hēdum institones perducitur, quib. exemplis, stipulationes quoq; committuntur, cū per promissore factū esset quominus stipulator conditioni pareret. 161

In negotijs ꝯhendis, alia cā habita est furiosorum, alia eorum q̄ fari pōt, q̄uis actum rei non intelligerent. Nam furiosus nullum negotium cōtrahere pōt, pupillus omnia tutore auctore agere potest. 5

In obscura uoluntate manumittentis fauendum est libertati 140

In obscuris inspici solet, q̄ uerisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet. 115

In oīb. causis id obseruatur, ut ubi personę condō locū facit beneficio, ibi d. ficiente ea, bñficiū quoque deficiat. Vbi uero genus actionis id desiderat, ibi ad quéuis persecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. 69

In oīb. causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorescit quominus fiat. 46

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur. 14

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. 91

In pari cā possessor potior haberi dēt. ¶ Hi qui ī vniuersum ius succedunt hęredis loco habentur. 171

In personam seruilem nulla cadit obligatio. ¶ Gñaliter probandum est ubicunq; in bonę fidei iudicijs confertur in arbitrium dñi, vel procuratoris, eius conditio, p̄ boni viri arbitrio hoc habendum esse. 21

In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. [3] 12

In totum [5] a quæ animi destinatione agenda sunt, nō nisi uera & certa scientia perfici possunt. 77

In toto, & pars continetur. 114

In toto iure generi per speciem derogatur Et illud potissimum hr̄, quod ad speciem directum est. 81

Inuitus [4] nemo rem cogitur defendere. ¶ Cui damus actionē, eidē & exceptione cōpetere multo magis quis dixerit ¶ Cū quis in alicuius locum succe fferit, non est æquū ei nocere hoc, q̄ aduersus eū [5] non nocuit in cuius locū cesserit. ¶ Vicunq; emptoris eadē cā debet esse circa petendum ac defendendū quę fuit auctoris. ¶ Qđ cuiq; pro eo prestatur inuito, non tribuitur. 199

Inuito [6] beneficium non datur. 70

Is dānū [7] dat q̄ iubet dare, eius uero nulla culpa ē, cui [8] parere necesse sit. ¶ Qđ pēdet, nō ē p̄ eo quasi sit. 130

Ius nostrum non patitur eundē in paganis, & testato, & intestato decessisse: earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus & intestatus quis sit. 7

Iure [6] natura æquum est neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem. 207

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. 8

LIbertas inæstimabilis res est. 107

Libertas omnibus rebus fauorabilior est. 165

MArcellus ait, Desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. 67

Melior conditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest 176

Minus est actionem habere quam rem. 103

NEc ex prætorio, nec ex solemni iure, priuatorū cōuentione quidquam immutandum est, quamuis obligationem causæ pactione pōt immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus vel lege, uel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. 28

Nemo alieno nomine lege agere potest. ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat. 165

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet. 194

Nemo de domo sua extrahi debet. 104

Nemo dubitat, soluēdo videri eum, qui defenditur. 96

Nemo.n. in prosequendo deteriorem cām, sed meliorem facit, &c. Melius est.§ sub regula, non soles deterior, &c. quam sit regula ab alijs distincta. 88

Nemo ex ijs, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione vti, nisi lex impediat ¶ Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, una quis experiri debet. 44

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod prestiterit. 131

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, uel cuiuslibet alterius coercitionis ad alium transferre. 71

Nemo potest mutare cōsiliū suū in alterius iniuriā 76

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quā quod ipse habuit. 163

Nemo plus iuris ad aliū transferre pōt, q̄ ipse hēret. 55

Nemo predo est, qui pretiū numerauit. ¶ Locupletior non est factus, qui libertū adquisierit. ¶ Cum de lucro duorum quęritur, melior est causa possidentis. 169

Nemo qui condemnare non potest, absoluere pt. 38

Nemo

[Marginal notes, left:]
ff. sup de acq. pec.
[1] Harm. li.6, ti.co. non quid non fiat actor.
[*] l. 24 ff. tit prox.
[2] l. ..§. deiecisse. sup. de vi & vi arm. vñ apparet hic legendum ee Deiecit, & qui madat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur.
l.9.§.5. ff. locat. Insti. de leg. Aqu. & iam petitur.
l. 70. sup. de iu. do.
l.19. supra de re iud.
Ant. Aug. li.1.c.7.1. videamus sup. de re. su. l. dolo. sup. de dolo exce.
In vulg. In eis officijs.
l. 14. sup. de cond. & dem.

[Marginal notes, right:]
[3] Sic Flo. passiue accipienda Cic. 2. de Inuē. de cons. leg.
[4] l.2. §.4. ff. de in petē.
[5] Non vi̅ audendā, vt in mul. libris cū hic locus negat ue leg. 1. l. 3. § si quis ff. de itin. actuq; pri.
[6] l. solet sup. de of. procu.
[7] l. 7 fraude, § vlt. ff. de iniu. ut ind. l. 37. sup ad l. Aqui.
[8] An qui pro cui. 9. l. 14. sup. de cond. ind.
l. Sed, & si sup. de in ius voc.
In vulg. An nemo legitur.
l. 13. § 6. ff. de hęr. peti.

Nemo vr fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. 188
Neque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluẽdo est siue nõ est. 159
Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio suæ rei consistere potest.
¶ Priuatorum conuentio iuri publico derogat. 46
Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur, respondit, non videri sibi principem, quod ei quem viuere existimabat, concessisset, defuncto concessisse: quem non modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationem esse. 152
Nihil consensui tam contrarium est qui, & bonæ fidei iudicia sustinet, quàm vis atque metus, quẽ comprobare contra bonos mores est. ¶ Nõ capitur, qui ius publicũ sequitur. ¶ Non videntur consentire, qui errant. 117
Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. ¶ Cum principalis causa non consistit, nec ea quidem, quæ sequuntur locum habent. 172
Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. 113
Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit. Et cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito peti non potest. 147
Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. ideo verborum obligatio verbis tolli tur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. 36
Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. 162
Non debet actori licere, quod reo non permittitur ¶ In re obscura melius est fauere repetitioni, quam aduentitio lucro. 42
Nõ debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. 75
Nõ debet, cui plus licere, quod minus est, non licere. 22
Non est singulis concedendum, quod per magistratũ publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. ¶ Infinita æstimatio est libertatis, & necessitudinis. 137
Non fraudantur creditores cum quid non adquiritur a debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. 177
Non omne, quod licet, honestum est ¶ In stipulationibus, id tempus spectatur, quo contrahimus. 187
Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit 159
Non põt videri desisse hẽre, qui nunquam habuit. 109
Non potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat. 100
Non solet deter. or conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerunque melior. 87 Nemo.n. persequendo, deteriorem cãm, sed meliorem facit, denique post litem contestatam hæredi quoq; pro spicitur: & hæres tenetur ex omnibus causis. 88
Non solent, quæ abundant vitiare scripturas. 95
Non videtur cepisse, qui per exceptionem remouetur a petitione. 91
Non videtur defendere, non tantum qui latitat, sed & is, qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. 53
Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere. 52
Non vr rem amittere, cuius propria non fuit. 84
Non vr data, quæ eo tẽpore, quo dantur accipientis non fiunt. ¶ Qui sciens indebitum aliquid facit, non vr dolo malo facere, quia parere necesse habet. 127
Non et ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. 120
Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. 6
Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. 56
Nulla intelligit mora ibi fieri, vbi nulla petitio est. 89
Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non possit. 110

Numquam actiones præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit. 33
Nuptias non concubitus, sed consensus facit. 31
Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parum est enim, vt possit non subuerti. 111
Omnis hæreditas, quamuis postea adeatur, cum tẽpore mortis continuatur. ¶ Numquam ex postfacto crescit præteriti delicti æstimatio. 181
Omnes actiones, quæ morte aut tpe pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent. ¶ Non vr perfecte cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest. 182
Omnia ferre iura hæredum perinde habentur, ac si cõtinuo sub tempore mortis hęredes extitissent.
Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderãt, per libellum expediri non possunt. 73
Omnia, quæ ex testo proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initium, quidem sine vitio ceperint. 202
Omnia, quę iure contrahuntur, contrario iure pereunt. 101
Parem esse conditionem oportet eius, qui quid possideat, vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet. 192
Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt. 125
Plerunque fit, vt etiam ea, quæ a nobis abire possint, perinde in eo statu sint, atque non essent eius conditionis, vt abire possent. Et ideo, quod fisco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus. 206
Plus cautionis in rem est, quam in personam. 26
Præter bonorum possessorem hęredis loco in omni causa habet. 118
Priuilegia quædam causæ sunt, quædã personæ: & ideo quædam ad hæredẽ trãsmittũtur, quæ causæ sunt, Quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. 157
Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris auctoritate creditur. nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. 150
Pupillum, qui proximus pubertati. sit, capacem esse, & furandi, & iniuriæ faciendæ. ¶ In hæredem non solent actiones transire, quę pęnales sunt ex maleficio: velut furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum. 111
Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus hęres non admittitur. 90
Quatenus cuiusque interest, in facto non iure consistit. 25
Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest. 210
Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lędunt. 83
Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos ijs, quorum in potestate sumus, eodẽ casu adquirimus, aliter atque cum stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes omnimodo eis adquirimus: etiam si libertate nobis præstita a domino conditio existat 1 28
Quę a propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. 123
Qui actionem habet ad rem recuperandam: ipsam rem habere videtur. 15
Qui auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est. 180
Quidquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, nõ prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse: ideoque breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur. 49
Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis eius: hęredi autem eius hoc imputari non potest: cum non sponte cum legatarijs contrahit.
¶ Non solet doli exceptio nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur. 30
Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur quia pro possessione dolus est. 174
Qui in alterius locum succedunt, iustam habẽt causam igno-

Marginal notes:
l.8.c.17.ff. eo.
l.18.ff.eo.
l.13.& 14. sup. de iniurijs.
l.71.ff.eit. ex. In vulgaris. Nõ videtur.
l. si pupillus sup de verb.obli.
l.pen.sup. de oblig. l.15 ff. de ad. & demõ. Ang. lib 4. c.p.
l.138. sup. eod.
l.9.§.1. de off. p cõs.
l 29 ff.eo.
l.56.supra mandat.
1 Perperã hic i vulgata edidit addit. l. si filiusfam. quę est l. 70.sup. de verb. obl. nam nec in antiq. nec i manusc. extat. nec eã Bulgarus interpretatus est
2 l.ff. eod. 167 & 169.
3 l. is qui actione.

ignorãtia: an id, qđ peteretur deberetur. ¶ Fideiussores quoq; nõ minus, q̃ hæredes, iustã ignorãtiam põt allegare hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agetur nõ ẽt si agat, nam plane, qui agit, certus esse dẽt, cum sit in potestate eius, qñ velit experiri: & ante dẽt rẽ diligenter explorare: & tunc ad agẽdum procedere. 43

Qui in ius dñiũve alterius succedit, iure eius vti dẽt. ¶ Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam cur non debeat petere. 138

Qui in seruitute est vsucapere nõ potest: nam cum possideatur possidere non videtur. 161

Qui non facit, quod facere dẽt, vr̃ facere aduersus ea: quia non facit, & qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere iussus est. 164

Quintus Mutius Sempronio. Quo tutela redit, &c. in regula Quo tutela redit, quæ est. 74

Qui per successionem, quamuis longissimam defuncto hæredes constituerunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes extiterint. 155

Qui põt facere, vt possit conditioni parere: iam posse videtur. ¶ Quod quis si velit hr̃e non potest, id repudiare non potest. 135

Qui potest inuitis alienare: multo magis, & ignorantibus, & absentibus potest. 27

l. 8 sup de bon pos.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples hr̃. 127

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat: non videtur moram facere. 64

Qui tacet, nõ vtique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare. 185

Qui vetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse proprie dicitur. ¶ Eius est actionem denegare, qui possit, & dare. 104

Quod a quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidẽ restituere nemo cogitur 47

Arist. 5. Polit c. 8.

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt. 35

l qđ vero. sup. đ leg

Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentia. 174

Quod euincitur in bonis non est. 151

Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. 30

Quod ipsis, qui contraxerunt obstat, & successorib. eorum obstabit. 186

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset 141

Quod nullius esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. 144

Quod quis, dum seruus esset, egit: proficere libero facto non potest. 89

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. 204

Quo tutela redit, eo & hęreditas peruenit, nisi cum fœminæ hæredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam nisi ei, quem in suis hæredibus cum moritur habuit, habiturusve esset, si vixisset. ¶ Vi factum id vr̃ esse, q̃ de re quis cum prohiberetur, fecit Clam, quod quisque cum controuersia haberet, habiturumve se putaret, fecit ¶ Quæ in testamento ita scripta sunt, vt intelligi non possint perinde sunt, ac si scripta non essent. ¶ Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cauere potest. 74

l. vlti. sup. de vsur. Ant. Ang. li. cap. 4.

Quotiens dubia est interpretatio libertatis, secundum libertatem respondendum erit. 21

Quotiens duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure, quod ante defertur, supererit vetus 92

Quotiens idem sermo duas sñias exprimit, ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est. 68

Quotiens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis. 101

Quotiens vtriusque causa lucri ratio vertitur: is præferẽdus est, cuius in lucro causa tempore præcedit. 99

REgula est quæ rem, quæ est, breuiter enarrat non vt ex regula ius sumatur: sed ex iure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerũ narratio traditur Et (vt ait Sabinus) quasi causæ coniectio [1] est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suũ. 1

Res [2] iudicata pro veritate accipitur. 208

1 Sic Flo. causa collectionis meminit Ascon. & Gel. l. 5. c. 10 Græci manuscript. & vulg. hic legunt, cõiunctio.

SEcundum naturam est cõmoda cuiusq; rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. 10

Semper [3] in cõiunctionibus, non solum, quod liceat, cõsiderandum est: sed & quod honestum est. 158

Semper in dubijs benigniora præferenda sunt. 57

Semper generalibus specialia insunt. 190

Semper in obscuris, quod minimum est sequimur. 9

Sẽper in stipulationibus, & in cæteris cõtractibus, id sequimur, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequẽs, vt id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur: Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est. 30

2 l 25. supra de stat. homi. 3. l. 42. sup de ritu nup.

Semper, qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur: Sed & si quis ratum habuerit, quod gestũ est, obstringitur mandati actione. 61

Seruitutem mortalitati fere comparamus [4] 210

Seruus Reipublicæ causa abesse non potest. 212

4 Ad simulamus. l. 5 7. sup. de con. & demon.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non dẽt: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset. 39

Si filiusfamilias sub conditione stipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus, id tempus spectatur, quo contraximus. 19

Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est, præponenda est causa æstimationis: vbi aũt æquiparantur famosa iudicia. & si summã rei disparẽ habeant, pro paribus tamen accipienda sunt. 105

Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil noceret quominus, & reus, & fideiussor teneantur. 95

Si nemo subijt hæreditatem, omne ius testamenti soluitur. 141

l. 89 super e. l. 2 sup. de catum.

Si quis obligatione liberatus sit potest videri cepisse. ¶ Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri. 116

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. 147

TOlleus in hæredem damus [5] de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex suo. 45

5 eleganter subandit actionem.

VAni timoris iusta excusatio [6] non est. 146

Vbicunque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur. 106

l. Si q. ab alio. sup. đ re iud.

Vbi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo, & [7] primo die venerit, audiendus est. ita & enim Imperator noster Antonius cum diuo patre suo rescripsit. 102

6. l d. l. 1 j. de re iud. legit existimatio.

Vbi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere. Idem & in surdo hic quidem respõderi potest. ¶ Furiosus absentis loco est, & ita Pomponio in Epistolarum scribit. 167

7 Græci duntaxat habent sexagesimo die, q̃ lectione plerique magis amplectantur.

Vbi pugnantia inter se in testamento inueniuntur, neutrum ratum est ¶ Quæ rerum natura prohibentur nulla lege confirmata sunt. 149

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.

Verum est neque pacta neque stipulationes factum posse tollere, quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, vtilem actionem aut pactum efficere possit. 12

Vnus duo pro solido hæredes esse non possunt. 184

F I N I S.

CLEMEN.

ADDITIONES SVPER SEXTO,

D. PROSPERI CARAVITAE PATRICII EBOLITANI,

& iureconsulti celeberrimi,

PRINCIPATVS PROVINCIÆ CITRA & Basilicatæ, Regij Aduocati fiscalis.

Quæ quidem quàm sint in Theorica, & Practica vtiles, imò verò & necessariæ, facilè ex eo cognosci potest, cùm in eis ferè omnia quæ desiderari possent, summa quadam, & breui compendio, contineantur.

Vnde etiam clarè patet, qualis & quanta fuerit huius Nobilis viri doctrina, labor, et studium, cùm hæc talia, nisi à peritissimis, & sapientissimis viris, scribi non soleant.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, *Apud Iuntas.* MDCV.

ADDITIONES D. PROSPERI CARAVITÆ Patricii Ebolit. super Sexto.

IN PROÆMIO LIBRI PRIMI.

In cap. Sacrosanctæ in glo. in versi perfectus. versic sex enim.

VIde Iaco. Menoch. de arbi. iud. lib. 2. centur. 1. casu 57.

DE CONSTITVTIONIBUS.

In cap licet. versi circa omnia.

Vide M. Mant. dial. 67. Papa omnia.

DE RESCRIPTIS.

In cap ipso iure.

Vide Diaz. reg 330. impetratio.

In glo. in ver. processus.

Adde M. Mantua. dialo. 87. processus.

In cap. cum in multis.

Vide M. Mantu. dialo. 83. infinitas.

In cap dispendia.

Vide Afflict. decis. 354. nu. 7.

In capit. si gratiose in versic per quem ipsum beneplacitum.

An concessio ad beneplacitum extinguatur morte. Vide Frecc. de sub feu. lib. 2. quæst. 27. in materia assensus nu. 9. & Cap. decis. 116. & 136. & de materia, & pro intelligentia vide Fran. Marc. decis. 513. & Iaco. Menoch. de arbitr. iudi. libro primo, quæstio. 69.

In eod. cap. in vers per quem.

Et sic talis concessio dicitur pura, non conditionalis. Dec. consil. 108. num. 5. & ibi vide in materia.

In eod. cap. in ver. quia sedes.

Sic etiam regula dignitas non moritur. Affli. constit. probationum defectum nu. 20.

In glo. in ver. sua.

An ista pronomina suum, & tuum designent personas. vide Capit. decis. 136. nu. 2.

In cap suscepturum.versi.si ille.

Adde Dec.consi.144.nu.2.

In cap.quamuis.

Pro intelligentia huius cap. cum simili, vide Parif.consi.13.nu.82.1.vol.

In glo.in verbo gratia.

Successor reuocat gratiam prędecessoris add. Isern.qui succ.feu.dar.ten.nu.13. versi.de successore, & numero 18. versiculo, item quantum.

In cap si eo tempore.

Not.ex hoc tex.quod concessio ex vno capite vera non vitiatur ex alio capite subreptitio,vi.Gra dec.59.n.54 vide tñ de veritate quæ pos.ad Bar.in l.si hæredi ff. de cōd. institu.& facit ad præfata. Affli.decis.116. in fin. & an surreptio rescripti in vno, vitiet rescriptum in totum, ita quod alterū in eodem rescripto contentū non sit adimplendum.vide Bened.Cap.reg.50.

In cap si propter.in summ in si.

Et vide Affl.decis.361.nu.28.

In gl.in ver specialı versic solutis debitis.

Faciunt. nota per Dec.cons.156.

In capit statutum.in summarium.uersic. dignitatem.

Vide Pet.Duenn.reg.83. causæ à sede, & ad declaration.vide Iaco.Menoch.de arbitr. iudic.lib.2.cent.1.casu 69.nu.2.

In gl.in uerbo canonicis.in uer. quod hoc sufficiat.

Nota gl.de verb.sufficit,vt cum lex dicit sufficiat talis probatio nihil aliud requirit,vi de Dec.consi.37.nu.1.

In ead gl in eod.uerb uersic si tempore.

Adde Dec.consi.129 num.5.& num.2. vers. non obstat illud quod etiam pro maximo.

In ead.glo in uerb committantur.uers. quod ipso iure.

Quando in priuilegio adest hæc clausula decreti,etiam de consensu partium non potest renunciari, vt hic, tu adde, quod hæc clausula afficit etiam ignorantes, vide Capit.decis.9.num.17.& operatur tantam separationem iurisdictionis, quod etiam de consensu partium non potest renunciari. idem decis.122.nu.6.

In ead.gl in uerb.copia.uersi.quia alter.

Vide Iaco.Men.de arbit.iudic.casu 158.

In eod c.in si summarij.§.cum uero.

Vide pro intell.Franc.Marc.decis.M.93.

In eod.§.in versi extra ipsas.

Extra quis potest extrahi extra suam dioecesim,vide per Bened.Capr.reg.53.

In eod.§.in glo in verb vnam dietam. versi. vbi aliud.

Bald.in l fin.num.45. C.de edic.diui Adria. per istam glo. tenet quod principalior est forus domicilij quam originis, & vide ad glo. Affli.decisi.384.7.14. & constitu.quisquis de Burgensibus num.6.lib.3. & Alc. ad Bar.in l.Assumptio.§.1.in add. quæ incip.item in eo.ff.ad munici.

In §.in nullo eiusdem cap in verb.expressum.

Vide pro ampli.Affl.decis.354.nu.18.

In eod.cap.assessorem.in gl in verb relinquatur.

Ad glo.declar.& alia in materia, vide per Iacob.Menoch. de arbit.iudic. libro 1.quæstio.70.

Conscientiæ alicuius, cum aliquid committitur,id per alium expediri non potest. archid.in cap.fin.in fin.vbi bona add. c. infr. de testam.& Dec.consi.72.nume 2.Alex. & Ias. in l.. iudice C. de iu.i . & Ias. in l. quod quis numero 3.C.de procurat.& ibi Alc.num.7. & vide Petr.a Plaz. epito.del. lib.1.capit.1.num.8. similiter quando aliquid

quid debet fieri propria manu alicuius, id per alium fieri non potest, vide Alexan. ad Bar. per illum text. in l. probatorias. de diuersi offic. lib. 12. & ad primum dictum, vide Bart. in l. 1. in fi. de præpos. agenti. in rebus lib. 11. & in l. 1. §. ne autem, vbi addit. C. de cadu. tollen. Iaco. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 68. nu. 9.

In cap si pro te.

Varios huius tex. intell. vide per Paris. consil. 11. nu. 72. cum seq. 1. vol.

In cap duobus.

Plene quando vnum rescriptum alteri præferatur, vel ratione datæ, vel ob prærogatiuam concedentis, aut alias, vide per Iaco. Meno. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 46.

In eod cap in § quod si forsan.

Intell. huius §. vide per Paris. consil. 117. nu. 41. 4. vo.

In cap quia. in glo in verb. per¦ituas. vers. sed quia dices.

Adde Capit. 123. num. 2. & 4.

DE CONSVETVDINE.

In cap non putamus. in sum in fi.

Vide M. Mant. colloq. 66. [illegible]

In eod cap § ne ab eodem.

Not. quod factum delegati reputatur factum delegantis, quod intelligas quando iuste, non quando iniuste processit. Dec. consil. 143 nu. 3.

In cap non est. in glo in verb quam allegat.

Et sic non sufficit allegare, nisi probetur. vide pro simi. Diaz. regu. 27. allegato.

In cap cum in tua in glo in verb. consuetudo. vers. not a igitur.

Vide Gram. decis. 64. n. 34. & Dec. cons. 134.

DE POSTVLATIONE Prælatorum.

In cap perpetuo.

Vide pro intell. Benedict. Capr. conclu. 6. numero 27.

DE ELECTIONE ET ELECti potestate.

In cap. vbi periculum. in §. hoc sacro vers. se nequaquam. & in glo. intromittant in verb an collegium.

Quid possit facere collegium cardinalium sede vacante et quid alijs collegijs. vide Capit. decis. 114.

In cap. quam sit in verb. sed etiam.

Vide M. Mant. dialo. 72. experientia.

In cap nemo in glo. in verb commendare. versi. & primo quæro.

Commendatarius non dicitur prælatus. vide Capit. decisio. 3. vbi multa de materia, & Dec. consi. 149. n. 5. vbi dicit quod licet ecclesia sit alicui commendata adhuc dicitur vacare, ex quo infert, quod collatio beneficij, quæ pertinebat ad ordinarium ante commendam factam per Papam, finita commenda redibit collatio ad ordinariũ

In cap. cupientes. in glo in verb. priuato. versi. hanc constitutionem.

Vide Diaz. reg. 39. 40. & 41.

In cap cum expediat concordare.

Vide M. Mantu. dialo. 71. concordia.

In cap. cum non deceat.

Concordat constit. mancipia.

In eod cap. in glo in verb effectus. versi quid si talem.

Ad istam gloss. vide Modernos inter opera Bartol. de Capua constitutione, constitu-

stitutionem diuę Memorię.nu.24. & Affl. constitut.quia frequenter num.9.lib. 3.& vide Diaz.regu.89.clausula non obstante, & Gram.deci.12.num.1.& Aff.decis.307. num.19.singu.glo.secundum Afflict.decis. 5.quod despositio generalis non includit iuratam & concordat addi.in constit.cum satis num.4.& decis.111.num.13.

In cap si eo tempore.

Vide pro intell. Paris.consi.19.nu.22.4.vol.

In cap si quis iusto.versi is quis primo.

Primo nominatus dicitur dignior.vide Grāmat.decis.64.num.28.

In cap quoniam electione

An confirmatio superioris suppleat defectū electionis.vide Franc.Marc.decis.927.

DE RENVNCIATIONE.

DE SVPPLENDA NEGLIGENtia Prælatorum.

In cap si episcopus versi sed capitulum.

Vide multa per Affl.in rub.const. peruenit.

DE TEMPORIBVS ordinationum.

In cap nullus.

Licet infans non possit ordinari de prima tōsura,potest tamen fieri miles. Affli.in constitut.terminum vitæ.num.56.

DE FILIIS PRESBITERORVM, & alijs illegitime natis.

In cap.is qui.

Sed an videatur dispensatum ex promotione ad ordines, vel collatione beneficij, vide Gram.decis.81.nu.7.

In cap si is.in summario.in fin.

Vide M.Mant.dialo.74.dispensatio.

In eod cap.in prin.

De materia an valeat secunda dispensatio, quæ non facit mentionem de prima, vide Frecc.de sub feu.lib 2.quæst.22.fol.151.& faciunt not.per Bald.in l.2.num.7. de pet. bon.subl.lib.10.& Affl.in constit. ad legitima pondera.lib 3.& vide Dec.consi.55. nu.3.& nu.7.& regulam huius text. quod dispensatio non extenditur pro ampliatione,& limit. vide Diaz.reg. 195. dispensatio. & vide quæ pos. ad l.si te solum. ff. de hæred.institu. & ad primum dictum, vide Affl.decis.220.nu.15.

DE OFFICIO VICARII.

In cap.licet.§. nisi sibi.

Vide ad declar.Iac.Meno.de arbit. iudic. lib. 1.quæst.43.nu.28.

In cap. cum in generali.in fine.

Adde Dec.consi.128.& consil.149.nu.6.

In glo.in verb.non possunt versi.sed quod possunt.

Adde Dec.consi.121.nu.1.

In ead gl.eod.uerb versiculo & tamen.

Vide Gram.decis.65.nu.81.

DE OFFICIO ET POTESTATE Iudi.deleg.

In cap si contra in summario in fi.

Pro intell.vide Couar.pract quæstio. capitu. 26.num.5.

In cap si delegatur.vers nequaquam morte.

Per mortem non dicitur actus reuocari, licet cesset voluntas.add.Dec.consil.108.num. 4.& pro intell.vide Iacob.Meno. de arbi. iudic.lib. 1.quæst.69.nu.23.

In cap. cum plures.

Limit. hunc text. vt per Rip. in l.heredes §. Peto num. 5.ff. ad Trebel. Ad materiam text.

text. vide Rob. Mar. in 4. part. suæ pract. 16. distin. num. 5.

DE OFFICIO LEGATI.

In cap. officij nostri.

Ad materiam, & quanta sit potestas legati de latere, & quam lata vide Decis. consil. 128. vbi etiam pro declarat. huius text. & an possit conferre beneficia spectantia ad iuspatronatus laicorum. vide eundem consil. 149. num. 6.

Pro intell. vide Paris. consil. 17. numero 6. 4. vol.

In cap. legatos.

Licet legatus dicatur habere ordinariam iurisdictionem tamen respectu collationis beneficiorum, quæ competit legatis de latere, talis potestas conferendi, extraordinaria est, & odiosa, & restringi debet. Dec. consil. 128.

In glo. in verb. præsides. ver. ergo & isti.

Vide Decis. dicto consilio 128. numero 1. & 149. in fin.

In cap. præsenti. In glo. in verb. finitur. versic. sed reseruationes.

Reseruationes beneficiorum sunt odiosæ, hoc non procedit, quando est facta reseruatio motu proprio, quia tunc fauorabilis dicitur. Decis. consil. 168. post prin.

In cap. deliberatione. vers. viam electionis.

An iste text. habeat locum in quibuscunque ecclesijs. regu. 69. vel procedat in illis tantum, in quibus prouidet per electionem, vide Decis. consil. 149. num. 6. ibi secundo efficatius.

DE OFFICIO ORDINARII.

In cap. Romana.

Vide de hoc text. Frecc. de subfeu. lib. 1. vers. 28. authoritas.

In cap. si canonici.

Quæ sit iusta causa ob quam cessare possunt clerici, vide Iaco. Meno. de arbit. iudic. casu. 180.

In cap. ordinarij. versic. pro facti qualitate.

Vide Iaco. Meno. de arbit. Iudic. casu 259.

In cap. cum episcopus. versic. personas ecclesiasticas.

Sed an possit capere, & carcerare laicos, vide Franc. Marc. decis. 449.

In cap. præsenti. in glos. in verb. reseruari. versic. nam clericus.

Vide Afflict. Decis. 168.

In eod. cap. § alioquin. versic. hoc de illis.

Adde Decis. consil. 157. vide omnino, & Fran. Marc. decis. 436.

DE PACTIS.

In cap. pactum.

Ad intell. vide Socc. reg. 150. Dec. consil. 26. nu. 3. consil. 31. consil. 180. & in l. fraudis ff. de reg. iur. & Romanus l. qui superstitis num. 3. ff. de acquir. hæred. & in l. stipul. nu. 28. ff. de verb. oblig. & ad materiam Gram. decis. 17. & decis. 101. num. 72. & pro declar. vide Paris. consil. 8. num. 26. 4. vol. & pro intell. vide eund. consil. 27. num. 15. 54. & 69. 3. vol. & pro limit. eund. consil. 26. num. 23. 3. vol. & plenè de materia huius c. vide Per. Duen. reg. 130. cap. quamuis, & vide pro limit. Dec. consil. 86. num. 6 & quid si facultates sunt auctę an qui renuntiauit possit agere, & an renunciatio facta per patrem, vel matrem noceat filijs, & alia in materia, vide per Rodo

Rodo. Suar. in l. quoniā in declarat. reg. 4. limit. tit. 296. C. de inoffic. testam. & pro ampliatione, & limit. & an iste text. habeat locum, data enormi, vel enormissima lęsione, vide Anto. Gabriel. de iur. dot. concl. 1. lib. 3.

In cap. quamuis. in summario in fin.

Vide Couar. hic.

In eod. cap. in versic. vi, nec dolo.

Vide Affli. decis. 322. num. 14. & Mar. Mant. dial. 80. Pactum successionis. & Capit. decis. 159. num. 20.

DE PROCVRATORIBVS.

In cap. non indiscrete §. licet in fin.

Vide Afflict. constit. generalia iura num. 10.

In §. procurator eiusdem cap. in fin.

Limit. vt per Ias. in l. quòd quis C. co.

In cap. qui ad agendum.

Casus in quibus requiritur speciale mandatum, vide remissiuè per Pet. Duen. reg. 123. in fin.

In eod. cap. in verb. constituitur procurator.

Vide Dec. consil. 76. nu. 2.

In eod. cap. §. sed si aliquis.

Materia est argu. ab exceptione ad reg. de quo, vide Nicol Euer. in loco ab exceptione ad regulam, & Marc. Man. in hoc cap. colloquio 85. lib. 5. An autem in dispositione generali veniant casus maiores expres. vide Bart. in l. sed & si quis §. Quæsitum num. 2. ff. si quis cautio, & quid si in ea interueniat iuramentum, vide eundem ibi in fin. & Dec. consil. 27. num. 5. & vide aliquid de materia per glo. in Constit super incisionibus in versi nocturnis, circa medium, & an in generali mandato veniant feuda vide. Affl. in Constit. si quando nume. 2. vbi nu. 3. vide casum in quo requiritur speciale mandatum, & alios, vide per eundem Constit. generalia iura nume. 2. & per Adde ad ipsum in constit. Beneficium numero 2. & per Decis. consi. 60. in princip.

In cap. si quem. in verb. sicut.

Vide pro declar. Dec. consil. 77. in fin. 1. vol.

DE RESTITVTIONE IN integrum.

In cap. ecclesia in glo in verb. contractum versic si autem.

Adde Diaz. reg. 219. Ecclesia. versicu. 4. fallit.

In eod. cap. in glo in verb. causa versic. vel multas nouas.

Ex mutatione Prælatorum ecclesiæ infertur ignorantia, vt detur restitutio, vide Capit. decis. 4. num. 26.

DE ARBITRIS.

In cap. si ex tribus. versic. cum in illa, circa finem.

Pro intell. & declar. vide Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 6.

In cap. vt quæstionibus. in glo. in verb. loci ciuilis. vers. sed quid dices. in fin.

Vide Ma. Mant. dialo. 64. vnaquæque.

DE

LIBRO SECVNDO.

DE IVDICIIS.

In cap. mulieres, versi nec virorum in prin.

Concordat consti. reg. mulieres. vbi Affl. ponit in quibus sint pei[illegible] s hominibus.

In eod cap in uersi in expensis.

Vide Affl. constit lege præsenti num. 12.13.& an offic[illegible]ls debet habere expensas cum proficiscitur in aliquem locum. vide Nigr. in clem. de vit. & hon. cler. in versi. priuilegio. num. 31.

In eod. cap in uer. iudex, seu præfatus iudex.

Quid autem si est ex mirandis principalis, vt melius sciens veritatem, & est sapiens, cuius expensis debeat examinari. vide Afflict. decisio 177. & vide multa ad hoc per Iaco. Menoch. de arb iud. ca[illegible] 228.

In cap si annum in uersi ac si maior.

Vide M. Mantua. dialo. 78. patria potestas.

In glo in uer spiritualibus.

GRatiæ.] Istud c. ampliat c. si pauper. de præb. lib 6. In illo c. dr, quod si mandatum factum alicui à Papa, vt pauperi clerico prouideatur, si clericus pauper, antequam fuerit sibi prouisum virtute illius mandati, aliud beneficium fuerit consecutus, tunc mandatum expirat. Sed quærit in hac Clementina Papa Clemens, an sit idem in quocunque clerico, vel in quacunque gratia: Et vr respondere, quod cum Clementina indistincte & generaliter loquatur, nos debemus illam indistincte & generaliter intelligere, vel de mandato, qđ impetratum est in forma pauperum, sicut intelligebat c. si pauper de præb lib 6 vel de mandato, quod impetratum est in forma gratiæ, de quo dubitatur, vel etiam in quocunque clerico paupere, vel non, & nunc per illam constitutionem seu Clementinam tollitur dubium, quia de vtraque gratia siue impetrata in forma pauperum, siue impetrata in forma gratiæ, vel impetrata a Papa vel ab altero. His præsuppositis figura sic casum pro iuuenibus canonistis, qui subtilitates iuris nõ nouerunt, sine quibus profundi esse nõ possunt. ¶ Quidam Petrus iuit ad Romanum Pontificem, & conquestus est in hunc modum: Pater sancte, ego per multos annos studui in iure canonico, & vt studium mihi afferret aliquam vtilitatem aliàs veni ad vos, & impetraui gratiam, quam gratis mihi contulistis fauore mei studii, vt prouideretur mihi de primo beneficio proxime vacaturo, steti bene per decem annos cum gratia vestra, quia per ipsam aliquod beneficium non potui habere. Videns hoc, inueni alium modum, taliter quod consecutus sum beneficium curatum, sed est modici valoris: Modo curatus meæ parochiæ est mortuus, & cura mea est bona & sufficiens, ego volo illam curam habere, virtute vestræ gratiæ iam pridem à vobis impetratæ, non obstante hoc, quod sum aliud beneficium curatum consecutus. Quæro à vobis pater sanctissime, an ego possim illam habere per vestram gratiam, & virtute ipsius? Rñdet Papa, Amice rñdeo tibi, quod renuntiare videris gratiæ impetratæ, vt de dignitate, vel bñ ficio curato tibi prouideatur, si assequeris aliud beneficiũ pacifice ante adeptionem eiusdem, id est, ante adeptionem beneficij virtute gratiæ obtenti, quod. s. bñficium obtinuisti, non per gratiam nostram, sed alio modo retinere non possis simul de iure cum dignitate vel beneficio curato, virtute gratiæ tibi debito, licet illud beneficium, quod habuisti non virtute gratiæ, sed alio modo forsan, quia fuit tibi resignatum, resignaueris, vel resignare paratus sis. Et per hoc solutum illud dubium, & pone sic: Pater sanctissime, ego audio, qđ vos dicitis, quia ego non possum hãc curam meæ parochiæ virtute meæ gratiæ, eo qđ assecutus sum aliud beneficium curatum, ego bene ponam remedium, quia ego resignabo vobis primam curam q̃ habui, aliàs q̃ per vestram gratiam, & assequar istam curam, & sic satisfaciam huic textui, qđ simul de iure cum dignitate vel de beneficio retinere non possim? Rñdet Papa ad illud dubium, tu arguis in vanum, quia licet, idest, quamuis paratus sis illud beneficium resignare, aut iamque resignaueris, tu non potes aliud bñficium consequi virtute gratiæ, postquam executionem tuæ gratiæ vel mandati non expectasti, hoc dicit. Notemus, quod ista clementina ampliat decretalem, si pauper, quia glo. prima illius decretalis dicit, nota verbum, pauper, quod non sine mysterio dictum puto. Si. n. gratia specialis, quæ non est de iustitia, sit prouisum alicui, non postea antequam vacet aliquod beneficium, quod posset habere per suam gratiam, ipse adeptus est aliud beneficium non virtute suæ gratiæ, non expirat gratia, quia illa decretalis loquitur de forma gratiæ, qua prouidetur necessitati pauperum, quæ est iustitia, vel quasi. prouisione igitur facta impetranti cessat causa iuris, & sic ipsius executio. Sed ista Clementina non distinguit de qua gratia, vel de gratia speciali, vel de gratia, quæ fit pauperi, quæ est quasi iustitiæ, ideo generaliter debemus eam intelligere, nec facere dictam distinctionem ad capitulum, si pauper. li. 6. de præb. Not. quod vbi canon non distinguit, nec nos distinguere debemus, sic vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. in l. de pretio ff. de Publicia.

[Prima gl ponens casum summat', dicit quid approbat, & quid addit, tertio quæstionem soluit.]

d ¶ Gratiæ.] expectans beneficium perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat de iure tenere non posset. Et approbat quod notaui de præ ben. si pauper. lib 6 in prima glo & idem ibi Archid Et per illam decretalem determinatur, quid iuris si consequitur beneficium is, pro quo scriptum est in forma pauperum, hic de illo, pro quo scriptum est in forma gratiæ & in illo casu non distinguitur qualitas beneficii adepti, isto sic. Et quia generaliter loquitur hoc principium, generaliter intelligatur de cuiuscunque gratia Papæ, vel alterius.

[Glossa sequens argu. pro opinione, secundo dubium soluit.]

e ¶ Renuntiare.] idem tenet Inno. & Compostellanus in illo, qui litigabat super beneficio, & recepit s̃m, qđ cum princ tenere non posset, sic qđ per hoc renuntiat liti. hac not s̃. eo. In nostra, vt ibi plenius scripsi. Et puto hanc decr locum habere etiam si protestetur recipiendo secundum, quod gratiæ renuntiare non intendit cũ protestatio sit facto cõtraria. de constit. cum M. nec defendat in his præiudicialibus. sup. de elect. vt quis duas. lib 6.

† Gratias q̃ expectatiuæ dñe oino sustulit, concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 19.

facit quod scripsi cum Inno. contra Host:en. in prædi. decret.in nostra.

a ¶ Eiusdem.]dignitatis vel curati,quod expectas.

b ¶ Beneficium .] curatum scilicet vel dignitatem,vel personatum,per decret.de præbend.de multa. Et idem puto in casu decr. literas, de concess. præbend. vel cum secundum de speciali iure requirit continuam te identitate iuxta not. per Inno de cler.non resi.c.fin

ris, si ante adeptionē eiusdem [a] aliud beneficium [b] pacifice [c] assequaris, quod simul de iure [d] cum dignitate,vel beneficio virtute dictæ † gratiæ tibi debito, retinere non posses; [e] licet illud [f] resignaueris, [g] aut sis resignare paratus. [h]

¶ Idem.

¶ *Gratia super vacaturo non comprehendit beneficium post datam in substantia creatum . hoc dicit Ioannes de Imola.*

CAP. V.

Litteras [i] † nostras [k] super conferendo tibi [l] beneficio vacaturo [m] directas , ad beneficium post datam [n] ipsarum creatū [o] †

† Alita, gratiæ p̄ dissig.

c ¶ Pacifice.]puto idē si acceptata collatione per eum staret, quo min' haberet pacificam,id quod sup. de elect. commissa.§. 1. de præbend. licet episcopus lib.6.

ADDITIO. Idem Pau & Stepha.& Zenzel.qui intelligit possessionem pacificam liberum exercitium curæ, licet possessionem pacificam maioris partis beneficii non sit adeptus,de quo dicunt not.sup.de ele. commissa.lib. 6 nec desinit esse pacifica , si ex post facto controuersia moueatur,secus si in ipsa apprehensione,vt l. si post perfectam.C.de euictio Pet.

d ¶ De iure.]de hoc sup.eo gratia.lib.6.

e ¶ Non posses.]si ergo esset tale, q̄ cum illo teneri posset , non perit gratia,vt Inno in decre.si pauper. & hoc etiam tenet Io.de Deo in quæstionibus suis lib. 1.q.23.

f ¶ Illud.] quod adeptus es interim.

g ¶ Resignaueris]gratia ergo perempta no reuiuiscit, licet res reuertatur in pristinum statum.Et facit ad quęstionem de clerico,qui contraxit matrimonium , quod postea dissoluitur per professionem sponsæ non cognitæ,vel quia reperitur consanguinea,de quo scripsi de cle.coniug.c.1. 1 in princ.

1 Ibi Do. & capel. Tholosa. q.229. F.

h ¶ Paratus. 2]Si tamen vellet dimittere secundum beneficium , posset per collationem ordinarij consequi primum olim sibi debitum,non n interdicit , quod sit inhabilis ad id,sed quod ex vi gratiæ nō est sibi plus debitum , nec per executores gratiæ conferendum. Et sic not.casum,q̄ ex facto superuenienti paratur exceptio ꝯ gratiam,quæ tenuit à principio. Alios casus colligas ex not de præb.quia sæpe lib.6.in vlt.glo.Io And.

2 In hac gl. latissime examinat Barbatia post Cardinalem pluralitatem beneficiorum. Bon.

Litteras]Illud conducit nouum ius,& est inductum contra illos, qui nimis cito volunt habere fructum de gratiis suis,pone sic casum:Quidam cupidus bñficiorum[& per consequens credo,q̄ cupidus suæ damnationis]iuit ad Papā & eū requisiuit,quod sibi prouideret de beneficio aliquo,à quo posset lenius & blandius in futurum sustentari : Papa videns suam supplicationē esse gratiosam,dedit ei gratiam, q̄ erat datæ mensis Ianuarij,in qua continebatur,quod prouideretur sibi de bñficio proxime vacaturo : Iste reuersus ad prouinciā suam non expectans nisi mortē alicuius, & cogitās quis antiquior curatus vel canonicus esset in ecclesia , & ipse videns quia omnes erant iuuenes,& nō naturaliter in ꝓximo morituri,valde contristatus est: Sed quid accidit, ecce vna dierum accidit,qd̄ quidā miles redeundo de bello,& existens in grabato iacens & anhelans ad mortem , vt aliquam recompensationem de forefactis suis Deo perageret,quandā capellā construxit & ædificauit, sic ædificatam & dotare voluit,& centum marchas attribuit cuidam,qui per tpa perpetua Deum,Mariā , & sanctos exoraret pro redemptione animæ suæ. consuluit : His peractis,vt donatio sua esset valida,& vt bñficiu crearetur in sua capella de nouo ædificata, misit ad epm, vt de licentia eius beneficium crearet, qui quidē epsopus, quæ voluit decretauit, & bñficium creauit calendis Nonembris , iste qui impetrauerat gratiam suam iucundus illam accepit,& venit ad militem , & eum requisiuit , vt ipsum virtute gratiæ suæ præsentaret episcopo , & quod episcopus beneficium sibi conferret : Epis.opus videns istam gratiam & datam suæ gratiæ esse de Calendis Ianuarij , & videns creationē bñficij esse de data calē datum Nouembris, respondit sibi episcopus, Amice, ego non teneor tibi conferre beneficium istud no uiter creatū virtute tuæ gratiæ, quia tua gratia hēt vires suas in beneficijs creatis ante datam tuæ gratiæ seu litterarū tuarum,modo ista capella est creata post datam litterarū tuarū : Iste impetrans nō cōtētus d̄ epis.opo iuit ad Papam , & narrauit sibi casum , vt sup. Cui respondit Papa , Amice nos statuimus litteras nostras directas super beneficio vacaturo tibi conferendo non extendi ad beneficium creatum post datam ipsarum litterarum,hoc dicit. Nota quod per istam Clementinam Papa statuit nouum ius, & probo per hoc, quod dicit, [Statuimus.] Nota, quod Papa dat litteras ad beneficium vacaturum, sic & legatus de latere reseruat vacaturum per modum,de quo in penult.c de off leg.libro 6.Nota initium spectandum,de elect. dudum 1 item attendendum tempus datæ.eo.tit. eam te de quo infra plene Zabar

† Vide ff ciliū Tri. superiori ,proxime citatum , vbi probibetur gratiæ Expectatiuæ & mandata de prouidendo.

† Item de litte orta post datā reser. c si. sup eo de iure otto post litterā testatā l. nō potest videri. ff. de iu. similiter arbitraria non extēdetur ad futura. L de his. de arbit nec pactum.l. tres fratres,§pac. nec transac.l cum Aquiliana. C. de trāsac.nec stipulo. l. ita stipula 1º l. Chrysogonus, nec testa. l.si ita. de au & arg. nec iuramentū c. cleric. de iure. nec renuntia. de quo pō ēt lege oro Barb. Bon.

[Prima gl.dicit qualis sit dispositio huius c.]

i ¶ Litteras.]Breuis & fortis est, ius nouum inducens,q̄ forsan plus ab extrinseca,quàm intrinseca causa iustificatur, vt infra dicam.

[Glo.seq.cum sequenti ampliat litteram in tribus casibus.]

k ¶ Nostras.]Idem in litteris reseruationis legatorum, cum eadem & fortior sit ratio.

l ¶ Tibi.]idem puto vbi Papa dedisset potestatem conferendi primum vacaturum , non expressa persona,cui ꝯferri debet.Idem si contulisset fructus bñficiorum primi anni,quæ vacare contingeret in diœcesi, vel prouincia,cum in his sit eadem ratio .

[Glo.seq.exponit litteram, & soluit dubium.]

m ¶ Vacaturo.] in vacante non procedebat dubitatio: nec distinguo,an debeatur simpliciter vacaturum , an debeatur cum bñficio acceptandi , cum eadem sit ratio.

[Gl seq.soluit litteram, & dat simile.]

n ¶ Post datam.]etiam si paulo post,& facit, quod not. Host.sup.eo.c.si inspicimus,ergo an extaret beneficium tempore datæ,sicut inspicimus ætatem impetrantis illo tempore. sup. eo. si eo tempore. lib 6 & concor. sup. eo.eam te.de preb.dilectus 1.vbi de hoc.

2 Concludit ergo hæc gl q̄ si dubitatur , vtrū benefiiū sit creatū ante vel post las litterarū , onus probandi incūbit non impetranti sed aduersario, qui.

[Glossa sequens primo ponit tria exempla . Secundo quærit de reuocato , pro allegationibus remittit & soluit. Tertio quærit,quid in dubio, allegat contra impetrantem. Secundo pro,& illud approbat, & contrariis respondet.]

o ¶ Creatum.]Pone,construitur noua ecclesia,de eccl. ædi.ad audientiam , creatur noua dignitas, de consuet. cum olim.construitur noua præbenda de præbend dilecto & c.vacante.Sed quid dices de beneficio olim creato sed tpe datæ suppresso,nunc autem renouato? pro & contra,quæ no.sup eo.quamuis lib.6 Vr̄ qd̄ bene extendatur ad illud arg.eius,quod no.de cōst.cū accessissent. io si & facit quod scrip.post Hostiensem de censi.signi ficauit super si.penul glossæ , & hoc præcipue, quia hoc ius nouum est, vt ins.dicetur,& de creato tñ loquitur,

non.

non de renouato. Sed quid si dubitat an data præcedat creationē beneficij, vel cõ:pura quia eadem die factum est vtrumque, nec apparet, quod prius sit. s. eod. titu ca. pen. lib. 6. Contra impetrantem facit, quia ipse petit beneficium: probet ergo illud sibi debitū. ad quod videt necessarium, q illud prius fuerit creatum. si ergo hoc non probat, nō fiat executio. facit de sent. excom. venerabilibus ad fi. & quod ibi no. in gl. pen. li. 6 & in dubiis iudicamus pro reo de proba. in præsentia. &c. ex litteris. de resti. cum eu. secūdum vnā lecturam, succūbet ergo ī dubio iste petens. Pro impetrante facit: quia in tali dubio fauetur ei, qui potiorem habet gratiā vel habet eam a maiore, vt in prædicta decret pen. & de præb. si a sede. lib. 6. Item in dubio interpretamur, vt res valeat de ver. sig. abbate. Itē si ponimus impetrantē esse reū, planū est, q succumbit actor. idem vr si ponimus eum actorem. Nam aduersarius excipit, & quo ad onus probandi reus in excipiendo fit actor ff. de excep. l. 1. si ergo exceptionē non probat. s. quod post datam creatū fuerit, succumbet: Nec dicas q hæc sit negatiua, quia etiam si per verba negatiua proponeretur, vt nego tunc extitisset, vel dico q tunc non extabat, hēt resolutam affirmatiuam, & quæ probari pōt. de renun. super hoc. Item multū facit pro ipso, quia hæc decre. ponens ius nouum, parat exceptionem cō impetrantē. Obtinebit ergo vt olim impetrans, nisi de illa fiat fides. & hoc verum puto. Non obstant prius allegata, quia hic de iure actoris constat de facto fide, de gratia, & de vacatione.

[Glo seq. obijcit, & obiectionem fortificat per sex absurditates: soluit inducens rationem extrinsecam & vnum simile, demum rationem impugnat in fi. reassumit quintam absurditatem, dicens in canonicis expectantibus capitulum locum non habere.]

a ¶ Statuimus.] non dicit, declaramus. ponit ergo ius nouum, quod vr iniquum, quia certum est beneficium nouiter creatum nondum ordinatum vacare: quare ergo non debetur expectanti vacaturum alteri non debitum: maxime cum fauorabilior sit expectatio vacationis per creationem, q per mortem. facit de concel. præb. accedens. Nec vr ponderandum tempus datæ: quia si tunc extaret beneficium, quod debito modo, & non in fraudē expectantis suppressum esset, vel extinctum, non deberetur expectanti. de constitōnibus, cū accessissent. Item sequeretur ex hoc, q si impetraui litteras ad beneficiū cū cura, illud, quod tpe datæ simplex erat, sed nunc curatum, non deberetur, & idem cō in simplici. Item q si impetrarem ad collationē alicuius, & beneficium tpe datæ non spectabat ad ipsius collationem, licet tpe vacationis spectet, q non deberetur: & hęc talia, cum inspiciamus in his tps vacationis, & collationis, vt probatur. j. de præb. si de beneficio. & eo. ti ei cui lib. 6. Plus, quia per hoc vr, q canonico expectanti pbendā non deberetur pbenda ex superexcrescentiis. cum illud sit pbendā de nouo creare. de constitutionib. cum M. de præb. dilecto. Item q non deberetur præbenda, vel portio in ecclesijs non hñtibus numerum: eadem ratione contra id, quod not. de concel. præb c. si. li. 6. Quare dico, q hoc nouū inducit hæc constitutio, q sicut rescripta ad lites non extenduntur ad lites post excitas, vt s. eo. c. fina. sic nec rescripta beneficialia ad beneficia post creata, cu illa ēt sint odiosa. de præben. quamuis li. 6. & sic duo requiruntur coniunctim, q beneficium in rerum natura fuerit tempore datæ, & q vacet tempore collationis, ad quod facit. ff. de ꝯhen. emp. l. Rutilia Polla. & l. in lege & concordantias ad idem. collige per not. s. eo. c. si in 4 glo. Et fuit forte motiuum, quia forsan creatores beneficiorum retraherentur ab illis creandis, quando viderent illa statim impetrantibus deberi. Sicut ergo voluit æquitas beneficiorum per mutatione vacans expectanti non deberi. de re permu. c. vnico. lib. 6. quia forsā alias vacaturum non fuisset, ita noluit deberi beneficium nouiter creatum, licet vacet: quod alias forte creatum non fuisset. Et tamen dico, q hæc decret generaliter loquēs locum hēt non solū in prima ordinatione beneficij, sed etiam in vlteriori, vt si Calen. Ianuarij data fuit gratia: Calend. Februarij creatur beneficiū, quod confertur Titio, per cuius mortem nunc vacat, & tamen tunc deficit illa ratio. Sed si ponis quem expectantem ex canonia, non ex reseruatione vacaturi tantum, cum canonico non debeatur simpl'r vacaturum, sed cum se facultas obtulerit, non puto decretale hanc locum habere, sed debebitur illi præbenda per augmentum creata. de præb. relatum. de concel præb. cum super. & prædicta decretali. cum M. de consti.

statuimus [a] non extendi.

TITVLVS III.

De electione & electi potestate.

¶ Clemens V. in Concilio Vieñ.

¶ Religiosus eligi non potest ad prælaturam non episcopalem alterius religionis, vel habitus: si contra fiat, est irritum. h. d. Ioan. And.

CAP. I.

Cum † rationi [b] non cōgruat,

Cum rationi.] Ista constitutio prohibet religiosis vnius professionis, ne eligantur prælati in professione alterius religionis. Et figura sic casum: Cum in ciuitate aliqua, puta ciuitate Parisiensi, sint religiosi diuersę professionis, s. monachi nigri, & monachi albi, qui nuncupantur vulgariter monachi S. Ambrosij. Accidit quod abbas monachorum nigrorum senio fractus sublatus est de medio: conuentus tendens ad electionem noui abbatis, camerarium San. Ambrosij [qui erat alterius professionis, quia monachus albus] elegit in suum abbatem, & prælatum: quæritur an bñ fecerint? Respondet Papa in hac Clementina, & dicit: Prohibemus ne religiosus aliquis eligatur in abbatem alterius religionis, vel habitus, quam sue. Et reddit rōnem: cum rationi non congruat, vt hoies disparis professionis, uel habitus socientur simul, i. eisdē monasterijs, quod si secus, i. aliter fuerit factum q̄ ista Clementina intelligat, eo ipso irritū sit & inane. Et sumus in uersiculo, [Per hoc aūt] Pater sanctissime, audiui qualiter prohibuistis ne religiosi unius pfessionis eligantur in abbatem alterius: Sed quæro a uobis, ergo si aliquod capitulum seculare uellet eligere unum monachum nigrum, uel album in suum epm, quęritur an possit eligi in epm cuiuslibet ecclesiæ regularis, uel secularis; Et ur q non, cum idem monachus non sit eiusdem professionis cum capitulo. Ad hoc rñdet Papa in hæc uerba: Per hoc autem non intendimus prohibere, quin religiosus licite possit eligi, in episcopum cuiuslibet ecclesiæ, hoc dicit Not. q est idem in mulieribus religiosis, cum dicat. Homines, quod nomen comprehendit vtrumq sexum, cum declinetur hic & hęc homo, communis generis. No. rationem de omnibus esse reddendam, de quo hic tractat Zenzelinus, sed plene dixi de rescr. si qn Not q sufficit inducere rōnem etiā non inducto aliquo textu, vel gl. vel alia auctoritate alicuius doctoris, quod no. hic Zenzel. & probat principium in uerbo, rationis, pro hoc de præb. ratio nam etiam lex non est aliud, quam id, quod ratione consistit, ff. de leg. consuetudo. Zab.

[Prima glo. summat, & diuidit, & dicit quid corrigit, & soluit quæstionem.]

b ¶ Cum rationi.] Religiosus eligi non pōt ad prælaturā non episcopalem alterius religionis, vel habitus: Si

negat ipsum ante creatū: siue agat, siue contra impetrantē se defēdat. Idem Pau. & Gene. plenī. Idem Stephan. prēs cu. status beneficij, q deprehenditur, extare, & a nemine possessum relevat eū ab onere probandi, & incūbit aduersario. C. si ser. exte. nen. l. moneor. Pet.

¶ De materia huius c. uide notata p Antoniū de Butriō in ca. abbate extra de ver. signi. adde tex. sū cū ibi no in c. sicut tuis in prin. ext. de sim.

1 Idem Pan. super verbo, extendi, vbi supple et in secūda uel ulteriori collatione. idē & plenius Gen. nā fm eū cū x. dicat general'r nō extendi, &c. dēt intelligi ī quacunq. uacatiōe, quo ad hoc ergo ut īpetrari non deb. ar. cele. ri det ppetuo neuiter creatū, q post datam creatū fuit. al leg. quod no. ur pri ui ca. ulti. Pet.

Si contra fiat, est irritum Et primo prohibitionis causam ponit. secundo prohibet: tertio decernit: quarto protestatur. partes patent. Prima pars corrigit cōem opinionē iure fulcitā & consuetudine 1 approbatā, quæ habebat, ꝙ professus vnius religionis in ꝓlatum alterius posset assumi. Et licet q̄dā distinguerēt religioné maiorem a minori, ego putabā ꝙ satis esset eligēdū esse professum circa substantialia regulę, vt maiori, vel minori religioni pręfici possetquod etiam placebat Arch. 16. q. 1. qui vere. eodem titu. nullus lib. 6. per quam decretalem aperte hoc ꝓbatur ibi dum dicit, vel alterius Probabam etiam hic ratione: quia si præfici potest religiosus ecclesiæ seculari propter curam, vt probatur 16. q. 1. doctor. & ca. seq. de sta. mon. ꝙ Dei. Fortius ergo regulari, licet minoris religionis, vt dicere soleo in decret. cum ad monasterium, eo. tit. hic autem expediuntur ibi no. & 16. q. 7. in nona.

vt homines [a] disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs [b] socientur: [c] Prohibemus, ne religiosus aliquis in abbatem, vel prælatum [d] alterius religionis, [e] vel habitus [f] de cætero [g] eligatur. [h] Quod si secus actum extiterit, sit eo ipso irritum, & inane. [i] † Per hoc autem, quin religiosus [k] in episcopum secularis, [l] vel

[Glo. seq. soluit dubium respondens huic decretali. Secundo quęrit, arguit pro: contrarium soluit, & ad simile remittit.]

a ¶ Homines.) hic & hæc homo comprehendit etiam fœminam; vnde etiam in monasterio monialium quo ad suas prælaturas habet hoc locum, nec impedit verbum, religiosus, quod sequitur, quia fœmininum sub illo masculino comprehenditur. de hoc eo. tit. generali lib. 6. in glo. 2. Sed dubitari posset an locum haberet in monasterio monialium, 2 quæ per mares reguntur. 12. q. 2. qui religiosis & in c. decima. vr̄, ꝙ non, quia inter illos non est societas, de qua sequitur, nec esse debet, vt in c. in decima. Satis puto idem per verba generalia, quę sequuntur, & similis quæstio not. eod. tit. indemnitatibus. §. sane. in fi. magnę glo.

(Glo seq quærit, & soluit.

b ¶ Monasterijs] ecclesias ergo sæculares nō comprehendit, vt inf. dr̄. Quid de ecclesia sancti Ambrosij Mediolan. vbi est duplex collegium, s. monachorum, & regularium canonicorum? Dicit, ꝙ cum quodlibet collegium sit ibi diuisum, quia monachi per abbatem reguntur, & canonici per præpositum, locus erit huic cōstitutioni in illis prælatis assumendis. Io. And.

[Glo seq alleg. duas concor. ponit prouisionem, & responsionem antiquam.]

c ¶ Socientur] habebatur hoc 16. q. 7. in nona. & facit eod. tit. cum causam. sed secundum statum antiquum prouideramus ad hoc; quia se conformabat prælatus habitui illorum, quib. præfectus erat su. de vi. & hon. cler. Deus qui. vbi de hoc. Ad cap. in nona. respōdebamus illud in vera disparitate, qualis est secularis clerici, vel laici ad professos. & circa hoc vide quod scripsi de testa. Ioannes. in 3. appositione. & quod not. eo. ti. of fic. 1. in glo. pen.

[Gl seq ponit nomina, soluit dubium, & remittit]

d ¶ Prælatum.] puta Priorem, Magistrum, Ministrum Custodem, Præpositum, Archipresbyterum, vel quodcunque sit nomen. Et no. ꝙ licet ratio superior sit generalis etiam quo ad socios, tamen non prohibet eligi in socium, & fratrem, quod intellige cū distinctione, an sit minoris religionis, paris, vel maioris, vt not. de præben. cum singula. §. pen. lib. 6.

e ¶ Religionis.] sup. dixit, professionis, ex quo ergo diuersa est religio, puta Cistercien. & Cartusien. licet forsan idem profiteatur, vtraque cadit sub prohibitione.

[Glo. seq. tractat de regularibus canonicis, licet diuersi coloris]

f ¶ Vel habitus.) non dicit coloris, per quod videt, ꝙ omnes regulares canonici, qui ꝓfitentur regulam Augustini, licet varient in colore, quia aliqui nūt colorē nigrū, alij album, alii griseum, alii misciam, inuicem eligi possunt, quod videtur maxime, quia dicitur ipsorum habitum esse lineam togam, quam sub cappa deportant facit etiam inf. de statu mo. ne in agro. post prin. facit etiam quod no. 16. q. 7. in nona. Item in quibusdam religionibus est videre, ꝙ est et duplex color, vnde vidimus ꝙ Cistercienses. & griseo & albo colore, prout placet, vtuntur. vbi vero color esset de habitu, & ipsius substantia, diuersitas coloris induceret diuersitatem habituum & facit infra de reg. eos qui. Io. And.

g ¶ Decætero.] electiones ergo prius factas non vitiat, etiam si super illis constitutionis tempore lis penderet, facit quod no. & dixi de postu. c. vnico lib. 6.

[Glo. seq. primo soluit duo dubia, secundo quærit, arguit pro, & soluit)

h ¶ Eligatur.] non prohibet postulari ex cā: sed puto ꝙ a Papa & simi. no. de elect. cap. indemnitatibus. post princ. lib. 6. Sed nunquid per viam prouisionis talis ꝓfici poterit? Quod videtur, cum illa sunt diuersa, de prębend. cum in illis. lib. 6. & hęc constitutio ius vetus corrigit: in casu ergo non expresso statur iuri antiquo, C. de app. præcipimus. in fi. de testa. sancimus & licet hoc posset defendi, contrarium tamen esse videtur; de mente constituentis per rationem hic expressam, quæ communis est, & hoc saltem in eo qui prouideret ex iure ad ipsum deuoluto, propter defectum, vel negligentiam electoris, facit inf. de sup. neg. pręla. cap. 1. & quod ibi dicam.

i ¶ Inane.] confirmatio ergo secuta nihil operatur, concor. quod no. sup. eo. quam sit. lib. 6. in fi. vlt. gl.

K ¶ Religiosus.] etiam nouitius. su. eo. ti. nullus. lib. 6. & vide quod ibi no. in vlt. glo. etiam si sit mendicans: saluo quod habes eo. ti. quorundam lib. 6. inf. de regula. vt professores.

[Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat, de secularibus collegiatis. arguit pro & contra, & declarationem exposcit.]

l ¶ Seculari.] dicunt quidam, ꝙ ex quo religiosus permittitur eligi in ep̄m ecclesiæ secularis, 4 in prælatum alterius secularis ecclesiæ non poterit eligi, sed hoc non credo per prædictum verbum, 1 in eisdem monasterijs, & cum id non sit expresse mutatum, in suo statu persistunt antiqui iura, quæ id permittunt, 51. dist. praeteris. 58. dist. c. 1. 16. q. 1. doctos. cū multis. c. seq. de stat. mon. ꝙ Dei. Incidenter ergo dictum est hic de seculari, cum principaliter de regulari intenderet protestari, vt sequitur, & satis placet hoc in secularibus ecclesijs non collegiatis. Sed de collegiatis maius est dubium, sed quod & in illis possit, facit quod not. Ber. su. de sta. mon. c. 1. in 3. glo. & c. ꝙ Dei timorē & no. Ioan. 69 dist. ca. 2. 74 distin. c. quorundam. 16. q. 7. in nona. In contrarium facit quod no. Hostien. in prædicta decret. ꝙ Dei vbi tenet. monachum non posse habere præposituram vel decanatum ecclesiæ secularis, nisi ex dispensatione hoc fiat ob necessitatē curę animarum. Item hic sola disparitas habitus impedit, fortius impedire dēt disparitas habitus, & ꝓfessionis, vt in casu isto, s. cum religiosus præficitur collegio secularium clericorum, & hoc maxime in simul viuentibus, in quibus plus arctat principium decreta. & qui quandoque funguntur priuilegijs religiosorum de vi. & hone. cleri. qm̄ & no. 16. q. 1. decimas. Egeret hoc declaratione, sed vt pręnixi, verbum, in eisdem monasterijs, multum facit, quod possit hodie sicut olim, nisi dicas, quod verbum, monasterijs, ponatur pro ecclesijs. sic 16. q. 7. nemini. Posset et dici, ꝙ clerici seculares non habent certum habitum.

1 Vide ad hanc glo. quę notat hic Ioan. de Imo.

2 Vide Cōcil. Trid. ses. 25. tit. de Regularibus & Monialibus, c. 7.

† Barbatia pulcherrime examinat virtutem decret & tenet cōtra Cardi. illud afficere ignorātes et ante publicatiōnē constitutionis. solus princeps tamē ignorātes ligare ꝑt Cōpost. in c. capitulū sanctæ Crucis. & rescrip. & dixit Io. de Imo in l. ex facto. ff. de vul. & pup. ꝙ principe confirmāte statuta inferiorū per appositionem decretinō pōt inferiores illa declarare Font.

3 Idē Perusia rō huius cadapratur ad oēm modū quo ecclesijs ꝓ vr: & rō legis extēdit verba ad cāsū ē vbi eadē rō reperit̄ facit ꝙ dixi s. e. ti. si postq̄ lit. Per. adde Barb. tractantē de extēsione poenali. Fon.

4 Quomodo tunc viuet, vide gl. c. de monachis 16. quę. 1. & plenissime B Th. & Caieta nū. 2. 2. q. 185 art. 8.

habitum, cum non sit expressum in iure de colore vel forma, per quae vel quorum alterum oportet habitum discerni, vt praedixi, & licet lateat certas formas, & colores esse prohibitos inf. de vi. & hon. cle. c. qm. sup. eo. tit. clerici. non ex hoc sequitur certum habitum esse praefixũ: et ñ large dicimus habitũ clericalẽ conuenientem & nõ ꝓhibitũ clericis, sicut & laicalem ꝯuenientem laicis, de sentẽ. excom. si iudex. li. 6.

a ¶ Cuiuslibet.) quasi dicat, etiam si sit alterius religionis, vel habitus. Ioannes And.

cuiuslibet [a] regularis ecclesiae licite possit eligi, non intendimus prohibere.

¶ Idem.

¶ Coetus Cardinalium sede vacant iurisdictionem Papalem non exercet, nisi inquantum permittit concilium Lugdunen nec illud, vel eius partem alterare potest. Io. And.

CAP. II.

NE RO-

Diuisio. NE Romani.] Diuiditur in sex partes: Quia primo ponit de potestate Cardinalium sede vacante, secundo de officio Camerarij vel poenitentiarij: ibi, [Eo tñ:] Tertio determinat quid comprehendatur appellatione dioecesis, & qd si Papa moritur extra curiã: ibi, [Sane.] Quarto determinat quid si ꝯtingat oẽs Cardinales exire cõclaue: ibi, [Porro] Quinto de exceptione cẽsurae non opponendae ꝯ Cardinales eligentes Romanum Pontificem: ibi, [Caeterum] Sexto arctat venire debentes existentes extra curiam, vt veniant, licet intellexerint sedem vacare: ibi, [verum] Ioan. de Imola.

Additio domini Heliae ꝑmittẽs casum. ¶ Istud c. determinat seu supplet concilium Lugdunẽ. in c. vbi periculum. lib. 6. eo tit. In illo c. ista dicuntur: Si Papa moriatur, Cardinales praesentes dẽnt expectare absentes per decem dies, vt ipsi congregati in vnum tractent de electione noui Romani Pontificis, qui quidẽ Cardinales intrabunt quoddam conclaue, i. quendã locum secretum, ꝙ conclaue erit planum, & nulla erũt in isto conclaui intermedia, seu nullae erunt partes in medio, & isti Cardinales semel inclusi in conclaui, nõ poterunt exire, & nullus cũ eis poterit loqui. Et ꝑ vnã fenestram bene arctam & finistram ministrabitur Cardinalibus potus & cibus Et si intra tres dies non eligãt Papã, ipsi non habebunt per quinque dies. nisi vnũ ferculum. i. non comedent nisi de vno epulo: Et si in illis quinque diebus adhuc non eligant, ipsi non habebunt nisi panem, vinum, & aquam, & non recipient suas distributiones de camera: imo si aliquas recipient ibi tenebuntur illas restituere. Et debent esse ita intenti ad electionem dicti domini Papae, ꝙ non debent se interponere de aliquo alio negotio quousq; electionẽ suam fecerint. Item si quis Cardinalium non intrauerit conclaue, vel si intrauerit tñ exijt, alij existẽtes nihilominus procedant in dicta electione, & illũ exeuntem non admittent. i. illum amplius recipient, nisi exiret ꝑꝑ infirmitatem, quia post infirmitatem recipietur, si intret pendẽte negotio electionis. Item expectati per decem dies, si ipsi veniant, ipsi admittentur. Item illud cap. vbi periculum, dicit quod aliquotiens Papa moritur alibi quam Romae, quid erit si moriatur alibi: ibi dicit, ꝙ si Papa obierit extra ciuitatem Romanam, qd Cardinales debent illum eligere in ciuitate illius territorij, in quo obijt. Et dicit, quod rectores illius ciuitatis ita cito quam scient mortem Papae, qd ipsi debent compellere Cardinales, vt ipsi eligant Papam, & si ipsi non faciant, dicit Papa) ipsi rectores erunt infames, & priuabuntur officijs suis Et dicit concilium, quod feudis, si feuda habeant Item dicit, ꝙ Cardinales debent eligere Papam libere, & sine conuentione vel pactione aliqua. Et si aliquod iurm ipsi Cardinales alicui praestitissent de aliquo eligendo, dicit papa, ꝙ tale iuramentum nõ valet Item dicit, quod tota ecclesia debet orare, super prouisione electionis noui Pontificis. ¶ His suppositis

Casus litteralis domini Heliae. accedo ad Clementinam, quae aliquotiens aliquid supplet ad dictum capitulum: aliquotiens cõfirmat & determinat ea, quae decidunsur in dicto c. vbi periculum. iã determinato. ¶ Figura sic casum: Pater sancte. Deus vos conseruet à mala peste, quia vidi si aliquo casu essetis sublatus de medio, idest, si essetis mortuus, quo vos docetis me, qualiter deberem eligere, si ius haberem eligendi Romanum Pontificem. [Sed quaero à vobis, an nullae sint aliae solemnitates ad eligendum Romanum Pontificem praeter istas positas in dicto capitulo, vbi periculum, & si ego obseruarem dictum capitulum, vt iacet ad pedẽ litterae, an mea electio esset valida? Et respondet Papa, ꝙ sic: dummodo adiungam ea, quae sunt in isto capitulo, seu ista Clementina, in cuius principio dr. ꝙ olim erant diuersae opiniones, an ca. vbi periculũ, posset modificari, vel immutari, vel aliquid ei detrahi, vel addi per coetum Cardinalium: Summus Pontifex considerans, ꝙ lex superioris non debet tolli per legem inferioris, reprobat opinionem satagentem i. dicentem & procurantem, qd ꝯstitutio edita in concilio Lugdun. in c. vbi periculum. [Ecclesia vacante] põt corrigi, immutari, aut quicquam idest aliquid põt ab ea detrahi Et dicit, ꝙ non vult, qd Cardinales sede vacante aliam iurisdõnem habeant, praeter iurisdictionem eis concessam in dicto ꝯcilio, vbi periculum. ¶ Hoc tñ plus hẽnt, quia si ꝯtingat, quod Camerarius moriatur pendente tempore, quo papa est mortuus, vel maior, vel aliqui ex poenitentiarijs, papa Clemens vult, quod coetus & ꝯgregatio Cardinalium tales personas eligant, quia papa non intẽdit qd ꝑ obitum suum talia officia vacent. Et maxime. i. praecipue vult, vt poenitentiarij eligantur, cũ sint ipsi populo perquam necessarij, quia ipse Clemens vult, si poenitentiarij moriantur nõ obstante quod sint impediti in electione Romani Põtificis, tñ vult quod eligant noui, & qd in locum poenitentiariorum mortuorũ Cardinales subrogent nouos. ¶ Item qa concilium dicit in c. vbi periculum, quod si ꝯtingat Papam mori ex ciuitatem Romanam. quod papa est eligendus in ciuitate illius territorij, in quo mortuus est: Sed supplico, declaretis mihi, quid vos intelligatis per territorium, & dicatis quid ꝯtinet? Rñdet papa, quod nomine territorij tota dioecesis intelligitur, & intelligatis, quod si audiẽtia causarũ & litterarũ Apostolicarum sit in vno loco, & quod contingat Papã mori in alio loco, quod Papa nõ est eligendus in loco, in quo moritur, sed in quo remansit curia sua. Et nisi forsan Papa antequam moreretur determinasset audientiam causarum alibi prosecuturã, quo casu contrã concilii Lugdunen obseruares. ¶ Sed pone, Accidit, quod Cardinales existentes in ꝯclaui no referunt electionem, imo oẽs simul exierunt conclaue, vel successiue exierunt, quaeritur quid iuris, an ꝑꝑ hoc electio non sit facienda? Rñdet Papa, quod rectores ciuitatis, ad quos executio praedictae constitutionis, vbi periculum: pertinet, constringent ipsos Cardinales ad iterum intrandum conclaue: alias si non faciant incurrunt poenas contentas in dicta cõstitutione, vbi periculum. Sed quaereret aliquis, qñ Cardinales reintrabunt ꝯclaue deputatum, incipient ne ipsi de nouo ꝓcedere in electione, ac si nunq̃ intrassent? Rñdet Papa, quod non, sed incipient in statu, in quo erant, qñ exierunt conclauẽ. ¶ Ite q̃ro, pone quod sunt multi Cardinales excõicati, erunt ne ipsi repellendi ab electione, cum sint incapaces? Rñdet Papa, quod tales nõ poterũt repelli aliqua exceptione, vt vitentur seu euitent dissensiones vel diuisiones seu schismata, qa si possent repelli exceptione excõmunicationis, ipsi Cardinales forsasse negarent se excõicatos, & esset logũ expectare ꝓbationes aliorum, & nimis prolongaretur, vel differretur electio, qd esse non debet. ¶ Sed quaero, durante tempore electionis sunt aliqui in prouincijs, qui fuerunt electi in aliquibus

Casus. §. Et tamẽ.

Casus. §. Sane.

Casus. §. Porro.

Casus. §. Caeterũ.

Casus. §. Verum.

bus dignitatibus, quid facient ipsi, quomodo ipsis prouidebitur de confirmatione suæ electionis, an teneatur venire ad ciuitatem Romanam, ac si Papa non esset mortuus? Respondet, quod tenetur venire vel mittere, ac si curia Romana non vacaret, hoc dicit totum istud cap. cuius ordo facilis est. Not. quod opiniones doctorum variæ præbent obstaculum, & dilationem expeditioni alicuius negotij. Nam in tali varietate alteram sequi, non est temerarium, vt notatur in d. cap. ne innitaris. sup. de const. Et secundum Pau. sine reprehensione potest vnus adhærere vni, & alter alteri, quia opinionibus est deferendum. sup. de rest. spo. Et per hoc dicendum est, quod si iudex in iudicando sequitur vnam opinionem de pluribus, non facit litem suam: quod dic vt not. Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Vide hic plenius per Petr. de Anchar. Not. quod opinio non consonans veritati est reijcienda. Zabarella.

mani [a] electioni Pontificis indeterminata [b] opinionum diuersitas aliquod possit obstaculum vel dilationem [c] afferre: Nos inter cætera [d] præcipue attendentes, quod lex superioris per inferiorem [e] tolli [f] non potest: [g] opinionem astruere (sicut accepimus) satagentem, quod constitutio fœlicis recordationis Gregorij Papæ decimi prædecessoris nostri, circa electionem præfatam, edita

[Prima gl. ponens casum simul summat, & diuidit, & dicit quid supplendo determinat, & quid prima pars approbet vel reprobet.]

a ¶ Ne Romani.] Casus. Cœtus Cardinalium sede vacante iurisdictionem Papalem non exercet, nisi inquantum permittit concilium Lugdunen. nec illud vel eius partem altare potest. Secundo dicit, quod officium Camerarij, vel Pœnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, qui si deficiunt poterit cœtus pro tpe vacationis alios subrogare. Tertio determinans diœcesim intelligi id, quod in concilio dicit de territorio & districtu, statuit moriente Papa extra curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, vbi erat causarum & litterarum audientia, licet suspensa, nisi prius ordinatum esset de curia transferenda. Quarto prouidet casui, quo contigeret Cardinales omnes exire conclaue. Quinto statuit per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti ab electione non repelli. Vltimo electos & alios, qui mittere vel ire tenentur ad curiam, adstringit ad id sede vacante. Et principaliter determinat & supplet, decr. vbi periculum sup. eo. Quas autem opiniones approbet, dicam per partes. Et prima pars determinat, quod no. 79. dist. nullus 1. & corrigit, quod not. Host. de pœnit. & remiss. cum ex eo cuius opinionem & rationes scripsi, de schismate c. vnico lib. 6 & approbat, quod ibi not. & quod tenet Archi. in decre prædicta, vbi periculum. § cæterum, in fi. quod specialius contingit hunc casum Gar. etiam sequebatur Host. eo tit. cupientes. § qd si. vt etiam dicam inf. §. fi.

b ¶ Indeterminata.] habes igitur exemplum opportunæ determinationis, de quo loquitur procemium harum constitutionum.

c ¶ Dilationem.] summe periculosam, vt in ea consti. in princ. Io. And.

d ¶ Cætera.] quæ patere possunt ex gl. prædicta sup.

e ¶ Inferiorem.] 21 dist. inferior. sup de maio. & obe. cum inferior. C. de leg. l. fi. & hoc maxime cum ille inferior ab illo superiore recipit potestatem, 1 vt in casu nostro cœtus cardinalium a Papa, per quod idem vr de concil. sup eo tit. significasti 6 q. 3. cuncta.

f ¶ Tolli.] tollitur posset per pœnæ adiectionem a de

hoc dixi de offi. archipresbyt. c. fin.

g ¶ Non potest.] hoc etiam fatebatur Host. T. eod. licet quod Cardinales illi constitutioni expresse renuntiare non poterant per hanc rationem tacite sic, vt inf. dicam.

h ¶ Lugdunensi.] sup. eo. vbi periculum lib. 6.

in concilio Lugdunensi, [h] per cœtum [i] Cardinalium [k] Romanæ Ecclesiæ (ipsa vacante) modificari [l] possit, † corrigi vel immutari, aut quicquam ei detrahi, siue addi, vel dispensari [m] quomodolibet circa ipsam seu aliquam eius partem, [n] aut eidem etiam renuntiari per eum, tamquam veritati non consonam, [o] de fratrum nostrorum consilio reprobamus: [p] † irritum nihilominus, & inane

[Gl. seq. ponit alia duo nomina. & rñ.]

i ¶ Cœtum.] Collegium vocatur. de schisma. c. vnico. lib 6. quæ satis resonant in idem, vt patet 15. dist. canones. in fi. alibi dicitur gremium. 23. dist. in nomine Domini. ante medium. Quomodo vero Cardinales habent ius collegij, vel capituli, nec censentur iure singulorum in diuersis titulis locatorum, satis tractauit Host. de iudæ. ad liberandam.

k ¶ Cardinalium.] vnde sic dicatur, no. sup. de offi. archipresbyt. ca. 2. in 1. gl. Ioã. Andr.

l ¶ Modificari.] diminutionem continet, de verb. sign. c. fi. & multa verba hic ponit, septem scilicet, vt omnem modum per quem constitutio tangi posset, includat Io. Andr.

m ¶ Dispensari.] hoc addit, quia stante constitutione maioris, minor quandoque contra illam dispensat. de ætat. & quali. c. vnico lib. 6 cum similibus.

n ¶ Partem.] quid iuris sit de toto, & c. ff. de rei vend. quæ de tota & sup. de dona. inter virum, & vxo. nuper.

[Gl. seq. rñdet ad rationem Host. quem excusat, & hanc definitionem coadiuuat.]

o ¶ Non consonam.] quod ergo dicebat Host. quod alia collegia hoc habent, ergo & collegium Cardinalium? Rñdetur: illis permissum, huic expresse prohibitum, & si per antiqua iura concessum prius erat, per istam posteriorem constitutionem est correctum de constitu. c. 1. lib 6. Et sic breuiter respondetur ad quamplures ex rationibus Hostiensis, qui tamen excusabilis est, quia non vidit decre. vbi periculum. Ad id quod dr non esse verisimile, filium Dei voluisse mortuo papa gregem fidelium esse sine pastore, vel ecclesiam sine sponso: Rñdetur, quod sponsus, rector & pastor est Christus & caput 3 ecclesiæ, quæ est ipsius corpus. Primum patet 76. dist. ieiunium 2. in fi. Secundum 93. dist. c. 1. circa medium. Tertium de sacra vnctio. c. 1. vers. sed vbi 3. q. 4. cap. fi. Licet ergo deficiat vicarius, non deficit principalis, qui vicariatus solum Petro & successoribus Apostolicis datus fuit. Absurditas autem huius opinionis apparet, quia secundum eam non esset necessarium Papam eligi, 4 ex quo cœtus Cardinalium Christi vicarium haberet. Item nec esset hoc expediens, quod cuique patet, & facit de concess. præben. quia diuersitatem in prin. & in decisa

[Gl. seq. quærit, & negatiue soluit.]

p ¶ Reprobamus.] Sed nunquid per hoc reprobatur opinio Gasfr. Hostien. & Compost. & Guli. quæ habet, Cardinales tollere posse, quod de numero duarum partium statuit concilium Lateranen. sup. eo. tit. licet. §. ordinando, quod nominatus a pluribus in scrutinio sit papa, vt ibi scripsi? Dic qd non: quia illud Concilium istam opinionem approbat, cum dicat, nisi maior interueniat concordia, ex quo ergo concordat nominatum vel nominandum a pluribus esse Papam, videtur ille nominatus ab omnibus, & facit quod no. sup. eod. tit. si cui. lib. 6. in glo. nota.

a Placuit doctorib. & nota, quod inferior sp [gratia exempli] eps recipit potestatẽ a superiore, s. archiepo. c. pastoralis, in princ. de off. ord.

a Sequitur doct. facit c. ne animarũ periculis. de consti. lib. 6. glo. 1. clem. et hi qui de ætate, & qual. Bartu. F.

† Fallit istud sm Barbat. in alijs capitulis, quod se de vacante habent iurisdõnẽ sed ratio istius tex. est periculum vacationis sedis Papalis. Fon.

† Notat Barbat. quod Papa pot facere cõstõnem, ut per elect. successoris, nõ sic eps quia post obitũ nõ erit iudex, ergo non valet quod agit. l. eũ qui. §. fin. ff. de iur. om. iu. Fon.

3 Vide Turrecre. in summa de ecclesia. li. . ca. 44. & seq.

4 Qd est falsu, vnde infert Barba. qd auctoritas Chri non transit ad collegiũ sede vacãte, vi de glo. c. quodcũque ligaueris. 24. q. 1. Fon.

[Glossa

decernentes, quicquid potestatis [a] aut iurisdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis [b] (nisi quatenus in constitutione prædicta permittitur [c] cœtus ipse duxerit) eadem vacante Ecclesia) exercendum.

¶ Officium Camerarij, vel Pœnitentiariorū Papa durat eo mortuo, qui si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare. Io. And.

¶ Eo tamen prouiso, ꝙ si eiusdem Ecclesiæ Camerarium, [d] aut maiorem, [e] vel aliquos alios ex pœnitentiarijs (quorum [f] officium per obitū eiusdem Pontificis nolumus expirare [g]) per mortem, vel alias deficere quouis modo [h] contingat, valeat idem cœtus [i] ad tēpus vacationis huiusmodi, pro numero deficientium, [k] vel ampliori etiam, quantum, [l] ad pęnitentiarios (si hoc [m] eidem cœtui concorditer [n] expedire videbitur) alios subrogare.

¶ Determinans Diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de territorio, et districtu, statuit moriente Papa extra Curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, vbi erat causarum, & litterarum audientia: licet suspensa: nisi prius ordinatum esset de Curia transferenda Io. And.

Sane cum iuxta constitutioné [o] prędictam Papa extra ciuitatem, in qua cum sua erat curia, moriente, [p] in ciuitate in cuius districtu, seu territorio moritur, sit regulariter [q] successoris electio celebranda: districtus, seu territorij nomine, diœcesim [r] hoc ca-

[Glo. seq. dicit opi. Hug. reprobatam, & rationē eius tollit per instantiam.]

a ¶ Potestatis.] reprobatur, ergo quod notat Hugon. 79. distinctione. nullus 1. cuius dictum recitat Hugo. supra eo. licet. qui dixerat Cardinales posse tunc creare Cardinalem: cum possint tunc creare Papam, quod plus est, sed videmus, quod capitulum creat Episcopum, nec tamen confert beneficia ad illius solius collationem spectantia, ne sede vacante capit. vnico. lib 6.

b ¶ Pertinentis.] sit ergo aliquid diuisim ad collegium pertinet, quod forte prior ipsorum expedit, vt est mors, hoc non impedit: facit prędi. decre. vnica. & de rescri. educeri.

c ¶ Permittitur.] in §. idem quoque.

d ¶ Camerarium.] ad quem spectat temporalia pauperibus erogare, vt not. Ioann. 8. quæstio. 1. ca. 1. hodie autem magnum est officium, & iurisdictionem exercet circa omnes debentes Cameræ, & Auditorem habet etiam ad hoc, quem puto, ꝙ habere possit Sede vacante, per hanc litteram prouisione tamen pendente Cardinales nil ab ipso recipient, vt pdicta decre. vbi, §. prouisionis.

e ¶ Maiorem.] ex pęnitentiarijs, 1 quod sequitur, & est serons, ꝙ officium pœnitentiarij maioris, qui solet esse Cardinalis, vel aliorum minorum, nō expirat. Tempore tamen inclusionis maior pœnitentiarius, si est Cardinalis, per se non potest vti officio, si tamen nollet in clausura manere etiam personaliter vteretur officio, vt fecit dominus Tusculanus.

f ¶ Quorum.] interposito.

[Gl. seq. dicit quod approbat, duas lecturas ponens.]

g ¶ Expirare.] hoc de pœnitentiarijs tenebat Host. de senten. excommu. quod de his, in fine, vbi determinat, quod no. in Specu. titu. 3. § primo. vbi defendit Gulicl. quod Camerarius Marescallus, & Auditor Cameræ habent ordinariam, quod si verum esset de iure communi, duraret illorum officiorum mortuo Papa, de offic. lega. cap. 2. lib. 6. sed hic de marescallo nil dicitur, & vide quod dixi supra eadem compil. tit. primo. audito. in 1. glo. Secundum quod dicimus istos habere delegatā, speciale hic inducit, quod durat delegata post mortem delegantis, sicut & supra de hæret. ut fi- aci lib. 6.

h ¶ Huiusmodi.] 2 puta quia incidit in furorem, vel infirmitatem, quæ impediat executionem officij, idem puto si recederet, vel nollet officium exercere.

i ¶ Cœtus.] potest supplere, vel pars maior, quia quod maior, x ..) §. ast. Apostolica, de elec. c. inter canonicos, in prin. ff ad munic. l. quod maior. & hoc verum vbi solum pro numero deficientium subrogant, vbi verò ampliori, necessaria sit plena concordia, 3 & sic intelligo quod sequitur.

k ¶ Deficientium.] tolle quod est infra alios subrogare.

l ¶ Quantum ad pœnitentiarios.] secus ergo quo ad Camerarium.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

m ¶ Si hoc.] videlicet quod pro ampliori numero subrogetur pęnitentiarij. Sed nū quid nullo deficiente poterit cœtus pro ampliori numero cōcorditer pœnitentiarios subrogare? De verbis videtur quod non, cum constitutio sit prohibitoria, prętor casus pręmissos, & istud non videtur præmissum, nisi cū aliquis deficit. Io. And.

n ¶ Concorditer.] idē in decreta. vbi periculum, § nulli, & §. idem quoque. vnus. 4 ergo solus hoc impedire poterit. facit quod not. supra eod. titu. quia propter. ver si uel saltem.

o ¶ Constitutionem pdictam.] in §. porro.

[Glo. seq. soluit dubium, & respondet contrario.]

p ¶ Moriente.] vel cedente, quod esse potest, vt de renun. c. 1. lib. 6 Nam tunc quo ad sedē cēsetur mortuus 7 q. 1 §. ecce in quibus, & cum hic sit eadem ratio, & fauor prouisionis Ecclesiæ, & cesset ambitio, cessat etiam contrarium. de decret. susceptum, de rescrip. lib. sexto.

q ¶ Regulariter.] hoc dicit propter casus interdicti, & rebellionis ibidem exceptos. Io. And.

[Glo. seq. fortificat textum per simile, & per rationem. Secundo obijcit, & respondet.]

d ¶ A die.] Ergo vr̄, quod illa pars diei, in qua appellatur, cedat lucro appellantis, nec computetur in anno sic de elect. c. 1. de excep. pīa de resti. spol. frequens. sup. de præben. statutum li. 6. & in hóc differat à tēpore appellationis interponendæ, quod currit de momento ad momentum. de re iud. quod ad consultationem. Scire debes, ꝙ olim hanc quæstionē disputaui, s. quando deberet currere tēpus appellationis prosequendæ Accur. in l fi. C. de temp. app. ponit tres opiniones. scilicet hic approbatam, & aliam quę incipiat a tempore inchoatæ prosecutionis: pro qua facit lex illa ibi, & annale tempus post inchoatam litem præterierit. Tertia est, ꝙ appellans si non prosequitur intra annum a tempore appellationis, vel biennium ex causa, rata manet sententia: sed si inchoauit intra hæc tempora: tūc à tempore inchoationis habet annum, & ex causa biennium: sed vt ibi no. ſm has duas opiniones posset prosecutionis tempus extendi ad quadriennium. Est quarta opinio, quam ipse not. in Auth. de iud §. appellationes. coll. 6. vt cursui ipsius anni præponantur duo menses per §. prædictum. vbi videtur expressum. Est quinta opinio, q̄ placet Host. eo. tit ex rōne, quod currat annus à tēpore sententiæ, a qua fuit appellatum, alleg 2. q. 6. anteriorem. ver. & sancimus, sed ibi loquitur de tempore appellationis interponendæ. Iuuabam hanc opinionem per l. iudicibus C. eo quæ habetur. 2 q 6. in fi. vbi tempus apostolorum petendorum currit a tempore sententiæ, vt etiam dixi sup. c. proxi. in glo. 3. ad idē ea. q. propter superfluam. facit eod. tit. non solum. lib. 6. vbi attentata post sententiam, scilicet ante appellationem reuocantur per modum attentati. Item tempus restitutionis in integrum supplicationis contra sn̄iam currit à tempore sententiæ de restitu. in integ. c 1. lib. 6. C. de preci. Impe. offe. auth quæ supplicatio. Item annus executionis, qui datur delegato, currit a tempore sententiæ de offi deleg. quærenti sic dicam de isto, & videtur casus. C de temp. appel. l. 1. quod de tempore prosecutionis videtur debere intelligi. Prima opinio quam in solutione tunc tenui, sic probatur: Illud tempus datur appellanti & ad prosecutionem appellationis. 2. q. 6. ei qui alias incipit, si quis appellat. C. de tēp appe ei qui. eo. tit. cum sit. & c reprehensibilis sæpe &c. constitutus de sent. exc. licet lib 6. ergo oportet appellationem præcedere huius temporis cursum, ne lex sit impossibilis 4. dist. erit autē cum simi. Item decre. ad hoc a eo. titu. dicit post appellationem. Item lex 1. in prin. & l 3. post prin C. de temp. app ad idē. eo. tit. Nicolao. de dolo & contu. cum olim in fi. Itē cum decem dies dentur ad deliberandum, an expediat appellare, non cōputabūtur in tempore prosecutionis, nam ista diuersa sunt, ꝙ patet de proc. non iniuste. in fi. C. eo. tit inuitus Et facit quod ibi not. alias cum tempus interponendæ currat a tempore scīæ illius snīæ, 2. q. 6. biduum eo. tit. concertationi. li. 6 si tp̄s prosequendæ curret a tp̄e sententiæ, 1 secundum id post annum posset appellare, sed non prosequi simile, quod no. ff. de exc tut quinquaginta. facit ff. de requi re. l annus. per quæ iura, & per decre. ex parte. sup de rescrip hanc partem elegi, quæ hic approbatur. Ad ꝯtra respondetur, ꝙ secunda, & tertia opinio absurditatem habent, de qua dixi sup. potest ergo exponi, quod dicit ibi lex, vt ibi not. præterierit, idest præteriisse noscatur, vel clarius, idest, cursum suum compleuerit, & per eundem modum tollitur quarta, & qd dicit § appellationes post duos menses tempus fatale suum inchoare cursum, exponas, idest, inchoatum prosequi & finire, vel quod ibi dr̄ est locale, vel spāle, vt ibi no. Pro quinta opinione non facit decr. ex ratione, vt patet ex ea, & ibi scripsi. Lex, iudicibus nō obstat: quia licet appellare, & apostolos petere sint diuersa & habeant diuersa tpa: quia tn̄ fiunt coram eodem, & ſm accessorium primi, & in sola verbali petitione ꝯsistūt, voluit ius vnum tp̄s cum alio confundi: sed appellatio, & prosecutio fiunt coram diuersis: q̄ prosecutio in multa difficultate consistit, quare ius noluit vnum tempus in aliud imputari. In tempore restitutionis, supplicationis, & executionis, non est dare diuersa tempora, quæ possunt confundi, sed vnum solum in decre. non solum in beneficio deliberandi procedit, quod habet victus per decendium, quo reuocantur ante appellationem, & post sententiam innouatam. Lex 1. C. de temp. appe. varios habet intellectus, vt ibi no. Io. And.

e ¶ A futuro.] quia in iudicio nō appellatur nisi a grauamine illato, vel cōminato: ideo non in iudiciali, sed extraiudiciali procedit hæc distinctio: si ergo appellat canonicus, ne fiat electio eo excluso, vel ne fiat de Titio, vel ne fiat nisi de nominato per maiorem partem capituli, vel appellat possessor ne possessione inquietetur, ex tunc & non prius cum contra appellationes factum fuerat, illas prosequi tenetur: sic loquūtur de ele. cum nobis. & c. auditis & eo. ti. constitutus. & c. bonæ.

Appellationis prosequēdæ, qn̄ incipit tēpus currere.

Restitutionis, & executionis tēpus currit a tēpore sententiæ.

1 al. scientiæ.

Appellari nō pōt in iudicio a grauamine futuro

a ¶ Finite]in hoc conuenit tempus restitutionis in integ. sup. ca. compil. de restit in integ. c vnico & approbat in hoc, quod no. Inno sup eo. ex ratione. & Ber. super eo cum sit, & c oblatæ.
b ¶ Impedimento]de hoc, quod prouenit quandoque ex parte iudicis, quandoq; ex parte appellantis, quandoq; ex parte appellati, latis sup. eo ex ratione, & in Spe eo tit. §. nunc breuiter.
c ¶ Deserta]idem verbum inf. eo ca 5. & C. eo. l. quoniam. 1. Io. And.

Quandiu]Primo ponit dictum. Secūdo, ab illo exceptionem: ibi, [Nisi.] Imo. ¶ Presupponendum est illud, quod dicit in ca Romana. eo tit. lib. 6. videlicet, ꝙ licet appellans de iure habeat annum ad prosequendam suam appellationem, ita ꝙ non efficitur deserta nisi post annum: veruntamen iudex a quo potest illum terminum abbreuiare, & hoc verum, respectu prosequendæ appellationis, non autē respectu finiendæ, & terminandæ appellationis.

...nire [a] tenetur appellans. Quod si iusto impedimento [b] cessante non fecerit, debebit eius appellatio deserta [c] censeri.

¶ Idem.

¶ Tempus ad prosequendam appellationem ab homine vel à iure præfixum, non currit appellanti compromisso durante, vel de partium expresso consensu, nisi periculo imminente ex mora iudex aliud decernat.

CAP. IIII.

QVandiu [d] † appellationis prosecutio per compromissum [e] vel aliàs [f] de partium expresso [g] consensu differtur, tempus

CASVS. Tu & ego litigabamus, fuit lata sententia contra te: appellasti, iudex dedit tibi apostolos assignando tibi terminum duorū mēsium ad prosequēdam tuam appellationem. Pendente illo termino duorum mensium, compromisimus in arbitros, i. consensimus in aliquos arbitros, qui haberent decidere causam principalem intra medium annum. Quæritur vtrum pendente illo termino medij anni, currat tps assignatū ad petendum apostolos? Dicit, ꝙ non, sed pendente termino arbitrij, terminus assignationis quiescit. Et finito cōpromisso habebis tempus, quod restat. Sed quid si expresse, & ex consensu nostro prorogauimus terminum vsque ad annum; quia forte viget tempestas & pestis: Vtrum pendēte prorogatione currat tps assignationis? Dicit, quod non, imo partes possunt facere istam prorogationem, nisi iudex ex suo officio videns periculum imminere, præciperet partibus vt procederent, & inciperet tūc currere à tempore præcepti: quia forte ex causa matrimonij, vel electionis, vbi imminet periculum. Nota primo, quod pendente compromisso inter appellantem & appellatum, non currit tps assignationis ad prosequendam appellationem tm̄. vel prosequendam & finiendam. Not. quod partes ex cōmuni cōsensu aliter q̄ p compromissum possunt ꝓtelare & prorogare tps ad ꝓsequendam appellationem tm̄ vel prosequendam & finiendam. Not quod iudex ex cā pōt p̄cipere partibus, vt pcedant in cā appellationis, non obstante cōpromisso vel alio consensu partiū, & sic ista Clementina addit tria ad auth. si tñ C de temp. app quæ sumitur ex illa auth vt prima glo. dicit. Primo addit, quia authentica bene dicit, ꝙ pendente ꝯpromisso non currit tps ad finiendā applōnē, & nihil dicebat de termino assignationis ad ꝓsequendā tm̄. Secundo, quia illa authentica solū loquitur de ꝯpromisso, & nō de prorogatione vel alio cōsensu: ista cle. loquitur de omni consensu. Tertio addit in hoc, ꝙ dicit, ꝙ iudex de officio suo pōt præcipere partibus, vt procedant, & hoc ex cā, videlicet qñ cā appellationis desiderat celeritatem, vt in matrimonio spūali, & carnali. Not. [Ex dilatione &c.] id est, ex progatione. Nā dilatio, est tpis in cā prorogatio. Vel fm Bal. est tps, ꝙ hēt certum principium & certum finem. Vel sic: Est tps datū a lege, vel a iudice partibus ad veniendum. Et talis est duplex, s. prima, q̄ datur ab hoīe vel a iudice. Scda, quæ datur a iure vel a lege, vt patet in rubrica de ferijs. Et dilationum[fm Ho. in sum. tit. de dilatio §. 1.] aliæ sunt citatoriæ, q̄ dantur vocato ad cām, vel ad veniendum ad iudicē ante litis cōtestationē: intra quas citatus se præparabit, vt veniat in termino, & nihilominus post terminū, vt de off. deleg consuluit. Aliæ sunt dilationes restitutoriæ, quę dātur his q spoliati fuerunt, vel quæ dantur ad appellandum, quę sunt decē dierū vel ad restitutionē in integrū petēdā, q̄ olim intra annū vtilē, hodie intra quadriēniū cōtinuum dantur, vt C. de in integ. resti. l. fi. Aliæ sunt deliberatoriæ, quæ dātur reis ad deliberandum, de quibus. C. de litis cōtesta. Aliæ sunt perēptoriæ, quæ dātur volenti probare, de quibus in l. 1. C. de dilatio. Aliæ sunt executoriæ, q̄ dant cōdēnato ad hoc, qd̄ satisfaciat, de his l. 2. de vsur. Aliæ sunt reuocatoriç, quæ dant hn̄ti ius reuocandi domū: de quib. hr̄ l. 2. § legatis ff de iudi. Aliæ sunt vacatoriæ, siue feriales, vt in l. 1 C. de fer. & ff. eo. & 15. q 4 per totum. Aliæ sunt persecutoriæ, q̄ dantur ad appellationē ꝓsequendā, de quibus in auth ei qui appellat. C de temp. app Et hic in nostro ꝓposito Aliæ sunt saluatoriæ, vt pœnitentiales. Aliç p̄ceptoriæ, de ap c. præterea. Aliæ electoriæ, vt de cōuer. coniu. c. ex publico. ff. de adop. l. mancipiorū, & de electione. pro defectu. Aliæ expectoriæ, vt de frigi & malefi. c. laudabilem. Aliæ exēptoriæ, vt q matr. acc. pos. c. fi. Aliç refutatoriæ, vt de app personas, & c. secundo requiritis. Aliæ executoriæ, s. ad proponendas exceptiones ꝯcessæ a iure de excep pastoralis. No ꝙ pendente compromisso, dormit cursus fataliū, & sic finito compromisso, reassumit suū cursum, & cōputant vltima tpa cū prioribus de verb. sig. dilecto. & de in integ rest. cle. vnica No. ꝙ in causis, in quibus vertitur periculum, pōt iudex etiam partibus non prosequentibus ad appellationem procedere, de hoc in glo. in ver. imminere. Zabarel.

[Gl. prima dicit vnde sumpta, & litteram exponit.]
d ¶ Quandiu]sumi potuit ex auth. si tñ. C. de temp. app. sumpta de corpore Authenticorum. de appel. §. 1. col. 5 q̄ tñ in tribus hic suppletur, vt inf. dicam & quod dicit, quandiu, exponas, i. quantumcunque diu, vnde dicit auth. etiam si decies mille anni influxerunt.

[Glo seq. ponit casum diuersum, pro ratione remittit, & litteram declarat.
e ¶ Compromissum.]non sic in eligentibus, qui compromittunt, quibus bene currunt electionum tpa de elect. si compromissarius. & responso. lib. 6. & ro diuersitatis ibi no. in glo fin. Si ergo compromissarius non pronuntiat reuertitur appellans ad idem, & idem puto si pronuntiat: sed appellans vult pœnam soluere & appellationem prosequi: nec illa littera. contradicit imo fauet, cum dicit tempus interim non currere &c. Item etiam ante pronuntiationem compromisso durāte, poterit appellans ad iudicem redire soluendo pœnam, vt no. de offi deleg. significantibus. in 1. glo.
f ¶ Vel alias.]hoc supplet hæc decre. quod nō dicebat auth. pone mortalitas, vel alia pestis cępit esse in loco appellationis prosequendæ, ita quod conuenerunt † appellans & appellatus differre ad certum tempus, ita quod tempora non currerent, vel aliquid tale.

[Gl seq. no aduerso, ponit exempla, & causam reddit.]
g ¶ Expresso.]non sufficeret ergo tacitus, puta, ꝙ simul appellans & appellatus ad domicilia redeunt, vel longam peregrinationem simul arripiunt, vel aliquid tale: imputet enim sibi appellans, qui sic itinerat. Itē per procuratorem prosequi poterat.

Dilatio quid est.

† De stellectu vide Matthesilanum in auth. si tñ C. de tēp. appe.

† Si non conuenissēt, pestis nō excusaret inquit Fanor. vide eundē in ca. cum dilecti de dolo & contu. Font.

a ¶ Ab

a ¶Ab hoie.] hoc est secũdum, in quo suppletur Auth. quæ loquebatur solum de tempore iuris.

b ¶Currere.] non intelligas, ꝙ compromisso deserto, vel tempore, de quo conuenit, finito, habeat appellans integrum tempus: sed solum habebit, quantum temporis compromissi superfuerat, dormit.n.tũc illius temporis cursus. facit sup ea.com pi.de testi.in integ.c. vni. quod plene not. de verbo.sig.dilecto, ff.ex qui.cau.ma. sed & si per prætorem. §. quotiens.

ad prosequendam eandẽ ab homine [a] vel a iure prefixum, currere [b] noluimus appellanti: [c] Nisi [d] forte iudex videns ex dilatione periculum imminere, [e] preciperet [f] in illa procedi.

c ¶Appellanti.] nec appellato.

d ¶Nisi forte.] tertium, in quo suppletur Auth.

e ¶Imminere, s. eo. oblatę.ad §. quę ponit exemplum de cã electionis, vel matrimonio spirituali idẽ ibi dixi de matrimonio carnali, secundum Goff. Hosti. & Ægid. alleg vt lit. non contest quoniam. Idem dicit ibi Goff. in aliis, quæ celeritatem desiderant, ff. de dam. infe.l.1.de fer.l.1.& 2.

¶Idem.

¶Ante diffinitiuam appellanti non licet prosequi causas in appellatione nominatim expressas. Nec processus primi iudicis iustificari, vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo.

ADDITIO. Idem si ex dilatione fit aliis præiudicium, vt si esset qõ hæreditaria, vel natalium, quæ differtur in fraudem legatorum, qui filij sint legi.lator. Ex quo no.secund. Lau. ꝙ ubi interest tertij, puta reipublicæ, seu Ecclesiæ, vel priuati, vel vbi periculum animarum imminet, potest iudex compellere partes ad litigãdũ, quom.& quan.iud.& Auth.qui semel de collu.c.1.& quod ibi no.Cardinalis.

f ¶Preciperet.]post illud ergo præceptum incipiẽt currere tempora, hoc intendit.

A Ppellanti. 1] CASVS. Appellaui ab interlocutoria iudicialiter lata, vel a grauamine extraiudicia li. A grauamine hoc modo: quia cum essem canonicus Ecclesiæ Bituricensis, alij canonici volebant eligere Titiũ, appellaui ne eligeretur, & in applõne inserui cãm appl̃onis, quia dixi, ꝙ erat illegitimus, inueni, ꝙ hæc cã erat falsa, volo prosequi alia, s. ꝙ est excõicatus, vtrum possim? Dic. ꝙ non: Sed quid si iudex aliquis fecit me citari ad locũ non tutum, & est notorium, ꝙ locus non est tutus? Certum est ꝙ non teneor cõparere verũtamen ex abundanti appellaui, pendente appl̃one fui recõciliatus, ita quod mõ habeo tutum accessum, ad uersarius meus vult impugnare assignationem mihi factam ex ista noua causa, quia non patet tutus accessus, vtrum possit? Dicit quod ex causa superuenienti assignatio nõ iustificatur. Et quid si iudex fecit me citari? Dicit, quod non teneor rñdere corã ipso, quia excõicatus est minori excõicatione iudex interlocutus est contra me, appellaui, nunc dico quod erat excõicatus maiori excõicatione, vtrum ex ista noua causa possim iustificare meam appl̃onem? Dicit quod non. h. d. H. R.

¶Colligo aliqua notabilia, & primo quod appellans ab interlocutoria, vel grauamine, tenetur cãm grauaminis exprimere in sua appl̃one, nec potest iustificare appl̃onem suam ex nouis causis expressis in appl̃one: secus si appellatur a diffinitiua, quia non est opus exprimere causam, sed sufficit dicere: volo a uestra sententia diffinitiua tanquam iniusta appellare, vel appello a vestra sententia diffinitiua tanquam iniusta. Not secundo, ꝙ sicut appl̃o non potest iustificari ex causa non expressa in appl̃one, ita processus iudicialis non potest iustificari ex causa coram iudice non proposita, vel de nouo expressa. fallit, ut dictum est in sententia diffinitiua, ubi non requiritur expressio causę, & hoc verum nisi in casibus, in quibus ius dicit appl̃onem non esse admittendam, quia tunc causa etiã in diffinitiua esset exprimenda. No ibi, Casus ꝙ in appl̃one ante sententiam potest quis exprimere, & prosequi plures causas, & de hoc in glo in ver. expressas. ibi, & no. quæ hic vult Zabar.

a Lud. Roma. singulari 278.i. par huius Cle. post Bal. in l.ꝑ hãc, C. de tẽ. app. limitat nõ ꝑcedere i causis, q̃ de nouo superueneiũt. Item si i terlocutoria sic grauet, ꝙ per appl̃onẽ a diffinitiua nõ posset separari. sed an verum dicat Ludo. tu vide verbis hic Zaba. & Bar. cũ Alexã. Ibi i j. addi. in l. ei qui. ff. de appe. vide Fel c. qualiter. col. 4 de acc. §.

CAP. V.

A Ppellanti [g] ab interlocutoria, [h] vel a grauamine iudicis, [i] non licet alias [k] causas prosequi, quam in appellatione sua nominatim [l] dumtaxat expressas: [m] Nec processus [n] primi iudicis ...

[Prima gl. dicit qd facit.]

g ¶Appellanti.] Se summat, habens duo dicta, quæ varias opiniones determinant, vt infra dicetur.

[Glo. seq. ostendit reprobatam opi Inno. & contrariam reprobatam.]

h ¶Ab interlocutoria.] Per hoc, & per verbum nominatim, ꝙ inf. sequitur, reprobatur opi. Inn. quam no. de no ope. nun. c. pen vbi tenet, ꝙ satis est appellantẽ ab interlocutoria exprimere illam iniustam, et si non adijciat in quo, vel quare, & licet ibi hoc approbet, prius tamen ibi dixerat, quod nimis est generale hoc verbũ, sicut & si diceret se grauatum, & non exprimeret in quo, dicit autem opinionem suam amplius procedere, quando appellans diceret sententiam iniustam, quia ex instrumẽtis, testibus, vel aliis productis aliter, vel contrarium pronuntiari debuerat. inducit decre.eo.tit. ex parte 1. Host. ibi contra, dicens, quod appellans habet exprimere causam, quare sit iniusta, & maxime per decre cordi eo. tit. lib. 6. & hoc placet Gui in Spec de appe §. qualiter. in prin. & hic approbatur, & merito, quia non esset alias differentia in expressione inter appellantem a diffinitiua, & ab interlocutoria, cuius contrarium vult decreta. vt debitus, supra eod. & prædi. decret. eo. di. & facit quod ibi not in 5. glo. An uero sentent a super peremptorio sit diffinitiua, vel interlocutoria dicam inf. cap. fin in princ.

Appellãs ab iterlocutoria, qd exprimere dẽt.

i ¶Iudices.] Facit pro Inn. qui intellexit decret. cordi. qñ ext[...] iudicium appellatur tantum a iudice, vide ꝙ ibi no in 4. glo. & hoc dicit, quia appellatio contra partem iustificatur ex futuro grauamine, vt sup. c. 2.

k ¶Alias causas.] etiam notorias, licet.n. notorium releuare possit ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, & vt scripsi sup ut lit. non contest. c. 2. super 1. glo.

l ¶Nominatim.] Concor. de sen. excom. cõstõnem. lib. 6. in appl̃onib in quib. arctat decre. ut circa. de ele. lib. 6. fortior sit expressio, vt ibi, & eo. tit. constitu. & in cle. de elect. constitutionem 2. respons.

[Gl. seq. primo dicit opi. Ber. approbatam, & contrariam reprobatam. Secundo no. & remittit.]

m ¶Expressas.] Approbat quod no. Ber. eod. tit cũ causam in vlt. gl. & reprobat quod not. Io. 2. q. 6. non ita, & ipse Vin. & Goff. in decre. ut debitus, vt scripsi super verbo, probabili, & iura, quæ pro eo faciunt, loquuntur cũ appellatur a diffinitiua, ff. eod. l. cio. in si Et no pro hoc plurale, quod adijcitur, causas, & per istud singulare verbum, appellanti contra stylum curiæ, quæ habet ex pluribus causis expressis in appellatione non exprimere nisi vnam in rescripto commissionis, super quo vide quod scripsi in prædic. decre cum causam, supra. vlti. gloss. & quod not. in Specu. de appe. §. de officio, in pen. colum.

a Sequũtur Pau. & Imo. hic vide Ias. i l. 2. col. 7. ff si qs in ius voc. ñ ierit Feli. c. cũ dilecta de rescr. col. 16. Fen.

Stylus curiæ in cõmittenda cã appl̃onis.

[Glo. seq. ostendit opi. Inno. approbatam, & cõtrariã reprobatam, cuius iurib rñdet hic, & inf glo. 2]

n ¶Nec processus] Hic approbat, quod no. Inn in prędict. decreta. penul. de no. ope nun. reprobans, quod ibi not. Hostien. & quod not. glos. in decreta. 2. vt lit.

non

Appellatio a diffinitiua ex nouis causis iustificari pōt.

non contest. in gl. quare dicit, quod et tenebat Ioan. & Vin. ibi tamen Hostien. contra, & no. ꝙ dicit processus, quia diffinitiua, a qua fuit appellatum, bene potest iustificari, & impugnari ex nouis causis, vel nouiter probandis, & sic loquuntur iura, quæ inducebat Hosti. de fide instrumen. cum Ioan. de testi. fraternitatis. saluo quod habes in cle. de testi. cap. 1.

dicis [a] ex nouis [b] aut de nouo probandis [c] iustificari potest, vel etiam impugnari: [d] sed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipso.

¶ Idem.

¶ Prosecutio appellationis deserta non impedit quin sentē censeatur in rem iudicatam transiuisse. b. d. Zabar.

a ¶ Iudicis.] a cuius grauamine, vel interlocutoria fuit appellatū, de quo pmisit.

b ¶ Ex nouis.] Vnde quod dicebat gl. pręd. decre. 2. vt lit. non contest. ꝙ ex grauamine receptionis testium factæ lite nō contestata iustificabatur pręcedens appellatio, reprobabā olim inducens decre. dilecto. sup. eod. tit. per quam patet, quod etiam præcedens grauamen non iustificat appellationem, nisi fuerit expressum in illa: si ergo iniquitas iudicis præcedens appellationem illam non iustificat, ergo nec subsequens, duo ergo requiruntur coniunctim, quod grauamen præcesserit appellationem, vt hic, & quod fuerit expressum in illa, vt supra proximo responso.

[Glo. seq. reprobat vnam lecturam, ponens aliam quam exemplificat.

c ¶ Probandis.] non intelligas, ꝙ veritas grauaminis probanda non sit coram iudice ad quem etiam ad iustificandam appellationem, licet probata non fuerit corā iudice a quo: quod dic, vt sup. eod. titu. interposita. 1. respon. sed hic intelligit grauamen iudicis, uel iniustitia processus oportet, ꝙ pateat exactis corā iudice. vñ si proposui exceptionem, probatione obtuli, & admissus non fui, hoc probato apparet grauamen, sed si exceptionem legitimam probaui, & iudex illam repulit, hoc probato grauamen apparet Sed si excipiebam actorem excommunicatum minori iudex illam repulit, nō iustificatur appellatio, nec impugnatur processus probando illum excommunicatum maiori, de q. [illegible] in primo iudicio non fuerat obiectum. Item si appellaui propter exceptionem, de loco non tuto, non admissam, non iustificabitur processus, licet nunc probetur, me postea reconciliatum.

d ¶ Impugnari.] Impugnatio respicit appellantem, iustificatio respicit appellatum: neuter autem ipsorum vti poterit his, quæ coram ipso acta, vel exhibita non fuerunt.

SI appellationem.] CASVS. Tu & ego litigabamus coram officiali Bituricensi, ipse tulit sniam contra te, intra 30. dies non petisti Apostolos, vel si petisti, nō comparuisti in termino tibi assignato per iudicem a quo ad dandum tibi Apostolos, vel si cōparuisti tñ nō introduxisti tuam applonem intra terminum tibi assignatum, tñ postea prosecutus fuisti tuam applonem: Vtrum non obstante prosecutione prima snia transiuit in rem iudicatam? dicit quod sic.

¶ Collige aliqua nobilia. Et primo, ꝙ per negligentiā appellātis efficitur appellatio, i. deser ta, perinde habetur, ac si non fuisset appellatum, nec tunc fieret deuolutio ad superiorem. No. secundo, ꝙ appellatus pōt prosequi cām applonis appellante non prosequente, quia appellans potest renunciare appellationi quo ad effectum eius, ita quod appellatio deserta non assumit vires ex prosecutione Not. ergo sententiam totius ca. videlicet, ꝙ sententia, a qua fuit appellatum, transit in rem iudicatam ac si non fuisset appellatum, dummodo appellatio non fuerit prosecuta, sed deserta, puta, lata est snia contra me, a qua appellaui, sed intra 30. dies non petij apostolos: Quæritur, an talis sententia transiuerit in rem iudicatam ac si non fuisset appellatum? Dicit ꝙ sic. Sed pone, ꝙ post 30. dies petij apostolos, & prosequor meam appellationem: Quæro an ista prosecutio ipediat executionem sentētiæ? Certe nō, quia postquam transiuit in rem iudicatam pōt mandari executioni intra tempus legitimū, forsan intra qua tuor menses, qui dātur iudicatis ad soluendum iudicatum.

[Gl. prima dicit q̄d reprobet, vł approbet.

e ¶ Si appellationē.] Reprobat ꝙ no. Inn. eo. tit. ex ratione approbans, & fortificans, quod ibi not. Hostiensis.

CAP. VI.

SI † appellationem [e] per negligentiam [f] appellantis desertam, [g] appellans ipse cum appellato, [h] aut appellatus [i] etiam per se & principaliter prosequatur, non ideo minus in rem

† Prolimitatione Clem. vide Abbatem in c. ex parte. el 1j. ex tra de rescri. & de materia ibidē plenissime Fely.

Appło se esse desertam teste, & capłe.

Dilatiões appellati ꝓsunt appellanti.

Snia infirmationis lata post tps applonis prosequendæ, non possit appellat. petere, ut prima sētētia executioni mandet.

f ¶ Per negligentiam [vt quia neglexit Apostolos petere, vt in c. quamuis sup. eo. vel neglexit prosequi intra tempus iuris, vel hominis, ut in decr. sicut, sup. eo.

[Gl. seq. alle. concor. & soluit duo dubia.]

g ¶ Desertam.] idem verbū in pręd. decre. sicut. Et not. quia si in applone, quę a principio tenuit, & postea tenere desiit, procedit hoc dictum, fortius puto procedere in applone, quę diceretur a principio non tenuisse, vt quia dr interposita tertio, vel post decem dies. Item si procedit in tacite deserta per negligentiam, fortius in expresse deserta per renunciationem. facit. eo. titu. Romana. §. si uero, & §. si autem lib. 6.

h ¶ Cum appellato.] Licet ergo dilationes, quas petit appellatus, per quas protelatur applonis prosecutio, prosint appellanti, sicut et restitutionem petenti prosunt, quas petit reus contra quem petitur, C. de tem po. restit. in integ. l. pen. ipsa tamen prosecutio, quam facit et appellatus sibi non prodest, vt hic per rationem, quam infra dicam.

[Glo seq. ponit dictum Inn. & duas rationes ipsius, ad quas secundo respondet, ponens contrarium dictū Hostien. quod fortificat, & rationem reddit, cui rationi obijcit, & soluit.]

i ¶ Appellatus.] Hic fortificat dictum Host. quærebat. n. Inno. quid si post lapsum tempus prosecutionis fertur sententia infirmans primam sententiam, postea petit appellatus ipsam primam executioni mandari? Tenebat, ꝙ ipsi appellato obstabit exceptio rei iudicatæ ex secunda sententia infirmationis: nec ualebit si dicat per lapsum temporis ante sententiam infirmationis primam sententiam ratificatam, quia sm eum prætextu huius nouæ defensionis non debet secunda infirmationis snia retractari de re iud. inter monasterium, C. de transact. sub pretextu, nec valet et dicere, ꝙ non valet secunda snia lata ꝯ primam, quia vidicit, sm id nūquā valeret snia applonis primam infirmās nec esset etiam super eo prima lata in causa principali, & secunda snia in causa applonis, & hoc reprobat Host. dicens, ꝙ lapsus temporis ratificat sententiam, & facit haberi perinde ac si non fuisset appellatum: sententia ergo infirmationis postea lata, a non suo iudice lata fuit. Itē non valet snia contra rem iudicatā, de hoc in præd. decre. inter. Nec obstat prima ratio Innocen. quæ procederet in sententia lata a suo iudice. Nec obstat secunda ratio: quia ubi per appellationem suspensa manet prima sententia, bene tenet secunda contra primam, sed ex quo cessat prędicta suspensio appellatione deserta, non ualet secunda, sicut non valet si appellatū nō fuisset, hoc hic approbatur & fortificatur in tantū: quia pdicta procedunt non solū cum solus appellās prosequi

prosequitur, sed etiam cum vterque: & quod plus est, etiam si solus appellatus, quod forsan non cogitauerat Hostien. Sit huius ratio, quia petendo pronuntiari male appellatum, non est sibi contrarius in eo, quod dicit sententiam transisse in rem iudicatam: licet enim de appellāte dubitetur propter cōtrietatem, quod videtur i esse, an possit simul prosequi appellationem, & nullitatem sententiæ: de quo sat s scripsi, eod. tit. dilecto in vlt. gl. [post Innoc. & Host. & vide in Specu. de sent. prolat § iuxta, ad fin.] In appellato tamen dicente male appellatum, & sentētiam trāsisse in rem iudicatam, nulla est contrarietas. Sed dicer, imo est contrarietas in quantum dicit appellationem esse desertam: & propter hoc sententiam transisse in rem iudicatam: & non desertam, in quantum super eius iustitia pronuntiari petit per appellationis iudicem, & sic negat, & asserit illum iudicem. Sol. Et si vis, quod fateas hic aliquam contrarietatem inesse, tamen appellatus, qui reus est, potest vti contrarijs, maxime quorum finis non est contrarius, & actor potest in diuersis instantijs, quod dic, vt not de reg. iu. nullus pluribus, libro 6 nec hic dicitur, quod in eadem instantia hæc duo proponat appellatus.

iudicatam [a] censebitur transiuisse sententia, [b] a qua fuerat appellatum.

¶ Idem.

¶ A peremptoria repulsa ex alio, quam propter ineptitudinem, secundo appellans, & succumbens non auditur super ea in appellatione a diffinitiua. hoc dicit. Zabarel.

CAP. VII.

CVm [c] a repulsione [d] exceptionis peremptoriæ [e] secundo [f] appellans succumbit, [g] non est in causa appellationis postmodum a diffinitiua ...

a ¶Rem iudicatam.] hoc est ergo, quod dicunt iura, quod rata manet sententia, & quod appellans cadit a causa, eo. tit cum sit, & c. sæpe.

[Glo seq. dubium resoluit.]

b ¶Sententia.] quæ tamen erat aliqua, vt quia contra ius litigatoris lata si enim a principio fuisset nulla, sicut propter appellationem omissam non transiret in rem iudicatam, ita nec propter interpositam, & desertam, de sent. excom. licet, lib. 6. & quod ibi not.

CVm.] ¶Primo ponit dictum a quo, secundo excipit ibi, [Nisi.] Imola.

CASVS. Tu, & ego litigabamus coram Archidiacono Pictauien. proposuisti defensiones peremptorias ad excludendam intentionem meam, Archidiaconus interlocutus est illas defensiones non debere admitti, nec esse admittendas: Appellasti de Archidiacono ad officialem Episcopi, qui confirmauit sententiam interlocutoriam archidiaconi. Secundo appellasti de officiali Episcopi ad archiepiscopum Burdegalen. qui etiam cōfirmauit illas duas sententias contra te latas: certum est, quod tu non posses amplius appellare: Tu reuersus ad archidiaconum, qui cognouit super principali, qui etiam sententiam diffinitiuam tulit contra te, & iterum ab illa sententia diffinitiua appellasti: in causa appellationis vis allegare exceptiones peremptorias, quæ fuerunt repulsæ a principio, quæritur vtrum possis: Dicit Clemens, quod non, nisi repulsæ fuerint, quia eas proponas inepte, & nunc in causa appellationis proponis rite. quia forte allegabas præscriptionem, & non allegabas bonam fidem, & titulum, & ideo archidiaconus illas non admisit: Nunc vero proponis bonam fidem, & titulum, ideo possum admitti in causa appellationis. No. quod non licet tertio appellare, de hoc in glo in verbo, [Succumbit.] Not. quod sicut actor succūbens propter ineptitudinem iterum auditur, de iudi. examinata ita & appellans Zab.

[Gloss. prima dicit, quid determinat, & casum ponit.]

c ¶Cum repulsione.] determinat casum dubium circa decret vlti. eod. tit. lib 6. qui talis est; Titius contra me opposuit exceptionem peremptoriam, quæ per interlocutoriam est repulsa: appellauit, & confirmata est prima interlocutoria, iterum appellauit, & iterum confirmata est prima, & secunda: quia non potuit plus appellare: processit in principali, & lata contra ipsum diffinitiua appellauit ab illis, & in causa huius appellationis vult repetere contra illam interlocutoriam, & videbatur quod posset per prædictam decre. contrarium hic respondetur, vnus tamen casus excipitur.

[Gl. seq. primo dat duas lecturas, & duas remissiones circa illas. Secundo prosequitur qōnem, opinionem ponens, & probat.]

d ¶Repulsione.] verbali per interlocutoriam, vt prædixi. non est tamen necesse in peremptorijs interloqui. de hoc satis, de ord. cog. c. 1. Idem tamē in repulsione facti, cum illam non recipit, vel adulteriora litis procedit, eod tit. ex parte i. caute tamen facit excipiens, si procurat interloqui, vt not. in Specu. de appel. § qualiter, versi Item quod faciat, & dixi eod. tit. dilecto. Et per hanc decret. & illam patet, quod sententia lata super peremptoria, interlocutoria est, non diffinitiua: & hoc tenebat Gar. in decreta. cupientes. de electio. ver insuper. vbi etiam allegabat ad hoc decre. cum dilecti, de electio. & decreta. sua hic, eo. tit. Ad idem de offi. delega significantibus. & quia vt hic patet, hęc repulsio peremptoriæ non est diffinitiua, ergo nec pronuntiatio pro ipsa erit diffinitiua, vbi enim absolutoria definit, & condemnatoria, & econtra, C. de sent. & interlo. præses, ff de re iud. l. i. vt contrariorum sit eadem disciplina. 32. dist hospitiolum, ff de his, qui sui, vel alieni iu sunt, l. i. de accusa. qui accusare. Præterea natura diffinitiuæ est, quod ex ea oriatur actio in factum, sed a sententia lata super peremptoria non oritur actio, sed exceptio argum. in præd. decret. cum dilecti, in fi. C. de re. credi. l. actori. Item si sententia super peremptoria, & pro ea lata esset diffinitiua, non esset alia diffinitiua ferenda, cum tamen de necessitate super principali, voluntarie super peremptoria pronūtietur, de hoc in prædi decr. i. de ord. cog dicebat ergo Gar. quod siue super dilatoria, siue super peremptoria, siue super eo, quod permit appellationem, idest, quod appellans non potuerit appellare, feratur sententia, interlocutoria est: licet cum iudex cognoscens de appellatione interposita a diffinitiua, pronuntiat bene iudicatum, & male appelatum, vel econuerso: tunc enim diffinitiua est, C. de app. eos, ff. de his, qui not. infa. l. fur. ti in effectu tamen fatetur, quod sententia lata super peremptoria, quod obstet, habet vim diffinitiuæ.

Actio in factū orit ex snia diffinitiua.

e ¶Peremptoriæ.] & si, parat præiudiciū negotio principali: alias non liceret repeti, vt in prædi. decr.

[Glo. sequ. notat a contrario, mouet dubium, allegat pro, & contra, & soluit.]

f ¶Secundo.] Si ergo semel tantum appellasset & succubuisset, non haberet locum, quod hic dicitur: Si vero secundo appellat, sed appellationem non prosequitur, hic videtur dicere, locum habere, arg. sup. c. proxi videtur contra per id, quod inf. dicam, quod credo, vbi renuntiat sponte: quasi licet tarde vtatur iuris consilio expectando euentum negotij principalis, & sic nonpotteteuus resistat, vt ī dicam.

g ¶Succumbit.] si succumbit in secunda appellatione, ergo tres habet snias contra se, & sic a tertia non licuit appellare, eo. tit. dilecte, & c. sua nobis, C. de lit. in vna. causa, l. vna, sup. ea Compil. de re iud. c. i.

Appellare tertio nō licet.

[Gl. seq. ponit tria exempla.]

a ¶Diffi-

tiua [a] emissæ audiendus vlterius super [b] ea: Nisi tunc rite proposita ex eo prius [c] repulsa fuisset, quia proponebatur inepte. [d]

a ¶Diffinitiua.]prolata siue per primum,ad quem debuit causa remitti:ex quo fuit pronuntiatum male appellatum,per quascunque manus,de excep. dilectæ,siue per vltimum, qui forsan ex vi dilationis in principali processit, siue per alium, ad quem forte post causam remissam ad primum fuit in alio articulo bene appellatum, ita ꝙ expedito appellationis articulo, desinit postea principale.

10

Appellare secūdo,& succūbere tātum est quantum nō appellare.

[Gl seq.obijcit,& soluit.

b ¶Super ea]peremptoria sit tertio repulsa,& est mirabile, quod non appellans auditur,vt in prædi.decre. si sed secundo appellans, & succumbens non,vt hic cū secunda repulsio appellationis non deberet plus posse quam appellationis omissio. Nam & in appellatione a diffinitiua,æquiparamus ista,non appellare,vel secundo appellare, & succumbere : sed licet ista æquiparentur in diffinitiua, in interlocutoria non;lata enim tali interlocutoria, secundum leges debuit, sed ſm canones potuit appellationem differre ad euentum negotij primi,primum patet, C.de episc.audi.l.2 de iud.apertissimi, C.eod.tit. eos.§.super his,& quorum appe. non recip.l.penult.secundum patet in prædi. decreta. vlt.si ergo distulit iuris consilio,& postea victus appellauit.contra talem interlocutoriam auditur: sed si posse tenus interlocutoriam impugnauit, scilicet semel

20

& iterum appellando, ille articulus tam solemniter discussus vlterius examinari non debet,ex quo in secunda succubuit,per quod videtur, [1] quod etiam iudex causę principalis ante diffinitiuam non possit illam interlocutoriam reuocare, nisi tunc, s. in causa appellationis interpolitæ a diffinitiua.

1 Idem vt Card. hic Pel in c.qualiter & quido de accus. Fon.

c ¶Prius.] in causa principali.

[Gl.seq.ponit quatuor exempla.

d ¶Inepte.] simile de iud.examinata. ff. de tium. l.1. § Labeo. exemplum: petebas hæreditatem,vel electionis confirmationem, excipiebam te illegitimum, & quia nō specificaui,quod debui,tertio succubui: quod modo specifico in appellatione diffinitiuæ : super quo vide, quod scripsi,qui filij sint legi. peruenit. super 1. glos. Ad idem faciunt.quæ scripsi de elect.dudum 2 in prin. Vel contra prouisum possessionem petentem excipiebam de crimine,nunc addo infamiam de accu.accedens. Vel cum ius commune fundaret actionem suam, excipiebam de præscriptione : nunc exprimo titulum de præscrip cap.1. lib. 6. Vel opponebam peremptoriam non priuilegiatam, vt lite non contest. c. 1 libro 6. in vim dilatoriæ ad impediendum litem contestatam, succubui primo, secundo, & tertio,rediens ad iudicem principalis causę, lata diffinitiua a qua appellaui, illam exceptionem vi peremptoriæ proponere potero.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

mortaliter peccare. 4. distin. denique. in fi. de off. arch. ca quæ. vbi de hoc: Not casum, in quo requiritur monitionem fieri per ipsum prælatum in verbo, [Moneant.] Vnde secundum Pau non sufficeret alterius monitio. de hoc inf. de deci. clem. 1. Zabar.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita & honestate clericorum.

¶ Clemens Quintus in Concil. Vienensi.

¶ Punit clericos coniugatos, & alios personaliter, & publice carnificum, & tabernariorum officium exercentes, qui per diœcesanos nominatim, & tertio moniti illud officium non dimittunt, vel dimissum reassumunt. Excitat etiam diœcesanos contra illos clericos, qui seculares actus exercent. Io. And.

CAP. I.

Diœcesanis [a] † locorum districte præcipimus, vt clericos [b] carnificum, [c] seu macellariorum, [d] aut tabernariorum [e] officium publice & personaliter [f] exercentes, nominatim [g] & ter-

† Vide Côci. Tri. sess. 22. de refor. c. 1. & Bern. Diaz in prac. crimi. cano. ca. 63.

¶ Visum est s. de iudicijs & singulis partib. iudiciorum: verum quia clerici in sacris constituti dent ab ipsis abstinere p c. vnicũ, s. de synd. & s. de postu. per totũ ideo: post illã annectit rubricã, &c. Vel sic: Visum est s. de iudi. & singulis partib. iudiciorũ, a quib. clerici dent abstinere: Et quia nõ solum ab illis dẽt abstinere, sed ẽt a vita, & moribus malorũ debent abstinere, vt pstẽt exẽplum bonæ vitæ ceteris, ideo, &c. Vel sic: Visum est sup. de actib. iudicialib. nũc videndũ est de actibus extraiudicialib. qui cõpetunt tã laicis quam clericis: Et quia clerici sunt digniores, ideo præmittit de actib. competentib. clericis, & postea determinat de actib. competentibus laicis.

Diœcesanis ¶ Tria facit: præcipijt, punit, & excitat. Secunda: ibi, [Qui si.] Tertia: ibi, [Aduersus.]

CASVS. Quidam iuuenis constitutus in præsentia Rom. Pontif. q̃siuit ab eo, vtrum oẽs artes competant clericis ex debito suæ honestatis. Et respondet Romanus Pontif quod non, imo si velint euitare pœnas hic contentas, ipsi debent abstinere ab officio carnificum, & ab officio tabernariorum. Et spectat ad officium diœcesani, vt clerici abstineant ab istis officijs. Sed quæritur, quibus pœnis diœcesani possint compellere clericos, vt abstineant ab illis officijs? Dicit quod non beneficiati, & non existentes in sacris debent monere, vt a talibus officijs desistant, & si non desistant, & sint coniugati, ipsi amittunt duo priuilegia clericalia, videlicet, quod quis verberando eos non incurrit sñiam excõicationis, & p crimine poterunt conueniri coram iudice seculari Si ipsi non sint coniugati, perdunt priuilegiũ in reb suis tantũ, quia tenentur soluere subsidia extraordinaria de reb. suis. h d. H. R.

¶ Colligo aliqua notabilia Et primo nota duo officia proposito clericali non conuenientia, s. officium carnificis, & officium tabernarij. Not quod clericus coniugatus si exercet illa officia, ipse perdit duo priuilegia clericalia, de quib in gl. Sed non coniugati perdunt priuilegium, quod eis competit in reb. suis.

No. [Commercij] Commercium commercij, cio, i. pluribus rebus vna venditio, vel diuersarum rerũ commutatio, vt si quis daret vel cõmutaret mantellum pro capa, vel econuerso: Vnde dr̃ commercium quasi commutatio mercium. Illa vero mirabilis incarnatio Iesu Christi fuit commercium, quasi commutatio merciũ, s. diuinitatis, & humanitatis: Nam homo quodammodo concessit Deo humanitatem, Deus homini largitus est diuinitatem. Descendit diuinitas, & ascendit humanitas, & exaltata est super choros Angelorum? Vnde cantitur. O admirabile commercium, creator generis humani animatum corpus sumens, &c No quod hæc dispositio est stricti præcepti. ibi, [Districte præcip imus.] concor. de decimis, non est. Ex quo infertur placientes

[Glo. prima summat, diuidit, dicit quod determinat, & dubium soluit.]

a ¶ Diœcesanis.] Casus, punit clericos cõiugatos, & alios psonaliter, & publice carnificũ, & tabernariorum officiũ exercentes, q per diœcesanos nominatim, & tertio moniti illud officium non dimittunt, vel dimissum reassumunt. Excitat ẽt diœcesanos cõtra illos clericos, qui seculares actus exercent. Et tria facit p̃cipit, punit, & excitat secũda: ibi, [Qui si.] Tertia: ibi, [Aduersus.] Determinat, & declarat decret. pen. in prin. & vlt. eo. tit. & quod not. Guli. in Spec de cler. coniug. ver. sed nunquid dices. Et no Verbum, [Diœcesanis.] non dicit, ordinarijs locorum, sicut sup ea. comp. de seq. poss. cap. 1. per quod vr̃, quod alij ordinarij, licet in loco iurisdictionẽ habeant, hoc non possint, inquantum hęc constitutio nouum inducit, & facit quod dicam inf. de iurepat. c. 1. post prin.

[Gl seq. soluit dubiũ de exemptis, circa quod distinguit.]

b ¶ Clericos.] puta quod includat etiam exẽptos, qui delinquerent in loco non exempto: cum per id subsint diœcesanis, vbi uero delinquerent in loco exempto, non vr̃, quod ad illos extendatur hęc constõ. cum excitet officiũ diœcesanorum tantũ ad hoc de off ordi. licet, & c. pen. maxime: quia qñ iura ista volunt dare iurisdictionem super exemptos, hoc exprimunt, vt patet sup. ea. cõpi. de sup. neg. prę la. c. vni. cum suis concor.

c ¶ Carnificum.] carnifex dr̃ a carnifico, cas: quia carnes facit, & vendit. facit de app. significante. vnde & homicidæ solent dici carnifices.

Carnifex vnde dr̃.

[Glo seq. dicit, vnde dicuntur, causam ponit, & dubium soluit.]

d ¶ Macellariorum.] hi sic dicuntur: quia pecora, vel quadrupedia mactant a macello, as, quod est mactare, & trucidare, & propter horrorem, & vilitatẽ illorum duorum officiorũ, s. macellarij, & tabernarij, hoc est specialiter de his prouisum; licet multa alia sint vilia, puta aptare pelles, & coria, & his similia, in constitutio locũ habet solum in expressis.

Macellarij, qui dicuntur.

e ¶ Tabernariorum.] Taberna dicta est a tabulis, quæ mercibus substernuntur, & proprie dr̃ domus in qua panis, vinum & carnes cocta venduntur: talia loca nedum tenere, sed nec ingredi debent clerici. eo. tit. clerici. 44. dist. clerici.

[Gl. seq soluit dubium, & contrario respondet.]

f ¶ Publice & personaliter.] Coniunctim requiruntur hęc duo si ergo occulte, vel per aliũ hoc exercet, cessat pœna, licet nõ culpa & sic soluit, quod opponi posset de decr. fundamẽta de ele. li. 6 § ut ergo & §. seq. de decr. mulieres. de sen. exc. qui p aliũ de reg iu lib. 6. cũ cõcor.

g ¶ Nominatim.] i. proprijs nominib. eorũ expressis: quasi non sufficiat diœcesanos monere in genere clericos diœcesis suæ, vel clericos talis plebanatus, vel talis ecclesiæ, sed monere dẽt exprimẽdo illius, vel illorũ nomina.

nomina,& concor de sent.excom.constitutionem, lib. 6.& inf.de sent excom.grauis.in fi.

a ¶Tertio.]de sen.excom.sacro.& c.constitutionē, lib. 6 debet ergo hr̄e aliquorū dierum interualla, vt ibi dr̄ nec dr̄ hoc sufficere, q emanaret vnum peremptorium per hanc litteram.

tio [a] moueant, vt sic ab huiusmodi officiis intra conuenientem † terminū monentium ipsorum arbitrio moderandum [b] desistant, & quod ipsa nullo [c] vnquam tempore reassumant.

¶ Qui si taliter [d] moniti ab his non destiterint, aut ipsa (vt præmissum [e] est) exercendo resumpserint [f] quandocunque, [g] coniugati omnino, [h] non coniugati vero in rebus: [i] & si omnino incedant, vt laici, † in personis priuilegium clericale, quandiu [k] præmissis institerit, eo ipso [l] amittant.

¶ Aduersus vero alios [m] clericos, negotiationibus, vel commercijs secularibus, vel officijs non conuenientibus clericali proposito publice insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruare studeant instituta [n] quod, & illi ab excessibus compescantur huiusmodi, & ipsi de damnabili circa hęc negligentia nequeant reprehendi.

† al competētem.

b ¶ Moderandum.]de app cū sit Romana.

c ¶ Nullo] simile de cohabi. clc. & mulie. sicut.

d ¶ Taliter.] scilicet per diœcesanos nominatim, & tertio p̄fixo termino congruenti.

e ¶ Præmissum.] scilicet publice, & personaliter.

f ¶ Resumpserint]la pso termino hoc dico, quia si habuisset terminum mensis, & 5 die dimisissent, decimaquinta resumpsissent, dummodo i tra terminum postea dimisissent, nō esset locus pœnæ. 1

1 Quia I talibus finis est spectandus. Pau. Car. di. Fon.

g ¶ Quandocunq;.] quasi etiam post tempora longiora. & est simile.de ord.cogn.c. 2.Io. And.

[Gloss. sequ. litteram exponit, duas lecturas ponit, & inducit sim.

h ¶ Omnino.] s. quo ad duo priuilegia, q̄ poterant habere, per decre.vnicam de cle. coniu. lib. 6. & si hic coniungis totā illam partem, scilicet priuilegium clericale quandiu, & c. multum facit ad id, qd̄ no.de cle.coniug.Io.in 4 q sed si istud, oīno, intendit p̄petuitatem priuat onis inducere, vt si coniugatus hic illud verbum, solum priuilegiū clericale eo ipso amittant, resultaret contrarius intellectus similis disputatio de hac dictione, omnino, ff. de fideiussoribus, l. Græce.§ illud.

i ¶ In rebus.]proprijs, in quibus alias gauderent immunitate.eo.tit.c. vlti.de immu eccle.c. 1 lib.6.

k ¶ Quandiu.] Recuperabunt ergo desistentes priuilegium, & facit de vita & hone.cle.c.vlti.& quod ibi dixi post Inn.ibi etiam no.Ber.& facit quod no. 32.dist.nullus.& 18.dist.si qui sunt presbyteri.

2 De hoc verbo vide Ias. in l. Cēturio ff. de vul. & Abbatē in ca. 1 in vlt.no.extra de sen. & re iud.

l ¶ Eoipso] 2 Licet ergo sit necessaria monitio, non tn̄ est necessaria priuatio concordat de sen.excom.in audientia, & c.contingit.simile de preb.extirpandę de rapto.excommunicationi.inf.de deci c 1.de sta. mon. attendentes.in fi.

m ¶ Alios.]non carnifices, vel tabernarios.

n ¶ Instituta.]eo.tit.c.2.& c.clerici.& c vnico.lib.6 ne clerici, vel monac.capit.1.de lentent.excommunic.contingit.

Q Voniam.] ¶ Diuiditur in sex partes, vt patet in rubro.Secunda:ibi, [Si vero] Tertia: ibi, [Idē quoque] Quarta:ibi, [Dignitatē] Quinta, ibi, [Sed tales.] Sexta ibi, [Huic insuper.] Imo.a.

CASVS. Visum est sup.qualiter clerici debent abstinere a quibusdā artibus: Sed queritur vtrum debeant abstinere a quibusdam vestibus, vel vtrum sit eis licitum vti quibuscunq; vestibus? Dicit, q clerici debent abstinere a veste diuerso colore colorata.& si vtantur publice, ipsi incurrunt pœnas, hic contentas. Sed quæritur nunquid presbyteri possunt portare caligas scacatas? Dicit quod non. hoc dicit. H. A.

¶ Idem.

¶ Pręmisso exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata, vel partita veste. Secundo subdiaconus, & diaconos Tertio omnes clericos tonsuram publice cum tali veste portantes. Quarto, habentes dignitatē, personatum, beneficium curatum, et sacerdotes, & religiosos publice, portantes talē vestem, vel infulā. Quinto, punit oēs prædictos vtētes tabardo notabiliter breui, integre foderato. Sexto, certas caligas clericis interdicit. Io. And.

CAP. II.

QVO-

¶ Collige aliqua notabilia Et primo, quod per decentiam exteriorem cognoscitur honestas morum interiorum. Not q clerici prohibentur portare vestes diuersis coloribus coloratas Vnde si sunt clerici beneficiati, ipso facto sunt suspensi a perceptione fructuum sui beneficij per sex menses: Si non sunt beneficiati, tunc per sex menses sunt inhabitabiles ad obtinendum beneficium quod.un que. Si vero sint in dignitate constituti, tūc magis puniunt. Not. q clerici interueniente cā sufficienti, puta causa timoris, possūt assumere vestes laici. No [virgata] i. virgidi No. [Sancimus]vt sup in clem. cum illusio de denuntiatione. Not. [Contemus.] vt sup.cle.causam de electione. No. [Tōnsuram,] idest, coronam clericalem.de tōdeo. No] Deferentibus,] idest, portantib.a defero, defers, detuli, & est compositum de fero, fers, vt sup. in cle. si ante, de dolo, & contu.No. [personatum]personatus.tus,tui. Et persona fœ. gen.est rationabilis creaturæ indiuidua essentia. Et secundum hoc dicitur persona, quasi per se vna, & est etymologia. Et secundum hoc persona videtur spectare ad deitatem. Item persona dicitur histrio repræsentator comœdiarum: quia diuersis modis personat diuersas personas præsentando Et hinc persona dr̄ in Grammatica: plum suppositum, qñq; p̄prietas suppositi, qñq; p̄prietas vocis, qñq; vox ipsa, qñq; modus significandi, & qñq; personalis p̄prietas. Item persona dicitur in Ecclesia, qui dignitatem habet præ cęteris. Et hoc ab histrione sumptum est, qui diuersas personas repręsentando, diuersos solet accipere ornatus, secundum dignitatem personæ, quam habet repręsentare. Et hinc tractum est, vt persona dicatur in Ecclesia, quæ dignitas personatus dr̄, nā secundum diuersos gradus dignitatis personæ distinguuntur in Ecclesia. Et hinc ēt tractum est, vt in Grammatica vna persona dicatur prima, alia secunda, alia tertia, quod fit ratione dignitatis. Inde uenit hic personatus, tus, tui, dignitas, vel officium personæ, sec. Hug & hęc personalitas. tatis. No. [per decentiam]idest per conuenientiam habitus, quia non omnes habitus sunt conuenientes clericis. No ibi, [Scacatis,] q scacatio dicitur claudū, vel claudico, siue inæqualitas, & est Gręcum, & inde sumptum est hoc nomen scacatus, ta, tum Et dic caligis scacatis, idest, inęqualibus. Gl. tractat pro sel: duo No ex causa rationabili licitum est clerico, vti veste virgata, vel partita, & dic rationabilem causam, scilicet timoris, co-

ris.

cit. clerici Not. ꝙ hic punitur solum, qui publice vtitur tali veste: secus ergo si occulte, puta in camera, vel in prandio: vt quia caret alio panno. Solus ergo publicus vsus hāc pęnā meretur, si. sup. c. proxi. ſm Pau. Zabar.

lib. 6. vbi specialiter offenditur Ecclesia, ad quam indignus eligitur, vel ad quam dignus electus impeditur. & est simile ꝫ. de pœnis c. 1. post prin. posset autem talis eligere, de elect. cum Vinton.

m ¶Eo ipso.] hic ergo non est necessaria monitio nec sententia. aliter sup. ea. proxi.

[Glo prima summando diuidit, & dicit ad quid emanauit.]

† Hæc cōsti tutionem innouat, & amplia Conc. Triden. sessi. 24. de ref. c. 6.

a ¶Quoniam.] Casus: pmisso exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata, vel partita veste: Secūdo subdiaconos, & diaconos. Tertio, oēs clericos tonsurā publice cum tali veste portātes. Quarto habentes, dignitate, psonatū, beneficiū curatū, & sacerdotes, & religiosos publice portantes talē vestē, vel infulam. Quinto punit omnes prædictos vtentes tabardo notabiliter breui, integre foderato. Sexto certas caligas clericis interdicit. emanauit executiue ad iura 21. q. 4. per totum, eo tit. c. penul.

nam[a] † qui abiectis vestibus proprio congruentibus[b] † ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante[c] præsumit, professorum illius ordinis prærogatiua se reddit indignum:[d] Præsenti constitutione sancimus, quod quicunque clericus[e] virgata, vel partita[f] veste publice[g] vtetur[h] (nisi causa rationabilis[i] subsit) si beneficiatus extiterit, per sex menses[k] a perceptione fructuū beneficiorū,[l] quæ obtinet, sit † eo ipso[m] suspensus.[n] Si vero beneficiatus non fuerit; in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium[o] constitutus, per idem tempus[p] reddatur eo ipso inhabilis[q] ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus de clericis alijs[r] vestem talem[s] simul & tonsuram[t] publice deferentibus clericalem.

¶Dignitatem vero, perso-

† al. ita: sit ipso facto suspēsus.

[Glo. seq. primo soluit tria dubia: secundo q̄rit, & soluit, & de duobus remittit.

n ¶Suspensus.] si tñ interim illos pcipeter, non est irregularis, cum hoc non sit expressum ī iure. de sent. excō. is, qui lib. 6. nec beneficijs priuatus, cū hoc hic nō exprimatur, sicut in casu. de elect. c. 1. § fi. & c. cupientes, §. cęterum, lib. 6. tenet tñ, ad ipsorum restōnē. Sed cui fiet restitutio? hic videndum est cui accrescāt fructus tempore suspēsionis puto, quod quotidianæ distributiones accrescāt socijs, vt dixi sup ea. Compil. de æta. & qualita. vt hi qui. fructus præbendæ, vel distincti beneficij accrescant Ecclesiæ, de cleri. non resi. c. pen. & sic intellige, quod no. 91. dist. clericus victum, & quod not. Inno. de coha. cler. sicut Quid autem si isti suspensi nollent interim officiare Ecclesiam, & an interim eligant, vel eligantur? Vide quod not. in præalleg. §. cæterum, in gl. non ergo.

Suspensionis tēpore durante cui accrescunt fructus clerici suspēsi.

b ¶Congruentibus.] congruentia vestium respicit nō solum clericos, de quibus hic, & in iuribus præallegatis, & monachos, de quib. ꝫ. de sta. mona. ne in agro, sed etiam omnes laicos. 41. dist. § 1. & c. parsimoniam 30. dist. si quis virorum, & variatur ex diuersitate sexuum, ea. dist. si qua mulier.

c ¶Cessante.] sup. eo. Deus qui.

d ¶Indignum.] de sent. excom. in audientia, eo. titu. si iudex laicus, lib. 6. de iniu. item apud, §. si quis virgines, & est simile de stat. mona. recolentes.

e ¶Clericus.] includit habentem primam tonsuram tantum de æta. & qual. cum contingat.

Clericus est q primā tonsurā habet. Vestes virgatę, & partitę sūt clericis prohibitę.

[Gl. seq. allegat duas concor. & dubium soluit.]

f ¶Partita.] dicit canon, quod diuersi coloris, vel diuersæ partis vestis esse non debet, 10. q. 1. c. vlti. in fi. alibi, quod vestis non debet esse varia sericis texturis, nec habere variorum colorum ornamenta, 21. q. 4. c. 1. in fi. Et quod licet vestes rubei, & viridis coloris prohibitę sint clericis, sup. eo. c. pœnæ tamen istius constitutionis locum habent solum in vestibus hic expressis, & concor. quod dixi sup. c. proxi.

g ¶Publice.] concor. sup. c. proxi.

ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ dicitur publice portare cum multitudini hoc patet: sicut etiam dicitur publice aleator, vel vsurarius, vel maleficus, vel meretrix, vt excōcatus, de excess. prælat. inter. de malefi. c. 2. de exceptione exceptionem 14. dist. vidua. In domo vero dr̄ secrete, quia domus rem secretam, & non publicam denotat 6. q. 1. ex merito Zabarella.

[Gl. seq. soluit dubium, & solutionis obiectionem.]

h ¶Vtetur.] vestibus ergo etiam prius factis publice vti non poterit sine hac pœna, nec propter hoc constitutio respicit præterita: damnat enim solum futurum vsum, & facit, quod dixi sup ea. Compil. de æta. & qua. vt hi, qui. in gl. quod possessis.

i ¶Rationabilis.] puta timoris eo tit. c. penul.

k ¶Sex menses.] inchoandos post talem publicam delationem.

[Gl. seq. q. soluit, & rationem reddens contrario respōdet, inducit simile, & dubium soluit.]

l ¶Beneficiorum.] oium, propter indefinitam de hoc, de elect. vt circa. lib 6. offendit enim vniuersum statū Ecclesię, nec minus vnam Ecclesiam, q̄ aliam, & sic soluitur, de elect. ꝫ cōpromissarius, § huiusmodi, & §. seq.

o ¶Sacerdotium.] hic ergo est ius diuersum inter sacerdotium, & alios sacros ordines, concor. 55. dist. ex antiquis, ne cle. vel mo. c. fi.

p ¶Per id tempus.] sex mensium.

q ¶Inhabilis.] tenet Guli. in Spe. tit. § superest. versi. sed nunquid potest, q legatus, & Eps hanc pęnam infligere possint, etiam in perpetuum clerico, & laico ex cā. & vides, ꝙ in defectum beneficij succedit hæc pęna [1] inhabilitatis: alibi deficiente beneficio succedit pęna excommunicationis, ꝫ. de deci. c. 1.

1 Notat Imo. ꝙ inferior a Papa ex statuto inhabilitare pōt clericos ad obtinēda beneficia Fon.

r ¶Alijs.] qui nec beneficiati sunt, nec in sacris.

s ¶Talem.] virgatam, vel partitam.

[Glo. seq. infert ex copula, & arguit. Secundo quærit, quæstionem declarat, soluit opi ponit. Tertio, specialia quærit, & soluit.

t ¶Et tonsuram.] si ergo vestem ferant siue tonsuram, non est locus pęnę, & facit ad ea, quæ not. & scripsi de apost. tux. vides enim, ꝙ constitutus in minoribus, secularibus vestibus vtens, non incurrit hanc pœnam, nisi immisceat tonsuram. Et quia de tonsura clericorum iura varijs verbis vtuntur quędam dicunt rasuram, in parte superiori admodum sphæræ 24. dist. §. clerici, & c. seq. Dicitur autem sphæra rotunditas, vel corpus, seu spatium rotundum: quædā dicunt coronā, & rasuram. 11. q. 1. duo sunt, quædam tōsuram, & coronam. eo. tit. clerici, de cle. coniu. cap. vlt. & ꝫ de celeb. Mis. c. 1. quædam simpliciter tōsuram, eo. tit. clericus. simile de cle. coniu. Ioannes, & c. ex parte eo. tit. c. vnico. lib 6. & eod. lib de biga. altercationis, de senten. excom. si iudex, & hic, quid hæc verba intendant, videamus. Circa hoc sciendum, ꝙ clericis deputatis ad diuina ministeria, cōpetit rasura, & tonsura in modum coronæ ratione figuræ, quia corona est signum regni, & perfectionis, cū sit circularis carens angulo, in signum carentiæ sordium, quia vbi angulus, ibi sordes. se ergo, & alios virtutibus regere, & sordibus mundare debent, & sic in Deo regnabunt, vt in præd. decre. duo. per rasuram autem ex parte superiori capilli subtrahuntur, ne mens

Corona, tōsura, & rasura differentes aliqualiter, quid ſ clericus repręsentāt.

Sordes sunt in angulis.

ipsorum

ipsorum per occupationes temporales retardetur a contemplatione mysteriorum diuinorum. Summitas enim capitis est eminentia mentis, fac. i. de sacra vnct. c. vnico, vers. in vertice. per ipsius ergo denudationem mentis releuatio designatur: Et quia quieti ministerijs diuinis non occupantur, superius non radun tur, licet inferius tondeantur, quia temporalia deponunt. Tonsura vero ex parte inferiori capillo tondet vsque ad releuationē sensuum, scilicet visus, & auditus: ne s. oculos, vel aures impediant, & est signum, quod praescindenda sunt vitia cordis, & corporis ne omnino diuino rum impediant: & ex his debetur corona coelestis. Vnde dicit canon, quod incedere debent clerici detonso capite, & patentibus auribus. 24 dist. c. penul. Ex praedictis vr, quod proprie rasura respiciat partem superiorem: quam dicimus clericalem coronam, circulum capillorum: tonsura, abscissione ipsorum. facit de sen. excom. contingit. 2 ibi, circa e. his crinibus. Hostiensis tamen in decre. cleri. ci, eo. ti. vt ibi scripsi, quod sup. dixi clericam, vr vocare tonsuram, dicens, quod maiorem tonsuram, & altiorem, & rotundiorem coronam debet habere monachus, quam clericus, & notauit etiam de hoc in summa, eo. tit. §. 1. Haec dicta ad discutiendum an tonsura consistat in clerica, vel in tonsione crinium, vel in vtroque: & specialiter per hoc ad textum, an clericus in minoribus deferens talem vestem cum clerica, & longis crinibus, vel e contra tonsis crinibus, seu sine clerica incurrat hanc poenam. Et in primo casu, si clericam caputio, vel alitere cooperit, & in secundo, si tonsionem crinium coopertam portat forte vestito caputio certum est, quod non est locus poenae: per verbum, publice, quod respicit vtrumque. s. vestem, & tonsuram: remanet ergo dubium cum alterum solum defert, & publice, egeret declaratione: sed credo de mente, quod si im publico exhibeat, quod videatur clericus cum ea veste, locus sit poenae. tuto enim, vel nunquam in capite caputium, biretum, capellum, vel aliquid tale deferens, ostendat vtrunque.

[Gl. seq. notat ad quaestionem disputatam.]

† al. pileū iuuenum.

Clericus aures habeat patētes.

natum seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, necnō caeteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci [a] motum intrinsecam honestatem ostendere, si (praeterquam ex causa rationabili) publice vestem ferant huiusmodi, aut infulam [b] seu pileum † lineum [c] publice portent in capite, sint eo ipso beneficiati, videlicet a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinent, suspensi per annum. Caeteri [d] vero sacerdotes, & religiosi quilibet per idē tempus [e] reddantur inhabiles ad quodcunque [f] beneficium ecclesiasticum obtinendum.

¶ Sed & tales, [g] & caeteri quicunque clerici vtentes epithogio [h] seu tabardo foderato vsque ad orā, [i] & ita breui, quod vestis interior notabiliter videatur: [k] epithogium ipsum † seculares clerici, & religiosi administrationē habentes, teneantur intra mensem [l] dare pauperibus. Caeteri vero religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare in pios vsus aliquos conuertendum. [m] Alioquin beneficiati suspensionis, caeteri [n] vero inhabilitatis poenas praedictas per idem tempus [o] se nouerint incurrisse. Huic insuper adijcimus sanctioni, [p] vt clerici praeter-

d ¶Caeteri.] non beneficiati, & religiosi poenam hic expressam incurrunt vltra poenam excommunicationis, qui ligantur per aliam constitutionem de cleri. vel mona. cap. 1. li. 6.

e ¶Per idem tempus] annale.

f ¶Quodcunque beneficium.] includit praestimoniā, vel pensionem, quod haberet titulum, facit, quod dixi de rescri. postulasti.

g ¶Et tales.] de quibus proxime dictū est.

h ¶Epithogio] Dictum est ab epi, quod est supra, & tego, tegis.

† al. ipsū.

i ¶Oram] sine aspiratione designat finē, vel extremitatē seu praecipue regionum, & vestium. Vnde dr. 1 Reg. 14. Quod Dauid percidit orā clamidis Saulis. 1. q. 7. §. de his, & Genesis 41. Repererunt in ora saccorum ligatas pecunias. ac Hebraeos 11 Sicut arena, quae est ad orā maris. Nō aspiratur etiā qn ponitur pro plurali, de os, oris aspiratur autē qn designat tempus: vt horam Tertiā, vel Nonae.

Ora sine aspiratione, & cū aspiratione, quid denotat.

k ¶Videatur.] Dicit canon, quod superior vestis clericorū debet esse talaris, idest, longa vsque ad talos 23. dist. penult. & sic breuitatem vestis superioris decernimus huius constitutionis causam videretur constitutio locum habere etiam in tali tabardo non sic foderato: quod non credo, cum sit penalis, & sic non extendenda, de electio. statutum lib. 6.

l ¶Intra mensem.] quia supra dixi vtentes, videtur, quod mensis incipiat post inchoationem vsus.

[Glo. seq. arguit, quaerit & soluit.]

m ¶Conuertendum.] facit ad no. 12. q. 1 non dicatis, quod monachus administratione carens eleemosynam facere non possit. Sed quid si talis monachus erat in studio de licentia abbatis, a quo multum distat? Satis puto, quod tunc quamuis administrationem habeat, hac erogationem facere possit. per ea, quae not. Host. in summa de poe. & remis. §. quibus, & qualiter. char. pen. vers. quid de facientibus eleemosyna, vbi tenet, quod monachus, qui de licentia abbatis est in studio, vel peregrinatione, potest facere gratuitā eleemosynam moderatam. allegat de offi. deleg. praeterea, ff de procu. ad te & l. ad legatum, de iud. si longius. fortius ergo faciet hanc necessariam, & facit quod not. de accu. ca. pastie.

Eleemosynā facere an sit monachis permissū.

n ¶Caeteri vero.] non beneficiati.

[Glo. seq. ponit tres lecturas.]

o ¶Per idem tempus] annale, vt sic respiciat, quod proxime dictum fuit, a vel originaliter, cum vel vt restringatur poena potest intelligi de sex mensibus, de quibus in principio dixit, vel dic diuersificari poenas praedictas, s. annum, & sex mensium secundum qualitates diuersas clericorum, de quibus praemisit, vt semestre locum habeat in his, de quibus loquitur vsque ad ves. dignitatem annus in alijs.

[Glo. seq. soluit obiectionem, & dubium.]

p ¶Sanctioni.] non dicit, quod illa sit sanctio, sed addi-

a ¶Extrinseci.] Haec littera, & principium huius capitu li ibi, in publico portare, facit ad quaestionem olim disputatam de monaco, qui bene portat habitum suum, quem tamen cooperit habitu clericorum secularium, quod sit apostata: & ita fuit hic terminatum, & inducebat decre. penult. eo tit. de iudae. in nonnullis, & ponitur in Mercuria sub tit. de apostatis.

b ¶Infulam.] Sumitur interdum pro corona imperiali, C de quadri. pra. l. fi. quandoque pro alba fasciola sacerdotalis capitis, & loco subrumit, seu pileum, quod dr a pilis, quia pilos capitis tegit, & stringit. & nota, quod etiam diaconum portantem infulam non punit haec constitutio: nisi sit de hic expressis.

a Infula fascia erat in modū diadematis (vt ait Seruius li. 10. Aene.) a qua dependebant vittae ab vtraq; parte.

c ¶Lineum.] idem puto si sericu, quod apud nos multum est in vsu, cum maior, vel saltem eadem sit ratio,

tur sanctioni. In præcedentibus n. constitutio est pœnalis, hic non. hoc dico propter not. 3 dist in fin. summæ erit autem hic locus pœnæ arbitrariæ, ex quo certa non statuitur de offi. deleg. de causis.

a ¶ Præsertim.] pro maxime.

b ¶ Caligis.] 23. dist. clerici.

c ¶ Viridibus.] isti colores i ipsorū vestib. erant prohibiti. e. ti. cap. pe. & vide quod ibi scripsi.

d ¶ Vtantur.] prouidit Clemēs circa infulas caligas, & vestes, ꝓuideat successor circa scarpitulos, quarū ꝑforationem, vel incisionē multiformem sugillitiola curiositas apud clericos pullulans adinuenit.

DE PRAEBENDIS, & dignitatibus.

Cōtinuatio. [Visum est supra de vita & honestate clericorum; verum quia clerici nō possunt viuere, nisi habeant beneficia, & dignitates: vnde cōmodi possint vitam sustentare: ideo &c.

tim [a] beneficiati, caligis [b] scacatis, rubeis, aut viridibus [c] publice nō vtātur. [d]

TITVLVS II.

De præbendis, & dignitatibus.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

¶ Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate concessis, per quā prouideri mandatur, ne animarum cura, si dignitati imminet, negligatur: vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, nō facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem assumitur. h. d. Io. And.

tię faciat mentionem de beneficio aliquo incompatibili, non propter hoc vř secum dispensare, sed solum mētio illius beneficij incompatibilis hoc operatur, ꝙ collatio alterius no erit surreptitia. c. nō pōt. eo. tit. in 6. Et hoc verum, nisi Papa ꝓprio motu illi concederet beneficium. ca. si motu proprio eo. tit. in 6. imo secūdo impetrās debet petere a Papa, vt secum dispēset, alias nō posset obtinere. No. secūdo, ꝙ impetrās aliud beneficium dēt facere mentionem de qualitate sui beneficij, ā fuerit dignitas, cui imminet cura animarū, vel nō. No. tertio drīam inter litteras gratiæ, & litteras iustitię, q̄a litterę gratię vitiantur, & sunt ipso iure nullę, si fuerunt obtētę p surreptionē: Litterę vero iustitię nō sūt ipso iure nullę, sed veniunt annullandæ per exceptionē. ca. cū dilecta. de rescr. in antiq.

CAP. I.

SI dignitatē [e] habenti de alia prouideri mandemus, [f] † dispensantes [g] cum eo, vt simul vtramque valeat retinere: [h] de animarum cura, quæ illis, vel

† De mandatis d ꝓuidendo, vide q̄d nouissime sanciuit cōcil. Trid. sess. 24. c. 19.

I dignitatem.] ¶ Duo sunt dicta, secundū: ibi, [Ad hoc.] ¶ Præsupponēdum est, quod habetur in c. cum in illis. eod. tit. in sexto, quia ad eius declarationem fuit facta hæc Clementina, videlicet, ꝙ si Papa mandet prouideri alicui de aliquo beneficio, virtute illius mādati non potest prouideri de beneficio curato, nisi expresse fiat mentio de beneficio curato. Secundo pręsupponendum est, quod dicitur in eo c. cum in illis, quod si Papa mandet prouideri alicui de aliqua dignitate, vel personatu, virtute illius mandati non potest prouideri de dignitate electiua, nisi expresse caueatur in litteris de beneficio electiuo.

CASVS Habebam vnam dignitatem: volui habere aliam, cuius collatio pertinebat ad Papam, quia forte collationem illius dignitatis sibi reseruauerat, vel vacauerat in curia Romana, vel forte impetraueram ab ipso iure præuentionis: porrexi p̄ces supplicatorias papę, vt mihi conferret illam dignitatem, & in precibus continebatur, ꝙ habebam aliam dignitatem, & petebam dispensari ad obtinendam aliam, in qua imminebat cura animarum: Papa dispensauit: in litteris non fuit appositum, ꝙ illi dignitati imminebat cura animarum: sed tamen apposita fuit hæc clausula, prouiso, ꝙ cura animarum nullatenus negligatur: Quęritur vtrum illa clausula sit sufficiens, vt mihi prouideatur de illo beneficio, cui imminet cura animarum? Dicit Clemēs ꝙ non, nisi in litteris ponatur talis clausula: prouideas tali habenti tale beneficium, cui imminet cura animarum de tali beneficio, cui etiam imminet cura animarum. Sed quid si Papa mandet, ꝙ mihi prouideatur de dignitate ad cuiuscunque collationē, prouisionem, vel institutionem pertineat, & non dicit electionē: tñ in prohibitione fecit mentionem de electione sic dicendo: Inhibeatis omnib. ad quos pertinet institutio, vel electio, vt nihil habeant attentare in p̄iudicium nostri: Quæritur, vtrum virtute illius rescripti, possit mihi prouideri de dignitate electiua? dicit, ꝙ non, nisi fuerit et facta mentio de dignitate electiua in parte dispositiua rescripti. vnde in rescriptis Apostolicis sunt multę partes. s. salutatio, exordium, narratio, dispositio & prouisio. No. prima iuncta gl. quod licet Papa in litteris gratię

Not. quod executor mandati Apostolici non potest alicui prouidere de dignitate electiua, nisi fiat expressa mentio de dignitate electiua in mandato in parte dispositiua. Not. [Dispensantes.] Dispensatio est iuris cōis prouida relaxatio, vtilitate, seu necessitate pensata secundum Guli. in Specu. tit. de dispensa. Vel sic, Dispēsatio est rigoris iuris per eum, ad quem spectat canonice facta relaxatio 1. q. 7. nisi rigor. & ca. seq. Capitur tamen quandoque dispensatio improprie. s. pro iuris declaratione, vt in ca. Quintauallis de iure iur. Not. in §. ad hoc ibi. [Consueuit.] quod per consuetudinem dignitas efficitur electiua pro hoc eo. tit. cum de beneficio lib. 6. Zaba.

[Glo prima summat, diuidit, & dicit quod principiū approbet.]

e ¶ Si dignitatem.] Casus. Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate concessis, per q̄ prouideri mandatur, ne animarum cura, si dignitati imminet, negligatur, vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ad dignitatem curatā, vel ad quam quis per electionem assumitur. Duo sunt dicta. Secundum ibi: [Ad hoc.] Quod in principio dicitur de dispensatione, vsq. ad versi. quamquam. tenebat Host. de elect. postulatū Guli. in Spe. de leg. §. videndū. verū sed nunquid nocet.

f ¶ Mandemus.] idem puto si prouideret, dum tamen non motu proprio. inf. c. 3 cum eadem sit ratio.

[Glo. seq prorogat dictum.]

g ¶ Dispensantes.] Quid si nulla fiat dispensatio super pluralitate, sed solum prouidere mandatur de dignitate non adiecto de cura, postea sumitur hac clausula? Dicas idem, cum eadem sit ratio. Sed quia clausula illa poni non solet, nisi cum fit dispensatio super pluralitate, vel simili. facit de offi. ord. ca. ordinat. § §. prouideat lib. 6. ideo sic loquitur, similis, ideo dixi, quia q̄n fit super ætate, ordine, vel residentia, etiam apponi solet hæc clausula. vnde quamuis in litteris gratiæ super his dispensetur, adiecta illa clausula, gratia tamen non extenditur ad curatam.

h ¶ Retinere] quod non posset sine dispensatione ex vi expressionis, vt eod. tit. non obest. § fi. lib. 6.

[Gl. seq. ponit tres lecturas, contra tertiam allegat, & declarationem ponit sub dubio, primam eligens, & contrarijs respondens.]

a ¶ Vel alteri.] Si intelligat secundæ, planum est, quod sequitur de gratia surreptitia, vt eod. tit. ca. cum in illis. li. 6. sed si de prima hoc intelligas: tunc licet gratia sit surreptitia quo ad dispensationem pluralitatis, nõ tñ quo ad prouisionem dignitatis, ex quo propter illã paratus est dimittere primam. Vnde si Mutinensis Archidiaconus impetrat Archidiaconatũ Bononiẽsem nõ curatũ, vel curatũ, hoc tñ expresso: & dispẽsatus cum ipso super vtroq; tenẽdo, licet dispensatio pluralitatis non valeat, ex quo Mutinẽsis Archidiaconus habet curam, & hoc non expressit propter rationem quã j. dicam super verbo, momenti; videtur tamen quod valeat impetratio, ita, quod per ipsam Mutinen. dimitten do, consequi possit Bonon. Non enim habetur in iure expressum, quod impetrans, qui tenetur facere mentionẽ beneficiorum, quę habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere: sicut nec hr̃ in iure, quod teneatur exprimere qualis ordo sit annexus beneficio, vel quantitatem redditũum, quam habet ex vno beneficio, vel pluribus, licet beneficia teneatur exprimere. cum ergo per expressionem nulla fiat dispensatio, sed solum vitiatur surreptio eod. ti. non potest. in fin. lib. 6. vr̃ quod valeat impetratio, ex quo illud expressit, licet non expsserit illius curam, sicut valet, licet non expresserit annexionem ordinis, vel redditũum quantitatem vt dixi, & ratio decre. cum in illis adaptatur, cum de dignitate consequenda quæritur, non cum de exprimenda: Nisi dicas aliter legendo, quod hoc nouum declarat, vel inducat hæc constitutio: 1 quod etiam qualitas curæ imminens beneficio, quod habet impetrans, exprimenda sit in impetratione, quod probat littera, nullius penitus, quæ sequitur, quasi hoc sit de his quę possent mouere principem ad gratiam denegandam. facit eo. ti. quamuis. & c. si cui. 1. respon. li. 6. & quod no. Com. post. de rescri. c. capitulum in fine magnę glossę, & vr̃ expressum i. ea. compi. de offi. ordi. ca. 1. si intelligitur illud speciale, quod ibi ponitur de specialitate, quæ ẽt exprimat qualitatem curæ, & talem expressionẽ communiter hodie faciunt impetrantes, & caute. Posset dari tertia lectura, quod mistura dispensationis, & gratiæ prouisionis in eadem littera concessarum vitiat vtramque, quę, quæ si segregatæ forent, valeret prouisionis gratia, vt primo dicebatur. Contra hãc facit de reg. iur. vtile lib. 6. & quod ibi no licet enim secunda gratia dispensationis pendeat a prima, & sic sit inseparabilis, prima tamen gratia, s. prouisionis bene est separabilis a secunda, quare illa vtilis per illam inutilem vitiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamen placet prima lectura. Ad inducta secundo respõdetur, primo ad litteram sequentem, vt statim dicam. Ad id quod allegatur de motu principis, responde per decret. non potest in fine superius allega. in decret. si cui. secundum cum primo tenebatur, & ideo primũ esse debuit non curatum, si enim primum dimitteret, cu a non obstitet, vt ibi, 1. respon decre. 2. de offi. ordi. requirit specialem mentionem beneficij, vt non sufficiat generalis. & est pro Host. contra Compoit in rjs, quæ no. de rescri. in nostra in si sed non requirit expressione qualitatis, vt superius dixi.

b ¶ Nullius.] vniuersale negatiuum est, & adhuc submittit penitus. & facit ad superius dicta, quib. tamen non obstabit hæc littera si dicas, gratia s. super pluralitate concessa fecit enim mentionem sup. de mandato prouisionis & de gr̃a dispensationis. Primum consistit in gratia facienda. Secundũ, in iam facta, facit quod no. de preb. si cui. lib. 6. in vlt. glo. vel si exponas alteri de secunda, vt ibi dixi in princ. glo.

c ¶ Momenti.] hoc tenebat Host. in præd. decre. postulasti reddens rationẽ quod circa pluralitatem in personatu cum cura duo sunt impedimenta. s. personatus, & cura. eo. ti. de multa sublato ergo primo impedimẽto, scilicet personatus, remanet secundũ. s. vt ibi scripsi. & idem Guliel. in præd. vers. sed nunquid.

ADDITIO. Infertur ex hoc textu, quod cum obreptio vitiet litteras bñficiales ipso iure, processus vigore talis factus est nullus; licet secus sit in litteris iustitiæ de rescri. sug litteris. Et dicit Lau quod quandoque littera est falsa, vt quando omnino præter conscientiam principis emanat, & tunc quicquid ex ea fit. nullum est. de fals. super eo pro hoc de offic. vica. ca. penultim. Quandoque surreptitia, vt quando de scientia principis est habita sed aliquid falsum est suggestum, vel verum suppressum: ut hic, de conces. præbend. cum nostris Cardina.

alteri a earũ imminet non habita mentione, gratia hm̃õi velut surreptitia nullius b † penitus est momẽti: c quamquam confectis super ea litteris sit insertum, d quò l animarum e cura (si dignitatibus f ipsis vel alteri earũ immineat) nullatenus negligatur.

¶ Ad hoc si alicui prouideri mandemus de dignitate g ad cuiuscunque vel quorũcunq; collationem, prouisionẽ, seu quamuis h dispositionem aliam in

d ¶ Insertum.] quod sumi põt ex decr. de off. ordi. ordinarii. c. ordinarii. §. prouideat, lib. 6.

e ¶ Animarum cura 1.] hoc inducebat dubium: quasi per hoc de curato Papa prouideri uoluerit & sufficiat quacunq parte litteræ talis uoluntas appareat, ut sic finis trahatur ad principium; facit de appel. secundo requirit cum concor de rescr. olim. sicut sufficit quacunque parte actorum certificetur snia. C. de sent. quæ si. cer. quan. l. 3. sed hæc clausula non ponitur ad gratiã augendam, ut inf. prox. respons. sed ad indemnitatem dignitatis in executione seruandam, nec sonat in conditionem prouisionis, uel qualitatis expressionis, sed potius in monitionem: unde ualeret prouisio hac monitione non seruata, ut no. eodem titu non potest. 3. respon. lib 6.

f ¶ Si dignitatibus.] quid si non potest, si. puta quia dicitur prouisio, quod animarum cura dignitatib. imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proxime dixi. Item intelligitur imminens, id est si qua imminet.

g ¶ De dignitate.] decr. ẽt, cum in illis eo. ti. 2. respon. loquitur de dignitate, uel personatu, & ibi in 3. respõ. quod de beneficio loquitur, de electione non repetit, declarari uellem, an in beneficiis maioribus, quæ per electionem, & confirmationem prouidetur, locum habeant hæc iura: communiter tenetur quod sic. & facit inf. de relig. do. c. 2. 2. respon. in prin.

(Glo seq. ponit opi. & contrarium consilium, & duas ipsius rationes. Secundo mouet dubium ponit opi. cõtra quam alleg. respondet.]

h ¶ Quamuis.] illud uerbum non est in decre cum in illis per quod quandoque, dicebant impetrantes, ad hoc ut aliquid adderet electionem includi. Iamdudum consulueram contrarium in quadam causa Florentina, illa ratione, quia cum regulariter in iure indefinita æquipolleat uniuersali, de quo not. de electi. ut circa. lib 6. illud uerbum nihil addet. Item quia cũ per decre. cum in illis. uerbum dispositionis, non includit electionem, quasi diuersæ sint species, uniuersale adiectum illi speciei, quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet, maxime in hoc casu, quo de materia restringibili loquimur, 3. ut ibi in secundo, §. modo uides hoc hic approbatum. Vide etiam du b. cui, si nullus ipsorum modorum exprimatur: quia simpliciter mandatur prouideri de dignitate, uel prima, quæ uacabit, uel quam duxerit acceptandam: nunquid includatur dignitas, cui prouidetur p electionem? & tenent aliq quod hoc casu ita ueniet modo electionis, sicut

† Not. quod obreptio vitiat litteras bñficiales ipso iure, quod melius probat hic, quam alibi & de hoc de rescr. ad audientiam sm Zab.

† Sic dicẽdũ est, quia si dictio, alteri, referat ad sm tãtũ, violabis litterã ? l. si aliter, ff. de le. 3. & Host. c. in nr̃a. su. de resc. referi Clemẽtẽ pronuntiasse, p hac opinione, & illam seruat hodie Cancellaria. Pon.

1. Panor. sequitur illã gl. istũ tex in 2. respon. quẽ dicit nõ esse alibi Fon. § Idẽ Pl. facit c. sedes su. de rescri. c. q ad agẽdum de pr. li. 6 nec obstat quod H ppo. in l. vnius fa cinoris §. cognito ... in 11 col. notabiliter voluit quod ista gña ... adiectiua amplia nt significatũ dictionis cui adiungunt ad ultimam significatione nec gñ ... §. vxor ff. de vsuf. l. addo ... singu ... Per. l. abe nationes ... Alc. Fra. ... qd verba generalia recipiũt restrictio a iure ... Fon.

sicut quiuis alius: t ex quo nullus exprimitur cum mēte Pa- illa dec. & ista non dicant modum electionis non includi nisi exprimatur:sed dicunt vno casuum expresso alium non venire. Contradicere vr̄ finis huius capituli.Sed respondeti pōt, quod respicit casum narratum, vt ibi dicam.

Est de mēte Pa nor. facit c. dilecti. de offic. leg. & tenet Rota in nouis dec. 599. Font.

[Gl.seq. de præpositione,in,duo dicta ponit,& opi. contra primū infert cōtra opinionem.

a ¶ In certa]de isto enim scias,ꝙ Io Monac.not.de reg.iu.in generali.lib 6 & Archidiaconus eo. lib. de concess.præbē ne captandæ. Clementem quartum termi nasse auctoritate sūpra de lib. 2. Reg. 12.capit.[& 3. q.7.§. vlt.]de illo q habebat vnicam oué, & ex Lullicitas §.ne temuis.& de offi.presi. de illo qui habebat vnicū lumen, ꝙ cū scribitur alicui ,pui deri de dignitate in aliqua ecclesia,& nō est ibi nisi vnica & principalis, illa non debetur:& sit etiam ratio: quia ,puidere de illa dignitate, nō est prouidere in ecclesia, sed de ecclesia. alleg. et decisam.dece.vlt.eod.tit & facit,quod no.de offic leg.cap. pen.in glo 2.lib 6 dicit etiam ibi Io.Mona. & Archid. eo.tit si pro clerici.lib.6.Bonifacium viij.pronunciasse in forma pauperum,quod cū scribitur alicui de aliquo beneficio in ecclesia prouideri, si non sit ibi nisi vnicum,vel scribitur ad collationem alicuius,qui non confert nisi vnicum,de illo prouideri non potest,cum illud,in al quo, sit relatiuum supponens diuersitatem. Circa primum tñ refert Archidiaconus in addi.ꝙ quidam magni viri tenent ꝯtrium per decre.eo.tit. quamuis.li. de con.ei.præb.nulla.6 q 1.scite quo ad superficiē, facit de simo c.ti.& faciunt prædicta contra Ioan. Mo & Archid in his quæ no.de elect.quam sit.lib 6. qui dicunt dec. illam , quæ statuit tempus præsentandæ electionis & petendæ confirmationis locum habere solū in principalib prælaturis ecclesiarum, & tñ tex. ibi dicit,electio in aliqua ecclesia celebrata contrarium etiā probatur ibi.§.si.dum dicit,quiuis electus.

certa [a] ecclesia [b] pertinente, quam intra mensem [c] duxerit acceptandam, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, prouisionem,seu electionē, [d] dignitates in ipsa ecclesia pertinere noscuntur, ne interim [e] ad collationem ipsarum seu prouisionem procedant, vel quemquam eligant ad easdem, de dignitate ad quam consueuit [f] quis per electionem assumi, impetranti non poterit prouideri; cum [g] in concessione gratiæ [h] (ad quam non augendam, sed exequendam debent,quæ de inhibitione sequuntur referri) nullam de electione

b ¶ Ecclesia.]diœcesi vel prouincia , cum sit eadē ratio.
c ¶ Mensem]solet dici in litteris,a notitia vacationis, vt inf c c 5 c. vnico & quando tunc incipiat mensis currere,ibi habes in fine.
d ¶ Seu electionem.]hoc inducebat dubium.
e ¶ Interim]id.licet intra mensem acceptationis.
f ¶ Consueuit.]vide quod dicam infra c pen. in glo. coniuge.
g ¶ Cum.] pro quia , redditiuum causæ, & iunge hic litteram nullam,&c quæ est in fine.
h ¶ Gratiæ.]superius narratæ,scilicet quæ certos modos habebat expressos.

Per litteras.]Ponit dictum,a quo excipit:ibi,[Nisi] i nol.

CASVS Papa mandauit reuerendo in Christo patri & domino,dñ.o Io anni cordis diuina fauēte gratia Biturricen archiepo,vt mihi,qui eram de sua diœcesi,prouideret de beneficio primo vacaturo, sub hac forma : Siue eēt dignitas vel psonatus , vel ei immineret cura animarum,siue aliud beneficium,ad quod quis cōsueuerit assumi per electionem , siue quodcunque aliud beneficium ecclesiasticum: Vacauit hospitale vel eleemosynaria, vel leprosaria : Quæritur vtrum ista loca pia comprehendantur sub illa clausula? Dicit ꝙ non, nisi expsse fuerit dicto de istis locis: nec sufficit clausula gñralis,siue cuiuscunq; conditionis fuerit illud beneficiū ecclesiasticū,etiam posito quod illa loca pia haberent iura spiritualia,puta decimas , & sepulturas: hoc dicit H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia.Primo no.ꝙ i materia odiosa appellatione bñficij ecclesiastici non veniūt ista loca pia , de quibus in littera ista dicit: Et insurgit illud odiū,quia ista loca pia sūt ambitiosa.Itē vt curretur votum captādę mortis. Not. quod ad hoc vt ista loca pia comprehendantur sub gratia,non sufficit mentio sub clausula generali cuiuscunq; conditionis sit beneficiū ecclesiasticū,sed oportet,ꝙ de illis fiat mentio expressa:hoc modo, siue sint hospitalia,vel eleemosynariæ, vel leprosariæ. Not. textum.[Directas.]id est missas,& venit a dirigo gis, direxi,quasi in diuersam partē rego. Et dr̄a di,& rego, gis & cor.ti Vnde dirige gressus meos , idest , rege passus meos No.ꝙ comparantur litteræ Apostolicæ,& litteræ legatorum,simile de offi.leg.collatio l b 6.quandoque tñ discomparantur,vt tangit hic Cardinalis in 3.q.

fecerimus mentionem.

¶ Idem.

¶ Litteræ super prouisione clericorum non includunt hospitalia, & loca similia , & habentia iura spiritualia , nisi id exprimatur. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

PER litteras [i] à sede Apostolica vel legatis [k] ipsius super prouisione [l] quorumlibet clericorum directas, [m] † de xenodochijs, [n] leprosarijs, eleemosynarijs [o] seu hospitalibus (etiamsi ecclesias [p] uel capellas,

† Directas. subaudi, alicui , vel aliquibus executoribus.

[Glossa prima summat.]
i ¶ Per litteras.] Casus litteræ super prouisione clericorum,non includunt hospitalia,& loca similia,& habentia iura spiritualia,nisi id exprimatur
k ¶ Legatis.]de latere,per decre 1.de offi.leg.lib.6.
Gl.seq cum secunda sequenti soluit duo dubia.
l ¶ Super prouisione.]satis videretur idem in litteris, quæ emanant super reseruatione fructuū beneficiorū, vt alia illis non includantur , nisi exprimantur, per rationem,quam inf. dicam.
m ¶ Directas.]intelligo etiam proprio motu nam motus proprius non ampliat gratiam, vel vim verborum, licet excludat surreptionem eius,pro quo scribitur.inf. eo.ti.si Romanus.
n ¶ Xenodochijs.]de relig.do c.3 & varia nomina talium locorum,vide 23.q.vlt.sancimus, & ibi de hoc,& 1.q 7 si quis omnem.ad fin.in Auth. de ali. & emphy. in prin.col.9 & de eccle tit.§.si.ea colla.
o ¶ Eleemosinarijs.] in multis locis hospitalia vocantur eleemosinariæ in aliquibus domus Dei , de appel. dilecti.multa enim monasteria sine certo loco hospitalitatis habent talia officia eleemosynariorum : & cum omnia ista deputata ad certum vsum , ad alium vsum sine Papę licentia conuerti nō debeant inf.de relig.do. c.2.post prin. merito non comprehenduntur sub litteris beneficialibus,qua ratione idem puto de fabricis.
[Gl seq rōnem ponit,quam determinat: secundo diuidit quatuor membra, & in tertio distinguit.]
p ¶ Ecclesias.]quia talia sunt loca religiosa, quod intelligas si auctoritate epi ad hoc sūt instituta , de reli.

Eleemosynaria , hospitale & Dei domus, idē.

do.ad hæc.& ideo talia ſpiritalia pñt illis accedere, & facit, ꝙ ſcripſi poſt Inno & Hoſt.de iurepa. ex litteris. Et aduerte, quia ſi hoſpitale ſit principale, cui accedit eccleſia vel capella, per litteras non debetur, vt hic: ſi vero conuertas, ꝙ eccleſia ſit principale habens annexum hoſpitale: tunc non puto hoc locum habere, ſed tūc iure accessorij veniet, qđ principaliter non veniret. benefacit eod. tit.ſuper eod.lib.6 de reg.iur.acceſſorium, & ꝙ ibi not. Quid in dubio, vt quia extat hoſpitale & eccleſia, & neſcitur, quod ſit principale, & quod acceſſoriū? Sol ſi appareat poſſeſſio & denominatio, per quam poſſumus alterū præeligere, illud ſequemur.eo tit.cum de beneficio. lib.6. de proba per tuas, cum ſi.ſed ſi non apparet repellam impetrantem: conſtat.n.de hoſpitali, nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ: nam & ſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa, ita quod neutrum principale, puto hāc decret.locum habere per no.ne ſe vacan.ca.1.ſa.ii, quod no.de conceſ præb ſi capitulo lib.6 in glo. quæro in fi.

Acceſſorij iure venit. quod principaliter nō veniret.

† Nota, ꝙ hoc verbum facit nouū ius & hoc tenet Zen. zc.de hoc decernimus Zabarel.

decimas[a] aut alia ſpiritualia[b] iura noſcantur habere) nulli poſſe decernimus[c] † prouideri:[d] Niſi hoc in Apoſtolicis[e] litteris[f] caueatur expreſſe.[g]

¶ Idem.

¶ Quo caſu vacat vna dignitas per retentionem alterius, vacant etiam plures.

a ¶ Decimas.]id eſt ius percipiendi decimas. An autem de redditibus horum locorum debeat ſolui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam inf. d.deci.cap 2.

b ¶ Spiritualia]vt cœmeterium.& ius funerandi.inf. de relig.domi.quia contingit in fin.

c ¶ Decernimus.]videtur ergo eſſe ius nouum, & hic incipe conſtructum.

[Gloſſa ſequens quærit & ſoluit, ſecundo quærit & remittit]

d ¶ Prouideri.] vnde nec hodie talia clericis ſecularibus in beneficium dari poſſunt.inf.de reli do. c 2.1.re ſpon in princ. ſed eſt dubium, an in duobus caſibus ibi exceptis in ver.niſi in fundatione, & c locum habebat hæc decr.& puto, quod ſic, cum generaliter loquat: nec ſequitur, ſi concedi poſſunt illis caſibus in beneficiū: ergo includuntur in litteris: tolle inſtantiam ſup c.proxi.eod.tit.quamuis 1 lib.6.Sicut ergo certæ qualitates ſunt in litteris beneficialibus exprimendæ, ſic & iſta ad hoc vt talia in litteris includantur, & tunc facta expreſſione talium debebuntur ſolum in illis caſibus, niſi in expreſſione appareat Papam amplius voluiſſe. Et nunquid cum beneficijs permutari poſſint, dicam inf. de re permu c vnico.

1 Secūdū Imol. qui vult, ꝙ legatus non poteſt expreſſe collationi ſuæ reſeruare hæc loca. vnde p hanc glo. notat Barba. & poſt eum Ffely. cap. nullus.de foro compe.col.11, ꝙ procedit arg. a contratio etiam ſi contigat, ius coe in generatione.

e ¶ Apoſtolicis] No.ꝙ non repetit de legatis, & hoc forſan per id, ꝙ dixi in gl prox: Et eſt ſimile, quia legatus non confert eccleſiam ſpectantem ad præſentationem laici patroni: quam tamen Papa confert. de iurepa.cum dilectus.de offic.leg.dilectus. quod intelligas hoc expreſſo, vt ibi dixi.ſi ergo ſit circa iſta reſtricta poteſtas legatorum, & circa alia.de offi.leg ca.pen. & antepe lib.6.

f ¶ Litteris]Probatio ergo teſtium vel alia non ſufficeret in hoc caſu facit quod no.eod. tit. ſi motu proprio lib 6 in vlt. glo.

g ¶ Expreſſe.] per quod ſufficere non videntur verba generalia, vt ꝙ de quibuſcunque beneficijs, dignitatibus, perſonatibus officijs, &c.& facit ſup. ea.compil.de offi.ordi.c.2.

SI plures.]Ponit dictum, ad quod adducit ſimile, ſecundum ibi, Sicut] Imola ¶ Præſupponendum eſt illud, quod dictū eſt in c de multa.eo ti.in antiq. vide licet, quod ſi alicui obtinenti dignitatem vel perſonatum, vel eccleſiam parochialem conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile, & accipiat poſſeſſionem pacificam illius: tunc vacat ipſo iure primum, ita quod collator poterit illud conferre.

CASVS. Ex diſpenſatione tenebam duas dignitates, vel duos perſonatus, vel duas eccleſias parochiales, vel vnam dignitatem, & vnam eccleſiam parochialem, vel perſonatum, & vnam dignitatem, vel duo beneficia incompatibilia: fuit mihi collatum tertium beneficium ſimile: iſtud tertium acceptaui, & adeptus fui poſſeſſionem pacificam. Quæritur, vtrum duo beneficia ſuperiora, quæ obtinebam, vacēt ipſo iure, vel tantum vnum ex illis? Dicit Clemens Papa, quod duo prima beneficia vacant ipſo iure, ſicut ſi tenerem tātum vnum ſine diſpenſatione, per adeptionem alterius ſimilis beneficij vacat primum ipſo iure, per dictum c.de multa eo.tit. in antiq.

CAP. III.

SI plures[h] † obtinens[i] dignitates[k] aliā dignitatem beneficium aut curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper[l] hoc legitima non obtenta, eius[m] poſſeſſione adepta[n] pacifice, dignitates, quas prius habebat, ipſo facto

† Vide cõc.lñi Tri. ſeſſ 7. de reforma. c.4.& ſeſſ. 24.de ref. c.17.

Nota primo iuncta glo ꝙ quis non poteſt obtinere duo beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione: tamē epiſcopus poſſet diſpenſare in duabus dignitatibus, nō autem in duabus eccleſijs parochialibus. De hac materia vide Panor in c de multa, de præbend.in antiq Not. ꝙ beneficia, quæ requirunt reſidentiam perſonæ, dicuntur incompatibilia: quia nemo poteſt eſſe in duobus locis ſimul & ſemel naturaliter.

No quod ſi alicui habenti duo beneficia incompatibilia, ex diſpenſatione conferatur tertium, & habuerit pacificam poſſeſſionem illius tertij, ipſo facto vacāt duo prima: Vnde diſpenſatus ad duo beneficia incompatibilia, ſua diſpenſatio non ſe extendit niſi ad duo beneficia, quæ primo obtinebat cap.non poteſt.eod.tit.in 6 & ſi vellet dimittere vnum, & aliud acceptare, non poſſet, niſi illud caueatur in ſua diſpenſatione, quod poſſit dimittere vnum vel ambo, & aliud acceptare, & tunc debet eligere vnum de duobus primis, quod ſi detur ſibi, ipſe non debet acceptare aliud, ſed debet prius dimittere vnum de obtentis. Sed ſi nolit ſe ponere in iſto periculo, quia forte ſecundum bñficium eſt litigioſum, tunc coram tabellione debet proteſtari, quod habita pacifica poſſeſſione illius ſecundi bñficij, ipſe non intēdit tale primum beneficium retinere, ſed intendit reſignare illud in manibus alicuius tertij.

[Gloſſa prima ſummat, dicit quid approbet, & conqueritur]

h ¶ Si plures.Caſus, quo caſu vacat vna dignitas per receptionem alterius vacant etiam plures. Approbat, qđ no Compoſt.de ele.dudum 2.ad fin & Guli ponens ad litteram ipſius verba in Spec tit 2 § videndum verſi.qđ ſi habens duos, & Io. Mo offi.ord.ca ordinarij.lib 6.& Archidiaconus in decre non poteſt eod t.t.li.6.debuiſſet clarius formari, vt inf dicam.

i ¶ Obtinens.] per ſufficientem diſpenſationem, vt aliqua ſit dubitatio.

k ¶ Dignitates.]perſonatus vel beneficia curata, vel alterum cum altero, cum ſit eadem ratio.

l ¶ Super hoc] ſcilicet ſuper illa vel illo retinendo vna cum primis, vel cum altera primarum.

m ¶ Eius] dignitatis vel beneficij curati vltimo collati & acceptati.

[Glo.ſeq prorogat, probat & determinat.]

n ¶ Adepta.]Idem videtur ſi per eum ſtaret quo minus adipiſceretur eo tit licet epiſcopus.de elect con.nulla. lib.6.quod probat ſimilitudo, quæ ſequitur. hoc verum, quando tenet collatio vltimi, ſecus ſi collatio non teneret: quia tunc abſtinendo a poſſeſſione pœnam iſtā cauderet, vt inf dicam.

[Gloſſa

[Glo. seq. primo soluit obiectionem superfluitatis: Secundo ponit duas opi. reprobatas, & ipsarum iurib. respondet. tertio mouet, & aperit dubium: ponit opin. & distinguendo soluit.

Dispensatio super duob. beneficijs, intellis de duob. primis.

a ¶ Vacare.] Si intelligas de ijs, quæ per dispensationẽ habeãtur, videbatur expeditum eo. ti. nõ potest. 2. respon. li. 6. inquantum ibi dicit quod dispensatio data super duobus, intellig. de primis duobus: ergo tertium in locũ primi, vel secundi surrogare nõ põt: sed quia poterat etiã Dominum super illis dispẽsatũ esse, scilicet super tali, & tali beneficio, & dignitate, quem casum §. ille nõ contingebat, vtilis fuit declaratio. Et videbatur quibusdam quod nõ vacarẽt, sed princeps deberet eligere quam ex primis dimitti volebat. arg. ff. de excu. tut. l. 6. quæ incipit, si duas. Alijs videbatur, ꝙ ipse idẽ prouisus eligeret, per decre. ꝑterea eo. ti. & c. referente expeditum est, ꝙ vacant omnes primæ. Ad l. prædictam rñdebat Compost. ꝙ licet quis plurib. tutelis grauari non debeat; p vnius tñ receptionem non vacat altera. Ad decretales rñdebat, quod correctæ sunt per decr. de multa. & hæc satis sunt plana. Sed remanet dubium satis forte, nunquid valeat collatio vltimi: hoc dico propter decre. ordinarij. de offi ord. lib. 6. vbi dr̃, quod habenti pluralitatem talium, etiam cum dispensatione sufficienti non põt aliud tale conferri, nisi dispensatio et extendatur ad illud: vel nisi prius habita resignet. & vitiat collationẽ aliter factam. & facit, quod ibi not. post Gar. in vlt. gl. & forte fuit hoc dubium huius decr. cum n. illa decr. ordinarij. dicat collationem vltimi nullius esse momenti: ergo per eam non vacat prima. Sed in prædicta decr. non potest. Archidiaconus tenet, ꝙ non valet collatio vltimi: nihilominus vacat, ex quo possessionẽ habuit vltimi. Ad hoc eo. tit. cum qui lib. 6. & sic dicitur per magnum virum pronuntiatum in curia: contra q̃ tn̄ pronuntiationem fecit, ꝙ pendebat appellatio. hoc ergo declarare procurassem si compositorio adhæsissem. Puto tñ. ꝙ si habenti vnum curatum confertur secundum tale, valeat collatio secundi, & ex quo stat per eum quominus hẽat possessionem secundi, vacat primum. Si vero habenti plura talia ex dispensatione sufficienti confertur aliud tale, valet collatio, si dispensatio sufficiens est etiam, quod ad illud, & tunc de vacatione non quærimus. Si vero dispensatio ad hoc vltimum non iuuat: dico, quod si dimisit primũ ante collationem vltimi, valuit ipsius collatio, nec tunc etiam de vacatione iuris quærimus. Si vero nõ 1 dimisit, collatio vltimi non valuit, tamen per acceptationem non perdit prima: imo illa retinet, sed sano vsus consilio videns collationem vltimi non valere, ipsius possessionem non apprehendat, vt sic hum. anitas iustæ plenitudinis non auferatur. 2. q. 6. si quis libellos de app. cum cessante. & faciunt nota de cler. coniug. diuersis. cum concor. Si vero possessionem ipsius vltimi apprehendit hac possessio facit primam vacare, nam hoc casu cum ex tali vitiosa possessione vacaret vnicum, vacabunt & illa per literam quæ sequitur.

Beneficiorũ incopatibilium pluralitatem habenti, non possit aliud tale conferri.

1 Gl. vult ꝙ post collationem de tertio beneficio dispẽsat ad duo incõpatibilia, nõ ꝑt primu ex illis duobus icõpatibilib. relinqre, vt acceptet tertiu sibi iam collatum Gar. Fou.

[Glo seq. quæstionem soluit, & ampliat.]

b ¶ Sicut si.] Per hanc literã dico, ꝙ si casus esset, quod possessio secũdi non faceret vacare vnicum, vt eo tit. sup eo. & c. si tibi cõcessũ. li. 6. nõ vacabũt illa plura, & hoc puto verũ siue valuerit, siue ñ valuerit collatio vltimi.

c ¶ Vacaret.] per decre. de multa eod. tit. & hodie per constitutionem Ioannis, execrabilis. si primum absq. mora, dispẽdio, verbo, & facto in manib. ordinarij sub testimonio publico nõ dimittat, priuatus est scdo & inhabilis ad sacros ordines, & bñficia, vt ibi. §. porro q. a.

Si Romanus. Non recipit diuisionem. ¶ P. ꝓsupponẽdum est ꝙ hr̃ in c. si sup. de offi ord. videlicet, quod si beneficiatus impetret aliud beneficiũ a Papa, in impetratione secũdi beneficij dẽt facere mẽtionẽ de primo obtẽto: & si nõ fecerit mẽtionem, sua impetratio erit surreptitia.

me enim propter obedientiarios, qui faciebant hos contractus reuocari timentes ad claustrum, emanauit hæc constitutio, & dato q non sint obedientiarij, facilius remouentur a suis administrationibus de accus. qualiter & an hoc de simo. licet, &c. per tuas non autem puto eam locum habere in religioso, q præest Ecclesiæ secu lari, & quasi clericus secularis, & hoc probat principium.

riorum, [a] & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere cupientes, perpetuo [b] prohibemus [c] edicto, † ne quis religiosus [d] monasterio, prioratui, Ecclesiæ, seu administrationi cuius [e] præsidens, iura redditus [f], aut possessiones [g] eiusdem, alicui [h] ad vitam eius [i] seu aliud certum tempus, pecunia [k] etiam inde recepta quouismodo [l] concedat, nisi necessitas [m] aut vtilitas [n] monasterij, prioratus, Ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, conuentus sui, aut si conuentū non [o] habeat, prælati pro, rij [p] assensu ad hoc nihilominus [q] accedente. Si quis autem contra hoc fecerit, † pœnam [r] suspensionis ab officio [s] eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur. [t] ¶ Verum præ-

f ¶Redditus.] differunt a fructibus, vt patebit in si. lo. An.

g ¶Possessiones.] certas, vel omnes.

h ¶Alicui.] priuato, vel collegio.

i ¶Eius.] recipientis vel concedentis: & talis concessio dicitur perpetua si pro sociu. l. 1. & not. 10. q. 2. perpetua.

k ¶Pecunia.] an dās hanc pecuniam repetat? & vide qd not. & dixi, eo tit. ad audientiam.

l ¶Quouismodo.] ab hac generalitate excipit duos modos in fine cap.

m ¶Necessitas aut vtilitas.] sufficit alterum, sic alibi æquiparantur hæc duo de æta. & quali quatis, de præben. exposuisti, & in dispensationibus. 1. q. 7. tali, & facit, eo tit. dudum, lib. 6

n ¶Vtilitas.] de syndi. c. vnico.

[Glo. seq. notat a contrario, & illud determinat.]

o ¶Non habeat.] innuit, quod si habeat conuentum, non requiritur consensus prælati hoc verum, quo ad euadendam huius constitutionis pœnam: sed alias ad validandum contractum perpetuum requiritur omnis solemnitas alienationis, eo tit. dudum, lib. 6 & contra ius Episcopi 12. q. 2. abbatibus, & c. seq. & c. placuit 17. q. 4. in venditionibus.

[Glo. seq. dupliciter exponit, & no. pro Inno.]

p ¶Propri.] de Episcopo videtur intelligendum in non exemptis per iura allegata in hac proxima glossa, in exemptis de Papa, de priuileg. auctoritate, §. 1 libro 6 forsan intendit ille textus approbare, quod recitabat Innoc. de transact. statuimus, vbi dicit quosdam dicere, quod Abbates, qui habent Ecclesias ad se pertinentes pleno iure, possint in illarum alienationibus auct. etiam præstare, & facit int. de statu mona. attendentes, post princ. & quod not. in Auth. de alie. & emphy. contract. in princip. coll. 9. & hoc communiter seruatur: quod videtur fieri posse, ex quo habent Episcopalem iurisdictionem, vel quasi, ad hoc de priuileg. Abbates in si libro 6. vnde dicebat Innoc. de priuileg. cum & plantare, & in Ecclesijs, & placet ibi Host. quod presbyteri non poterant alienare nec maximas causas agere sine consensu patronorum exemptorum: quia tales exempti vices Episcoporum gerunt, argum. 12. q. 2. si qua & c. placuit. de vo. magnæ. §. cum igitur. cum concor.

q ¶Nihilominus.] id est non eo minus, quod subsit necessitas, vel vtilitas in contractu.

[Glo. seq. ponit dictum, & remittit: secundo quærit, & remittit.]

r ¶Pœnam.] qua de sui natura perpetua est, ex quo tempus non ad iectum, de hoc de consti. ex litteris, sed quis absoluet? Vide quod dixi de solu. c. 1. in si. & qd' dicam j. de hær. c. 1. circa finem.

s ¶Officio.] vide qd dixi super eo. ver. j. de deci. c. 1.

t ¶Acquiratur.] simile eo tit. hoc consultissimo, lib. 6. vbi contractus non valet, & punitur faciens.

[Prim. gl. summat, & dicit quid facit, & diuidit.]

a ¶Monasteriorum.] religiosus, qui concedit alicui ad vitam, vel certum tempus iura, redditus, vel possessiones administrationis cui præest, suspensus est ab officio, nisi duo cōcurrant: nec valet talis concessio. Duos casus excipit, & tria facit. Primo prohibet. Secundo: ibi, [Si quis.] punit & decernit. Tertio excipit: ibi, [Verū.]

b ¶Perpetuo.] idest, generali, vel perpetuo duraturo, de elect. vt circa, & c. perpetuo, lib. 6.

c ¶Prohibemus.] saltem, quoad pœnam fateri oportet, quod est iuris noui editoria.

[Glo. seq. notat a contrario, & incidens dubium soluit.]

d ¶Religiosus.] seculares ergo clericos non comprehēdit hæc constitutio, sed si tales concessiones faciunt, dic, vt legitur & not. 16. q. 1. possessiones de ijs, quæ fiunt a prælat. continebatur, si alias alienant, locus est canoni 12. q. 2. monemus, eo tit. si quis si locans, dic vt not. ne prælati vices suas, c. fi.

[Glo. seq. exponit, & quæstionem soluit.]

e ¶Cuius.] idest siue perpetuæ siue temporali, maxi-

† Propter expressionē huius verbi nec constō ab omnibus, vt lex generalis est seruanda, vt l. 3. C. de legib. Bonifaci. de Vital.

† Not. Panor. q in definita iuris non æquipollet venturi tali. Foet.

† al attentauerit.

a Ita, si habebat bona nec, si mala dat hico, aut pauperi: b. gl. Bart. in l. iubem. 2. §. sane, C. de facro san. eccle. Fon.

† Pro hac gl. vide Fely & alios in c. audistis cx. de præter. Panor. in c. at si clerici §. de adulterijs, de iud. & in c. statuimus de transac.

Pœna de sui natura est perpetua.

[Gol.]

[Clo.seq dubium soluit, & solutionis obiectioni respondet, opi. ponit, quam improbat, & de incidenti questione remittit.]

a ¶ Locationes] prohibitus alienare, obligare, vel vendere, pōt locare, & quod plus est conductorem creditoribus delegare. ff. de lega. 2. l. pe §. instituto. ad id. ff. loca. non solet. Prelati ergo locāt, nec per statutū episcopi pōt adstringi, vt locet certis personis de loca. c. 2. Quod autē dixi, ꝙ locare non ē alienare, illud uerū est, si hat ad modicū tēpus, vt hic: & sic nō obstat eo. tit. nulli. vt ibi dixi, licet Accur. in prædicto §. instituto in fi. dicat, ꝙ prohibitus alienare locet ad centum vel mille annos, sed non approbatur, & Dyn. ibi contra. Si aūt Prælatus locans ad modicū tēpus, intra tēpus moritur: quid iuris, no. ne præla. vices suas. c. fi.

Locare non est alienare.

missa ad locationes [a] vel etiam reddituum aut fructuum [b] venditiones ad tempus modicū [c] faciendas declaramus vllatenus non extendi.

¶ Idem.

¶ Episcopus unire potest ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato rectore vel defensore h.d. Zab.

CAP. II.

SI vna † Ecclesia [d] alteri [e] ecclesiæ, seu dignitati [f] alicui vel prebendæ [g] per episcopū, [h] suo consentiente [i] capitulo uniāt, [k] aut religioso loco donetur [l] ex eo quod rector [m] ipsius ad hoc

b ¶ Fructuū.] concordat de ele gñali. in fi. lib. 6 & quo plus est in redditu q̄ in fructu, ibi no. in gl. pen.

[Glos. sequ. exponit, quærit, ponit opin. quam commendat, subdit os quinque alias opi. & pro pluribus habendis remittit.]

c ¶ Ad tēpus modicū.] Determinat tā verbū, locationes, q̄ verbū, vēditiones, vt sit sensus, ꝙ locatio ad modicum tēpus, & venditio fructuū ad modicū tēpus non includatur in ꝓhibitione. Sed dubitatur, ꝙ dicatur modicū tēpus gl. ff. de super. l. 1 §. quod ait, dicit id relinquendum iudicis arbitrio, allegat, ff. de iure delib. in fi. ff. de estu. l. 1 §. ... & facit, de off. deleg. de causis, de accus. inquisitionis 1. responso, & quod no. de loca. poterit, & ꝙ no. sup. eo hoc consultissimo lib. 6 & videt hoc equū propter uarias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l. fi. ff. si ager vectiga. sed postea in additione vr approbasse, quod modicum tēpus dicat intra decenniū C. de prescr. long temp. l. si qui, & a quib. ma. si cum fideicommisso, § Aristo ponit ēt opinionem, que habet, ꝙ modicū tempus dicatur triginta dierum, ff. de itine. actuq pri. l. 1. § 1. Alij biennium, ff. loca & condu. cum dni. initit. de licel. ob in fi. Alij quinquennium, facit ꝙ no. lo. de coniu. ser. licet, & quod no Host. vt eccle. ben. c. uni. in fi. Alij septennium ne prela. vt supra cap fina. De diuersis spatijs temporum potest argui per ea, quæ scripsi de fideiuss. cap. fina. de cler. coniuga. Ioan in 4. quæstione.

Tempus modicum quid continet.

SI vna,] CASVS Papa vel episcopus cōsiderās paupertatē alicuius ecclesiæ, uoluit unire aliā ecclesiam illi ecclesiæ certis ex causis: Et ponamus, ꝙ iste ecclesiæ habeant rectores, querit vtrū ad unionem requiratur cōsensus rectorum? Dicit ꝙ non. Sed quid si velit unire ecclesiā parochialem alicui monasterio, quæritur vtrū requiratur consensus rectoris? Dicit ꝙ non, tñ nō aufert ꝓp hoc aliq᷑ preiudicium ipsi rectori durāte vita sua, sed q̄tū ad ualitudinē unius non requirit consensus rectoris. Sed quid si episcopus uult unire ecclesiam suæ mensę episcopali, quærit, utrum possit cū consensu capituli? Dicit quod no, quia non pot se facto authorizare in cā sua, sed opus est q̄d adeat archiepiscopus. Sed utrum ipse possit aliquā ecclesiam parochialem unire mensæ sui capituli? Dicit ꝙ non, quia capitulum nō potest dare consensum ad suā utilitatē. No. quod episcopus pōt unire unā ecclesiā alteri sine consensu rectoris, sed tñ per hoc non fit preiudicium ipsi rectori. No. q̄d episcopus alicui loco religioso pōt concedere aliquas ecclesias cū consensu capituli, c. pastoralis de don. in anti. sā vt dictum est, non fit præiudicium rectori, c. consultationib. eo. tit. in anti. No. ꝙ antiquitus in episcopus

esset particeps in suffragijs aliquorum religiosorum, donabat ecclesiam, tenendam cum perceptione iuriū, & fructuum. No. per hoc, quod dicit, [Decernimus,] quod hic Papa inducit nouum ius No. ꝙ dictio, alter, repetit eandem qualitatem, probatur hic in verbo, [Alteri.] iuncta glo. quæ intelligit, alteri, s. ecclesiæ. Simile no. de dictione, alicuius, de rescri. sedes. No. ꝙ ecclesia dari potest loco religioso. & multis modis modis potest ecclesia spectare loco religioso, de quibus de preben de monachis, & supra de sup. plen. negligen prela. cle. vnica Zab.

† Circa vniones vide statuta in Conci. Trid. sess. 7. de refo. c. 6. & sess. 24. de refor. c. 13 & 15. & sess. 25. de refor. c. 9.

[Gloss prima dicit quid faciat, & quid determinat.]

d ¶ Si vna ecclesia.] Se summat duo dicens, & quas opiniones determinet, inf. dicam, sed que no. Inn. & Host. vt eccle. ben. c. uno. in fi.

e ¶ Alteri ecclesiæ. [10 q 3. unico, & si sit alterius dioecesis per unionem non preiudicatur dioecesano. de relig. do c. 2. & scripsi de priui. pastora.

f ¶ Dignitati] de preb. extirpande, §. qui uero.

g ¶ Prebendæ.] ut in predic. §. qui uero, & eo. tit. exposuisti, & intellige per predi. decret. etiam de prebenda cathedralis ecclesiæ, non obstante infra proxi. responso, vt ibi dicam.

[Gl. seq. opi. ponit, quam probat, & remittit.]

h ¶ Episcopum. de exces. præla. sicut unire, ubi no. Inn. & Abbas post eum, quod licet ad abbates spectent ecclesię pleno iure, tñ illas unire non possunt, uel unum alteri subijcere, cum hoc sit episcopale per præd. decre. alle. etiam de consuet. cum dilectus, facit quod dicā ī. c. proxi. & inf. de sta mon. ne in agro § ad hoc ubi dicā, an hoc scribere possint.

[Glo sequ. successiue ponit duo dicta Host. que improbat.]

i ¶ Consentiente.] Non est iste casus, in quo sufficiat cōsilium, & hic reprobat quod no. Host. de iis quæ fiunt a prela. nouit. vbi dicit episcopum sine capitulo posse donare ecclesiam loco egenti ad sustentationē ministrorum, allegat de donat. consultationibus, item quia facit quod debet prouidendo egentibus, & in hoc officium suum exercet 12 q 2. precipimus, & c seq. 10. q 1. regenda, & c. seq. 93. dist. diaconi. ergo non est locus contradictioni. de preb. extirpandæ 1. & 2 respon. Dicebat tamē, quod tutius erat consilium canonicorum requirere, sed prout uides hic requiritur consensus, & secundum hoc, intellige prædi. decre. sicut unire. in prin. & de priuileg. tuarum in prin. c. No. etiam ipse Host. eo. titu. ea noscitur, quod de consuetudine prelenti 1 pōt episcopo cōpetere, ut sine consensu capituli possit conferre Ecclesiā alteri ecclesiæ ad ædificationem. Et contraria eo ti. tua. & c. pastoralis, & de dona pastoralis, intelligi de iure communi, & cum Episcopus circa hoc indulgentiā, uel præscriptionē non habet, iñ cōsiliū præscribi nō pōt ∂ni eum, secus ēt dixi de voluntaria concessione, q̄ 1 ne causa fieret ecclesię habenti congruam sustentationē arg. 1. q. 2. pastor, uel q̄ fieret laico, sed non puto præscriptibile, quod etiam in casu licito alienet prælatus sine cōsensu capituli, ut scripsi de do, pastoralis, in fi. & facit fi. nis huius capituli.

1 Vide Fel. & alios in c. auditus ext. de prescr. & omnino eundē Fel. in ca. cū ēē de iudi.

k ¶ Vniatur] de unione satis no na sede vac. c. 1. 16. qō. 2. & temporis.

l ¶ Donetur.] iunge litteram inf. nequaquam id poteris impugnari, & facit quod metus causa, cum dilectus, et quod ibi not.

m ¶ Rector.] de rectore ecclesię, nō de prelato cui subest

1 Idem Pa nor. Fon.

ecclesia loquitur, cuius cõsensus requiri videtur 1 infra de sta mo.c.1.§.ad hoc.

[Glo seq. rationem reddit, quam opi. coadiuuat, & ostendit reprobatam opi. Host.]

a ¶ Vocatus.] non extitit, ꝙ est inf. Et rõ huius sumitur, de dona. consultationibus: fit enim talis vnio vel donatio sine præiudicio rectoris, vt ibi. Dicebat ergo Inn. in decret. ut nostrum, ꝙ dignitas instituta diminui nõ poterat irrequisito illo, cui⁹ erat sine causæ cognitione. Nota

Vnio duarũ ecclesiarũ põt fieri sine consensu ambarum.

vocatus a vel si vacabat, b defensor c ei super hoc datus non extitit, nequaquã id poterit impugnari. ¶ Quod d si episcopus (sui etiam capituli accedente consensu) mensæ e suæ, vel ipsi f capitulo g aliquam duxerit ecclesiam h vniendã: hoc irritum esse decernimus i & inane, contraria quauis k consuetudine non obstante. †

men Host. de excel præla. sicut vnire. ꝙ episcopus ecclesiam vnire non poterat sine collaudatione, vel cõsensu ambarũ ecclesiarum. alleg. eo. titu. c. 1. & de ijs quæ fi. a prælat. c. 1. & in hoc dicebat eum a Papa differre, vt ibi scripsi, ꝙ hic reprobatur.

[Glo. seq. docet, quod approbat, signat contrarium, & dupliciter soluit.]

b ¶ Vacabat.] approbat quod no. Inn. & Host. vt eccl. ess. benefi. vt nostrum, in fine, ubi tenent ecclesiã uacantẽ vniri, & donari posse: sicut & dignitas vacans supprimi posset, de consti. cum accessissent. Contra ne se. va. c. 1. vbi sede vacante non dissoluitur vnio: ergo igitur videretur, ꝙ tunc fieri non posset. Sol. illud in epalibus sedibus. Vel ibi Papam principaliùs mouit secũda rõ: ne, s. notari posset de subita mutatione, & ꝙ ordinationem prius factã fecisset contemplatione personæ tunc viuentis nunc defunctæ: alias etiam vnionem episcopatuum facit mortuo altero epõ, vt 16. q. 1. & temporis.

Ecclesia vacãs vniri, et donari pót.

[Glo. se q. ponit obie. et sol. quam fortificat per similia, & per opinionem.]

c ¶ Defensor.] Videbat cõtrariũ, quia si res ecclesiæ vacantis ex cã dignitati donetur, oportet defensorem dari, ut eo. tit. dudũ. lib. 6. Est ergo hoc de casib. in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur: potest enim ecclesia uacans dari sine defensore, vt hic, sed possessio vel res ecclesiæ non, vt ibi. Et est simile de elect. nemo deinceps lib. 6. & ꝙ no. de consuetu. cum dilectus. in 3. gl. de transla. c. vlt. in gl. pen. Dicebat Inno. de elec. significasti, ut ibi scripsi, super gl. 2. ꝙ eps, & capitulum poterant aliquid statuere super beneficio vacãte, & electus illud seruare teneatur alleg. decre. vt nostrum, quod intelligit ibi Host. ex cã & ad tempus, 2 sed perpetuũ p̃iudicium non possent inferre dignitati, vel rectorię, ipsa sic manente: licet illam possent in totum tollere, de constit. cum accessissent, vel religioso loco conferre, de dona. consultationibus, & c. pastoralis. Et ad id qd' dr, qui põt totum, põt & partem. de off. dele. pastoralis. in prin. ff. de rei vend. quæ de tota Rñdet Host. ꝙ in totũ conferri permittitur, vt diuinus cultus augeatur. de constit. ex parte, & ut pauperes sustententur, de præbẽ. exposuisti. Permittitur et tolli: quia superflua, uel onerosa. arg. 68. dist. chorepi. Diminutio, uel detractio denegatur, vt ecclesiastica beneficia in sua integritate permaneant, nisi ex cã magna. remittit ad decr. dudum. ẽ. ti. de p̄eb maiorib. & c. vacante. Ex his patet, ꝙ sępe id, qd' minus videtur, est maius, eod. respectu, quo ius plus illi resistit ex causa. 3

Minus prohibet quãque ubi maius permittitur.

2 Idem Panor.

3 Placet doctorib. Fon.

[Glo. seq. iustificat, & dicit qd approbat & reprobat.]

d ¶ Quod si episcopus.] Quod hic dr̃ probatur olim per c. quæst. sunt. 17. q. 4. & approbat quod no. ibi. Io. in §. precedente, & quod no. de dona. pastoralis, & reprobat quod no. Inn. in d. c. ut nostrum, vt eccl. benefi. ubi tenebat, ꝙ auctoritate capituli sui eps poterat ecclesiã in suos vsus conuertere.

[Gl. seq. primo rõnem reddit, quam per opi. coadiuuat. Secundo arg. a minori, qõnem soluit. Tertio no. ad duas opi. Host. & vtramq; determinat.]

e ¶ Mensæ suæ.] vt dicebat Io. in gl. prius alleg. eps non põt auctorizare in facto proprio, 4 sicut nec œconomus. 10 q. 2. hic vlus. in fi. nec tutor, ff. de auct. tu. l. 1. & l. pupillus. nec prælatus, de insti. c. fi. & idem de capitulo, ut statim sequitur, quod et tenebat Gul. in Spec. de ijs quæ fi. a præla. in fi. & facit quod dixi post Inn. de censi. p. prohibemus su per glo. 1. Et nn. quia si non valet vnio, cõ alter solus. l. eps, vel capitulũ auctorizat in facto proprio, tortius non valet cum auctorizaret vterque, vt si communiter mensæ epi, & capituli p cos vnitur ecclesia. Facit autem hęc littera ad no. per Host. in summa de deci. § & vtrum uer 12. in fi. ubi tenet, ꝙ laicus habens decimam per antiquum feudum ab alia ecclesia, non põt illam donare epo, ne ipse eps auctorizaret in facto proprio: tuto tñ q. bene posset illam donare capitulo episcopali, auctoritate epi, & est rõ, puta cum in casu illo sufficiat auctoritas epi sine capitulo, vt dixi in decret. cũ Apostolica. de ijs quæ fi. a præla. non põt dici, ꝙ capitulum eo casu auctorizet in facto proprio: sed in vnione, vel datione ecclesiæ secus, cum ibi consensus capituli sit necessarius. de ijs quæ fi. a præla. tua de dona. pasto ralis. Item facit p̃ & contra ad id ꝙ ipse Host. not. de consti. cum accessissent. ubi tenet, ꝙ dignitas non confirmata per Papam, de Ecclesia Cathedrali tolli potest per ipsius capitulum ex iusta causa, & epo auctorizante, si bona episcopi & capituli sint diuisa, si vero essent cõia, nonne auctorizaret eps in facto suo? Sed dicit tunc recurrendum ad Archiepm, vel ad Papã de iure. pa. nullus Vr̃ quod cum iste non sit de casib. archiepiscopo reseruatis, qui not. de eff. ordi. pastoralis, quod eo casu, & isto de quo text. loquitur, ad Papam sit necesse recurri. 5

4 Vide Alex. con. 79. lib. 2. cip. circa primum, et con. 106. inc. quo ad p...

† In quodã manuscripto istis uerbis post verbũ non obstante, statim subsequitur, hæc verba, nisi ad id superioris sui consensus accedat.

f ¶ Ipsi.] suo scilicet.

[Glo. seq. in quæstione remittit, secundo diuersitatẽ ponit, & rationem reddit.]

g ¶ Capitulo.] Cum capella curata donatur capitulo, quis habeat eius curam, vide quod scripsi post Host. de p̄eb. exposuisti, super gl. 3. & eo. tit. cum non ignores, in prin. Et not. quia singulari p̄ębenda et mensæ ecclesiæ põt vniri ecclesia per epm, & capitulum, vt s̃. proxi. resp. capitulo uero non, vt hic, & ratio sumitur, 12. q. 2. qui manumittitur, cum suis concor. quia capitulũ non auctorizat in facto proprio, cum singulari p̄ębendę capituli unitur Ecclesia.

5 Idẽ Panor. dicens gl. mente tenendã. F.

[Gl. seq. ponit dictũ Host. ꝙ dicit declarari debuisset.]

h ¶ Ecclesiam.] Declarari debuisset, an sit idẽ in donatione, quam facit eps capitulo suo de eo quod spectat ad mensam suam, quod no. Host. de ijs quæ fi. a p̃la. nouit, et ponit casum de epo abundante, et capitulo egente, et dicit quod ualet. mouetur quod supra dixi in g. ol. non est. Dicit etiam quod non obstat iuramentum de non alienando, cum non sit propriè alienare, quod in dominio Ecclesiæ retinetur, ff. de lega. 2. vnum. ex fam lia, et l. Imperator, §. fi. et l. seq. d. est tamen, ꝙ tutius esset, quod illud haberet superioris auctoritate insti. de aucto. tut. in fi.

6 Idẽ Pan. dicens gl. p̃cedere, si ponant verbatim lia, l. q̃tũcũq; sęp, nulla consuetudi ne, secus tñ si simpl' dãret consuetudo, & cui p̃cipitionis huiusdam non intelligit. Host. de corpicu ptione c. j. de pleb. li. 6. de hic do Cal. §. p eps a. col. vei. & ...o. Fon.

[Glo. seq. sub dubio quęstionem soluit, et contra solutionem allegat.]

i ¶ Decernimus.] Licet rõ huius iuris sit antiqua: forte noluit cõprehendere p̄eterita. Et est simile de postu. c. vni. lib. 6. Sed contra hoc facit littera sequens, quæ consuetudinem damnat, consuetudo vero notat tẽpus p̄ęcedens, ergo videtur p̄ęterita respicere.

[Glo. seq. exponit, et dat simile.]

k ¶ Quamuis.] s. et cuius contrarij, uel initij nõ sit memoria. 6 Damnatur ergo hęc consuetudo, ꝙ auctorizet in facto proprio. Alibi ꝙ quis sit iudex appellationis a se interiectę, de consue. c. 2. lib. 6.

DE

DE RERVM PERMVTATIONE.

[Visum est supra de bonis Ecclesiæ non alienandis, dubitaret aliquis, vtrum res Ecclesiç possent permutari, hoc est de vna persona in aliam transferri: ideo annectit rubrica, de rerum permutatione.

TITVLVS V.

De rerum permutatione.

Clemens V. in Concilio Vienens.

¶ *Collatio de beneficijs causa permutationis vacantibus facta alijs, quam permutantibus, non tenet. hoc dicit Zabarel.*

CAP. VNICVM.

Ne concessione[a] iuris vtentibus[b] præsertim circa spiritualia illudatur.[c] si qua † beneficia[d] ex causa[e] permutationis ab aliquibus resignata, alijs quam ipsis permutare volẽtibus[f] conferantur,[g] nullius hoc esse volumus[h] firmitatis.

TITVLVS VI.

De testamentis, & vltimis voluntatibus.

Clemens V. in Concilio Vienen.

¶ *Ordinarius loci rationem exigit a religiosis etiam exemptis de testamentorum executionibus, quas gesserunt: & si circa id deliquerint, illos punit Io. And.*

Ne concessione.] Præsupponendũ est primo illud, quod hr̃ in c. vnico, eo. ti. in 6. videlicet, φ bñficiũ q̃d est resignatum in manibus superioris cã permutationis faciendæ, φ per talem resignationẽ non dr̃ beneficium vacare, sic φ possit alteri, q̃ nõ sit de compermutantibus ꝯferri. Scd̃o præsupponendũ est, φ actus legitimi nõ recipiunt diem nec cõditionem, & sicut collatio beneficij nõ pt̃ fieri sub cõdõne, ita nec resignatio.

CASVS. Cum possideres iuste & canonice aliquod beneficiũ mihi propriũ, & ego possiderem aliud beneficium tibi ꝓpriũ, affectabamus permutare adinuicem hmõi beneficia. Et tractauimus de permutandis beneficijs nostris, qui tractatus est permissus dũmodo non fiat pactio arrestata inter partes, sed totum ponatur in arbitrio superioris: accessimus ad Ep̃m, & supplicabamus, vt ipse vellet acceptare resignationes causa permutationis faciẽdæ: Ep̃s recepit resignationem, & sic vacauerunt nostra beneficia: quæritur, vtrum Episcopus possit illa beneficia vacantia conferre, & dare quibus voluerit? Dicit φ nõ: sed tuum mihi, & meum tibi conferre debet. h. d. H R. Colligo aliqua notabilia Primo, φ quis non debet decipi legis auctoritate. Secundum, φ beneficia vacantia causa permutationis faciendæ, non possunt conferri nisi cum compermutantibus. Not. tertio, φ volentibus permutare sua beneficia, licitum est exprimere, φ resignatur causa permutationis faciendæ, & non alias. No. φ maxime in spiritualibus debet euitari illusio, sic etiã duplicitas & fraudandi voluntas 21. q. 2. ne quid 14. q. 5. excõicatorum, de postula. c. fi. Not. finaliter, φ ante permutationem potest præcedere tractatus, de hoc in gl. in ver. volentibus Zaba.

[Glo. prima dicit quid facit, & quid determinat.]

a ¶ Ne ꝯcessione.] sic summat ponens ius nouum, & æquitatem. Et determinat decretalem, inter cætera de præb. & sup. eo. tit. cum vniuersorum.

b ¶ Vtentibus.] per hanc litteram dico decre. hanc locum non habere, vbi in fraudem expectantium fieret permutatio, cum illi non vtantur concessione iuris: sed ius fraudent, eo. titu. cap. vnico, lib. 6. de renun. c. vlti. eod. lib.

c ¶ Illudatur.] concor. clemen. sup. de renun. cap. vnico & ibi concord.

d ¶ Beneficia.] includit † etiam hospitalia, & loca similia, quæ permutari possunt his casibus, quibus in beneficium conceduntur: quæ habentur j. de relig. domi. quia contingit §. vt autem illa vero, quæ non conceduntur in beneficium, non videntur posse cum beneficijs permutari, cum beneficiorum adinuicem permutatio fieri debet.

e ¶ Ex causa.] bene ergo licet renuncianti in actu renunciationis hoc exprimere, φ renunciat permutationis causa, & dato φ hoc non exprimatur, satis est, quod constet ex coniecturis, vel prius actis.

f ¶ Volẽtibus.] ergo tractatus ꝑmutationis inter partes, ꝓcedere põt: tñ ipsa permutatio expeditur superioris officio, & vide quod scripsi. s. eo. quæsitum.

[Gl. seq. generaliter intelligitur, dicẽs, φ Episcoporum est ꝑmutare, & tõnẽ reddit: quærit de capitulo vacãte sede, & soluit distinguendo in fi. ampliat textum, & soluit contrarium.]

g ¶ Conferantur.] φ illos, in quorum manibus, fiebat resignatio, vel per alios collatores. Hoc tñ scias, φ episcoporũ est permutare, vel permutationib. auctoritatem præstare, & non inferiorum, vt not. Host. in summa huius tit. §. quis potest. v. er. & nũquid & dixi, sup. eo. quæsitum, cum. n. Concilium Turon. prohibet permutationem, contra id non dispensat, nisi cui permissum est, & idem Archidiaconus, eo. tit. c. vnico lib. 6. & facit, quod not. sup. c. proxi. in prin. ipsi tñ inferiores, quorum est conferre, vel eligere, habent ꝯsentire, vt not. in prædict. decre. vnica. Quid de capitulo vacante sede episcopali: poterit ne permutationi auctoritatem præstare? Puto, quod sic, cum hoc sit iurisdictionis episcopalis, in qua tunc succedit, de maio. & obed. ijs quę, & c. cum olim eo. tit. c. vnico lib. 6. cum concor. hæc vera, nisi beneficia illa, vel alterum illorum spectarent ad collationem Episcopi solius sine capitulo: quia cum in talium beneficiorum collationem nõ succedant: ergo nec in cõsensu, quem necesse habet præstare collator; & idem habet eligere, vel præsentare, vt scripsi, ne sede vacante c. 2. ne vna via concedat, q̃d alia prohibetur de reg. iur. cum quid lib. 6 Si vero vna cum capitulo hr̃et facere prædicta, cum capitulum tunc possit ꝯferre, eligere, vel pręsentare, ne sede vac. c. vnico lib. 6 ergo poterit, vt capitulum ꝯsentire, & vt Episcopus auctorizare. Puto aũt, φ hoc decretum afficiat, nedum collationem, sed etiam omnem electionem, postulationẽ, & præsentationem, quæ fieret de alio ad aliud beneficium sic renuntiatum: hoc enim est de mente, & eadẽ ratio est 2. Et decre. de præb. cum in illis, lib. 6. loquitur in impetrationibus beneficiorum, quæ sunt odiosæ.

h ¶ Volumus.] hoc iure nouo, quasi innuat, q̃d olim in hoc casu necessaria erat gratiosa prouisio, & sic soluantur no. eo. tit. cum vniuersorum, de præb. inter cætera. sicut alias in simili casu agitur ad interesse, ff. de præscrip. verbis, l. naturalis. in prin. & in fine.

† In vetustioribus codicibus et impressis cõstanter legit ita: si bñficia ex causa, &c.

Episcoporũ & non inferiorũ est permutationib. auctoritatẽ pstare.

Capitulũ sede vacãte, põt permutationibus auctoritatẽ præstare.

1 Not. nõ exorbitantia ex idẽ t. tate tõnis extendi. Font.

1 Vide Felyn. c. de q. tarta ex de præscr.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS voluntatibus.

[Visum est supra de actibus viuentium: nunc videndum est de actibus decedentium, siue morientiũ: ideo annectit rubricam, de testamentis, &c.]

Cõtinuatio.

Religiosis.

Religiosis. ¶Præsupponendum est primo, qd̄ ad curam Episcopi spectat, & pertinet, vt vltimæ voluntates demandentur executioni: Et ex officio potest cogere executores, vel hæredes ad exequendum hm̄oi voluntates, & ad reddendū rōnē de iis, quę fuerunt relicta a testatore. Secundo, pręsupponendum est, qd̄ religiosi non pn̄t deputari executores alicuius testamenti sine consensu sui Abbatis.

CAP. VNIC.

Religiosis [a] etiam exemptis, deputatis [b] ad executionem cuiuslibet [c] vltimæ voluntatis, circa ipsius executionis officium (quod vtique [d] non possunt nisi a superiori suo petita super hoc licentia & obtenta, [e] suscipere [f]) volentes pręscindere materiam [g] delinquendi; Pręsentis constitutionis auctoritate statuimus, quod tales [h] (etiam si prælationis fungantur officio) locorum [i] ordinarijs † debitam reddere, [k] ipsique ordinarij ab eisdem absque dolo, fraude, seu negligentia, de susceptæ executionis officio

CASVS Titius tendens ad mortem facit suum testm̄ instituit pauperes hr̄des, vel aliqua legata eis reliquit: ad exequendum suam voluntatem fecit suum executorem aliquem religiosum, q accepta uit hm̄oi officiū executoris petita prius licentia a suo Abbate, & obtenta: Episcopus voluit cogere illum religiosum, vt ostenderet qualiter fuerit executus voluntate testatoris: dicit ille religiosus, quod erat exemptus a iurisdictione Episcopi, & quod non tenebat coram eo comparere: quæritur vtrum iste religiosus bene dicat? Dicit, quod non imo non obstante sua exemptione potest compelli ad reddendam rōnem: & si deliquerit, Episcopus poterit illum punire. Not. quod religiosus datus executor ab aliquo testatore, non pōt hm̄oi officium acceptare, nisi petita & obtenta licentia a suo Abbate. Not quod Episcopus potest cogere hæredes, qn̄ non sunt executores specialiter deputati ad reddendum rationem, qualiter impleuerunt voluntatem defuncti. Not. quod si executor testi deliquerit in exequendo testamento, Episcopus poterit illum punire. Not casum, in quo exempti perdunt priuilegiu exemptionis, videlicet si fuerint deputati executores alicuius testamenti. Alium casum habes in c. i. tit. j. proxi. Not. quod quis dr̄ pręscindere materiam delinquendi, qn̄ obuiat rei, quæ posset esse causa delinquendi, vt hic clare patet. Not quod consummatio testamenti dr̄ executio testamenti: simile sup eo tit. Zaba.

[Prima gl. summat, diuidit, & dicit qd determinat.]

a ¶Religiosis.] ordinarius loci rationem exigit a religiosis etiam exemptis de testorū executionibus quas gesserunt, & si circa id deliquerint, illos punit. Et primo ponit motiuum ɔstituentis. Secundo ɔstitutionem. Tertio pœnam. Et incipe ɔstructum ibi: [Volentes.] Et quo ad rationem per executorem reddendam determinat, quod not. in Spec. de inst. edi. §. nec vero aliqua, ver. sed an simplex, quod quasi ad litteram ponit Archi. 88. dist. Episcopus tuitionem.

[Gl. seq tractat, quid de deputatis, soluens distinguendo tria membra, & in tertio subdistinguit.]

b ¶Deputatis.] not. quod non dicit, deputandis: per qd̄ vr̄ velle, quod ɔstitutio respicit præterita: quod verum puto de futuris gestionibus ñeōis etiam per iam deputatos, q̄uis exemptos, & facit quod not. sup ead Cōpil. de a. a. & quali. vt hi qui in gl. quod potestis, & de vi. & hone. cler. c. 2. post princ. Sed in præteritis gestionibus factis iam per exemptos ante hanc ɔstitutionem, non puto, quod hæc decre. locum habeat: ad qd̄ facit littera sequens: ɔstat enim quod circa iam gesta pręcidi nō pt materia delinquendi. Si vero exemptus religiosus prius deputatus tam ante ɔstitutionem partem gesserat, partem vero gessit post ɔstitutionem, si ratio post gestorum non connectitur prius gestis: quia singulis annis percipit certos redditus, quos cōuertit in certos pios vsus, de postea gestis rationem reddat: ad hoc de elect. si eo tempore lib. 6 sed si ratio post gestorum sine prius gestis inutilis videretur non tñ cogetur ad illam reddendam, ad hoc sup. de app super eo i. reddat ergo Papæ, Legato, vel suo superiori, vt quo ad illā stemus ant. quo iuri.

c ¶Cuiuslibet.] cōprehendere vult etiā codicillos, & vide q scripsi, eod. tit. super rubrica.

ADDITIO. Dicit Paulus, quod vltima voluntas cōprehendit omnem testorū speciem, siue sit militare, vel priuatū, solemne, vel nuncupatiuum, C. eo. hac cōsultissima, & l. iubemus, & de his per Host. in summa. co. §. 3. & in Spec. de instru. edi. § cōpendiose. vers. ad huius autem Zenzelinus dicit, quod cōprehendit quamlibet vltimam voluntatem, siue sit testamentum siue codicillus, siue donatio causa mortis: siue epistola, cum indistincte loquatur ff. de cstra. l. 1. de priuile quia circa dicit etiā Pau. qd̄ procedit, qd̄ hic dr̄, etiā si vltima volūtas sit ɔfecta in sanitate, dum tñ sit morte confirmata, 13. q. 1. c. fi. de ecle. Mis. cum Marthæ Zabarella.

d ¶Quod vtique.] interpositio, quæ tamen habebatur eo tit. c. 2. lib. 6. & de claustralibus loquitur, vt ibi no.

[Glo seq primo dicit, quid reprobat: secundo quærit arguit negatiue, & soluit.

e ¶Obtenta.] reprobatum vr̄, quod disputando soluerat dn̄s meus, in hoc casu tacitam licentiam superioris sufficere, quod vide in Merc eo tit. sub littera G. [alias sub littera S] Sed dubitatur nunquid superior, qui religioso dedit licentiam suscipiendi hoc executionis officium, possit licentiam reuocare re non integra, vt fortior sit quęstio Et vr̄, quod reuocari non possit, cum sit adstrictus rationi reddendæ, vt hic: & qui semel suscepit, exequi cogitur, eo. tit. Ioannes. puto quod male facit sine causa reuocando, non tamen credo, quod subditus resistere possit, cum velle non habeat, & optime facit 33 q. 5. manifestam, tunc ergo perficiet executionem collega, si quem habet, vel is, de quo testator prouidit, vel Episcopus, quod dic, vt eo. tit. c. 2. lib. 6. & vt ibi no. in glo penult.

f ¶Suscipere.] Fratres Minores non licentiantur hodie ad hæc officia, nec illa suscipiūt, quod dic, vt j. de verb. sig. exiui § proinde versi. item quod executione. & §. cupientes versi. verum etiam.

g ¶Materiam.] concor. de vsur. c. 1. lib. 6.

[Glo seq. quæstionem soluit.]

h ¶Tales.] i. religiosi etiam exempti, & per hoc puto, quod in secularibus exemptis non habet locum, quod hic dr̄, & licet subsit eadem ratio satis est tñ quod eorum priuilegijs ɔstitutio ista non derogat † & fuit forte impulsiua ratio: quia religiosi plus delinquebant in his Et simile j. de cen c. 1. & de priuileg. c. 1 & de pœnis cupientes post prin de sen. excom. c. 1. de deci. c. 1. & v de quod no. in 1. glo.

i ¶Locorum ordinarijs.] non dicit, diœcesanis, & facit ad id, quod scripsi eod. tit. Ioannes super ver diœcesanis.

[Glo. seq. alleg. concor. quærit & remittit]

k ¶Reddere.] rōnem teneantur, quod sequit. ɔcor j de relig. do quia ɔtingit. § illi etiam Quid si testator liberauit eum onere rōnis reddendæ. Vide quod scripsi eo. tit Ioannes, in penult. q. vbi etiam aliquid de modo rationis reddendæ not & in spec. prædict §. nunc vero, ver. sed nunquid secundum dictum.

[Glo.

† Vide Cōcil. Tridē. sess. 22 de refo. c. 8.

Testamenti exequēdi licentia religioso data, an p superiore re integra reuocari possit.

Fr̄es Minores nō pn̄t esse testamentorū executores.

† Not hic Card. qd̄ licet ius odiosum extendat p identitatem rōnis nō tñ extendit ad casum priuilegiatū, vñ ... intentio priuilegiū no tā tam ... pñt sicut ius ... de quo ... ita in l. ... iuri. Fo

[Glo. seq. notat, per quod dubium soluit]
a ¶ Exigere.] nota q̄ duo ponit, & ut diuersa, p quod uñ, q̄ illi executores ēt ordinarijs non petentib. rationem reddere debeant si tñ offerunt: sed si ordinarius nō recipit, eis non imputabitur. de reg. iu. imputari. lib. 6.

b ¶ Exemplum.] su. e. compil. de off. ord. c. 1. cum sui s concor.
c ¶ Debita] arbitraria, ex quo certa statuta non est de off. deleg. de causis.
d ¶ Priuileg.] j. c. px. & vide q̄ ibi dicam.

teneantur exigere [a] rationem: Illos, quos circa id deliquisse repererint, in aliorum exemplū [b] pœna debita [c] (quocūque non obstante priuilegio) [d] puniturі.

Cõtinuatio.

DE SEPVLTVRIS. [Visum est sup de testamentis: verū quia testatores in testō eligūt suas sepulturas, ideo annectit rubricam de sepulturis.

TITVLVS VII.

De sepulturis.

¶ Clemēs V. in Cōc. Vien.

Eos qui.] CASVS Certis ex causis posuit episcopus istam ciuitatem sub interdicto ecclesiastico, cuius interdicti effectus est, vt tpe interdicti non administrentur mysteria diuina, exceptis duobus videlicet Baptismatis, & Eucharistię; Durante interdicto aliquis mortuus elegit sepulturam apud locum nostræ dnę Burdegalen̄ vel apud aliū locum exēptum ab epo, vel archiepiscopo: modo quæritur, vtrū isti exempti possint impune tradere sepulturæ corpus illius mortui? Dicit q̄ non, imo ipso facto sunt excommunicati. Et idem dicendum est, si aliquis tradat sepulturæ alicui ecclesię excōicatum publice, vel interdictum, vel publicū vsurarium Not. [Temeritatis] Temeritas, tis, idest fatuitas, præsumptio. & habemus temere aduerbium, vt sup in cle. de sum. tri. & fide cath. No [Contemptum.] i. spretum. No. [Interdicti] Quid sit interdictum dixi sup in cle. quamuis. de fo compe. & ibi dixi q̄ sunt plura interdicta: & promisi vobis ibi dicere de alijs interdictis, quæ hic subijciam, & continuabo ad alia s̄ videlicet, q d est interdictū, quod dr̄ interdictum de mortuo inferendo, & hēt locum, vt qs non prohibeatur mortuum inferre & sepelire quo licet ei inferre, & sepelire, vt ff de interd. l. 1. in prin. vt si via prohibeatur, vel sepulchrum ędificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere, vt ff eo. l. 1. §. prætor ait & § si iter mihi §. vim habes e. & § fi. ¶ Item est interdictū momentaneę possessionis, & est illud, quo agitur de possessione retinenda sicut vti possidetis, vt ff vti pos. l. 1. §. 1 uel agitur de possessione adipiscenda, ut est, quorum bonorum, quorum legatorum. uel quo agitur de possessione recuperanda, ut unde ui. ff. eo. tit. de interdictis. §. 1. Item est interdictum, ne quid in loco sacro fiat & omnia sequentia hmōi dantur cuilibet de populo ad prohibendum ne fiat, ꝯ q̃ prohibitionem si quid actū fuerit interdicto q̄ ui, aut clā, suis sum pub. uel destruere cogetur oē, qđ factū fuerit, aut i pristinum statū reducere, vel reducere tenetur, ut ff. ne qd in loco publico l. §. ait ꝑtor q̄ in via. ¶ Itē interdictum ne qd fiat in loco publico, uel itinere. & hoc interdictū prohibitorium est, & tam publicis utilitatibus, quam priuatorum per hoc prospicitur. Loca enim publica u[illegible] priuatorum usib deseruiunt iure scripto ciuitatis, ut l. 1. §. 1 item interdictum; ne quid fiat in mari, uel flumine publico ripa ue eius, quo peius nauigetur, aut in uia publica quo peius eatur. Hoc interdictum datur perpetuo omnibus. & in omnes habet condemnationem in id, quod actoris intererat, ut l. 1. in fi ff. de uia pub. & itinere publico reficiendo. ¶ Item interdictum ne quid fiat in flumine publico ne aliter fluat q̃ priori æstate fluxit, idest, ut aqua fiat altior, depressior, rapidior cum incommodo accolentium, ut ff. ne quid in flumine pub. l. 1. in prin. §. non aūt omne. ¶ Item interdictum, de noui operis nuntiatione, datur ei, q prohibetur ædificare, nisi postquā satisdederit, ut ff de nou. ope. nunt. l. ꝑtor ait. § hoc autem interdictum ¶ Item interdictū de loco publico fruendo, est publicæ utilitatis causa propositum, quia tuetur uectigalia publica, ergo quis prohibetur uim facere ei sociove eius, qui conducit locū publicum fruēdum ab eo, qui locandi ius habuit, quo minus loco publico sibi frui liceat ex lege locationis, uel conductionis, & hæc habentur l. 1 §. 1. in prin. ff de loco publico fruendo. ¶ Item interdictū, de precario, quod restitutorium est, datur ei, qui precario rogauit, & precario hēt, imo ēt si non rogauit, dum tñ possideat, vt ff. eo l. 1. in rebus §. 1. & per totam l. precarium uř rogare, & habere, si rogauit pro se, & hēt pro suo, uel si rogauit procurator suus, uel negotiorum gestor, & ipse ratum habet, ut ff eo. l. certe. §. 1. dum tamē accipiat in personam suam ꝯtractum, aliter non, ff. de acquir. pos. l. possessio § fin. ¶ Item interdictum q̄ ui, aut clam. datur aduersum eum, qui in loco alterius aliqđ opus construxit, uel destruxit, dum tamen factum sit in solo. ff. eo ti. l. 1. § hoc interdictum. Et ēt si ui, i. per uiolentiam, aut clam, i. occulte sine notificatione alteri facta fecit, cum timeret ne si sciret, sibi prohiberetur, ut ff eo. ti. l. 1. ¶ Item interdictum, quorum bonorum, a prætore inuentum est. Et datur filio emancipato aduersus heredem, uel possessorem, uel contra illum, q pro hęrede, uel possessore possidet, ad uniuersa bona adipiscenda non ad singulares res Et est duplex, s. directū & utile. Directum datur ei, qui est bonorum possessor. Vtile datur ei. qui succedit iure ciuili ex testamento, uel ab intestato. ¶ Item interdictum quorum legatorum, competit heredi ad repetendum legata, quæ sine voluntate eius legatarius occupauit. Repetet itaq. hēs, ut deducat Falcidiam, alioquin si repeteret, statim recepturus, exceptione doli poterit remoueri ¶ Item interdictum de riuis, est utilissimum, quia riuos, specus, & septa reficere, & purgare prætor aquæ ducendę causa permittit, dum tamen non aliter aquam ducat, quam priore æstate fluxit, ut in leg 1. in princip. ff. de riuis. ¶ Item interdictum Saluianum, competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantem, & eius hæredes de rebus coloni tacite pignoratis pro mercibus, quas colonus in fundum intulit, ut l. prima, ff. eod. titulo. ¶ Item interdictum de tabulis exhibendis, datur omnibus, quibus aliquid est adscriptum in talibus, uel pure, uel in diem, uel sub conditione, siue sint hæredes, siue legatarij, siue fideicommissarij.
¶ Interdictum de ripa munienda, merito propositum fuit: Nam ripas fluminum publicorum reficere & munire utilissimū est, ne ob id omissum nauigatio deterior fiat, ut in l. unica. §. 1. ff. de ripa munienda. ¶ Item interdictum, ut in flumine publico nauigare liceat, est quo prospicitur, ne quis in flumine publico nauigare nauem, ratem, ue agere, uel in ripa onerare prohibeatur, sed ut per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare liceat, ut in l. unica, §. 1. in princip. ff. eodem titulo, ubi subdit Vlpianus: Lacus est, qui habet perpetuam aquam: stagnum uero, quod tempo-

¶ Excommunicati sunt etiā exempti, qui in casibus non permissis defunctos sepeliunt in cœmeterijs tempore interdicti, vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publice, nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios.

CAP. I.

Eos †

† De Itellectu uid Decimo I c. ad hæc extra de priuil.

qui [a] propriæ teneritatis audacia defunctorum corpora, non sine contemptu clauium [b] Ecclesiæ, in cœmeterijs [c] interdicti tempore, [d] in casibus non concessis a iure [e] vel excommunicatos [f] publice, [g] aut nominatim [h] interdictos, [i]

taleın continet aquam ibidem stagnantem, q̃ quidem aqua plerumq; hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manufactum. ¶ Item interdictum vnde vi, locum hẽt, cum quis possessionem soli per vim amisit: Et datur directe contra deiectorem illi, qui de possessione alicuius rei immobilis deiectus est, sine omni cã, vt restituatur possessio, de qua deiect⁹ est, & oĩa ablata, imo dato q̃d ibidem essẽt aliqua quæ penes violẽtum fuerint mortua, vel aliquæ res, quæ casu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, sed in totum condemnabitur ad earum æstimationem. quia nec mortalis, nec fortuitus casus liberat deiectorem. ¶ Item interdictum de vi, & vi armata: cum interdicto vnde vi, datur & proponitur ei, qui deiectus est. Fuit.n. æquissimum vi deiecto subuenire, ergo ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentum est. Ne quid.n. per vim admittatur legib prospicitur publi[...], & priuatorum, nec non cõstitutionib principum, vt l.1.ff.eo ti §. hoc interdictum. & §. seq Item interdictum vti possidetis, locum habet in reb. immobilib. s. dum de fundi, vel ædium possessione contenditur. Inst eo.ti. de interdictis.§. sed interdictum. Habet etiam locum in incorporalib. vt in quasi possessione, & datur Possidenti ciuiliter, & possidenti naturaliter: vel etiam quasi possidenti gratia retinendæ possessionis. Et proponitur quotiens inter litigatores contentio est, vtrum possideant: quia alteruter magis se possidere affirmat. ¶ Item interdictum vtrobi, idem est cum interdicto vti possidetis: nisi q͂ in hoc differunt: quia illud interdictum, s. vtrobi, locum hẽt, cum quæstio est de retinenda possessione rerũ mobilium, v. ff. vtrobi. l. vnica.§ hoc inter. Sed vti possidetis, locum hẽt, cum quęstio est de retinenda possessione rerum immobilium. ¶ Item interdictum de vxore deducenda, marito datur aduersus & contra eum, qui dolo eam retinet sine voluntate mariti, licet ipsa volente. ff. eo ti. de interd l.1. Et de omnibus illis interdictis nihil ad propositum nostrum, nisi in illa significatione, vt dixi sup. in cle quamuis. de for. comp. quia tẽpore interdicti nulla conferuntur sacramenta, vel nulla solemniter celebrantur diuina, & tempore interdicti solum confertur baptismus, & pœnitentia, & alia, vt dixi sup. in illa cle. in prin. Sed omnia ista alia interdicta scripsi pro dominis canonistis, vt ipsi non habeant pœnam ad illa interdicta inuestiganda, quia ipsi quamplures allegantias abhorrent, ideo continuens adinuicem ista interdicta: quia vtile est ista scire.

¶ Not. ibi: [Decernimus.] q͂ totiens quotiens vtitur papa hoc verbo, decernimus, ipse nouum ius inducit. No. q͂ temeritas reprobatur, 17. q 4. si quis, ne cler. vel mona. c. 2. lib. 6 No. de pluralitate clauium. de hoc in gl. a, & 20 dist. §. 1. Zabarella.

[Glo prima summat, diuidit, & dubium soluit.

a ¶ Eos qui] Excommunicati sunt etiam exempti, q in casibus non permissis defunctos sepeliunt in cœmeterijs tempore interdicti: vel qui scienter sepeliunt excõicatos publice, nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios. Et primo ponit secundo tollit obstantia: ibi [Nulla] Et per hoc quod dicit eos, includit cuiuscunq. professionis viros, clericos, & laicos: includit et mulieres & de hoc de elect. in generali. lib. 6.

b ¶ Clauium]de excess prela. c. fi. de pœn c fi. & no. pro pluraliter clauium. 1 de hoc remissionem dedi. de lum tit. c. 1. ad fi.

[Glo. seq. notat & fortificat.]

c ¶ Cœmeterijs] si igitur in cãpis & locis priuatis eos sepeliant, non est locus huic pœnę: quod intelligo ẽt si locus ille esset vicinus vel contiguus ecclesiæ vel cœmeterio: quia ex quo ad vsum cœmeterij non est per epm benedictus. de conse. dist. 1. nemo non erit locus huic pœnæ. quare autem in cęmeterijs corpora sepeliãtur. vide not. 13. q. 2. cum grauis.

d ¶ Tempore]quo tpe interdicta est ecclesiastica sepultura. de pœn. & rem. q͂ in te. de priui vt priuilegia.

[Glo seq. ponit duo exempla, & dubium soluit

e ¶ A iure.] hoc dicit propter clericos, qui seruauerũt interdictum: quibus cõcedit eo tpe sepultura cũ silẽtio, & absq. cã panarum pulsatione: vt in prędi. decre. q͂ in te. & propter priuilegiatos circa confratres. de quibus in prædi. decre. vt priuilegia. In quatuor vero festiuitatibus, in quibus eo tempore celebrari põt alta voce, & c. de quibus in decr. vlt. §. pen. de sen. exc. lib. 6. non puto posse mortuos, sepeliri, licet multotiens fuerit ɔ̃rium obseruatum: & hoc bene probat decre cum & p antare. § q͂ si. de priui & ille §. qui dieb. illis permittit participationem diuinorum, de audiendis officijs loquitur, non de sacramentis: quod patet ex diuisione ca. Item cessat cã ibidem expressa de spe reconciliationis.

f ¶ Excommunicatos] ab homine vel a iure, & intelligas de excõicatione maiori. de sen. excõ si quẽ. licet enim excõicati minori sic decedentes. sepeliendi non sint, vt no. Inn. eo. ti sacris. huic tamen pœnæ tunc locus non esset. de hereticis, qui excommunicati sunt spẽaliter fuerat prouisum. de hære. c 2. 1 responso. lib. 6.

[Glossa sequens tractat quæ sit excõicatio publica, & quid de occulta, ibi not.

g ¶ Publice.]de hoc de re iud. ad probandũ de exce. exceptionem. in gl. pe. quæ gl non placet simpliciter quo ad casum istum: licet n. fatear illum publice excõicatum, ɔ̃ quem publice lata est snia, licet denuntiatus nõ sit: cum prædicta decre. ad probandum, non dicat publice nuntiatum, sed publice excõicatum non tamen fateor, q͂ hoc ipso q͂ excõicatus est per iudicem, loco quo iudicare consueuit, præsentibus officialib. suis, & partibus, vel altera contumaciter absente dicatur publice excõicatus. sed ex qualitate fori multitudine s. vel paucitate officialium. & astantium, dicatur publica, vel non publica: ita q͂ in hoc veritas rei ponderet, 2 vt quo ad hunc casum videamus an præsumantur sepelientes scire vel saltem sit casus, quo sit eis imputandum si ignorarunt q͂ publice sciebatur, 12. q. 1. qui & humanit. a'ias posset esse occulte: licet per iudicem in banco coram duob vel trib fuerit promulgata. facit in Auth. de litig. §. omnem vero. coll 1. ad hoc mouet mens & ratio iuris præponderanda verbis: 3 & quod alleg. ibi in gl. no probat, vt ibi dixi. & vltra iura, quæ communiter allegantur de do & contu c. fi. de eo qui mit in pos c fi. de cle. non resi. ex tuç. ff de miss. sed & si. §. 1 & 2. bene facit cle fu de ele. ca. cum §. verum n & facit sup. de iudi dispendiosam. de for. comp. quamuis. facit quod no. Compos. de consu t. cum dilectus quod scripsi de elect illa in glo. magna circa fin. Et per hoc quod dicit, publice, dico q͂ si esset occultus dato quod sepeliens sciret, non est locus huic pœnę. An vero sit locus excõicationi minori, not. de priui ad hęc. in gl 1. additur aũt hic pœna ad pœnam, q͂ statuit decre. epo. rem, de priui lib. 6 quæ per hanc sublata non est.

h ¶ Nominatim.] concor. de priui cum & plantare. §. excõicatos & vide quod ibi not. ad idem co. ti. priuilegia de præb. in Lateranẽ. de cle. excom. propositum & est simile sup. ca compria. de vi & hon. cl cap. 1. & per hanc litteram & prædictas similes uidetur, quod possit in cœmeterio sepeliri interdictus non nominatim, dummo so locus interdictus non sit.

i ¶ interdictos.] nõ sufficere, q̃d interdictũ sit tale, q͂ priuet sepultura, ut in casu de sen. exc. is cu. 1 ẽn lib 6. facit quod scripsi pad Inn. & Host. hoc eo. titu. sacris.

[Glo.

Sepeliri non põt mortuus potest interdicti, ẽtiã quatuor magnis festiuitatibus.

Excõicatus p iudicẽ in loco iudiciali, an dicat publice excõicatus.

1 Vide B Th. in q. additis ad 3. p qu. 17 art. & 3.

2 Placet Pe & Anc. & Imo. q mihi vñt pbare gl. ubi ẽ ipsa nẽda pœna: sed aliis an iudicio excõicatus. Fant.

3 Facit gl. Zen. in ex trau. exe crabilis §. statuimus in verbo, immiscere. Font.

[Glo seq remittit, excipit, determinat, id declarans.]
a ¶ Manifestos] qui sint manifesti, no. de vsur. c. 1. & 2. in prin. lib. 6. & intelligas, nisi cautũ sit de restituendo vsuris, & puto sufficere, quo ad sepulturam: non dico quo ad validandum ipsius testamentum, quod caueatur post mortem: quod verum intelligo in illo, qui mãdat satisfieri de vsuris: alias enim non sufficeret cautio hæredum, cũ decessit in peccato. de vsur. quia in omnib. & hoc probat littera illius decr. quamquã de vsur. li. 6. in prin. & si. 1 rñ. accumulat autem hæc pena ad pęnam prædict. Lateran. cõcilij, quæ ad huc hodie locum n habet, cũ expresse sub lata non sint.
b ¶ Scienter] requirit ergo sententiã hæc excommunicatio. cõcord. de sent. excom. significauit, & c. cum desideres, & de hęre. c. 2. in prin. lib. 6.

Secus ergo si ante mortẽ, nõ obstat. l. si vsus. & l. eius. ff de test. imo idẽ si post mortẽ, vt voluit Io. And in c. q̃q̃ d vsu. li. 6 i col. si ad si q̃. quã imo. huc neget ibi hoc di [...] per Io. An. Fon.

vel vsurarios manifestos [a] scienter [b] sepelire [c] præsumunt: Decernimus ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere: [d] a qua nullatenus absoluantur, nisi prius [e] ad arbitrium diœcesani episcopi eis, [f] quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competẽtem: nullo eis [g] circa præmissa exemptionis, vel quouis alio priuilegio [h] sub quacunque forma [i] verborum concesso aliqualiter suffragante.

[Glo. seq declarari petit quinq; dubia, circa quæ ponit nouem modos quibus iura loquuntur: inducit tres rationes pro, & vnam contra.]
c ¶ Sepelire.] hic occurrunt dubia, quæ principis declarationem plusquam glossantis opinionem exposcunt: scilicet an portantes ad sepulturam, qui tamen non sepeliunt, sint excommunicati. Item quæritur de concomitantibus funus. Item de fodientibus, fabricantibus, vel aperientibus sepulchrum. Item de prælatis, clericis, vel ministris ecclesiarum, in quarum cœmeterijs sepeliuntur, qui id non prohibent, vel patiuntur. Item de iis clericis vel laicis, qui portant cereos, cruces, & similia. Et circa hoc aduertendum, q̃ quandoq; iura prohibent in cæmeterio sepeliri, vt hic, & de priui. ad hæc. de sent. excom. is cui 2. respon. lib. 6. quandoq; in cęmeterio tumulari eo. tit. sacris. Quandoq; sepulturæ tradi de vsu. quia in omnibus de hære c. 2. respon. li. 6. Quandoque ad sepulturam admitti, de vsur. quamquam. lib. 6. eod. lib. de priuileg. epõrum. Quandoque sepulturæ clericos interesse de cap. super eod. Quandoque corpora cum psalmis ad sepulturam duci. 13. q. 5. placuit. Quandoque iubeat sepultura carere de torne. c. 1. de pęni. & remis. omnis. Q̃nque præcipiunt extra cæmeterium subterrari. de sta. mo. cum ad monasterium. Quandoq; permittunt cum silentio tumulari, de pęnit. & remis. q̃ in te. Cum ergo hic puniat sepelientem, & non admittentem, interessentem, vel cooperantem [sepelire autẽ est mortuum humo vel tumulo concedere] videretur solos humo vel tumulo corpus imponẽtes ligatos esse. facit pro hoc æquitas, ne ex vnius funere multitudo ligetur. Item constat, quod portantes & commitantes, vel fabricantes, si non sequeretur talis sepelitio, excommunicati non essent. In contrarium, esset hæc constitutio lusibilis, si vnus solus ribaldus, vel seruiens, p quem poterit id expediri ligari dicatur, reliquis vtilitatis pompose & solemniter expeditis.

Sepultura vario mõ à iurib. inhibetur.

Sepelire, ẽ mortuũ humo vel tumulo condere.

[Glossa sequens remittit, dubium soluit, remittit etiam de quæstione, & de ipsius dubio incidenti, quod soluit.]
d ¶ Subiacere.] alios casus, quibus quis ipso facto excõicatur per has clem. vide no. s. de sent. ex com. c. 1. hanc aũt pœnam locum habere non puto in alijs casibus, quib. denegatur sepultura quos habes no. eo ti. ex parte de sta. mo. c. 2. & c. cum ad monasterium. Quid de illo, q sepeliit manifestum vsurarium, excommunicatum publice, nominatim interdictum, & tempore interdicti: nunquid vna vel quadrupli excommunicatione ligabitur ex hoc facto? vide de hoc plene, quod scripsi in quæstione Gualteri, siue tamen vna sola, siue pluribus sẽtẽtijs ex his diuersis causis, quãtum q̃libet per se sufficiat, excommunicatus dicatur: planum est, q̃ de omnibus debet satisfacere, & ab omnibus absolui, de quo satis no. de offic. ord. ex parte. de sen. excõ. cum pro causa.

Excõicatio a mul tiplicitur multiplicato delicto.

¶ Idem in eodem.

¶ Pars, quæ titulum respicit hoc intendit: Prædicatores & Minores in locis suis libere sepeliunt illos qui hoc libere elegerint. De funeralib. tamen & quibuscunque obuentionibus & relictis, etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam & non vltra soluent ecclesiæ parochialis: h. d. Ioan. And.

e ¶ Nisi prius.] concor. cle. s. de seques. pos. cap vnico & vide quod ibi not. Ioan. And.
[Glo seq successiue de duobus quęrit, & soluit. ponit duo dicta Inn. & Hostien. & secundum determinat.]
f ¶ Eis quibus.] sed qui sunt hi? forte intellexit, de iis, quorũ fauore fuerant latæ sñiæ excõicationis, vel interdicti in loca, vel personas quo ad vsurarios illos, quibus fieri debebat restitutio: i quã etiam violentia in his fuisset illata clericis vel ministris, illis etiam fiet satisfactio. Itẽ si illorum corpora vel ossa discerni possunt, exhumanda sunt. eo. tit. sacris, & hoc in vltimis tribus casibus. Sed quid de primo? Dic, q̃ si ille fuit pęnitens, licet non debuerit sepeliri, tñ non exhumabitur, saltem post relaxatum interdictũ, vt no. de sent. excom. si ciuitas. in glo. pen. lib. 6. & no. Inno. & Host. in decre. vlt. de excel. prælat. ad si & facit, q̃ not. de sent. excom. à nobis 2. in glo. pen. not. etiã Inn. & Host. in prædi. decre. vlt. q̃ pęnitens qui sepultus non fuit in cæmeterio pp interdictum, relaxato interdicto debet in cœmeterio sepeliri. Inn. in alleg. de sen. excõ. cũ illorũ & Host. in prædi. decr. a nobis & dñt, quod ex quo pęnitens ẽ mortuus: mortuaria, ab eo licite recipi possunt: cũ p ipso sit orandum. alleg. 13. q. 2. quæcunque secus si non fuisset pęnitens. 88. dist. c. si. & vide, q̃ post eos dixi de sent. excom. cum voluntate, si intelligas de mortuariis, quæ ipse pęnitens de loco interdicto reliquit in morte, verum puto. Idem si intelligas de mortuariis, q̃ postea darentur cũ funere sepulto in cœmeterio post relaxatum interdictũ: de funeralibus vero, quæ darentur cum funere sepulto de facto tempore interdicti, non puto clericos licite recipere posse: quia viderent participare delicto.

Sepultus in cœmeterio tpe interdicti an debeat exhumari.

g ¶ Eis.] sic sepelientibus.
h ¶ Priuilegio.] vt si priuilegiati essent s. decr. 1. de priuileg. lib. 6.
i ¶ Quecũq; forma.] arg. q̃ generalia & derogatoria verba sufficiãt, facit de hære. sicut s. c. pxi. ver. nos etenim & per Dinum de reg. iur. quod semel. lib. 6.

CAP. II.

D Vdum. [...]

Dudum.] præsupponendum est, q̃ facultas prædicãdi verbum Dei pertineret solis epis & rectorib. parochialium ecclesiarum de iure cõi, Item facultas audiẽdi cõfessiones, iniungendi pœnitentias & absoluendi, de iure cõi pertinere epis & archiepis, & rectorib. parochialium ecclesiarum. Item facultas funerãdi. i. sepeliendi, pertinet solis rectorib. parochialium: & non pertinet monasterijs, nisi respectu suorum fratrum. Itẽ præsuppone, quod Minores & prædicatores fuerũt priuilegiati in istis tribus: quod priuilegiũ fuit eis concessum multum large: postea fuit cassatũ huiusmodi priuilegium: & tunc quia erãt magnæ discordiæ, ideo huius

dum[a] † à Bonifacio Papa octauo prædecessore nostro infrascripta edita decretali, Benedictus Papa vndecimus prædecessor noster aliam[b] illius reuocatoriam promulgauit, quia (vt probauit effectus) nedum[c] pacis ab auctore[d] ipsius speratæ fructum non attulit, quinimo discordiæ, pro qua sedanda processerat, fomentum[e] non modicum ministrauit:[f] Nos eam omnino[g] cassantes, aliam à præfato Bonifacio editam sacro instante[h] & approbante concilio innouamus: subijcientes tenorem[i] illius, qui dignoscitur esse talis: Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.[k] Super cathedra[l]

modi prædicandi facultas eis fuit data, videlicet, quod ipsi possent prædicare in suis domibus & alijs locis publicis, nisi episcopus vellet prædicare, vel prædicari facere quia tunc ipsi cessant. Quantum ad secundã facultatem ipsi Minores & Prædicatores petant licentiam pro audiẽdis confessionibus ab ipsis epis. & licẽtia obtenta eligãt ex fratribus idoneos fratres ad confessiones audiendas, & absoluant à peccatis, nisi à casib. epalibus: tamẽ absoluere possunt à casibus episcopalib. si sibi fuerit permissum ab epo. Quãtum ad tertiam facultatẽ ipsi Minores, & Prædicatores possunt sepelire corpora mortuorum, dum tamen soluant quartam, vel legitimam rectori ecclesiæ parochialis. Item ipsi non debent procurare, quod aliqui eligant sepulturam in domibus ipsorũ, vt faciant eis donationes inter viuos, quas facerent inter mortuos, alias ipsi rectores habebunt quartam siue legitimam, ac si illi fecissent donationem in morte: hoc intendit totum illud magnũ capitulũ No. quod de iure cõi officium prædicandi spectat ad epos & rectores parochialium: tamen etiam ex speciali priuilegio põt competere alijs, & non extenditur istud priuilegium ad alios Mendicantes, cum sit odiosum: sed crederem quod alij Mendicantes etiam haberẽt simile: sed illud non est clausum in corpore iuris: ideo si eis moueretur quæstio, ipsi tenerentur probare. Not. quod prædicatores & Minores solum habent facultatem prędicandi in suis domibus & locis publicis: Not. quod parochianus dimisso proprio curato põt fratribus priuilegiatis confiteri: nec tenetur petere licentiam à suo proprio curato, licet esset sibi meritoriũ, si peteret pp bonum obedientiæ No. formam, quam dẽt quis obseruare in confessionibus audiendis: quia primo debet audire confessionẽ deinde pœnitentiam iniungere, & postea absoluere. Et si confitens sit excõicatus, tunc presbyter debet illũ absoluere ab excommunicatione. No. quod isti Prædicatores & Minores eandem habent potestatẽ, quam habẽt rectores parochiarum. ¶ Item nota, quod ipsi habent ius liberæ sepulturæ. Et dicunt doctores, quod si cõsuetudo sit, quod primo portetur corpus ad Ecclesiam parochialem: & ibi rector, seu curatus liberet eis illud corpus, quod illa consuetudo est seruanda: sed aliàs ipsi Mendicantes possunt processionaliter ire ad domum defuncti, & portare corpus: licet glo teneat cõtrarium: quia in hoc non approbatur No. de verbo, innouamus, quod exponit Lau. id est, restituimus: quia fuerat reuocata, de rescri. quamuis. lib. 3. q. 3. § notandum, & dicit Lau. quod innouare nihil aliud est nisi canones, qui in desuetudinem abierant reparare 18. dist. pp. No. ibi,]Bonifacius.] quod constitutiones fiunt ad perpetuam memoriam pro qua etiã fiunt instrumenta & scripturæ aliæ: & sic recipiuntur testes & publicantur. 1. q. 7. saluberrimum. Zabarel. Not. quod quæstio erat inter rectores, & clericos ex vna parte, & istos fratres ex altera. Ex hoc colligit Paulus, quod nedum sacerdos, sed clericus habeat partem oblationum, & funeralium, ad hoc de fil. presby. c. propositi & c. ex parte. quod satis vr̃ verum sin cum: nisi consuetudo vel statutum aliud inducat. de verb. sign. cum inter. in contrarium tamen facit littera inf. in vers. verum ibi, [Sacerdotibus & Ecclesiarum rectoribus,] &c. voluit, quod illud non excludit portionem clerici, si est in ecclesia causa iuuandi sacerdotem, qui sine clerico celebrare, & alia similia facere non potest,

† al. hæc cõment. cõprehendat alios religiosos Mẽdicãtes præter cõprehẽsos seu nominatos in ea, vid. oĩno glossã in ca. q̃ à iure. de regu. iur. lib. 6.

de consec. distin. 1. iubemus, & de vita, & hone. cle. vt quisquis. Not. in ver. [Hora illa duntaxat.] &c. quod in concursu prædicationis præferuntur prælati istis fratribus: habent enim prælati in hoc ius potentius, vtpote ordinarium & ius commune fratres autẽ extraordinariũ & priuilegium: sed in concursu taliũ fortius est ius cõmune, quam singulare, & ordinarium auxiliũ quàm extraordinariũ, vt l. eius militis. § si militia ff. de testa. mil. & l. in causæ ff. de mino. § causæ. Et potẽtior est causa naturalis quã accidentalis, vt l. qui habebat, ff. de iure' & l. libertus § præter pe. ff. ad municip. Petrus de Anch.

[Glossa prima diuidit, & subdiuidit, & docet, quid vnaquęq; pars faciat: & summat partem, quæ titulum recipit.]

a ¶ Dudum] duæ sunt principales partes: in prima procemium Clementis innouantis in concilio constitutionem Bonifacij, & cassans reuocatoriam Benedicti: in secunda constitutio ibi, [Bonifacius] quæ subdiuiditur in titulum & constitutionem, ibi: [Super cathedrã.] quæ constitutio præmittit exordium: in quo dicit se vigilem circa scandala cleri tollenda. Secundo ibi: [Ab olim,] narrans discordiam Prædicatorum, & Minorum cum clero super prædicationibus, confessionibus, & sepulturis. Primo prouidet circa prædicationes: Secundo ibi: [Statuimus] circa confessiones. Tertio ibi: [Huiusmodi.] circa sepulturas. Quarto ibi: [Nos etenim.] reuocat priuilegia, consuetudines, statuta, & pacta contraria. Quinto ibi: [Cæterum] hortat & præcipit prædictos ordines, & pfessores ipsorũ per clerum benigne tractari, & contrafacientib. comminatur. Et pars, q̃ titulum respicit hoc intendit, Prædicatores & Minores in locis suis libere sepeliunt illos, qui hoc elegerint De funeralibus tamen & quibuscunque obuenientibus, & relictis etiam, de quibus alias non debetur canonica, quartam & non vltra soluent Ecclesiæ parochiali.

b ¶ Aliam] quæ incipiebat: inter cunctos.

c ¶ Nedum] non attulit fructum, quod est infra.

d ¶ Ab auctore] Benedicto.

e ¶ Fomentum.] id est, nutrimentum.

f ¶ Ministrauit.] simul de ætate & qualitate, ad: aures

g ¶ Omnino.] simile de immu. eccle. quoniam.

[Glossa sequens alleg. [illegible] huius constitutionis præter istud, per quæ derogatur priuilegijs, vel exemptionibus.

h ¶ Instante.] Multotiens dixi, quod concilia fieri priuilegiatis vel exemptis non expedit, quod collige ex hoc Viennen. concilio hic & supra ca. proxi. & supra tit. proxi. c. vnico. & supra de supplen. negli. præla. quia regulares. de sta. reg. attendentes. de religio. domi. quia contingit. de iure patro. vt cõstitutio. de priuil. religios. & c. archiepiscopi. de pœn. & remis. abusionibus. de sen. excom. cap. 1.

i ¶ Tenorem] simile de confirma. vti. vel inuti. cap. penultimo.

k ¶ Memoriam.] vide quod not. de re iud. ad Apostolicæ in 1. gl. lib. 6.

l ¶ Cathedram.] secundum Hug. Græcum est, & ponitur pro alta excelsa sede iudicis præsidentis; & componitur à chatos, quod est sedes, & hedra, quod est sponda, quasi spondata sedes. ponitur etiam pro sede doctoris vnde in Gratiano.

Ecc.

Rex solium, doctor cathedrã, iudexque tribunal.

Possidet, ac sedem præsul: prætorque curule.

Quasi curule: quia ferebantur in curru. De hac cathedra iudicantis, & docẽtis. 40. dist. multi.

a ¶ Etsi.] pro quamuis.

b ¶ Alueum.] Alueus dicitur venter fluuiorum. dicitur etiã uas factum a l modũ aluei fluuij, in quo lauantur pedes, carnes, & olera: & dicitur ab aluo, quod est quoddam ventris receptaculum recipiẽs cibum.

c ¶ Confluunt] 2. q. 6. ca. 2. cum septem cap. seq.

d ¶ Torrens.] dicitur fluuius, vel aqua veniens cum impetu in imbre, quæ in æstate torrescit, id est arescit.

e ¶ Instantius.] nota, quod habens ad multa intendere, ad id qd est grauius debet manum apponere: sicut iuris peritum ptione, qui vult se liberare, soluẽdo, se liberat ab eo quod est grauius ff. & C. de so lutio leg. 1. secũdum Io. Monac.

f ¶ Radicitus.] frustra ramos conatur incidere, qui radicem non euellit. de pœnit distinct. 2. qui a radix.

g ¶ Vepribus.] vepres dicuntur spinæ, quę vi præhendunt, & lacerant carnes, & vestes.

h ¶ Anfractibus.] sic dicti: quia vndique frangunt, & dicuntur viæ asperæ diuerticulis circunfractionibus, & ruinis. & habetur idem verbum de elect. quorundam ib.

i ¶ Antistites.] hi solent dici episcopi quasi ante alios stantes.

K ¶ Includit] 12. quæstione 1. cum in, duo sunt. de ætate & qualitate. cum contingat.

præeminentiæ pastoralis diuina disponente clementia constituti: etsi ᵃ multis, & arduis, quę in amplum Romanæ curiæ alueum ᵇ vndique confluunt ᶜ quasi torrens, ᵈ prægrauemur negotijs, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur circa id tamen feruentibus † votis intendimus, vacamus instantius ᵉ ac operosæ studium solicitudinis impartimur, vt ad diuini nominis † gloriam, exaltationem catholicę fidei, & profectum fidelium animarum (pręcisis radicitus ᶠ dissidiorum vepribus, ᵍ & litigiorum anfractibus ʰ omnino subductis) inter ecclesiarum antistites ⁱ ad curam, & regimen gregis Dominici deputatos, cæterasque personas, quas ordo clericalis includit, ᵏ pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæstuet, ˡ inualescat ᵐ concordiæ vnitas, † animorum identitas perseueret: scimus enim & ex euidentia ⁿ facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod dissensiones, & scandala prauis actibus ᵒ aditum pręparant, rancores, & odia suscitant, & illicitis moribus ausum prębent. ᵖ

¶ Ab olim siquidem inter prælatos, & rectores, seu sacerdotes, ac clericos parochialium ecclesiarum per diuersas mundi prouincias constitutos ex vna parte, & Pręedicatorum, & minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo, ᑫ satore ʳ † zizaniæ ˢ procurante) grauis & periculosa discordia extitit suscitata, super prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis eisdem, & tumulandis 10 defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias siue loca noscuntur eligere sepulturam.

¶ Nos autem (pii patris ᵗ more laudabili) moleste ferentes incommoda fi- 20 liorum, reducentes ad exactæ ᵘ considerationis examen, ac intra pectoris claustra solicite reuoluentes, quam sit plena periculis, ˣ quam onusta ʸ dispendijs, quamque 30 in diuinæ maiestatis conspectu reddatur exosa ᶻ discordia supradicta: Et propterea intendentes paternæ solicitudinis studio illam prorsus euellere, ac omnimode submouere, nullis 40 vnquam futuris temporibus fauente † Domino suscitandam; grandi quoque desiderio cupientes, vt huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem, ᵃ & celerem per Apostolicæ 50 solertiæ ᵇ studium cõsequatur, diligenti cum fratrib. nostris deliberatione præhabita super eo, ad honorem ᶜ Dei, & exaltationem Catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum 60 fidelium incrementum, de † ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, vt dictorum ordinũ fratres in ecclesijs, & locis ᵈ eorum, ac in plateis communibus ᵉ † libere valeant clero & populo prędicare, ᶠ ac proponere

l ¶ Exæstuet.] quasi ferueat, bulliat, vel calescat.

m ¶ Inualescat.] quasi valde valeat, crescat. & abundet.

n ¶ Ex euidentia.] de electio, quam sit. in prin. lib. 6.

o ¶ Actibus.] Ecclesiast. 28. abstine te a lite & minues peccata.

p ¶ Pręebent.] concord. G. de iudi. procurandum. in princip.

q ¶ Aemulo.] concor. procœ. compilat. Grego de hoc ver. nota. 43. distinctio scimus. & facit 16. quæstio 1. ca. 1. post principium.

r ¶ Satore. idest, seminatore.

s ¶ Zizaniæ.] seges vel herba peruersa, scilicet folium 56 distin. nasc. 24. q. 1. quoniam. Et quãdoque ponit pro sorde omnium segetum. huic literæ cõcor. de elect. licet.

t ¶ Patris.] qui habet quærere cõsiliũ prolibens. ff. de adul. nec in ea. in fin. Io. Mona.

u ¶ Exactæ.] quasi exquisitæ. C manda. in re mand. ta. 3. Io. Mona.

x ¶ Periculis.] dictis a pereo peris.

y ¶ Onusta.] quasi onerata. de elect. vbi periculum, in princi pio lib. 6.

z ¶ Exosa.] idest, perfecte odiosa.

a ¶ Salubrem.] quasi salutis vberem.

b ¶ Solertiæ.] vide quod dixi s. ea. com pila. de offi. deleg. ca. vnico.

c ¶ Ad honorem] simile de vsu. pal. cap. ad honorem.

d ¶ Locis eorum.] quicquid est intra septa, vel ambitũ, etiã in pratis, vel hortis, vel alijs spatijs, vide tur includere.

e ¶ Communibus.] in priuatis ergo secus.

f ¶ Prædicare] etiam tempore interdicti. de sent. excommu. 1. respons.

† al. frequentib.

† al. numinis.

† al. & animorũ, &c.

† al. satoreque.

† al. ita auctore Domino.

† al. ita de fratrũ nostrorũ, cõsil. &c.

† Idest publicis, iõ ait Pet. de Anc. Papa sine alio-rũ. pudicio de eis disponit. argu. l. sicut locus §. fina. ff. quẽadmo dũ. seru. amitta. ex quo ego infero, φ Papa pot disponere aliqu faciẽdũ i re dñi tp. lis sauore fidei. Font.

a ¶ Verbum Dei.] de offi. ordi. inter cætera in prin.
b ¶ Prælati.] iure cõi, vel consuetudinario, secundum Io. Mo. qui dicit rectorem ecclesię non contineri nomine prælati, cum tñ. sit expressus post prelatum in ver. ab olim. de vicario tñ dicit idẽ qđ de plato: quia qđ per se non possunt ordinarii, p alios faciunt. de offi. or. inter cętera. & eo. tit. si episcopus. li. 6.
c ¶ In qua.] hora.
d ¶ Generalibus.] id est, locis habentibus studiũ ex priuilegio, vel consuetudine, cuius initij non sit memoria de cl. nõ resi. tuę. infra de priui. c. 2 lib 6. & i proęmio digestorum. §. hęc autem tria.
e ¶ Nisi.] à primo dicto huius ver. excipit non a duobus sequẽtibus, quod satis verba demonstrant.
f ¶ Superior.] non respectu episcopi, de quo pręmisit, sed clerici, cui superest de cõsuetudine, vel priuilegio, secũdum Io. Monac.
g ¶ Generaliter.] secus ergo vbi speciali ter vocaret prælatos, doctores, vel huius similes.
h ¶ Ecclesijs.] nec ipsarum capellis, vel cemeterijs, de sẽ. exc. si ciuitas lib. 6. secũdũ Io. Mo. secũdũ quem nõ ꝙ in ver. pręcedẽ permittit his pędicare cum certa modificatione: hic ꝓhibetur nisi certis casib⁹: quare cũ de iure cõmuni illis pędicare nõ competat, sed solum prælatis, & curatis infra § huiusmo. di. reputat istis omnẽ locum interdictum, qui nõ reperitur, hic permissus.
i ¶ Sacerdotibus.] puto sufficere si isti sũt vicarij perpetui, cum ad eos spectet cura. de offi. vica. c. si. de præb. super eo. lib 6. & idẽ puto in tẽporalibus datis in casu licito auctoritate episcopi, vt de elect. cum ex eo lib. 6.
[Gl. sequens subdiuidit.]
k ¶ Statuimus.] secundus articulus cõfessionum, cir. q. ꝗ ꝓuidet, primo de licentia petenda, secundo de confessoribus eligendis, & præsentandis, ibi. (Ac deinde.) tertio limitat locum, & numerum, ibi, (extra ciuitates.) quarto prouidet, qñ licentia datur, & electi acceptantur, & qñ non acceptantur ibi? (Et si iidem.) quinto quando denegetur licentia, dat gratiã cũ certo moderamine, ibi, (Si vero.)

Prælati noĩe non uenit rector ecclesiæ.

verbum [a] Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati [b] prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari, in qua [c] prędicare cessabnnt: pręterquam si aliud de prælatorum ipsorum voluntate processerit ac licentia speciali. In studiis autem generalibus, [d] vbi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solemniter consueuit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus siue peculiaribus eorundem fratrum possunt ijdem fratres, & liceat eis libere prædicare: † nisi [e] forte illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, episcopus, vel pręlatus superior [f] clerum ad se generaliter [g] conuocaret, aut ex aliqua ratione, vel causa vrgente clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis [h] autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel † debeant prædicare, vel proponere verbum Dei: nisi fratres prędicti à parochialibus Sacerdotibus [i] inuitati † fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtenta; nisi episcopus, vel prælatus superior per eosdem fratres prædicari mãdaret.

¶ Statuimus [k] etiam, & ordinamus auctoritate prædicta, vt in singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in ciuitatibus, & diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, [l] Magistri † Priores prouinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarij; & Generales † & prouinciales Ministri, & Custodes [m] Minorum, & ordinum prædictorum, ad præsentiam prælatorum [n] eorundem locorum se conferant per se, vel per fratres, quos ad hoc idoneos, fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi fuerint in eorum ciuitatibns, & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire [o] libere valeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere, salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere, de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac deinde [p] præfati magistri, priores, prouinciales, & ministri [q] ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficienter, [r] idoneas, vita probatas, [s] discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre ministerium, & officium [t] exequendum: quia sic ab ipsis electas repræsentent, vel faciant præsentari [u] prælatis, vt

l ¶ Non habentur.] dato ergo, ꝗ fratres non haberent locum Mutinę, possent tamen pręlati, de quibus sequitur ab episcopo Mutinẽ. petere quod sequitur, & pro ipsa diœcesi electionem facere.
m ¶ Custodes.] priores ergo conuentuales quo ad Prædicatores, & Guardiani quo ad Minores hoc non possunt.
n ¶ Prælatorũ.] scilicet episcoporũ, & superiorum, de quibus pręmisit, & patet hoc infra ibi, in eorum ciuitatibus, &c.
o ¶ Audire.] Nota hunc ordinem. 1. vt primo audiatur confessio, secundo imponatur pęnitentia: tertio fiat absolutio nõ ergo præcedat absolutio impositionẽ pęnitentiæ, vt sic absolutionem pręcedat cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio, talẽ effectu.
p ¶ Deinde.] ergo non prius non tñ est necesse ꝙ talem licentiam habeãt: sed satis est, ꝙ petant quo ad hoc, vt eligere possint.
q ¶ Ministri.] scilicet generales, vel prouinciales. Et nota, ꝗ de vicarijs Priorũ prouincialium, & custodibus nõ repetit, de quibus præmiserat, licet ergo illi petitionẽ possint facere, de qua præmisit, non tamẽ electionem, de qua hic loquitur.
r ¶ Sufficienter.] sex qualitates exprimit Io. Mona.
s ¶ Probatas.] Beatus Bernardus ad Eugeniũ: Probatos oportet eligi, non probados. & facit præb. in Lateran. in fi.
t ¶ Officium.] quod est ars artium. de qua. & qualit. c. cum sit. l. Mona.
u ¶ Pręsentari.] personalis ergo pñtatio fieri dẽt. Nã dr̃ plens ꝗ pbetur sensib.

† Supplet Zen. extra monasteria, & loca sua, vt verba operent aliqd vltra pedẽtia, de ver. si. Abbate Font.

† al. nec debeant.

† In quodã manu scripto ita: inuitati fuerint vel vocati fortassis extiterint, aut de ipsorũ beneplacito, &c.

† al. Magister.

† al. Generalis Minister.

Pœnitentiæ impositio ablutionem præcedere debet. 1 Vid. textũ & nota ta ibi: in hac editione i c. vlt. de cẽsib. lib. 6. vbi refellitur hæc glo.

probati & nõ probãdi sũt eligendi.

presẽs dz ꝗ præbet sensib. corporis.

sensibus corporis facit ff. de verb. obl. l. 1 in prin.

[Glo. seq. arguit istos curatos: tenet contrarium, & rationem reddit.]

a ¶ Impediant.] cum determinatione, quę habetur inf. ver. per hmōi, & licet ista sint de cura animarum, & articulus præcedens & subsequens: p qd videtur istos esse curatos saltem in tāto, vel ex delegata potestate, vt hic: vel ordinaria, vt inf. ver. si vero. Dicit finaliter Io. Mon. quod isti non sunt † curati: quod etiam secūdum eum esset quo ad fratres Minores contra constitutionem, exiit. de verb. sign. lib. 6 si ratio: quia nec ipsi adstricti sunt ad executionem vel exercitiū istorum actuum: nec fideles sūt adstricti, vt ī his ad eos recurrāt: & sic licet ex privilegio huius perpetuæ cōstōnis hoc possint, nō per hoc sunt censendi curati.]

b ¶ Deputari.] simile de accu. sicut olim.

[Glo. seq. dubium soluit, & remittit.

c ¶ Audituræ.] si nō electus se ingerit, vel electus extra diœcesim, in qua deputatus est, bona fide illi confessus, & ab illo absolutus, tutus esset quo ad Deū, & vide, qd not. de ele. dudū 2 in glossa, quia cum iam desierit, & quod ibi scripsi.

d ¶ Paucitas.] simile de voto, ꝙ super his. ver. quamuis. 11. dis. in nouo in fin.

[Glo. seq. notat, & quęstionem soluit & consuluit.]

e ¶ Exigit.] not. numerum præsidentium deputari secundum quantitatē subiectorum. Simile de vi. & hone. cler. quoniam, cum suis concord. si autem contendit episcopus cum fratribus, dicens minorem numerum sufficere: recipiat episcopus numerum, de quo videtur, de reliquis recurrat ad arbitrium boni viri, i. iudicis ff. de verb oblig. continuus. §. cum ita, secundum Ioan. Mona. qui dixit, quod caute forte faceret episcopus, si in principio cum concedit licentiam, taxaret numerum: liceret n. à principio quandoque, quod non liceret ex post facto ff. de pact. in traditionibus C. de do. quæ sub mo. l. 1. & l. perfecta facit de condi. appos. verum.

f ¶ Concesserint.] quam sine causa reuocare non possent. de reg. iur. decet lib. 6.

g ¶ Actione.] simile de censi. cum Apostolus ante medium. de immunita. eccl. aduersus.

[Glo. seq. arguit ad quæstionem, & contrariū soluit.]

h ¶ Quemquam.] vī quod omnes refutari nō possint: dec contra secundum Ioan. Mo. cum hoc verbum, iuris æquipollet vniuersali: & extendatur in edictis prætorum. ff. vi. bon. rap. prætor. §. homines ff. de consti pecu. l. 1. §. de neg. gest. l. 1. §. 1. & 3. aliàs secundum eum fieri posset fraus constitutioni: quæ multa requirit in talib. fratribus. sup. ver. ac deinde.

¶ Ex hac gl. cognoscas quando beneficium dicatur curatū. Pan. in ca. de multa. de præbend. Fon.

† Hę duę dictiones: i posterū, desunt in antiquioribus codicibus.

† al. ita: put vniuersitas cleri & populi multitudo vel paucitas exigit eorundem.

de eorum licentia gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœcesibus eorundem huiusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis (in posterum †) impendant,[a] prout superius est expressum: extra ciuitates & diœceses, in quibus fuerint deputatæ: per quas eas volumus & non per prouincias deputari,[b] confessiones nullatenus audituræ.[c]

¶ Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet prout † vniuersitas cleri & populi ac multitudo vel paucitas[d] exiget[e] eorundem.

¶ Et si ijdem prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint:[f] illam præfati Magistri, Ministri & alij cum gratiarum recipiant actione,[g] dictęque personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quod si forte iam dicti prælati quemquam[h] ex dictis fratribus præsentatis eisdem ad huiusmodi officium nollent[i] habere, vel non ducerent admittēdum: eo amoto vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præsentandus prælatis possit & debeat alius surrogari.[k]

¶ Si vero ijdem prælati præfatis fratribus ad confessiones (vt præmittitur) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusarint:[l] nos ex nunc ipsis, vt confessiones sibi confiteri volentium[m] libere[n] † liciteque audire valeant, & eisdem pœnitētias imponere salutares, atque eiusdem beneficium absolutionis impartiri[o] gratiose concedimus[p] de plenitudine Apostolicę potestatis.

¶ Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis ad id aliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est à iure concessa:[q]

Numerus præsidentiū secūdum quantitatem subiectorū est deputandus.

i ¶ Nollent.] factum & proprium motū, non causæ cognitionem denotat, secundum Io. Mo.

k ¶ Surrogari.] si nō recipitur, sed ex iusta causa: quia non est qualis supra describitur, sibi imputēt qui malum elegerunt, si sine causa succedit Papæ licentia, vt statim sequitur, secundum Io. Mo.

[Gloss. seq. supplet tertium casum.]

l ¶ Recusarint.] si nō recusat expresse: sed nō dat, vel negligit, videretur. ꝙ locū haberet, hoc priuilegiū post trinā monitionē vel requisitionē: per decr. 1. de suppl. negl. pla. & facit de app. ab eo. li. 6. & ī. ea compil. de app. quamuis.

m ¶ Volentiū.] forte non intellexit de religiosis, qui secundū suorum ordinum statuta suis prælatis cōfiteri debent, vt etiā dicebat cōstitutio Benedicti.

[Gl. seq. notat contra opinionem.]

n ¶ Libere.] denotat ꝙ nō est necesse licētiam sacerdotis parochialis haberi, & est simile de præben. licet episcopus. li. 6. cuius contrarium vide tur hic velle Ioan. Monac.

Gl. seq. soluit dubiū, respondens ad ꝯriū, & opi. ponit.]

† De hoc verbo, libere, vide Franciscū de Aretio consil 76. inci. Diligenter, & Dec. consil. 131. & in c. si ꝓ debilitate. de off. deleg.

o ¶ Impartiri.] absoluti ergo non habebunt necesse vlterius confiteri proprio 2 sacerdoti: nec obstat decret. omnis, in prin. de pœni. & remis. quæ intelligitur de illo, qui alteri legitime confessus non est, vt dicebat Benedictus in constitutione, inter cunctas. Et vide quod scripsi post Host. in c. omnis, super verbo, proprio, huius tamen contrarium tenebat prolixe hic Io. Mon. nisi cum iusta causa subesset, non confitendi proprio sacerdoti. Ioan. Mand.

p ¶ Concedimus.] concor. sup. ea compil. de foro comp. e. quamuis. §. volumus.

[Glo. seq. exponit & remittit: quæstionem soluit: solutionis obiectioni respondet.]

q ¶ Concessa.] hoc intendit: ꝙ in casibus epo reseruatis non possunt absoluere, & q. sint illi no. de pœni. & remis. si eps, lib. 6. & hic per Io. Mon. & plene per Host. in summa huius tit. §. cui confitendū in fi. 2. coll. Dicit autem hic Io. Mo. ꝙ episcopus casus, de quibus ante hanc constōnem poterant curati absoluere, sibi reseruare

2 Et hæc snīa est iā declarata per extrauag. inci. Vas electionis. habet in extraua. com. sub tit. de hæret.

 uare

uare posset hac constitutione non obstante, quia licet fratres sint exempti, parochiani non: allegat de priuile. ex ore eod. tit. per exceptionem li. 6. Nec dicitur a iure concessum, quod iure reuocatũ est arg. ff. de diuort. l. diuo. tum. Item si potest arctare potestatem ordinariam curatorum, fortius hanc extraordinariã, ne idem subditus censeatur diuersi iuris quo ad curatos & quo ad fratres, de priuileg. quia circa. sit ergo sensus, quod nõ absoluat frater, quẽ nõ absoluit curatus. ista igitur accidentalia & de bñ esse, non mutant substantialẽ † al. corõ. & ordinariam potestatem episcoporum, de hære. per hoc. li. 6. Nõ obstat si dicas, quod hoc erit auferre, vel decurtare priuilegiũ: quod fieri non potest, et indirecte. de priuileg. quanto. quia licitum est cuilibet facere quod libet in re ppria, dummodo non faciat animo iniuriandi, nec alicui faciat iniuriam, &c de elect. cũ ecclesia Vulterana. cum suis concord.

nisi forsan eis ecclesiarum prælati [a] vberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam.

¶ Huiusmodi [b] quoque statuto & ordinationibus nostris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in ecclesijs uel locis suis † vbilibet constituti liberam (vt sequitur) habeant sepulturam. [c] videlicet, quod omnes ad eã recipere valeat, qui sepeliri elegerint in locis & ecclesijs memoratis.

¶ Verum ne parochiales ecclesiæ, & ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure competere, prędicare, [d] seu proponere verbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitis & necessarijs beneficijs defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: [e] auctoritate Apostolica constituimus & ordinamus eadem, vt dictorum ordinũ fratres de obuentionibus [f] omnibus, tam † funeralibus, [g] quàm quibuscunque, & quomodocumque relictis distincte vel indistincte, † ad quoscunque certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit, vel non debet de iure, [h] nec non de datis [i] vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit [k] quomodocunque directe vel indirecte, [l]

a ¶ Prælati.] episcopi & superiores: vnde videmus, quod hodie aliquibus ex illis conce dunt casus reseruatos.

b ¶ Huiusmodi quoque.] circa partem istam plures quæstiones occurrunt quam circa præcedentes: ratio patet, quia hic de lana & lacte, vel reddit u agitur, sed non ibi. vidi autem & habeo formam cuiusdam litteræ, quæ dicitur ab ipso Bonifacio episcopo Moreñ. emanas[illegible] querelam clerici Moreñ. quæ quasdam ex illis determinat, declarando & iudicem dando in modum conseruatoris, quas inf. subiungam, & rationes, quas inducit, per iura probabo.

c ¶ Sepulturam.] quam alias de iure communi non haberent, ex quo populum non habent, hoc scripsi post Inno & Host. eo. tit. c. 1. in princip.

d ¶ Prædicare.] vide quod scripsi post. Innoc. & Host. de hære. excommunicamus. 1. §. quia vero.

e ¶ Debeatur.] sup. eo. tit. ca 1. 12. q. 2. quicquid; suffragio.

[Glo. seq. tractat de distributis in ipsos, de mandato defuncti vel sine, per executores vel legatarios.]

f ¶ Obuentionibus omnibus.] declarat prædicta commissio, quod si non relinquitur fratribus: sed frater datur executor ad certam summam distribuendam arbitrio suo, vel sibi legatur aliquid distribuendum: quam summam, vel quod legatum ipse executor, vel legatarius postea distribuit in eosdem, quod debetur quarta: cũ eo casu recipiatur ab executore vel legatario, vt a ministro. ff. de leg. 2. si quis Titio. & si cui plus quàm per legẽ Falcidiam. l. diuus. Nec obstat littera infra ad quoscunque, & c. quæ cum cã dubitationis tollendæ adiecta fuerit obuentionum generalitatem nõ minuit. ff. mand. qui mutuam, & ff de reg. iu. quæ dubitationis. Ide ibi declaratur, qñ nil relinquitur fratribus, sed decedẽs mandat executori, vt ipsis fratribus det aliquid, vel promittat; quia cum illud palam capere possunt relicti iu ac censetur & debetur quarta, sicut & fideicommissum tacitum nõ capaci dimissum subiacet Falcidiæ: probatur hæc ff de iure fisci. l. 3. §. si quis, & § quando. ff. de ijs quib. vt indig. l. in fraude. n. C. ad leg. Falcid. l. 1.

[Gl. seq. ponit ius reuocatũ, ex quo sient duo rigorosa.]

g ¶ Funeralibus.] declarauerat Benedictus illa esse funeralia, quæ cum funere deferuntur, in prædicta constitutione, inter cũctas, & ibi statuerat 3 cãdelis, quod danĩ ad manus, quas iam non deberi: sed ex quo reuocata est illa constitutio, puto etiam de illis eande[m] l[ex] debere; & licet hoc sit rigorosum: hoc tamen vult ista littera, & verbum omnium, quod præcedit, & quibuscunque, quod sequitur: per hæc verba etiã puto eos teneri de ijs, quæ leguntur pro Missis dicendis.

¶ [Gl. seq. quæstionẽ soluit & remittit.]

h ¶ De iure.] et patet de testa. c. fi. de verb. sign. ex parte 1. Et, et hoc patet, quod ista constitutio est iuris veteris correctoria, & sic restringenda, & ad alios [illegible] ad Prædicatores & Minores non extendenda, vt not. de regu. iur. quæ a iure lib. 6. & eod. lib. de 40 regula constitutionem.

ADDITIO. Ista constitutio est veteris iuris correctoria; cum debeatur quarta vigore eius etiam de relictis priuilegiatis, contra c. fi. de testa. ideo merito est restringenda, vt dicit hæc glo. Abbas Siculus.

[Glo. seq. dicit quid de legato in vita soluto.

i ¶ Datis.] declarat prædicta commissio, quod si testator legatum soluit in vita, nihilominus debetur quarta quia videtur soluere vt legatum: vnde legatarius illud iterum post mortem, non petit, & si Falcidiæ locus 50 sit, illam propterea non euadit; primum probatur C de leg. filia ff. de leg 2 Lucius 1 & l. Lucius 2. §. impuberẽ. ad idem. ff. ad leg. Falc. cum quo § si secundum probatur C. ad leg. Falc. in donationibus, & l. penult. C. famil. ercisc. si cogitationem.

[Gl. seq. dicit quid de sepulto in ipsorum habitu.]

k ¶ Decesserit.] hac rõne declarat pdicta commissio, quod licet tales petãt in illorũ habitu sepeliri, quarta debetur: nam etsi ad ipsorum religionem transirent in ægritudine, de qua decederent, deberẽ quarta eod. tit. de his.

60 Gl. sequens tractat, quid de dato vel relicto singularibus fratribus.

l ¶ Indirecte. per hoc dicit commissio prædicta patere, quod quarta debetur de ijs, quæ testatores relinquunt, vel dant in infirmitate, de qua decedunt, vel dari mandãt post mortem, de hoc in testamento mentione nõ facta singularibus a fratribus, ad eorũ commoditatẽ, puta emptione librorum vel vestium; addens rationẽ, quod id eis conuentui quæritur, sicut per monachum monasterio, per seruum domino, & patri per filium 12. q. 1. non dicatis. 19. q. 1. ca. 1. in fi. inst. per quas personas. in princip. C. eod. tit. l. sin si & l. vlt. & in legato seruo inspicitur persona domini, & an sibi legare potuerit, & ex tali legato potest dominus fideicommissio gratuan.

† al. item tã de funeralib. quàm de quibuscunq; &c.

† Ista. ver ba dicit Oldr. cõs. 389 quod vnt loqui de legatis factis vni ex suo collegio fratrum, non d ijs, quæ fiunt alicui singulari fratri, quia de illis non est dãda quarta, argu. l. tutor petitus. §. 1. de castr. pecu. l. a filio §. fi. de alt. & cib. leg. &

1 Vide Alc. cons. 196. inci. Vno testamento. li. a. 2 Idẽ Feder. de senis cõs 4. Calderin. cõs. inci. eo. tit. Pe. de Anch. cõs. 369. & Gemi. cõs. 46. tñ quod nõ cadat in quartã, cessante fraude, vt qñ cõtẽplatione stantium fratrum tenet Old. q. 114 & q. 187. & q. 189. & Bal. consil. 104. lib. 1. & consil. 136. lib. 2.

…uri. hæc probatur, ff. de leg. 1. l. cum filiosa. de lega. 2. si alienus seruus. de hære. instit. l. non minus C. de hære. instit. l. neque. Non obstat prædictis de testa requisisti. ad si quod loquitur in illo, qui potest habere propriũ. Ioann. And.

[Gl. seq. quærit, recitat opi. contrarias, & declarat circa primam.]

a ¶ Quartam.] quæro an prædicatores, & Minores teneãtur ad hanc quartam de ijs, quæ relinquunt eisdẽ per eos, qui apud illos non sepeliunt: Prædicta commissio recitat, quod non leuis opiniõis doctores dixerũt quartam deberi ecclesiæ parochiali de oĩbus relictis a suis parochianis, etiã si sepulti fuerint apud illam, placuit autem hæc opinio Hostien. Petr. & Aegid. Sed Tancre. glos. Innocen. & Abbas contra, quæ opinio placet Archid. & mihi, vt scripsi eod. tit. capi. 1. & hic Ioan. Mon. dicit demum illa commissio, quod ex qualitate personarum, & quantitate relictorũ, & ex præteritis præsumi potest fraus, maxime quia quando non tenebantur ad quartam, sepulturas præcipue diuitum totis viribus procurabãt, & vt dicit ex his iura quandoque præsumunt fraudem, & faciunt coniecturas: supposita vero fraude constat, quod debetur. de testam. offi. cij, & ca. requisitis. in fi. & c. si. primũ probatur de renun. c. 2. 10. 6. ff. si quis omis. cau. testa. l. 6 & l. Iul. de actio empt. Iulianus. al. as, inter cum, §. ibidem, de vsur. l qui semisses, de pig. act. l. vel vniuersorum, de leg. 1. si seruus plurium in fi. Io And.

fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem, quartam[a] partem) quam auctoritate Apostolica taxamus, & ẽt limitamus) parochialibus sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri [b] integre [c] teneantur: Facturi, & curaturi, quòd nec alij, nec alijs, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrũ vtilitatem, vel commodũ huiusmodi fiant relicta aut in eos taliter data, vel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum, vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundẽ dantiũ, vel donantiũ sanitate sibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus conscientias onerare, [d] vt si (quod absit) per fratres ipsos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit (præter id quod eos propterea dictis sacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam districta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id a quoquam possint aliqualiter coerceri. [e] Nos etenim (vt in cunctis æqualiter, & pacifice fauente Domino procedatur) vniuersa priuilegia, gratia, indulgentias, verbo [f] seu scripto, sub quacumque forma, [g] vel expressione, seu conceptione verborum a nobis, vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prædictorum concessa, necnon consuetudines, conuentiones, statuta, & pacta, [h] in quantũ sunt præmissis, vel alicui præmissorum [i] contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, cassamus, & irritamus: quinimo cassa, vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis.

¶ Cæterum vniuersos ecclesiarum prælatos cuiuscumque præeminen-

nes, quas habuit parochialis sacerdos in missa funeris dicta apud suam ecclesiam, priusquam funus portaretur ad fratres, secundum Ioann. Monac. quia iuri communi stetur, vbi non est mutatum, alleg. de elect. constitutio lib. sexto. Dicit etiam, quod si consuetudo habet, semper prius funus portabitur ad propriam ecclesiam. Ista enim decret. non tollit cõsuetudines, nisi præcedentibus aduersas. Dicit etiam, quod vbi non est consuetũ, do etiam esset deferendum, vt sic haberet Missam in propria Ecclesia, & sic recipiat ibi vltimum vale, a suo curato, alleg. in argu. de conse. distin. 5. non oportet. 2. nec istud electioni sepulturæ repugnat, sed concordat.

d ¶ Onerare.] concord. supra ead. compi. de foro compet. quamuis, §. penultimo. in fine.

e ¶ Coerceri.] innuit quod ad quartam coerceri possent, sed propter exemptiones ipsorũ non habet clericus a quo iustitiam consequi possit, & de hoc summe conqueritur.

[Glo. sequens notat ad quæstionem, de qua remittit.]

f ¶ Verbo.] hic videtur expressum, quod valeat priuilegium, vel gratia Apostolica, de qua constat, licet scriptura super ea confecta nõ sit, de quo satis no. Archi. in proœ. sexti, & vltra ea quæ ibi allegat bene facit 25. q. 2. institutionis, quod ibi not. de hoc vide in Merc. sub rubri. de priuil.

[Gl. sequens tractat an legatum integrum soluendũ sit fratribus.]

b ¶ Largiri.] per hoc dicebant ipsi fratres, quod hæredes debebant eis soluere integra legata, quorum quartam curati de manibus suis recipere debebant, sed declarat prædicta commissio, quod sicut falcidia est in bonis hæredis, sic ista quarta in bonis ecclesiarum parochialium, quare curati eam vendicare possunt, & inhibere hæredibus, vel per fideicommissum grauatis, ne illam soluant fratribus: præcipue cum illos suspectos habere possunt, quod sibi non soluant eandem, ad hoc, ff. ad Trebel. hæres, in fi. ff. ad leg. Falcid. lineam margaritarum.

[Glo. seq. tria dicit circa funus: primo deferendum ad ecclesiam parochialem.]

c ¶ Integre.] Ita quod non diminuetur propter obuentio-

g ¶ Forma.] concor. sup. eo. c. proxi. in fi. Io. And.

[Glo. seq. tractat, quid de pacto firmato per sententiam, & confirmationem.]

h ¶ Pacta.] dicit Io. Mona. quod super pacto, quod erat super sepultura, sententiatum erat per Papam, & confirmatum pactum ante hanc constitutionem, quod per istam litteram illa sententia, & confirmatio non tollitur, imo stabit, quia non est expresse sublatum, C. de appellat. præcipimus. in fine. nec sequitur, pactum est sublatum, ergo & pactum firmatum sententia, & confirmatione. 2 Plus enim potest hoc tale, quam hoc simplex, facit de pact. quamuis, de iureiurando. licet de foro competen. capit. fina. lib. 6. inducit etiam Authen. vt cum de appellat. cog. in princip. & §. 1. colla. 8. vbi not. legem nouam non extendi ad causam pendentem, vel decisam, etiam si ad præterita referatur:

i ¶ Præmissorum.] ergo non solum vltimum articulum de sepulturis, sed etiam præcedentes duos respicit, secundum Io. Mon.

a Præter Pano. hic vide Fed. de Sen. cõsil. 10. & Old. cõsil. 287.

Priuilegiũ ẽt sine scriptura valet.

2 Romanus singu. 8. per gl. dicit pactũ iuratũ nõ tolli per clausulam non obstante pacto, vide Rot. ĩ nouis decisi. 298. Cor. in reper. Rub. de iureiu. I 11. priui. remissiones ibi positas, & gl. cũ ibi per me notatis, c. cũ nõ deceat. de elect. lib. 6. Fonti.

2 ¶ Coope-

a ¶ Cooperatores.] de off. ord. inter cętera in fine.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & obligationibus.

Cōtinuatio.

¶ Visum est sup. de vno iure parochiali, s. de iure funerādi: verū quia est unū aliud ius parochiale, s. ius decimarum: idō, &c. De iuribus parochianorum, vide Pan. in Rub. de parochia. & alien. parochianis. in antiq.

† Alias ita, nihilominus eis districte pręcipiendo mādātes, &c.

Religiosi.] ¶ Pia sup. ponendū est, q. licet religiosi cuiuscunque ordinis teneantur soluere decimas de fructibus suarum possessionum, tamen sunt aliqui exempti, vt non soluant decimas de terris, quas proprijs manibus excolunt, & excoli suis faciunt proprijs sumptibus: similiter nō soluunt decimas de fructibus animalium. Secundo præsupponendum est, q. isti religiosi exempti aliquando committebant fraudes: quia coniungebant animalia suorū vicinorum cum suis, vt fraudarent, ecclesias parochiales a decimis, vel etiā fingebāt emere animalia, & dimittebāt empta apud venditorem.

† al. & propositionibus.

CASVS. Sum in titulo de decimis, vellem informari de tali dubio, scio q. sanctitas vestra aliquos religiosos priuilegiauit, vt non teneantur soluere decimas de fructibus possessionū suarū, quas proprijs manibus excolunt, vel etiam quas excolunt proprijs sumptibus, nec etiā de suis aīalibus, sed accidit, q. isti religiosi tradunt possessiones suas excolendas aliquib. colonis pro certis redditibus, & tradunt illas possessiones liberas a decimis, vt consequantur maiores redditus. Item ducunt animalia vicinorum suorum cum suis, vt vicini sui non soluant decimas, quæritur, vtrum possint istud facere impune? Dicit Clemens quod non: imo si tales religiosi habeant administrationem, post vnum mensem postquam fuerint requisiti a rectoribus ecclesiarū restituere decimas, sunt suspēsi a diuinis. Si vero sint simplices religiosi, tūc post duos menses ipso facto incurrunt excōicationem, a qua non veniunt absoluendi nisi post restitutionem. Sed ponamus, quod laicus donauit se & sua monasterio priuilegiato: quæritur, vtrum talis laicus debeat soluere decimas? Dicit Clemens, quod non, hoc dicit. Helias Re.

e ¶ Portauerint.] licet enim ante annos discretionis induerint: ex quo tamen post illos per annum portauerunt, sunt professi: hoc verum, nisi eo casu tãta esset indistinctio habitus, q̃ seculares illis conuenientes vterentur illo. eo. ti. c 2. respon lib. 6 Nisi dicatur, q̃ hęc decre. quæ solum põderat dilatiõnem non assumptionem, illud corrigat, secundum, q̃ non esset hodie dare habitum, indistinctissimum. Sed non credo, q̃ hæc decre illud corrigat, quod probat littera s̃. nouitiorum habitum facit de electione. cum expediat. li. 6. cum cõcor. Item intelligas hanc litteram de illo, qui sponte recepit, vel saltem portauit, alias non obligaret portatio, quę fieret durante probabili metu. quod me. cau. c. 1. Io. Andr.

f ¶ Illam.] licet igitur illa tacita professio, de qua eod. ti. constitutionem, 2 respon li. 6. obliget religioni in genere, vt ibi: ista tamen obligat in specie, vt hic.

g ¶ Colore.] vt quia nouitij album, alij griseum, vel nigrum: apud quasdam Moniales distinguuntur professæ per velum album ab nigro. Sed communiter est illud distinctiuum consecrationis.

h ¶ Scissura, vel forma.] patet in ordine Minorum, vbi nouitij non habent suum caputium.

[Glo. seq. addit casum, de quo remittit.]

a Vide Co no conci. Trid. sess. 25. ti. de Reg. c. 15. vbi ad professione validã, tacitã manifestam, ĝ in fœminis ætas 16. annorum requiritur.

i ¶ Professorum.] adde casum qñ protestatur, q̃ p lapsum non intendit obligari religioni: & hoc præcipue si protestatio fuit conuentionalis. de hoc scripsi p' ll Vin. e. ti. ex parte post Host. eo tit. ca 1 & c. ad Apostoli cam & de hoc in Spec. de ista. mona in vlt q.

TITVLVS X.

De statu monachorum, vel canonicorum regulariũ.

Clemens quintus in concilio Vienn.

¶ *Præmittit exordium breue, in quo constitutionis causam ponit, & generale interdictũ monachorum nigrorũ circa exquisitum ornatum, vel notabilem excessum in vestibus, cibis, potibus, equitaturis, & lectisternijs.*

CAP. I.

NE IN † AGRO[k] DO-

DE STATV MONAchorum, vel canonicorum regularium.

[Visum est s̃. qualiter quis obligatur religioni et per tacitã professionem, verum quia posset dubitare aliquis de statu obligatorum, iõ subijcit rubricã, de statu monachorum, & canonicorum regularium.]

Ne i agro] Diuidit i decẽ partes, vt patet i rubro Secũda, ibi, [Statuimus.] Tertia, ibi, [Sane.] Quarta, ibi, [Porro.] Quinta, ibi, [Si quis autẽ.] Sexta, ibi, [Quia vero] Septima, ibi, [Ad hęc.] Octaua, ibi, [Cęterũ.] Nona ibi, [Ad amplicationem] Vltima, ibi, [Pręmissa.] Imola.

CASVS. Vidi s̃. de regularib. & qualiter quis obligatur religioni, sed vellem informari de conuersatione obligatorum religioni, & vtrum sit eis licitum vti quibuscunque vestib. cibis, & lectisternis ad libitum suæ voluntatis? vel vtrum aliquam modestiam in prædictis teneantur seruare? Dicit Clemens Romanus Pontifex, q̃ ipsi debent cauere, ne ponant excessum in vestimentis, cibis, & lectisternijs Et rõ huius constitutionis ponitur in prin. huius c. Et quia cap est nimis longum, ideo, accipiatis diuisionem gl. vestræ, & procedatis per partes secundum diuisionem. No. q̃ ista cle. hẽt decem partes Prima incipit, ibi, [Ne in agro.] in qua ponit exordium, & causam, quare fecit istam ↄstõnem & prohibet generalr̃ monachis, ne excedant in habitu, siue in vestib cibis, & potibus, equitaturis, & lectisternijs. Secundo, ibi, [Statuimus.] spãliter prouidet circa vestes proximas habitui, vt sunt almutia, caputia, calceamenta, zonæ, cultelli, calcaria, sellæ, & frœna equorum: & vltimo circa habitum superiorem. Tertiò, ibi, [Sane] Prouidet circa ipsorum monachorum confessionem, communionem, & circa expositionem rſæ, & circa instructionem, seu doctrinam paruorum nouitiorum Quarto, ibi, [Porro] prouidet circa venationes, & aucupationes, qualiter, & qñ debet venari Quinto, ibi, [Si quis autem] ponit aliquos transgressores istius constitutionis, & iubet puniri alios secundum disciplinam rſarem. Sexto, ibi, [Quia vero nonnulli,] prouidet seu statuit ↄ professores euntes ad curias principũ, vel alias vagantes, vel intra septa monasterij arma tenentes. Septimo, ibi, [Ad hęc prædecessorum.] prouidet ↄ ipsorum solitudines. Octauo, ibi, [Cæterum prioratus] prouidet de priorum ætate, & ipsorum sacerdotio, professione, & habitatione Nono, ibi, [Ad ampliationẽ aut], pũidet de monachorum ordinatione & de ipsorũ doctrina Decimo, ibi, [Præmissa igit oĩa.] confirmat, & innouat decretale s̃ eo. cum ad monasterium, & c. in singulis. Et p partes poteris legere Clementinam.

[Prima glo. summando diuidit]

k ¶ Ne in agro.] pmittit exordiũ breue, in quo ↄstõnis causam ponit. & generale interdictum monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum, vel notabile excessum in vestibus, cibis, potibus, equitaturis, & lecti-

† No. primo de laudib. regu. monach. de hoc in 2 ibi i vestib & ibi in cibis & morib. reuersor mãdis tã in vestib. q̃ i cibis. & quo ad cibos, dic q̃ qui q modis excedit. & plene dist. 6 quinq. quos psequitur Stepha. i quo non excedit instare. Zabar.

sternijs. Secundo specialiter prouidet circa vestes habitui proximas, almutias, capucios, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, sellas, & fræna ipsorũ, & vltimo circa habitũ supiorẽ. Tertio circa ipsorũ cõfessionẽ, cõionẽ, expositionem reg-læ, & instructionem nouitiorũ. Quarto circa venationes, & aucupationes ipsorũ. Quinto pũnit certos prędictorum trãsgressores, omnes alios puniri iubens, iuxta disciplinam regulę. Sexto contra professos eũtes ad curias principum, vel alios vagãtes, vel ꝗ. septa monasterij arma tenẽtes. Septimo circa ipsorum solitudines. Octauo prouidet de priorũ ętate, & ipsorum sacerdotio, professione, & habitatiõe. Nono de Monachorũ ordinatione, & ipsorũ doctrina. Vltimo cõfirmat, & innouat decr. ĩ. c. cũ ad monasteriũ, &c. ¶ singulis Partes huius diuisionis, quę aliter ẽt fieri possent, signabo in textu.

† al. perniciosam in segetem.

* ¶ Agro.]habet Dñs agrũ, vt hic. & vineã. de magist. c. vlt. in fi. domum. de elec. cũ in cũctis, in prin. de custo. Eucha. c. 2. & amplam, in qua sunt mãsiones multę, de pęn. dist. 4 in domo. quid vltra? nõ instemus in his, quia ipsius est terra, orbis terrarũ, &c. de deci. tua 2.

minico sacra [a] videlicet monachorum nigrorum [b] religione, indecorum aliquid obrepat, [c] aut vitiosum quicquam perniciose † in segetem [d] coalescat, [e] sed vt in illa [f] potius flores honoris, & honestatis [g] fructus in vbertate succrescant: eis [h] in vestibus inordinatum [i] omnem seu exquisitum [k] ornatum, aut cultum, necnon in cibis [l] & potibus, equitaturis, [m] & lectisternijs [n] quemuis notabilem interdicentes excessum. [o]

¶ Specialiter prouidet circa vestes habitui proximas, almutias, caputia, calceamenta. Zonas, cultellos, calcaria, sellas, & frenos ipsorum, & vltimo circa habitum superiorem. Ioan. Andr.

¶ Statuimus, [p] vt superior vestis ipsorum habitui [q] proxima, nigri, [r] aut albi coloris [s] existat, iuxta morem apud eos seruari solitum in regione [t] qua degunt; [v] nec in qualitate panni regularis excedatur modestia, nec quæratur quod pretiosius, & subtilius, [x] sed quod vtilius valet inueniri.

¶ Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum, & non scissa, nec longitudine nimia aut breuitate [y] notanda: largas etiam manicas habeat vsq. ad pugnum [z] protensas non consutitias, vel quo modolibet [a] botonatas. Almutijs de panno nigro, vel pellibus caputiorum loco cum caputijs habitus, quem gestauerint, sint contenti, iuxta tamen dispositionem abbatis scissis super humeros, [b] & honestis caputijs vti possint. ¶ In vestibus sendа-

f ¶ In illa,]religione nigrorum.
g ¶ Honestatis.]Ecclesiastici 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis.
h ¶ Eis.]interdicentes. quod est infra.
i ¶ Inordinatum.] beatus Bernardus cõtra Cluniacẽ. Nullus quidẽ ordo quidpiam recipit inordinatum.
K ¶ Exquisitũ.] hoc soluit omne ꝗtium, quod de mõditia, vel ornatu posset opponi. quod dic vt nota, 21. q. 4. in summa. & per totum de custo. Eucha cap vlt in vlt. glos.
l ¶ Cibis, & potibus] de vita & hone. cler. a crapula. & de his in regula 39. & 40. dist. capitulis. Dicit autẽ Anastasius: Abstinentia continẽtiæ nutrix est, quę facilius fręna patitur, si non delitiarum calcaribus incitetur.

Abstinentia est cõtinentię nutrix.

m ¶ Equitaturis.]de his inf. dicetur.
n ¶ Lectisternis.] cõponitur lectus cum sterno: & sumitur pro lecto strato, & parato, & omni ipsius paramento.

Lectisternium quid significat.

o ¶ Excessum.] sonat in vitium. ꝗ. ti. 2. ca 1.
p ¶ Statuimus.] secũda pars.
q ¶ Habitui.] froco, cucullę, vel scapulari, vt inf. dicetur.
r ¶ Nigri, bruni, aut albi.]hos tres colores permittendo, alios omnes, vel misculos prohibet, quod multi non ponderant, quod ergo dicit regula 45. ca. de colore, non causentur monachi non intendit, ꝙ omnibus coloribus licet eis vti, nam etiam secularib. clericis sunt quidam interdicti. de vi & hone. cler. clerici 2 sed hoc intendit, quod non causentur inter colores permissos, quod iste sit fusior, pulchrior, vel melior illo.

Glo. seq. alleg. duas concor. & ponens antiquum, & modernum statum ordinis, & duplex significatum coloris, constitutionem commendat.]

a Sacra]concor. ĩ. eo. recolentes in princip. de priuil. cum & plantare. in prin. Sanctitatem, & venerationem huius ordinis ostendunt documenta patrum, & abundãtia temporalium, quibus monasteria huius ordinis pullularunt: sed nunc 3 pro dolor quam in multis deficiunt verborum, & exemplorum documenta, & ad instar filij prodigi dissipatæ sunt patrum substantiæ, & quandoque nostri cupiunt replere de siliquis ventrẽ suum, Lucę xv. 35. dist. §. hanc etiam ille filius. & cum habitus nigredo in mortificationem carnis vitiorum fuerit inuenta, vtinam meritorum, & virtutum obfuscationes per illam hodie nõ signentur, ad quod optatum laborat hęc constitutio Io. Andr.

3 Hæc recipiendo sũt a malis & discolis religiosis: nũquam tamẽ defuerunt, nec desũt, qui obseruẽt disciplinã regularem, quã nouendo [illegible].

[Gl seq soluit dubiũ, & rõnem diuersitatis reddit.]

b Nigrorum.]in alijs non videtur hæc constitutio locum habere, inquantum ꝗ.ius nouum inducit, saluo ꝙ infra dicam §. sane in prin. & §. quia vero. cum §. sequentibus & potuit esse consideratio, quia alij monachi communiter habent corpus, & caput maius, vt Cistercieñ. Camaduleñ. & his similes: quo quia carent nigri monachi, minus ibi viget correctio facit inf. capi. prox. in prin.

c Obrepat.] quasi latenter subintret. & est idem verbum in procemio huius compil post prin.

d Segetem.]24 q. 1. quoniam vetus 66. dist. nasci.

e Coalescat.]quasi calescat, alatur, vel nutriatur.

s ¶ Coloris.] isti colores sine tinctura ex lana possunt haberi, & ideo potius approbati.

t ¶ Regione.]regio, regionis dicitur a rex, regis, patria, s. quam rex regit, & habet diminutiuum regiuncula, quasi parua regio.

Regio dicitur a rege.

u ¶ Degunt.]concor. 12. dist. illud. 76 dist. vtinam.

x ¶ Subtilius]vnde dicit regula prędicta ca. 51. de grossitudine non causentur monachi.

y ¶ Breuitate,]de vita & hone. cle. clerici. 23. dist. non liceat 3.

z ¶ Pugnum.]hoc est clausa manus cum apprehensione digitorum, & dr̃ a pungo, qui enim manu vult pungere, stringit pugnum, non denudent ergo brachium, vt faciunt dominę, & quidam Hispani, nec vtantur guernachijs, quas prohibet hæc littera.

Pugnus vnde est.

a ¶ Quomodolibet.]ergo etiam vnum, vel duos botonos portare non licet.

b ¶ Humeros] apud nos cõius scindunt ante pectus: & io ꝗ. imponitur pœna. Et aduerte quia modum scissuræ non reliquit hic disponi abbatis, sed solum in deferẽdo vel nõ: latius tñ videret sufficere dispositio taciba.

ta, scilicet cum ipse abbas caputio vtatur ista vero scissura debet esse tanta, quod appareat & patens sit. facit ... vit pro xt.c.si. & quod dixi. sup. ea. compil. de vita & honest. cleri. cap 2.

a ¶ Sendatum.] omne sericum comprehendit, & vide, quod dixi ... c. 3. super ver. sericis.

b ¶ Æstiualibus.] in vulgari vocamus ... uale, & sunt calceamenta corii. quibus in æstate vtor, & optima fiunt apud sanctum Seuerinu.

c ¶ Botis altis.] quae capiunt supra tales, & aliquid de cruce, & ligantur quandoq; & hos infra vocat sotulares corrigiatos.

d ¶ Ad ornatu] per hoc verbum sup. duplicatu patet, quod quando ad ornatum, sed propter ingruentem necessitate talib. vteretur, essent excusabiles. ad hoc de vita & honest. cler. clerici. & infra §. porro.

e ¶ Duodecim monachoru. Incluso prælato. de simo. c. si de priuileg. ex ore.

f ¶ Septa.] id est clausuram sic dictu a sepio, pis, per, c, scripta aliud significabit, vt dicetur infra, de hæret. ad nostrum. in princip.

g ¶ Flocum.] in regula no habet hoc nomen & infra dicetur, quid sit flocus

h ¶ Consueto.] sic ergo videntur excusabiles Monachi Angliæ si meliori panno vtuntur quam nostri.

i ¶ Soliti] concord. 31. dist ca. 1. de cessi. cu Apostolus in fin. Ioan. And.

k [Cucullas] de hoc 20 q 3. præsens 19. q. 3. capit. 2. de ætate & quali. cap. intelleximus.

l ¶ Capam.] rodelli, qui nunc in vsu sunt, non sunt proprie capæ, siue capa dicatur à capite, siue à capio capis: quia totu hominem capiat: non enim habent caputium appensum. Et not. qa licet sub capa sit portandu talem scapulare, sub floco vel cuculla no quasi illa sint habitus, sed non capa.

m ¶ Albis.] non ponitur pro colore, sed pro veste sacra, de qua sequitur versus.

Dicitur vrbs Alba, vestitur presbyter alba.

Vrbs illa de qua loquitur versus, est de prouincia [Lombardiæ]

n ¶ Sane.] tertia pars.

o ¶ Mensibus.] arctantur ergo monachi singulis mensib. ad qd fideles arctantur singulis annis de pœnit & remiss. omnis. propter religionis. n. perfectionem aliquid debet ad perfectam sanctæ institutionis adijcere. 4. dist. denique.

p ¶ Singuli.] concor. de excel. pla. nimis. 1. & 2. in fin. Et dubito an p hoc intedat dilatare hanc constitutionem quo ad alios monachos, qd latis est honestum.

q ¶ In prima.] no pu to, quod solemnitas festi occurrelis ea die, puta Resurrectionis, Pentecostes, vel patroni monasterij, habeat hoc altare, facit eod. tit. cum ad monasterium in prin.

r ¶ Abstineant.] con cor. de pœnit. & remiss. omnis.

s ¶ Iuniores.] vbi ergo tales non essent, ista expositio no fieret facit de elect. indemnitatibus, §. pen. lib. 6 & infra de iure patron. c. 1. §. sane.

t ¶ Exponatur.] 8. q. 1 oportet. 43. dist. §. vltimo.

u ¶ Nouitijs] Id est scholasticis non instructis, q sub disciplina degunt: dato etiam, quod sint pro fessi, cum eadem & fortior sit rō; aliter sumitur sup tit. 1. ca. si. cum concor.

x ¶ Fidelis.] non solum catholicus, sed etiam diligens, & si delis & legalis.

y ¶ Instructor.] 12. q. 1. c. 1. 18. distin. de his in authen de mo na §. volumus in fin. col. 1.

z ¶ Porro.] quarta pars.

a ¶ Venationibus.] Hæ propriæ sunt ad bestias, aucupationes, de quibus sequitur. sunt ad aues: inde accupator, auium captor.

Margin: Sendatum quid notat. † al. fodeatura. † al. ita: abbas aut prior, aut alius præsidens portet flocu de panno pro flocis aut cucullis in ipso Monasterio cosuetum. Septa & cepta differunt. Capa vnde dicitur. Alba dupliciter accipitur. Monachi singulis mensibus communicent. † Vide co cilia Tridet. Sess. 25. tit de Regularibus. c. 10. Et qd dispositio huius. §. habeat locu canonicis Regularibus tradit Oldradus cosi. 121. † Not. de regula exponenda vulgariter, quod sit ad plena eius notitiam. Ex hoc infert Paulus ad examinatione testiu, quibus capitula dent legi vulgariter, si no intelligunt litteras, & debent exponi de verbo ad verbu, vt no. l Spe. de teste §. nunc tradadum . post prin. Card.

tum [a] pro foderaturis † non portent Æstiualibus [b] largis, aut botis [c] altis pro calceamentis vtatur. Nullus zonam, cultellum, calcaria cum ornatu deferre, aut cum sella clauorum ornatu decorata superfluo, vel nimis aliàs sumptuosa, siue cum freno ferraturam ad ornatum [d] habente equitare præsumat.

¶ Rursus in locis, in quib. fuerit congregatio duodecim [e] monachorum, aut supra, intra septa [f] monasterij abbas, † prior, aut alius præsidens portet flocum [g] de panno pro flocis aut cucullis in ipso monasterio consueto: [h] monachi vero alij in monasterijs, in quibus flocos soliti [i] sunt portare, debent etiã vti eis. In alijs autem monasterijs, & intra domos, & alios Prioratus, vbi nõ est tanta congregatio monachorum, cucullas [k] clausas deferant & honestas. Cum vero abbates, priores, aut alios præsidentes & monachos alios extra monasteriũ proficisci contingat, flocum, cucullam, aut capam [l] clausam habeant: & subditus capam, si eam portauerint, cucullam deferant: aut si maluerint scapulare. Cum autem ad seruiendum in diuinis officijs albis [m] vel sacris vestibus induentur, aut cum occupabuntur in operibus vti eis liceat scapulari.

¶ Verum ne ex diuersa acceptione, quam in diuersis regionibus huiusmodi vocabula, flocus videlicet & cuculla, dicuntur habere, hæsitandi circa præmissa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum & amplum, sed manicas non habentem: nomine vero floci habitum, qui longas & amplas habet manicas, nos intelligere debeamus.

Prouides circa monachorum confessiones, communionem, expositionem regulæ, & instructionem nouitiorum. Ioan. And.

¶ Sane [n] † singulis mensibus [o] tam in monasterijs quàm extra (sublata occasione quacunque) ad confessionem saltem semel accedant omnes, & singuli [p] monachi. Et in prima [q] Dominica mensis cuiuslibet in monasterijs semper communicent: nisi ex causa forte, quam abbati, priori, aut pœnitentiarijs monasteriorum non differant intimare, eorumque iudicio, vel abstineant, [r] vel accedant. Regula quoq; cum in capitulo legitur ab illo, qui præest ipsi capitulo, vel alio, cui hoc ipse iniunxerit, propter iuniores [s] vulgariter † exponatur.[t] Nouitijs [u] etiam fidelis [x] deputetur instructor [y] tam in diuinis officijs, quam in obseruantia regulari.

Prouides circa venationes, & aucupationes monachorũ Io. And.

¶ Porro [z] a venationib. [a]

a ¶ Interesse.] concord. inf. de bapt. præsenti, cum concordan.

b ¶ Venaticos] de alijs, qui sunt ad custodiam, non prohibet.

c ¶ Præsumant.] hæc prohibentur etiam secularibus clericis. de cleri. venat. c. 1. & 2. cũ suis concord.

d ¶ Familiaribus.] tenetur quis de facto familiæ. de hoc de test. spolia. cum ad sedem in gloss. penult.

e ¶ Saltus.] de saltibus & viarijs habet. ff de vsufruct. l. vsufructuarium venari. primo respõso, & primo § Dicitur autem saltus nemus raras habẽs arbores, vbi feræ, & venatores & canes bene saliunt, dixit quidam.

Esse nemus, saltus, salientis dr̃ actus. Viuaria dicuntur talia loca, quia ibi viuunt, & nutriuntur feræ, & circa pisces vtimur hoc verbo Garenæ non est nostrum vulgare, & forte dicũtur a garrio, garris. Et quo & quare dicãtur ista loca forestæ, syluæ, insulæ, & prata, scripsi post Host. de don. cum dilecti super 1. glos.

[Gloss. seq. ostendit reprobatum opinionem. Host.

f ¶ Personalem.] reprobat, quod no Hostien. de cle vena c. 1. vbi dicit per ver. vagationes, vt si redditus clericorum et religiosorum consistũt in venatione, puta cuniculorum, vt in prouincia, vel ferarum, vt in anglia, licebat illis tamen tempore competenti maxime deficiente familia, & in proprijs personis venationẽ capere & vendere, cum id non sit vagari, sed necessitati & vtilitati ecclesiæ subuenire, ad qd clerici tenentur. 7. q. 1. præsentium, & c. placuit, vt nemini. 16. q. 1. qui vere. & c. vos aut. in quo ad religiosos hoc hic corrigitur.

g ¶ Si quis autem.] quinta pars.

h ¶ Regulari.] id est, quam dictat regula, scilicet 23. c. & duob. seq. 28. & duobus sequentibus, & de hoc scripsi de regu. cap. fin.

i ¶ Sotulares.] a sub & talo, nec recedit à præmissa permissione æstiualium: sed dicit sotulares cum illis vtuntur tales esse debere.

Sotulares vnde dicuntur.

& aucupationib. omnes semper abstineant: nec eis interesse,[a] aut canes, vel aues venaticos[b] per se, vel alios tenere præsumant,[c] nec a familiaribus[d] secum morantibus teneri permittant, nisi saltus,[e] viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in alienis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forsan essent, quo casu hoc eis permittitur: dum tamen intra monasteria seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras uenaticos canes non teneant, nec uenationi præsentiam exhibeant personalem.[f]

¶ Punit certos prædictorum transgressores, omnes alios puniri iubens iuxta disciplinam regula. Io. And.

Religiosorum redditus quãdoq; consistũt ĩ venatione.

¶ Si quis autem[g] præmissorum temerarius extiterit uiolator, regulari[h] subiaceat disciplinæ; Et nihilominus si sotulares[i] non corrigiatos & altos,[k] aut caputia (ut præfertur[l]) non fissa[m] portare præsumpserit, si quidem abbas, uel prior non[n] habens abbatem proprium fuerit, per annum se nouerit a beneficiorum collatione suspensum: Si uero alius[o] fuerit, ab administratione, si quam obtinet, sit per annum suspensus. Quod si nullam[p] habeat, eo ipso per annum reddatur inhabilis ad administrationem & ecclesiasticum beneficium obtinendum.

¶ Si qui uerò eorum uenationi, aut aucupationi clamosæ, uel aliàs cum canibus aut auibus[q] ex proposito[r] interfuerint, iuxta præmissam personarum distinctionẽ[s] dictarum suspẽsionis & inhabilitatis pœnas per biennium ipso facto incurrãt. Abbate autem uel priore a collatione (ut præmittitur[t]) beneficiorum suspenso, ad priorẽ claustralem cum consilio & assensu conuentus, uel maioris partis ipsius, eorundem beneficiorum collatio deuoluatur.

¶ Prouidet contra professos euntes ad curias principum; vel aliàs vagantes, vel intra septa monasterij arma tenentes. Io. And.

¶ Quia uero[u] nonnulli monachorum ipsorum (sicut accepimus) suaui[x] iugo[y] obseruantiæ regularis abiecto, interdum (proprijs relictis monasterijs se in eis secure morari non posse fingentes, uel alio colore quæsito) per curias principum euagando discurrunt: & nisi a prælatis eorum petita pensio uel subuentio assignetur eisdem, conspirantes in illos, eisque proditionem, uel alia grauamina imponentes, eos capi, & incarcerari, ipsorumque monasteria comburi procurant, & interdum monasteriorum ipsorum bona in totum uel in partem non modicam occupare præsumunt: Nos eorum in

k ¶ Altos.] de quibus prędixi ibi. bottis altis

l ¶ Præfertur.] in parte v verb. almutijs.

m ¶ Non fissa.] super humeros.

n ¶ Non habens] cõcord. eod. tit. in singulis in prin.

o ¶ Alius.] quàm abbas, vel prior non habens abbatem.

p ¶ Nullam habeat.] similis dist. sup ca cõ pl. de vita & honest. clerico quoniam. de deci. c. 3. & inf. de pœnis multorum.

q ¶ Dubius.] si ergo sine his fieret venatio vel aucupatio cũ retibus vel laqueis, non est locus huic pœnæ.

r ¶ Ex proposito.] secus si ex casu, & concor. de sentẽ excom. cum voluntate. in princ. de schis. c. vnico. ver. omnem.

s ¶ Distinctionem.] vt scilicet abbates, & Priores nõ habẽtes abbatẽ, a collatione beneficiorum, alij ab administratione bñficiorum sint suspensi, & non habentes sint inhabiles p biennio, & ex maioritate pœnæ patet, quod ista est maior culpa, quàm præcedens. 1 j. q. 1. non afferamus.

t ¶ Vt præmittitur.] restringit ergo hanc prouisionem ad hos casus. in alijs ergo seruetur, quod habetur ne sede vacan. c. vnico lib 6.

u ¶ Quia vero.] sexta pars. cuius causa potuit esse, quod no. Io. Mo. de elect. g. ne tal. ver. clericos li 6.

x ¶ Suaui] Matthæi 11. in fin. & dic suaui iustis & appetentibus de pœn. distin. 1. perfecta quibus est claustrum quasi aqua pisib. 16 q. 1 placuit. r. alijs est carcer. de senten. excom. vt famę ad vtrumque. & dist. de his.

y ¶ Iugo.] Idem ver. in prædic. ca. de his. & de præsum. cum

† Ablecto vel in parte nõ modica.

Iugũ vnde dicitur.

hac parte reprobis ausibus obuiare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi aut regulares canonici [a] administrationem aliquam nō [b] habentes, ad curias [c] principum absque speciali [d] prælatorum suorum licentia se conferre præsumant. Quod si vt suis prelatis aut monasterijs damnum aliquod inferant, † ad dictas curias se conferre præsumpserint, excomunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. [e] Prelatis eorum districte nihilo minus iniungentes, vt ipsos a prædictarum curiarum accessu, & alijs quibuslibet vagationibus & discursu diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdem, seuere corrigere non omittant. Prefatæ quoque sententię, monachos [f] intra [g] septa monasteriorum sine licentia abbatum suorum arma [h] tenentes [i] decernimus subiacere.

¶ Prouidet circa monacorum solitudines. Ioan. Andr.

¶ Ad hæc [k] prædecessorum nostrorum [l] vestigijs inhærentes [m] perpetuo prohibemus edicto, ne monachi [n] singuli in singulis sibi commissis administrationibus, vel prioratibus habitare presumant Sed si prouentus prioratuum seu administrationū huiusmodi duobus [o] forte non suppetant: ijdem prioratus seu administrationes, nisi per abbates ad sustentationem duorum sufficientes reddantur, locis alijs vicinioribus ad eorum monasteria pertinentibus, vel ipsorū monasteriorum officijs [p], aut inter se inuicem, [q] prout erit commodius, cum consilio & assensu [r] abbatum per

---

[illegible] in iuuentute. in princ. & dr a iungo gis & sic solet vocari instrumentum, quo boues iunguntur.

a ¶ Canonici.] de hac ergo parte, non dubitamus quin liget etiam monachos non nigros.

b ¶ Non habentes.] illos enim qui que pro ipsarum administrationum causis illuc ire oportet, quas psequi possunt, licet non sint perpetui. de iu. cum deputati.

Glo. seq ponit secūdum Hug. 12. abusiones claustri: primā psequēs de qua hic loquitur, & deinde secūdū Cyprianū.)

c ¶ Curias principum.) de offic. ordi. quanto. Inter duodecim abusiones claustri enumerat istam Hug. de Folleto, li. 2. de anima claustro, sic dicēs: Duodecim sunt abusiones claustri, quibus tota religionis massa corrumpitur, prælatus negligens, discipulus inobediēs, iuuenis ociosus, senex obstinatus, monachus curialis, monachus causidicus habitus preciosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentia circa altare. Et hęc singula ibi pulchre prosequitur, & dicit ibi ad ppositum, q cum dicitur monachus curialis, ex adiuncto designatur aliquid leuitatis. Ordo enī claustri & ordo curiæ, diuersus est, ibi dextra tua repletur muneribus, hic lauas manus tuas inter innocentes. Ibi pauperum res violenter auferuntur, hic a paupere spōte offeruntur. Ibi laudatur peccator in desiderijs animę suæ, hic bene fit iusto Et post pauca submittit, q monachus curialis pro seculari principe Alpium frigora, & Italicos calores libenter patitur, qui pro magistro spūali multo minora forsan inuitus pateretur, & huic concor. 47. dist. omnes. Et ex quo circa ista vagamur, ad religiosorum refugium, scire debes, q Cyprianus librum fecit de duodecim abusionibus seculi, dicens, quod sunt hę, sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine eleemosyna, fęmina sine pudicitia, dñs sine virtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, Rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege, dicens quod sic suffocatur iustitia: & ibi singulas ordinate prosequitur.

d ¶ Speciali.] generalis ergo, puta, q possint se quo voluerint absentare non sufficit.

Glo seq notat ad hanc pœnam duo requiri, & illa sufficere, & contrarium soluit.

e ¶ Ipso facto.] ad hanc excommunicationem incurrendam duo videntur necessaria, scilicet quod intrauerint curiam, & q causa damnificandi monasterium. vel prælatū: licentia vero habere, non puto ponderandum, cum hic non repetatur, sine est q etiam de licentia prælatu-intrās curiam, si ad hoc intrat, ligatus est: ex solo igitur exitu claustri ob hanc causam non ligatur. simile ne cler. vel mona. c. 3. & vlt. Idem ex quo intrauit ob hanc causam, licet damnum nō intulerit, siue quia non potuit, siue quia pænituit, ligatus est. ff. de ho. pro humani lib. 6 & q ibi no. Nō obstat. ff. de furtis, vulgaris. §. qui furti quia licet is, qui domum intrauit animo furandi, adhuc nō teneatur furti, tenetur tamen iniuriarum, vel de vi, si vim intulit, vt ibi. sic & iste, licet de damno non teneatur, quod nōdum intulit, tamē intrando consummauit delictum quo ad hanc pœnam.

f ¶ Monachis.] non repetit regulares canonicos.

g ¶ Infra.) pro intra. Et patet per hoc, q extra tenētem pęna non includit. Ioan. Andr.

h ¶ Arma.] in communi significatione cōprehendunt tela, sed dicuntur arma stricte, quibus defendimur. tela, quibus impugnamus. institu. de publ. iudi. § item lex Cornelia. de homi. si perfodiens. sed vt ibi not. telorum appellatio, etiā fustes & lapides comprehendit, & omne, q arcu & manu mittitur dicto. §. item lex Corneli. & ff. de verb. signi. armorum appellatio, non puto tamen auctorem sic latissime intellexisse. Io. Andr.

i ¶ Tenentes.] Veniens de foris ad claustrū cum armis non animo tenendi, nec tenet, ex delatione ligari non videtur, vt verbum cum effectu, &c. de cleri. non resi. relatum, cum concor.

k ¶ Ad hæc.] septima pars. & expone, idest, præter, vel vltra hæc.

l ¶ Nostrorum.] scilicet Alexandri & Honorij. eo. tit. c. 2. de capel. mona. c. pen. & vlt.

m ¶ Inhærētes.] concor de iuramen calum. ca. 1. & de re iud. cum olim. de tornea. c. 1. Io. Andr.

n ¶ Monachi.] simpliciter loquitur, vnde de omnibus intelligitur Io. Andr.

Glo. seq. notat contra opi. & remittit.]

o ¶ Duobus.] scilicet priori & socio, & per hoc patet non esse necesse, quod prior habeat duos socios: licet quidam contra per decreta. vltim. de capellis mona. ad quam responde, vt ibi scripsi super verbo, monachos.

p ¶ Officiis.] vt eleemosynarię, sacristiæ, cellelariæ, & similibus.

q ¶ Inuicem.] quia. s. duo talia loca, quorum prouentus sufficit ad priorem & socium, vniantur.

r ¶ Assensu.] si hoc non addidisset, sufficiebat consiliū quærere. de his quæ fi. a præla. c. 1. & licet hic requiratur consensus abbatis, nihilominus necessarium puto consensum

† Idem si inferre attentauerint, & nō inferant, vt dicit gl. in verb. ipso facto, facit l. si quis. C. ad leg. Iuliā. maiestat. tū Io. An. in ca. in pęnis. de reg. iu. li. 6. dicit, q pęna p lege ipso facto inflicta, regitur per dicta cōtum maiorum. F.

Ordo claustri diuersus est ab ordine curiæ.

Domū intrans aio furandi, an statim teneatur furti.

Arma & tela differunt.

capi-

capituli ecclesiæ cathedralis. ĩ. ea compila. de rebus eccle. non alie. si vna.

[Glo. seq dicit q .i. approbat, secundo quærit, alleg. pro & contra ponit opi. q approbat cũ determinatione.)

a ¶ Ordinarios] approbat, quod not. Innoc. & Abbas de excess. prælat sicut vbi tenent, quod abbates ecclesias, etiam pleno iure sibi subiectas, vnire non possunt. & facit quod dixi ĩ. ead compila. de re. eccl. non alie. si vna. de rerũ permu. c. vn. co Quærit. Archi. de præb cum singula lib. 6. an abbates possint hoc præscribere, allegat quod sic de excess. prælat accedentibus. Allegat ad contrarium.100. dist. contra morem 94 dist illud. tenet quod possint saltem circa prioratus simplices manuales non habentes curam, sicut possent vnire grangias vel maneria. ff. de leg. 1. quod in rerum. §. vlt. de leg 2. Caius. §. 1. ff. de verbo. sign l. locus ad hãc allegationem facit quod nota de præb suæ. Satis. videtur per ea. quæ no. de præscri auditis. & quæ scripsi in prædicta decreta accedentibus. quod cum istud sit dignitatis & iurisdictionis ordinis, quod præscribi possit tamen cum titulo, nisi præscriptio sit talis, cuius initij non sit memoria. de præscrip. c 1. lib. 6.

† al. & ecclesiis.

† In hoc casu dubitat Abbas nam q̃ sunt pleno iure subiectæ, põt abbates i illis exercere Ep̃alia iurisdictionalia, vt no gl. singularis in cle. 1. de re bus eccle. nõ alie & facit qđ plene dixit ipse Abbas in c. significasti de fo. comp. hæc ex Panormit.

locorum ipsorum ordinarios[a] vniantur. Monachis locorum, quæ alijs vniuntur prioribus, ad claustrum[b] primitus reuocandis, & † clericis seruitutis[c] ibidẽ, de locorum ipsorum prouentibus prouisione debita facienda.

¶ *Prouidet de priorum ætate, & ipsorum sacerdotio, professione & habitatione. Ioan. Andr.*

¶ Cæterum[d] prioratus cõuẽtuales[e] alicui, nisi xxv. annum attigerit, alii vero curam animarum habentes, etsi[f] cura ipsa per seculares habeat presbyteros exerceri, cuiquam nisi xx. annum peregerit,[g] conferri nequeant aut cõmitti. Qui autẽ prioratus istos,[h] vel illos habuerint,[i] infra annum computandum a tempore collationis seu commissionis sibi factæ de eis, & possessionis eorum adeptæ,[k] vel intra vigesimum quintum ætatis suæ annum, si ante[l] annum ipsum non conuentuales prioratus eis commissi fuerint, aut collati, se faciant ad sacerdotium promouerit. Quod si (cessante rationabili[m] causa) non fecerint, eo ipso nulla etiam monitione præmissa prædictis prioratibus sint priuati, qui ipsis iterum ea uice nullatenus conferantur.[n]

¶ Sane, prioratus aliquis siue administratio committi alicui vel conferri non possit, nisi expresse[o] professus fuerit ordinem monachalem: neque prioratus aut administrationes extra monasteria obtinentes, permittantur in monasteriis, sed teneantur in ipsis prioratibus seu administratorib. (quacunque non obstante consuetudine[p]) reside-

singuli. facit de excess. præla. dilecta. talis autem potest dari de legatus per Papam. sup. ead. cõpil. de rescr. ca. 1.

f ¶ Etsi.] pro quamuis vbi vero curam deberet exercere per seipsum, puto, q debeat attigisse 25. annum de elec. cum in cũctis. §. inferiora. Non obstat, q sit manualis. facit de elect. nemo deinceps. lib. 6. & per istud, quamuis §. videtur comparare ad minorem ætatem: videtur enim aliquibus sufficere talem esse maiorem 24. annis, ex quo alius curam exercet, & hoc tollit: tamen de mente iuris non est, q claustralis gerat curam populi. de capel. monacho. c. 1. & vide quod ibi dixi.

[Gl seq. alleg quinque concor. & rcusat, & rationem diuersitatis dicit non reddendam.]

g Xx annum peregerit] concor. de regula. ad nostram. de offic. deleg. cum vicesimum. vbi de hoc plenius. de elect. cum in cunctis. ad idem eo ti. indemnitatibus. lib. 6. d æta. & qual. c vni. li. 6 q autem hic requiratur annus perfectus, & supra sufficit inchoatus, & de arbitrarijs, quæ pendent ex principis voluntate.

[Glo. seq. probat quod dicitur, monachos non manere solos, de claustralibus intelligi.

b ¶ Ad claustrum] sæpius dixi & scripsi de capel. mona. ca. si. quæ concor. huic, quod iura, quæ tractant de monachis ne soli maneat in capellis, de claustralibus intelliguntur: quod patet hic & ibi. Si ergo monachus est perpetuus institutus ad curam populi, & sic nihil habet commune cum monasterio. 15. q 1 ne pro cuiuslibet. socium non tenet, & sic seruatur de facto, nec occurrit ratio, quare abbas talem monachum de suo claustrali monacho sociaret, sed obedientiarius, qui claustralis est, qui solo nutu abbatis reuocatur ad claustrum, iste non debet esse solus, vt cum socio aliqualem stabilitatem claustri seruet, & idem in regulari canonico, vt scripsi eo tit. quod Dei timorem. super magna glo.

[Glo. seq. exponit, & obiectionem soluit.]

c ¶ Seruitutis.] cum titulo vel sine, de capel. mona c si. inf. de exce præl frequens. ver. quidem. Sed dices quod etiam clericus secularis debet habere socium, cũ quo celebret. de fi. presby. veniens cum concor. fateor, quod eget seruitore, sed non socio, & ideo sufficere poterit talis locus presbytero & seruienti, qui duobus monachis non sufficeret.

d ¶ Cæterum.] octaua pars.

e ¶ Conuentuales] in quibus s. sunt plures collegialiter, de quo satis scripsi de iure patro. nobis, non vt

h ¶ Istos vel illos.] scilicet conuentuales, vel nõ conuentuales curatos. Et no q licet decre. licet canon, de elect. lib. 6. locũ non habeat in ecclesiis collegiatis, & assumptis ad ipsarum regimen. vt e od. tit statutum in prioratibus tamen conuentualibus, & religiosis, & ipsorum prioribus locum habet, vt hic.

[Glossa seq. notat specialem casum]

i ¶ Habuerint.] non dicit, receperint, per quod vult cõprehẽdere etiam iam promotos, & est simile de elect. cũ in cũctis. §. hoc sa. e. sed cõtradicit littera sequens: ibi, a tempore collationis, & c. sed supplendum videt In prius commissis a tempore, quod ligat constitutio.

k ¶ Adeptæ.] vel ex quo per eos staret. de elect. commissa lib. 6.

l ¶ Si ante annum.] & sic nõ sunt apti ad sacerdotium. sup ead. compil. de æta. & qual generalem.

m ¶ Rationabili causa.] vt infirmitatis, irregularitatis superuenientis sine culpa sua, vel præcedentis, in qua sufficienter dispensatum esset. de æta. & quali. tuam vel his similibu.

n ¶ Conferantur.] concor de elect. commissa. §. porro. lib 6.

o ¶ Expresse.] reprobat q no. Ægidius de elect. cum in magistrum. vbi dicebat tẽporalibus administrationibus monasteriorum posse præfici non professos. cũ illi sint quasi castaldi. hic aũt vides q non sufficit tacita professio, vt decre nullus de elect. lib. 6. etiam in his hodie locum habeat.

p ¶ Consuetudines] no. casum nouum, quo damnatur con-

Cap. licet canon. in Prioratibus habet locum.

re: [a] nisi ex studiorū [b] vel alia causa [c] rationabili ad tempus forte ab huiuſmodi resi dentia excusentur.

¶ *Prouidet de monachorum ordinatione & ipsorum doctrina. Io. And.*

¶ Ad ampliationem [d] autem cultus diuini: statuimus, quod monachi quilibet [e] ad monitionem abbatis se faciant ad omnes ordines sacros (excusatione cessante legitima [f]) promoueri. [g] Rursus, vt ipsis monachis proficiendi in scientia, via opportuna non desit, [h] in singulis ipsorum monasterijs, quibus ad hoc suppetunt facultates, [i] idoneus teneatur magister, qui eos in primitiuis sciētijs instruat diligenter.

¶ *Confirmat & innouat decretalem supra eodem, cum ad monasterium, &c in singulis h d. Io. And.*

¶ Præmissa [k] igitur omnia, & ea nihilominus, quæ felicis recordationis Innocētius Papa quartus prædecessor noster circa statum monachorum ipsorum pro vberiori cultu obseruantiæ regularis, quo ad vsum camisiarum, abdicationem proprietatis, silentium, & esum carnium, ac de eorum capitulis de triennio in triennium celebrandis, & etiam quo ad quælibet alia statuit, [l] (quæ omnia innouamus & approbamus) expresse volumus, & statuimus firmiter obseruari. [m]

¶ Idem in eodem.

¶ *Moniales, quæ nulli subsunt nisi Papæ, & canonici seculares, per ordinarios, & alia exempta per suos prælatos debent annis singulis visitari. Et ponit numerum personarum visitationi interesse debentium hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. II.

ATtendentes [n] † quod vbi gubernaculum disciplinæ contemnitur [o] restat vt religio naufragetur, [p] prouidendum censuimus esse præcipue, ne per contemptum huiusmodi [q] in his, qui se Christo [r] voto celebri [s] despondérunt, quicquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, &

consuetudo. sic inf. c. proxi. in fi. & inf. tit. 1. c. 2. §. vt autem. & sup. ead. compil. de æta. & quali. vt hi. cum suis concor. Et no licet damnet consuetudinem de non residendo in prioratibus, nō per hoc damnat illam, quæ habet, quod tales priores vocem habeant in electione maioris abbatis, de qua no. de priuil. ca. 1. in fi. lib. 6. & dixi de re. lig. domi. c. fi.

Cōsuetudo de nō residēdo in Prioratibus nō valet.

[Glossa sequens notat septem æquiparantias.

Prioratus manualis æquiparat in multis perpetuis bñficijs.

a ¶ Residere] collige ex hac constitōne, & ex illa sup. ea compil. de supplen. negli. prælat. c. vnico. quomodo in multis æquiparantur Prioratus manuales perpetuis beneficijs, scilicet in tempore Lateran. cōcilij. de conces. præben. cap. 3. in centib. nouis non imponendis, neque antiquis augendis, in fructibus ipsorum cum vacent non occupandis, in ipsorum pluralitate non habenda, in ætate, in ordine, in professione, & residentia.

b ¶ Ex studiorū.] de cle. nō resi. relatum.

c ¶ Causa rationabili.] propter infirmitatem, aeris intēperiē, capitales inimicitias vel similia.

d ¶ Ad ampliationem:] nona pars, & huic princip. concor. de consti. cap. penultimo.

e ¶ Quilibet.] nō pōt ergo neg. ri, quin in omnibus monachis locum habeat quod hic dicitur.

Seruus contra dñm supplicare potest.

f ¶ Legitima] quam si habet & non exauditur, supplicet vel appellet ad superiorem abbati ad instar serui supplicantis cōtra dominum, C. de precl. Impe. offe. l. 1. de ap. de priore. de iure patronatus nullus.

g ¶ Promoueri.] ita & contra prohibitionem abbatis promoueri non debent, de temp. ordi. ad aures.

h ¶ Non desit.] concor. de magistris. cap. 1. & cap. quia nonnullis.

i ¶ Facultates.] Si Abbas hoc non seruans, dicit facultates non sufficere, episcopus, facta de hoc inquisitione, si inuenerit illas sufficere, illum coget ad hoc, vel ponet ibi magistrum de magistris, c. 2.

k ¶ Præmissa] decima pars.

l ¶ Statuit.] eo tit. cum ad monasterium, & c. in singulis, & ibi vide de his prohibitis.

m ¶ Obseruari] præcedens ergo dissuetudo circa prescripta vel supradicta non iuuat, & tamen innouatio ista de facto non prodest.

ATtendentes] CASVS. Sanctissime pater, vellem informari a sanctitate vestra, videlicet vtrum ordinarii, hoc est episcopi debeant visitare monasteria Monialium, & qualiter debeant visitare? dicit Clemens, siue monasteria sint exempta siue non, ordinarii debent illa visitare: sed si exempta visitant auctoritate huius c. sibi delegata a Papa si nō sint exempta, tunc visitāt auctoritate sua ordinaria Sed quaeritur, sub qua forma debeant visitare illa monasteria? Dicit quod forma hic contenta. Nota ibi, [Monialiū &c.] de monasterijs Monialiū visitandis. Et dicit Pau. quod nomine Monialiū non comprehendunt monasteria virorum. ff. de leg. 3. si ita scriptū, quia fœmininū non comprehēdit masculinum. vt ibi. per hoc no. §. statuimus, in glo. in abbatib. Nota de macula euitanda in religione: nam sine macula & ruga debet esse spōsa Christi. 11. dist. quamuis. Zabarella.

[Prima glossa simul diuidit, & summat.]

n ¶ Attendentes.] ¶ Primo ponit exordium. Secundo, constitutionē: ibi, [Hoc igitur sacro.] in quo primo statuit, quod ordinarij singulis annis visitent monasteria Monialiū nō exēpta, & exempta, quæ soli Papæ subsunt: reliqua exempta visitent superiores ipsorum. Secundo statuit de officio visitantiū: ibi] visitatores. [Tertio præcipit abbatissas benedicendas debere intra annū, post confirmationem bñdici, & pœnā imponit: ibi. [Statuimus.] Quarto: ibi. [Illas quoque.] constitutionem prorogat ad canonicas cū quadam protestatione. Quinto: ibi. [Ipsos autem.] determinat comitiuam visitantium. Sexto, ibi, [Si qui vero.] punit illos, qui visitantes prædictos impediunt.

† Vide Conc. Trid. sess. 24. ti. de Regularibus.

o ¶ Contemnitur.] 45. dist. Salomon &c seq. Io. Chrysostomus: Vbi non timetur reprehensor, securius accedit tentator. & facilitas veniæ, &c. de vita & honest. cleri. vt clericorum. cum suis concor.

p ¶ Naufragetur.] quasi naufragium patiatur, facit de pœnit. dist. 1. post naufragium. 24. q. 1. non turbatur. 24. dist. c. 1. post princ.

q ¶ Huiusmodi.] correctionis & disciplinæ.

r ¶ Christo] 27. q. 1. quæ Christo.

s ¶ Celebri.] Dicitur a cœlo, & ponitur pro sancto, pro solemni, pro festiuo, pro frequentato.

diuinam merito possit offendere [a] maiestatem.

¶ Hoc igitur sacro approbante concilio duximus statuendum, vt singula Monialium monasteria per ordinarios, [b] exempta videlicet, quę ita sedi Apostolicæ, quod nulli alii subiecta noscuntur, Apostolica: [c] non exempta vero ordinaria auctoritate, ac exempta alia [d] per alios quibus subsunt, annis [e] singulis debeant [f] visitari.

¶ Visitatores autem huiusmodi solicitudinis studium diligenter impendant, [g] vt Moniales [h] ipsæ (quarum nonnullos dolentes [i] audiuimus in subscriptis excedere [k]) pannis sericis, [l] variorum foderaturis, sandalitijs, [m] comatis & cornutis [n] crinibus, scacatis & virgatis [o] capuciolis non vtantur: non choreas, [p] non festa [q] secularium prosequantur, non die noctuve per vicos & plateas incedant, [r] aut voluptuosam aliàs vitam ducant, easque solertius [s] retrahant ab insolentijs [t] quibuslibet & mundi huius illecebris, [v] ac inducant easdem ad impediendum in monasterijs suis deuotum & debitum virtutum Domino famulatum. Ad quæ omnia [x] obseruanda Moniales easdem (non obstantibus exemptionibus & priuilegijs quibuscunque, quibus tamen quo ad alia [y] nolumus præiudicium generari) per illos, de quibus supradictum est, compelli [z] iubemus remedijs opportunis.

¶ Statuimus insuper, vt quæuis ad regimen abbatiarum assumptæ in mo-

a ¶ Offendere.] quod grauius est, quàm offendere terrenam. de hæret. vergentis.

b ¶ Per ordinarios.] annis singulis debeant visitari, quod est nof.

c ¶ Apostolica.] auctoritate, quod sequitur.

[Glo. seq. distinguit duas species exemptorum, & ad quæstionem respondet.

Monasteriorũ exemptorum duæ sunt species.

d ¶ Alia] istorum ergo monasteriorũ exemptorũ duæ sunt species: aliqua sunt exempta, quæ nõ recognoscunt superiorẽ: nisi Papam; alia sunt exempta, quia sunt ordinum exemptorũ; sicut monasteria ordinis Cisterciẽs. Camaldul. & similiũ; illa ergo nõ corriget ordinarius loci, sed Abbas vel Prior, cui subsunt. Si autẽ monasteria Monialiũ, subsũt alijs monasterijs Monialiũ, cu illa maior plata clausuram exire nõ debeat. eo tit. c. vnico, li. 6 vñ quod illud monasterium sic subiectum possit ordinarius visitare. Archidiaconus in pñ. d. decr. vnica. tenet, quod illa maior plata per se visitare nõ possit, sed cũ iuste sit impedita, visitabit p aliũ 10. q. 1. episcopum. facit de offi. ord. inter eo. tit. si episcopus lib. 6. & secundum hoc cessabit ibi officium ordinarii.

[Glo seq. in quæstione remittit, & aliam soluit.

Visitatio iterari pt.

e ¶ Annis singulis] an sufficiat hoc fieri in fine primi anni & in principio secundi, vide quod scripsi eod. tit. in singulis, in prin. hæc autem visitatio fit semel tantum in anno: iterari tñ poterit, si subsit causa, vt dic vt no. de offi. archi mandamus de censi cum venerabilis, ꝙ de non exemptis est indubitatum: sed idem puto de exemptis nec ista littera contradicit.

Debeo, debes necessitatẽ importat

f ¶ Debeant.] male facient prælati, qui has visitationes omittunt, cum hoc verbum sit præcepti, & necessitatẽ importet, de appell. oblatæ in fi. de senten. excom. vt famæ, etsi quandoque sapiat honestatem: sed illud speciale. de despon. impu. c. 1.

g ¶ Impendant] capitula, super quibus inquirunt visitatores monasteriorum, formauit Guli. in Spe. de inquisitione. §. nunc tractemus. versi. licet autem.

h ¶ Moniales.] Abbatissas includit. de simo. cap. fi. de prim. ex ore.

i ¶ Dolentes.] concor. sup. eo. recolentes in princ. de celeb. Mis. dolentes. inf. de censi. ad nostrum. in princ. sup. ea. compil. de elect. in plerisque.

k ¶ Excedere.] iunge hic litteram, non vtantur. Ioan. Andr.

l ¶ Sericis.] imo nec habere debent sericam texturam. 21. q. 4. c. 1. sed portare debent vestes aptas professioni & sanctimoniæ 28 q. 4. c. si 23. dist. sanctimoniales, & facit sup. ea. compil. de vita & hon. cle. quoniã in prin.

Fulgentii dictum.

Fulgentius ad Probam. Vestis talis sit sacræ virginis, quæ testis sit internæ castitatis.

m ¶ Sandalitii.] de his de vsu pal. c. si & 94 dist. § compagis, & sunt calceamenta, quibus vtuntur epi induti pontificalibus.

[Glo. seq. tractat, an Moniales tondeantur.

n ¶ Et cornutis.] per hanc copulam non videtur prohibere comas ipsarũ, vbi cornutæ nõ sũt, facit 30. dist. quicunque & 20. q. ... vbi tenet hoc Lau. cũ ibi pcipiat clericos tonderi & nõ Moniales: apud nos cõiter tondetur Moniales: & c. quęcunque. de secularibus fœminis intelligitur, quæ in sui velamen & subiectionis signum crinibus vtuntur. Refert Vegetius de re militari, ꝙ cũ Romanis neruorum & funiũ copia defecisset, & nõ possent ad tendẽdũ bellatoribus machinas reparare, Romanæ mulieres abscissis crinib. eos maritis tradiderũt p quos reparatis machinis aduersariorũ impetũ repulerũt, maluerũt n (vt ipse dicit) pudicissimæ fœminæ maritis conuiuere capite deformato, quàm integris crinibus hostib. seruire, sic puto plus Monialib. expedire, deformato capite Deo cõuiuere, ꝙ crines poliendo humani gñis hosti seruire. Io. An.

Mulieres Romanæ ꝓ machinarum reparatione crines abscideꝛunt.

o ¶ Virgatis.] hæc prohibentur etiam secularibus clericis, sup. ea. compil. de vita & hon. cleri. quoniã, in prin. & in fine.

p ¶ Choreas.] Vide quod dicam infra, de celeb. Miss. c. vnico circa medium.

q ¶ Festa.] Cyprianus de laude virginitatis sic loquitur. Nec computari iam potes inter puellas virgines Christi, quæ sic viuis, vt possis adamari.

r ¶ Incedant.] etiam ex honesta causa, debent enim manere sub clausura eo. tit. c. vno. lib. 6.

s ¶ Solertius.] sup. ea compil. de offi. ord. cap. vnico. ibi exponitur.

t ¶ Insolentiis.] sup. ea. compil. de offic. ord. cap. 2. ibi exponitur.

v ¶ Illecebris] scilicet carnalibus, vel illicitis delectationibus: sic dictis, quia illiciunt.

x ¶ Omnia.] & similia de consti. translato de rescr. inter. ff. de legi. non possunt vnde si portarent vestes rubeas vel virides, vel in similibus hic non expressis excederent coercebunt ordinarii.

Procuratio visitationi est annexa.

y ¶ Alia] legis diœcesanæ vel iurisdictionis, quæ plene no. ff. de offi. ord. dilectus. per hoc tamen non eximit illas a procuratione, cum illa sit annexa visitationi. de præscript. cum ex officii. de censi. cum venerabilis.

[Gl. sequens soluit dubium principale, & quoddam incidens.

z ¶ Compelli.] per hoc vt. ꝙ non possunt exemptas distinuere, facit quod scripsi post Inn. de ætate & qualitate. in fi. de rescr. dilectus. 1. & facit. s. eo. ti. ea quæ.

versiculi hec cadem, quam per hanc immutari non puto, quinetiam hodie illa loca visitant visitatores a capitulis prouincialibus deputati, quod patet, quia visitant exempta, vt ibi, ergo ordinariorum potestas nō impedit ipsorum officium, exerceant ergo ordinarij quo ad exemptas censurā, & disciplinas regulę, sup. c. proxi. §. si quis, & hęc sunt remedia opportuna, de quibus sequitur.

[Glos. sequ. infert, quęrit, & soluit.]

h ¶ Pedagia vel guidagia.] exponuntur hæc de verb. significatione, super quibusdã, & omnia ista dicũtur portoria vel vectigalia, vt ibi not.

i ¶ Alieno.] de reg. iur. quod alicui. lib. 6 cum concor.

k ¶ Extorquẽt.] vbi enim recipiũtur ista a sponte soluẽtibus, non est locus pœnis. simile de simo. dilectus 1.

l ¶ Excõmunicationis.] quo ad singulares personas.

m ¶ Interdicti.] quo ad ciuitates, castra, vel loca, quorũ collegia, vel vniuersitates i his delinquũt. & periculosissimũ est: p q forsan tota Italia est Iterdicta: & vltra Italiam, testificẽtur experti & vide quod dicam inf. de sen. excõ. grauis in prin.

n ¶ A iure.] eod. tit. quamquam. lib. 6.

Glo seq. supplet & remittit. secundo dubiũ soluit per duas rationes.]

o ¶ Constiterit.] parte vocata, ꝯ quam fit publicatio, de quo satis scripsi ea compil. de offi. deleg. c. vnic. Puto autẽ de hoc inquiri, & constare posse etiam in illo, qui soluit de hoc non conquerẽte: tum quia hoc bñficium respicit fauorem ordinis clericalis, non personæ tantũ, 50 & spectat ad ius publicum, de foro comp. si diligenti. de sent. excom. contingit. 1. dist. ius publicum. tum propter animarum periculum, de quo præmisit, & præcipue in facto manifesto, de vsu scum in diœcesi. de diuor. porro.

p ¶ Subditis.] vicinos etiam epõs requirere possunt 11. q. 3. curæ. de treu. & pace. c. 1 sup. ea. compil. de foro competẽ. quamuis § penult.

q ¶ Donec.] licet isti restituant, & satisfaciant, vt sequitur: est tñ necessaria absolutio excõicationis vel relaxatio interdicti, vt in prædicta decr. quamquam in fine: 60

r ¶ Restituerint.] plenarie dicit decre. quamquam, qd forsan hoc omittit: quasi sonet in idem verbum restitutionis & plenæ restitutionis. facit ff. de verb. sign. cum prætor. ff. de vsur. videamus 2. § in Fauiana nec sufficeret hic cautio concord. quod no. de elect. quia sæpe. li. 6.

s ¶ Satisfecerint.] vide quod dixi post Inn. de cohabi. cleri. sicut.

† al. ita. diligenter prorsus abstineãt.

† Nota, q res clericorũ gaudẽt eodẽ priuilegio, quo res ecclesiarũ cap. vlt. de vi. & ho. cle. c. ecclesia sũ seruos. 22. q. 2.

Laici quæque vectigalia non tenentur soluere.

Pedagij rõne orta qstio inter leuatorẽ ipsius & delatorẽ rerũ qualiter terminatur.

† al. de ipsis eis cõstiterit, &c.

† al. extorta.

† al. ita: De celebratione missarũ, & aliorũ officioru.

Restitutio & plena restitutio in idẽ sonant.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

¶ Visum est sup. de capellis & ecclesijs tam religiosorum, quam secularium, in quibus diuina officia & Missarum solennia celebrantur: ideo, &c.

Ravi.] CASVS. Concilio generali Spiritu sancto legitime cõgregato fuit ppositũ, ꝙ plures clerici dicebãt Horas Canonicas, discurrẽdo, & q̃nq; verba inhonesta proferẽdo, & dum ibant ad diuinum officium, ducebant secum canes venaticos, & aues; vnde modicã reuerentiam faciebãt ipsi ecclesiæ, & scandalum inde oriebat; constituit cõcilium, ꝙ ipsi celebrẽt diuinum officiũ cum deuotione & reuerentia, & ꝓ hoc deputauit aliquos, vt cõpellãt clericos ad celebrãdũ cũ deuotione vt decet: & cãtor, vel decanus, vel Prior tenetur cõpellere clericos suæ ecclesiæ, & in defectu ipsorum eps. Nota: ibi, [Ministri.] iuncta gl ꝙ clerici nõ bñficiati non tenent ad Horas Canonicas, dicẽdas, nisi essent in sacris ꝯstituti. [Nota; ibi,] Fructũ. iuncto c. dolẽtes eo. ti. in ant. q. videlicet, qđ qui est adstrictus ad dicendũ Horas, illas dẽt dicere attente. No. ꝙ obligatus ad Horas canonicas debet singulas dictiones & syllabas distincte proferre. Not. ꝙ beneficiati cum ad ipsas ecclesias accedũt, debẽt accedere, id est ire cum humilitate: Item debent esse honesti in corona seu tonsura & in vestibus: vnde tonsura est rasura in superiori parte capitis: Sed rasura est in inferiori parte capitis. No. quod in cœmeterijs, non debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in ecclesijs. Not. ꝙ licitum est turbari super delinquentes; nã Deus his turbatur & irascitur de reb eccl non alie si quis. No. ꝙ Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg. qđ quis est in mortali, si dicit eas, nihil agit, sicut sunt concubinarij, fures, & similes, vnde in Psal. Peccatori aũt dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Zabare.

† De materia huius Clemen. præter doctores hic vide canonistas in c. 1 & c. dolentes. ex. de celeb. Missarũ.

CAP. I.

GRAVI [a] † nimirum turbatione mouemur, quod ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ [b] dum spem impunitatis permittit, multam nutrire pestilentiam consueuit [c] in subditis, plerique ecclesiarum ministri [d] modestia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificium laudis [e] fructum [f] labiorum suorum in puritate conscientiæ & animi deuotione deberent, Horas [g] Canonicas [h] dicere, seu psallere [i] transcurrendo, syncopando, [k] extranea quidem & plerunque [l] vana, [l] profana, & inhonesta intermiscendo colloquia, [m] tarde ad chorum conuemiendo, seu ecclesiam ipsam absque rationabili [n] causa ante finem officij exeundo [o] frequenter, aues interdum portando seu faciendo portari, canesque secum ducendo venaticos, [p] ac quasi nihil prætendentes de clericali militia, [q] in corona vestibus & tonsura [r] diuina etiam celebrare, aut eis interesse nimis indeuote præsumunt.

¶ Nonnulli etiam tam clerici quàm laici præsertim in festorum certorum vigilijs, [s] dum in ecclesijs deberent oratio. ni [t] insistere, non verentur in ipsis earumque cœ-

[Prima gl. dicit, quid facit, & diuidit, & summat.

a ¶ Graui.] Prima pars ponit tres species excessuũ, quos secunda pars per successores corrigi præcipit: ibi, [Ne igitur.] Et est prima species de clericorũ excessibus in celebratione diuinorum. Secunda: ibi, [Nonnulli,] de dissolutionibus clericorum & laicorum, quas in ecclesijs & suis cœmeterijs faciebant. Tertia: ibi, [in multis] de ind. centia vestimentorum, vasorum, & ornamentorum ecclesiasticorum. Et principaliter hoc intendit, prælati, ad quos spectat correctio, & illis negligentibus superiores ipsorum debent esse soliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis ecclesijs Horæ Canonicæ deuote psallantur, & quod in ecclesijs alijs celebretur conuenienter, & debite diurnum officium, & nocturnum.

b ¶ Quæ.] negligentia.

c ¶ Consueuit.] de vita & hon cle. vt clericorum cum sitis concord.

d ¶ Ministri.] argue pro clericis, qui beneficiati non sunt, quod non teneantur [1] ad horas. de quo satis scripsi eo. tit. c. 1. super glo.

1 Vide Io. And. & alios in c. 1. de cel. bra. Mis. & Arch. in c. Eleu terius. 93. dist.

e ¶ Laudis.] Psal. 9. Deus Deorum, ibi, Imola Deo sacrificium laudis.

[Gl seq dat quotam: arguit & remittit.]

f ¶ Fructum labiorum.] sumptum ad Hebręos vltimo, vltra mediũ. Et arguit ex hoc, qđ satis est, labijs [a] seruire [d]iuinis Horis, licet cor diuertat ad alia. de hoc scripsi post Inn. & Host. eo. titu. dolentes, & facit quod de oratione dicã inf. de relig. c. vni co. in glo. de oratione, in septimo membro.

a Prius descẽdas in hãc gl. iniam cõsule Theologos & pictum B. Tho. li. 4. sen. d. 15. q. 4. & ibi. Paludanũ dis. 15 q. 5. & Gabrielẽ in canone Missæ lectione 62.

g ¶ Horas.] aspirat, vt dixi sup. ead. cõpil. de vi. & hone. cle c. 2.

h ¶ Canonicas] septem, de quibus eod. tit. cap. 1. & quare sic fuerint per ecclesiã institutæ, & q tenentur ad eas dicendas, ibi scripsi: Missam de officio dicimus, sed non de Horis qđ patet, quia etiã epi de honestate inuitãtur ad illas dicendas vel audiẽdas, de priuile. c. si lib. 6. distributiones tñ ꝓ Missis vt ꝓ Horis in ecclesijs ita tuuntur, facit ꝗ. t. t. 1. c. 1. ti. si. Canõ distinguit solum duas Horas Matutinalẽ, & Vespertinã. 11 q. 3 si quis episcopus in cõcilio.

quod quo intelligatur, no. 92. dist. c. vlt. Pithagoras etiã dicebat suorum temporum curam habendam, sanane & vespert, id est eorum, quæ actum sumus & eorum, quæ gessimus.

i ¶ Psallere.] hic iunge litteram inf. nimis indeuote præsumunt.

k ¶ Syncopãdo.] hoc exponit eo. tit. dolentes in 1 glo.

l ¶ Vana.] cũ tñ de of verbo otioso reddituri sumus rõnem in die iudicij. Matth 12. 12 q. vlt. c. quotiens.

Verbi cuiuslibet otiosi reddenda est ratio.

m ¶ Colloquia.] 1. ad Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala & no. 37. dist. turbat.

n ¶ Rationabili causa.] esset rationabilis, qñ nimis fatigatus est spiritus, & cã recreationis sine scandalo aliquantulum exit ecclesiam, vt scripsi post Inn eod tit. dolentes. Idem si infirmitas vel subita occupatio superuenirer 7. q. 1. illud. & c. seq. de consec. dist. 1 nullus. de cler. non resi. ex parte 2. eo tit c. vnico lib. 6.

o ¶ Exeundo.] et laici Missã audiẽtes ante bñdictionẽ sacerdotis exire nõ dẽnt. de cõsc. dist. 1 Missam. & c. seq.

Missa integraliter ẽ audiẽda.

p ¶ Venatio.] quod et extra ecclesiam eis non licet. de cle. vena per totum.

q ¶ Militia.] quæ cœlestis est 11 q. 1. Christianis. de cle. ægro c. 1 nec le. vel mon c. 1. in fi.

r ¶ Tonsura.] de vita & hone. cle clerici. 1. & sup ead. compil eo. tit. c. 2. & quid corona & tonsura designet, ibi scripsi, & habetur 62. q. 1. duo sunt.

s ¶ Vigilijs.] in quibus clericalis modestia deberet studiosius obseruari. de statu mon. cum ad monasterium. ver. in refectorio. vbi sæpius dixi verbum Senecæ. 18. epistola ad Lucillum: Festiuis maxime diebus animo imperandum est, ut tunc a voluptatib. solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictum notabile.

t ¶ Orationi.] vide quod de oratione dicam inf. tit. 2. c. vnico. ad fin.

a ¶ Choreas.]

Chorea vnde dr.

a ¶ Choreas.] dicitur a choro: chorizantes enim in suis ludicris cantilenis, & saltibus quodammodo tenēt chorum, & de his forte loquitur psalm. 11. In circuitu impij ambulant. & facit de vita & honesta. cleri. cum decorem 10 quæstio prima legi. & has euitare debent Moniales supra ead. compil. de statu monac. 2.

b ¶ Cantilenas. §. 37. dist c. 2.

c ¶ Insolentias.] de off. ord. c. 3. ead compil. & ibi expolui.

d ¶ Violationes.] in talibus enim facile veniri solet de ludo ad rixam, ex qua sequi solent effusiones sanguinis, vulnera & homicidia, per quæ loca polluuntur, de consecr. ecclesiæ vel altar. proposuisti. & quando vno polluto pollutum sit reliquum, dic, vt eod. titu. cap. lib. 6.

Pollutio loci sacri ex quib. procedit.

e ¶ Perturbatur.] vide quod not. & dixi de app. dilectus.

† al. perturbant.

f ¶ Indecentib.] non ex immunditia, contra quam prouisum erat. de custo. Eucha. capit. 2. sed ex vilitate pretij, vel æstimationis ipsorum: quod patet ex eo, quod de facultatibus quæritur, & de his de consecra. dist. 1. altaris pala & ca. vasa. cum duobus c. seq. In statutis vero M. norib. reprobatus excessus circa ista ornamenta. sup. de verb. signific. exiui. versus finem, §. quamuis.

g ¶ Inualescāt.] principijs obstat, & c. sp. vt no. de relict. ad hæc in finem.

[Glo seq. arguit, & remittit.]

h ¶ Negligentiā.] arguo, q. de iurisdictione minorum prælatorū diœcesani se non intromittunt, nisi in casu negligentiæ, de hoc de offi. ordi. cum ab ecclesiarum, & c. pastoralis.

[Glo seq. quæstionem soluit.]

i ¶ Superiores.] voluit his casibus dare diœcesanis delegatam potestatem, sicut fecit ea. compil. de suppl. negli. prælat. c. vnico. de sta. mona. c. 2. de relig. dom. c. 3. quia propter hæc multum vitatæ nimis præiudicatum fuisset priuilegijs exemptionis.

k ¶ Relegata.] hic iunge litteram, solicitam curent diligentiam adhibere.

l ¶ Debitis.] dicebat Host. eo tit. c. 1. q. pulsare, & psallere Horas debitis horis tenebatur in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis.

† al. ita: et interdum, &c.

meritis choreas [a] facere dissolutas, & † interdum canere cantilenas, [b] ac multas insolentias [c] perpetrare: ex quibus ecclesiarum, & cœmeteriorum violationes, [d] inhonesta variaq; delicta quandoq; sequuntur, & ecclesiasticum plerumque perturbatur [e] † officium in diuinæ maiestatis offensam, & astantium scandalum populorum.

¶ In multis insuper ecclesijs cum vasis, vestimentis, & ceteris ornamentis ad diuinum cultum necessarijs, indecentibus [f] vtique (pensatis earum facultatibus) deseruitur.

¶ Ne igitur trāsgressiones inualescant [g] huiusmodi, aliisque veniant in exemplum, sacri Cōcilij approbatione hoc fieri prohibētes, sancimus, vt illi, ad quos id pertinet, & in eorum, si utique exempti non sint, negligentiam [h] vel defectum locorum ordinarij, si vero exēpti fuerint, aut alias circa hoc priuilegiati, superiores [i] ipsorum (omni negligētia vel incuria penitus relegata [k]) circa reformāda præmissa, & eorum singula corrigenda, necnon vt in Cathedralibus, Regularibus, & collegiatis ecclesijs horis debitis [l] deuote psallatur: In alijs uero conuenienter, & debite celebretur diuinum † diurnum, & nocturnum [m] officium, si Dei, & Apostolicæ Sedis indignationem euitare voluerint, solicitam curent diligētiam adhibere, contradictores per censuram ecclesiasticam (dummodo ad eos illam exercere [n] pertineat) aliisque opportunis remedijs compescendo, faciētes prout ad eos spectat in his, & alijs, quæ ad diuinum cultum, & morum reformationem pertinēt, ac ecclesiarum, & cœmeteriorum respiciunt honestatem sacrorum statuta canonū, ad quæ [o] sciēda [p] diligens curent adhibere studium [q] irrefragabiliter obseruari.

m ¶ Nocturnum.] eo. ti. dolentes in fi.

n ¶ Exercere pertineat.] excludit fœminas licet prælatas quod dic, vt de maior. & obedien. dilecta. De maioribus curatis, & qui iurisdictioni præsunt, dic vt not. secunda quæstione prima, nemo de offic. ordina. cum ab ecclesiarum, plenius per Host. in sum. ma. de sent. excomm. §. quis possit excommunicare. in vlti. col. Io. And.

o ¶ Ad quæ.] statuta. Io. And.

p ¶ Scienda.] propter medium horum trium quæ præmisit, scilicet de reformatione morum non esset facile iura colligere, de quibus sciēdis hortatur, sed sufficiat allegare. de vita & honest. cleri. per totum, ad primum eod. tit. per totum de consec. dist. 1. per totum. ad vltimum, de cust. Eucha. c. 1. de immu. eccles. per totum, & eo titu. per totum lib. 6.

q ¶ Studium.] 10. dist. si decre.

† al. diurnum officium pariter, & nocturnum.

¶ Idem in eodem.

¶ Clerici etiam religiosi domestici, commensales Cardinalium, vel Episcoporum, se possunt illis in diuinis officiis coaptare. h. d. Io. And.

CAP. II.

Dignum [r] † prorsus & congruum [s] arbitrantes, quod clerici tam religiosi, quàm alij [t] Cathedralium sacrosanctæ Romanæ [v] Ecclesiæ, ac quorumcunq; Pontificum Not. quòd quis debet se coaptare ijs, cum quibus conuersatur. 22 distinct. illa. in q. 40. distinct. capit. primo. in tantum quod etiam sibi propter hoc licent aliqua, alias quæ non licent, vt hic de hoc de statu mona. recolentes.

Dignum.] Primo ponit dictū. Secundo circa illud remouet dubiū. Secundo ibi, (Nec ad dicendū.) Imo, ¶ Præsupponendū est, q. quilibet tenetur dicere Horas Canonicas ad vsum illius diœcesis, in qua est beneficiatus. CASVS. Ego sum cōmensalis, vel domesticus alicuius Cardinalis, vel epi. qui dicit Horas ad vsum ecclesiæ Rom. Ego sum de alia diœcesi quærit, an possim dicere Horas meas sicut ipse. Et in tali usu? Dicit Clemens, q. sic.

No. q. appellatione Pōtificum nō veniūt electi in episcopos, & cōfirmati, nisi sint consecrati, etiam in concessione priuilegiorum, vt gl. cum tex. in verbo, Pontificum

† Vide oīno extrauagantē Pij V. Pont. Max. incip. Qd a nobis p. q̄ te citatio Rom. Breuiarij restituitur, & aliorū abolētur.

[Glo. prima summat.

r ¶ Dignum.] Clerici etiam religiosi, domestici, commensales Cardinalium, vel episcoporum, se possunt illis in diuinis officiis coaptare.

s ¶ Congruum.] quasi conueniens.]

t ¶ Alij.] commensales domestici, q. est inf.

v ¶ Romanæ.] non Compostellanæ, vel Rauennatis. &c.

d : offi. archipresby. c. 2. & dixi de consti. cum omnes, su per tertia glossa.

a ¶ Pontificum.] electos confirmatos nondum consecratos non videtur includere.

b ¶ Habentium.]simile de præscrip. veniens, & exponitur hoc verbum, de offi. ord. quod sedem. in vlti. glo.

c ¶ Domestici.] de his de verbor. sign. c. fin. lib. 6.

d ¶ Possint.] non dicit, quod teneantur: facit ff. de iud. non quicquid.

e ¶ Ipsis.]Cardinalib. vel Episcopis.

f ¶ Officijs.] si de cibis addidisset, hoc multũ monachis placuisset, per ea, quę nota. 16. q. 1. c. 3.

g ¶ Coaptare.] facit 12. dist. illa. & hic iunge finem.

h ¶ Officiũ.]sic Gregorianum, Ambrosianũ vel monachale cuiusuis ordinis. Item siue dicant de feria, vel de festo.

i ¶ Licite dicere.]No. ad quõnem 1 de monacho prælato ecclesiæ secularis, quod reget illam secundum officiũ clericale non monachale, hoc placet Io. 17. q. 1 c. 3. Gof. de sta mona. in summa, §. sed nunquid absoluitur. & Hos. in sum. ipsius tit. §. 2. ver. sed nunquid talis, facit de præscri. cum olim. Sed dices contrarium probari per hanc decretalem, dum hic fuerit concessa specialis indulgentia, præter quod hoc non licuisset, ut dicam in fi. Sol. isti non sunt perpetuo translati, sed ille nihil habet commune cum monachis 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

k ¶ Indulgemus.]prius ergo hoc non licet.

† al. ita: sacro approbante concilio indulgemus.

• Monachus prælatus Ecclesiæ secularis, quod officium dicet, huc spectant tradita per B. Th. 2. 2. q. 185. ar. 8. cum videos.

cum [a] gratiam & cõmunionem Apostolicæ Sedis habentiũ, [b] cõmẽsales domestici [c] se possint [d] ipsis [e] in diuinis officijs [f] coaptare, [g] vt illud quod ijdem Cardinales, seu Pontifices dicent officiũ [h] licite [i] dicere valeant: Nec ad dicẽdum aliquid aliud teneantur, sacri † approbatione Concilij indulgemus. [k]

TITVLVS XV.

De baptismo & eius effectu.

¶ Clemens Quintus in in Concil. Vien.

¶ In fontibus ecclesiarum nõ in priuatis domibus debet baptisma cõcedi, duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit. Io. And.

CAP. VNIC.

PRæsenti [l] † prohibemus edicto, ne [m] quis de cœtero in aulis, [n] vel cameris, [o] aut alijs priuatis [p] domibus, sed duntaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, [q] aliquos [r] (Nisi regum [s] vel principum, quibus ualeat in hoc casu

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

¶ Visum est de sacro Ecclesię, quod est sacrũ Eucharistiæ, nunc videndum est de sacramento baptismi.

PRæsenti.]Tres sunt partes principales, quia primo ponit regulam. Secundo duos casus excipit ab ea: ibi, [Nisi] tertio punit cõtra facientes: ibi. [Quia autem] Io. o.

CASVS Fuit a nonnullis in Cõcilio Generali expositum, quod licet fuissent in ecclesijs parochialib. deputati sacri fontes ad baptizandos paruulos: tamen plures baptizabant in suis domibus, vel alijs locis priuatis, propter quod fuit ortum scandalum, ideo constituit Concilium, quod de cœtero nulli baptizentur, nisi in ecclesijs, demptis & exceptis filijs principum, vel nisi subsit rationabilis causa, & contrafacientes puniuntur, vt in textu. No. quod æquiparantur nobilitas & necessitas, de hoc in gl. hic, comparantur no. quod necessitas legi non subiacet, de obser. ieiu. consil. um. regula, quod non est. de re iud. Zab.

[Glo primo summat diuidit.]

l ¶ Præsenti.]in fontibus ecclesiarum, non in priuatis domibus debet baptisma concedi. Duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit Exceptio: ibi, Nisi punitio: ibi, [Qui autem.]

m ¶ Ne quis.]omnes comprehendit, nedum eos, quib. ex officio competit baptizare, vt presbyteros. De diaconis dic, vt 94. dist. diaconos

n ¶ In aulis.] aula dicitur sala, vel spatiosum habitaculum communiter quatuor habens alas.

o ¶ Cameris.]concor. de appel. qua fronte, & quod ibi no. in glo. 2.

p ¶ Priuatis domibus.] bene concord. in Auth. vt in priua. do. sacr. myst. non tract. col. 3. per totum.

q ¶ Deputati.] de maio. & obed. & his quę. de capel. mo. c. 2. & ta les ecclesiæ dicuntur baptismales, de nou. oper. nun. c. 1. in prin. & de his 16. q. 1. de decimis, §. 2. 13. q. 1. §. 2. versi. decimas, & quia renascimur per baptismum, dicuntur matrices. de præscrip. ex transmissa, int. de sen. excom. c. 1.

r ¶ Aliquos] hic iunge literã int. audeat baptizare.

[Glo. sequ dat tres concor. quæritur quis dicatur princeps: ponit 12. æquiuocationes, & soluit, dicens tyrannos non includi, & respondet contrario.]

s ¶ Regũ.]simile de offi. deleg. c. vlti. de priuil. ne aliqui. lib. 6. Sed iura illa loquuntur solum de regibus. hic addit de principibus. sic supra ead. compil. de testib. ca. 1. Et quos hic dicat principes, dubitatur Deus. n. princeps dici, Isa. 9. ibi, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Interdum Angelus de se dicens Iesuæ 9. Ego sum princeps exercitus. Interdum Papa de consacra. dist. 1. corpora. interdum epis. de maio. & obed. si quis, vel alij iudices ecclesiastici. 17. q. 4. diffiniuit in fine. Imperator. de re iudic. ad Apostolicæ. in prin. lib. 6. Rex. de sacra. vnc. cap. vni. uer. vnde in veteri. de accusa. veniens, de elect. innotuit. de bapt. maiores, circa fi. 45. di. de Iudęis. vel alias principans populo, de maio & obed. omnes. Exodi 22 principi populi tui non maledices, vel loco de Iudęis. Iudei. & c. sequ. & c. in nonnullis in fi. de vsuris, quanto, & j. de Iudęis, in c. 1. in prin. de hęret. cũ secundũ in fi. de homi. pro humani. lib. 6. Sed si sic large principatus sumatur pro dominio, vel dominatione populi, iam videretur, quod omnis baroniam habens, sit princeps, sic & large cuiuis regens prouinciam, dominium, gentem, prolem, vel plebẽ dici potest rex 23. q. 4. duo illa. Apes et & grues habent principem 7. q. 1. in apibus, & diabolus ẽt dr̃ princeps mundi, Ioan. 14. & vit. eum, de pœn. distinct. 2. princeps, & in his multum posset instari, sed non expedit. Et componitur princeps ex primum, & capio, & dicitur quasi primum capiẽs locum, vel dignitatem. Sunt etiam certæ dignitates seculares specialiter sic uocatæ, ut principatus Achaiæ, & his similes, ad illas tamen hunc textum non puto restringi, facit de verborum signif. quanimus. Est aduertendum, quod decre. fundamenta § si ergo, loquens de Imperatore, Rege, & principe, subiungit de marchione, duce, comite, & barone, vel alio † notabili potentatu, per quod vr̃ ex ordine, quod princeps maior sit prædictis, marchione, duce, &c. Et ex hoc puto, quod principatus hic sumatur pro notabili potentatu merito comparando regiæ dignitati. facit ead. decre. fundamenta. in fi. Tyrannos autem, [quibus in Italia constellatio nunc fauet] includi non puto: Nam (vt ait Gregorius) Tyrannus est proprie, qui in Repubi. non iure principatu: Et Philosophus, quod sicut regnũ est rectus principatus, in tyrannia est peruersum dominiũ.

de

a Vide B. Tho 3. pa. q. 67. de ministris sacramenti baptis.

Ecclesiæ baptismales dicuntur matrices.

† Conferunt tradita per B. Th. pa. 3. q. 84. art. 3.

Principis appellatio nullos cõprehendit.

Princeps vnde dr.

† al. ita: vel alio notabili potentatu.

Tyrãnus quis dr.

de quo sitis 4 & 5. Politi. cum ergo princeps tendat ad bonum cōe, tyrannus ad propriū: ergo nō est princeps: Vnde Isa. 32. Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitat. Absit ergo ꝙ illos quantumcunque sint potētatus, hæc ɔstitutio priuilegiet, ad hoc de relicti. grauote, in ff. lib. 6. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter 1. respō. Nō obstat de hæret præsidentes, lib. 6. quia illud speciale fauore fidei.

(Glo. seq ponit differētiam inter filios & liberos: arguit pro naturalibus: soluit ɔ̄trium, ad allegata respondens.)

Liberi, & filij differunt.

a ¶Liberi.] cōprehēdit nepotes ex filijs & alios descendētes, ff. de verb. sig. l. liberorū. secus si dixisset, filij. Appellatio. n. filiorum sꝫ non comprehendit nepotes, instit. qui test. dare tu. pos. in ti. cau. saliter ɔ̄ ff. de verb sig filij, & ibi de hoc. Et ꝙ dixi, cōprehendit nepotes, intellige de descendētibus ex filijs masculis, ff. de sena. l liberos, in fi de pœnis, vbicumque, li. 6. Vꝫ hoc etiā intelligi posse de naturalibus, non de legitimis, per prædict. l. liberos 1. responso, & per id quod notat. de probat. in præsentia, in prin. 1. gl. & dixi post Host. de sent. excō. si vero, § fi. Verius vꝫ illos non comprehendi, per l. cum legitime, & per ibi nota. ff de stat ho. facit instit. de nup. § fi. ff de in ius vo. quia semper, in auth. qui. mo. na. ef. si sui § fi. coll. 8. & 1 l liberos, non intelligitur de naturalibus, qui legitimi sunt, vt ibi not. Ad not in decre. in præsentia, responde per not. in l. ibi allegata, ff. de Theo. Lex facto, § si quis rogatus. Ad l. vlt allega. dic, ꝙ quo ad parentem reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum, sed quo ad commodum liberorum, vel honores non vt in contrarijs.

a. In pleanisque aequioribus ita, & lex libe ros, intelligitur de natura libet legitimi sunt. & ita vꝫ legere. Io. Imol.

deferri, liberi [a] extiterint, Aut talis necessitas [b] emerserit, propter quam nequeat ad ecclesiam absq; periculo[c] propter hoc accessus haberi) audeat baptizare. Qui autem secus præsumpserit, [d] aut suam præsumpserit, [d] aut suam in hoc præsentiam [e] exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, [f] quod alij attentare similia non præsumant. [g]

TITVLVS XVI.

De reliquijs & veneratione Sāctorum.

Clemens V. in Concilio. Vienen.

¶Festum corporis Christi celebrari debet Feria quinta post octauam Pentecostes, & certa indulgentia conceduntur ijs, qui in festo, vel intra octauam officio, vel horis intererunt. Io. And.

b ¶Necessitas.] hic cōparantur nobilitas, & necessitas alibi nobilitas & litteratura de præb. de multa. in fi.

c ¶Periculo.] forte pueri baptizandi existentis in mortis articulo, eo d tit c pen vel deferentium, vel quia est hostilitas, vel locus obsessus.

d ¶Præsumpserit.] baptizando in locis talibus.

e ¶Præsentiam.] ex proposito, sup. ea. Compil. de sta. mona. ne in agro. § porro, in fi & § seq & huic concor. de vi & hone. cle. clerici ne cle. vel mo c. pen. in princ. & de cla nde d. spon c. vlt. circa finem, de vsur. quamquam, lib. 6. ad finem.

f ¶Castigetur.] arbitrarie, de offi. deleg. de causis, cum concordantijs.

g ¶Non præsumant.] ꝫ ea. compil. de offi. ord. c. 1. cum suis ɔcordant. ja. licet aūt puniatur faciens, baptismi collatio tenet, ex quo enim ɔcurrente debita materia, & debita forma cum intentione baptizandi, valet a quocunque 2 collatum, de summa Trin. c 1. sacramentū, & in quocunque loco est, facit de baptis. debitum.

a Vide D. Th. 3. par. q. 67. per tota qō. vbi intelligēs ver. ta huius glossæ.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE Sanctorum.

(Visum est supra de Ecclesijs tam secularibus, quam regularibus, etiam de quibusdam sacramentis ecclesiasticis: nunc videndum est de reliquijs, & veneratione Sanctorum.)

SI Dominum.] ¶ Præsupponendum est, ꝙ Vrbanus Papa Gallicus, qui præfuit Ecclesiæ Romanæ tribus annis, fecit ɔstitutionem, ꝙ feria quinta post festum Pentecostes celebretur festum de corpore Christi, & ad animandū populum Christianum dedit indulgētias illis, qui interessent diuinis officijs Et q a illa ɔstitutio Vrbani non fuit recepta ab oībus, ideo Clemēs Papa V. innouauit illam ɔstitutionem, & illam præcepit ab oībus seruari. Accipiatis diuisionem gl. & prosequamini sicut ipsa tradit.

¶Colligo aliqua notabilia Primo ex principio textus, ꝙ valet argūm a minori ad mai' affirmatiue, vt i auth. multo magis, C. de sacrosā eccl Nota plura miracula, & plures effectus sacramenti altaris. Nota rationem ɔstitutionis festi oium sanctorū. cur in illo die fiat. Not. effectum huius c. ꝙ die Iouis post festum Pentecostes debet celebrari festum Corporis Christi. Et nota indulgētias concessas illis, qui intererunt omnibus diuinis officijs. Not lecturam sui textus, & pulchra in illo existentia. Not. quod Deum iubemur laudare in sanctis eius, idest laudare Dei mirabilia, laudando ea, quæ sancti fecerunt in Dei virtute, de hoc in gl. 2. No. ꝙ quandoque iustum & honestum simul concurrunt, vt in littera ibi, (Dignum profecto, iustum,) &c. quandoque videtur aliter. Zabar.

† Vide Cōc. Tri. sess. 13. de sanctissimo eucharistię sacramento. & sess. 22 de sacrificio Missæ, & D. Thom. opusculo. 57.

CAP. VNICVM.

SI Dominū [h] † in sanctis eius laudare iubemur, [i] dignum profecto [k] iustum & salutare nobis existit, vt sibi in sui[l] quo nos quotidie spiritualiter reficit [m] memoriam corporis laudes festiuæ venerationis & gratias referamus. Hac igitur consideratione inducti, constitutionem a bonæ memoriæ Vrbano [n] Papa

(Prima gl diuidit dicens quid singulæ partes faciāt, & deponit summam.)

h. ¶Si Dūm.] duæ sunt principales partes: in prima, pęmium Clementis, qui expressa monitione seruari præcipit ɔstōnem Vrbani, in secunda prędicta ɔstō ibi (Vrbanus,) quę subdiuiditur in titulū, & prosam ibi, (Trāsiturus.) in qua præmittit de corpore Christi suaue, longum & prolixum exordium, principaliter ostendēs causam institōnis ipsius festi, & ipsius effectū. Secundo. ibi, (Licet igitur.) ponit narratio, in qua præmissa multiplici causa celebrationis festi corporis Christi, diē statuit, qua debeat celebrari. Tertio ibi, (Ideoque) ɔcludit. ponens exhortationem de festo colendo cum certis indulgentijs Et hoc intendit. Festum corporis Christi celebrari debet feria quinta post octauam Pentecostes, & certe indulgentiæ conceduntur ijs, qui in festo, vel infra octauam officio, vel horis intererunt.

i ¶Iubemur.] Psal. vlt. Laudate Dūm in sanctis eius. ADDITIO. Facit eo. tit. c. 1. & eo. tit gloriosus, lib 6.

k ¶Profecto.] pro certe 5. & est sensus laudare iubemur Dominum in sanctis, fortius in seipso, & est argumentum a minori, de quo de elect. cum in cunctis, vel quo dicimus, propter quod vnumquodque ta. e, & illud magis.

‡ Hæc gl. notanda est pp modos argūdi. Ioan. Imola.

l ¶In sui.] corporis memoriam, quod sequitur,

m ¶Reficit.] de ɔsecr. dist. 2 qui manducat. in prin.

n ¶Vrbano.] qui fuit natione Gallicus, & Trecensis, & parum vixit vltra triennium in Papā: & tunc is, qui regnum Siciliæ contra Manfredum contulit Carolo fratri.

fratri regis Franciæ, vt patet in Chronicis.

Quarto prædecessore nostro super hoc editam, de fratrum nostrorum consilio districte præcipimus [b] obseruari, cuius tenor sequitur in hæc verba: Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis: & cætera.

¶ Transiturus de hoc † mundo ad patrem Saluator noster Dominus Iesus Christus, cum tempus suæ passionis instaret, sumpta [b] cœna, in memoriam mortis suæ instituit [c] † summum & magnificum sui corporis & sanguinis sacramentum, corpus in cibum, & sanguinem in poculum [d] tribuendo: Nam quotiens hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus. [e] In institutione quidem huius sacramenti dixit ipse Apostolis: [f] Hoc facite in meam commemorationem vt præcipuum & insigne memoriale sui amoris eximij, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcelsum & venerabile sacramentum: memoriale, inquam mirabile ac stupendum, delectabile, suaue tutissimum, ac super omnia pretiosum. [g] In quo innouata sunt signa, & mirabilia [h] immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis saporis suauitas, [i] ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo vtique vitæ suffragium consequimur, & salutis. [k] Hoc est memoriale dulcissimum, † memoriale sacratissimum, & memoriale salutificum in quo gratam redemptionis nostræ recentemus memoriam, [l] in quo a malo retrahimur & in bono [m] confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsius corporali præsentia Saluatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur: sed non propter hoc realem eorum

a ¶ Præcipimus.] Licet hoc proœmium sit simile illi quod habetur, sup. ca. compil. de sepu. dudum, tamé in hoc differunt, quia illud in Concilio, hoc est extra Concilium. Item hic constitutio Vrbani solum seruari præcipitur: ibi constitutio Bonifacij innouatur. ratio patet, quia illa fuit per constitutionem Benedicti reuocata, illa vero nó fuit reuocata, sed per aliquos non recepta.

b ¶ Sumpta cœna] ratio huius habetur de consecr. dist. 2. liquido.

c ¶ Instituit] Matthæi 26 de consecr. dist. 2 panis est in altari, de celebra. Miss. cum Marthæ.

d ¶ Poculum.] facit hæc littera quod alia sit transubstantiatio corporis, & alia sanguinis, de hoc de consec. dist. 2. cum omne, & cap. comperimus, & c. quia corpus.

e ¶ Annuntiamus.] 1 ad Corinth. 11. circa finem.

f ¶ Apostolis.] Lucæ 22. de consecr dist. 2. in Christo semel. in fi. & vide quod ibi no.

g ¶ Pretiosum.] 95. dist. ecce. de consec. dist. 2 nihil [Gl. seq primo allegat quoddá, & remittit, secundo ponit septem mirabilia in corpore Christi, ad singula inducens saltem vnum casum & figuram.]

h ¶ Mirabilia] quod optauit Ecclesi. 36. c. ibi. Innoua signa, & immuta mirabilia. de his mirabilib dixi de celebr Miss. cum Marthæ §. quæsiuisti Et nunc aliter tractando dicamus cum theologis, quod in hoc sacro notatur mirabilis productio: quia de cœlo nobis productum est, & ad vocem sacerdotis aperiuntur cœli, &c. de consecra. distin. 2. quid est sanguis quod figuratum [illegible] fuit Exod. 16. in prin. Ego pluam vobis panes de cœlo. Item notatur mirabilis multiplicatio, qua quotidie conficitur & sumitur, nec diminuitur. de consecr. dist 2. in Christo semel, & c qui manducat 2 quod figuratum fuit 2. Regū 6. circa finem, vbi dicitur quod Dauid partitus est in vniuersá Israel multitudinem singulis collyridam panis vnam, & assaturam bubulæ carnis vnam, & 4. Regum 4 in fi. de viginti panibus saturati sunt centum viri. Item mirabilis ministratio, quia quo ad effectum, ita per malos 2 vt per bonos ministrantur, 1. q 1. contra catholicam, cum c seq vsque ad §. sed obijcitur, de consec. dist. 2 vtrum quod figuratum est 3 Regum 17. in prin. vbi dicitur quod Helia, qui fugerat ad Torrentem, corui deferebant panem, & carnes mane, & vespere. Item mirabilis confortatio: quia fulcit animæ nostræ substantiam, & quotidie 3 accipiendus est iste panis, vt quotidie prosit, de consec. dist. 2. non iste panis, & qui de eo manducat, in æternum non deficit, ead. distin. Christus panis est & hoc figuratum fuit 3. Regum 19. post prin. vbi Heliæ fugienti per desertum viam vnius diei, & tandem dormienti, Angelus ad caput eius posuit panem subcinericium, dicens: surge & comede, qui cum comedisset, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qui contemnit, vel negligit hunc panem sumere, debilitatur & cadit a virtutibus, de consec. dist 2 si quotiens, & c si quis intrat, quod figuratum est 1. Reg 28. ad fine: ibi: statimque Saul cecidit super terram, & robur non erat in eo, quia panem non comederat illa die. Item mirabilis mundatio: quia nisi digne & a dignis sumatur, propinat mortis iudicium 4 de conse cra. dist. 2 qui scelerate, & cap. timorem, quod tangere voluit Psalm. dicens. Qui manducatis panem doloris, & cum buccella, quam Christus dedit Iudæ, introiuit diabolus in eum, de consecr distin 2. esca. Item mirabilis transubstantiatio, quia etiam prece multi 5 fit transubstantiatio virtute Spiritussancti, non merito sacerdotis, 1. q. 1. cum scriptura, quod figuratum fuit in historia quæ ibi tangitur de Gedeon, Iudicum. 1. circa mediú, cui præcepit Angelus, quod panes, azimos, & carnes tolleret, & illa poneret super petram: & extendit Angelus summitatem virgæ, quam habebat in manu, & ascendit ignis de petra, & consumpsit sacrificium. Item mirabilis transmissio, quia transmittitur etiam ad defunctos, non summe malos, nec summe bonos duodecim., quæstione secunda, non æstimemus, & cap Animæ, quod figuratum fuit Danielis vlt. ad finem, vbi præcepit Angelus Abachuc, quod panes, & pulmentum, quod ferebat messoribus, portaret in Babylonem Danieli posito in lacu Leonum, & cum nesciret Abachuc locum, apprehendit illum Angelus capillo capitis sui, & posuit eum in Babylone super locum, & accepit Daniel prandium, &c. quædam alia miranda ex inferioribus collige. Io Andreæ.

i ¶ Suauitas.] Sapientiæ 16.

k ¶ Salutis] de consec. dist. 2. cum omni, in prin. & cap. species, in fi io And

l ¶ Memoriam.] de conse. dist. 2. semel Christus, & cap. in Christo semel.

m ¶ In bono.] vt de statu mona, cum ad monasterium ver. prior.

¶ Forma

† In antiquiorib. codicibus deest dictio, hoc.

† Vide omnino B Th. par 3 qō. 37. ar. 5. & q. 83. ar. 2. vbi agit de gloriosa, & sanctissima huius venerabilis sacramenti institutione.

1 De figuris huius sacri Beatus Th 3. par. q 73. art 6. & q. 80. art. 10. ad 2. arg.

2 B Th. 3. par. q 82. ar. 7. & 8.

3 Vide omnino B Th. 3. par. q0. 80. ar. 10.

† B. Th. opusculo 57.

4 B. Th 3. par. q 80. ar 4 & 5.

5 B Th. 3. par. q 82. ar. 7. & 8.

præsentiam obtinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoratione Iesu Christi præsens sub alia quidem forma [a] in propria vero substantia est nobiscum: Ascensurus enim in cęlum dixit [b] Apostolis, & eorum sequacibus: [c] Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, benigna ipsos promissione cõfortans, quod remaneret, & esset cum eis etiam præsentia corporali. O digna, & nunquam intermittenda memoria, in qua mortem [d] nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interijsse, ac lignum [e] viuificum ligno Crucis affixũ fructum nobis attulisse salutis. Hęc est commemoratio gloriosa, quæ fideliũ animos replet gaudio salutari, & cum infusione lætitiæ deuolutionis lacrymas subministrat. Exultamus nimirum nostram memorando liberationem, & recolendo passionem Dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrymis continemus. In hac itaque sacratissima commemoratione ad sunt nobis suauitatis gaudiũ simul, & lacrymæ: quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamur [f] deuote gaudentes, lætas habendo lacrymas, & lętitiam lacrymantem: nam & cor ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas.

¶ O diuini amoris immensitas, diuinæ pietatis superabundantia, diuinæ affluentia largitatis † dedit † enim nobis Dominus omnia, quæ subiecit sub pedibus [g] nostris, & super vniuersas terrę creaturas contulit nobis dominij principatuum.

¶ Ex ministris etiam spirituum superiorum † nobilitat, & sublimat hominis dignitatem: Administratorij [h] namque sunt omnes in ministerium propter eos, qui hæreditatem salutis capiunt destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga nos eius munificentia, eolens adhuc ipse in nobis suam exuberantem charitatem præcipua liberalitate mõstrare, semetipsum [i] nobis exhibuit, & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore. [k] Quam larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum. [l] dedit igitur nobis se in pabulum, vt quia per mortem [m] homo corruerat, & per cibum ipse [n] releuaretur ad uitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum, † releuatus est homo per cibum ligni vitalis: In illo pependit esca mortis, in isto pependit vitę alimẽtum. Illius eius meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem: gustus sauciauit, & gustus sanauit, uide quia unde uulnus est ortum, prodijt & medela: [o] & unde mors subiit, exinde uita euenit. [p] De illo si quidem gustu dicitur. [q] Quacunque die comederis, morte morteris. De isto uero legitur: [r] Si quis comederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Hic est cibus, qui plene reficit, uere nutrit, summeq; impinguat, non corpus sed cor, non carnem sed animam, [s] non uentrem [t] sed mentem. Homini ergo, qui spirituali alimonia indigebat, saluator ipse misericors de nobiliori, & potentiori huius mundi alimento pro animę refectione pia dispositione prouidit, decens quoque liberalitas.

Matt. vlt.

† al. superiorum.

Heb. 1.

Gen. 2.

Ioan. 6.

† al. mortiferi.

† al. ita dedit nobis Dñs omnia, quę subiecit omnia sub pedib. nostris, & super, &c.

r. Vide præceteris S. Th. 2. 2. q. 88. arti. 6 ubi plene de hac quæstione. & eum per oia sequit hic glo.

a ¶ Forma.] & quare hoc, no. de consec. di. 2. forte.

b ¶ Dixit.] Matthæi vlt. in fi.

c ¶ Sequacibus.] per fidem de successoribus Apostolorũ not. 12. q. 1. videntes.

d ¶ Mortem nostrã.] æternam.

e ¶ Lignum viuificũ.] s. Christum.

f ¶ Lacrymamur.] simile 2. ad Cor. 6. de excess. prælat. nimis 1. in prin.

g ¶ Sub pedibus nostris.] Psal. 8. Domine Dominus noster. & ad Heb. 2. ubi dicit Apostolus, quod omnia submittendo nil demisit nõ subiectũ, & concord. de maio. & obed. solitæ. circa finem.

h ¶ Administratorij.] sumptum ad Hebr. 1. cap.

i ¶ Semetipsum.] ad Ephę. 5.

K ¶ Cum datore.] concor. de conse. dis. 2. nec Moy. de Sum. Trinit. cap. 1. §. vna in prin.

[Glo. seq. duo notat, & fin triplicitet probatur.

l ¶ Seipsum.] not. pro forma salutationis, qua quis offert seipsum qua breuitatis etiam causa multum vtor. Item not. pro theologis, qui tenẽt, quod idem opus meritoriũ laudabilius est in vouente † vel professo, quam in alio, probãnt, quia vouere opus latriæ est, quæ præcipua virtus est inter morales: opus autem nobilioris virtutis ẽ melius, & magis meritorium, ergo, & de latria, quæ est cultus, & seruitus, quæ soli Deo debetur. de consecrat. distinct. 5. venerabile. Secundo, quia uouens non solum quo ad actum, sed etiam quo ad potestatem subijcit se Deo, vt de cętero aliud agere nõ possit: ergo plus dat secundum Anselmum lib. de similitu dinibus: cum dat fructum & arborem, quam qui dat solum fructum. Tertio, quia propter votum immobiliter voluntas firmatur in bonum: ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt patet per Philosophum 2. Ethycorum. Et Augustinus: Felix necessitas, quæ ad meliora compellit. ergo magis meritorium. Ioannes Andr.

m ¶ Mortem.] clarius ad propositum dixisset, quia per cibum in mortem homo, &c.

n ¶ Ipse.] homo.

o ¶ Medela.] & sic de cibo dicere possumus, cibus damnauit, qui saluauit, vt de muliere dicitur, & not. de sacra vnct. c. vnico. ver. Per frontis. sed non est idem specie, vt hic patet. Io. And.

p ¶ Euenit.] concordan. præfatio Crucis, vt dixi supra eadem compil. de sum Trinit. cap. primo. super ver. cruci.

q ¶ Dicitur Gen. 2. circa medium.

r ¶ Legitur.] Io. 6. circa finem. de pœn. di. 2. charitas est a qua. Io. And.

s ¶ Animam.] de offi. ordina. inter cętera.

t ¶ Non ventrem.] de consecratione distinct. secun. vt quid paras.

a ¶ Factum

litas extitit, & † conueniens operatio pietatis, vt verbũ Dei æternum quæ rationabilis creaturæ cibus est, & refectio, factum [a] caro, se rationabili creaturæ carni, & corpori, homini videlicet in edulium largiretur: panem.n. Angelorũ manducauit [b] homo, & ideo Saluator ait, [c] Caro mea vere est cibus. Hic panis sumitur, sed vere nõ consumitur: manducatur, sed nõ transmutatur: quia in edentẽ minime transformatur: sed si digne recipitur, sibi recipiens conformatur. [d] O excellentissimum Sacramentum. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudib. dignis præconijs exaltandum, cunctis honorandum studijs, deuotis prosequendum obsequijs, & synceris mentibus retinendum. O memoriale nobilissimum intimis cõmendandũ præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reseruãdum in cordis vtero, & meditatione, ac celebratione sedula recensendum. Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriã, vt illius, cuius ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores existamus: quia cuius domũ, vel munus frequentius aspicitur, huius memoria strictius retinetur.

¶ Licet [e] igitur hoc memoriale sacrũ in quotidianis Missarum solẽnijs frequẽtetur: [f] cõueniens † tamẽ arbitramur, & dignum, vt de ipso semel saltem in anno ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam, & insaniam, [g] memoria solemnior, & celebrior habeatur. In hac namque Cœne Domini, quo die ipse Christus hoc instituit Sacramentum, vniuersalis Ecclesia, pro pęnitentium reconciliatione sacri cõfectione [h] chrismatis, adimpletione mãdati circa locationem [i] pedum, & alijs plurimum occupata, plene vacare non potest celebrationi huius maximi Sacramenti. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum veneramur, ipsa obseruat Ecclesia, vt quãuis in letanijs & Missis, ac alijs etiam ipsorum memoriam sępius renouemus: nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solemnitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur: statuit ipsa mater Ecclesia certam [k] diem, in qua generaliter omnium [l] Sanctorum commemoratio fieret; vt in hac ipsorum celebratione communi, quicquid in proprijs ipsorum festiuitatibus omissum extiteret, † solueretur.

¶ Potissime igitur exequendum est erga hoc viuificum Sacramentum Corporis, & Sanguinis Iesu Christi, qui est Sanctorum omnium gloria, & corona, [m] vt festiuitate ac celebritate præfulgeat speciali, quatenus in eo, quod in alijs Missarum Officijs circa solemnitatem est forsitan prætermissum, deuota diligentia suppleatur, & fideles, festiuitate ipsa instante, intra se pręterea memorantes, id quod in ipsis Missarum solemnijs secularibus forsan agendis implicitis, aut alias ex negligẽtia, vel fragilitate humana minus plene gesserunt: tunc attente in humilitate spiritus, & animi puritate restaurẽt. Intelleximus autem olim dum in minori essemus officio constituti, quod fuerit quibusdam catholicis diuinitus reuelatum, [n] festum huiusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum. Nos itaq; ad corroborationem, & exaltationem catholicę fidei, digne ac rationabiliter duximus statuendũ, vt de tanto sacramento pręter quotidianã memo-

† al. ita, & sic in cõueniens, &c.

Psal. 77.

Io. 9.

† Vide Cõci. Tri. sess. 13. de Sanctissimo Eucharistiæ Sacro. c. 5. & cano. 6.

a ¶ Factum caro.] Io. 1. de bi ga. debitum.

b ¶ Manducauit homo.] Psalmo 77. Attendite popule me.

c ¶ Ait] Io. 6. de conse. distinct. 2. dupliciter.

d ¶ Conformatur.] vide quod no. de consecratione distinctio. 2. non iste. & quod no. & dixi de Iud. c. si Iudæos.

e ¶ Licet igitur.] secũda pars.

f ¶ Frequentetur.] quod ex multis causis sapientia Dei vtile fore præuidit, quod dic, vt de conse. dist. 2. iteratur.

g ¶ Insaniam.] de quibusdam illorum erroribus, de consecra. dist. 2. cum omne. Io. And.

h ¶ Confectione.] quæ fieri debet singulis annis, & vetus cremari. de consecra. distin. 3. in litteris Et potest fieri tempore interdicti. de senten. excommu. quoniam lib 6.

i ¶ Locationẽ pedũ] Io. XIII.

K ¶ Certam diem.] scilicet calendæ Nouembris sic dictæ quia nouus mensis inchoando a Martio, vt inchoabãt antiqui, qui solum decem menses habuerunt, vsque ad tempus Iulij Cæsaris, & Numæ Pompilij, & tunc distincto, correcto anno secundum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menses in principio anni. scilicet Ianuarius, & Februarius. & propter horas sex, quæ supererant, oportuit singulis quatuor annis addi diem bissextilẽ, quod dic, vt de verbor. significa. quæsiuit. & tunc tempore Iulius vocabatur Quintilius, & Augustus Sextilis: qui postea a Iulio & Augusto denominati fuere, vel propter ipsorum ortum, vel propter rem prospere gestam.

l ¶ Omnium sanctorum.] quo Italici anseres deuorant, quod Romani facere non deberent, vt enim dicit Ambrosius in Hexameron V. Merito debes anseribus Roma, quod regnas, dij tui dormiebant, & anseres vigilabãt, illis potius debes sacrificare quam Ioui, cedant enim dij vestri anseribus, a quibus se sentiunt esse defensos, ne & ipsi a hoste caperentur. Et Isidorus xij. Etymolog. Gallorum ascensus in Capitolio anseris clangore deprehensus est, nullum enim animal ita odorem hominis sentit, vt anser. Ioann. Andr.

m ¶ Corona.] ad Philip 4.

n ¶ Reuelatum.] hoc nõ creditur simpliciter.

Io. 12.

¶ al. extitit.

Phil. 4.

ter asserenti, de hæc cum ex iniuncto: Mihi autem re ueiatur, quod hoc festum adiungetur ad alia festa: de quibus in decreta vlt. de senten. excom. lib. 9. & tunc eadem constitutione notabilia ipsius constitutionis dubia supplico declarari.

prouerbium respondet. & obiectionem soluit. Ad quintum respondet, & incidēter quærit, an peccatorum oratio exaudiatur, arguit pro, & contra, & soluit Ad sextū respondet, & responsum determinat. De septimo remittit ad plura: sed quatuor prosequitur, incidenter quærens, an oratio debeat esse vocalis, alleg. p. & contra, & soluit. Circa octauum tria prosequitur. Circa nonum, & vltimum ponit duplicem effectum: secundum probans, iuribus, quinque auctoritatibus, & tribus exemplis, de pluribus remittens.]

memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, solēnior, & specialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc designantes, & describentes diem, videlicet feriam [a] quintam proximam [b] post octauam [c] Pentecostes: [d] vt in ipsa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant, & tam clerici, quam populi gaudentes in cātica [e] laudum surgant: tunc enim omnium corda, & vota ora, & labia, hymnos [f] persoluant lætitiæ salutaris: tunc psallat fides, spes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat, [g] iubilet [h] chorus, puritas iocundetur: tunc singuli alacri animo pronaque voluntate conueniant, sua studia laudabiliter exequendo, tāti festi solemnia celebrantes: & vtinam ad Christi seruitium sic eius fideles ardor inflamet, vt per hæc & alia proficientibus ipsis meritorum cumulus apud eum, qui se sededit pro eis in pretium, [i] tribuit se ipsis in pabulum, tandem post huius vitę decursum eis se in præmium [k] largiatur.

¶ Ideoque vniuersitatem vestram monemus & hortamur in Domino, & per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus in remissionē peccaminū iniungentes, quatenus tam excellum, & tam gloriosum festum, prædicta quinta feria singulis annis deuote ac solemniter celebretis, & faciatis studiose per vniuersas Ecclesias ciuitatum vestrarum, & diœcesum celebrari: subditos vestros in Dominica, dictam quintam feriam proxime præcedente, salutaribus monitis solicite per vos, & per alios exhortantes, vt per veram, & puram confessionem, eleemosynarum largitionem, [l] attentas, [m] & sedulas orationes, [n] & alia deuotionis, & pietatis opera, taliter se studeant præparare, quod huius pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum susci-

Feria qd significat & vnde dicitur.

a ¶Feriam quintā.] s. diem Iouis: & licet propria feria sumatur pro festo: tamen omnem diem vocamus feriā, vel a faudo: q. qualibet die fabatur Deus, Gen. 1. vel quia singulis diebus fari possumus in diuinis, vel humanis simile de verb. signo. forus.

a ¶ Furiosus.] Iste siue continuo furore laboret, siue per interualla: quamdiu furit, pati potest iniuriam, sed nō facere ff. de iniur. illud. canonizatæ 15. q. 1. illud, & quod per eum fit, hr̄ perinde, ac si casu aliquo accidisset sine facto personæ. ff. de admini. tuto. l. vlt. in fi. vnde si damnum dat, non tenetur Aquil. sed est perinde, ac si quadrupes fecisset, vel tegula cecidisset. ff. ad leg. Aql. sed & si quæcunque § 2. Et idem ibi dr̄, de infante, & alibi dr̄, quod infans vel furiosus perdidit vel corrupit, impunitum est. ff. de rei vendi. quod infans. & rōnem reddit lex, quæ de homicidio loquitur. ff. ad leg. Corn. de sica. l. infans vbi dr̄; infans vel furiosus si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia consilij, alterum fati infelicitas excuset, satis ergo suo furore punitur. ff. ad leg. Pomp. de parric. l. penul. in fi. ff. de offi. præsi. diuus. 1. respon. & afflictio non est addenda afflicto. 7. q. 1. cum percussio de cler. ægro. c. penul. C. de episc. audien. tam dementis. in fi. Sicut ergo furiosus non testatur. C. qui testa. fac. poss. furiosum. de succes. ab intest. c. fi. nec religionem profitetur. 17. q. 1. Gonsaldus. de regula sicut tenor. nec matrimonium cōtrahit de spon. dilectus. nec baptizat, de hoc 1. q. 1. § ecce. qñ. nec baptismum recipit nisi in casu. de bapt. maiores. ita nec occidendo irregularitatem cōtrahit, vt hic, & facit 5. q. 6. iudicas & quis probet, ibi no & in præd. decr. cum dilectus in glo. hoc ideo & quomodo probetur, ibi scripsi. & facit quod not. 46. dist. c. 1.

Furiosus testari nō pōt, nec religionē profiteri, &c.

Puer non doli capax aliquem occidēs, an sit irregularis.

[Glos. seq. rationem reddit, quam fortificat, secundo ponit op. Host. hic reprobatam.]

b ¶ Infans.] minor septennio. C. de iure delib. l. si infanti. de despon. impu. c. vnico. in princip. lib. 6. & est ratio (de qua supra dixi) quia ætas illas ignorat, quod videt. C. de fal. mo. l. 1. inde est, quod ex talium sponsalib. nō contrahitur publica honestas. de despon. impu. litteras. & ca. accessit. Sed Host. in decret. illa de delictis puerorum, dicebat, quod puer non doli capax, si proijciendo lapidem vel cultellum occidit aliquē, irregularis est, licet non habuerit animū occidendi: quia in lege promotionis non voluntas, sed factū attenditur. dicebat tñ tale

homicidium dispensatione dignū, cum censeatur quasi casuale non habita distinctione, ex quo non discernit, an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiā. hoc hic reprobatur.

Dormiendo aliqua agi pōt.

c ¶ Dormiens.] de isto habetur de baptis. maiores. § verum ff. de acq. pos. l. 1. § furiosus, sicut aliqui dormiendo loquuntur, ita sunt qui agunt et dormiēdo.

¶ Clemens V. in Concil. Viennensi.

¶ Officiales communitatum facientes, dictantes, vel scribentes statuta super vsuris soluendis, non repetendis, vel non restituendis, vel iudicantes secundum illa, vel non delentes illa (si possunt) intra tres menses de libris communitatum, vel illa seruantes, excōmunicati sunt. Io. Andr.

[Glo. seq. æquiparationem probat per alia nouem iura.

d ¶ Mulier.] not. quo ad irregularitatē mutilationē homicidio cōparari. ad idem 51. dist. aliquantos. & c. si quis post. & ca. q. in aliquo. 54. dist. si Euangelica. ne cler. vel mon. clericis & cap. sententiam. de rapt. in archiepiscopatu. de cle. pug. in due. cap. 1. in fi. eo. tit. is qui lib. 6.

e ¶ Nullam.] hoc tollit dictum illorum, qui dicebant tales quo ad ordines suscipiendos irregulares esse, sed non quo ad susceptos; quod videbatur placere Gratiano 15. q. 1. in fi. Item illorum, qui distinguebant dispensabilem ab indispensabili, vt dixi in gl. minor. in fine.

[Gl. seq. dicit quid determinat, secunda pars, & tres opin. ponit.]

f ¶ Et idem.] determinat no. 50 dist. de his sup. eo. tit. c. 2. & c. sicut dignum in fi. magne gl. per quæ patet, quod triplex in hoc erat opinio. Prima Hug. quod talis erat irregularis. Secunda, Io. & Gof. quod quo ad suscipiendos irregularis esset, sed dispensabilis, sed in susceptis licite ministraret. Tertia hic approbata fuit Bart. Brixien. in prædicto ca. de his & in quæstione quæ incipit. Aliquis repellendo violentiam, quam tenebat Hostien. in prædi. decre. 2 & in decre. sicut dicens, quod Clemens quartus & curia sic tenebat.

g ¶ Mortem.] propriam, vt sequitur.

[Gl. seq. exemplificat, & dubium soluit.]

h ¶ Non valens.] in angulatus erat, vel sic arctatus, quod fugere non poterat: nec se iuuare clamore, vel aliter. Si de hoc dubitatur, in foro contentioso, non crederetur sibi, sed per circunstantias apparētes oporteret hoc iudicari. in foro pœnitentiali crederetur hoc asserenti. eo. tit. significasti 2. de spon. tua.

1 Vide Alexan. cons. 109. lib. 1. incip. Visis, & vt oportet cōsideratis, & Aretin. 31. & c.

[Gl. seq. not. a contrario. & id approbat, & obiectioni respondet]

i ¶ Suum.] hæc littera innuit, secus in illo, qui occiderit volentem occidere patrem, filium, coniugem, vel personam coniunctam, quam aliter iuuare nō poterat, quod verum puto, quasi casus ille non includantur sub necessitate ineuitabili, sed euitabili. Et hoc dico, dato quod verum sit, quod no. Inno. de sent. excom. si vero, vbi tenet, quod eo casu percutiens clericum non est excommunicatus, vt ibi scripsi, irregularitas enim ista contrahitur sine culpa etiam ex merito, vt in iudice iuste occidente. 51. dist. cap. 1. & dixi de spon. inter opera. sed illa excommunicatio non: imo oportet, quod præcedat diabolica suasio circa clericum percutiendum. 17. q. 4. si quis suadente.

k ¶ Occidit.] etiam vibrando, nec restringas ad exemplum, quod ponit gl. pen. Ber. in decre. sicut.

DE VSVRIS.

Cōtinuatio.

[Visum est supra de quibusdam delictis, verum quia crimen vsurarum est graue: ideo videndum est de vsuris.]

Ex graui.] Tres sunt partes principales In prima parte pręmittit abusum circa vsurarum solutione, & repetitionē, & cōstitutionē, per quā excōicat ipso facto fauentes vsurarijs in sex casibus hic positis. In secunda parte ... ratione statuit librum seu codicem rationum vsurarii debere exhiberi ibi, [Cęterū.] In tertia parte declarat hęreticum esse asserere pertinaciter exercere vsuras nō esse peccatum: & contra suspectos de hoc vel diffamatos de hoc velut de hęresi posse procedere. tertia ibi, [Sane.] Imola ¶ In concilio generali in ciuitate Viennēsi celebrato, plures iudices ciuitatum in fraudem cōcilij Lateranensis, de quo in c. quia frustra eodem ti. in antiq. faciebāt statuta de vsuris non repetēdis & non soluendis: & per sua statuta cogebant debitores ad illas vsuras soluendas indirecte, sic videlicet cum bene scitēt quod vsuras non possent habere a suis debitoribus ipsi mutuabant pecunias, & conueniebāt simul dicentes: Ego mutuabo tibi cētum vsque ad decem annos, & tu in termino solues mihi illa centum: Et iterum dabis mihi nomine mutui totidem hoc est, iterum te obligabis in centum, & istud erat magis graue debitoribus, quam si soluerent vsuras. Concilium ordinauit quod talia statuentes, & etiam dictantes statuta illa, & etiam successores eorū vtentes illis statutis sunt excommunicati. Sed qd si solui vsuras, & illas volo repetere, ad probandum solutionem vsurarum peto mihi edi librum rationū, vtrū teneatur creditor mihi edere, i. monstrare, & ostendere librum rationum? Vr quod non, quia est instrumētum priuatum, & instrumenta priuata non debent edi: Dicit quod imo debet edi, & hoc est speciale in odium vsurarum. Colligo aliqua notabilia. Primo quod facrētes statuta impedientia repetitionem vsurarum, vel cōpellentia debitores ad solutionem vsurarum, ipso facto sunt excōicati. Idem de scribentibus, vel dictantib. illa statuta. No ꝙ licet regulariter reus non teneatur edere instrumenta ad fundandum intentionem actoris, l. qui accusare, C. de eden. fallit in vsurarijs, & hoc in odium vsurarum, vt ipse teneatur edere, i. monstrare instrumētum ad fundādam intentionem actoris. No. ꝙ asserēs, i. affirmans exercere vsuram non esse peccatum, potest vt hęreticus puniri si pertinaciter asserat, & peccat contra articulum. In vnam Sanctam Ecclesiam Catholicā. No. quod in offensam Dei est quidquid statuitur in fauorem vsurarum, & dicit Stephanus, quod in offensā, quia per hoc ... animas furantur, 14. q. 5. poenale. Not. contra statuta iniqua, & facit Isa. 10. Vę vobis qui conditis leges iniquas. Zab.

† Pro materiae intellectu vide B. Tho. 2. 2. q. 78. per totam q.

† al. sed & ad soluendum easdem &c.

† al. aut.

CAP. VNI.

Ex † graui [a] ad nos insinuatione peruenit, quod quorundam communitates locorum in offensam Dei & proximi [b] ac contra iura [c] diuina pariter & humana [d] vsurariam approbantes quodammodo prauitatem, per statuta sua iuramento [e] quandoque firmata, vsuras exigi & solui nedum cōcedunt, † sed ad soluendas eas debitores scienter compellunt, ac † iuxta ipsorum continentiam statutorum grauia imponendo plerunq; vsuras repetentibus onera [f], alijsq; vtendo super his diuersis coloribus, & fraudibus exquisitis [g] repetitionem impediunt earundem.

¶ Nos igitur perniciosis his ausibus obuiare volentes, sacro approbante concilio statuimus: vt quicunque communitatum ipsarum Potestates, capitanei, rectores, consules, iudices, consiliarij, aut alii quiuis officiales statuta huiusmodi de cętero [h] facere, [i] scribere, vel dictare, [k] aut quod soluantur vsurę, vel quod solutę cum repetuntur non restituantur plene ac libere scienter iudicare [l] pręsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant: [m] Eandem etiam sententiam incursuri, nisi statuta huiusmodi hactenus edita de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem [n] ha-

[Prima gl. simul summat, & diuidit.]

a ¶ Ex graui.] Casus. Officiales cōitatū facientes, dictantes, vel scribentes statuta super vsuris soluēdis, non repetendis, vel non restituendis, vel iudicantes secundū illa, vel non tollentes illa, si possunt infra tres menses de libris cōitatū: vel illa seruantes, excōicati sunt hoc primo. Fœneratores in causis vsurarū edere cogūtur libros rōnū suarū, hoc secūdo. Pertinaciter asserens exercere vsuras non esse peccatū, hęreticus est. hoc tertio. pates patent

[Gl. sequens in quęstione remittit.]

b ¶ Proximi.] cui restitutio debetur. An vero valeant talia statuta, quę tollunt rerum dominia, vel actiones puenientes de iure gētiu vel ciuili. satis scripsi post Inn. & Host. & Cōpost. de cōstit. q̄ in ecclesiarū. & facit quod not. ff. de const. prin. l. 1.

c ¶ Iura diuina.] Leuitici 25. Deuter. 23. Lucę. 9.

d ¶ Humana.] idest ab hominetraditis, & de iure canonico loquitur, saluo, ꝙ not. 14. q. 4. quid dicam & eod. tit. c. 3 & C. e. tit. Authen. ad hęc & in Auth. de eccles. ti. in prin. coll. 9.

Glo.] seq. ponit dictam & eius rationē & obiectionem soluit.

e ¶ Iuramento.] qd nō obligat: de reg. iur. non est lib. 6. cum principale nō teneat de fo. cōp. si diligenti. Non. obstat de iureiu. debitores. quia licet valeat iuramentum debitoris super vsura soluenda, cum seruari possit sine periculo animę, nec sit in alterius pręiudicium: iuramentum tamen super seruando iniquo statuto, de quo hic loquitur, respicit alterius pręiudicium, vt supra: nec seruari potest sine periculo salutis ęternę, sicut nec statutum.

1 Vide B. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7.

f ¶ Onera.] Fertur ꝙ Pergami est statutum, ꝙ repetentes vsuras in foro ecclesiastico, per potestatem cogantur vsurario mutuare tantā pecuniam a tanto tpe, q̄to tenuerunt pecuniā vsurarij, deducunt ergo naturalē obligationē in ciuilem, qd non licet. 2 vt scripsi eo. tit. consuluit (ibi scribit Io. Goth. 14. q. 3. c. 1.)

2 Vide Dec. cons. 118. col. 3.

g ¶ Exquisitis) simile de hęret. statutum. 1 lib. 6.

h ¶ De cętero.] quo ad pœnam excōicationis, quam hic ponit infra, respicit futura. iatro tamen constitutionis est antiqua. eo. tit. cum tu. Io. And.

[Glo. seq. quęrit, arguit pro, soluit contrarium.

i ¶ Facere.] quid si hat statutum, ꝙ nullus pro vsura recipiat vltra 3 duos denarios pro libra in mense? videtur, ꝙ locum habeat pœna, quasi de pluri negando videatur de tanto concedere. de pręsump. nom. ... cum concor. contrarium puto eo. ti. quanto, de treug. & pace cap. 1.

3 Idē de dictione, pter, tenet apostilla ad Abbatē in c. litteris de pign. & Dec. cōl. 57. colum. 2. in 8. vol.

K ¶ Dictare.] coneor ne cler. vel mon. sententiam.

l ¶ Iudicare.] de scribentibus iudicata non exprimit, sicut in decret. nouerit. de sent. excom.

m ¶ Incurrant.] incontinenti sine tpis interuallo. & vide ꝙ scripsi in decre. nouerit super verbo, statuarij,

n ¶ Potestatem.] sic ergo intelligatur de sent. excom-

nouerit.& ibi no.per Inn & Host.& eo.ti grauem.& in t.illigo de pot. state iuris & facti.

a ¶ Tres menses.] in decr.nouerit dātur duo tantum, sed casus sunt diuersi: & ibi statutum erat contra libertatem Ecclesiæ, hic alias iniquum.

i ¶ Ipsos.] vsurarios & idē puto de ipsorum hæredib. suis vel extraneis de vsur tua nos, & c.Michael ff de eden.si quis ex argentarijs.§.1.& l.quædam.§.nihil.

[Gl.sequens quærit,arguit,& soluit: contrario respondet,& solutionem modificat.]

buerint) intra tres [a] menses deleuerint, aut si ipsa statuta siue consuetudines effectum eorum [b] habentes quoquomodo præsumpserint obseruare. [c]

¶ Fœneratores in causis vsurarum edere cogantur libros rationum suarum. Io. An.

¶ Cæterum quia fœneratores sic vt plurimum contractus vsurarios occulte ineunt & dolose, [d] quod vix conuinci possunt de vsuraria prauitate, ad exhibendum cum de vsuris agetur [e] suarum codices [f] rationum, [g] censura [h] ipsos, [i] decernimus ecclesiastica compellendos. [k]

¶ Pertinaciter asserens exercere vsuras non esse peccatum, hæreticus est. Ioan. And.

¶ Sane si quis [l] in illum errorem inciderit, vt pertinaciter [m] affirmare [n] præsumat, exercere vsuras non esse [o] peccatum: Decernimus eum velut hæreticum [p] puniendum: locorum nihilominus ordi-

b ¶ Eorum.] scilicet statutorum. Et hoc dicit, quia quandoque non statuunt talia, sed assuescunt, i. in cōsuetudine inducunt.

c ¶ Obseruare.] vt scripsi secūdum Inn. in decr.nouerint ob. seruantes,nisi sint de ēsumis expssis,excommunicati non sunt.

d ¶ Dolose.] satis scripsi de empt.& vend. ad nostram.

e ¶ Agetur.] quo casu proceditur simpliciter & de plano sup. eadem comp. de iudi. dispendiosam.

Codex quid significat

f ¶ Codices.] licet hoc sit spāle nomen cuiusdam libri ciuilis sciētiæ: tamē ampliatur ad omnes libros de sum.trin.damnamus.ver.non enim. ff. de eden. argentarius §. 1.

[Glo.seq.de rationū editione remittit, distinguens triplicem formam petendi, ostendit quid addit decr.hic: in fine dubium soluit.]

g ¶ Rationum.] vide quod no.& dixi de prob ca.1.& per Azonem in sum de eden §.nunc. de editione rōnum. Quicquid scribatur de rōnibus edendis, veritas videtur, quod rationis editio per spāles actiones petitur a tutore,curatore,socio,procuratore, & gestore,s. p actiones tutelæ,pro socio, mandati,& his similes, sed per edictum de edendo, iuste petitur ab illo,qui fecit illam ex publico officio, sed si non petitur rōne publici officij, tunc videtur idem in illis quod in instrumentis. Si igitur vt priuatus quis confiscat scripturam in libro de datis & acceptis,non cogitur ad illas rōnes edendas sine causæ cognitione, & in cāç cognitione vertitur, qd illis vtatur, vel quod petens sit priuilegiatus, vt fiscus. ff. de eden.l.3.& sic potest recte intelligi l.1.C.de edē.hoc ergo nouum facit hæc constitutio, quod addit aliū casum priuilegiatum,in quo et talium rōnum fit editio,q ante constitutionem istam non fiebat, vt fuit olim determinatum per dnm Iacobum de Mysio fratrem Archidiaconi, qui querebat de manifesto vsurario, qui rēpo satisdederat,quod vide in Mercu. hoc tit. sub litera E. Item scias quod illis rationibus statetur 4. contra eos, pro eis non,C.de prob.l.instrumenta & l.rōnes. & l.exemplo.& not ff.de eden l quædam.§.nummularios. in gl. sed an idem hodie & facit quod not. de fid.inst.in cap. 3. in fin. i glo. & 14.quæst. 2.sane profertur.in glo. sed quod.

[Glo seq not ex pœna expressa, & remittit, secundo, quæstionem soluit.

h ¶ Censura.] quid contineat, habetur de verb signi. querenti.Non vult ergo hæc cōstitutio, ipso inuito donum ipsius ingredi, vel arcam ipsius frāgi, & vide, qd no in Spec.de instr edi.§.videndum restat ver. pone in statu.venta.Et quia hanc censuram licet non directe, tamen indirecte contra Iudæos exercet Ecclesia eo tit. post miserabilem,&c.quanto satis videretur,quod ēt in Iudæis haberet hoc locum, si per seculares principes tales libros edere non cogantur, per iura prædicta, & facit, quod dicam infra parte proxima,

Ed itio rōnis p quas actiones petitur.

4 Vide Abbatem in c. 1. de fi instru.

k ¶ Compellendos.] qd si dicat vsurarius vel hæres, se non habere rōnes,vel se illas perdidisse? Videretur credendum ipsius sacramento.ff de eden. l ptor §.sed si secus. C.de fi.d.instr l.vlt.qd me cau c.vlt. & facit quod no. de priu. cū olim 1. dic.contra.facit de pur.can.c.1.In eo ergo,quod dicit se nō habere vel pdidisse, non credetur nisi aliter pbet hēt ergo pbare amissionē cū casu,pone incendio,vel ruina.ff.de edē.l.siqs ex argentarijs.in fi.l. vlt de fid.instr Et qd no.in decr cum olim nō obstat,quia ibi necesse est plene pbari tenorem: nō fit ergo magnum præiudicium, si super amissione statur iuramento facit de proc.ex insinuatione. Sed cognosco v. surarium,non qui scribit rōnes in libro,sed in schedulis,quas statim dilaceat solutis credito & vsuris, si tali succederet hæres non vsurarius, sed aliās fide dignus, statim videretur stari iuramento, si huic rei fama consentit de testi.præterea de prob.cū causam.de plumpt. illud & hoc casu, vel qn alias non possent haberi, posset recurri ad suffragium decr.ad nostram 2. de iureiu.

l ¶ Si quis.] vsurarius vel non. Et sic no.quod iura non solum puniunt vsurarios,de quorum pœna eo.titu. quia in omnibus & cap præterea, & c quamquam. lib 6.sed etiam puniunt fauentes,qui ad hoc opus alienigenis domos concedunt, vel tales in terris suis habitare permittunt eo ti. vsurarum. lib. 6 Item fauentes per modum, de quo s.1 responso. grauius autem puniuntur fauentes per modum hic expressum. Et sic patet plus puniri auctorizantem. quam facientem. de hoc de of. de elec.c. 15.

m ¶ Pertinaciter.] habetur hoc verbum s. ead.cōp.de summa Trin.c.vnico.§ porro.& ibi exposui

n ¶ Affirmare.] vide quod no.de sum.Trin.ca 1.li.6. in vlt glo.

[Glossa sequēs ponit duo dicta,q reprobat & remmittit.

o ¶ Non est peccatū.] ex his aliqui dicunt vsurarium non obligatum restōni,a'ij fatentur eum restōni obligatum,sed sicut mutuum, commodatum, vel depositum recipiens facta restone, ad quam obligatus est, nō pœnitet,ita vsurarius facta restōne vsuræ,pœnitere non tenetur,sed hoc est falsum:quia obligatus restōni ex delicto,furto, vsura, rapina, vel simili modo, etiam post restitutionem habet pœnitere.de homic. sicut dignum §. eos.de fur.ca vlt.de rapto cap.2.de iniur si quis domum. cum similibus. & vide quod not. Host. in summa de pœn. in vlt col. ver. sed nunquid sufficit. & sequentibus.

[Gl.sequens rōnem ponit:& soluit qstionē de Iudæis.]

p ¶ Hæreticum.] non solum est hæreticus male sentiens de articulis fidei vel sacramentis ecclesiæ, de hæ. ad abolendam in prin. sed et qui peruersum habet dogma vel falsas,vel nouas opiniones gignit, aut sequitur.24. q.3.inter schisma & hæresim, & ca.hæreticus. istud aim eū doctrinam Ecclesiæ.eo.tit.c.3.& c.cū in, in fin an

¶ Et vide ibi Phil. p. pū Deciū.

Vsurarius et facta restōne pœnitere tenetur.

Hæretic' qs ē, & vide Turre cremat. summa de Ecclesia. li. 4 p. 2. c. 12. & 13.

dæi vero, qui dñt hoc, inducentes auctoritatē Deut. 32. Non fœnerabetis fratri tuo: pro quibus facere vr 14. q. 4. ab illo, non includuntur hac constõne. q; nō cadit in illos, pp tie hæresis, q̃ diuinitate notat, quia ipsi nunq̃ in veritate fuerunt. Itē certum est, q peccant in articulo fidei, qui sapiunt humanitatē Christi, de quib. dr̃ de sum. trin. firmiter, & hoc sēit Ecclesia, & illos iusti net, & nihil ad nos, & c 1. q 1. multi. de di uor. gaudemus. possent, tñ supee his g Ecclesiā cōpesci, sīta lia dogmatizarēt inter Christianos, vt scripsi post Innoc. & Host. de voto, q sup his. ver. defensione. & cur & in alijs casibus coercentur, qui no. de Iudæ. Iudæi sine. Adtōnes vero ipsorū iñ de vt scripsi eo. tit. cō questus. & no. Host. in sum. eo ti. §. 1 aliquo.

a ¶ Non omittant.] g modū, de quo sup. ea. compil. de hæret. c. 1.

[Margin: ¶ Iudæi qñq; pñt ab Eccl̃a coerceri, & in qb. casib. per Ecclesiā puniātur, vide in extrauagan ti Gregorij xiiij. incip. Antiqua Iudæorum improbitas edita anno dñi 1581.]

narijs & hæreticæ prauitatis inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant. [a]

TITVLVS VI.

De excessibus prælatorum.

¶ Clemēs V. in Cōc. Vien.

¶ Prouiderat Gregorius contra xxvij. grauamina, quæ prælati religiosis inferebant. eod. tit. num. 1. & 2. hoc vero concilium prouidet contra triginta, a quibus prælatos cessare præcipit, & per suos subditos cessari facere, iubens ipsorum priuilegia & iura seruari. h. d. Io. And.

CAP. VNICVM.

Frequens [b] & assidua nos quorundam religiosorum, querela circumstrepit, [c] quod plerique episcopi, & eorum superiores, [d] ac cęteri ecclesiarum prælati, ipsorum religiosorum quietem iniuste in subsequentibus multipliciter inquietant. [e] Quidam enim exemptos capiunt, [f] & incarcerant, in casibus non concessis a iure. [g] Quidam [h] per grauium interminationem [i] pœnarum impediunt, ne debentes exemptis decimas seu redditus illos soluant eisdem: Neve, [k] aliqui Missas eorum audiant: [l] Molentes [m] in molendinis, & coquentes in furnis eorum: Seruientes quoque & vasallos, & domesticos [n] eorundem, vel alios qualitercunque contrahentes & participantes cum ipsis suspendunt, interdicunt, & excommunicant absque causa rationabili [o] pro libito voluntatis: [p] Bona illorum interdum nihilominus illicite occupantes: Et appellationibus, [q] quas prædicti exempti ob prædicta, vel alia gra-

DE EXCESSIB. prælatorum.

[Visum est s̄. de vsuris. & de diuersis criminib. & eorū pęnis, verū quia qñq; plati excedūt fines, siue limites suę ptātis: ideo ad nos informādum ponit rubricam, de excessib. prælatorum.

Frequēs.] Diuidit in tres partes: qa primo pcliū narrat 30. grauamina, q̃ inferebant religiosis. Scdo pmissa rōne ǭ illa prouidet Et sic pcipit ab illis platos cessare, & facere suos subditos cessare; iubens ipsorum religiosorum priuilegia & iura seruari, ibi; [Verum.] Tertio ptra 30 grauamina prouidet, ibi: Et qm.] Prima pars posset subdiuidi in tot partes, quot sunt grauamina. Io. ol.

¶ In pcilio Viennensi fuit expositū; q diœcesani non cōtenti suis finib. & metis, sed in odiū exemptorum, qui subsunt dño Papæ immediate, vel alij, cui Papa dedit in ipsos conseruatione, committebant 27 vel 30. excessus in ipsos exemptos, qui excessus sunt clari in textu ; Concilū ordinauit, quod diœcesani cessent ab hmōi excessib & q dimittant ipsos exemptos in quiete, hoc dicit. H. R.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, quod ordinarius nō hēt iurisdōnem in exemptos, nisi in casib. a iure pmissis iō pcessus coram ordinarijs agitatus est nullus ipso iure. Ita q exēpti non tenent appellare. Not. q diœcesani nō dēnt p obliquū exercere illud, qđ de directo eis non pmittit, & sic non pmittitur vna via, q alia est prohibita. Item nota, q exempti dēnt contribuere in iucundo aduentu epi. qđ appellamus subsidiū charitatis. Not. qđ Christianitatis est vna Eccl̃a, licet habeat plura mēbra.

Not. ibi, [Cum armis & erecto vexillo,] q eps vel ēt qui cunq; alius non dēt violentiam publicam committere cum armis & vexillo erecto, imo violentiæ sunt a iure reprobatæ. Not. q hic prouidetur ǭ grauamina, quæ prælati religiosis inferunt. concor. eod. tit. sine de priu le. dilecti. & c. quāto. de censi. cle. ad nostrum. Not. ibi, [Cæteri ecclesiarum prælati.] q prelati dicuntur non epi: alibi pręlati dicūtur soli epi. de sepul. cle. dudum Zaba. [Prima gl. dicit qđ sa cit, & dat simile.]

b ¶ Frequens.] pui derat Greg. ǭ 27. grauamina, quæ prælati religiosis inferebant. eod. tit. nimis. 1. & 2. hoc vero concilium prouidet contra triginta, a quibus prælatos cessare præcipit, & per suos subditos cessari facere, iubens ipsorum priuilegia & iura seruari: & est huic simile sup. eade compil. de cen. ib. ad nostrum.

c ¶ Circunstrepit.] sumptum 54. dist. frequens & de rest. spol. frequens. & in princ. lib. 6. & ibi exponitur.

d ¶ Superiores.] archiepiscopi & patriarchæ.

e ¶ Inquietant.] sumptum. eo. tit. nimis. in princ.

f ¶ Capiunt.] etiam prælati sunt excommunicati cum iniuriosas manus inijciūt in clericos. de sentē. excommun. vniuersitatis.

g ¶ A iure.] de priuileg. cap. 1 lib 6. de hæret. ad abolendam. Per has tamen constitutiones Clemen. in multis casibus habent ordinarij iurisdictionem super exemptos, quos dicam inf. de pœnis cap. 2.

h ¶ Quidam.] secundum.

i ¶ Interminationem] hoc non ligat ad pœnam, quod dic vt no. de sagit. c. vnico. cum concor.

k ¶ Neve.] tertium.

l ¶ Audiant] quod tñ licet sine præiudicio parochialiū ecclesiarum, de paro. c. 2. quod dic vt ibi, & quod eis offertur, suum est, de sta mona. ca. 1. religiosi tamen non debent aliquos retrahere ab accessu vel frequentia suarum ecclesiarum. inf. tit. 1. c. 1.

m ¶ Molentes] quartum.

n ¶ Domesticos.] inf. tit. 1. c. 1. ad finem.

o ¶ Causa rationabili.] contra hoc erat prouisum. de sent. excom. sacro.

p ¶ Voluntatis.] contra hos erat prouisum de priuile. quanto, sed ista loquitur de exemptis, vel priuilegiatis, ista generalius de omnibus, vt patet in fine.

q ¶ Et appellationibus] quintum.

a ¶ Interponunt]vide quod not.de priuil.auctoritate. lib.6.in vlt.gl per Inno & Host.de app dilectus.
b ¶ Mancipari]puniendi sunt,vt vt 2 q.6.decreto.de appel.de priorg. Et timentibus talia sufficit protestari. qd dic vt de appel cap. vlt.

essent digni, agere possunt præsentantes & præsentati 10.q.7.decernimus.de iure pat. ex litteris. & c.ex insinuatione de re iud cum Bertholdus.
x ¶ Quidam etiam.]decimumquintum.
[Gl. seq.ponit dictum Inno circa id quærit. & soluit sol. obijcit & rñdet.]

uamina rationabiliter interponunt [a] quandoque minime deferentes, appellantes occasione appellationum huiusmodi interdum capiunt, aut capi faciunt, & carceri mancipari. [b] quidam [c] præterea capellanos in ecclesijs pleno [d] iure spectantibus ad eosdem (licet nulla causa subsit legitima) celebrare non sinunt, nec ministrare parochianis ecclesiastica sacramenta. Nonnulli [e] † etiam indebite abbates, monachos, & conuersos exemptos, necnon & clericos ipsis pleno iure subiectos, si eis non pareant in his etiam, in quibus non tenentur eisdem, inconsulta facilitate suspendunt, excommunicant, capiunt & incarcerant, ac loca & ecclesias interdicunt [f] ipsorum. In exigendo [g] insuper ab ipsis exemptis, ipsorumque subditis subsidia charitatis, excedunt [h] nimium contra eos. Et insolitas [i] ac indebitas ipsis contra [k] iura exactiones imponunt. Nouos [l] census & indebita onera parochialibus imponunt ecclesijs, in quibus exempti ius obtinent patronatus: Processus [m] iuste factos seu sententias 10 iuste latas a delegatis sedis Apostolicæ, vel a conseruatoribus pro exemptis, publicari seu executioni mandari a suis subditis non permittunt: [n] Tabellionibus [o] publicis inhibent, ne instrumenta 20 conficiant: [p] Et iudicibus ne iustitiam faciant, ac iurisperitis, ne consilium vel auxilium præbeant in causis seu negotijs eorundem: Præsentatos [q] per exemptos ad ordines, vel benefi- 30 cia, quorum præsentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, nisi præsentantes ponant obedientiam [r] in salutatione litterarum, [s] quas pro huiusmodi præsentatione 40 transmittunt, Ecclesias [t] quoque vacantibus, in quibus monasteria ius obtinent patronatus (repulsis personis idoneis præsentatis ad eas) personas instituunt inhabiles & indignas. [v] Qui- 50 dam [x] etiam ecclesias curam animarum habentes ad mensam [y] Abbatum spectantes, quarum fructus quandoque clericis secularibus tradunt, seu

c ¶ Quidã præterea.] sextum.
d ¶ Pleno iure.] 19. q.2.visis. de priuileg. quoniam.
e ¶ Nonnulli.] septimum.
f ¶ Interdicunt.] si de exemptione constat, sententiæ non ligant de appel. si duobus.de relig.domi.cũ dilectus.de hoc de accu veniens.in vlt glo. cum suis remissionibus.
g ¶ In exigendo.] octauum,& argue ad ea, q̃ scrip'i de censi. cum Apostolus.super verb. charitate. ꝙ eps potest exigere charitatiuum subsidium, dummodo sit moderatum Io. And.
h ¶ Excedunt.] cum tñ illud esse debeat moderatum. de cẽsi. cum Apostolus.§ prohibemus.de offi ord. conquerente.in fi.
i ¶ Et insolitas.] nonum.
k ¶ Contra iura.]eo. tit c 1.de censi. c.3.& c ecclesijs.
l ¶ Nouos.] decimũ. & est hoc cõtra id de censi.prohibemus.
m ¶ Processus.] vndecimum.
n ¶ Permittunt.] per hoc põt a delegatis vel conseruatoribus puniri, cum illorum iurisdictionem impediant de off. deleg.c. 1. etiam ab ipsis subdelegatis, si iurisdictionem habent eo. titu.ex litteris. saluo, quod de conseruatoribus dr̃ eod tit.c.vlt. §.vices lib.6.

y ¶ Ad mensam.]no. Inno.de reb. eccl.nõ alie.vt super.ꝙ res,in quibus ecclesia habet directum dominium sed alius vtile,vt sunt feuda, non possunt dici de mensa:cum alius fructus percipiat & pro tanto illorum etiam ad ecclesiam reuersorum fieri permittitur noua infeudatio de feudis. ca.2. Sed quæritur,quæ ecclesia dicatur proprie de mẽsa prælatorum vel capitulorum, vel singularium dignitatum vel præbendarũ? Et vr̃ ꝙ illæ,quę sunt mensis eorum vnitę, in tãtum, quod rectorem vel vicarium perpetuum non habent alium,quam illũ, cui facta est annexio, qđ probãt hęc littera,& sup.ead compil.de rescri.c 1. de sup. ne gl. præl.c.1.illud autem potest sic esse p vnionem sic factam p epi scopum de consensu capituli.sup ea. compil.de reb. eccle. non alie.si vna.de stat.mona.ca.1. §. ad hæc per præscriptionẽ,vt not. in præal.decre. vt super per papalem concessionem, & de hac non dubitatur de priuile. pastoralis. Nec putes,ꝙ eccl. sia, quæ pleno iure subiectionis spectat ad illos, propterea dicatur de mẽsa, licet enim rector talis ecclesiæ institutionem & destitutionem ab illis recipiat, & ab illis vnita, etiã quo ad temporalia, non tamen possunt fructus ad suos 60 vsus conuertere,nisi illam habeant in mensam, vel in suos vsus conuertendam, quod probat prædicta decreta.Sed obstat ei,quod dixi in ecclesia,quæ spectat ad mensam poni & deponi pro libito vicarium tẽporalẽ. decre.extirpandæ.§ qui vero.de præb & 3.ea.compil.de iure patr.ca.1.per quæ patet, ꝙ in ecclesia annexa quo ad temporalia instituitur rector vel perpetuus vicarius. Sed dico, quod aut ecclesia spectans ad mensam prælati,vel collegij,vel dignitatem habentis,vel præbendarii recipit superioris institutionem quo ad regimen ecclesiæ, vel saltem populi. & tunc locum habet quod dicitur de vicario perpetuo: aut pleno iure spectat ad illum etiam quo ad spiritualia, & tunc habet locum quod dicitur de vicaria temporali,etiam si sit curata.

o ¶ Tabellionibus] duodecimum.
p ¶ Conficiant] in causis vel negotijs, &c.vt sequitur, & hoc est contra formam iuramenti ipsorum, de qua dixi,ne cle vel mona.sicut te & no. in Spe.de instr.edi. § restat.ver sed quarto sup qua.
q ¶ Pręsentatos.] decimumtertium.
r ¶ Obedientiam.] dicendo salutem.& obedientiam debitam & deuotam, vel his similia, si sunt exempti, non tenentur obedientiam profiteri de priuil. cũ olim 2. si non sint exempti, satis est, ꝙ a principio promiserint de simo.ne Dei.
s ¶ Litterarũ.] fit ergo p̃sentatio per litteras, ut de his quæ fiunt a prælatis, ea nosceatur. vbi de hoc in glo.
t ¶ Ecclesijs.]decimumquartum,alias in ecclesijs.
u ¶ Indignas.] ad eorum remotionem dato ẽt, quod

Eps charitatiuum subsidiũ põt exigere.

† In vetusto quodã manuscripto ita: Nonnulli etiã abbates indebite monachos & querſos ẽt exẽptos, &c.

Mẽsæ p̃latorum aliquã bona q̃dã applicantur.

Ecclesiæ põt effici de mensa p̃latorũ multis modis.

r. Præsentatio fit p litteras ut de Lapa alleg. 17. & Rocã Curte de iure. patr.

vthic, & super his, vide quod scripsi, si de præbendis, de monachis de priuilegijs pastoralis.

ex quo per epm fit priuatio, vt præmisit. Quicquid vindicat Archidia. in decret. propter. puto, quod si in priuilegio dicitur de beneficijs diœcesis suæ, veniunt exempta. secus si diceretur de beneficijs sibi subiectis, & est simile, quod scripsi de rescript. abbatem, ubi patet respõ. ad decret graue. de offi. ordi. quæ inducitur ad primum.

concedunt ad firmam [a] clericis ipsis decedentibus suis conferunt clericis: quamquam ipsæ propter hoc ecclesiæ in veritate non vacent. [b]

Nonnulli [c] quoque in ecclesijs monachorum iura ipsorum iniuste sibi appropriant; & de ipsorum redditibus, vt volunt, ordinant, ita quod rectoribus [d] earum † non remaneat vnde valeant sustentari. [e]

Quidam [f] cum [g] armis, & erecto vexillo, molendina, & alia bona contra iustitiam destruunt exemptorum: quæ etiam tanto tempore possederunt, quod de contrario memoria non existit: [h] Mittuntque [i] frequenter ad monasteria suarum ciuitatum, & diœcesum suos consanguineos, & nepotes, & interdum animalia sua cum custodibus, vt eis [k] de bonis monasteriorum debeat prouideri: Abbates [l] insuper, & Priores monasteriorum frequenter compellunt, vt suis consanguineis, & nepotib. monasteriorum, seu Prioratuum possessiones † concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidem concessiones, (vel † pensiones nonnullas esse volumus ipso iure: [m] Eosdem [n] quoque abbates, & priores quandoque compellunt ad præsentandum sibi ad ecclesias vacantes, in quibus ius obtinent patronatus, & ad monachãdum [o] interdum suos familiares consanguineos vel nepotes.

¶ Frequenter [p] etiam permittunt, & tacite consentiunt, quod in suo dominio temporali per milites, vasallos, & ipsorum temporales monasteriorum bona mobilia, & immobilia per violentiam occupentur, in casibus non permissis a iure: Et [q] aliæ variæ iniuriæ personis ecclesiasticis, & monasteriorum hominibus irrogentur. Præterea [r] interdum iniuste Abbates, Priores, ac alios beneficiatos beneficijs suis priuant, vt sic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno, prætextu priuilegij, quod asserunt se habere, quod vsque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possint percipere primi anni: [s] Quibus [t] non contenti equos, boues, thesaurum, & alia bona monasteriorum, & beneficiorum vacantium illicite [u] occupat, quæ essent futuris successoribus reseruanda. [x] Quidam [y] militibus, & alijs potentibus dignitatũ suarum redditus, & prouentus vendunt ad tempus: vt per ipsos [z] exempti vicini fortius opprimantur: Nonnulli [a] etiã indebite [b] monasteria dirimunt: Alij [c] domos, & hospitalia, & alia bona monasteriorum mobilia, & immobilia frequenter occupant, [d] & detinent occupata: Pluries [e] quoq; sine causa impediunt, ne exempti loca sua valeant reparare: [f] Quidam [g] statuta faciunt, per quæ derogatur priuilegijs [h] exemptorum. Et generaliter [i] quãplures Prælati religiosi

---

† Firma vox ẽ Anglica, de qua vide Host. in c. vestra. de locato, vbi declarat quã qd dari dicatur ad firmam.

† al. eorũ.

† al. pensiones.

† Hæc duo verba: vel pensiones, nõ hñtur in antiquioribus codicib ẽt im pressis.

Licitũ ex animo sit illicitum.

a ¶ Ad firmã. 1] de loc. vestra ne prælati vices suas. c. finali.
b ¶ Non vacent.] facit, sup. ea. comp. de rescri. c. 1. de sup. neg. prælat. c. vnico, § præmissa. illi non erant rectores, sed firmarij, secus si rectores fuissent, licet manuales, ut ibi.
c ¶ Nonnulli.] decimumsextum.
d ¶ Rectorib.] qui alibi dñr vicarij. de præben. de monachis.
e ¶ Sustentari.] ẽ i d sup. ea. compil. de iu patro. cap. 1. cum concord.
f ¶ Quidam.] decimumseptimum.
g ¶ Cum armis.] tenentur ergo de vi publica. de hoc. de ord. cog. c. 1. in 1. gl.
h ¶ Non existit. & sic in præscriptione relevatur ab onere probandi titulum, de præscr. c. 1 lib. 6.
i ¶ Mittuntque.] decimumoctauum.
k ¶ Vt eis]. i consanguineis, nepotib. animalibus, & custodib. ipsorum.
l ¶ Abbates.] decimũ nonum.
m ¶ Ipso iure.] concor sup. ead. compil. de reb. eccle. nõ alie. c. 1 & ibi concedenti pœna suspẽsionis imponitur.
n ¶ Eosdem] Vigesimum.
o ¶ Monachandum.] quod quæque spectat ad solos prælatos. quod dic, vt de regula c. si. lib. 6.
p ¶ Frequenter] vigesimũ primum.
q ¶ Et.] repete permittunt qd' aliæ. &c.
r ¶ Præterea.] uigesimumsecundum.
[Glo. sequ. dicit, quod probet, & quod non probet, & quod de casu tenendum.
s ¶ Primi anni.] de rescri. si propter, lib. 6. Et licet hæc littera posset induci, quod priuilegium tale comprehendat beneficia ẽt spectantia ad exemptos, non tñ probat de beneficijs exẽptis:

t ¶ Quibus.] Vigesimumtertium.
u ¶ Illicite.] Illa enim, quæ ad fructus non pertinent, vsurpare non debent. de elect. generali, § vlti lib. 6. & cõcor. sup. ea. compil. de deci c. 3.
x ¶ Reseruanda.] de offi. ordina. præsenti. lib. 6.
y ¶ Quidam.] Vigesimumquartum.
z ¶ Vt per ipsos.] hoc alias licitum, ex animo fit illicitum: ſu per quo, vide quod no. de reg. iur. locupletari. lib 6. 11. q. 2. si quis vero, & est simile huic. de deci. in aliquib. de iud. c. penu. & quod scripsi de sent. excom. quinta.
a ¶ Nonnulli.] Vigesimumquintum.
b ¶ Indebite.] ergo secus si ex causa iusta. 7. q. 3. & tẽporis 16. q. vlt. si quis vult. de ple. disti. 1. tribus.
c ¶ Alij] Vigesimumsextum.
d ¶ Occupant] dicendo sibi ius per violentiam, & cadunt a iure suo, si quod hñt, C. vnde vi, si quis in tantam, 16. qõ. 6. placuit, de præben. cum. qui. lib. 6.
e ¶ Pluries.] Vigesimumseptimum.
f ¶ Reparare.] quod tamen Iudæis permittitur de suis synagogis, iuxta primum statutum, de iudæis, consoluit.
g ¶ Quidam.] Vigesimum octauum.
h ¶ Priuilegijs.] hoc non possunt, 25. q. 1. c. 1. & 2. imo nec ipsum principem decet hoc facere, de reg. iu. decre. cum suis concor. lib. 6.
i ¶ Et generaliter.] Vigesimum nonũ generale.

a ¶ Plures.

a ¶ Priuilegia.] decutiendae erant ipsis eorum priuilegia, de priuil. dilecti.
b ¶ Saluatur. de Sum. Trin. c. 1. § vna.
c ¶ Vnus est Dominus] ad Ephes. 4. habetur de hac triplici vnitate, & sup. ea. compil. de Sum. Trin. c. ca. 13. ad hoc & inf. de senten. excommun. cap. 1. ad idem 24 quaest. 3. loquitur.

Decet cōcernit honestatem.

d ¶ Decet.] inspicimus, quod dicat, quod proprie respicit honestatē. de vot. magnę. de ele. cum non deceat lib. 6.
e ¶ Corporis.] mystici, quod est collectio fidelium, de consecr. dist. 1. Ecclesia. cuius caput est Christus. de sacra. vnctio. cap. uni. vers. sed ubi.
f ¶ Contenti.] supra eodem titu. accedentibus.
g ¶ Et quoniam.] trigesimum.
h ¶ Inhabitetur.] 24 dist. quamquam. de haeret. si aduersus.
i ¶ Capitula.] concor. 33. q. 4. sicut circa si.

Cōtinuatio.

DE PRIVILEgijs, &c.

¶ Visum est sup. de excess. prela. qui sunt causa priuilegiorum, & exemptionū, ideo sequitur de priuilegijs, quia priuilegiati quandoque abutuntur suis priuilegijs.

Religiosi] CASVS. Aliqs parochian' petijt sibi dari extremam vnctionem, quae fuit sibi data per religiosum forte mendicātem sine meo mandato: vel etiam forte in die Paschae religiosi receperunt aliquos in suo altari ad recipiendum corpus CHRISTI: vel fecerunt solemnia nuptiarum: quaeritur, qualiter veniant puniendi? Dicit Clemens, quod sunt excommunicati ipso facto, & solum ueniunt absoluendi per Roman. Pontifi. Sed quid si curatus praecipit parochianis, vt in vna de tribus dominicis uenirent ad suam ecclesiam, illi, qui non ueniunt, sunt excōicati a Canone. Ponamus. quod aliqui religiosi debeant habere prātem absoluēdi excōicatū a Canone, & de facto absoluerunt: Quaerunt quā poenam incurrunt. Dicit, quod ipso facto sunt excōicati. Sed sanctissime pater, vellem informari, an sint alia, a quibus alii religiosi se debeant abstinere? Dicit Clemens, quod sic, videlicet ne in suis sermonibus detrahant plātis, epis. archiepis, vel curatis, ne diminuatur fama ipsorū prelatorū, et cauere debent, ne extrahant personas a suo curato, & ecclesia paroch. alias puniuntur, vt in versi. si quis vero praemissa. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, quod quilibet tenetur recipere sacramenta Eucharistię, & extremae Vnctionis, & alia sacramenta a suo proprio sacerdote: salui in sacramento poenitentia. No. quod quis non debet admittere, i. recipere alienos parochianos ad solemnia nuptiarum, nisi de consensu curati No quod absoluentes aliquos a sententia Canonis, vel a sententia lata in synodo, sunt ipso facto excommunicati No quod in casib positis in littera religiosi subiunt ordinarijs, & possunt conueniri coram epō, & possūt declarari excōicati, vsque ad condignam satisfactionem.

Nota, quod citatio debet esse formata ad casum, sic, Citatis talem P. significaturum quod recepit tales ad solemnia nuptiarum: vel quia ministrauit sacramentū Eucharistiae. Not. quod in virtute Sanctae obedien. praedicatores in suis sermonibus debent esse sobrij in loquela, nec debent aliquid detrahere praelatis, ipsos demonstrando digito, vel alijs demonstrationibus, & coniecturis. No. quod religiosi non debent detrahere testatores a legato, vel electione sepulturę in sua Ecclesia matrice. No quod religiosi non debent inducere testatorem, vel sibi confitentes, vt aliquid det suis monasterijs, alias sūt puniendi, ut hic, & superiores illos non punientes ipso facto sunt excōmunicati.

No. quod quandoque quis excommunicatur a Canone, et in quibus casibus hoc accidat, prosequitur Math. dic, vt infra de senten. excomm. clem. 3. in gl. est sciendum. No. ibi. [vt verbis eorum, utamur.] modum excusandi improprium locutionem. de hoc in gl. cōcor. Et vtimur quāque improprijs locutionibus causa maioris expressionis, vt hic, & in iuribus alleg. in gl. c. vet. vtamur. Zabar.

¶ Glo. prima summat, & diuidit, soluit vnum dubiū, & de alia remittit.

K ¶ Religiosi] ponit sex casus, in quibus religiosos excōicat, & absolutionem Papae reseruat, & priuilegijs, & exemptionibus non obstantibus eos per ordinarios locorum denunciari praecipit: Secundo ibi. [Quibus.] ponit septem culpas religiosorum a quib. praecipit abstinere sub certis poenis, quas eis imponi iubet, & quas praelatus ipsorum imponit, si non satisfecerit; Tertio ibi. [Sane.] ponit moderationem circa duos primos casus, &c. No. per hec principium hanc confiōnem cum suis

praesertim exemptis & priuilegiatis ī personis, & rebus suis ac iurib spiritualibus, & temporalib. graues inferunt contra iustitiam, & eorum priuilegia,[a] iniurias, & iacturas.

¶ Verum quia vna est regularium, & secularrū praelatorum, & subditorū exemptorum, & nō exemptorum vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur,[b] quorum omnium vnus[c] est Dñs, vna fides, & vnum baptisma: decet[d] vt oēs, qui eiusdem sunt corporis,[e] vnius et sint uoluntatis, & sicut fratres ad inuicem vinculo charitatis sint adstricti: Decet igitur, vt & praelati & alij, tam exempti, quā non exempti suis iuribus sint contenti,[f] & alter in alterius iniuriam non prosiliat, seu iacturam.

Vniuersis itaq; Prelatis ecclesiarū pñtis sanctionis edicto districte pcipiendo mandamus, quatenus ipsi predictis grauaminib. omnino cessantes, & cessare suos subditos facientes, viros religiosos, exemptos, priuilegiatos, & non exemptos, mēdicantes, & non mendicā-

tes charitatiue tractent & foueant, & sua iura & priuilegia inuiolabiliter eis seruent. Et quoniā[g] plus solet timeri, quod specialiter, quam quod generaliter inhibetur,[h] eisdem prelatis districtissime inhibemus, vt abbates, priores, & alios religiosos, ne ad sua generalia, vel prouincialia vadant capitula,[i] impedire quomodolibet non presumant.

TITVLVS VII.

De priuilegijs & excessibus priuilegiorum.

¶ Clemens Quintus in Concil. Vieñ.

¶ Ponit sex casus in quib. religiosos excommunicat, & absolutionem Papa reseruat, et priuilegijs, & exemptionib. non obstantibus eos per ordinarios locorum denunciari precipit. Io. And.

CAP. I.

Religiosi,[k] qui clericis, aut laicis sacramentum

ſuis pœnis ita locū hēre in religioſis, q ſeculares clericos non includit. An vero includat religioſos præfectos Ecclesijs parochialibus quo ad non ſuos parochianos, dubitat: & vide qđ dixi ſup. ca. cōpil. de deci. c. 1. in 1. glo.

a ¶ Vnctionis.] de hoc ſacro 55 diſt. §. ſed illud & c. ſeq. de ſacra. vnc. c. vnico, in prin. de verbo. ſign. quæſiuit, de pœn. & remiſ. quod in te (& dic, vt ibi.)

b ¶ Eucharistiæ.] dr̄ ab eu, qđ eſt bonū, & charis, qđ eſt gratia, quaſi bona grā, & de hoc latis ſupra c. compil. de reliq. & vene ſan. c. vni.

c ¶ Solemnizare.] id eſt, ſolēniter benedicere, de hac bñdictio ne habetur 30. q. 5. c. 1. & 4. & ſeqq. 23. diſt. c. vlt. de ſpon. conſultationi, de ſecundis nup. c. 1. & 3.

1 Euchariſtia vnde dr̄, & vide B. Th. par. 3. q. 73. ar. 4.

Vnctionis [a] extremæ, vel Euchariſtiæ [b] miniſtrare, matrimonia, vel ſolemnizare, [c] non habita [d] ſuper his parochialis [e] presbyteri [f] licentia ſpeciali; [g] aut qui excommunicatos a canone, [h] præterquam in caſibus a iure expreſſis, [i] vel per priuilegia ſedis apoſtolicæ conceſſis [k] eiſdem, vel a ſententijs [l] per ſtatuta prouincialia, [m] aut ſynodalia promulgatis, ſeu (vt verbis eorum vtamur [n]) a pœna, & culpa abſoluere quemquam [o] præſumpſerint: excommunicationis incurrant [p] ſententiam ipſo facto per ſedem Apoſtolicā dūtaxat abſoluendi: [q] quos etiam locorum ordinarij (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excōmunicatos faciant publice nuntiari, [r] donec de abſolutione ipſorum eis

dixi de Iudæis, ſignificauit, de re iudic. inter, ſuper 3. gloſſa.

[Gloſſ. ſeq. quærit, conſulit, & ſoluit, in fi. ſoluit aliam quæſtionem.]

g ¶ Speciali.] hic etiam eſt dubium an hæc ſpecialitas reſpiciat ſolū expreſſionem ſacramentorum an et requirat expreſſionem perſonarum, q eſt dicere, an ſit ſatis, q presbyter licentiet religioſum, vt parochianos ſuos poſſit iniungere, [2] & eis Euchariſtiam præbere: an requiritur parochianorum expreſſio, quibus hæc ſunt præbenda. Itē an ſufficiat generalis licentia data parochiano, q poſſit illa recipere a quo vult religioſo: an vero tali religioſo vel parochiano de tali religioſo ſpecialis licentia requiratur. Vt bene ſatiſfiat huic litteræ, conſulo q de perſonis, & de conferente, & recipiente, & de ſacramentis fiat ſpecificatio ad hoc de ſen. excom. conſtitutionem, lib. 6. de do. & contu. c. 2. cum concor. ſup. ca. Compil. de vita, & hone. cleri. c. 1.]. de ſen. excom. grauis in fi. Crederem tamen, quod ex quo de ſacramento fit ſpecificatio, licet non exprimatur nomen parochiani, cum datur licentia religioſo, vel nomen relig oſi, cum datur licentia parochiano, euitetur pœna, facit de tempo. ord. c. 3. & de offi. vicarij c. vlt lib 6 Et not. quod hic de pœnitentia non dicitur, quæ etiam de licentia ſacerdotis proprij recipi non poſſit a presbytero non habente curam, de hoc de pœ. & rem. ſ. omnis, & tamen dato, quod reciperetur, non eſt locus huic pœnæ: ſicut etiam non habet locum pœna in ſacramento baptiſmi, cum illud hic non exprimatur, ſio, And.

2 Fortaſſis legendū, inungere.

[Gloſſ. ſeq. quærit & ſoluit contra ſolutionem obijcit, & reſpondet.]

Parochiano credit, q ſe dicit hēre licentiam a curato.

d ¶ Non habita.] ſed nunquid credet religioſus parochiano dicenti ſe hēre talem licentiam? Vr̄ q ſic: per id, quod not. de pœn. diſt 6. placuit, quia non eſt præſumēdus immemor ſuæ ſalutis, 1. q 7. ſancimus, de hom. ſignifi aſti 2 Sed], quia videmus in ſacro ordinis cum datur a non ſuo Epō, q ibi requiritur plena fides de licentia, & qūque de cauſa. de temp ordi. c. 1. & c. lib. 6. cum ſimilib. Item iſta eſt quædam abſolutio facta per parochialem presbyterum, ſuper qua non creditur ei, qui ſe dicit abſolutum, de offi. ord. ex parte de ſent. ex com. ſicut idem ſi dicatur delegatio, de offi. deleg. cum in iure. Sed poſſet ad primum rūdere illud ſpeciale: quia ſacrum ordinis non datur pp recipientem tantū, imo propter alios: & ideo dr̄ ſacrū dignitatis. 1. q. 1. §. ſi ergo, & §. ecce ſi clericus, & facit quod not de conſu. ter uo. c. 1. in gloſ. 2. ſed iſta ſacra recipit quis propter ſeipſum. Ad ſecundo allegata reſpōdetur, quod illa vera in foro contentioſo; ſecus in pœnitentiali, vt dixi in prædi. decre. ſicut ſuper 1 gloſſa.

[Glo. ſeq ſoluit dubium, & remittit.]

e ¶ Parochialis] per hoc quo ad ſcholares, mercenarios, & his ſimiles intelligo presbyterum in cuius parochia inhabitant, facit q not. de pœnis, diſt. 6 placuit, de hoc ſcripſi de pœni. & remiſ. omnis, ſuper verbo, ſacerdote, & Hoſt tractauit in ſumma, de paro. §. pe. ver. quis intelligatur parochianus, & de pœn. & remiſſio §. cui confitendum, ad finem.

[Gloſſ. ſeq ſoluit tria dubia, & tertio tamen aliud con ſuluit.]

Curatus non dum presbyter ſuis parochianis pōt dare licentiam alibi ſacra recipiendo.

f ¶ Presbyteri] puto licentiam parochialis ſufficere, q adhuc presbyter non eſt: puta quia eſt intra annum, vel diſpenſatum eſt cum ipſo ſm formam decre. cum ex eo de elect. lib. 6. vel eſt parochialis collegiata, eod. tit. ſtatutum. facit de elect. ſuffraganeis, de tranſla. c. 1. & quod ibi not Vr̄ etiam ſufficere licentia vicarij gerentis curam per modum prædi. decre. cum ex eo. facit]. de pœnis, cupientes. Puto etiam poſt factum a pœnis excuſari illum, qui hoc facit de auctoritate diœceſani, facit de pœni. & remiſ. c. 2. in fi. lib 6. nam diœceſis eſt parochia Epiſcopi, de dona. Apoſtolicæ, in prin. & Eps presbyter 95. diſt. olim, de pecu cleri. c. 2. & facit quod ſcripſi de pœnit. & remiſ. oīs ſuper verbo, proprio, & hoc eo fortius, qñ vacat parochialis Eccleſia: ſed quando non vacat ante factum, conſulas abſtinere: & ex licētia Epiſcopi, vel Archipresbyteri Ciuitatenſis hoc non fieri, licet ab illis recipi poſſint: vt ſcripſi de offi. archipresbyteri c. 3. & eſt ſimile de iure ſu. rerum, & quod,

Diœceſis eſt parochia Epi.

[Gloſſa ſeq exponit, ad quæſtionem alleg. & contrarium ſoluit.]

h ¶ A canone.] quocunque etiam a quo Eps, [3] vel ſacerdos poſſet abſoluere de ſent. excom. nuper, & vr̄ idē de ſnia hominis, de qua forte ideo non expreſſit: quia ab illa abſoluit, qui excommunicauit, vel eius ſuperior, de offi. ordi. paſtoralis, ſed contrarium puto, vt in caſu illo non expreſſo non ſit locus pœnæ, de elect. ſtatutum cum concor. lib. 6. & ad hoc]. eo. tit. ibi, a ſententijs per ſtatuta, &c.

¶Casus sic figuratr. Nos vidimus in c. pcedẽti sup eo. tit seu rubrica, q religiosi cuiuscunque status existant non seruantes interdictum seu violantes, q celebratur in Ecclesia cathedrali, vel matrice, sunt ipso facto excõicati. Sed quæro, an fratres Minores, qui sunt de primo ordine, possint admittere, & recipere homines continẽtes seu de pœnitentia, qui sunt de tertio ordine Sancti Francisci? Et respondet Papa, q non quod si fecerint, sunt ipso facto excommunicati, nec poterunt absolui nisi per summum Pontificem. h.d.H. B.

¶Colligo aliqua notabilia, primo ex prin c iniuncta gl. quod B. Franciscus tres ordines instituit. Primo ordinẽ Fratrum Minorum: & iste ordo est arctissimus, & strictissimus, quia ipsi non debent hre granaria, sed debẽt viuere ex incerta pensione; itẽ non debent hre duas vestes. Est alius ordo, quẽ instituit B Franciscus, qui dr ordo S. Claræ: & talis ordo non est ita arctus, nec strictus: quia bene põt hre aliquid in cõi. Alius est ordo, cuius professores vocantur cõtinentes: & iste nõ est proprie verus ordo: quia non vouerunt tria necessaria, q sunt in pfessione. Not. q licet tertius ordo fuerit institutus a B. Francisco sicut ordo Minorum, & sit aliqua cõio: tamẽ Minores non põt illos admittere seu recipere ad diuinum officium ac si essent extranei: & si de facto admittant, sunt ipso facto excõicati, & non põt absolui nisi p Romanũ Pontificẽ. Not. q mulieres de tertio ordine B. Francisci dñt sorores. Ex hoc infert gl. 2. q nõ sunt Beguignæ, & infert hoc ex eo: qa sũt sub obediẽtia sm traditiones tertij ordinis: Beguinę vero nõ sũt sub obediẽtia, vt remittit gl. de relig. do. cle. 1. vbi de hoc in gl. vide.

tertij ordinis, excommunicati sunt, nec priuilegia iuuãt. h.d. Ioan. And.

CAP. III.

CVm † ex eo [a] quod religiosi viri fratres Minores in suis recipiunt Ecclesijs ad audienda diuina officia tempore interdicti, fratres & sorores [b] de ordine tertio [c] (quem Beatus Franciscus instituit) existentes, qui continentes, [d] seu de pœnitentia nuncupantur scandalum [e] aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur censura vilescat [f] ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur: Eisdem fratribus minoribus [g] districtius inhibemus, ne de cætero aliquem vel aliquos prædictorum (etiam si super hoc hi, [h] vel illi [i] priuilegijs quibuscunque muniti extiterint, quæ ipsis in nullo prorsus quo ad hoc volumus suffragari) ad diuina in suis Ecclesijs [k] tempore interdicti quoquomodo admittant [l]. Quod si fecerint, eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: [m] a qua per alium, quam per Romanum Põtificem, vel satisfactione præmissa per locorum Episcopos (quos auctoritate Apostolica [n] fungi volumus in hac parte) absolutionis beneficium nequeant obtinere.

¶Idem.

¶Si Papa etiam scienter excommunicato participat, illum per hoc non absoluit, nisi exprimat, hoc se velle. Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioan. And.

CAP. IIII.

SI SVM.

Not casum, in quo ordinarij sunt delegati Apostoli. simile de hæc ad abolendam. de sup negl. præl. cle. vnica, de sta mo. cle. vlt. Zab.

[Prima glo. summat.]

a ¶Cum ex eo.] Fratres Minores si tpe interdicti recipiũt in suis Ecclesijs ad diuina fratres, & sorores tertij ordinis excõicati sũt nec priuilegia iuuant.

b ¶Sorores.] ille igit non sunt Beguinæ, vt dixi sup ea. comp. de reli do. c 1.

[Gloss. seq declarat tres ordines B Francisci, & in quo differant.]

c ¶Tertio.] Primus fuit fratrũ Minorũ, q est arctissimus, & caret proprio ẽt in cõi: de hoc satis j. tit. 1 c. 1. Secundus fuit Sanctæ Claræ, q differt a primo, quia ordo ille licet ẽt fœminis, arctissimus, habet tamẽ proprium in cõi. Sed iste tertius 1 ẽt pro viuentibus in cõiugio maribus & fœminis adinuentus est: & habent professi propriũ in singulari: & potius est modus viuendi, q proprie dicatur regula: est tñ approbatus per Nicolaum III. & hoc constat.

Ordo Sancti Francisci est triplex.

1 Vide gl. cle. 1. sup ver. obedientiam j. de reli. do. Fon.

[Gl. seq. obiectionẽ soluit.]

d ¶Continentes.] nõ promittunt cõtinẽtiã, imo viuunt in coniugio, vt prædixi, tñ & secũdũ modũ viuendi eis datũ certis diebus qualibet septimana abstinenti a thoro, sicut & septimana vicis suæ abstinebant sacerdotes veteris testamenti 82. dist. plurimos.

e ¶Scandalum.] vitandum, quod dic, vt not. de noui ope. nun. c. 2.

f ¶Vilescat.] ad hoc & ad id quod sequitur, concor. j. ea. compil. de pœnit. & remis. c. 2.

g ¶Minoribus.] alios non ligat constitutio.

h ¶Hi.] fratres Minores.

i ¶Vel illi.] fratres, & sorores tertij ordinis, & est mirabile: quia eo casu in alijs Ecclesijs recipi possent, si priuilegium est generale.

k ¶Suis Ecclesijs] super hoc verbũ, quod etiam sup præmisi, dico q si in alienis Ecclesijs hoc facerent, cessat hęc pœna. posset tñ habere locum alia pœna cõis, & est simile, quod dixi sup hoc tit. c. 1. in gl. additur.

l ¶Admittant.] nisi in quantum illis, & alijs permittitur. per decr. vlt eod. tit. lib. 6.

m ¶Subiacere.] si alias bene seruant interdictum, qđ seruat matrix Ecclesia, non ligantur pœna illius decre. sup. c. 1 sed ista tantum, facit de iud. at si clerici. in si. cũ suis concord.

n ¶Auctoritate Apostolica. 2.] h.d propter exemptionem, & quia deliquerant in locis exemptis.

2 Sing. gl. sm Pano. hic & i c. cũ tge. j. de arb. ad hoc, quod exẽptus si põt renũtiare priuilegio suæ exemptionis, ẽt se subijciendo ordinario. Fon.

SI summus.] Primo ponit vnum dictum secundo, aliud illi simile ibi, [Similiter.] Imola. ¶Pro declaratione

tione huius c sciendum est, ꝙ istud c. emanauit ad declarationem c. si aliquando, eo. tit in anti Et præsuppono, regulariter cum aliquis excommunicatur, oportet, ꝙ absoluatur in forma Ecclesiæ, videlicet quod præstet cautionem, de parendo iuri. Præsuppono etiam quod Imperator siue Rex non est subditus legibus suis.

¶ Casus hic figurat: Ponamus, ꝙ ego sū excommunicatus iu ste, forte pro contumacia, vel alias: Papa sciens me esse excōicatum habuit mecū communionē: quia forte misit mihi litteras, in quibus dabat mihi benedictionem, & bene me excommunicatum scie bat, vel forte tradidit mihi osculū, vel alio mō habuit me cum communicare. Quæritur vtrum Papa ex hoc videat mihi impendisse beneficium absolutionis? Respondet ꝙ nō, nisi ipse Papa expresse dicat, volo te absolutum esse, & tibi beneficium absolutionis impendo. Sed ponamus, ꝙ erā intrusus in alio beneficio, ita ꝙ non habebam titulum, & Papa scripsit mihi litteras, i q bus appellauit me Episcopum illius loci, quem obtinebam sine titulo: Vel ponamus ꝙ illud beneficium vacabat, & nullus obtinebat, & ipse in litteris suis appellauit me Episcopum illius loci: an per hoc vr̄ mihi ius tribuere in illo beneficio: Respōdet Clemens Papa, quod non. h. d. H R. Not quod non solum sufficit non loqui cum excommunicato, sed etiam non debent sibi mitti litteræ. Not quod scribens litteras excommunicato, incurrit minorem de hoc in glo. arg. Idem dicit Lau. si mittit ei nuntium: quia hæc sunt parta, de electio. vbi periculum § nulli, lib 6 & de hoc ibi Not. quod multis modis communicari dr̄ excommunicatio. de hoc in gl. vt in conuiuio Zabar.

† Rō decidendi in hac clem. pōt esse il la, quam affert glo. in c. 1. extra d̄ schisma. i ver bo dispensatum, ga dispēsatio debet esse expressa. adde Dec. in c. si qn̄ in 3. not. de rescri.

† Vide Fely. in sub. procœmij Gregoriani. & in c. cum vigesimum de off. deleg.

mus [a] † Pontifex scienter [b] etiam excommunicato participet [c] litteris, [d] verbo, vel osculo, [e] seu alio quouis [f] modo; ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur, nisi se velle [g] forsitan exprimat illum ex hoc pro absoluto haberi.

¶ Similiter quoque si quem sub titulo cuiuslibet dignitatis, [h] ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel litteris nominet, [i] † honoret, seu quouis alio modo tractet, [k] per hoc in dignitate illa ipsum approbare [l] non intelligitur, [m] aut quicquam ei tribuere noui [n] iuris.

TITVLVS XI.

[Glossa primat summat, & dicit quare emanauit, & quid prima pars determinat.]

a ¶ Summus.] si Papa etiam scienter excommunicato participat, illum per hoc non absoluit, nisi exprimat hoc se velle Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non probat. Creditur ꝙ propter Dominum Fredericum de Sicilia emanauit hæc decre. Pars prima determinat no. 93. dist. si inimicus, & eod. tit. si aliquando, per Gost. in procœm compil. Greg. per Inn & Host. de priuileg. cum olim 1. Et facit hoc c. pro ibi no. per Inn & Host. vt sicut per participium Papa non absoluit, ita nec per euitationem excommunicat: vnde non incurrit minorem, qui participat illi, quem Papa vitat &c. si inimicus loquitur de illo, quem vitat, & vitari præcipit.

b ¶ Scienter.] etiam si ignoranter, non erat dubiū per præcedentem decr. si al. quando.

c ¶ Participet.] quo participio non ligatur minori, vt no. in iuribus alleg. in 1 gl eo. tit. nulli.

d ¶ Litteris.] argue, quod scribens excommunicato incurrit minorem, & de hoc eodem titu. constitutionem. libro 6. in 3 glos

e ¶ Osculo.] formatur ab os, oris, nec debet scribi per h.

f ¶ Quouis modo.] vt in conuiuio, oratione, vel itinerando, vel consedendo.

g ¶ Velle.] est sibi pro ratione volūtas, inst. de iure natu. §. sed & ꝙ prin. sic & princeps sola voluntate sua ... mittit. ff. de manu. apud eum, C. de fideicom. lib si voluntate in inferioribus a Papa non haberet hoc locum, eo. tit. cū desideres.

h ¶ Dignitati.] ecclesiasticæ, vel secularis, cum eadem sit rō.

i ¶ Nominet.] ꝯtrum videbatur notari 99. dist. dominus, & vide quod not. 11. q. 1. sacerdotibus, q sil. sint legiti. per tuas concord.

k ¶ Tractet.] vocans illos, qui sunt eiusdē dignitatis, vocat illū.

[Glo. seq. notat ad opin.]

l ¶ Approbare.] facit ad not per Innoc. & Host. de fil. presbyt. ueniens, vbi tenent, qd̄ si Episcopus Missam audiat, vel procurationem recipiat a male ordinato, vel in stituto, quod per hoc non dispensat cum illo, dato ꝙ sit casus quo dispensare posset, & ibi scripsi.

[Glossa sequens obiectionem soluit.]

m ¶ Non intelligitur.] non obstat sup. de compil. de proba. c vnico, illud enim intelligitur cum Papa narrat factum proprium, super eo fundatur ipsius intentio, vt ibi no. in gl. quid si talia.

n ¶ Noui iuris.] simile de hæret. præsidentes, in fi. lib. 6. & intellige nisi hoc exprimat se velle, vt supra proxi. responso.

Eccles. 24. † lo. And. cuius sūt glossæ in clem. nihil scripsit super hac Clem. causam tradūt Anch. Zabar. & alij gl. uero, quę apponuntur ex cōmentarijs Zab. sūt descriptæ. Epūs audiens Missam a malę ordinato, ñ dispensat cū eo. Continuatio.

De verborum significatione.

¶ Clemens V. in Concilio Vienens.

¶ *Declaratur in aliquibus capit. Exijt. eod. tit. lib. 6. præsertim, an fratres Minores teneantur ad obseruationem eorum omnium, quæ in regula sub verbis imperatiui modi ponuntur: deinde multa inseruntur, ad quæ fratres ipsi obligantur. Et consequenter eorum nouem excessibus prolixe discussis, de electione ministri ipsorum luculentissime tractatur.*

CAP. I.

Exiui † de paradiso, dixi rigabo hortum plan-

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

[Visum est supra per discursum titulorum de singulis partibus iuris: Verum quia in iure multæ dubitationes oriuntur circa verborum significationem, ideo præsens annectitur rubrica.

Exiui.] ¶ Glossa, & alij scribentes quam plures nihil hic scripsere: forte quia Nicolaus III. Leo. tit. lib. 6 (quod c etiam exponit regulam S Francisci) excōicauit glossantes illud c. & in glossando inducentes contrarietates, concordantias, seu opiniones diuersas, vel aduersas: quia tamen permisit glossas fieri, per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio quasi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius ponatur, & quia etiā pœnas illius cap suspendit. Ioan. XXII. in extrauagan. Quia non nunquam, & quia licet illa constitutio prohibita fuerit glossari, non sic ista. Item quia dimittendo hanc sine expositione, inducuntur legentes ad omittendam ipsam, vñ causatur eius ignorantia, cum tñ ipse Nicolaus præceperit, vt illud c. Exijt. sicut cæteræ declarates legerentur in scholis: ideo aliqua breuia hic scribo.

Quoniam

tationum, [a] ait ille cælestis agricola, [b] qui vere fons sapientiæ verbum DEI, a parte in patre manens, genitum ab æterno nouissime diebus istis (fabricante sancto Spiritu) in Vtero Virginis Caro factum, exiuit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar † sedenpo cælestis vitæ, præbens hominibus semetipsum. Verum quia plerumque mortalis vitæ solicitudinibus pressus homo, mentis aspectum ab exemplaris huiusmodi intuitu † diuertebat: verus noster Salomon [c] in solio militantis Ecclesiæ hortum [d] voluptatis inter cæteros quêdam fecit a procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius ac securius vocantur contemplandis seruandisque huiusmodi operibus exemplaris in hunc mundum intrauit ipse, vt rigaret ipsum fœcundis aquis spiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus [e] siquidem est fratrum Minorum Sancta religio, quæ muris regularis obseruantiæ firmiter vndique circumclusa, intra se solo contenta Deo adornatur abunde nouellis plantationibus filiorum.

Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit [f] cum aromatibus, [g] quæ suauitate mira vniuersis odorem attrahentis sanctimoniæ circumfunditur. Hæc est illa cælestis vitæ forma, & regula, quam descripsit ille confessor CHRISTI eximius Sanctus Franciscus: ac seruanda a suis filijs verbo docuit pariter, & exemplo.

¶ Quia vero dictæ sanctæ regulę professores ac emulatores deuoti, & assumpti, & ueri filij tanti patris affectabant, sicut & feruenter affectant, ad purum, & ad plenum prę missam regulam firmiter obseruare: Attendentes quædam, quæ dubium poterant afferre sensum in ipsius regulæ serie contineri, pro ipsorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem Apostolicæ dignitatis, † ut certificati per ipsam, cuius pedibus etiam per ipsam regulam subiecti, possent Domino (pulsis cunctis dubijs) cum plena charitate conscientiæ deseruire.

Horum autem ac iustis supplicationibus plures prædecessores nostri Romani Pontifices successiue (sicut dignum erat) applicantes aures, & animum, declarauerunt ea, quæ dubia uidebantur: ediderunt nonnulla, & aliqua concesserunt, sicut expedire uidebant fratrum conscientijs, ac puræ obseruantiæ status. Verum quia plerumque, ubi culpa non est, eam timere solent conscientiæ timoratę, [h] quę in uia Dei quodcunque deuium expauescunt, non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorū omnium fratrum conscientię quietatę, quin certa aliqua ad regulam ipsorumque statum pertinentia, dubitationum in ipsis fluctus aliqui generentur & oriantur, sicut ad aures nostras pluries, & de quampluribus in publicis, & priuatis cōcistorijs est perlatum. Qua propter per ipsos fratres nobis extitit humiliter supplicatū, quatenus prędictis dubijs, quę occurrunt, & quę possunt occurrere in futurū, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate Sedis Apostolicę curaremus.

¶ Nos igitur (cuius animus ab ętate tenera pia deuotione efferbuit ad huiusmodi professores regulę, & ad ordinem ipsum totum: nunc autem ex communi cura pastoralis regiminis, quam immeritu sustinemus, ad ipsos fouendos dulcius, & attentius gratiosis fauorib. prosequēdos tanto pronunciamus ardentius, quanto frequentius intenta mēte reuoluimus fructus uberes, quos ex eorū exēplari uita, & salutari doctrina toti uniuersali Ecclesię cōti-

nue:

Quoniam autem per diuisionem res melius intelligitur: Instit. de lega. §. sed non vsque. no. ff. de do. except. l. prima. glo. prima. Ideo diuide: quia primo exordium, secundo narratio & petitio: ibi, [Quia vero dictæ.] tertio, exauditio: ibi, [Nos igitur.] Et ibi primo declarat non omnia Euangelica consilia esse præcepta quo ad fratres, declarans, quæ obligent eos ex pręcepto Secundo, in § [Cæterum.] determinat, quid seruandum quo ad bona ingredientium. Tertio, in §. [Prętere. de vestibus, & calceamentis fratrum. Quarto, in §. [Deinde.] de ieiunijs eorum. Quinto in § [Porro.] de non recipienda per eos pecunia. Sexto, in §. [Proinde.] de paupertate, & humilitate ipsorum, & enumerat ti excessus, qui sunt contra paupertatem, & humilitatem, quibus prouidet. Septimo, in §. [Ex pręmissis] soluit dubium oriens ex his, quę de paupertate dicta sunt. Octauo, in § [Dicere.] remouet quendam errorem. Nono, in § [Demum.] determinat de electione, vel institutione ministri prouincialis. Decimo, in §. [In destitutione] determinat de ipsorum ministrorum prouincialium destitutione. Vndecimo, in §. [Cęterum] determinat, quod litteratis carentibus ministro generali supplent vicarius ordinis vices eius. Duodecimo, in §. [Porro.] apponit decretum in his, quę dicta sunt de prouinciali ministro, si aliter fiat.

a ¶ [Plantationum.] Ecclesiastici 24.

b ¶ [Agricola.] Christus.

c ¶ [Salomon.] Christus, de quo Matt. 12. Ecce plusquam Salomon hic.

d ¶ [Hortum voluptatis] vitam Christi, ipse enim cœpit facere, & docere, Actuū primo.

e ¶ [Hic hortus.] descendit ad speciem, & applicat, quæ dixit ad propositum.

f ¶ [Metit.] alias messuit.

g ¶ [Aromatibus.] Cant. 5. & per myrrham intelligit pœnitentiam: per aromata fructum exempli inde prouenientem.

h ¶ [Timoratæ.] quinta distinctio. ad eius.

a ¶ In

Diuisio materiā reddit faciliorem.

Al ita: exemplar sequendo cælestis, &c.

† Alias, continuit.

† Ca. Exijt. §. pen. eo. ti. lib. 6. Fon.

nnc cernimus prouenire) tam pia supplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter, quod petitur, studia nostra duximus conuertenda: ipsaque dubia per plures archiepiscopos, & episcopos, & in Theologia magistros, & alios litteratos, & prouidos, & discretos examinari fecimus diligenter.

¶ Cum igitur † in primis ex eo, quod in dictæ regulæ principio habetur: Regula & vita fratrum Minorum, hæc est, scilicet Domini nostri IESV CHRISTI sanctum Euangelium obseruare, in obedientia [a] viuendo sine proprio, & in castitate. Item infra: Finito vero anno probationis † recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper, & regulam obseruare, &c. Item circa finem regulę; Paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini Nostri IESV CHRISTI, quod firmiter promisimus, obseruemus: Fuit hæsitatum, an Fratres eiusdem ordinis ad omnia, tam pręcepta, quam consilia Euangelij, ex professione suæ regulæ teneantur: Quibusdam dicentibus, quod ad omnia, alijs autem asserentibus, quod ad sola illa tria consilia, videlicet, viuere in obedientia, in castitate, & sine proprio, & ad ea, quæ sub verbis obligatorijs ponuntur in regula, obligantur.

Nos circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, ipsumque articulum quo ad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum: quod cum votum determinatum † cuiuslibet habeat cadere sub certo, vouens regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia Euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem Bea. Francisci conditoris regulæ, hæc probatur fuisse intentio, ex hoc, quod quędam Euangelica consilia in regula posuit, alijs prętermissis. Si enim per illud verbum, Regula, & vita fratrum Minorum, hęc est, & cętera, intendisset eos ad omnia consilia Euangelica obligare, superflue, & nugatorie quędam eorum, suppressis cęteris, in regula expressisset. Cum autem [b] natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia concludit: † Declaramus, & dicimus, quod dicti Fratres non solum ad illa tria vota nude & absolute accepta ex professione suæ regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria prædicta, quæ regula ipsa ponit, Nam si ad hæc tria prædicta tantum pręcise, & nude promittentes se seruare regulam viuendo in obedientia, castitate, & sine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur, pro nihilo, & vane proferentur hęc verba: Promitto semper hanc regulam obseruare: ex quo ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen putandum est, quòd Bea. Franciscus professores huius regulæ, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, seu ad alia in ipsa expressa, intéderit ęqualiter esse obligatos: quin potius aperte discreuit, quo ad quędā ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, & quo ad quędam alia non. Cum ad quędā ipsorum verbum apponat pręcepti, vel ęquipollentis eidem, & quo ad aliqua verbis alijs sit contentus.

¶ Item [c] quia præter ea, quæ expresse verbo pręcepti, ac exhortationis seu monitionis ponuntur in regula: nonnulla verbo imperatiui modi negatiue, vel affirmatiue apposito inseruntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad illa, vt ad habentia vim præcepti. Et quia, vt intelleximus, non minuitur hoc dubium, sed augetur ex eo, quod felicis recordationis Nicolaus Papa Tertius prędecessor noster noscitur declarasse, quod fratres ipsi ex professione suæ regulæ sunt astricti ad ea consilia Euangelica, quæ in ipsa regula pręceptorie, vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium obseruantiam, quæ ipsis in eadem regula sub verbis obligatorijs inducuntur: supplicauerunt prędicti fratres, vt

ad

a ¶ In obedientia.] sine proprio, & in castitate, tria substātialia religionis, de statu mon. cum ad monasterium. Nota ibi [superflue, & nugatorie.] quod superfluitas, & nugatio reprobantur in proœmio Greg. §. sane.

b ¶ Cum autem.] Nota de natura termini restrictiui: quia per exclusionem aliquorum cætera includit, & hoc idē est dicere quod alias dicimus, quod exceptio firmat regulam, ff. de milit. testa. tribunus, §. fina. 32. quæst. 7. dominus. no. Dyn. de regu. iu. super rub. in fi. lib. 6. Secūdo no. ibi, [Pœnitentia.] quod id, quod disponitur, de aliquo, intelligitur etiam de illo, quod ad aliud pertinet, de offi. deleg. c. 1. & cap. præterea. Tertio no. ibi (Pro nihilo, & vane.) quod verba debēt poni cum ministerio de priuileg. ut hic. & eodem titu. si Papa. lib. 6. Quarto not. quod de æquipollētijs idē iudicium hic, vt infra proximo, §. & ff. manda. l. fina. de verbo. significa. in his, de consangu. tua. & facit de iud. capitu. primo. Quinto no ibi, [Quo ad aliqua.] quod id quod de vno dicitur, de alio excluditur, ff. de iudi. cum prætor. de præsumptio. nonne.

c ¶ Item quia.] Not. quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, pars securior tenenda est. 28. dist. presbyter. de sponsa. iuuenis. not. de seru. in or. fac. ca. vnico. in gloss. fina. Secundo no. quod nō omnia, quæ imperantur, important necessitatē. 18. quæstione prima. hic cum not. glo. 14. quæstione secunda. quod præcipitur. regulariter contra. dicto cap. quod præcipitur.

† Vide Cōci. Tri. sess. 25. tit. de Regularibus, & Monialib. c. 4.

† Vide Cōci. Tri. sess. 25. tit. de Regularib. & Monialib. ca. 15.

† Vide B. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. & 2.

† Per l. obses, C. da. præd. mi. Bar. l. secut noie, ff. de vsu. et si cōsō cēt pęna. gl. Sal. l. si. C. de reuo. dona. aut si loīs essent per tunera. de consuetudine. Bar. l. viros, C. de dinee. off. lib. 12. vñ cōcessio tibi, q capias mutuo, aliqui ad centū tm̄ potes capere ad cāonū, q ita cōsuetū est; Potanus. cō. 114. Fon.

† In codicib. antiquib. et impressis ptates legitur ita: Nic. Papa 4. Et decr. Exiit, de qua loqt iste tex. q hr co. tit. lib. 6. etiā tribuitur Nico. 4. in antiquioribus, & emēdatiorib. exemplario. sicut in hac condone obseruatum est.

ad ipsorum conscientias seruandas † declarare, quę horum censeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria dignaremur. Nos itaque, qui in synceris horum conscientijs delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt ad vitandos graues remorsus conscientiæ pars securior est tenenda: † dicimus, quod licet fratres non ad omnium, quæ sub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, sicut ad præceptorum seu præceptis æquipolentium obseruantiam teneantur. Expedit tamen ipsis fratribus ad obseruandam puritatem regulæ, & rigorem, quod ad ea sicut ad æquipollentia præceptis se nouerint obligatos, quæ hic inferius annotantur. Vt autem hæc, quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel saltem ratione materiæ de qua agitur, seu ex vtroque sub Compendio habeant: Declaramus, quod illud, quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quam vnam cum caputio, & aliam sine caputio: Item de non portandis calceamentis, & de non equitando extra casum necessitatis: Item quod fratres vilibus induantur: Item quod ieiunare a festo omnium Sanctorum vsque ad Natale Domini, & in sextis ferijs teneantur: Item quod clerici faciant diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Item quod Ministri, & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & fratribus induendis, solicitam curam gerant: Item quod si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire: Item quod fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerint contradictum: Item quod nullus audeat penitus populo prædicare, nisi a Generali Ministro, vel alijs, quibus secundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc institutus: Item quod fratres, qui cognoscerent, se non posse præmissam regulam specialiter obseruare, debeant & possint ad suos Ministros recurrere. Item quod omnia, quæ ponuntur in regula ad formam habitus tam nouitiorum, quam etiam professorum: necnon ad receptionis modum ac professionem spectantia, nisi recipientibus quo ad habitum nouitiorum (sicut dicit regula) secundum Deum aliter videatur: Hæc, inquam, [a] omnia sunt a fratribus tanquam obligatoria obseruanda: Item [b] ordo communiter sensit, tenet & tenuit ab antiquo, quod vbicunque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim præcepti: & obseruari debet a fratribus sicut tale.

¶ Cæterum, [c] quia Christi confessor prædictus agendorum, ac seruandorum circa recipiendos ad ordinem Ministris, & fratribus modum probens, dixit in regula, quod caueant fratres, & eorum Ministri, ne sint soliciti de rebus suis temporalibus, vt libere faciant de eis, quicquid ipsis a Domino fuerit inspiratum, licentiam tamen habeant ipsi Ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur. Dubitauerunt & dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredietium quicquam recipere si donetur, & si ad dandum personis, & conuentibus possint eos inducere sine culpa, si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi ministri seu fratres dare consilium, vbi ad consulendum alij quam ex ipsis, ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inueniri. Nos autem considerantes attente, intendisse Sanctum Franciscum suæ regulæ professores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ingredientium per dicta verba specialiter, & totaliter elongare, vt quantum est ex parte fratrum ipsorum, receptio ad ordinem sancta, & purissima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsos tantum diuino seruitio mancipandos: Dicimus † decætero debere tam ministros, quam fratres cæteros, dictis inductionibus ad sibi dandum, & suasionibus, necnon & dandis circa distributionem consilijs abstinere, cum per hoc ad timentes Deum status alterius mit-

tā

a ¶ Hæc inquam.] omnia repetit, vt clarior sit oratio, & potest dici color rhetoricus, qui dicitur repetitio.

b ¶ Item ordo.] not. quod antiqua interpretatio habet vim iuris: minime enim mutanda sunt, &c. ff de leg. minime. de consuet. cum dilectus.

c ¶ Cæterum.] secunda tertiæ, vbi de bonis ingredientium. Not. ibi, [Maxima paupertate.] quod ordo Minorum fundatus est in maxima paupertate. de excess. prælatorum. vbi de ipsis & Prædicatoribus dicitur, quod in altissima paupertate Christo pauperi famulantur. & dicitur maximū, quod principalem gradum tenet ff. de verb. oblig. vbi autem in princi. nam superlat nū vni soli cōuenit. 63. dist. metropolitano. vbi glos. Quomodo autem paupertas cōueniat religioni, dixi, de regula tanc q. 14 & per ibi notata patet, quod in paupertate nō est perfectio simpliciter, sed in sequela Christi: paupertas autem est instrumentum perfectionis: & hoc vario modo prout variæ sunt religiones. de hoc ibi, & per Thomam 2.2 q pen ar. 7. & infra §. proinde. Secundo not. ibi, [Cūctis pateant.] quod curandum est, sed bono testimonio, & opinione. di. facta vacti. c. unico. §. ad exhibendum.

† al. seruandas, idest clarificandas, siue ad serenitatem, & tranquillitatem deducēdas.

† Cap. cōsilium, & ibi gl. de obiectu ieiu. ar. de spo. e intellectu 34 q. 2 fa. ut singulare. Hippo. ii 5 ... al legat Fely c. audi... tu, antepenul. de præsc.

Gradus superlatiuus vni soli conuenit.

† al. Dicimus oino debere tā ministros &c.

a ¶Cum vero.] hic de eadem declaratione Nicolai III. § item quia. Nota, quod quãtitas notabilis facit illicitum, qđ alias licet, sic de relect. statuiĩ, § insup lib 6. Secundo no. quod ex futuris præsumitur circa præteritum: nam hic vetat accipi notabilem quantitatem etiam gratis: ne præsumatur, quod mori fuerint ad recipiendum istũ, quia oculum habuerũt ad eius bona tpalia, sic 33. q. 2 cũ p bellicam, in fi. vbi glos. de multiplici præsumptione, scribã in glo. fin. Quæro, quia hic & in 9. pcedenti dř, quod fratres non sint soliciti de bonis tẽporalibus eius, qui recipitur ad ordine, licet possit ipse dare fratrib. de suis bonis p modũ eleemosynę, quid si ingrediẽ non facta dispositione de bonis suis? Sol. Quicquid sit de alijs Mendicantibus, de quo not. de probat. in præsentia quo ad fratres Minores dic, quod nihil habebunt fratres: dř enim in regula, quod volẽtibus ingredi, dicat quod vendant oĩa sua, & studeant pauperibus erogaĩ: & sic fuit intentio B. Francisci, quod non recipiant nisi prius disposito de bonis suis: qđ si nõ fuit factũ, dic quod trãseant bona ad venientes ab intestato: nam solus vnus modus pmittit fratribus habendi de bonis illius. f. si ille contulit per modum eleemosynę, vt hic et go alij prohibentur, & de ud. cũ prætor. de præsum nonne, & ho. quod dico.] co. p. omnde q. 2.

b ¶Præterea.] hic de vestibus fratrum declarauit in dic. exijt, § licet autem ibi dř, quod de licentia Ministrorum, & Custodũ coniunctim, & diuisim in administratio nibus sibi cõmissis, possunt tres vti pluribus: ipsi autem Ministri, & custodes licentiam pcedant, cũ eis viderint, pensatis necessitatibus, & alijs circunstantijs, quæ fm Deum & regulã attẽdendæ videntur pro hoc] § proxi. vbi vilitas attenditur secũdum consuetudinem

Præsumitur ex futuris circa præterita.

Religionẽ si quis ingreditur nõ dispo sito de bonis, qđ fiet de illis.

ti debeant, non ad fratres: vt vere cunctis pateant esse tam salubris instituti paterni studiosi zelatores seduli, & perfecti. Cum vero [a] facere de rebus suis, quod Dominus inspirabit, ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse, non videtur quin liceat eis recipere, consideratis, scilicet eorum necessitatibus, & moderaminibus declarationis iam dictæ, si quid de bonis suis intrans sicut, & cæteris pauperibus per modum eleemosynæ libere velit dare. Cauere tamen in acceptatione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præsumi possit sinister oculus contra ipsos.

¶ Præterea [b] cum dicatur in regula, quod illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint. Item quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur: Nosque prædicta verba declarauerimus æquipollere præceptis; Volentes hæc determinari plenius, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus vti non licet, nisi in necessitatibus, quæ haberi possunt ex regula, secundum quod hunc passum memoratus prædecessor noster plenius declarauit. Vilitatem [c] autem vestium tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundum consuetudinem, vel conditionem patriæ, debeat quantum ad colorem panni, & pretium vilitas merito reputari: non enim quo ad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus assignari. Huiusmodi etiam vilitatis iudicium Ministris, & Custodibus, seu Guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes: ita tamen, quod seruent in vestibus vilitatem. Quorum [d] etiam ministrorum, Custodum, & Guardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua necessitate possint ipsi fratres calceamenta portare.

¶ Deinde [e] cum duobus temporibus annotatis in regula, scilicet, a festo omnium Sanctorum vsque ad natiuitatem Domini, & maxime Quadragesimæ, in quibus ieiunare tenentur inferatur in eadem regula: Alijs autem temporibus non teneantur nisi sexta feria ieiunare: & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti ordinis fratres non tenentur nisi ex condecentia ad alia ieiunia, quam ad ista: Declaramus, debere intelligi eos non teneri ad ieiunium alijs temporibus, præterquam in ieiunijs ab Ecclesiæ constitutis: non est enim verisimile, quod vel institutor regulæ, vel etiam confirmator absoluere ipsos intenderit a seruandis illis ieiunijs, ad quæ de commu-

patriæ, & arbitrium Ministrorum, & Custodum.

c ¶Vilitatem.] de eodem nota, quod vilitas rei consideratur ex pluribus, in eo autem dicit, vilitatem attendi secundum consuetudinem patriæ pro hoc 93. distin. legimus, vltra medium, ibi. [Priuilegium, &c.] Secundo no. quod in iudicando vilitatem attenditur reputatio, de hoc sup in proxi. notabili, sic etiam in æstimando pretium rei attenditur reputatio non singulorum, sed cõis, ff. ad leg. Fal ci. pretia. in prin. Tertio, no. quod quandoq; specialiter operatur conscientia commissarij, vt hic. Et ad hoc casu possit cõmittere vices suas, dixi supra de concel. præb. cle. vnica in princ. q. 6. Quarto not. quod hoc de vilitate vestium non indistincte cõmittitur Ministris, & Custodibus: quia nõ possunt concedere, quod vtantur non vilib. sed habent declarare, quæ censeantur viles: tamen si declararent censeri viles eas, quę essent manifeste preciosæ, talis declaratio non excusaret fratres talibus vtentes. sic nec præceptum intuitum excusat. de tem po ord. ad aures sine nec compulsio superioris, de excel prælat. sãta 11. q. 3. ita enim & quod hic de vilitate relinquitur arbitrio Ministri, & Custodum, extra. gan. lo. 22. quorundã, ad longitudinem, latitudinem, grossitiẽ, & subtilitate, & quoad formam & figurã, & similia accidentia, quæ omnia relinquuntur arbitrio prædictorũ.

d ¶Quorum.] hic de calceamentis.

e ¶Deinde.] hic de ieiunijs commu. Not. ibi. [Sexta feria,] quod licet exceptio vnius aliorum sit inclusio: quia exceptio firmat regulã, vt dixi s. § cum autem in primo notabili, tn si per alia iura de illo erat dispositũ, non tollitur illa dispositio: licet enim hic dicat, & alijs temporibus, q̃ a festo omnium Sanctorũ vsq; ad natiuitate, vel in Qua-

Vilitas habitus cõdigꝫ cõmitti ar bitrio Ministrorum.

Exceptio firmat regulam. Facit c. litteras, & ibi Pano. de restit. spolia. vbi Deci. in l. s. ff. de regu. iur. & scribentes reputant istu tex. hic singularẽ. For

Quadragesime fratres nõ teneantur ieiunare, nisi sexta feria, non per hoc includit, q possint non ieiunare in ieiunijs ab ecclesia institutis: est ergo tantu sensus, q ad ieiunia alia extra sextam feriã non tenentur ex præcepto regulæ, & sic nõ plus quam alij, sed ad ieiunium sextæ feriæ tenentur plus q̃ alij, de obser. ieiu. c. ti. Secundo, nota arg. a uerisimili, ibi, quod nec. cũ: nõ est verisimile, se. pro ea cũ de qua. de te. st. ob car men § h de reg. iu. l. in obscuris de plum. q verisimi c. Tertio, no. q in uictũ ad augendum non dẽt operam i diminutionẽ: & idem econuerso, ff. de alimen. leg. legata inutiliter. de cond. & demonst. cum male, §. n qua ratione nõ operatur contrarios effectus, de iureiurãdo intellectu regulæ, quod ob gratiam libro 6 Quarto nota, quod ad ieiunia indicta ab Ecclesia, omnes Christiani obligantur, de obseruat. ieiun. consilium, §. cum autem, quod declarat. ibi quæst. 1. & 2. & dixi sup de here. ad nostrũ, § 2. quæst. 2.

a Porro,] hic de non accipienda per eos pecunia.

b Posuerit]dicto ca. exiij, § cæterum, vbi determinat, qd nõ licet eis mutuu cõtrahere, sed si quis vult succurrere, põt se offerre, quod volunt si debitor laborare, vt ei satis bat, & hoc male seruatur, quia sæpe cõtrahunt mutuum, declaramus ibi, & q̃ dam alia, sed præcipuum est quod fratres non recipiant ipsi pecuniã: sed tamen quod dare põt aliquẽ eis nuntium, cui p eũ, qui vult eis facere eleemosynam cõmittatur executio, domino tamen tã ac proprietas ac possessio pecuniæ remanet penes dantem, cum libera potestate reuocandi vsque ad consecrationem ipsius in rem deputatam, & dic plenius in d. c. & duobus sequentib.

c Cippi vel trunci]vel, pro, i & est cippus lignum in ornatum & magnum, & perforatur ut cedat loco capræ, hæc tamen male seruant fratres. nota differentiã inter denarios, & pecuniam: quia denarius est, qui pro decem nummis olim computabatur: pecunia vero proprie est substantia ac peculijs proueniens: tamen hoc hodie cõiter accipitur pro eodem, & ideo expone literam ibi, denario vel pecuniam, uel, pro, id est, & nomine denariorum cõtinetur omnis moneta magna, vel parua, aurea, vel argentea, vel alterius generis, & hoc quia fauorabile est sic intelligi, & quia indistincte loquitur, licet nummis legatis veniant exiguores tantum, ff. de legat. 3. nummis. Secundo, nota quod id, quod per me non licet, nec per interpositam personam, regula, qui per alium, lib. 6. Tertio nota, quod in his, quæ generaliter prohibẽtur, omnia intelligũtur prohibita, quæ non inueniuntur cõcessa, de hoc de transla. cap. 1. ver sed neque, in gl. argu, ut ibi dixi.

ni statuto Ecclesiæ obligantur Cæteri Christiani.

¶ Porro [a] cum dictus Sanctius volens fratres suos super omnia a denarijs seu pecunia esse totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam: illumque articulum declarans idem prædecessor noster, casus & modos posuerunt,[b] quibus se uatis a fratribus non possint dici, nec debent per se, vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel sui ordinis puritatem dicimus, fratres teneri cauere summopere, quod pro alijs causis, & sub modis alijs, quam ponat dicti prædecessoris nostri declaratio ad dantes pecunias, siue deputatos nuntios non recurrant: ne (si secus ab ipsis attentatum fuerit) transgressores præcepti, & regulę merito possint dici, nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca quæstus omnis pecuniæ ac oblationum pecuniarum receptio in ecclesia, vel alibi, cippi [c] vel trunci ordinati ad offerentium, seu donantium pecunias reponendas: nec non & quicunque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, qui per declarationem prædictã non conceditur: hæc inquam omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cum [d] etiam recursus ad amicos speciales expresse tantum in duobus casibus secundum regulã concedatur; videlicet, pro necessitatibus infirmorum, & fratribus induendis: idque pie, & rationabiliter considerata necessitate uitæ ad alias necessitates fratrum pro tempore occurrentibus [e] cessantibus eleemosynis, seu etiam ingruentes, ipse prædictus prædecessor noster duxerit [f] extendendum. Attendant fratres prefati, q pro nullis causis alijs quã prædictis verisimilibus, [g] in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiusmodi, siue sint dãtes pecunias, seu deputati per ipsos, siue nuntij, uel depositarij, seu alio quouis nomine appellentur: etiã si concessi per eandẽ declarationem modi [h] circa pecuniam integre seruarentur. Denique cum idem confessor summe affectauerit suæ regulæ professores totaliter [i] esse abstractos ab affectu & desiderio ter

d ¶ Cum et.] de eodem præcedenti.

e Occurrentes] pro quibus subueniatur fratri ab aliquo, cui habent fratres procuratore, vt reddatur pecunia, & sic dicũtur necessitates non ingruentes, i. imminentes de præsenti, sed iam præteritæ: tamẽ quo ad hoc, quod hic dicitur, idem in vtrisque, ut reprobat qd sequitur.

f ¶ Duxerit] eo cap. exiij, porro. in fi.

g ¶ Verisimilibus] necessarijs, non voluntarijs, declaratur autem in dicto § porro quod in his, quę sunt necessaria ad victum, vestitum, diuinum cultum, & spiritnale studium, concessus est fratribus vsus necessariorum rerum, & hæc causa mouent generaliter omnes necessitates cõprehẽdere, tñ qui quã et sunt eis necessaria, q̃ no posse concernunt causas præmissas immediate: deo h c adiecit qd et hoc eis liceat pro causis similibus, vt si du tran cãt de loco ad locum cã ordinis, non permittuntur in certo loco transire, nisi soluant pedagium, licet non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum est eis requirere per eleemosynam vt soluant, ne impediantur, pro hoc quod in via sequitur, &c

h Modi.]et qd ipsi nõ recipiant, nec administrent, pro hoc qd dixi s § porro, super 1 litera, & inf. § prox.

i Totaliter,] nam hic ordo fundatus est in maxima paupertate, sup. § cæterum

Pecunia denarius differunt.

renorū, & specialiter a pecunia & eius vsu totaliter inexpertos, sicut probat prohibitio de recipienda pecunia in regula sæpius repetita: [a] curare fratres vigilanter necesse est, quod cum ex causis prædictis, & modis ad hittes pecunias deputatas pro ipsorum necessitatibus recurrere oportebit ad retinentes ipsas, quicunq; hi fuerint principales vel nūtij in omnib. sic se gerant, quod se cunctis ostendant in dictis pecunijs (sicut nec habent [b]) penitus nil habere. Quapropter [c] præcipere, quod & qualiter pecunia expendatur, cōputumque exigere de expēsa, eam quomodocunque repetere, siue deponere, aut deponi facere capsulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus, & consimiles sibi fratres illicitos esse sciant: Prædicta n. facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos ipsi deputauerunt ad hoc ipsum. ¶ Proinde [d] cum vir sanctus paupertatis præmissæ in regula modum exprimens dixerit in eadem: Fratres nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc seculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter: Sicque declaratum extitit per nonnullos prædecessores nostros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in speciali, quam etiam in communi, propter quod, & rerum omnium concessarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarū vsum facti, scilicet ordini, vel † ipsius fratribus licet habere) proprietatem, & dominium in se, & Romana Ecclesia receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodo vsu facti sim-

a ¶ Repetita] Supra e. § proximis.

b ¶ Nec.] habent, vnde contra ipsos non habent actionem nec persecutionem in iudicio nec ext. d. c. exiji §. Cæterum, & inf. proximo §.

c ¶ Quia propter,] No. singulariter, quod in pecunia non est dare possessionem separatam a dominio, quod probat littera in eo quod dicit, ad solos dominos, vel eorum cōmissarios spectare hęc quæ hic enumerantur, & est ratio, quia pecunia facile fit nostra: vnde etiā aliena mihi mutuata per nō dñm per commistionem cum mea, fit mea, si bona fide accepi ff. de solu. si alieni, quod est singulare, & est hoc propter singularia præcepta pecuniæ numeratæ, ff. si cer. peta l. singularia.

d ¶ Proinde.] hic de paupertate, & humilitate ipsorū. Et numeratis nouē excessibus prouidet de prio: deinde prouidet de alijs in § sequ. No. quod fratres Minores non hñt proprium nec in speciali, nec in cōmuni, & hoc non videtur speciale i eis, sed locum habet etiam in alijs mendicantibus, vt in prædicatorib. & similibus, qa ex regula nō licet habere redditus aut possessiones, sed per quæstum publicū victum tribuere solet incerta mēdicitas de reli. domi. cap. vnico, lib. 6 tamen non in omnib. æquiparant. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, vt in extrauagan. Io. 22. quia quorundam, § præterea hic autem dicitur generaliter, quod fratres Minores nihil sibi approprient, & quod hæc expropriatio intelligitur tā in spāli, quam in communi, dissentiunt, & in alijs quod dic plenius, vt inf. quæstio prima in solutione tertiæ rationis Secundo no. in verbo cū enim quod ex exteriorib. actibus repræsentatur mentis dispositio & præsumptio ex studiis, quod tamen proprie non colligitur hic, sed potius colligitur, quod is qui vult esse rectus in mente, hoc insistet ex operibus nam ex fructibus eorum cognoscetis eos. Matt. 8. de regu iu. cap 2. Tertio no. quod fratres Minores sunt incapaces successionem, sed legatorum sic, nisi fiat in fraudem. de hoc inf. q. 2 Quæro in eo quod dixi in primo not. quod fratres Minores nō habent propriū, nec in speciali, nec in communi An hoc procedat quo ad omnia? Antequā veniatur ad argumentum, sciēdum est, quod hæc quæstio scrupulosa est, & peperit in Ecclesia Dei perniciosos effectus, præcipue tempore Ioā. Papæ 22. quia nonnulli magistri sacræ paginæ uerbis, & in scriptis nisi sunt ostendere, quod fratres prædicti etiam in reb. vsu consumptibilibus habent tantū simplicē vsum facti, & quod hæc est altissima paupertas, in qua sunt fundati, & quod hæc etiam fuit vita Christi & Apostolorum, dicētes, quod perfectioni vitæ Christi & aliorum perfectorum non est consonum aliquid habere proprium, sed solum facti vsum, & inter istos fuit Marsilius de Menandrino Paduanus, de quo mentionem fecit de c. ex. venerabilem, ver. verum, qui multis rationib. & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verum. ipse autem Ioann. 22. in extraua. cum inter nōnullos, declarauit, quod asserere pertinaciter, quod redemptor noster & eius Apostoli non habuerunt ius vtendi in ijs, quę sacra scriptura eos habuisse commemorat, & illa vendendi seu donandi, aut ex ipsis alia acquirendi est hæreticum, & idem Io. 22. in extrauag. quia quorundam late prosequitur hęc, respondendo rationibus, quas tenentes cōtrarium adducebant, & in eadem extrauagā. dicitur, quod in ijs quæ sunt vsu consumptibilia, fratres Minores habent ius vtendi, & idem dicitur in extrauag. eiusdem Io. ad conditorem, quia non est possibile, quod sit vsus facti licitus sine iure vtendi, & quia isti magistri, qui tenuerunt contrarium vsi sunt rationibus apparentibus, habuerunt sequaces multos: vnde secutum est quod adhuc hodie ē magna multitudo, quę dr̃ Fraticellorum, qui ex hoc errore lapsi sunt in alios, dicentes quod a tempore illius Ioan. 22. quem damnant per prędictas extrauagantes tanquā hæreticum, non fuit aliquis verus Pontifex; & alia multa nefaria dogmatizant, & in his si comprehenduntur per epos, persistunt, et permittentes se comburi vt vidi Florentiæ: vnde sæpe cogitaui, quod vtile esset quod Ecclesia Romana permitteret libere de hoc disputare An Christus habuerit, vel non habuerit, vel habere potuerit propriū, uel nō potuerit, & similiter de vita fratrum Minorū, an possint aliquid habere propriū, cū in hoc non versent articuli fidei, ex tali n. libertate occurreret eorum erroribus, q forte de facili corrigerent in alijs, nec per hoc etsi discerētur, quod Christus no habuerit propriū aliquid inferri possit contra proprietatem Ecclesia Rom. cum multa sint & in alijs immutata, prout visum fuit sanctis patribus sm̃ exigentiam temporum. sed interea stantibus illis extrauagantibus, & hac constitutione, & constitutione capi. Exiji. videamus aliqua de quæstione. Et videtur quod Fratres habeant quo ad omnia solum simplicem vsum facti, per c. exiji, § porro, ubi dicitur quod in rebus temporalibus est considerare proprietatem, possessionem vsumfructum,

† al. ita vel ipsius.

Fraticellorum error.

F. Minor. an nihil proprij possint habere.

iua

plicis. Ad nostrum fuerunt deducta examen, quę in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet, vt ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, quod se institui hæredes non solum sustinent, sed procurant: item quod redditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quãtitate, quod conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item quod cum ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curijs agitantur, assistunt aduocatis & procuratoribus, & ad inuestigandum eosdem se ibidem personaliter repræsentant: Item quod executiones vltimarum suscipiunt † voluntatum, & gerunt; seque intromittunt quandoque de vsurarum uel male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis: Item quod alicubi non solum excessiuos hortos, sed etiã vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum: Item quod temporibus messium vel vindemiarum sic copiose granum & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellarijs & granarijs recõduntur, quod per anni residuum & absque eorum mendicatione possunt transfigere vitam suã: Item quod ecclesias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curiositate figuræ & formæ, ac sumptuositate notabiliter excessiua, sic quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum: Paramenta etiam ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas ecclesias cathedrales: Equos insuper & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indistincte: Tamen communitas fratrum & specialiter rectores ipsius ordinis asserebant, quod prædicta seu plura ex ipsis in ordine non fiebant, quod & si qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur: necnon contra talia ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multum stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum prouidere conscientijs, & cuncta dubia (quantum possibile nobis est) de ipsorum pectoribus remouere, ad prædicta, modo qui sequitur, respondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur, integriorem mentis dispositionem & habitum repræsentet: necesse habent fratres, qui se expropriatione tanta a temporalibus abstraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi esset,

Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonice, aliter cassanda, fallit in quinque casibus, & qualiter causæ beneficiales, quæ ad Curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes prosequi debeant.

Cap. 1. [De renuntiatione.]

Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat. nisi cum procuratoris ad renunciandum reuocatio intimatur superiori, &c.

Cap. 1. [De supplen. negligen. prela.]

Subaudi auctoritate Apostolica per superiores, & ordinarios circa collationes prioratuum regularium. Vt non applicentur mensæ.

Cap. 2. [De æta, & qualit ordin.]

Subaudi necessario requisita, & ad consequenda beneficia iuxta canones, & promotione canonicorum ad sacros ordines obseruanda, iuxta Ecclesiæ consuetudinem generalem.

Cap. 1. [De officio vicar.]

Subaudi perpetui, vt etiam assimiletur alijs sacerdotibus curatis in iure.

Cap. 1. [De officio deleg.]

Subaudi & executoris apostolici cum potestate subdelegandi certum articulum.

Cap. 2. [De officio ordi.]

Subaudi & eius potestate & iurisdictione plena sibi competente, & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap. 4. [De procurat.]

Subaudi, vt eorum mandata generalia, vel specialia ad iudicia, vel negotia exequi debeant, etiam probari per litteras, fallit in quatuor casibus, de quibus hic.

Cap. 1. [De in integ. restit.]

Subaudi concedenda ecclesiæ læsionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

Lib. ij. Cap. 1. [De iudicijs.]

Subaudi ordinarijs, & quandoque summarijs, & citatione, & alijs eorum partibus, & in toto iudiciali processu canonice procedendo. & de citatione per edictum.

Cap. 1. [De foro compe.]

Subaudi, vt. s. forum rei actor quilibet sequatur, fallit in casu de quo ibi.

Cap. 1. [De causa posses & propr.]

Subaudi, s. simul eodem iudicio tractanda: nisi suspendatur possessorium, etiam in secunda instantia alterius partis.

Cap. 1. [De dolo & contu.]

Subaudi, scilicet canonice punienda, vt, s. absque alia citatione procedi possit ad diffinitiuam contra friuole appellantem.

Cap. 2. [Vt lite penden. nil inno.]

Subaudi s. neque per iudicem, neque per actorem, neque per alium quemcunque etiam post citationem intimatam partem plene informantem.

Cap. 1. [De sequest. poss. & fruct.]

Subaudi quando que permissa, scilicet post primam sententiam latam in Romana Curia, in possessorio, vel petitorio.

Cap. 1. [De probat.]

Subaudi quibuscunq; regulariter admittendis, s. ex verbis Papæ renuntiatiuis de facto proprio, vel alieno, in quo fundant intentionem.

Cap. 2. [De testibus.]

Subaudi, & attestationibus regulariter admittendis etiam Christianis contra Iudæos, & Sarracenos etiam in criminalibus: non tamen post publicationem, & in causa appellationis super eisdem, vel directo contrarijs articulis.

Cap. 1. [De iureiurando.]

Subaudi regulariter præstando, & obligatorio, & obseruando, & per Imperatores, & Reges Romanæ fidelitatis in forma, de qua hic.

Cap. 1. [De exceptionibus.]

Subaudi, excommunicationis, & alijs regulariter admittendis, tam dilatorijs, quam peremptorijs.

Cap. 2. [De sententia, & re iudi.]

Subaudi ferenda canonice, & exequenda, & confirmanda.

Cap. 7. [De appellationibus]

Subaudi iudicialiter, & extra iudicialiter regulariter admittendis, & temporalibus earum.

[De vita & honest. cleric.]

Subaudi moraliter obseruanda iuxta canones.

Lib. iij. Cap. 2. [De præbendis.]

Cap. 6. Subaudi canone impetrandis, per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in eo veniunt dignitates curatæ, eleemosynariæ, nec hospitalia.

[De concessione præben & ecclesiæ non vacantis.] Cap. 1.

Subaudi & mandato de prouidendo, cum afficiente decreto ne ad id compellantur, alias priuantur ordinarij ante conditionis insertæ euentum sine temporis adiectione currentis, ex quo publice in loco est nota vacatio.

Cap. 1. [De reb. eccle. non alien.]

Subaudi nisi ex necessitate seruatis seruandis, & vnione earum mensæ episcopi non facienda.

Cap. 1. [De rerum permut.]

Subaudi, & beneficiorum alias quam permutationibus conferendorum.

Cap. 2. [De testamentis, & vltimis voluntatib.]

Subaudi, & eorum executore, ad cuius rationes reddendas religiosi etiam exempti sunt compellendi.

Cap. [De sepulturis]

Subaudi ecclesiasticis regulariter prohibitis tempore interdicti ecclesiastici, alias exempti contrafacientes eo ipso sunt excommunicati.

[De

[De decimis.]

Cap. 1. Subaudi non vsurpandis, & appropriandis per religiosos: & de decimis beneficiorum secundum taxam, & monetam loci exigendis absque occupatione ornamentorum ecclesiasticorum.

[De regularibus.]

Cap. 2. Subaudi mendicantibus, etiam licite ad non mendicantes translatis, non assumendis regulariter ad locum, nec vocem capitulo, nec ad prioratus. & tacite per annum professis cum habitu professorum.

[De statu monachorum.]

Cap. 1. Subaudi nigrorum, & alborum moderando in vestibus, cibo, potu & sacramentis: vagatione & armis, & monasterijs monialium visitandis annis singulis.

[De religiosis domibus, vt Episcopo sint subiectæ.

Cap. 1. Subaudi Beguinis abolitis, &c & pijs locis, vt eorum cura non postponatur.

[De iurepatronatus.

Cap. 1. Subaudi, vt patroni per dioecesanum compellantur ad assignandum congruam portionē præsentatis, &c. & vt eorum plures hæredes vocē vnius tm̄ habeant.

[De censibus.]

Cap. 3. Subaudi, & procurationibus per religiosos regulariter soluendis, visitantibus in temporibus a iure statutis. Et pedagijs, & guidagijs non exigendis ab ecclesiasticis, vel ecclesijs.

[De celebratione missarum.]

Cap. 1. Subaudi, & diuinis officijs debite celebrandis in cathedralibus, & collegiatis, &c. in quibus commensales Cardinalium, & episcoporum possunt se illis coaptare.

[De baptismo.]

Cap. 1. Subaudi in ecclesijs, & fontibus deputatis faciendo: salua necessitate, & potestate deferendi principibus: alias præsumentes castigentur.

[De reliquijs & veneratione sanctorum.]

Cap. 1. Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de festo sacri Corporis Christi cum indulgentia.

[De immunitate ecclesiarum.]

Cap. 1. Subaudi regulariter seruanda, iuxta concilium generale, & Lateranense, reuocato c clericis, eo. ti. in 6.

[De consanguinitate, & affinitate.]

Lib. 4. Cap. 1. Subaudi regulariter non contrahendo in gradibus prohibitis, neque alias per clericos, vel religiosos: alias eo ipso sunt excommunicati sæpius nuntiandi.

[De magistris]

Lib. 5. Cap. 1. Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, Chaldæam docendam. Et de moderatione expensarum circa doctoratum.

[De Iudæis, & Sarracenis.]

Cap. 1. Subaudi quibus Machometi nominibus prohibetur inuocatio, & ad veneranda corpora suorum deuotorū peregrinatio.

[De hæreticis.]

Cap. 1. Subaudi per dioecesanum, & inquisitorem simul cō-10 demnandis, &c. & de octo erroribus Beguinarum, vel Beguinorum.

[De homicidio voluntario, & casuali]

Cap. 1. Subaudi commisso per furiosum infantem, vel arctum, vt non inducat irregularitatem.

[De vsuris.]

Cap. 1. Subaudi super quibus statuentes, aut statuta non reuocantes, aut iudicantes, quod soluantur, aut soluta non repetantur, sunt excommunicati, & quod eorum libri edantur, & pro hæreticis habeantur, negantes eas 20 exigere non esse peccatum.

[De excessibus prælatorum.]

Cap. 1. Subaudi non committendis, & puniendis, scilicet, si suis iuribus non contenti alijs iniuriantur.

[De priuilegijs.]

Cap. 2. Subaudi ministrandi sacramenta prohibitis religiosis: alias ipso facto sint excommunicati. Et quod liceat archiepiscopis crucem ante se deferre etiam per loca exempta.

[De poenis.]

Cap. 1. Subaudi offendentium Episcopos, & filiorum, sapi-30 entium Ecclesiasticos, vt propterea renuntient beneficijs, & excommunicantur etiam religiosi prohibentes decimas solui.

[De pœnitentijs.]

Cap. 2. Subaudi non iniungendis per quæstores: alias puniatur per ordinarium.

De sententia excommunicationis.]

Cap. 1. Subaudi ipso facto incurrenda a religiosis, & dominis temporalibus, & eorum subditis violantibus interdictum: & vt sorores scilicet temporalibus tunc ad di-40 uina non admittantur.

[De verborum significatione.]

Cap. 2. Subaudi videlicet illius clausulæ, simpliciter & de plano sine strepitu & figura, &c. & regulæ Mēdicantiū.

F I N I S.

EXTRAVAGANTES TVM VIGINTI D. IOANNIS PAPAE XXII. TVM COMMVNES SVAE INTEGRITATI *VNA CVM GLOSSIS RESTITVTÆ.*

Et nunc recens illustratæ nouis Additionibus D. Prosperi Carauitæ, Patricij Ebolitani, & Iuriscon. celeberrimi.

VENETIIS, M. DCV.

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcensis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus Pontifex creatus est. Is præter constitutiones Clementis V. prædecessoris, multas quoque suas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Cassanis, quem alij Genzelinum vocant, vberes composuit commentarios.

TABVLA EXTRAVAGANTIVM TVM Viginti Ioannis XXII. tum etiam titulorum, & capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem distincta.

Tabula Extrauagantium viginti Ioannis xxij. secundum ordinem alphabeti.

Tabula titulorum quinque librorum Extrauagantium communium secundum ordinem alphabeti.


Tabula

Tabula capitulorum Extrauagantium communium.

Tabula omnium capitulorum Extrauagantium communium secundum per alphabeti ordinem.

F I N I S.

Non gignunt dextros, qui ſtant in parte ſiniſtra,
Laua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio cõiugalis. su. q. 3. cap. de affinitate, & extra de clande. despon. c. cũ inhibitio. tñ quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c. cum inhibitio. & de consan. & affin. c. non debet, ideo vsq; ad quartam duntaxat figuram hanc diximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit, Quin duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradatum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hęc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis, arbor iudicet qui huiusce causæ trigesimæquintæ cum canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo ꝓueniens, ꝙ vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continẽs, & numeros distinguẽs, & est triplex, scilicet graduum descendentium ascendentium & collateralium.

Gradus est habitudo distãtium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicũtur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA. Regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendẽtium quot sunt personæ de quib. quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum defiat abauus a Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & inter mediis quinque sunt personæ: deme vnam, quatuor sunt gradus: sic de aliis.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facias abauum stipitẽ inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateraliũ in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exẽplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inęquali. Computemus ergo a remotior, scilicet a p. sed p. distat a stipite quarto gradu ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ *Pro arbore consanguinitatis secundum cõputationem ciuilem dantur tales regulæ.*

PRIMA. In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur computatis inter medijs vna dempta. tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent Non secundum leges quęlibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim. Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inęquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationẽ, recurre ad Ioannis Andreę declarationem.

CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de deo Hispanus post eos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuũ obscuritatem aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. An. inter decreto rum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse. vt habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam nota: & habentibus notam, ex oculorum in spectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo, an sit authentica, Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ q̃stionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum alias vincit insti. de gradi § agnationi. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostentione enim facti quædam melius percipiũtur, quam elocutione, extra de donat. Apostolicæ. ver. si Hinc est, quod agrorum dimensio subijcit oculis. 16. q. 3. inter de pręscrip. quia in indicãte C. fin reg l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit prægnans. ff. de ven. in spi. l. 1 in prin. Locorum pudicitię inuestigatio, an mulier sit virgo: extra de prob. posuisti. an arcta, de frig. & ma fraternitatis. vel aliter impedita, cod. tit ex litteris. Iniuriæ. an sit atrox æstimatio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ papales an sint veræ vel falsę. de cri. fal. licet.

Oculis multa subiciũtur.

¶ Ad secundum, dic quod arbor authentica est, qđ patet ex canonib. Isidori, & Alexandri 34. q. 5. c. 12 & vlt.

¶ Ad tertium dic, ꝙ quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalib. est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum, quod repetita lectio probat C. de emend. iu co. l vna Item ex eo quia antiq canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statutum iuriũ nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem cõsanguinitatis specialiter descendamus Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur: quid linea: quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet & quare sic formetur, & quare sic punctetur & interseremus regulas, per quas cognoscimus gradus, demum ponemus quędam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, ꝙ cõsanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenientis, quia vna descendit ad altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur aut consanguinitas, quasi sanguinis vnitas a con. & sanguine. quia de communi sanguine descendunt. & quo ad probatione coniugij non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio toro, vel ex fornicatio, quod est expressum extra de proba. per tuas

Consanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numero distinguens. Et est triplex linea scilicet graduum descendentium, ascendentium & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi l. 1. & l iurisconsultus

Lineę diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l iurisconsultus §. gradus.

Gradꝰ descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor. primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium, demum collateralium

Arboris cõsanguinitatis formatio.

tium. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: & aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filiũ patris, fratrem fratris, patrem filii, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim alij Protheum, alij truncum. nos autem a nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, ꝙ cõpetenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt a latere dextro illarum cellularum ponerent nomina mariũ, vt abauus, proauus, &c. a latere sinistro nomina mulierum, Vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, Et duo infra. Supra illã est cellula proauus proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus, abauia, habens quatuor supra, & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa proneptem & pronepote: & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta supra, & quatuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimoniis, quæ licite contrahi possint necne. & cum matrimonium sit sacramentum ecclesię, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pẽn. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendẽtium & descendentium cõcordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adiecit.

Ius canonicũ excellẽtius ciuilis.

Regula linea recta

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundũ vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus q̃ritur, cõputatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitr̃ vis scire, quãtum distat abauus a Petrucio: vtroq; computato & intermediis, quinque sunt personæ. de me vnam quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotẽ: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis, scire, quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erũt gradus. Scias autem, ꝙ iste P. non habet totam suam cõputationẽ in arbore. Scias. n. ꝙ quilibet habet duos parẽtes quatuor auos: octo proauos: sexdecim abauos: & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea est ꝑpetua.

¶ Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartũ gradum? Et dicit Goff. in sum. de consang. & affini. §. iterum quantum, ꝙ non, per decre. non debet eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes inter ascendentes, & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc. 35 q. 3. progeniem. & duobus capitulis sequent. in quibus dr̃, ꝙ olim non solum vsq; ad secundum gradum, sed etiam in quantũ notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterũ ascendentem, perdurat prohibitio, ad idem institu. de nup. §. 1 ff. de rit. nup. l. nuptiæ, & hoc verum puto.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrẽ & sororem & causa breuitatis prosequendo solũ partem mediam arboris ad modũ vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per se patet. dicamus de fratre & descẽdẽtibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis: & frater P. est cũ P. in primo gradu ſm canones: in secundo ſm leges. Eius filius in secũdo ſm canones: in tertio ſm leges. Nepos in tertio secũdũ canones, in quarto secundu leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto ſm canones: in quinto secundum leges; & sic debet esse vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequẽter stipitem de auo, ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amitinus, soror patruelis & amitina, ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patrus est P. secundo gradu, frater patruelis et secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque pũctatio. postea fac proauum stipitem, & habet filios patruũ magnum, amittam magnã, auum & auiam, auunculum magnũ, & materteram magnam illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horũ filius filia, ex illa eorũdẽ nepos neptis. Et quia P. distat a proauo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio. & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones, secundum leges vero distat P. à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & a filio sexto: a nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo nõ prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundẽ pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat à stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto, secũdum leges ꝓpatruus distat v. filius vi. nepos vii. ꝓnepos viii. & sic dẽt esse vtraq; punctatio.

Regula canonica ꝓ collateralib. in linea æquali.

¶ Nunc videndum est q̃bus regulis gradus illorũ collateraliũ cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

¶ Collateraliũ in linea æquali quoto gradu q̃s distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. hoc secũdum canones. Exemplum pone: q̃n facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui, nã quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

¶ Secundum leges uero aliter est, & sic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõi stipite: toto duplicato distant inter se, vel vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex pũctatione, ꝙ pdicti P. et pronepos propatrui distant viii. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quali bet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duæ personæ faciunt vnum gradum Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo, secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit, quã nostra. 35 q. 5. ca. 1. Bene ergo dr̃ secũdum leges, ꝙ in æquali linea collateraliũ siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secunda, vel iiii. disparis numeri vel iii. In prima ii gradus, in secunda iiii. in tertia vi. in quarta viii. quod non est ſm canones, quia inæquali linea disparis numeri habemus disparem gradum; quia in prima primũ in tertia tertium, in quinta quintum: et sic de singulis.

Regula ciuilis ꝓ collateralib. in linea inæquali.

¶ Nunc restat videre de collateralib. in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones Collateraliũ in linea inæquali quoto grado remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exẽplũ pone faciendo abauum stipitem P. et filius propatrui

sunt in linea inæquali, computemus ergo à remotiori, ii a P. sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij & idem in descentibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est, quod dicimus, quod persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes distant iiij gradu à P. Sed aliter secundum leges secundum quas talem regulam tradimus.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus vnde P à stipite distat à iij. à propatruo v. a filio vj. a nepote vij à pronepote viij & sic quælibet persona facit gradum, Vides ex supradictis, quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat n a summo, s. ab auo: ab imo, s. a nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto; a medijs citeriori: per quod satis patet, quod cũ nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P cum illa contrahere, licet autem contrahitur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas, prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia §. dist. in princ.

Regula ci[illegible] in [illegible] qua[illegible]


¶ Scire debes, quod communiter dicunt doctores, quod abauus & proauus & auus sunt bigami dicentes, quod si non essent bigami, non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc nõ multum curo: quia eadẽ ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, quod personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam. ergo nec tu meã. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Host. quod non & hoc not extra eod. quod dilectio. & c. tua & in summa huius tit de consan. § nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censetur. C de impu & aliis sub, l. vlti. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis. bene facit prædicta decre. tua, vbi fratres videntur poni pro stipite Contrarium tenet Ber. quod colligitur ex alio, quam ponit supra eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ ĩ eo c. vlt. dum dicit ibi: descendẽtium ab eodem, sed certum est, quod propatruus descẽdit a stipite. Præterea aut dicis, quod est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium. sed certum est, quod isti distant quinto, quid igitur impediat istos collaterales contrahere, nõ video, Io. And.

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit.
Artis notitiam quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulieris contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxo. suæ. c. discretionem. & ca. penul. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. vnde duo fratres cõtrahunt cũ duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consang. & affini. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugẽ nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

AD ARBOREM. Affinitatis, & eius materiã transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vñ dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio.

Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. hoc secundum canones: sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur secundum leges, quod legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ea l. §. affines.

Sed quod per fornicarium coitum & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ c. discretionem, & eod. ti. ca. penult. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere, ff. de gradi. l. iurisconsultus, in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. quæst. 3. 5. itẽ in criminali. ver. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis, & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam tuam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines.

Affinitas per coitũ nefarium cõtrahit.

Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde. quod ibi not.

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis, & affinitatis; si cognosco non sponsam hic affinitatis sola est: si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstãte quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimẽtum publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu. & non obstante, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoscit.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed nõ gradus. Persona addita. personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulieré, illa est mihi secũdo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis & secundo gradu: si ille aliam mulieré cognoscit, illa attinet mihi

mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B, pleue tradidit, extra de consan.& affi.non debet.hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis, si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere, si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secūdum regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille cōsanguineus toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis gradus computantur sicut gradus cōsanguinitatis.

Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secūdus in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris, & sororis: Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis, & sic de singulis.

Arboris affinitatis ordinatio.

Ad primum dic, hoc fuisse, vt detur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab vtroque sexu virili, & femineo affinitas contrahatur.

Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, vt illa computatio graduum ad cōsanguinitatem, & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu cōsanguinitatis, frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens. in prima scribitur frater, in secunda fratris filius in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quatuor cellulas, in quorum prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secūda vxor filij fratris, in tertia uxor nepotis, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ quatuor: prima uir sororis olim relictus, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna a latere dextro continens relictus relictę fratris, a sinistra relicta relicti sororis: q̄ secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis: in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quę oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

Circa hoc quæro quare in cellula, vxor fratris scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius: quasi dicat, frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua relictus a relicta fratris vult contrahere cum sorore, nunquid potest: Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu: hodie vero potest. Idem fit repetitum quoad cellulam viri sororis.

Quæstio.

Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis, & genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis tolle hanc suā regulam magistralem. Per carnalem copulam uiri, & mulieris inter consanguineos mulieris, & uirum, & inter cōsanguineos uiri, & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus cuius est cōsanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & nō viri & uxoris, collige ex his, quę in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri, & mulierem, ideo dixi, quia inter uirum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas, vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus pater, & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris, & ipsam mulierem, extra de consan.& affi.q̄ super his. Primi generis quare dixerim etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est cōsanguinitas, unde hoc in arbore, nam frater, & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis ex fratre in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filia fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secūdo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis.

Regula magistralis gradus affinitatis & genus manifestans.

Vnde

Vnde vir pronepotis sororis attinet fratri, & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundum regulas traditas in proxima arbore.

Post hoc notandum est, illud præcise non sequitur, ego & tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus, interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum. interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum si ego, & tu sumus affines per appositionem mei quia, scilicet contraxi cum consanguinea tua si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis, sed si ego maritus consanguineæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis: Si vero tu consanguineus uxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed tu & uxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio ipsa in secundo, vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si uero tu, & uxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus, nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item not. quod illud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui, & alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virum, & consanguineos mulieris, & inter mulierem, & consanguineos uiri, ut dixi. & probatur extra de consanguin. & affi. quòd super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa fi.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes, & descendêtes est perpetua.

Nunc quæritur an affinitas inter ascendentes, & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opi. Goff. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod usque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionẽ dicemus quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim tex. quod ita abstinere debemus a consanguineis uxoris, ut a proprijs, extra de consang. & affi. ca. 1. 35. q. 4. de propinquis, & capit. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes, & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines, ad idem Instit. de nupt. §. affines ascendentes, & descendentes habentur loco parentum, & liberorum, ff. de gradi. l. non facile, §. & retro. in fi. Eodem modo posset formari quæstio de affinib. quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima, in fi. An autem liceat diuersis temporibus habere in uxores duas cognatas, s. uxores duorum fratrum, & an côiuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint de hoc, uide no. de consang. & aff. c. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure prohibeantur coniungi.

Vltimo quæritur ad utramque arborem an prohibitio consanguineorum, uel affinium cõiungendorum procedit ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatẽ frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis, unde tunc in collateralibus nô erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs, & nepotibus Adæ: hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico uero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ quas, uide nota extra de resti. spo. litteras. & de diuo. ca. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos, & affines primi generis coniungi in vij. gradu & citeriori, quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta extra eo. non debet. reuocatis etiã quibusdam alijs prohibitionibus ut patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quę ibi ponitur, & extra de test. ca. licet ex quadam. per quod patet quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur. 35. q. j. §. j fuit enim propter charitatem ampliandã. Nam si contraeere cum sorore: idem esse pater, & socer, mater & socrus, vir & frater, & c. Sed si alium habeo patrem, alium socerũ, numerosius se charitas protẽderet, in qua vniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Rô prohibitionis matrimoniorũ inter aliquas personas de iure positiuo.

Nota

ADDITIONES SVPER CLEMENTINIS, D. PROSPERI CARAVITAE PATRICII EBOLITANI, & iureconsulti celeberrimi,

PRINCIPATVS PROVINCIÆ CITRA, & Basilicatæ, Regij Aduocati fiscalis.

Quæ quidem quàm sint in Theorica, & Practica vtiles, imò verò & necessariæ, facilè ex eo cognosci potest, cùm in eis ferè omnia quæ desiderari possent, summa quadam, & breui compendio, contineantur.

Vnde etiam clarè patet, qualis & quanta fuerit huius Nobilis viri doctrina, labor, et studium cùm hæc talia, nisi à peritissimis, & sapientissimis viris, scribi non soleant.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, *Apud Iuntas.* M DCV.

ADDITIONES D. PROSPERI CARAVITÆ Patric. Ebo. super Clementinis.

LIBRO PRIMO.

DE RESCRIPTIS.

In cap & si in glo. in verb. obseruari. versic. hoc expresso.

Adde Gram. decis. 59. num. 33.

In cap. auditor.

Vide M. Mant. dialog. 91. circuitus.

DE ELECTIONE, & electi potestate.

In capit. cum rationi. in glo. in verb eligatur. vers. contrarium tamen.

Vide ad istam glo. Mantua. dialog. 70. extensio.

In cap. ne Romani. in verb quod lex.

Vide M. Mantu dialog. 89. Inferior.

In glo in verb non consonam. versiculo huic expresse.

Adde Capit. decis. 114.

In glo. Atque etsi § sand versi. ad tales.

Adde Dec. consilio 146. numero 14. versiculo 2. non obstat.

In § porro in glo in verb. omnes.

Sequitur Dec. consil. 151. num. 18.

In capit. causam. in glos. in verb. commode. versicu. veniet hoc.

Vide Iaco. Menoch. de arbit. iud. casu 227.

DE SVPPLENDA NEgligentia prælatorum.

In cap quia.

Pro intel. & an iste tex. habeat locum in mandato, quod datum est ad præsentandum? vide Couar. pract. quæst. c. 9. n. 8.

In eod capit. in verb qua consueuerunt.

Et est ratio, quia debent eligere eo modo, & forma, quibus illi eligebant, quorum loco ipsi nunc eligunt, vt per Dec consi. 40. n. 4.

DE AETATE, ET QVALITATE, & ordine præficiendorum.

In cap. vt ij, qui in glo in verb. constitutus. versi tu dicas.

Not. glo. officialem electum sufficere esse habilem tempore exercitij licet tempore electionis sit inhabilis, & vide Dec. consilio 40. numero 2. & fac. not. per eund. consilio 129. numero 2. ibi non obstat illud, & vide tex. vbi pol. insti. qui testam. dar. tutor. possess. § furiosus.

In eadem glos in verb. annexi. versicu. dico tamen.

Adde Dec. consi. 129. nu. 5.

DE OFFICIO IVDICIS ordinarij.

In cap. vt clericorum. in addi restringenda in §.
Dec. consil. 128.

DE PROCVRATOribus.

In cap religiosus.

Ad materiam an religiosus habens administrationem sui beneficij possit esse in iudicio sine licentia superioris? vide Francis. Marc. decisio. 374. vbi etiam vide de ratione, quare religiosus non possit agere sine licentia.

Vide pro limit. Diaz. reg. 135.

In capitul procuratorem. in summaria. in fine.

Adde Frec. libro tertio. in diff. feud. quatern.

versicu. 15. & Afflict. pro limit. decisi. 128. numero 8.

DE RESTITVTIONE in integrum.

In cap. ab ecclesia in summario. in fine.

Vide Affl. dec. 175. & Dec. consil. 36. nu. 9.

LIBRO SECVNDO.

DE IVDICIIS.

In capitulo dispendiosam. in summario. in fine.

Vide M. Mantu. dialo. 77. ordo iudiciarius, & Lanfran. hic.

In glos. in verbo. vsuris. versicu. satis est eum.

Adde Decius consilio 44. numero quinto, & consilio 57. & in principio, & consilio 62. numero 1. & consil. 136. in princ. & consil. 162. numero 1.

DE CAVSA POSSESSIONIS.

In capitulo causa in verb. suspendere. in fine.

An habeat locum in profanis. vide Capit. decis. 28. num. 2.

VT LITE PENDENTE nil innouetur.

In cap. si duobus.

Adde Decius consilio 121. in princip. & consilio 169. nu. 6.

In capitulo cum lite. in verbo. in ea citatio.

An litis pendentia inducatur per solam citationem, vide Afflic. decisio. 220. numero 13. vbi alleg. consilium Romani pro intellect. huius tex. & vide in materia eund. decis. 366.

DE SEQVESTRATIONE possessionum, & fructuum.

In cap. ad compescendas

Vnde habuerit originem ista regula de triennali possessione, vide Paris. consi. 81. num. 1. 4. vol. an autem effectus istius regulæ impediatur per decretum citationis non exequutæ vide ibi num. 2. & 12. & hæc regu. tum etiam pacificè possidentes in negligentium contumaciam, ibi num 3. sed debet intelligi de possessione habili per eund. consi. 96. n. 1. vol. 4. & an habeat locum in spurio, & illegitimo, ibi n. 2. 6. & seq. regu. tamen ista solum tuetur a molestijs. ibi n. 5. sed an extendatur ad casus similes exceptuatis, vide ibi n. 20. & quando, & quo casu, & in quibus procedatur, vide eundē consi. 31. n. 58. 4. vol. & hæc reg. tuetur possessorem triennalem. idem consi. 47. nu. 10. sed declaratur nu. 39. 40. 4. vol. & vide pro amplia. & limit. huius tex. quod possidens pacifice per triennium non potest molestari Pet. Duen. reg. 70. beneficium ecclesiast.

In eod. cap in verb. dum tamen.

Vide M. Mantua. dial. 97. iurisdictio, & Affli. constit exceptiones n. 3. & Dec consi. 38. n. 7. & vide ad istam gl. Diaz. reg. 251. exceptio. & pro limit. Dec. consi. 107. in princ.

In glo. in verb. definitiua. in fine.

Vide Affl. constit. præsenti lege nu. 3.

In ea gl. in verb. nō obstante. ver. puto tamen quod

Vide ad istam glo. Ant. Gabr. de statut. concl. 3. lib. 6.

DE PROBATIONIBVS.

In cap. litteris nostris.

Vide plene Ant. Gabr. conclusione 2. lib. 1. & conclu. 3. eo. lib. de probationibus, & Iser. qui succ. ten. el 1. n. 14. & ibi, & quid in facto alieno.

non: cum nullum vinculum reperiatur virum allegasse, quominus liber remaneret ad susceptionem ordinum: vel cuius praetextu cogi potuerit ad fidem cõiugi seruandam. Sed in 3tium potest dici: quia aut vir cũ contraxit, sciebat impedimentum: & sic quantum in se fuit, mulierem decepit, & fidem matrimonij violauit: & legitimũ erat quo ad mulierem ob suam bonam fidem, extra qui fil. sint legi, cap. ex tenore, & tunc ex sua perfidia non debet commodum reportare, argum. extra de eo, qui dux in matrimon. quam pollu. per adulter. c. 1. C. de incest. nupt. l. qui cõtra, & non debet illo casu melioris conditionis (quia stultus fuit) existere, ff. quod vi aut clam, l. Seruius, extra de praebend. c. cum qui. lib. 6. Aut ignorabat, & tunc antequam aliquid faceret per quod a concubitu coniugis segregaretur, & debuit hoc casu, & etiam vbi sciuit, iudicium Ecclesiae super dissoluendo matrimonio expectare, extra de diuor. porro, nã aliter quantum in se fuit, fidem promissam violasse videtur: quae violatio & scandalum ex ea potens insurgere, inter cetera dare causam potuit poenis, quae tali promoto per hanc constitutionem imponuntur: & sic secundum hoc verbum, soluto, referri poterat ad dissolutionem iuris, vel facti. Sed si supponas ipsum & mulierem impedimentum ab initio sciuisse, tunc forte secus esset cum suscipiendo sacrum ordinem, non videatur pingi fidem aliquam violasse: cum ei scienti ad nullam fidem seruandam teneretur, extra de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adul. c. 1. de conuer. coniug. c. 1 cum ibi no. per Pet. de Samp. & C. de incest. nupt. l. qui contra, non enim vr debuisse praestare impedimentum susceptioni sacri ordinis matrimonium quod vterque cõiugum, de se nullum, arg. de ele auditis, de iure patro c. illud, de re iur. c. non praestat, lib. 6 de opt. leg. l. 2. & §. quando dies lega ced. l. quod pupillae.

a ¶ In sic suscepto]s. matrimonio durante.

b ¶ Nec ad superiores,]& sic susceptio vnius ordinis in statu indebito facti in alijs poenam induci facit.

c ¶ Nec ad aliquod.]intelligebam etiam modicum sine cura: tum quia indistincte, & vniuersaliter loquitur: tum quia appellatione beneficij maius, & minus beneficium continetur. extra de verb. sig. tua.

d ¶ Officium ecclesiasticum.] & ita nec ad acolythatus officium, vel alterius minoris ordinis est talis promouibilis, nec ad aliud officium regiminis ecclesiastici puta officialatus, vel alterius, arg. 1. q. 1. c. si quis Episcopus, & q. 3. saluator, extra de simo. c. consulere, cum ibi not. simile huic de poen. cap. felicis, § nulli praeterea, lib. 6. de haeret. excommunicamus, §. crederes, C eo. tit. auth. credentes.

Religio nõ approbata ingredientẽ nõ obligat.

e ¶ Approbatis] ingredi ergo aliam non prodesset, cũ aliae sint prohibitae, & penitus reuocatae extra de relig. do. cap. 1 lib. 6 & in extrauag. sancta Romana, nec ingredientem obligant, not. Host. ext. de reg. in qui. limite extra de voto cap. 1. lib. 6. de relig. do. c. ne nimia, & d. c. sancta Rom.

f ¶ Castitatis custodiam.]non vr ergo prodesse hoc casu ingredi religionem, iuxta quam permittitur concubitus vxorcis, vt est reperire in tertio ordine S. Francisci, vel in ordine vulgariter nuncupato S. Mariae in partibus Italicis, vt audiui, licet enim largo modo dicatur caste viuere cum vxore: stricte tamen quo ad obseruationem continentiae in promotis in Ecclesia occidentali secus est, vt dixi supra.

g ¶ Abdicationem temporalium.] cum indistincte loquitur textus intelligam in speciali, vel in communi: & sic talis habebit ingredi aliquam de approbatis, aliam igitur ingredi non prodest, puta canonicorũ regularium sancti Augustini, vel monachorum Cistercien. vel Cluniacen. ordinis, vel Hospitalariorũ, vel similium, quibus licitum est habere aliqua saltem in cõmuni, arg. ad hoc extra de reg. c. constitutionem, libro 6 alias frustra dixisset textus, quarum professores, &c.

h ¶ Obedientiam.]ad illud, & ad duo praecedentia regularẽ dicas astrictum, extra de stat. mona. cum ad monasteriũ, § abbas, & vltimo.

i ¶ Canonice] iuxta decreta. is, qui, & c non solum, de reg. lib 6 vel canonice, i. non habens in se aliquod impedimentum, quominus religioni possit astringi.

k ¶ Eius,]i. religionis.

l ¶ Felicitate] puta per lapsum anni, vel alio modo, vt colligitur de reg. is qui, lib 6.

m ¶ Quo casu]s. cum ingressus fuerit vnam de dictis religionibus, & in ea professus fuerit.

n ¶ Dioecesanus,] idest Episcopus dioecesis, in qua est talem religionem ingressus, qui per hanc decr. cum talibus etiam exemptis potest dispensare, huius enim capituli conditor bene sciebat illas religiones, vel aliquas de ipsis fore exemptas.

o ¶ Singulis praemissorum,]s. vt possit in iam suscepto ordine ministrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficium, & officium ecclesiasticum promoueri.

p ¶ Cum eo,]s. taliter ingresso

q ¶ Quod obstat,] puta irregularitas, vel delictum. de aet. & quali c. vlt de renun. nisi cum pridem, de accus. inquisitionis cum simi.

r ¶ Ad ingressum,]s. faciendum.

s ¶ Sic ordinatum,] s. ad aliquem de sacris ordinibus, in promoto ergo ad minorem ordinem, vel aliquem de minoribus, non est necessaria inductio, quae facienda praecipitur, ratio huius potest esse: quia talis ordo in se non habet votum castitatis annexum, quare non potest effectum matrimonij impedire, extra de eo. conjug c. 1. & eo. tit. lib 6.

t ¶ Consummatum non fuerit]illo enim consummato ingressus etiam religionem eam dimittere est cogẽdus de conuer. coniug. c 1.

u ¶ Praecipimus.]necessitatis est ergo talis monitio per Episcopum facienda: alias praetermissa in eo peccatum induceret. de offi. archid. ea quae, cum ibi not. & per Hostien. de offi ord inter caetera, § vlt de treu. & pa. c. 1. & alias dixi, de aeta & quali. c. 1 Clem. 5.

x ¶ Renuerit adimplere.]supponit expresse, quod possit renuere, vt in textu ff. qui licet iussus per dñm põt nulle haereditatem adire, C. de haere. inst. l. cum proponas, quia voluntarium seruitium Deus sibi quaerit, non coactũ, 15 q. 1 c. non est, & per hoc dr reprobata opinio Host. notata d § & vitium, dicentis talem fore cogendum ad ingressum religionis, cum ad hoc cogatur quoque propter delictum, 33 dist. c. fraternitatis, ad idem in corpore auth. vt nulli iud. § adulteram, coll. 9.

a ¶ Iusti-

matrimonium soluto in sic suscepto [a] ordine ministrare, nec [b] ad superiores ordines prouehi, nec [c] ad aliquod beneficium, vel officium [d] ecclesiasticum valeat promoueri: Nisi aliquam de religionibus approbatis [e] (quarum professio ad castitatis [f] custodiam, & abdicationem [g] temporalium, & sui superioris obedientiam [h] suos professores astringat) ipsum canonice [i] contigerit ingredi, ac eius [k] regulam expresse, vel [l] tacite profiteri: quo [m] casu diocesanus [n] super praemissis & singulis [o] praemissorum cum [p] eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum quod [q] obstat. Ad [r] ingressum huiusmodi sic [s] ordinatum, si matrimoniũ consummatum [t] non fuerit, per dioecesanum instãter moneri praecipimus, [u] & induci: quod si forsan renuerit [x] adimplere, ip-

a ¶Institerit.] non ergo aliter matrimonium cogitur consumare cum esset promotus: sed possent alias vir, & vxor continentiam vouere, 32.q.5.qui Deo patri Post consummatum autem matrimonium ingressum religionem posse Episcopus ex suo officio reuocare ex causa, extra de conuers. coniu c 1.& no.23.q.6 mulier.

b ¶Per censuram ecclesiasticam.] suspensionis, excommunicationis, vel interdicti, de verb. sig quærenti. Alibi reperie quē per seueritatem canonicam, alibi per ecclesiasticam animaduersionem fore coercendum & puniendum, qđ prosequere vt not Host. de pœ.c. in quibusdam.

c ¶Consūmare,] s.p carnalem ꝯcubitū, vt ī .dixi. vicissim enim quo ad hoc sibi sunt coniuges debitores, 32.q 2. §. his ita, nec vir dicitur habere potestatem sui corporis sed mulier: nec contra. Sed licet iste cogitur muliere instante matrimonium consummare, nunquid ipse poterit ab illa debitum exigere? D cis. ꝙ nō, cum adhuc quo ad se voto continentiæ sit ligatus, not. de conuer. coniu.c quidam, & c. accedens, 27.q.2.c. Agathosa, in gl. sed nunquid, & not. Guil. extra de vo.c.1. lib.6.& ibi dixi Zenze.

Vir nō habet ptātē sui corporis, & ecōuerso

si sponsa eius institerit, [a] per [b] censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare [c]. Nulli &c. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & constitutionis infringere. Datum Auinione Calend. Decembris, anno vij.

TITVLVS VII.

De religiosis domibus.

¶ Secta, & religio fratri cellorum siue beguinorum, qui se dicebant de tertio ordine Beati Francisci cassatur quoniam inter cæteros errores ecclesiastica sacramenta despiciebant: Et sub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cætero talem ritum assumant, & ne Episcopi ipsum concedere præsumant: vide cap.fin. eod. titu. in antiquo & cap. 1.eo. titu.lib.6.

CAP. VNICVM.

SAncta [d] † Romana atque vniuersalis [e] Ecclesia, cui auctoritate [f] Domino [g] licet immeriti [h] præsidemus, sicut religiosa [i] & pia vota benigno fauore [k] prosequitur, [l] sic superstitiosos [m] conatus insolentium [n] hominum † detestatur, [o] videlicet ne sub ouina [p] pelle gregem Dominicum [q] truculentia [r] lupi [s] rapacis [t] inuadat, sub pietatis [u] imagine [x] virus [y] hæreticæ prauitatis obrepat [z], & sub prætextu conuersationis angelicæ [a]

de magistris, c. inter solicitudines, circa princ. cle 5. de se iud. ad Apostolicæ, §. nos itaque, lib 6. vel vocat se immeritum cōditor canonis præsentis propter ea, quæ dixi in cap. suscepti, in prin. super verbo cura solicitat. Quo autem ad omnes vniuersos Christicolas nedum benemeritus, imo & sanctus habēdus est, quem apex tantę dignitatis attollit, vt 40. distinct. cap. non nos.

i ¶Religiosa] vel religione fidei, de quibus loquitur lex, C. de epis aud l. nemo, vel religiosa, quoad habitum, & professionem, vt infra colligitur.

k ¶Fauore.] nā summa est ratio, quæ pro religione facit, ff. de religio. l. sunt personæ.

l ¶Prosequitur.] exemplum potest multiplex de hoc dari per iura, C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus, & l. vlt. extra de fil. presbyt. c. 1. de apost. ca. ex litterarum, 86. distin. c. 1. cum multis similibus, disquirere magis laboriosum reputo, quam subtile.

m ¶Superstitiosus.] Hoc verbum expone vt in decret. quorundam.

n ¶Insolentium.] exponi potest, idest insolita adinuenientium. Alibi aliter sumitur de rescrip. quia per ambitiosam, lib 6.

o ¶Detestatur.] simile de concess. præb. c. detestanda, libro 6.

p ¶Ouina pelle,] idest, simplici non astuta.

q ¶Gregem Dominicum,] idest, populum Christianum.

r ¶Truculentia,] idest, astutia, vel malitia.

s ¶Lupi rapaces.] exponi potest, idest, diaboli, qui inimicus hominis alibi appellatur, extra de elect. c. licet de vitanda Vel potest exponi, lupi rapaces, idest hæretici, sicut alias 24. q. 1. sunt quidam, in fi. multis etiam alijs modis sumitur lupus, vt no. Guil. de hære. c. vt officium, in verbo lupum, lib.6.

t ¶Inuadat] simile extra de elect. ne pro defectu, vnde sumitur, quod hic dicitur. Et alibi scribatur, quod aliqui sub agni specie gerunt lupum, de hære. c. vt officium, lib.6.

u ¶Sub pietatis] se extrinsecus exhibentis, interius autem minime subsistentis.

x ¶Imagine,] idest simulatione seu velamine.

y ¶Virus.] inficiens animam, sicut exterius sumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur: quam gladio hominem occidere, C de malef. & mathema. l. 1. ff ad l. g. Cor de sicar. l. eiuldem.

z ¶Obrepat,] idest latenter subintret? Sæpe enim vitia se esse virtutes mentiuntur, 41. dist. c. sæpe vitia.

a ¶Angelicæ,] accedit ad hoc quod alibi legitur, Angelus Satanæ frequenter in lucis angelum se transformat, 26. quæstione 5 nec mirum, extra de regula, licet, § si vero.

Diuisio textualis.

SAncta Romana] Hæc decret. diuisibilis est in partes quatuor. In prima, causa seu ratio constitutionis præmittitur In secunda, facti damnationi subijciendi recitatio subiungitur ibi, Nonnulli tamen, &c. In tertia eiusdem facti sub certis pœnis damnatio annectitur: ibi, Cum itaque &c. In quarta prælatis eidem facto consentium præbentibus pœna infligitur: ibi, Episcopos quoque &c.

Ecclesia Romana of sancta, & sacrosan.

d ¶Sancta Romana] Ecclesia Romana quandoque appellatur sancta, vt hic, & 12. dist. præceptis 15. dist. ca. sancta, 19 dist. c. in memoriam, quandoque sacrosancta vt in proœ lib 6 & hoc ideo, quia sacro cruore Apostolorum Petri, & Pauli consecrata, de electa fundamenta, de reli. & vene. sanct cap. 1. lib 6. 21 distinct. capitu. quamuis.

e ¶Vniuersalis Ecclesia] hic dicas, vt dixi in c. suscepti, in verbo Ecclesijs, & in c. execrabilis, in verbo, vniuersalis Ecclesiæ.

f ¶auctore,] idest, causam originalem dante, simile, ff. de excep. do. l. apud Celsum. § auctoritas. & § auctoris, ff de diuer & tempo. præscr. l. in vsucapione, § accessio. cum similib.

g ¶Domino] scilicet Iesu Christo, & proprie dicit auctore, quia nihil boni sine eius gratia, 23. q 4 nunc ergo, alias, § versus, in c. Nabuchodonosor, cum sine ipso factum est nihil, Ioan. c. 1 C. de vete iur. enu. l. 1.

h ¶Immeriti.] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra

† De Beguinorū secta, & erroribus vide Guidonē Carmelitā in summa de hæresibus Beguinorū, & Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum par. 2. q 15.

† Qui, vt dicit hic tex. & gl epistolæ Iustini. C. de sū. Tri. sub specie agni, & sub credere mihi. de quo p gl. in l. q. sub ꝯdonc, ff. de ꝯd. isti. l. non erit, § diuus, ff. de iustit. & prextu boni, & q. nituntur nocent ꝯ l. dudu, C. de ꝯhe. & ꝯstit. stip. io non est eis parcendū, l. q. sub prætatu, C. de sacros. eccl. l. q. ignauiæ, C. de decur. li. 10. de. 1. de relig. do. Fō.

a ¶Spi-

incautis mentibus spiritus [a] malignus illudat: [b] cuius rei gratia sacris canonibus [c] est interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, [d] vel habitum nouæ religionis assumat: sed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis. [e] Nonnulli [f] tamen profanæ [g] multitudinis [h] viri, qui vulgariter [i] Fraticelli seu fratres de paupere vita, Bizochi siue Biguinis, vel alijs nominibus nuncupantur in [k] partibus Italiæ, necnon in insula [l] Siciliensi, comitatu prouinciæ Narbonensis, & Tholosanensis ciuitatibus, & diœcesibus, & prouincijs, alijsque diuersis citmarinis [m] & vltramarinus partibus contra dictos canones habitum nouæ religionis assumere, [n] congregationes & conuenticulas [o] facere, & superiores sibi ipsis eligere, [p] quos ministros, seu custodes, vel Guardianos, aut nominibus [q] alijs appellant: plurimos ad eorum sectam recipere, [r] & loca de nouo construere, [s] seu constructa [t] recipere, [v] in quibus habitant [x] in communi, publice [y] mendicare (quasi eorum [z] secta foret vna de religionibus [a] per sedem Apostolicam approbatis) temeritate [b] damnabili præsumpserunt, [c] & præsumunt etiam incessanter. [d] Et vt ipsorum error [e] veritas, [f] & impietas religio repute-

a ¶ Spiritus malignus.] scilicet diabolus.
b ¶ Illudat.] sub velamine enim latens prodit se dum ea confingit, per quæ personas fallere nititur, & super hoc vide quod legitur. 26. q. 5. nec mirum.
c ¶ Canonibus.] extra. de reli. do. c. ne nimia. & contra ca. religionum. lib. 6.
d ¶ Inueniat.] sicut nec nouum collegiũ debet quis per se instituere, ff. de collegi illici. l. 3.
e ¶ Approbatis.] per ingressum aliarum non videretur quis ligatus: sic sentire vř Host. extra de regula. is qui monasteriũ. & dixi extra de voto. c. quod votum. lib. 6.
f ¶ Nõnulli tamen] Secunda pars.
g ¶ Profanæ.] id est. abominãdæ. alibi sumitur aliter istud verbum, ff. de rerum diui. l. sacra. § propriè.
h ¶ Multitudinis.] isto casu multitudini non parcitur. quia videtur deleri bonum vitæ. argumẽt. de voto. capit. magnæ. §. igitur, de regul. iuris, ca. qui scandalizauerit. & dic vt ibi not. de tempor. ordin. sane 50. distinctione vt constitueretur.
i ¶ Vulgariter.] habetur igitur respectus ad communẽ vulgi denominationẽ, ff. de flumin. l. 1. §. 1. de fund. instru. l. cum delanionis §. asinam. de pœnis le. capitalium §. solet vbi de hoc.
k ¶ In partib. Italiæ.] id est locis in Italia constitutis arg. ff. de iud. l. insulæ. de ver. sign. l. notionẽ. §. continentes.
l ¶ Insula Siciliensi.] quę de proprio patrimonio beati Petri existit. 10. q. 3. relatum 94. dist. c. valde necessarium.
m Cismarinis.] id est citra mare constitutis. alias est citramarinis.
n ¶ Assumere.] & male: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expressam continentes, quod inducit pœnam depositionis, 4. di §. vlt.
o ¶ Conuenticulas facere.] ipsas ad malum fieri per iura prohibitum est. C. de epis & cle. conuenticulam, ff. de collegi illi. l. 1. & arg. 11. q. 1. coniurationũ & c. conspirationem 89. dist. si quis propter Ad bonũ autẽ licet congregationes pmittũ, arg. dictæ l. 1. §. in religionis. sicut & confœderationes & conspirationes in bonum sunt permissæ in corpore Auth. vt cum de app. cog. §. quia de parentib cum ibi nota. C. de pęnis. l. quæ tenẽtiam, de profes. & med. l. magistros. lib. 10. & ibi no. & arg. eorũ quæ no. per Ber. de vi. & ho cle. c. cum decore. & per Inn. & Host. de sch. l. c. 1. de exces. præl. dilecta. & Host. de iud. exhibita. & per eum in sum. de iureiu. §. v. t. & plene per Gul. de ver. sig. ca. constitutionem lib. 6.
p ¶ Eligere.] talium superiorum electio in hoc casu est prohibita, congregationes talæ supponãtur in malum: alias quælibet congregatio licita exercens professionẽ vel negationem, aliquem superiorem sibi eligere potest. C. de iu. om. iu. l. per iniquũ. 16. q. vlt. c. congregatio, extra de elect. nullius, de hoc plenius dixi in c. Ecclesiæ Romanæ.
q ¶ Aut nominibus aliis appellant] puta præpositos priores, magistros, & sic de alijs.
r ¶ Recipere.] & in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicãtium prohibeatur talis receptio, saltẽ ad professionem faciendã: nisi cũ certo moderamine, & cũ certa determinatione, extra de regula. non solum. lib. 6.
s ¶ Construere.] hoc regulariter prohibitum est, saltẽ de locis diuino cultui dicandis sine licentia epi. in corpore Authẽ. vt nullus fabricet orato. do. colla. 5. 18. q. 2. c quam sit. & c. quibusdam. licet vn cuique fideli sit permissum simpliciter orato rium habere, de consec. dist. 1. cap. vnicuique.
t ¶ Constructa.] scilicet per alios.
u ¶ Recipere.] istud religiosis mendicantis ordinis, licet aliàs approbati, expresse inhibitum est, extra de excel praæl. c. cum ex eo. lib 6.
x ¶ Habitant in communi.] habitare in communi religiosis approbatę professionis nedum permittitur, imo & iniungitur: vt mutuæ conuersationis & honestatis sibi testes existant: nisi ex causa de superiorum licentia aliud inducatur, in corpore Auth. de mon. §. cogitandum. coll. 1. extra de exce. præl. cum ex eo. de ver. sig. ca. priuilegium, lib. 6.
y ¶ Publice mendicare.] aliter. n. licite mendicantibus quęstus publicus tribuere victũ solet. ext. de relig. do. ca. 1. §. confirmatos. lib 6. C. de men. vali. l. vnica lib. 11.
z Quasi] pro tanquam expone. nõ est hic expressiuum veritatis, sicut est alibi in euang. Io. 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti, & c. & alibi. ff de senat. l. emancipatum cum similibus.
a Religionibus.] scilicet ordinis mendicantis.
b Temeritate dãnabili.] sic dicta, quia a iure dãnata & improbata: vel dãnabili, id est animas taliũ damnante pp inobedientiæ notã p q̃ mortale peccatum incurrũt, ext. de ma. & obe c. si quis, & c. illud 4. dist. §. vlt.
c Pręsumpserunt.] scilicet dudum, vel vsquequaque.
d Incessanter.] huic malo occurendum fuit, ne tales nedum sui, sed etiam plurimorum possint esse perditio, extra de iud. cum non ab homine, nam sæpe malorum consortium corrumpit etiam alios de se bonos, 18. q. 1. c. sæpe malorum. iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totum gregem. ff. de act. emp. & vend. l. Iulianus 40. dist. cap. sed aliud extra de sta. reg. ca. quæ Vnde versus.
Morbida sola pecus, inficit omne pecus.
e Error.] errare est aliud pro alio putare. 22. q. 2. ca. in quib. reb. ff de lib & postu. l. si posthumus §. vlt. approbare falsum, erroris esse proprium dicitur. 38. distinct. quamuis.
f ¶ Veritas.] de ista dicitur, q erroribus gestorum mini-

Conuenticulas facere an liceat.

Quasi, qualiter accipitur.

Corrũpit iustos homines comitiua malorum.

me vitiatur ff. de of. psid. illicitas, §. veritas. rei manifestaz cedere hêt error. 8. dist. c. veritas. quando act. depec. est ann l. quæsitū, alias est ibi. § sub l. 1. vide extra de purg. vul. c. significantibus. Quid autem sit veritas, no. in decret. sedes Apostolica.

tur, [a] plurimi eorum [b] regulam seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, [c] se profiteri ad litteram [d] conseruare confingunt [e]: quamquam in obedientia Generalis, vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur, [f] prætendentes [g] se a sanctæ memoriæ Cœlestino Papa V. prædecessore nostro huius status seu vitæ priuilegium habuisse: quod tamen etsi ostenderent, non valeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius Papa viij. prędecessor noster ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Cælestino prędecessore nostro concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, [h] dictumque vitæ priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. [i] Quidam autem eorum dictum habitum, [k] & viuendi ritum [l] a quibusdam episcopis seu eorum superioribus, vel alijs ecclesiarum prælatis, habuisse profitentur, quos [m] nec [n] eis concedere licuit contra formam concilii [o] generalis. Nonnulli etiam ex ipsis asserentes [p] se esse de tertio ordine [q] beati Francisci pænitentium vocato, prędictum statum & ritum eorum sub velamine talis [r] nominis satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius tertij ordinis talis viuendi ritus nullatenus sit [s] concessus. Et quia in errorum barathrum [t] facilliter ruūt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt: [u] ipsorum quamplurimi (sicut fide digna relatione percepimus) a veritate catholicæ fidei deuiantes [x] ecclesiastica sacramenta [y] despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. [z] ¶ Cum [a] itaque talium damnanda [b] temeritas in eiusdem

a Reputetur.] sæpe enim vitia se esse virtutes mentiūtur, 42. dist. c. sæpe. vt s̃ dixi.

b Eorum.] scilicet nouæ religionis habitum assumētium, vt supra.

c Instituit,] vt in decret. quorundam.

d Ad litteram.] quasi dicat absq; aliqua transgressione illius regulæ.

e Confingunt.] id est simul fingunt sub cuiusdam vmbræ palliatione, cum veritas in eis regulæ non subsistat. arg. extra de cōsue. c. quanto. vel expone confingunt, id est simulāt exterius: cuius cōtrarium latet intrinsecus, q̃ fictio, & simulatio prohibita est, ff. de iusti. & iur. l. 1. C. plus valere quod agitur: licet aliquoties in bonum simulatio sit permissa, qđ dic vt no. Ber. extra de his quæ vi metusue cau. fi. c. 1.

f Nō morētur.] hoc est contra veram regulam ordinis Minorum, vt probatur ca. quorundam, vnde taies sub nullius veri prælati obedientia existētes tamquam acephali pro religiosis habēdi non sunt, arg. 93. dist. c. nullatenus.

Accephali sunt qui nulli prælato subsunt.

g Prętendentes.] falso tamen, vt sequitur.

h Vacuauerit.] & sic ex tunc tali priuilegio & etiam reperto concesso, vtendum non fuit, tamquam sublato: alias pœna falsi incurreretur. C. de no. codi. confirman. § hunc igitur, origine enim rei sublata non est imago ad effectum aliquem relinquenda. C. de lati. lib. tol. l. 1. circa prin. & arg. ad hoc ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlt. ad imitat eius, quod dicitur falsus procurator est, qui verus prius fuit, sed post extitit reuocatus. C. de fur. l. falsus. extra de rescrip. ex parte decani. legis tamen licet abrogatę notitia est necessaria, vt causa editionis eiusdem sciatur. 6. dist. Moyses. 7 dist. ca. fuerunt extra de iud. nouit.

i Approbatū.] omni igitur tempore habet dici viribus vacuatum, ex quo non reperitur approbatum: sicut alias dr̄, quod generaliter prohibitum, expresse postea non concessum, omni tempore intelligitur denegatum extra de ver. signifi. c. exiui de paradiso. § cum dictus Clem. 5. de trans. episc. inter corporalia. § sed neque, ff. de postu. l. 1. § ait prætor, quod cuiusque vniuer. nomine, l. nulli.

k Habitum.] scilicet nouę religionis Fraticellorum vel Beguinorum, vt supra.

l Ritum.] id est, mundum, simile verbum. C. de Iudæ. l. Iudæos.

m Quos] scilicet habitum, & viuendi ritum.

n Nec eis.] scilicet fraticellis vel alijs (vt plura nominibus appellatis, vnde pro non cōcesso debet haberi concessum ab illis, qui ius concedendi non habuerunt, ff de offi. procon. l. obseruare. §. ult. extra de iure patro. c. quod autem. 1. quæstio 7. Daibertum. cum similibus.

o Concilij generalis.] extra de reli. do. capitu ne nimis. Non licet igitur episcopis contra inhibitionem gñalis canonis facere, cū sint adstricti ad obseruātiam canonum, extra de ętat. & qualit. ca. cum Ecclesiæ. Clemen. 5 vbi de hoc dixi.

Episcopi sunt ad canonum obseruantium astricti.

p Asserentes.] falso tamen.

q De tertio ordine] de quo habes in decret. cū ex eo de sñia excommu. Clem. 5.

r Talis nominis.] scilicet tertii ordinis sācti Francisci: tale tamen velamen eis non prodest, ut sequitur: & dixi in uerbo, confingunt.

s Nullatenus sit concessus.] ergo intelligēdus est prohibitus: ut dixi sup. in glos. omni igitur.

t Baratrum] id est inferni profundum.

u Anteponunt.] nisi suę uolentes prudentiæ, imo potius fatuitati, contra dictum sapientis, extra de constitut. capit. ne innitaris. Vnde de talibus scribitur quod qui non ad propheticas uoces, non ad Apostolicas litteras, non ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos incurrunt, magistri erroris existunt. quia ueritatis discipuli non fuerunt 24. quæstio ult. c. quid autem iniquius, de hoc plenius dixi in c. cū inter nonnullos.

x Deuiantes] ab ipsa deuiantes hęretici sunt censendi. C. de hæret. l. 2. 25. q. 2. cap. prima salus, cum similibus multis.

y Sacramenta] & de super quibus firmiter credendum est, quod sancta Romana prædicat Ecclesia: alias macula hæresis incurritur, extra de hæreti. ad abolendam.

z Seminare.] quibus residendum est muro inexpugnabili bellatorum, extra ne cle. vel mona. super specula. § ult. 10. colla. de statutis, consuetudinibus contra libert. eccle. §. statuimus.

a Cum itaque] Tertia pars.

b Damnanda] id est damnatione digna.

a Fidei

a ¶ Fidei detrimentum,] cuius est potius prosperitas procuranda, extra de hæret. ad nostram cle. 5.
b ¶ Scandalum.] quod vitandum est. extra de præscri. nihil de nom. ope. nuncia. cum ex iniun. &c.
c ¶ Ordinum.] scilicet approbatorum.

r ¶ Volumus ipso facto.] per hæc verba fertur excommunicationis sententia extra de appe. præterea. de test. cogen. cum super. alias per sola verba præcedentia sub pœna, non sententia, sed comminatio inducitur C. cõmu. vel episto. l. interlocutio extra de iure patro. relatũ. de simo. ca. sicut. de sagit. c. 1.

fidei [a] detrimentum, fidelium scandalum, [b] præfatorum Minorum, & aliorum ordinum [c] opprobrium, [d] & etiam suarum & aliarum animarum perniciem redundare noscatur, [e] sectam, ritum, & statum [f] huiusmodi non obstantibus præmissis [g] eorũ excusationibus, quas friuolas reputamus, [h] & quicquid per [i] eos communiter vel diuisim sub religionis, conuentus, collegij seu congregationis [k] nomine vel colore attentatum [l] extitit vel exiltit, de [m] fratrum ipsorum consilio auctoritate Apostolica nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: [n] & quatenus de facto processerunt de consilio & auctoritate præmissis, reuocamus [o] omnino, ac perpetuæ prohibitioni subij-

10

20

cimus, [p] & ab ecclesia Dei penitus abolemus. [q] Eisdem personis & alijs quibuscunque sub pœna excõmunicationis, quam eas (si secus fecerint) incurrere volumus [r] ipso facto, iniungentes [s] expresse, ne statum siue sectam [t] & ritum huiusmodi ab ipsis assumptum [u] sectentur vlterius, vel ipsum de nouo assumere quoquo modo præsumant.

¶ Episcopos [x] quoque & eorum superiores, & etiam alios prælatos quoscunque, qui prædictis personis vel alijs ritum viuendi & habitum supradictos [y] præter specialem Apostolicæ sedis auctoritatem [z] deinceps [a] concesserint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipso [b] iure decernimus subiacere. [c] Dignum est enim vt adulterinas [d]

30

40

d ¶ Opprobrium.] nã opprobrium facit religioni, qui religiosus non existens habitum illũ religioni cõuenientem portat. simile C. d. epis. aud. l. minime, & contra talem lex imponit pœnã corporalis supplicij & nihilominus exilij, in corpore Authen. de san. epis. §. penul. col. 9.
e ¶ Noscatur.] super hoc dicas vt dixi in parte præcedenti in gl. huic malo occurrendum.
f ¶ Statutũ huiusmodi.] non dicit religionem; sic etiam dici non meretur: cum per sedem Apostolicam non fuerit approbata, simile huic de relig. do. cap. cum de quibusdam. Clemen. 5.
g ¶ Præmissis.] scilicet proxi. § in ver. & vt ipsorum & in ver. quædam autem, & in ver. nonnulli.
h ¶ Reputamus] & merito, cum aliquas ex ipsis nullum facti adminiculum habere, nec ex eis iure fulcimentum venire noscatur.
i ¶ Per eos.] scilicet talem sectam, ritum vel statum tenentes.
k ¶ Congregationis,] ac si foret a iure reprobatum.
l ¶ Attentatum,] de facto.
m ¶ De fratrum.] super ista clausula dic, vt dixi in cap. Execrabilis.
n ¶ Firmitatis,] nec mirum: reprobato. n. auctore rõne sectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis sunt habẽda. extra de hæret. c. fraternitatis, & in extrauag. domini Ioan. quæ incipit, dierum, quod dic vt no. per Ber. & latius per Inno. & Host. d. c. fraternitatis.
o ¶ Reuocamus] bene dicit reuocamus, quatenus de facto processerunt, cum de iure fuerint nulla; & ideo propter reuocari & rescindi no possunt. ff. de inimi. & arri. tetra. l. nam & si sub conditione, de ædil. edi. l. bonum, §. vlt. extra de despon. impub. c. ad dissoluendum. Reuocantur igitur, quatenus de facto processerunt, ne forte in opinione communi aut vulgi labijs nomen valoris aliquius habere possint dici, & alias, extra de re iud. pastoralis, § vlt. cle. 5.
p ¶ Subijcimus] concor. ad hoc extra de relig. do. c. religionum lib. 6 & eo. tit. c. cum quibusdam cle. 5. Et ex quo talis secta per sedem Apostolicam est prohibita & interdicta omnibus habenda est pro rohibita & interdicta, quod n. ipsa repellit, repulsum tote cognoscere debent omnes 94. dist. ca miratus sicut per contrarium quæ ipsa tenet & sequitur, ab omnib. est tenendum. 24 q. 1 c. rogamus, C. de sum. tri. l. 1 cum similibus multis.
q ¶ Abolemus] simile de reli. do. cũ de quibuidã. Cle. 5.

s ¶ Iniungentes.] talis iniunctio non obtemperanti peccatũ mortale inducit, vt alias sæpe dixi, de maiori & obed. cap. si quis. & cap. illud, & super hoc vide quod nota. Hosti. de offi. ord. inter cætera §. vlt. de treu. & pa. cap. 1.
t ¶ Sectam] simile de hæret. cap. ad nostram, §. cum autem, cle. 5.
u ¶ Assumptum.] scilicet iam in præsenti, vel in præterito.
x ¶ Episcopos quoque.] Quarta pars.
y ¶ Supradictos.] cõtra cõcedentes alios habitus vel ritum viuendi, pœna sequẽs non est sibi locum vendicare per hoc verbum: quia si de alijs cõditor canonis idem voluisset, hoc vtique expressisset. extra de deci. ad audientiam C. de cadu. tol. l. vnica. §. sin autem ad deficiendis, & quia pœna ad casum tãtum expressum restringẽda est, arg. extra de elect. statutum lib. 6 de pœni. dist. 1. pœnæ, ff. de pœn. l. interpretatione. Sed in contrariũ facit, quia in alijs nouis habitibus vel viuendi ritibus eadem videtur ratio, quasi & in illis idem statutum licet pœnaliter videatur: vt dixi in decr. Execrabilis. & in c. abbates. de rescrip. Clemen. 5. sed quod prius dixi, tutius reputo.

50

z ¶ Auctoritatem] cum illa ergo talem ritum & habitum concedentes pœnam, quæ sequitur, non incurrunt: quia tunc magis ipsa sedes quàm ipsi facere videntur. omnia enim nostra facimus, &c C. de vete. iu. enuc. l. 1. §. sed neq; ex multitudine. extra de præben. c. si Apostolicæ, lib. 6. & quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur C. ad leg. Iul. de adul. l. Grac. hus, ne principis auctoritate quis circumscriptus videatur. C. de his qui veni. ætat. impe. l. 2.

60

a ¶ Deinceps,] ad futura igitur non ad præterita trahitur sequens pœna, arg. C. de legi. l. leges extra de consti. cap. 2. & vlt.
b ¶ Ipso iure.] quasi dicat non expectata hominis sentẽtia. simile extra de sent. excom. c. eos, de rescrip. ipso iure. li. 6. in corpore Auth. de rap. muli. quæ rapto. nub. §. vlt. col. 9.
c ¶ Subiacere.] est ergo in hoc præsens constitutio canon latæ sententiæ & sic vides, quod episcopi excommunicationis sententiam canonis incurrunt, sententiam autem depositionis ab officio nõ incurrunt, nisi expresse cautum reperiatur. de elect. si compromissarius, §. huius de sent. excom. quia periculosum, lib. 6.

Epi sententiam excõicationis incurrere possunt.

d ¶ Adulterinas.] quales [vt hic colligitur] sunt, quæ

sine patre legitimo spirituali progatæ reperiuntur, vt sequitur.

a ¶ Pater cælestis,] qui plantare eas videtur, cum per summum Pontificem vicarium suum plantatur. extra de transla episc. inter corporalia, & c. quanto, & hoc procedit ex potestate clauium, quodcunque ligaueris, &c. Matth. 16. 25. q. 1. quodcunque. ex de re iudica. ad Apostolicæ. §. nos itaque.

b ¶ Temeritatis.] in malũ sonat; vt alias. ex̃ de cle. vel mon. cap. vt periculosa. lib 6.

c ¶ In agro Dominico.] simile extra de sta. reg. c. ne in agro. Clemen 5.

d ¶ Cõgregationis.] hic dicere potes vt dixi in parte 2. in verb. conuenticulas.

e ¶ Vepres.] species est spinæ: vt dixi in c. ne in agro. ĩ. prox. alleg.

f ¶ Cui.] scilicet Apostolico culmini.

g ¶ Gratia.] 24. q. 1. c. a recta, & c. rogamus.

h ¶ Nulli ergo.] sup hac clausula dic, vt no in c. Execrabilis. Zenzelinus.

plantationes, quas non pater[a] cælestis, sed humanæ temeritatis[b] audacia plantat, Apostolici culminis cẽsura diuellat nec patiatur in agro[c] Dominico peruersæ congregationis[d] vepres[e] excrescere, cui[f] proprium est (diuina opitulante gratia[g]) virtutes serere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli[h] ergo, &c. Datum Auinion. iij. calen. Ianuarij. anno secundo.

TITVLVS VIII.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ Vt Petrus filius regis Castella pio ductus proposito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excommunicationis sententia in omnes, prohibita portantes ipsis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. cap. ita quorundam. & c. ad liberandum. eod. tit. in antiq.

Diuisio textualis.

Copiosus.] ¶ In tres partes diuisibilis est p̃sens constitutio. In prima cum quodã præiudicio facti præmittitur recitatio. In secunda comminatoria subiungitur cõstitutio: ibi, Cum igitur, &c. In tertia transgressorum eiusdem annectitur punitio: ibi, Nos enim omnes, & cætera.

Misericordia Dei non põt mensurari.

i ¶ In misericordia, Dominus.] & nedum est copiosus in misericordia. imo semper potens in ea, de pœni. dis. 7. nullus expectet, omnia enim potest quæ posse est aliquid posse, de pœnit. dist. 2. c principium ver. charitas. Quare misericordiæ eius nec mensuras ponere possumus, nec tempora definire: apud quem nulla patitur metas veniæ conuersio. de peni. dist. 1. c. serpens, ver his autem. alias est sub ca. multiplex. per misericordiam enim non vult peccatoris perditionem, sed conuersionem, & salutem: delinquẽtes, qui corrigũtur suscipiẽs, in corpore Auth. vt non lux. contra natu in prin col 6. 26. q. 6. c. cognouimus & quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam nostrã suscipere. C. de nup. l. imperialis.

k ¶ Abundantia pietatis.] per quam pro peccatoribus Christus aduocatus apud patrem existens, propitiatio est pro peccatis, de pœn. dist. 2. c. si enim, iniquit. ver. qui dicit

l ¶ Obsequia.] id est digna seruitia, super quo videre potes, quæ notaui in c. cu ad sacrosanctæ. in verbo pietatẽ.

m ¶ Succedit.] idest illuminat, vel accendit. nec enim per impensa obsequia quis ad Christum peruenire potest nisi sibi datum fuerat a Patre. 23. q. 4. c. de Tyrijs. vnde ad pœnitentiam cor peccatoris dicitur illustrare de pœnit dist 5. c. falsas.

n ¶ Præcordijs] id est intrinsecis cordis affectibus.

o ¶ Infantis] infantẽ eum vocat, licet maiorem ætate, alias tutor esse non posset, qualis esse int supponitur. C de legi. tut. l. nemo. insti. de fidu. tut. in fi C. de leg. hære. l. vl. §. fi. Et applaudit consuetudini & vsui loquendi cõi Hispaniæ: iuxta quam filij regum, qui reges non sunt, Infantes appellãtur. ar. ad hoc ff de flu. l. 1. §. flumen. de fund. instru. cum delanionis, §. asinam. sicut quandoque in vulgo aliqui iuuenes appellantur, qui tamẽ iuuenes non sunt ff. de pœn. l. capitulum, §. solent. proprie enim infans est minor septem annis. C. de iure deli. l. fi. infanti.

p ¶ Nati.] id est. filii.

q ¶ Adeo.] idest, intantum.

r ¶ Gratiam,] hoc dicit: quia nihil boni est dare absq; gratia Dei. 23. q 4. Nabuchodonosor. 26 q. 5. nec mirum.

s ¶ Delectabile reputat:] quisq; enim delectari debet in obsequijs maiestatis diuinæ: nam voluntariũ militem sibi eligit Christus, voluntariũ vero seruum sibi aucthorizatur diabolus, 15 q. 1. c. nõ est. asseritur enim Christus coacta seruitia, & hilarem seruitorem diligit Deus nõ timore pœnæ, sed amore iustitiæ seruientem secundum Apostolum, 23 q 6 §. ex his.

Militẽ voluntariũ Christus eligit.

CAP. VNICVM.

Copiosus in misericordia Dominus,[i] qui de sua abundantia[k] pietatis corda fidelium ad suæ maiestatis obsequia,[l] deuotionis ardore succendit,[m] præcordijs[n] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis[o] nati[p] claræ memoriæ Sanctij regis Castellæ, adeo[q] copiose gratiam[r] cęlestis inspirationis infudit, quod sibi delectabile[s] reputat propriam exponere in ipsorum[t] prosecutione personam.[v] Pio qui dẽ nobilis ipse ductus proposito[x] tamquam strenuus[y] athleta[z] Domini,[a] negotium impugnationis

t ¶ Ipsorum.] scilicet obsequiorum maiestatis diuinæ.

u ¶ Personam:] maiorem oblationem Deo facere non poterat: maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis: vt scriptura testatur sacra. & ad instar Esaiæ prophetæ, qui Domino interrogãti, quem ex duobus ad prædicandum mitteret, respondit: ecce ego, mitte me, Esaiæ 6. cap. 7. q 1. in scripturis, & ad instar sancti Martini dicentis, Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, ego non recuso laborem

Charitas maxima est animã pro suis ponere.

x ¶ Proposito.] ad quod Deus respectum habet. 1. q. 6 si sacerdotibus in fi. 14. q. 5. si quid inuenisti.

y ¶ Strenuus.] animi magnanimitate de sup. neg præl. grandi. lib 6.

z ¶ Athleta.] id est pugil seu pugnator sine mercede. ff. de his qui no. inf. l. Athletas. C de athle. & ibi no. in rubrica. lib. no.

a ¶ Domini negotium.] Not. Christi negotium reputari impugnationem infidelium; ipsi enim, quia cũ Christo non sunt per fidem, contra ipsum esse censentur iuxta illud: Qui non est mecum, contra me est C. de Iudæ. l. cælicolarum. vnde & hæreticus est, qui non est Ecclesiæ membrum, in corpore Auth. de priuilegio. §. 1. col. 8 cum dominus pro fide Christiana vt non deficeret, repertus sit exorasse, Lucæ 22. cap. 21. dist. §. 1.

Agate

perfidorum Agarenorum, [a] a quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam [b] detinetur, [c] tutorio [d] nomine charissimi in Christo filii [e] nostri Alfonsi Castellæ regis illustris, qui sub teneritudine puerilis [f] ætatis adhuc dignoscitur constitutus, assumpsit sub [g] spe cœlestis [h] auxilii ferventer [i] & viriliter [k] prosequendum.

¶ Cum [l] igitur omnia cupiamus obstacula [m] removere, per quæ dicti negotii prosecutio posset quomodolibet impediri, vniuersis & singulis cuiuscunque conditionis, preæminentię, [n] vel status existant, districtius inhibemus, ne arma, [o] equos, ferrum, lignamina, [p] victualia [q] & alia quæcunque [r] prohibita per Romanos Pontifices prędecessores [s] nostros [t] ad terras Aegypti deferri ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium [u] incipiendum à calend. Aprilis proxime

a ¶ Agarenorum.] species est quorundam infidelium, de quorum speciebus multas reciperes enumeratas. 24.q.vlt.c.vlt.

b ¶ Contumeliam.] talis contumelia, que in religionē diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. l. Manichęos.

c ¶ Detinetur.] hoc contingit ob nostrorum multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles cæteri nocendi facultatem diuinitus, id est permissione Dei assequuntur, 7.q.1.c sciscitatus. 56 dist. c si gens Anglorum.

d ¶ Tutorio nomine.] superponere videtur textus iste satis aperte, quod tutor regis tutorio nomine impugnare possit infideles ad expensas regis pupilli, certum est enim, q ad onus principum temporalium spectet defensio Ecclesiæ: & eorum potestate est Ecclesia munienda: voluntas enim Dei est concitare temporalem potestatem aduersus hæreticos, & alios infideles: alias n. de suo imperio Deo rationem reddere sunt adstricti, 23.q 5 cap princeps, & q 8 quando. extra de sup. negli. præla. grandi li. 6. constat etiam, q vna potestas per aliam est iuuanda. 26. dist. c. cum ad verum, & potestas secularis cogi potest per ecclesiasticam ad sibi auxilium præbendum, extra de maledic. a de offi. ord ca. 1. & c. quoniam. 12. q. 5. cap. administratores: cum igitur ipse rex ad hoc faciendum sit astrictus, tutori hoc adimplenti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari. argu. ff. de adm. tut. l. sine hærede §. Lucius. de tute. & ra. distrahen. l. 1. §. 1. C. de admi. tuto. l. sumptus.

Principes debent fidem defendere & tenent.

e ¶ Filij nostri] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem extra de crimi. falsi, quem grauis. Nihil enim honorificentius, quam ut rex vel Imperator Ecclesiæ filius esse dicatis, 23.q 8.c. conuenior. circa fin. & dixi in c. prodiens.

Imperator dr̄ filius Ecclesiæ.

f ¶ Puerilis ætatis.] No. puerilem ætatem teneram dici: vnde in ea constitutus, licet alias de se discretus, ad tractanda sapientium hoium iura inhabilis reputatur. C. de test. mili. l. vlt. & arg. ff. de decur. l spurij, §. minores. de mune. & ho. l. ad rem publicam, extra de elect. c. ex co. lib. 6.

g ¶ Sub spe.] quam confidenter habere poterat ex pio suo mentis proposito iuxta verbum propheticum Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

h ¶ Cœlestis auxilij] simile C. de epi. & cle. l. Deo nobis. in corpore Auth. de quæsto. in princ coll. 6. Nam cū domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio. ipsius enim prouidentia Dei dispositis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augentur, in corpore Authen. vt neque miles neque feuda. in prin. coll. 8. & dum rationes Christo fiunt, vincit populus suus: si relaxantur, vincitur. Exo. 17. c. 36. dist. c si quis vult.

i ¶ Feruentur] quo ad animi feruorem.

K ¶ Viriliter.] quo ad corporis vigorem & strenuitatē,

l ¶ Cum igitur.] Secunda pars.

m ¶ Obstacula remouere.] iuxta hoc scribitur in lege, quod decursio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum reuocatur, licet prima prius gubernentur principia, nisi etiā q particulariter ei resistis, summoueatur. in corpore Auth. de testi. & ea quæ parit in prin. coll 4.

n ¶ Preminentiæ.] Intelligo etiā regalis: tum ob istius textus indefinitatem: tū quia ad onus regis spectat defensio fidei, & impugnatio infidelium, vt dixi s. in gl supponere. tum etiam arg ff fratrum §. quia igitur. vnde præ ceteris debet abstinere ab ijs, a quibus tenetur alios cohibere. arg. ff. si ser. vendicetur. l. altius. extra de na. ex lib. ven. cap. 1.

o ¶ Arma.] appellatione armorum comprehenduntur nedum arma offensionis cuiuscunque generis, imo & defensionis vt scuta, broqueria, loricæ, platæ, disploides, & similia, ff de vi & vi ar le. 3. §. armis. insti. de interdi §. qui autem. de publi. §. Item lex Cornelia. ff de verb. sig l. armorum. de fur. l. pignore, §. furem. & quia omne obstaculum est tollendum, quod posset impugnationem infidelium aliquatenus impedire: vt hic vides, de hoc dixi de statu mo in c. ne in agro. §. præfatę quo que. clem 5.

Armorū quædam sunt offensiōis, quædam defensionis.

p ¶ Lignamina.] galearum scilicet, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri possunt. de Iudæ. ita. quorundam. & c ad liberandam.

q ¶ Victualia.] quid ipsorum appellatione contineantur, vide quod legitur, ff. de verb. sig. l. verbo victus, & l. quos nos §. fin.

r ¶ Quæcunque prohibita.] quę sunt illa, colligitur C. quæ res ven. pos. vel non, l. barbaricum, quæ res expor. non debent. l. 1. extra de Iudæ. ita quorundam & c. ad liberandam.

s ¶ Prædecessores nostros] vt Alexandrum tertium, dicto c. ita quorundam: & Innocentium tertium. dicto. c. ad liberandam.

t ¶ Ad terras Aegypti.] in quib. Christus natus fuit, s. in Bethleem, nutritus in Nazareth, passus & sepultus in Hierusalem, no. extra de sepul. ca. 1. quæ peccatis nostris prępedientibus ab infidelibus detinentur.

Christus vbi fuit natus, nutritus, & passus.

u ¶ Intra triennium] res miranda videtur, q conditor huius c. terminum certum pręfixit, intra quem sua duraret prohibitio facta de non portandis reb. prohibitis ad regnum Granatę: cum infideles ibidem habitent, vt hic supponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat sub pœna capitis, & sub pœna proscriptionis omnium bonorū, res inhibitas ad Barbaros deferri, C. quæ res exportari non debent. l. 1. & iura alia canonica sup gl. proxi. alleg. simpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari. Quæ igitur potest huius esse ratio? Ad hoc potest dici, q cum prosecutio istius negotij eēt futura tēporalis, per Petrum infantem, vt pote facienda per eum tutorio nomine regis Castellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalem, pęnalem & sentētiæ excōicationis inductiuā: vt ipse Petrus inceptum feruentius induceretur ad dicti negotij prosecutionē; ne forte alias ipse desidem illū redderet: vnde cum ad ipsius Petri futuri temporalis prosecutoris supplicationem p̄sens constitutio pœnalis forte facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potissime cum sciret iura alia cotra multarū pęnarum inflictiua forte dudum condita generaliter, contra portantes res prohibitas Sarracenis, q per illam decretalem in nihilum immutarentur

Sed ad istam per illam additur cum suis pœnis contra illos, qui isto durante triennio res prohibitas detulissent, nec ex virtute huius constitutionis quis pęnas aliquas incurreret deferendo post triẽnium tales res prohibitas: sed remanent alia iura pœnalia contra tales. Nec potest argum. a contrario sensu colligi ex hac decretal. p quod diceretur, deferentes res prohibitas absque prohibitione huius decretalis non incurrere pœnas a p̄decessoribus promulgatas: cessat n. argumentium a cõtrario sensu vbi iura alia obuiarent. not. de in cõpe. significasti & C. d epis. & cler. l. conuẽticulã. Vel dicas, quod cũ a prædecessorib. aliquibus fuerunt pęnę & sententiæ promulgatę contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, q̃ nõ ligarẽt de te potẽtes ad alias partes: magnum fuit, quod Papa voluit eas extẽdi contra deferentes ad regnum Granatę: nõ fuit ergo mirũ, si certũ tempus voluit super hoc limitare.

Argumẽtum a cõtrario cessat aliqñ.

a ¶ Quomodolibet.] quasi dicat nec per se nec per alium: nec p terram, nec per aquã vel alias quoquo modo

b ¶ Nos.] Tertia pars.

c ¶ Quæcunque prohibita.] dic vt super hoc in parte precedẽte dixi.

d ¶ Nostræ prohibitionis.] scilicet intra triẽniũ vt sup. à cõtrario ergo sensu deferẽtes non cõtra talem prohibitionem, non viderentur incurrere pęnam: sed dic vt supra dixi super verbo intra triennium.

e ¶ Et nihilominus] id est, vltra pœnas & sentẽtias a prædecessorib. promulgatas.

secuturum, quomodolibet [a] deferre præsumant. Nos [b] enim omnes, & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia supradicta, & quæcunque [c] prohibita, contra tenorem huius nostrę [d] prohibitionis deferre præsumpserint, illis pœnis & sententijs, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexandriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus subiacere. Et [e] nihilominus omnes & singulos, qui Sarracenis Granatę præstabunt (dicti negotij prosecutione durante [f]) auxilium, consilium, vel [g] fauorem: aut prosecutionem dicti [h] negotij directe [i] vel indirecte, [k] secrete vel publice impedire vel turbare forte præsumpserint: excommunicationis [l] sententiam incurrere volumus ipso [m] facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis, & voluntatis, & cętera.

Datum Auin. quinto Calend. Martij, anno primo.

f Prosecutione durante.] ergo illa finita præstante auxilium & similia, non incurrerent sententiam huius canonis: nihilominus tamen incurrerent sententiam aliorum iurium, vt sup. dixi.

g Vel fauorem.] super hoc verbo & duob. præcedentibus dic vt dixi c. dicturum. §. nos.

h Dicti negotij.] scilicet impugnationis perfidiorum regni Granatæ.

i ¶ Directe.] puta opponendo se contra impugnare volentes dictos perfidos.

k ¶ Indirecte.] vt persuadendo, vel monendo, vt a tali impugnatione desisteretur.

l ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris. de senten. excom. si quem. quæ in hoc casu forte circa Papam tolli non posset: si supponas quod eam sibi retinuerit tollendam sententiæ promulgator: prout in talibus prædecessores facere consueuerunt.

m ¶ Ipso facto.] & sic est canon latæ sententiæ. Zenzel.

TITVLVS IX.

De torneamentis

¶ Constitutio Clementis in quibusdam regnis torneamenta inhibentis sub pœnis excommunicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur.

CAP. VNI.

Quia in futurorũ euẽtib. [n] sic humani fallitur [o] incertitudo iudicij, vt quod coniectura [p] probabili ex nunc interdum attenta [q] consideratio vtile pollicetur, [r] reperiris damnosum quandocunque contingat: non nunquam quod consulte [t] statuitur ex sanioris inspectione iudicii consultius [u] reuocatur.

¶ Sane [x] fælicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster attente considerans generale passagium [y] in concilio Viennensi pro terrę sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, [z] &

h ¶ Nulli ergo.] sup hac clausula dic, vt no in c. Execrabilis. Zenzelinus.

plantationes, quas non pater[a] cælestis, sed humanæ temeritatis[b] audacia plantat, Apostolici culminis cēsura diuellat nec patiatur in agro[c] Dominico peruersæ congregationis[d] vepres[e] excrescere, cui[f] proprium est (diuina opitulante gratia[g]) virtutes serere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli[h] ergo, &c. Datum Auinion. iij. calen. Ianuarij. anno secundo.

TITVLVS VIII.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ Vt Petrus filius regis Castellæ pio ductus proposito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excommunicationis sententia in omnes, prohibita portantes ipsis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. cap. ita quorundam. & c. ad liberandam. eod. tit. in antiq.

Diuisio textualis.

C Opiosus.] ¶ In tres partes diuisibilis est pñens constitutio. In prima cum quodā præiudicio facti præmittitur recitatio. In secunda comminatoria subiungitur cōstitutio: ibi, Cum igitur, &c. In tertia transgressorum eiusdem annectitur punitio: ibi, Nos enim omnes, & cætera.

i ¶ In misericordia, Dominus.] & nedum est copiosus in misericordia, imo semper potens in ea, de pœni. dis. 7. nullus expectet, omnia enim potest quæ posse est aliquid posse, de pœnit. dist. 2. c principium ver. charitas. Quare misericordiæ eius nec mensuras ponere possumus, nec tempora definire: apud quem nulla patitur metas veniæ conuersio. de peni. dist. 1. c. serpens, ver his autem. alias est sub ca. multiplex. per misericordiam enim non vult peccatoris perditionem, sed conuersionem, & salutem: delinquētes, qui corriguntur suscipiēs, in corpore Auth. vt non lux. contra natu. in prin col 6. 26. q. 6. c. cognouimus & quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam nostrā suscipere. C. de nup. l. imperialis.

Misericordia Dei non pōt mensurari.

k ¶ Abundantia pietatis.] per quam pro peccatoribus Christus aduocatus apud patrem existens, propitiatio est pro peccatis, de pœn. dist. 2. c. si enim, iniquit. ver. qui dicit

l ¶ Obsequia]id est digna seruitia, super quo videre potes, q notaui in c. cū ad sacrosanctæ. in verbo pietatē.

m ¶ Succedit.]idest illuminat, vel accendit. nec enim per impensa obsequia quis ad Christum peruenire potest nisi sibi datum fuerat à Patre. 22. q. 4. c. de Tyrijs. vnde ad pœnitentiam cor peccatoris dicitur illustrare de pœnit dist 5. c. falsas.

n ¶ Præcordijs]id est intrinsecis cordis affectibus.

o ¶ Infantis]infantē eum vocat, licet maiorem ætate, alias tutor esse non posset, qualis esse int supponitur. C. de legi. tut. l. nemo. insti. de fidu. tut. in fi. C. de leg. hære. l. vl. §. fi. Et applaudit consuetudini & vsui loquendi cōi Hispaniæ: iuxta quam filij regum, qui reges non sunt, Infantes appellātur. ar. ad hoc ff. de flu. l. 1. §. flumen. de fund. instru. cum delanionis, §. asinam. sicut quandoque in vulgo aliqui iuuenes appellantur, qui tamē iuuenes non sunt ff. de pœn. l. capitulum, §. solent. propriè enim infans est minor septem annis C. de iure deli. l. fi. infanti.

CAP. VNICVM.

C Opiosus in misericordia Dominus,[i] qui de sua abundantia[k] pietatis corda fidelium ad suæ maiestatis obsequia,[l] deuotionis ardore succendit,[m] præcordijs[n] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis[o] nati[p] claræ memoriæ Sanctij regis Castellæ, adeo[q] copiose gratiam[r] cęlestis inspirationis infudit, quod sibi delectabile[s] reputat propriam exponere in ipsorum[t] prosecutione personam.[v] Pio qui dē nobilis ipse ductus proposito[x] tamquam strenuus[y] athleta[z] Domini,[a] negotium impugnationis

p ¶ Nati.]id est, filij.

q ¶ Adeo.] idest, intantum.

r ¶ Gratiam,] hoc dicit: quia nihil boni est dare absq; gratia Dei. 23. q 4. Nabuchodonosor. 26 q. 5. nec mirum.

s ¶ Delectabile reputat: quilq; enim delectari debet in obsequijs maiestatis diuinæ: nam voluntariū militem sibi eligit Christus, voluntariū vero seruum sibi auctionatur diabolus, 15 q. 1. c. nō est. asper natur enim Christus coacta seruitia, & hilarem seruitorem diligit Deus nō timore pœnæ, sed amore iustitiæ seruientem secundum Apostolum, 23 q 6 §. ex his.

Militē voluntariū Christus eligit.

t ¶ Ipsorum.] scilicet obsequiorum maiestatis diuinæ.

u ¶ Personam:] maiorem oblationem Deo facere non poterat: maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis: vt scriptura testatur sacra. & ad instar Esaiæ prophetæ, qui Domino interroganti, quem ex duobus ad prædicandum mitteret, respondit: ecce ego, mitte me, Esaiæ 6. cap. 7. q 1. in scriptori, & ad instar sancti Martini dicentis, Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, ego non recuso laborem

Charitas maxima est animā p suis ponere.

x ¶ Proposito.]ad quod Deus respectum habet. 1. q. 6 si sacerdotibus in fi. 14. q. 5. si quid inuenisti.

y ¶ Strenuus.]animi magnanimitate de sup. neg prælat. grandi. lib 6.

z ¶ Athleta.]id est pugil seu pugnator sine mercede. ff. de his qui notant. l. Athletas. C de athle. & ibi no. in rubrica. lib. no.

a ¶ Domini negotium.]Not. Christi negotium reputari impugnationem infidelium; ipsi enim, quia cū Christo non sunt per fidem, contra ipsum esse censentur iuxta illud: Qui non est mecum, contra me est C. de Iudæ. l. execrabilium. vnde & hæreticus est, qui non est Ecclesiæ membrum, in corpore Auth. de priuile. do. §. 1. col. 8 cum dominus pro fide Christiana ut non deficeret, repertus sit exorasse, Lucæ 22. cap 22. dist. §. 1.

Agate

perfidorum Agarenorum, [a] a quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam [b] detinetur, [c] tutorio [d] nomine charissimi in Christo filii [e] nostri Alfonsi Castellæ regis illustris, qui sub teneritudine puerilis [f] ætatis adhuc dignoscitur constitutus, assumpsit sub [g] spe cœlestis [h] auxilii feruenter [i] & viriliter [k] prosequendum.

¶ Cum [l] igitur omnia cupiamus obstacula [m] remouere, per quæ dicti negotii prosecutio posset quomodolibet impediri, vniuersis & singulis cuiuscunque conditionis, preæminentię, [n] vel status existant, districtius inhibemus, ne arma, [o] equos, ferrum, lignamina, [p] victualia [q] & alia quæcunque [r] prohibita per Romanos Pontifices prędecessores [s] nostros [t] ad terras Aegypti deferri ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium [v] incipiendum à calend. Aprilis proxime

a ¶ Agarenorum.] species est quorundam infidelium, de quorum speciebus multas reciperes enumeratas. 24.q.vlt.c.vlt.

b ¶ Contumeliam.] talis contumelia, que in religionē diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. l. Manichæos.

c ¶ Detinetur.] hoc contingit ob nostrorum multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles cæteri nocendi facultatem diuinitus, id est permissione Dei assequuntur, 7.q.1.c scisscitatus. 56 dist.c si gens Anglorum.

d ¶ Tutorio nomine.] superponere videtur textus iste satis aperte, quod tutor regis tutorio nomine impugnare possit infideles ad expensas regis pupilli, certum est enim, ꝙ ad onus principum temporalium spectet defensio Ecclesiæ: & eorum potestate est Ecclesia munienda: voluntas enim Dei est concessisse temporalem potestatem aduersus hæreticos, & alios infideles: alias.n. de suo imperio Deo rationem reddere sunt adstricti, 23.q 5 cap. princeps, & q 8 quando. extra de sup. negli prælat. grandi li. 6. constat etiam, ꝙ vna potestas per aliam est iuuanda. 16. dist. c. cum ad verum, & potestas secularis cogi potest per ecclesiasticam ad sibi auxilium præbendum, extra de maledi.c. 2. de offi. ord. ca. 1. & c. quoniam. 12. q. 5. cap. administratores: cum igitur ipse rex ad hoc faciendum sit astrictus, tutori hoc adimplenti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari. argu. ff. de admi. tut. l. sine hærede §. Lucius. de tute. & ra. distrahen. l. 1. §. 1. C. de admi. tuto. l. sumptus.

e ¶ Filij nostri] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem, extra de crimi. falsi, quem graui, Nihil enim honorificentius, quam ut rex vel Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur, 23.q.8.c. conuenior. circa fin. & dixi in c. prodiens.

f ¶ Puerilis ætatis.] No. puerilem ætatem teneram dici: vnde in ea constitutus, licet alias de se discretus, ad tractanda sapientium hominum iura inhabilis reputatur. C. de sent. mili. l. vlt. & arg. ff. de decur. l. spurij, §. minores. de mune. & ho. l. ad rem publicam, extra de elect. c. ex co. lib. 6.

g ¶ Sub spe.] quam confidenter habere poterat ex pio suo mētis proposito iuxta verbum propheticum. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

h ¶ Cœlestis auxilij] simile C. de epi. & cle. l. Deo nobis. in corpore Auth. de quæsto. in princ coll. 6. Nam cū diuini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio. ipsius enim prouidentia Dei dispositis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augentur, in corpore Authen. vt neque miles neque feuda. in prin. coll. 8. & dum rationes Christo sunt, vincit populus suus: si relaxantur, vincitur. Exo. 17. c 36. dist. c si quis vult.

i ¶ Feruenter] quo ad animi feruorem.

K ¶ Viriliter.] quo ad corporis vigorem & strenuitatē.

l ¶ Cum igitur.] Secunda pars.

m ¶ Obstacula remouere.] iuxta hoc scribitur in lege, quod decursio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum renouatur, licet prima prius gubernentur principia, nisi etiā ꝙ particulariter ei resistit, summoueatur. in corpore Auth. de testi. & ea quæ parit in prin. coll 4.

n ¶ Preminentiæ.] intelligo etia regalis: tum ob istius textus indefinitatem: tū quia ad onus regis spectat defensio fidei, & impugnatio infidelium, vt dixi s. in gl supponere. tum etiam arg. ff fratrum §. quia igitur. vnde præ ceteris debet abstinere ab ijs, a quibus tenetur alios cohibere. arg. ff. si ser. vendicetur. l. altius. extra de na. ex lib. ven. cap. 1.

o ¶ Arma.] appellatione armorum comprehenduntur necdum arma offensionis cuiuscunque generis, imo & defensionis vt scuta, broqueria, loricæ, platæ, disploides, & similia, ff. de vi & vi ar. le. 3. §. armis. insti. de interdi §. qui autem. de publi. §. item lex Cornelia. ff de verb. sig. l. armorum. de fur. l. pignore, §. furem. & quia omne obstaculum est tollendum, quod posset impugnationem infidelium aliquatenus impedire: vt hic vides, de hoc dixi de statu mo in c. ne in agro. §. prætaꝗ quo que. clem 5.

p ¶ Lignamina.] galearum scilicet, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri possunt. de Iudæ. ita. quorundam. & c. ad liberandam.

q ¶ Victualia.] quid ipsorum appellatione contineantur, vide quod legitur, ff. de verb. sig. l. verbo victus, & l. quos nos § fin.

r ¶ Quæcunque prohibita.] quę sunt illa, colligitur C. quæ res ven. pos. vel non, l. barbaricum, quæ res expor. non debent. l. 1. extra de Iudæ. ita quorundam & c. ad liberandam.

s ¶ Prædecessores nostros] vt Alexandrum tertium, dicto c. ita quorundam: & Innocentium tertium. dicto. c. ad liberandam.

t ¶ Ad terras Aegypti.] in quib. Christus natus fuit, s. in Bethleem, nutritus in Nazareth, passus & sepultus in Hierusalem, no. extra de sepul. ca. 1. quæ peccatis nostris prępedientibus ab infidelibus detinentur.

u ¶ Intra triennium] res miranda videtur, ꝙ conditor huius c. terminum certum pręfixit, intra quem sua durare prohibitio facta de non portandis reb. prohibitis ad regnum Granatę: cum infideles ibidem habitent, vt hic supponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat sub pœna capitis, & sub pœna proscriptionis omnium bonorū, res inhibitas ad Barbaros deferri, C. quæ res exportari non debent. l. 1. & iura alia canonica sup. gl. pro xi. alleg. simpliciter inhibeant res interdictas ad Saracenos portari. Quæ igitur potest huius esse ratio? Ad hoc potest dici, ꝙ cum prosecutio istius negotij eēt futura tēporalis, per Petrum infantem, vt pote facienda per eum tutorio nomine regis Castellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalem, pęnalem & sentētiæ excōicationis inductiuā: vt ipse Petrus incertum feruentius induceretur ad dicti negotij prosecutionē; ne forte aliās ipse dudum illū reduceret: vnde cum ad ipsius Petri futuri temporalis prosecutoris supplicationem ꝑ sens constitutio pœnalis forte facta fuit, Papa eam tacere perpetuam non curauit: potissime cum sciret iura alia cōia multarū pęnarum inflictiua forte dudum condita generaliter, contra portantes res prohibitas Sarracenis, ꝗ per illam decretalem in nihilum immutantur

Principes ꝯᵗ. fiant d. fendere tenent.

Imperatores dr̄ filius Ecclesiæ.

Armorū quædam sunt offensiōis, quædam defensionis.

Christus vbi fuit natus, nutritus, & passus.

Sed ad istam per illam additur cum suis pœnis contra illos, qui isto durante triennio res prohibitas detulissent, nec ex virtute huius constitutionis quis pęnas aliquas incurreret deferendo post triēnium tales res prohibitas: sed remanent alia iura pœnalia contra tales. Nec potest argum. a contrario sensu colligi ex hac decretal. quod diceretur, deferentes res prohibitas absque prohibitione huius decretalis non incurrere pœnas a prædecessoribus promulgatas: cessat n. argumentum a cōtrario sensu vbi iura alia obuiarent. not. de fo cō pe. significasti & C. de epis. & cler. l. conuēticulā. Vel dicas, quod cū a prædecessorib. aliquibus fuerunt pęnę & sententiæ promulgatę contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, quę nō ligarēt deferentes potātes ad alias partes: magnum fuit, quod Papa voluit eas extēdi contra deferentes ad regnum Granatę: nō fuit ergo mirū, si certū tempus voluit super hoc limitare.

excom. si quem. quæ in hoc casu forte circa Papam tolli non posset: si supponas quod eam sibi retinuerit tollendam sententiæ promulgator: prout in talibus prædecessores facere consueuerunt.

m ¶ Ipso facto.] & sic est canon latæ sententiæ. Zenzel.

secuturum, quomodolibet [a] deferre præsumant. Nos [b] enim omnes, & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia supra dicta, & quæcunque [c] prohibita, contra tenorem huius nostrę [d] prohibitionis deferre præsumpserint, illis pœnis & sententijs, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexandriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus subiacere. Et [e] nihilominus omnes & singulos, qui Sarracenis Granatę præstabunt (dicti negotij prosecutione durante [f]) auxilium, consilium, vel [g] fauorem: aut prosecutionem dicti [h] negotij directe [i] vel indirecte, [k] secrete vel publice impedire vel turbare forte præsumpserint: excommunicationis [l] sententiam incurrere volumus ipso [m] facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis, & voluntatis, & cętera.

Datum Auin. quinto Calend. Martij, anno primo.

TITVLVS IX.

De torneamentis

¶ Constitutio Clementis in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub pœnis excommunicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur.

CAP. VNI.

Quia in futurorū euētib. [n] sic humani fallitur [o] incertitudo iudicij, vt quod coniectura [p] probabili ex nunc interdum attenta [q] consideratio vtile pollicetur, [r] reperiris damnosum quādocunque cōntingat: non nunquam quod consulte [s] statuitur ex sanioris inspectione iudicii consultius [t] reuocatur.

¶ Sane [x] fælicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster attente considerans generale passagium [y] in concilio Viennensi pro terrę sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, [a] &

a ¶ Quomodolibet.] quasi dicat nec per se nec per alium: nec per terram, nec per aquā vel alias quoquo modo

b ¶ Nos.] Tertia pars.

c ¶ Quæcunque prohibita.] dic vt super hoc in parte præcedēte dixi.

d ¶ Nostræ prohibitionis.] scilicet intra triēniū vt sup. à cōtrario ergo sensu deferētes non cōtra talem prohibitionem, non viderentur incurrere pęnam: sed dic vt supra dixi super verbo intra triennium.

e ¶ Et nihilominus] id est, vltra pœnas & sentētias a prædecessorib. promulgatas.

f Prosecutione durante.] ergo illa finita præstante auxilium & similia, non incurrerent sententiam huius canonis: nihilominus tamen incurrerent sententiam aliorum iurium, vt sup. dixi.

g Vel fauorem.] super hoc verbo & duob. præcedentibus dic vt dixi c. dicrum. §. nos.

h Dicti negotij.] scilicet impugnationis perfidiorum regni Granatæ.

i ¶ Directe.] puta opponendo se contra impugnare volentes dictos perfidos.

k ¶ Indirecte.] vt persuadendo, vel monendo, vt a tali impugnatione desisteretur.

l ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris. de senten.

Quia in futurorū.] Primo harenga seu præfatio præmittitur. Secundo factus processus per Clemētem Papam v. subiungitur: ibi, Sane felicis, &c. Tertio reuocationis eiusdem processus causa & ratio annectitur ibi, verum quoniam, &c. Quarto ipsa reuocatio subinfertur ibi, Nos ad dilecti, & cætera.

n Euētibus.] qui de se incerti sunt. instit. de verb. oblig. §. oīa. ff. de condi. & demō. l. 1. §. dies.

o Humani fallitur.] cum de futuris diuinare certitudinaliter non possit, vt extra vt eccle. benef. cap. 1. ff. ad l. aquil. l. si putator. simile. ff. manda. si fideiussor. §. si cum debitori. nec beatus Paulus, licet spiritu Dei repletus, secreta diuina futuri iudicij agnoscere potuit, 12. q. 2. cū beatus. solius enim Dei est præscire futura. ff. de iud. l. sed & si restituatur. §. vlt. 25. q. 5. quod autem.

p Coniectura.] idest, præsumptione

q Attenta.] id est, deliberata.

r Pollicetur.] id est afferit per coniecturā. Pollicitatio. n. est solius afferentis promissio absq; alterius præcedente consensu. & in hoc differt a pacto. ff. de pollici. l. pactum.

s Reperiri damnosum.] sumitur ex corpore auth. hæc constitutio innouat constitutionem in prin. coll. 8 & in decre. quia nonnunquam reperies, simile vbi de hoc dixi.

t ¶ Consulte.] i. consilio & deliberatione præcedente.

u Consultius] sapientis est enim mutare consilium in melius. in corpore Auth vt fratrum filij in prin. co. 9. de nup. § nos autem, coll. 4. ff. de col. bo. l. nonnunquam, 22. dist c. si aliquid, & c. magnæ. cum similib.

x Sane.] secunda pars.

y ¶ Passagium, vltramarinum contra Sarracenos inimicos fidei faciendum.

a Torneamenta.] quæ dicuntur torneamenta, colligitur

Argumētum a cōtrario cessat aliquā.

Diuisio.

Futura so[lus] Deus cognoscit.

Pollicitationis descriptio.

Cōsiliu[m] mutare [sa]pientis e[st].

Tornem[enta] [...] sint permissa.

tur extra de tornea.c.1. quæ licet causa experimento rum de iure ciuili videant permissa, ff. de aleato. l. solent, §. senatus, ad l. Aquil. qua actione, §. si qui in colluctatione, de posstu. l. 1. §. qd si depugnauerit. de iure tñ canonico sunt inhibita ob mortem hominum, quæ frequenter exinde peruenit, vt d.c.1. nõ enim merentur dici ludi, ex

hastiludia [a] siue [b] iustras non leuiter [c] impediri:

quibus crimina oriuntur in procemio. ff. illud vero. vade ludus noxius est in culpa, ff ad leg. Aquil. l. nam ludus. Sed gratia huius hic quæro 1 vtrum de iure canonico vel ciuili scripto duella sint aliquo casu hodie permissa? Videtur, qd non. C. de gladiato. l. vnica vt armorum vsus, l. vnica, & arg. C de act & obli. l. negantes. In hac opinione vt residere Accursius d. § si quis in colluctatione, & d. l. 1. de gladiato. expressius hoc no. ff. de leg. 2. l cũ filius, §. vlt. Sed incontrariũ vt lex expressa Federici Imperatoris: vt in col. 10. de pa. te. § si quis hominẽ, & § si quis aliquando, & §. & miles, vbi in certis saltem casib. vt pugna per duellum permissa: nec videt contrarium posse dici, cum illa lex Friderici lex generalis existat, cum ad omnes sit directa, quod est signum legis generalis, C. de leg l. 4. nam quod per epistolam & p subscriptionem Imperator statuit, vel edicto præcepit legẽ esse cõstat, ff. de constit. princip. l. 1. illud et videt expresse denotari in rub. quæ sequitur post illa, de pace tenenda, cum ib ea dr, hic finitur lex, deinde incipiunt regni cõsuetudines, per quod innuitur mandatum factum in titulo præcedenti de pace tenenda sub certis pœnis legem esse communem, sic sentit glossator feudorum pro & contra, & super hoc multa allegans in titu. de pace iuro firman. §. iniuria. qui etiam consentire vr, qd saltem in certis casibus pugna per duellum sit hodie permissa, vt no. ipse in tit. de ali. feu. paterni. §. non est. Et secundũ hoc nõ obstabat lex prædicta de gladiato. nec lex vnica, vt vsus armorum, quia loquunt de alijs gladiatoribus q̃ in duello pugnãtibus, vel aliam vim armorum committentibus, vt no Gof. in libello suo iuris canonici, in tit. de purg. Vel dices, quod leges illæ vt priores tolluntur in hoc per l. Friderici tamq̃ posteriorẽ. Vel dices, qd illæ prohibitionem ponũt in genere: & lex Friderici duellũ permittit in specie: & ita neutra alteram corrigit. Sed supposito, qd secũdum legem scriptam in certis casibus admittatur hodie duellum: quæro an lex ciuilis sit idem ratione peccati succumbat canoni ipsum prohibenti 2. q. 5 monomachiam, extra de purg. vlg. c. 1. nedum in foro ecclesiæ, imo & in foro temporali: in duello enim certum est interuenire peccatum, cum in ipso quis intendit ad mortem proximi, & Deus tentari videat. 23. q. vlt c sed nulla. extra de purg. vulg. c. vl. cum sim. Ad hoc breuiter respondeo, & dico, qd lex hoc permittens necessario habet canoni succumbere ratione peccati, & hoc persuaderi potest tam p legem diuinam, q̃ humanã: Per diuinam: quia dicat Apostolus: Omne, qd non est ex fide, idest ex bona & syncera conscientia, peccatum est. Et beatus Ambrosius super dicto Apostoli ait: peccatũ est, qd aliter fit quã probatũ est, & Augustinus super eo dicto, Omne qd aliter fit quã probatum est, peccatum est, & recitauit textualiter. 28. q. 1. §. ex his cum igitur Deus peccatum inhibeat, ergo & omne id, per quod ad illud peruenitur, ff. de spon. l. oratio, ff de ritu nu. l. cum lex C. de nat lib l. lege Anastatij, in fi. extra de consti. c. nam concupiscentia. Item scriptũ est in Euangelio, nõ tentabis Dominum Deum tuum, & legitur 22. q. 2. c quæritur, cum patriarcha, sed p duellum Deus tentari vr. d. c. monomachiam, cum iuribus alijs allegatis. Itẽ lex Imperialis facta per Imperatorem prohibentem se esse vltimum seruum Dei, & velle suũ seruitiũ adimplere C. de offi præfec. præto. l. quas gratias: inducere non poterit quod Dominus suus vel Deus inhibet 28 q. 1. cap. iam nunc Probo hoc idem per legem humanam, tam canonicam quam ciuilem: per canonicam, extra de purg. vulg per totum. de cle. pu. in duel. per totum, & d. ca. monomachiam, per quã legem canonicam probatur, qd Dominus principẽ Ecclesiæ constituit super omnes principes seculares in spiritualib. rebus 96. distin. cap. si Imperator. extra de maio & obe. c. solitæ, vnde in his principes seculi suas constitutiones debent canonicis submittere, non præferre d. ca si Imperator: vnde necessario ratione peccati hæc lex canoni succumbere, vt no. Ber. Inno. & Host extra de præscrip quoniam omne, & Gul. in Spec. de dispu. aduo § porro. verb sed nunquid, & ponit exemplum extra de noui ope. nuncia. ca. 1. plus adhuc dico secundum hanc legem, quod iudex secularis cogi potest per ecclesiasticum ad faciendum coram se seruari canones omissis legibus. arg. extra de pact. ca quamuis. de exceptio. cap. 1. de iureiur. c. licet de senten. excom. u. cap. decernimus. lib. 6. Adhuc idem probo per legem ciuilem: nam per eam statuitur, canones fore pro legibus omnes seruandos: in corpore Authen vt cle apud proprios epi. § penul. col. 6. de eccl. tit. in prin. col. 9. intantum quod episcopus transgressores canonis etiam secũdum legem ciuilem punire potest, in corpore Auth. de san epi. § ne autem, col. 9. prohibitum ergo duellũ per canonem prohibitum debet reputari per legem. Nec obstat h. c dicta lex Friderici, cum in eadem lege Fridericus se velle dixerit in indicenda pace tam diuinas quam humanas leges in suo vigore permanere: ne dum ergo legem diuinam hoc prohibentem videt seruari voluisse: imo & humanas præcipientes canones fore pro legibus obseruandos. Item in lege ciuili statutum est, inferiorem legem superioris tollere non posse ff ad Trebel. l. ille a quo. § tempestiuũ, de arbi. l. nã & magistratus. intantum, qd in lege inferioris auctoritas superioris intelligitur excepta, ff. ad muni. l. Imperatores. de prohib feu. alie. c. Imperialem, § vlt. col. 10. nec seruum posse legem domini tollere. C. de pac. l. seruũ. cum similib. Imperator autem se seruum Dei profitetur, vt prædixi. Item cum Imperium & sacerdotiũ sint a Deo instituta, in corpore Auth. quomodo opor. epis. in princ. col. 1. absit dicere, qd Imperatori concesso imperio videatur data potestas tollendi, vel perdendi legẽ Dei ipsum Imperium instituentis, ff. de pactis, l. contra iuris ciuilis, §. vlt. de don. l. filius, alias videretur Deus contra seipsum Imperium constituisse: quod dicere est absurdum, super quo vide quod plene no lib. feu. in tit. hic finitur lex § vlt. item probatur, nam in facto vsurarum lex ipsas permittens succumbit canoni ipsas prohibenti, vt no in corpore Auth. de eccl. tit. in prin. col. 9. C de sum. Trini. l. 1 de vsu auth ad hoc Sed hoc dici non potest nisi ratione peccati: cum igitur ratione peccati & propter peccatum vsurarum lex succumbit canoni: ergo eadem ratione in quocũque alio casu, vbi subest peccatum, vt est in duello, vt prædixi. arg. in corpore Auth. vt nõ luxu contra na in prin col. 6 Scenicas non solum, § 1. col. 5. quia ratio differentiæ reddi non potest. quare idem ius debet esse, ff. de iniust. testam. l. posthumum. §. 1 de ver. obl. l a Titio. C de lib. præt. l. 1. Item Imperator Valentinianus scripsisse legitur se velle fore subditum Ecclesiæ, cum tanquam homo peccare reperiretur: & hoc patet 75. dist c. Valentinianus. extra de iudi. c. nouit. C. de sum. Trin. epistola, inter claras. de offi. præfe pra. Afri. l. quas gratias. Ex his igit concluditur, quod super duello per legem induco peccatum inducenti, ipsa lex canoni habet succumbere: 3 alias dic quod super hoc notaui in simili extra de reg. iur c. possessor lib 6.

a ¶ Hastiludia] sic dicta, quia ludi causa fiunt cum hasta arg. ff. de alea. l. solent.

b ¶ Siue iustras.] alludit vulgari denominationi regionum, maxime linguæ Occitanæ, arg. ad hoc ff. de pœnis. l. capitalium § solent de flu. l. 1. flumen. extra de priuil. c. religiosi, § 1. clem. 5.

c ¶ Non leuiter.] quasi dicat imo grauiter vel fortiter.

1 Detestabile duellorum vsũ ex Christiano orbe penitus exterminauit Concil. Trid. sess. 25. de reformatione. ca. 19.

Lex succumbit canoni, vbicumque peccatũ subest.

tum quia frequenter sic ipsum passagij negotium prosecuturos [a] exinaniunt, [b] quod ad eius 10 executionem efficiuntur impotentes: [c] tum quia interdum quamplures à crucis [d] assumptione retrahunt, [e] dum ab illis [f] abstinere (alijs ea [g] exercentibus) erubescunt: [h] torneamenta ipsa & hastiludia siue iustras in 20 regnis Franciæ, Angliæ, & Alemaniæ, & alijs nonnullis prouincijs, in quibus ea consueuere frequentius [i] † exercerj, specialiter interdixit: [k] in facientium [l] ea [m] vel 30 ad id [n] eis [o] præstantium [p] opem, consilium, vel consensum, & illorum [q] etiam, in quorum locis, [r] vel districtibus fierent, non prohibentium hoc cum [s] possent, & illorum procedentes ad [t] illa in domibus [u] suis recipientium, vel commerciũ quomodolibet [x] exercentium cum [y] eisdem, in personas, [z] excommunicationis, & in terras interdicti 10 sententias promulgando, [a] absolutione ab excommunicatione [b] huiusmodi præterquam in mortis articulo sedi Apostoli, cæ reseruata. [c] Verum [d] quoniam (vt intelleximus) per sententiam hu- 20 iusmodi periculum animabus ingeritur, [e] & pro eo maxime negotio dicti passagij derogatur: quia nonnulli militari [f] cingulo abstinent. & quia vacare [g] militiæ, metu præsertim ipsius [h] sen- 30 tentiæ non præsumunt, propter [i] quod idoneos [k] & voluntarios [l] ad terræ prædictæ subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solito reperiri: Nos [m] ad di- 40 lectum filium nobis viri Philippi claræ memoriæ regentis [n] Franciæ & Nauarrę regis, & aliorum de domo [o] regia,

a ¶ Prosecuturos.] ipse vel generes suas habentes passagium facere.

b ¶ Exinaniunt.] idest exhauriunt bonis & facultatib. C. ne fil. pro pat. aut habita, vbi simile verbum sic exponi reperies ad hoc extra de vsur. c. vsurarum. lib. 6.

c ¶ Impotentes.] scilicet impotẽtia facti forte de diuitib. facti pauperes ob expẽsas nimias factas pro torneamentis exercẽdis, vltra quã possent sui facultates patrimonij tolerare argu. ad hoc l. corp. Auth. vt omnes ob iud. prouinciarum, §. 1 col. 5. ff. vbi pupillus educ. debeat, l. ius alimentorum 2. respõ. de iure do. l. quarto, & l. generalis.

d ¶ Crucis assumptione.] quam volentes passagiũ facere, assumere consueuerunt.

e ¶ Retrahunt.] vt talis retractio non contingeret, multũ videbatur causa probabilis ad inhibẽdum talia torneamenta. arg. ad hoc ff. de ope. pu. l. q liberalitate. circa fi. in corpore Auth. vt lit. decætero. § hic si mulier, colum. 6. C. de bon quæ libe. l. 1. de dona. ante nupt. l. fi. constante.

f ¶ Ab illis.] scilicet torneamentis.

g ¶ Ea.] scilicet torneamenta.

h ¶ Erubescunt.] reputãtes forte sibi ad aliquem ruborẽ seu pudorem, si quod vident alios facientes, ipsi non faciãt, pompam seculi sequi volentes, vt frequenter accidit in viris nobilibus arg. ad hoc, ff. de admi. tu. l. cum plures, § cum tutor de dona. cum filius. 50

i ¶ Frequentius exerceri.] vnde illis non sine causa fuit facta interdictio specialis, arg. C. de fer l. prouinciarum, ff. de pœ l aut facta, §. vlt.

k ¶ interdixit.] in quadam extrauaganti, quæ incipiebat: Passiones.

l ¶ In facientium] sume verbum. personas, quod est infra.

m ¶ Ea.] scilicet torneamenta.

n ¶ Ad id.] scilicet faciendum torneamenta, vel alia s. expressa. 60

o ¶ Eis.] scilicet facientibus.

p ¶ Præstantium opem.] super hoc verbo & sequentibus vide quod dixi in cap. dierum. in verbo auxilium.

q ¶ Illorum.] scilicet personas, quod est infra.

r ¶ Locis.] quo ad iurisdictionem, & hoc denotat, verbũ sequens.

s ¶ Cum possent.] Ad impossibile enim non obligabantur 23. quæst. 2. cap. faciat homo, ff. de reg. iur. l. impossibilium.

t ¶ Ad illa.] scilicet torneamenta, vel hastiludia.

u ¶ In domibus suis.] intelligi debet suis non solum ratione dominij, seu proprietatis. imo ratione domicilij vel habitationis. arg. ff. de iniur, l. lex Cornelia, § domum, de dam. infe. l. 4. §. abesse, cum simi.

x ¶ Quomodolibet exercentium.] quasi dicat nedum pro his, quæ haberent exerceri occasione torneamentorum, imo quæcunque etiam alia, cum dicat, quomodolibet, simile de rescript. statutum, §. in nullo lib 6.

y ¶ Cum eisdem.] scilicet facientib. torneamenta.

z ¶ Personas excõicationis.] in personas ergo excommunicatio, in locum vero interdicti sententia ꝓprie fertur, & hic videas, quod dixi in c. si fratrum, in verbo ciuitatibus.

a ¶ Promulgando.] in dicta extrauagãti, passiones, in qua etiã oẽs colligationes, pactiones, ꝓmissiones quæcũque firmitate etiã iuri submixa super hoc irritauit.

b ¶ Ab excommunicatione huiusmodi.] sublationem ergo interdicti sibi non retinuit: quare ordinar. eam permisisse videtur. argu. de sent. excom. nup.

c ¶ Reseruata.] hic vide quod dixi in c. ꝑdiens, in fi. in verbo, reseruata.

d ¶ Verum.] Tertia pars.

e ¶ Ingeritur.] quia forte multi nolunt a talib. abstinere: quare dicta sentẽtia ligabantur in suarũ periculum animarum.

f ¶ Militari cingulo.] olim enim & hodie militaturis de nouo cingitur ensis. ff. de mili. testa. l. filiusfamilias, 50 & multa alia olim fiebant, quæ hodie non sunt in vsu, quæ notantur per Accursium ff. ex quibus cau. maio. l. penul.

g ¶ Vacare] idest, operam dare.

h ¶ Ipsius sententiæ.] scilicet excommunicationis in personas. & interdicti in terras.

i ¶ Propter quod.] scilicet quod multi vacare omittunt militiæ & actibus militaribus.

k ¶ Idoneos,] pauciores, quod est infra, deficiente eis armorum ingenio, quod per exercitium incrementũ re- 60 cipere consueuit. C de re mili. contra rempublicam, lib. 12 ff. de leg. 3. l. legatis seruis, § ornatricibus.

l ¶ Voluntarios] quia tales non coacti quærendi sunt: voluntarium enim militem elegit Christus, voluntariũ sibi seruum auctionatur diabolus, 15. q. 1. c. non est &c. ar. in proœ. i. inst. §. summa itaque.

m ¶ Nos ad dilectum,] Quarta pars.

n ¶ Regentis,] non dicit, regi: quia tempore editionis huius constitutionis iste Philippus rex nondum erat, sed iuxta consuetudinem regni regebat regnum pro Ioanne impubere nepote suo, filio regis Ludouici fratris sui præmortui: quo Ioanne impubere mortuo successit in regno, & Rex verus fuit.

o ¶ De domo regia.] exilientium vel domesticorum. arg.

† Et ideo hic nominantur tũ idem dicendum de alijs ꝓuincijs, in quibus per ista passagiũ impedit. facit gl. in l. tale pactũ, §. fi. de pact. l. scire oportet. §. si ff. de excus. tut. glo. in verbo præsidẽtes reputata. sing. cle. 1. de rescri. Sed vltra Bart. ibi ego allego glo. in verbo. re c. 2. de cõfes. l. 6. gl. quam Ange. dicit practicatã fuisse. l. 1. C. de rap. virg. tex. & Bal. in ca. 2. §. si quis rusticus. de pa. tenen. Fon.

Regens quare sit dictus.

arg.extra de verb.ob.c.sicut nobis,lib.6. ut & alibi legi tur in Euangelio,cũ dr̃, Ad Virginem desponsatam viro,cui nomen erat Ioseph de domo Dauid,&c.
a ¶ Magnatum,] magnates dici cõsueuerunt magna tẽporali potentia suffulti,argum.not.extra de suppl. negligen.prælat.c.grandi,lib.6.

necnon quamplurium magnatum, [a] & nobilium,tã in Regno Franciæ quam aliunde considerantium præmissa [b] discrimina repetitæ [c] supplicationis instantiam sñias excommunicationis,& interdicti pfatas præmissorum supplicationibus inclinati,& ducti [d] considerationibus antedictis ,[e] & ex causis etiã rationabilibus [f] alijs in fauorem sæpefati negotij , de fratrum nostrorũ consilio reuocamus : eos qui propter exercitiũ torneamentorum , seu hastiludiorum ipsorum huiusmodi [g] sententias incurrerunt absoluentes ab illis, & cum eis qui sic [h] ligati , vel in locis propterea [i] interdictis diuina celebrarunt officia [k] super irregularitate [l] inde cõtracta auctoritate Apostolica dispensantes. Datum Lugduni,xvij. Calẽ. Octobr. Anno primo.

b ¶ Præmissa discrimina,] animarum ex dictis sententijs prouenientia, & quia derogatur negotio passagij ex hoc, quia a cingulo militari abstinẽtes metu sententiarũ se idoneos, vel voluntarios non exhibent ad subsidium terræ Sanctæ.
c ¶ Repetitæ.] id est, iterum petitæ.simile, C.de epis & cle.l.repetita , de testa. consulta diualia , & de erog. mil.anno.l. lege repetita,lib. 11.
d ¶ Ducti,] id est inducti .
e ¶ Antedictis,],s. in proxima parte præcedenti.
f ¶ Rõnabilib. alijs.] quæ illę potuerũt eẽ arbitrarium põt dici,durum enim videbatur, quod per censuram ecclesiasticam interdiceretur liber vius corporis proprij ad experiendas, & excedẽdas vires eiusdẽ, & iniquum videbatur ingenuis hominibus non esse liberum vsum,& administrationem rerum suarum, argum. ff. si a paren quis manumi. sue.l.no vsque, C. de Iudę.l. nemo mandati.l. in re mandata.

Rerũ propriarũ administratio nõ est ingenuis auferẽda.

Aliæ rationes forsan super hoc reddi possent,quas per te ipsum tu studiose adinuenire curabis.
g ¶ Huiusmodi sententias,] excõicationis in personas, & interdicti in terras,vt sup. Et sic colliges,ꝙ sententia interdicti lata in terrã,uel locum, attingit etiã personas,no. de excess.prælat.tanta, extra de sen.excomm.c.si sententia.

Interdictũ in terrã latũ psonas etiã astrigit.

h ¶ Sic ligati,] scilicet sententia excommunicationis.
i ¶ Propterea,] scilicet quia fiebant torneam, vel hastiludia,vel eis faciendis opes,auxilium,vel assensus præstabantur,vt supra. Circa illos ergo,qui ex alia causa excommunicati existentes , vel in locis ex causa alia interdictis celebrassent diuina , nulla fit hic dispensatio.
k ¶ Officia.]scilicet solemniter sicut prius, 11.q. 3. quis episcopus. An autem aliter celebrando incurratur irregularitas,vide quod Inno. & Hosti. no.extra de exces. prælat.tanta.
l ¶ Irregularitate .] super qua,dic ut not. per Hostiens. extra de cler.excommunic.c.1. & capi.si celebrat. Zenzelinus.

TITVLVS X.

Prodiens.] Istam decretalem diuide in partes tres: In prima faciendæ constitutionis pręmittitur occasio: In secunda per facti recitationem multiplicis falsitatis monetę subiungitur specificatio : ibi, Nuper siquidem, &c. In tertia contra falsarios promulgatur excommunicatio : ibi, Nos igitur, &c.

Diuisio textualis.

De crimine falsi.

¶ Falsificantes monetam Regis Franciæ , & aliorum locorum circumuicinorum aliquo de quatuor modis hic prolixe declaratis , ipso facto excommunicationem incurrunt : a qua absolui non possunt nisi a Papa , præterquam in mortis articulo . De falsificantibus sigillum ipsius Regis Franciæ habes capi. ad audientiam , eod. titu in antiq.

CAP. VNIC.

Prodiens quasi ex [m] adipe iniquitatis multorũ sceleratorum [n] funesta [o] cupiditas [p] eos [q] in pernicem [r] pręcipitare conatur , dum sequi miserabilem [s] eius [t] ingluuiem [u] satietatis nescientem moderamina [x] non verentur : ipsi etenim turpium [y] lucrorum se

m ¶ Ex adipe,] id est abundantia, seu pinguedine, sicut & Psalmus : Sicut adipe, & pinguedine repleatur , &c.
n ¶ Sceleratorum,] .i. criminosorum,& dẽt esse scriptum cum, s. simile extra de verb. sig.forus,§.vlt.C.de quo. cum cognitionaliter,& de ferijs.l.prouinciarum iuxta versum :
Vt sis cęlestis,nõ assimilare scelestis.
id est scelera committentibus . item hic.
Regi cęlesti nunquã placuere scelesti.
id est vitiosi.
o ¶ Funesta,] id est, crudelis, & peruersa.
p ¶ Cupiditas.] dr̃ radix oĩum malorum, 1.ad Timo.9. de pœ. dist.2.ca. quia radix. 46.di.c.bonorum, in corpore Auth.ut iud, sine quoquo suffrag. §.si igitur, coll.secunda.
q ¶ Eos,] sceleratos.
r ¶ Perniciẽ,] .i.damnationem,11.q 3. ca. præcipue, 18.q .2.cap. perniciosam.
s ¶ Miserabilem,], id est ad miseriam hominem deducẽtem , aliter autem quandoq; sumitur hoc verbum , & exponitur, id est misera tione dignum, vnde dicitur, Pauper amabilis,& miserabilis,arg.C.si quis impe.maledi.l.1.no.extra de maled c.2.

Miserabilis dupliciter sumitũ.

t ¶ Eius,],s.cupiditatis.
u ¶ Ingluuiem.] .i appetitum insatiabilẽ:ingluuies autem alias assumitur pro immoderata cibi , vel potus assumptione,4.dist c.denique,de conse.di. 5.c. nihil,de ædil.edi.l.qui damno,§.vlti.
x ¶ Moderamina,] .i temperantiam,vel sobrietatem in vita, quæ corporaliter obseruata salutem,& sensuũ acumen,& limen operatur,& ægritudinem fugat , & per contrarium nõ obseruata morbum facit, molestias ingerit,ęgritudinem generat,consumit,& computrescere facit corpus humanum , & macerat ægritudine diuturna,& tunc tandem morte crudeli consumit,de consecr. dist. 5.c nihil.n.sic & multo fortius est de intemperantia spiritualis mentis.

Sobrietas multa bona facit.

y ¶ Turpium lucrorum.]ad turpiter lucra quæsita quãque perdenti competit repetitio , quandoque non , ut no.extra de deci ex transmissa , nihilominus tamen fisco repetenti, de iure communi sunt applicanda, ff. de iure fisci.l.Lucius,no.C.de condictio.ob turp.cau.l.2. ff. de

de pact. l. iurisgentium. § si ob maleficium.

a ¶ Fecibus.] iuxta hoc legitur de regulari simplici inuento proprietario tempore mortis, qui debet in sterquilinio sepeliri, extra de statu monach. c. cum ad monasterium.

b ¶ Ambitiosis.] de se nunquam satiabilib. 74. d. c. sicut hi.

c ¶ Dei,] qui potius est habendus, extra de sta. regu. ca. ꝙ Dei, cum simil.

d ¶ Damnabili cęcitate.] corporis, cordis animam damnante.

e ¶ In tenebris.] scilicet cordis, vel oculorum mentalium, qui se nesciunt quo vadant, scriptum est, Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat extra de præsump. ca. literis.

f ¶ Excidia.] id est, mortes spirituales.

g ¶ Nuper siquidem, secunda pars.

h ¶ Fide digna.] tenetur ergo ad prouisionem super hoc faciendam: hoc cum videatur scire, ꝙ ab alijs audiuit, vigesimasecunda quæstione 5 cap. hoc videtur, ff. de petit. hæred. l. item veniunt, § petita, & § a quo.

i ¶ Nonnulli.] quatuor modos ponit falsitatis, vel deteriorationis monetæ, & hic est primus.

k ¶ Auctoritatem.] sed ad quem spectat iuris cōis auctoritate monetā cudere seu fabricare? Rńdeo ad principem, arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. cum ærarium, C. de falsa mon. l. 2. & quia de iure regularium est monetam cudere, 10. coll. quæ sint regalia, c. 1. Et per hoc patet ex ꝑſle, ꝙ nulli priuato, 1 competit de iure scripto monetam cudere posse, et legitimæ materiæ, & legitimi ponderis existentem, arg. istius text. tum quia moneta habet publica forma percussa esse, ff. de contrahē. empt. l. 1. qua forma priuatus sine pœna falsi uti non potest nomine suo, arg. ff. ad l. Corn. de fal. l. falsi nominis, & l. qui nomine, tum quia per priuilegium impetratur, vt sequitur: quare relinquitur, ꝙ de iure cōi nō competat, alias enim frustra nec priuilegium impetraretur, C. de the sau. l. 1. lib. 10. ff. de priui. cre. l. Imperatores, tum quia eā cudens vt falsarius puniretur, ff. ad l. Cor. de fal. l. quicunq;, & l. lege Cornelia, C. de fal. mon. l. 1. qd' non contingeret, si iure permittente hoc faceret, C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus, 23. q. 4. qui peccat. tū et quia ea, quæ iuris publici sunt priuato sine contentu principis non cōpetunt, ff. ne quid in loco pub. fiat, l. 2. §. si quis a principe, & § idem ait, C. de fun. limi. cuicunq;. lib. 11. quasi nulli permissum videatur, ꝙ in signum prærogatiuæ specialis est principi reseruatum, ar. C. de diuer. offi. & appari. iud. & probato, eorum, l. probatorias, lib. 12. Sed si quæras a me an princeps aut rex, vel alius habens ius cudendi monetā, possit bonam monetā deteriorare, seu mutare in damnū subditorū, & si fecerit an in foro pœnitentiali satisfacere teneatur? Vide ꝙ no. per Inn. & Host. de iureiu. c. quanto, & per Host. in sum. in titu. de censi. §. ex quib. vet quid si moneta.

l ¶ Consuetudinem,] argu. per consuetudinem quæri posse ius cudendi monetam, 2. arg. ff. de diuer. & temporal. præscrip. l. si quisquam, de iureiu. c. fane, C. de fun. limi. l. 2. de pasc. pu. l. 1. lib. 11. & ff. quod ui aut clam. l. prohibere, § plane, & no. C. de falsa moneta, l. 2. sicut & quæsi potest ius iurisdictionis vtendi argu. extra de to. cum

---

fæcibus [a] immergentes, ambitiosis [b] nexibus inuoluuntur, Dei [c] timorē dammabili [d] cæcitate post ponunt, & quasi ambulantes in tenebris [e] non uitant excidia [f] personarum. Nuper [g] siquidem ad nostri Apostolatus auditum multorum relatio fide digna [h] perduxit, quòd nonnulli [i] nullam habentes auctoritatem [k] iuris vel consuetudinem [l] seu priuilegium [m] faciendi, monetam falsam ostendunt, & fabricant in Regno Franciæ, & locis circumuicinis. Alij [n] vero monetam [o] falsam sub vero signo charissimi in CHRISTO Filij [p] nostri Caroli Regis Francorum, & Nauarræ Illustris [q] studiosæ [r] deprauant, [s] & ex hoc cadit a suo recto [t] pondere. Quamplures [v] etiā in locis circumuicinis [x] quibus, [y] de iure, aut consuetudine, seu priuilegio ius competit fabricandi monetam: signum [z] proprium monetæ regiæ, monetæ suæ,

---

pet. l. cum contingat, de offi. ord. Romana, l. ib. 6. de appa. iud. l. viros, lib. 12. cum multis similibus iuribus canonicis, & ciuilibus, quæ allegari possent super acquisitione iurium incorporalium per consuetudinem. Dicas tamen, quod moneta, quam cudere competit consuetudine, cuiusum publicum inter multos non habet, nisi solum in loco, vel locis, in quibus est cōsuetudo super hoc obseruata per ea, quę no. Inn. & Host. de of. si archid. dilecto cum nec moneta, quæ cuditur per reges modernı temporis, cursum habeat extra eorum regna, argu. ff. de iurisdict. omnium iu di. § vlti. C. de Sum. Trini. l. 1. sic no. Host. de iureiu. ca. quanto, cum nec statutum alıquod liget nisi tantum subditos statuentis, not. Innoc. de constit. quæ in ecclesiarum, & lo. 3. di. c. quę contra.

m ¶ Priuilegium.] concessum intellige a principe solo, considerato iure scripto per ea, quæ dixi sup. in gl. sed ad quem, si tamen supponas ad aliquem de consuetudine spectare monetam cudere: talis etiam concedere posset priuilegium, de quo hic loquitur, saltem absque præiuditio subditorum, argu. ff. de aqua quot. & æsti. l. Lucio, de ser. rust. præd. l. 2. § aquæductus, extra de præscript. auditis, cum similibus.

n ¶ Alij vero,] Secundus modus falsitatis.

o ¶ Monetam falsam,] dicitur moneta falsa ob falsum nomen auctoris, ff. ad leg. Cor. de fal. l. falsi nominis, & l. nomine, & l. vlti. vel ob falsam materiam, vel immistionem falsæ materię, ut eod. titu. l. qui nummos, & l. lege Cornelia.

p ¶ Filij nostri,] regem igitur etiam superiorem non recognoscentem, extra qui fil. sint leg. c. per venerabilem: Papa filium appellat, non fratrem, extra de cum. fal. c. quem graui.

q ¶ Illustris,] illustri, vel superillustri decorati dignitate causas pecuniarias, uel causas iniuriarum criminales per procuratorem tenentur exequi, & prosequi, nō per se, ne uel uilescat eorum dignitas, uel iudicialis, auctoritas in corpore Authen. ut ab illustri, & qui super hoc sunt, col. 5. ubi quinq; magnatum genera notata reperies, C. de iniur. l. vlti.

r ¶ Studiose], i. machinatione & scientia præcedente.

s ¶ Deprauant,] id est, de bona prauam, & minus ualentem reddunt, argumen. ff. de ser. corrup. l. prima, §. sed persuadere, extra de iureiuran. cap. quanto, puta monetam de se bonam radendo, ff. ad leg. Cornel. de fal. l. qui nummos.

t Recto pondere,] ab initio ordinato ponendo in singulis denarijs, quo qualitercunq; diminuto moneta dr legitimo pondere defraudari, multis, & alijs modis dicitur moneta in suo ualore deprauari, ꝙ prosequi hic non curo, sed remitto te ad notata per Inno. & plenius per Host. de iureiu. c. quanto.

u Quamplures,] Est tertius modus.

x Circumuicinis,] .s. Regno Francię, ut sup.

y Quibus de iure,] hic & in sequentibus videre potes, ꝙ dixi sup. in gl. sed ad quem.

z Signum proprium,] habet enim moneta aliquo signo publico fore percussa, ff. de contrahen. emptio. l. 1.

Religios' proprietarius est in sterquilinio sepeliēd'.

a Monetā cudere nulli priuato competit.

a Idē tenet Henr. Boik. c. ꝙ ꝙto, de iureiu. in 2. di. allegās hāc extra-

uag. & ꝙ ... pōt princeps facere, pōtenā cōsuetudo c. sup. ꝙbas dā § piecca, de ver. sig. vide Ci. l. 1. C. no. ve. ct. et an priuilegiū, ꝙ monetarij nō cōtrib. ... salijs, & collectis, transeat ad cort. liberos, vide i decis. Delphi. q. 405 vbi dicit de monetarijs, & curantib' se incorporari collegio monetariorū, vt sint immunes ab oneribus, q miscea plebeculæ subit nota in Bar. F.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

& arg. ff ad leg. Corne. de fal. qui falsum, de testa. l. ad te stamentum §. signum.
a ¶ Moliuntur.]ex hoc in falsi vitium incidentes, arg. ff. ad leg. Cor. de fal. l. falsi nominis, & l. qui nomine, C. eo tit. licet ex talibus, extra de testi. tam litteris, §. vlt. de ijs, quæ si a præla. sine ptensu cap quãto, §. inf. extra de crimi. fal. c. licet.
b ¶ Quam]s. figuram.
c ¶ Possunt.] hoc dicit, quia raro. vel vix omnimoda similitudo, vel identitas in talibus dari potest. ar gu. ff. de cond. indeb. l. si non sortem, §. li bertus.
d ¶ Imponunt.]vt in quantum plus potest, falsitas palliatur.
e ¶ Vsurpatam.]dicit vsurpatam ob defe ctum consensus re gis Fráciæ, cuius mo neta similatur, argu. C. de fun. rei priua. l. vsus aquæ, lib. 11. 93. dist. c. illud.
f ¶ Pondere argéti] idem si auri, & multo fortius.
g ¶ Simplices.] idest simplicitate, vel rusti citate gaudentes, argum. ff. de iurisd. om. iudi. l. si id quod, §. doli, de eden. l. 1. §. vl ti. de quo rusticitate legitur, quod omnia palam habet not. in stitu. de actio, § item Seruiana.
h ¶ Peritiam discer nendi] sunt etenim multi forensium cau sarum, idest, eorum quæ foris fiunt, in experti, ff de prob. l. cum de indebito, §. sin autem.
i ¶ Falluntur,] idest decipiuntur.
k ¶ Quotidie.] frequẽtiam denotat, nõ temporis æstimationem, argum. ff de cõdi. & demonst. l. si quis ita, de consec. dist. 5. cap. non. quam.
l ¶ Ea occasione]scilicet, quia illorum monetæ sunt monetæ regiæ assimilatæ falso, facit ad id quod supra proxi. dixi in gl. ex hoc.
m ¶ Sunt & alij.]quartus modus.
n ¶ Scienter.] secus ergo si ignoranter probabiliter: tales enim non obligantur, arg. C. de tabu. l. generali, lib. 10. extra de consti. cognoscens.
o ¶ Expendunt.] tales crimine falsi teneri videntur ad instar illorum, qui falsis instrumentis scienter vtuntur, C de fid. instrum. l. 2. & 3. ad leg. Corn. de fal. l. qui falsos, & ad instar illius, qui falso pondere vtitur, ff de dolo, l. arbitri, §. adeo, ad leg. Corn. de fal. & hodie, § si leges vendi tor.
p ¶ Nos igitur.]Tertia pars.
q ¶ Iidem falsarij.]hoc ad duos primos modos congrue referri potest.
r ¶ Fabricatores.] hoc ad tertium modum refertur, licet etiam ad primos duos referri possit.
s ¶ Emptores prædicti.]hoc ad quartum modum refer ri habet.

quam fabricant, imprimere, seu insculpere moliuntur,[a] eiusdem quantitatis, & iucunditatis, litterarum figuræ, quam[b] habet moneta regia monetę suæ quam fabricant, quantum possunt[c] similius, speciem, & formam insculpunt, constituunt, & imponunt[d]: & quam uis moneta prædicta eorum ad vsurpatam[e] similitudinem perducta deficiat a iusto pondere argenti,[f] & solito in regia moneta, & more, & consuetudine obseruato, simplices[g] tamen & populares personæ non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam[h] discernendi, falluntur[i] quotidie[k] ea occasione[l] in vsu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas pro veris. Sunt[m] & alij, qui scienter[n] falsas monetas extra regnum prædictum emunt & post intra regnũ ipsum eas portant vendũt & expendunt.[o]

¶ Nos[p] igitur attendentes, quod ijdem[q] falsarij, & fabricatores[r] monetarum talium & emptores[s] prædicti per hoc se dignos maledictione cõstituunt[t], eos, qui (vt præmittitur) præmissa moliri[u], aut fabricare, aut emere, vel[x] portare ad[y] regnum prædictum scienter præsumpserint; felicis recordationis Clementis[z] Papæ V. prædecessoris nostri vestigijs inhærentes[a], excommunicationis[b] sententia innodamus: absolutione prædictorum nobis & successoribus[c] nostris præterquam in mortis[d] † articulo reseruata.[e] Nulli, &c. nostræ innouationis infringere, &c. Datum Auinioni quinto nonas Iulij, anno sexto.

TITVLVS XI.

De priuilegijs.

¶ Priuilegia si qua sint, quibus aliqui nobiles Campaniæ et Maritimæ dicebãt se munitos circa bannitorum receptationem hac constitutio propter causas hic insertas reuocat, & annullat.

CAP. VNICVM.

AD nostri Apostolatus peruenit audi-

u Fidelib. occupāda.] non ergo alijs, & sic uides bona alicuius ob sua demerita concedi per ecclesiam alteri occupāda, cū, & aliqū nedū bonorū, sed & personę talis occupatio concedatur, ext. de iudæ, c ita quorundā, & statim occupanti dn̄ium bonorū occupatorū acquirit vt alias. Insti. de rer. diu. §. itē ea quæ ab hostib. ff. de acqui. r. rum dom. l. naturalem, § vlti. cum similibus.

x Illud nihilominus.] Quarta pars.

y Sanctioni.] .i. pœnali constitutioni, quæ proprie sanctio appellatur, not. 1. dist. in summa.

z Sic delinquens.] .s. altero de modis sup. expressis.

a Excom-

nicationis [a] sententiæ, Vniuersitas [b] uero seu communitas, quæ deliquerit [c] in prædictis, eiusque territorium, & districtus interdicto [d] ecclesiastico subiaceant ipso [e] facto: A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quam a Romano [f] Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo [g] † constitutus. Per [h] hoc autem non adimimus sæcularibus Potestatibus [i] facultatem utendi legibus [k] contra talem, quas aduersus sic [l] delinquentem catholici principes ediderunt. [m] Dignum etenim est, ut quos timor Dei a malo non reuocat, pœnarum [n] moles in eos exaggerata compescat. [o] Nulli &c. nostræ functionis, & sanctionis insuper, &c. Datum Auinion. viij. calend. Septemb. anno tertio.

TITVLVS XIII.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

¶ Taxatio gratiarum sedis Apostolicæ impetratarum tã cum clausulis consuetis, quam non cõsuetis hic continetur. Et quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur, ad paupertatẽ respectus habetur. Cõtra trãsgressores pœna suspẽsionis ab officio usque ad sex menses, & quandoque priuationis imponitur, & ultra illam Abbreuiatoribus sentẽtiam excommunicationis Papa comminatur.

CAP. VNIC.

Cvm ad sacrosãctæ [p] Romanæ Ecclesiæ sinum [q] uelut [r] ad matris ubera referta dulcedine, [s] ac Romani Pontificis Christi vicarii successorisque [t]

a Excommunicationis,] scilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur, de sententia excom. ca. si quem, & est xvj pœna.

b Vniuersitas,] hic dicas vt dixi in c. si fratrũ, in verbo ciuitatibus, & no. extra de exces. præla. c. tanta.

c Quæ deliquerit,] põt ergo vniuersitas delinquere, vt hic, & de pœnis, si quis sua deute. §. ciuitas, Clemens v. de pœnis. ca. fęlicis. §. vlt. lib. 6. ff. quod met. cau. l. metum, §. animaduertẽdũ, licet nõ de facili. ff. de dolo. l. sed, & si ex dolo. § 1. in quib. de hoc: cũ de facili non consentiant ff. qđ cui. vniuer. l. 2. & de hoc no. de simo. dilectus. p Ber. & Inno. & plenius p Host. & de sen. excom. grauem. per Inno. & Host posterum.

d Interdicto ecclesiastico.] xvij pœna. Et signanter dicit ecclesiastico, vt denotetur quod quãdoq; subijcitur quis alij interdicto, puta q̃do sibi certũ officiũ, vel ministeriũ interdicitur. ff. d pœnis, l. more, §. solet, & l. vlt. C. d postu. l. 1. ff eo. ti. Imperatori quandoque interdicit solus ingressus ecclesiæ extra de sent. excom. c. is qui. de priui. ca. epõrum. li. 6. quãdoq; vero interdicitur, & ingressus alterius loci territorii, vel district⁹, ff. de interdi. & relig. l. te legatorũ, §. dubitatũ, & §. sequenti.

e Ipso facto,] & sic est canon latæ sentẽtiæ, non ferẽdæ. simi le de pœnis, felicis, li. 6. cum similibus.

f Romano Põtifice.] subaudi, vel alio per ipsum deputato, de senten. excom. ad eminentiam.

g ¶ Mortis articulo,] iste casus semper intelligitur exceptus, de senten. excom. non dubium.

h Per hoc autem.] Quinta pars. Et expone per hoc scilicet q sic, vt s. puniri uolumus taliter delinquentes.

i Potestatibus.] pro præsidentib. iurisdictioni sumitur istud uerbum ut in c. fratrũ, & c. Ecclesiæ Romanæ, ff. de ver. sig. l. potestatis.

k Legibus,] id est, pœnis per leges inductis.

l Sic delinquentem,] scilicet ut supra præmittitur in § nos igitur.

m Ediderunt,] super hoc tu curiose lector considera singulos modos offensæ supra expressos, & cõtra eorũ quemlibet pœnas in iure inductas iuxta facti uarietatẽ reperies, & per hoc patet, q punitus per iudicem ecclesiasticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicem sæculare. i. in extra de pœn. c. felicis §. per hoc quoque. 16. q. 1. c. placet. in fine. licet laicorũ puni tio primo spectet hoc casu ad iudicẽ sæcularem 14 q. 4. de presbyterorum, & no. 90. dist. c. placuit, in gl. vlt. 23 b. 5. c. sunt quidam Sed hoc principi ecclesiæ sic disponere forte placuit ob horrorẽ criminis, & dehonestationẽ factã ecclesię in personis, vt sup. dixi in gl. q̃tum est in illis, vel quia tales satis puniti non erant, illæ pœnæ potuerũt sup. addi, iuxta nota. extra de iud. c. at si clerici. In glos pe. ul. de hoc etiam dixi dicto c. felicis.

n Pœnarum moles,] id est multitudo, vel accumulatio.

o Cõpescat.] simile extra de vita, & hon. cleri. ut clericorũ, C. de emẽda. proptñ. l. 1. Zenzeli.

Cvm ad sacrosanctæ Potestatem cõstitutionẽ diuidere ĩ partes septem. In prima per modum cuiusdã hãrengæ, seu p̃ludii ratio constitutionis edẽdæ præmittitur. In secunda ipsa cõstitutio sup taxatione litterarum Apostolicarũ consuetis clausulis concessarum subiũgitur ibi, [Qua de re, &c.] In tertio clausularum insolitarũ in litteris appositarũ certa taxatio cũ moderamine tã p scriptura quã pro registro, quam pro Abbreuiatoribus annectitur ibi, [Si uero eisdem, &c.] In quarta litterarum in forma communi pauperum obtentarum taxatio subinfert ibi. [Hoc licet, &c.] In quinta quid de taxatione litterarum iustitiæ faciendum sit, statuitur, ibi, [Citra taxationem, &c.] In sexta ad ipsam cõstitutionẽ certum quid adiicitur ibi, [Ad hæc prædictæ, &c.] In septima trangressoribus constitutionis pœna infligitur ibi, [Cæterum ut prædicta.]

p Sacrosanctæ,] hic dicas ut dixi in c. sancta Romana,

q Sinum] id est, refugium, vel secretum simile verbũ, ff de proba l. quoniam testamentum.

r Velut,] pro tamquam ponitur.

s Dulcedine,] similitudinarie loquitur, sicut n infans suggendo ubera in sinu matris repleta dulcedinẽ repe[rit], sic quicũq; ad matris spiritualis Ecclesiæ sinũ recurrit, dulcedinẽ ex cõfidẽtia reperire sperat, ut eius uberib nutriatur, & eius auctoritate def[endatur], & a suis oppressionib. releuetur: quia non potest, nec debet mater filium suum obliuisci 8 q. 6 c. ad Romanam [...]

t Successorisque Petri.] simile 40. dist si uos, extra de translat. ca. inter corporalia, & c. quanto, & de iud. [...] Apostolicæ, §. nos autem lib 6.

Vniuersitas delinquere potest.

Interdictum varias habet species.

† Quæ ĩmortis articulo est casus alia est casui reserua. tio. vide con c. Trid sess. 14. c. 7. de casuu reseruatione.

Iudex sæcularis puniet etiam punitum, p iudicem ecclesiasticum. Et de hoc articulo vide glene Antoniũ Gomeziũ Tomo. 3 variar. resolut. ca. 2. nu. 10.

Diuisio textualis.

Petri clementiam, tamquam ad patris [a] plenam prouidentiam pietatem [b] orbis [c] terrarum, & qui [d] habitant in eo gratiarum [e] spe [f] assidue confluat vniuersi; indignum credimus nostris fore temporibus [g] vt quibus nos, & Ecclesia ipsa exuberamus in gratijs [h], deficiamus in [h] donis, ne murmurandi inde præstetur occasio [i], vnde gratitudine [k] necessitas [l] aderat collaudandi: ne ve [m] scriptura [n] reddat onustum [o], quod liberalitas [p] fecerat gratiosum. Qua [q] de re circa litterarum [r] nostrarum scripturā, registri [s] quoque nostri, necnō Abbreuiatorum Romanę curiæ notas, illam in taxando volumus moderationem [t] apponi, qua [u] personæ, quibus gratiæ huiusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab Apostolica sede liberaliter [x] sentiant consecutus, ac litterarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri notarumque Abbreuiatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore [y] desudant, de suo labore congrue satisfiat [z]. ¶ Ad tollendos igitur excessus [a] difficultates [b], circuitus [c], & anfractus, qui possent ex varijs litterarum Apostolicarum taxationibus [d] prouenire: sancimus [e], vt modus subscriptus in

Vinculo multiplici hoĩes sūt adinuicē alligati.

a ¶ Patris.] consilium salutare pro liberis capientis, ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

b ¶ Pietatem,] multiplex est uinculum quo homines adinuicem alligantur: Primum est pietas, inter patrem & filium spiritualem, ut hic, 2. q. 6. ad Romanum, 1. extra de exce. pia. li 6. illud idem potest dici esse in patrē, & filium carnalē, procedens a parente in filium. C. de neg. ge. l. 2. ff ad auel. l. nec i e. circa fi. 5. q. 2. nō osculatur, uel procedēs a filio in patrem, ff. de cura. fur. l. furiosa, C. de pa. po. l. filius. Secundum est inter eos amor seu dilectio singularis. C. d cur. fur. l. vl. ff qd met cau. l. isti quidem, & dicto c. non osculatur. Tertium est inter hominem, & hominis officium, ff de seruis export. l. seruus q. C. de neg gest. officio, ext. de testa c. cū in officiis, Quartū est obsequium inter libertū & patronū, ff. & C. d obse. in rub. & dic. l. officio. C. q pet. tu. l. patroni. Quintum est pietas inter sāguine coniunctos. C. de suspe. tu. l. pietatis. Sextū ē reuerētia inter inferiorem & superiorem, C de of. rec prouincię. l. potioris, de of diuer. iu. l. sciant principes, extra de of. deleg cap. 1. lib. 6. Septimum est illa eadem reuerentia vel honor inter iuniorem & seniorē ff de iur. immu. l semper, 15. q. 1. c. contra statuta, 93 dist. c. a subdiacono Octauum est obedie..tia inter subditum & prelatū 2. q. 6. c. qui se. extra de ma. & obed c. 2. & c. oēs, Nonū est fidelitas inter vasallū & dominū, in lib. feu de forma fidelitatis, & per quos fiat inuestitura, circa fi. 22. q. 5. c de forma. Decimū est disciplina seu correctio inter discipulū & magistrū, ff ad l. Aquil l sed & si quicū que, §. vlt. extra de sen exco. cū volūtate, §. fi. Vndecimū est beneficiū inter homines, ff como. l in cōmodato, §. sicut. extra, eo tit. c. 1. Duodecimū vero est religio inter Deū & hominē, ff. de iust. & iur. l. veluti. De his etiā notaui extra de reg. iur. c. non est sine culpa. lib. 6.

c Orbis terrarum.] idest viuentes, & in eo habitantes: mundus enim de se quid inanimatum existens cōfluere non potest, & expones verbum, & quod sequit pro idest, simile in c dictum, & ibi dixi.

d Qui habitant in eā.] sumitur ex psal. Dñi est terra.

e Gratiarum.] scilicet consequendarum.

f Spe.] sperat igitur vniuersim a principe gratiā consequi, vt hic, simile C. de offi. præfe præto. in nomine Domini, §. penul.

g Temporibus,] cum ipse princeps petentibus se exhibere consueuit liberalem extra de rescri sedes Apostolica, & sibi in donando mensuræ immensitas est, in corpore authen de non alie. tut permu. reb eccl. §. ū minus, colum. 2.

h In donis,] hanc enim sibi quodāmodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod sponte tribuit existimet, & nisi in beneficijs creuerit, l. ipsa multiplicādo, nihil se prestitisse putet, extra de dona. c l.

i Occasio.] ad quam frequēter impinguntur qui scrupuloso corde sine causa mouent, 16. q. 7. decimas.

k ¶ Gratitudine,] exponi potest, i. gratiæ factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudum relationem: cum facientis eam debitor existat ad antidora, ff. de fur. l. si pignore, §. 1. de peti. hære. l sed & si lege cōmissoria, §. cōsuluit, & arg. ff. mā. l. si uero non remunerandi, §. idē Papinianus Vel dic, gratitudine, id est, gratiarum redditione.

l ¶ Necessitas aderat,] ex instinctu naturæ puenit ista necessitas, ut beneficienti benefacere quis cogatur, ut iurib. sup. in gl prex. allegatis. ex hoc dici cōsueuit, quod est beatius dare quā accipere. 16 q. 1. c. pdicator. extra de celeb. mis. cū Matthæ.

m ¶ Ne ve.] expone, ve, pro vel.

n ¶ Scriptura,] scilicet recipienda ad pbationē gratiæ prius factæ.

o ¶ Onustum.] id est onerosum. simile de elect. vbi periculum maius, in prin lib 6.

p ¶ Liberalitas,] scilicet conferentis.

q ¶ Qua de re.] Secūda pars.

Registrū facit vt ...

r ¶ Litterarum nostrarum scripturas.] idest quæ fiunt de litteris nostris.

s ¶ Registri.] in quo omnes litteræ gratiosæ registrantur, vt ad ipsum publicam fidem facturum recursus habeatur, si principales litteræ deficiant, vel esse falsæ dicamur. arg extra de præscr. ad audientiam. C. de fid. instr. auth. ad hoc.

t ¶ Moderationem] restrictionem denotat istud verbum, non laxationem, extra de ver sig c. vlt.

u ¶ Qua.] idest, per quam.

Gratia gratis dari & accipi debet.

x ¶ Liberaliter.] quasi dicat nihilo dato pro illis: aliās enim gratia si non gratis datur vel accipitur, gratia non est. 1. q 1. c. gratias.

y ¶ Labore desudant] vnde remuneratione digni sunt in corpore auth de iudi. § ne autem. col. 6. 12. q. ecclesiasticos, C de offi. præfec. præto. l. in nomine domini, §. pe. de prin agen. in re. l. agentes, lib. 12.

Mercenarius mercede dignus est.

z ¶ Satisfiat.] Dignus est enim mercenarius mercede sua iuxta Verbum Euangelij, & in corpore authen. de iudic. §. ne autem nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes extra de magi. cap. super specula.

a ¶ Excessus.] qui per scriptores metas rationis excedentes, in exigendo salario pro scripturis frequenter committuntur, de rescrip. statutum, §. notarium, lib. 6. C. de iure fis l. facultas, lib. 10.

b ¶ Difficultates,] quia forte gratiam obtinentes de difficili cum illi super petit salario conuenirent.

c Circuitus.] simile, ff. de condi. indebi. l. dominus in testamento.

d Taxationibus.] quæ quandoque maiores fieri consueuerunt pro vnis litteris quàm pro alijs, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

Sanctio est pœnalis constitutio.

e Sancimus.] idest sub certa pœna statuimus. Sanctio enim proprie dicitur pœnalis constitutio 3 dist. in tum ma, cum ibi not.

a Litera gratiæ.] idest, quæ fit de gratia: ipsa tantum gratia fit verbo, sed litera fit ad eius probationem: quæ si placet, prosequere, ut dixi in c. sedes Apostolica, §. verbum, in verbo, literas, de rescri. c. literas. cle. 5.

b ¶ Cõsuetis.] iuxta morem, & stylum curiæ Romanæ.

m ¶ Non communes.] idest, non consuetæ communiter apponi.

n ¶ Apponantur.] vel quia in supplicatione manu propria signata, vel in sua gratia proprio motu facta, erant insertæ clausulæ tales.

huiusmodi taxationibus obseruetur: videlicet, quod litera[a] gratiæ cum clausulis consuetis[b] super canonicatu, & præbenda, & alio beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, uacante, vel vacaturo: etiam si dignitas, officium, vel personatus existat, decem Turonen.[c] grossis, & non[d] ultra taxetur: executio[e] vero eiusdem[f] duodecim[g] Turonensibus, & non vltra taxetur: & idem in[h] similibus literis beneficialibus gratiosis, puta super Prioratu aliquo, administratione, &[i] huiusmodi, ac executorijs earundem seruari debebit.[k] Si[l] vero eisdem literis gratiæ, & executorijs earundem (vt supra) aliquæ clausulæ non[m] communes, vel insolitæ apponantur,[n] circa taxationem[o] clausularum huiusmodi congrue poterit sic distingui, uidelicet, quod non habeatur consideratio in eisdem[p] maioris, vel minoris gratiæ eius[q] quod conceditur, nec quod ipsius[r] sint maiores, uel pauciores fructus, redditus, & prouentus, & ex hoc plus minusve taxetur,[s] sed habeatur in taxando illa cõsideratio ad[t] laborem, vt scilicet longior scriptura magis,[u] & minus[x] breuior[y] æstimetur:[z] hoc tamen circa huiusmodi clausulas apponendas addito moderamine in taxando, ut si scriptura clausulæ appositæ[a] non faciat[b] lineam, nec ipsa clausula[c] literæ taxationem augumẽtet.[d] Si uero per[e] se, uel saltem alijs[f] addita clausulis faciat lineam[g] in quarta parte Turonen. grof. taxetur,[h] & sic pro qualibet[i] linea huiusmodi additæ clausulæ

c ¶ Turonensib. grossis.] i. argenti, sic vulgariter appellatis ad differentiam Turon. paruorum.

d ¶ Non vltra.] non prohibet quin ad minorem numerum Turonẽsium possit taxari, sed quod vltra nõ fiat: sic alias est uidere in simili, C. de dila. l. 1. & hoc si partes conueniant de minori, argum. ff. de noui ope. nunc. l. 1. §. inde quæritur, sed si non conueniant, ad minus debetur illa taxatio curiæ.

e ¶ Executio.] idest, lfa executoria, quæ executoribus gratiæ dirigitur.

f ¶ Eiusdem.] gratiæ.

g ¶ Duodecim Turonen.] plus ergo litera executoria taxatẽ, quam gratiosa, cum plus de litera sit in illa quam in ista: cũ gratiosa de verbo ad verbum inseri consueuerit in effectu in executoria: quare pro maiori labore scripturæ maior fuit taxatio facienda. Quid igitur si literæ tales fiant currẽte existente in regimine, in qua talis moneta cursum non habet? Vel quid si ipsa in vsu cursum habere desijt ob uoluntatem regis francorum eam facientis: de qua moneta fiet tunc taxatio? Dicas, quod de moneta currenti fiet taxatio, iuxta ualorem, & numerum Turonen. grossorum: argum. de censi. cap. olim cum canonicis, & pro hoc facit quod no. ff. de pig. act. l. eleganter, §. qui reprobos, & quod dixi extra de mag. cum sit minus, in verbo. Turonensium Et si a me quæras quare decre. conditor, talem numerum Turonensium præfixit pro illa taxatione, non ampliorem, vel pauciorem? Respondeo quia sic sibi placuit? Vnde est pro ratione uoluntas, ff. de consti. prin. l. 1. & talem numerum pro labore ratus est sufficere. arg. C. de temp. in integ. restit. l. superuacuam, nam maiorem numerum, vel pauciorem statuere potuisset: vnde hic certa ratio reddi non potest, sicut nec in alijs iuribus positiuis. ff. de leg. l. non omnium.

h ¶ In similibus.] nam de similibus idem est iudiciũ, 10. col. de pace iura. firm. §. vlt. extra de confir. vti. cum dilecti cum similibus.

i ¶ Et huiusmodi.] puta obedientia, personatu, uel officio, & similibus forte consuetis regularibus assignari.

k Debebit.] i. ut literæ gratiæ & executoriæ xii. Turonen. & ultra taxentur.

l Si uero.] Tertia pars.]

o ¶ Taxationẽ clausularum.] non dicit literarum: quia illa remanet taxata per textum præcedentẽ: & vltra taxationem illarum restat amplior facienda taxatio insolitarum clausularũ: per hunc textum sequentem.

p In eisdem.] s. taxandis clausulis.

q Eius quod conceditur.] idest, siue maius siue minus sit hoc quod conceditur: cum per eius maioritatem, vel minoritatẽ scribens, vel dictans clausulã, plus minus non laboret.

r Ipsius.] s. quod cõceditur.

s Taxetur.] cum maioritas, vel minoritas prouẽniuum maioritatem, vel minoritatem laboris non inducat.

t Ad laborem.] scilicet toleratũ pro scriptura, vel dictamine clausularum.

u Magis.] idest, maioris laboris.

x Minus.] idest, minoris laboris.

y Breuior.] s. scriptura.

z Æstimetur.] cum naturaliter maior labor in prolixiori subeatur.

a Appositæ.] scilicet non communis, vel insolitæ, ut supra.

b Non faciat lineam.] s. completam.

c Clausula.] .i. non communis, sed insolita.

d Augmentet.] apparet ergo ultra taxationem literarum, quod habeatur respectus de facienda taxatione, vel non facienda clausularum, ut sup. dixi.

e Per se.] .s. solam.

f Alijs.] intelligendum videtur communibus, cum indefinite loquatur.

g Lineam.] .i. integram.

h Taxetur.] & illius chartæ taxatæ forte fit solutio de moneta minuta, nõ quod quarta pars Turon. diuisi soluatur, quia forte desineret cursum publicum habere: mutata enim forma publica in Turonensi grosso apposita, iuxta legem primam, ff de contrah. emp. & ven. ipsa substantia Turon. mutata censetur, ff ad exhib. l. Iul. § si quis, & sic ex tunc reprobus reputatus non liberaret soluentem, ff. de pigno. act. l. eleganter, §. qui reprobos.

i Pro qualibet linea.] quasi uelit dicere, si per lineæ talis partem additam alij illa reddatur completa, & per aliam partem sui alia completa reddatur, qualibet de sic completis pro quarta parte Turonen. taxabitur.

Benedict... de Gu. Pa... in decisi. q. 492. al... elegantẽ Bar. in l. Pau. ff. de sol. ego ad ... Pet. de Anc. in cle. ... de deci. §. ... prædictis, ... in casu. quẽ uide, & Bar. Alex. de ... col 5 4. cum quid. ... pet. ... c. gro, ... iuciurã. ... pœna ex ... tal ... monetã, ... Bar. l. le ... Cor. ff. de ... Fon.

in taxando quarta pars gros. Turonen. addatur, & si [a] quid superfuerit, [b] & minus linea, illud superfluum nec taxationem immutet. [c] Lineam [d] autem quæ centum [e] & quinquaginta literas, seu xxv. continet dictiones, intelligi volumus in [f] hoc casu, & ut taxatio huiusmodi (dum [g] exempla ponuntur) quodam modo procedat, inserta illa [h] clausula, verum ne sub eo prætextu, & cætera: quæ quatuor [i] continet lineas, vno Turon. grosso taxetur. [k] Illa etiam clausula, [l] præbendam vero ac dignitatem, quæ cum [m] acceptione reseruat, [n] quæ quattuor, & paulo [o] plus continet [p] lineas, vno Turonen. grosso taxetur: & in similibus [q] clausulis additis secundum linearum numerum idem [r] fiat. Eandem [s] taxationem cum moderamine [t] antedicto quo ad præfatas literas [u] in registro nostro seruari [x] uolumus cum fuerint registrandæ. Eandem etiam taxationem quoad præfatarum literarum notas, scilicet gratiæ, cum antedicto numero Abbreuiatores obseruant. [y] De executoriis vero huiusmodi gratiarum Abbreuiatores ipsi, etiam si clausulæ non communes vel insolitæ apponantur [z] eisdem, duos [a] tantum recipiant Turon.

¶Hoc [b] licet sic [c] in taxatione prædictarum [d] literarum obseruari velimus, in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, [e] & nostram taxationem in [f] illa, uidelicet octo Turonen. [g] gros. inuiolabiliter [h] obseruari: nam beatum fore uirum, qui super pauperem, & egenum [i] intelligit, [k] verbis propheticis [l] edocemur. [m] ¶Circa [n] taxatio-

a ¶ Si quid.] idest, aliquid.
b Superfuerit.] vltra lineas per illam additam completas.
c Immutet.] q. d. illo superfluo, reputato modico pro ipso nec plus nec minus, arg. de consec. d. 2. c. reuere, ff. de in integ. rest. l. scio.
d Lineam.] .s. per quam solam vel aliis redditam fit ultra taxationem literarum alia taxatio.
e Centum, & quinquaginta literas.] sed hoc qualiter esse potest, cum in alphabeto vel alibi non reperiantur tot diuersæ literæ? Dicas forte intelligendum de literis alphabeti, quæ reiteratæ complere poterunt talem numerum.
f In hoc casu] istud sic fuit inductum ad vitandas multas fraudes, quæ per scriptores, vel dictatores committi possent scribentes, vel dictantes in pergameno stricto, vt sic clausula per se lineam faceret, vel aliis addita illas compleret. Quid igitur si linea pp membranæ strictu ram non continet istum literarum numerum, nec etiam dictionum, fiet ne aliqua taxatio de illa, vel nulla? Credo ipsam faciendam de multis lineis coadunatis illum numerum apprehabentibus & non vltra: aliàs labor scribentis, vel dictantis sine mercede remaneret: quod esset contra mentem huius constitutionis, ut sup. dixi. & gratiam obtinens de alieno labore rideret, quod esset contra omnem æquitatem, & præstat ad hoc arg. extra de censi. c. procuratores.

Labor non debet esse sine mercede.

g Dum exempla ponuntur.] proposita enim exempla facti, cum pateant oculatis, ueritas oculata fide magis quàm per aures animis hominum infigitur, instit. de gra. cog. § vlt.
h Illa clausula.] quæ quandoque in literis Apostolicis apponitur.
i Quatuor continet lineas] idest continere pōt probabiliter, & uerisimiliter iuxta communem scribendi modum: aliàs enim de tam gracili litera posset esse scripta, vel in tam amplo, & extenso pergameno, & ipsas quatuor lineas non contineret, nisi tu diceres hēndum fore respectu ad lrarum, uel dictionum numerum, sup proxime designatum: vnde facit iste textus ad id, quod ibi dixi.
K Taxetur.] vt sic qualibet linea de quatuor pro quarta parte Turonensis taxationem recipiat, vt sup. dicitur.
l Clausula.] quæ quandoque etiam in literis Apostolicis apponitur.
m Cum acceptatione.] idest cum ptāte acceptandi.
n Reseruat.] .i. beneficium conferendum illi, cui gratiā fit.
o Paulo plus.] de quo nulla taxatio fit, ut supra.
p Continet lineas.] hoc dicere potest, vt sup. proxime super hoc dixi.
q Similibus clausulis.] aliis ab illis proxime expressis gratia exempli.
r Idem fiat.] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartæ partis vnius Turoñ. pro modico aūt plus taxatio non mutetur.
s Eandē taxationē.] .s. quæ facta est tam de literis gratiosis, quam executoriis, su. in §. quia de re.
t Moderamine antedicto.] sup. in verbo, hoc autem.
u Literas.] .s. gratiosas, & executorias.
x Seruari uolumus.] .s. vt literæ gratiæ ultra decem, executoriæ vero vltra Turon. xiij. non taxentur.
y Obseruēt.] .s. vt literæ gratiæ ultra x. Turon. non taxentur vltra eā taxationē clausularū insolitarū iuxta dictū moderamen.
z Apponantur eisdem.] in salario ergo percipiendo per Abbreuiatores de literis executoriis nō distinguitur, an ipsæ clausulas solitas cōtineant: ratio huius pōt esse: quia cū taxationē habeant de literis gratiæ, & ultra pro clausula insolita apposita amplius super hoc in executoriis laborare non hēat super nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.
a Duos tantum.] nō ergo plures.
b Hoc licet.] Quarta pars.
c Sic.] vt dictum est in §. præcedenti, si uero.
d Prædictarum literarum.] .s. gratiæ.
e Paupertati.] No. rationem paupertatis hēri in taxatione salarii, sicut, & alibi in taxatione procuratoris, extra de censi. cum instantia. & c. procurationes, & in exactione mulctæ pecuniariæ, ff. de off. præt. l. illicitas, §. vltim. & in examinatione iudiciali facienda de eius causa in corpore auth. de man. prin. §. sit tibi, col. 2. & in ap. per eum in scriptis emittenda, ff. mandati. l. si procuratorem. §. si ignorantes, & in multis aliis quæ sollicitus indagator per se poterit inuenire.

Paupertati[s ratio]nō in mult[is] est habēda

f In illa.] .s. forma.
g Octo Turonen.] hic potes dicere, quod dixi in parte secunda super taxatione decem, duodecim, Turonen.
h Inuiolabiliter.] quasi dicat ultra aliquatenus taxatio nulla fit.
i Et egenum.] .s. releuandum, potissimè ne fame pereat, aliàs non releuans ipsum necare dicitur quo ad Deum, 86. dist. c. pasce. ff. de lib. agno. l. necare, 47. dist. c. sicut hi.
K Intelligit.] idest, intendit, & operam dat.
l Propheticis.] .i. prophetæ Dauid.
m Edocemur.] in psalmo, Beatus qui intelligit.
n Circa taxationem.] Quinta pars.

nem autem litterarum [a], quæ per audientiam transeunt, nihil ad præsens aliud diximus ordinandum, sed rationabilis [b] modus obseruatur in illis qui solitus est hactenus obseruari, maxime [c] secundum taxationem litterarum ipsarum, quæ in libro [d] Prouinciali inuenitur esse conscripta. In quarum taxationibus litterarum [e] ex causis rationabilibus [f] sustinemus, vt Turonẽsis gros. quamdiu scilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino [g] succedat. Cęterum vbicunque [h] de Turonens. grosſ. in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi volumus quamdiu curia [i] fuerit citra [k] montes.

¶ Si vero vltra montes Romæ s. vel in alijs locis vel Italiæ partib. curia ipsa constiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turon. ponatur. [l]

¶ Ad [m] hæc prædictæ nostræ adiicimus [n] sanctioni, vt si forsan (quod quandoque [o] contingit) eueniat, videlicet quod nō culpa [p], negligentia [q] vel defectu scriptoris, vel ex ignorantiæ [r] cęcitate, aut corpore desi-

a Litterarum.] s. de iustitia.

b Rationabilis.] quasi dicat non excessiuus, & onerosus, nec nimis ēt mollis seu delicatus, iuxta illud: Nec onerosius creditor, nec delicatus debitor audiendus est, ff. de pig. act. l. seruos, in fi. Vel dic melius rationabilem illū dici, qui solitus est obseruari, vt seqt. vñ facit p hoc in arg. ꝙ in talibus similib. taxationib. standum sit ei qđ solitum est seruari, ad hoc extra de offi. ord. dilectus, de sen. excom. venerabilibus, §. deniq. li. 6. C. de ve. vniuer. ff. de decr. ab or. fa. l. vl. ad munic. l. de iure. cum ibi no. de admi. tu. l. sine hærede, §. Lucius, de elect. l. si fundus, sicut in alijs stylus & consuetudo curiarum locorū singulorū seruandi sunt circa processus, argu. optimū ad hoc C. de ve. iur. enu. l. 1. §. sed & si q leges extr. de const. ex litteris, ubi de hoc per Hostiē. de const. ex litteris, vbi ni: & per Inn. de off. leg. c. quod translationem.

c Maxime.] innuit per hoc ꝙ seruanda esset solita taxatio etiam in litteris, quarum taxatio scripta non reperitur in libro Prouinciali.

d In libro Prouinciali.] in quo libro contineri vidi verba quæ sequuntur: Circa salarium scriptorum duximus prouidendum, ꝙ scriptores pro litteris quas scripserint vltra taxationem infrascriptam nil exigant vel etiam sponte oblatum recipiant: & si quis contra fecerit, dans & recipiens excōmunicationis sententia sunt adstricti. Taxatio autem pro litteris scribendis talis est. Pro litteris simplicib s super terris, & rebus alijs, &c. super vsuris, super iniectione manuum, super reuocandis alienatis, super monachatum, sex denarios vsualis monetæ: pro litteris in quibus consueuit poni, præterea, uel ijdem quoq. vel alios, nouem denarios. pro litteris super defectu natalium, ix. denarios: pro simplici confirmatione uel protectione, quæ bullanda est serico, xij denarios: pro confirmatione, & protectione in vna littera, xviii. denarios: pro littera super absolutione monachorum, xviii. denarios: pro litteras, qm̃ vt ait Apostolus, dāda cathedralib ecclesiis & alijs magistris collegiis, quæ cum maiori diligentia est scribenda, ii: solidos: pro priuilegiis, x. solidos. Aliàs autem in quib. certa & gñalis taxatio scriptis redigi non potest, propter diuersitatē ipsarum, distributores, qui pro tpe fuerunt, habita consideratione ad alias taxatas prout eis melius videbitur, melius taxare studebunt, & taxationem ipsarum tam impetratores quā scriptores sub pęna eiusdem snię obseruabunt: scriptores qui rescribendas gratias, gratis non rescripserint añ quam alias incipiāt scribere, eadem excōicationis sententia sint ligati: scriptores qui litteras curiæ non scripserint antequā alias incipiant scribere, per septē dies a scripturę officio sint suspensi. Verum si litteræ curiales, & rescribendæ gratis scribendę simul occurrant, negotium semper curiæ præferatur. petitionarii vero vltra x. solidos nihil exigant pro aliqua petitione formanda. Sed & J. quātitatē eādē, pũt negotii exegerit qualitas, & labor exposcerit salariū sint contenti: si vero negotiū multū fuerit intri-

Salaria scriptorū sunt ī libro prouinciali cōprehensa.

carum, ad cuius expeditionē labor & peruigil diligentia requirantr, tunc vltra dictam quantitatem, J tamen 20. solidos taxatur salarium arbitrio notarij, quem impetrans duxerit eligendum. Facit aũt iste tex. in ar. ꝙ scriptura antiquorum librorū facit fidē, & super hoc vide qđ no. tam per ordinarios, quàm p extraordinarios glossatores, extra de prob. cum causam.

e Litterarum.] scilicet, quę per audientiam transeunt, quæ propter lega. non consueuerunt.

f Rationabilibus.] forte ideo, quia Romaninus in tāta abūdantia non reperitur in loco curiæ citra montes existentis sicut Turonensis grossus. Vel quia forte nō sic publicum cursum habet sicut Turonensis grossus, & forte difficilius esset litteras obtinentibus Romaninū soluere propter sui raritatē quā Turonēsem grossum, cum omne rarum dicatur carum, in auth. de consul. §. quantumcunq in fin. col. 4. 59. dist. c. si officia, in fin. 14. dist. c. legitimus.

Rarum est carum.

g Romanino.] id est pro Romanino Turonensis grosſ. ponatur.

h Vbicunque.] vt est uidere in taxationibus litterarum gratię & executoriarum. s̃ in d. § qua de re. vel in taxatione clausularum solitarum, ut s̃. in §. si uero, uel in taxatione registri uel Abbreuiatorum, ut in eodem, §. uer. eandem, uel in taxatione litterarum in forma communi, ut sup. proxima

i Curia fuerit.] quæ ubi uideatur esse, uideas quod no. in c. Execrabilis. in uerbo, Romanæ Ecclesiæ, & in c. Ad onus.

k Citra montes.] sicut nunc de præsenti existit.

l Pro Turonensi ponatur.] forte quia ibi Turonensis nō sic publicū cursum habet sicut Romaninus, uel forte ex aliis causis, quas dixi statim in glos. forte ideo.

m Ad hæc.] Sexta pars.

n Adiicimus sanctioni.] simile de uit. & honest. cler. c. quoniam, §. vlt. clem. 5.

o Quandoque contingit.] vnde ad hoc ius aptandum fuit in corpore authen. vt debi. ma. & credi §. quia vero, colla. ff. de legibus, l. nam ad ea. de lib. lega. l. legaui.

p Non culpa.] vbi ergo culpa uel aliquod de sequentib. interuenirēt in personam scriptoris: expensis eiusdem, non Abbreuiatoris esset littera rescribenda.

q Negligentia.] nouerca eruditionis dicta, 83 di c. nihil, ut pote cuncta lædente, in corpore auth. de q § hęc omnia col. 6.

r Ignorantię cęcitate.] No. ignorantem dici cęcum. vnde & scribitur: quoniam quidam ignorantiæ nubilo turpiter excæcati: nec mirum: quia ignorantia mater dicitur cunctorū errorū, 38. dist. c. ignorantia, & scripturarum ignorantia Christi dicitur ignorantia, vt 100. distin. c qui iuxta, & qui ea quæ Dei sunt, nesciunt, a Domino nesciuntur: iuxta illud, ignorās ignorabitur, 100. dist. c. qui ea, & hæc uera de illis qui habēt a quo discerent, sed dare operam noluerunt: in aliis n. secus 36. dist. §. verū, & arg. ff. de bo pol. l. in bonorū, quis ordo

Ignorās cæcus dicitur.

in bonorum possessionem seruetur l. vtile, § vlti de iur. & fa. igno. l. regula. §. sed iure. §. vtile, C. de ingen. manu. l. si auia tua.

a ¶ Desidiæ.] id est pigritiæ non adhibita circumspectione seu diligentia.

b Occupatione.] s. nimia aliorum negotiorum, quæ frequenter neutrum de agilibus bene agi permittit. C. de assesso l. nemo. 15. q. 1. presbyteros, de simili occupatione habes in corpore auth. de tabellio. § & non fingant. col. 4. extra de sent excom. si aliquando.

c ¶ Distractione.] s. aliqua ad alios cogitatus. perdit enim memoriam bene agendorum mens alienis distracta cogitationibus, ar. 83. di. c. nihil. ff. de c. & postlimi. re uer. l. nihil nec sufficit aliquid legere nisi addit & intelligere, vt dixi in decret. quia quorundam, §. nos autem. Vel dic distractione animo abbreuiandi, sicut dici consueuit quem so re distractum ab actu consueto vel exercitio puta lecturæ, vel alterius operis explicandi, quod sicut per exercitiũ suscipit incrementum C. de re mil l. milites lib. 12. ff de leg. 3. legatis ser uis, § ornatricibus, sic & per contrarium suscipit detrimentum. ar. ff de iure fil l. non intelligitur, § diui fratres.

Lectura per exercitiũ suscipit incrementum.

diæ [a] vel ex occupatione [b], distractione [c], aut alia quauis occasione [d] Abbreuiatoris, qui notam ex qua littera grossa [e] procedit [f], inepte [g] formauerat, eadem grossa litteris gratis [h] fuerit [i] rescribenda; hoc ipsi scriptori [k], vel illi cuius [l] littera huiusmodi [m] fuerit rescribenda non noceat [n], sed Abbreuiatori [o] debeat imputari, intantum vt eidem scriptori Abbreuiator ipse satisfaciat [p] integre, iuxta taxationem [q] eiusdem grossæ litteræ rescribendæ.

Cęterum [r] vt prędicta, quæ a nobis pro vtilitate publica [s] sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui [t] obseruatores inueniant, quo transgressores ipsorum maiori nouerint se pœna [u] percelli: statuimus, vt præfati omnes & singuli, tam litterarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam Abbreuiatores notarum [x] ipsarum (quibus etiam Abbreuiatoribus [y] specialiter vltra infra scriptas pœnas quatenus prædictas [z] taxationes obseruent sub excommunicationis [a] pœna mandamus) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficiales [b] litteras vel notas [c] ipsarum vel earundem [d] in dicto registro scripturas taxando, exigendo [e], vel recipiendo [f] pro ipsis, quam superius sit taxatum: vsq; ad semestre [g] tempus officio in quo sic [h] deliquerint, sint eo ipso [i] suspẽsi: Et si secundo [k] delique-

d Occasione] forte dolo, malitia, odio uel coruptione.

e ¶ Grossa.] id est, in grossum uel mundum redacta.

f ¶ Procedit ad instar publici instrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis, in corpore auth de tabel. § illi quoque. col 4.

g ¶ Inepte formauerat] iuxta stylum Cancellarię, uel considerata qualitate negotii in grossam redigendi.

h ¶ Gratis.] id est nihilo exacto ab habente litteram Apostolicam obtinere.

i ¶ Fuerit rescribenda.] ad arbitrium Vicecancellarii, & Correctorum curiæ, qui ad hoc sunt propositi.

K ¶ Scriptori.] cui nihil imputari potest, si prout in nota reperit, illam scripsit.

l ¶ Cuius] id est ad cuius commodum.

m ¶ Huiusmodi.] s. inepte formata.

n ¶ Non noceat] quia nec scriptor expensis proprii. nec ille cuius est pro rescribenda ipsa aliquid dare tenebitur, vt statim innuitur.

o ¶ Abbreuiatori.] ex cuius culpa uel facto apparet littera rescribenda.

p ¶ Satisfaciat.] s. de suo.

q ¶ Taxationẽ.] de qua vidisti, s. in §. de qua re. & seq.

r ¶ Cæterum] Septima pars.

s ¶ Publica.] vtilitati singulorum de se præferenda, in corpore auth. de resti. & ea quæ parit, §. quamobrem. col 4. extra de postu. præla. bonæ, 1. cum similibus.

t ¶ Sui.] s. institutorum.

u ¶ Pęna percelli.] id est puniri: pœna enim unius metus est multorum. ff. de pęn. l. capitalium, §. famosos, C. ad l. Iul. repe. l. 1 & in ext. dierum.

x ¶ Notarum ipsarum.] ex quib. litteræ glossandæ procedunt, vt in § præcedenti, & sume. inf prædictas taxationes obseruent.

y ¶ Abbreuiatorib.] solum istis comminatiuum mãdatum sub pœna excommunicationis, & nõ aliis. Sed hoc forte ideo, quia ab eis priusquam à scriptoribus procedit taxatio, & exactio quam factam frequẽter indebite scriptores de facili sequuntur quare ipsis, vtpote huius mali auctoribus fit ista comminatio, argu. 86 dist. c. tant. 24 qu. vlt. c. qui aliorum, extra de ele. excõmunic latores, ff de ter cor. l. in hoc iudicium, C. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam multa. cum similibus.

z ¶ Prædictas taxationes.] factas sup in §. qua de re. & seq.

a ¶ Sub excommunicationis pœna] comminatio est, non sententia. C. comminationes vel epistol. l. interlocutio. no. extra de simo. c. sicut.

b ¶ Beneficiales.] id est ad assequenda beneficia concedendas.

c ¶ Notas ipsarum.] quæ in vulgari appellari consueuerunt minutæ.

d ¶ Earundem.] s. litterarum.

e ¶ Exigendo.] Exigere proprie est ab inuito extorquere, ff. de lega. 3. l. fideicommissa §. si rem, & quæ in frau. cre. leg pupillus.

f ¶ Recipiendo.] videtur intelligendũ et a sponte soluente, ut differat a uerbo præcedenti, & arg ad hoc extra de censi. c. exigit. de rescri. statutum, §. si quid autẽ, lib 6. considerata potissime utilitate publica ob quam presens constitutio emanauit: vt sup. & est expressum in libro Prouinciali, de quo sup. est facta mentio superius in §. qua de re. & sequenti.

g ¶ Semestre.] i sex mẽsium, de sup. ne gl. præla licet.

h ¶ Sic.] s plus taxando, exigendo, recipiendo quam debeant.

i ¶ Eo ipso.] est ergo sententia suspensionis iuris, simile de ele. quam sit lib 6. in corpore auth. de rap. mul. § pen. col. 9. cum similibus.

K ¶ Secundo.] nota plus puniri peccatum iteratum C. ad leg. Iul de vi publ. seruos. de seru fugi l. quicunque. ff. de surepa l. 1. de pęn l. capitalium, §. solent, & l. aut damnum, §. quisquis. extra ut lit non contestata, quoniam frequenter §. vlt. de testi co. c. 2. de maledi. c. statuimus, 34 dist. c. quorundam, 26. dist. vna tantum, contumacia enim facit cumulari pęnam, ff de pœnis, l relegati, & remissione ueniæ crimina, nisi semel cõmissa, non habent, C. de epis. audi. nemo, deterior namque dolus eius agnoscitur, qui iterato committit, quam qui semel delinquit, in corpore auth. ut. §. omnem, circa fi. col. 8. vbi de hoc not.

Peccatũ iteratum plus punitur.

1 Cap. statutum, § nostrũ, de rescr. li. 6. ibi vi glo. si qñ cit mag v dicit l hi c tra Anch. delegatus testimonii cum effect prouidere salariis. Et de sal riis aduoc tiorũ no. lex in apo ad Bart l. §. aduocat nis, ff de v riis, & ext or cog & v de do. me Stellã do. Aurelianẽ subtilissim in l. 1. C. iusti. Fion

a ¶ Eodem officio]. s. scriptoris, Abbreuiatoris, Registratoris, & sic de aliis.

b ¶ Maculare] No. officium alias de se licitum maculari uel uituperari dici per delinquentem in eo.

Officiū maculat, qui in eo delinqt.

c ¶ Priuatos agnoscant] in hac decr. sententiam iure priuatoriam inducit. simile in c. dierum & de pœnis, ca. facilis, lib. 6.

d ¶ Nulli ergo] super hac clausula dic ut plene dixi in c. Execrabilis. Zenzel.

Diuisio textualis.

Quorūdā.] ¶ Diuide hanc decr. in partes quinque principales. In prima, causa & occasio multiplex præmittitur. In secunda parte, quorumdam fratrum Minorum a sui communitate ordinis discrepantium allegatio multifaria subiugitur, ibi, in §. Quia propter. In tertia, constitutio ipsa in aliquibus declaratiua admittitur, ibi, in §. Quocirca. In quarta eius constitutionis cum aliis declaratæ continuatio subinfertur, ibi, in §. Eodem modo, & cap. In quinta, omnis formidinis suspicio remouetur, ibi, prope fin. in §. Nec formidens.

e ¶ Scrupulositatis] .i. credulitatis nō ex causis probabilibus ortum habentis, sic exponitur hoc uerbum per Host. extra de simo. per tuas 2. quare talis credulitas hic cæca appellat.

f ¶ Ambiguum] .i. dubium, simile de usufru. l. ambiguitatem. de test. l. ambiguitates, de acq. pos. l. nemo ambigit.

g ¶ Indocta scientia,) sic forte dicta, quia a seipsis ipsam didicerint, non a uoce magistra, contra cōsilium Hieronymi, 16. q. 1. c. si clericatus, in fi. quæ non secū dum sensum proprium, sed secundum patrum traditionem addiscenda & docenda & ab eo & per eū qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi creditam seruat 37. di. relatum, & arg. C de excu. artificum. l. 1. lib. 10. ff. de dona. l. Aquilius, aliter enim scientia adulterina tradi & adipisci dicitur, in proœm. digest. §. hoc autem tria.

h ¶ Ne dixerimus) q. d. de illorū malis hic dixisse sufficiat, ut per hoc plura debeant intelligi, ar. ff. ad Maced. l. 1 in corpore auth. quib. mo. na. effi. leg §. & quidam coll. 6 cum no. in eis. Vel dicit se non dicere ꝙ tamen dicit, ut alibi de test. spol literas. §. nos autem. C. de episc. & cler. l. si quis non dicam.

rint in eodem, ipso facto eodē a officio (quod quantum in ipsis fuerat maculare b conati sunt) perpetuo se priuatos c agnoscāt. Nulli d ergo liceat, &c. Datum Auin. iiii. idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

TITVLVS XIV.

De uerborum significatione.

¶ Cum fratres Minores indumentis uilibus secundum eorum regulam debeant in dui. de qua uilitate sit intelligēdum, hoc relinquit iudicio superiorum, præcipiens sub pœna excommunicationis illis obediri, & reprahendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, & nouitatis plenos portabant, quos transgressores regulæ non dicetur, si in hoc superiorib. obsequuntur. Superiores etiā arbitrari poterunt, an habenda sint granaria, & cellaria pro necessariis ad uictum colligendis. Tādem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati, & castitati esse præferendam, h d & est ualde notabilis. (ōcor. c. Exiit qui seminat eo. tit. li. 6. & clementina Exiui de paradiso. eod. tit.

CAP. I.

Quorundā exigit cæcæ scrupulositatis e ambiguum, f ac ipsorum quodammodo indocta g scientia (ne dixerimus h quod irreligiosa i horū sit uana k & in hoc superstitiosa l religio m) ut dum suis n mauult o temere p sub conscientię, q uelamento r cōceptibus, quam prælatorum ordinis sui cum obedientiæ s merito t prouide u inhęrere sententiis, nos post prædecessorum nostrorum, & præsertim felicis recordationis Nicolai x iiij, ac piæ memoriæ Clementis y v, Romanorum Pontificum super intellectu, & obseruantia regulæ z ordinis fratrum Minorū, declarationes a

i ¶ Irreligiosa] i. non religiosa, ut sic prima syllaba priuatiue uel negatiue exponatur, argu. ff. de mil. l. miles, § irreuerens, de iureparto. l. 1:

k ¶ vana). i. extrinsecus ostentatiua, uel in ueritate non obsistens arg. ext. de consue c. quanto.

l ¶ Superstitiosa.] ex poni potest, i. in obseruātiis extrinsecis inutilis, & superuacua

m ¶ Religio.] quasi religatio seu uincula tio.

Religio sunc dicitur.

n ¶ Suis] conceptib. quod est inf

o ¶ Mauult). i. plus uult vel pręeligit, & sume uerbum, inhære rere, quod est infra.

p ¶ Temere] benedicit temere: quia nullus suæ prudentię vel conceptui inniti debet, iuxta uerbum sapientis extra de consti. ca. ne innitaris. nec in agendis suo sensu uel leuitate duci 11. q. 3. summopere, ext. de consti. c 1.

q ¶ Conscientiæ) in hoc non bene nec recte informatæ, argu. extra de tempo. ord. ad aures, de simo. ca. per tuas.

r ¶ Velamento) expone, idest uelamine, uel palliatione seu simulatione. alibi sumitur aliter istud uerbum. C. de postu. l. velamento.

s ¶ Obedientiæ.) sic no. regularem teneri ad præstandum obedientiā prælato suo. ext. de temp. ord ca. ad aures ubi de hoc.

t ¶ Merito) p non est modicum, imo magnum, quia Deo gratum, cum melior sit obedientia quā uicti ma. ext de ma. & obe. illud, & ar. ad hoc ff. de re mil. l. 2. §. in bello. cum ibi no.

u ¶ Prouide) reputatur ergo prudentia uel prouisio, sue conscientiæ proprio conceptu dimisso, superioris ordinationem ordinabiliter sequi, ut hic, & arg 24. q ult. c. quid autem mirius, 36. di. relatum.

x ¶ Nicolai iiij) qui condidit decr. Exiit qui seminat, de uer sig. lib. 6.

y ¶ Clement s v.) qui condidit decr. Exiui de paradiso, in eo. tit. in compilatione suarum constitutionum.

z ¶ Regulæ.) dictæ quasi regulantis. quem in modo uiuendi tam spiritualiter quam temporaliter, uel ad rectum quem ducentis, 3. di. c. canon. uerb. regula.

a ¶ Declarationes) ex hoc collige Papam declarationem super regula religionis posse facere, cum non omnis regu'a rite dictata ab ipso saltem per approbationem processerit, extra de reli domi. cap ne nimia, eodem titulo, cap. religionum, lib. 6. & 21. 11. distinct. c. quis

Regulā vnde dicitur.

c. quis nesciat ad illũ pôt. & dêt spectare declarat o vel interpretatio, ad quem pertinuit editio. C. de leg. l. vl. & de vete iur. enucle. l. 1. §. ne aût in fin. ext. de sent. exc. inter alia. 11. q. 1 §. ex his, nec mirum, cum êt su per articulis fidei possit declarationem facere, 24. q. 1. quotiens, & c hæc est fides, & patet in dec. cũ inter nonnullos, vbi de hoc dixi.

Papa pôt su per fidei articulis declarationem facere.

salubriter[a] editas, solidas[b] quidem, & claras, & lucidas,[c] multaque maturitate[d] digestas, nostras Domino fauente indubias[e] ipsorum prædecessorum declarationibus declarationes adiungamus;[f] sicque dies[g] † diei eructet uerbum, & nox nocti scientiam manifestet, ne perperam paucorum[h] dicti ordinis fratrum (quod absit) inscitia, recta ipsum declarationum uerba[i] conuertens[k] in deuium, illaque[l] suis[m] eis[n] profecto contraria[o] accommodans[p] sensibus, ingrata[q] Deo, superioribus[r] contumax, præfato[s] ordini detrahens, odiosa[t] confratribus, unionem[u] scindens, si[x] ualeat reddatur, ac graue in populos scandalum[y] allatura, quin potius (ut nostra vehementer flagitat[z] intentio) antedictis profugatis[a] incommodis,[b] hæc sancta Minorum fratrum religio, ad quam iam dudum (cum minor[c] nos gradus haberet[d]) dilectionis & deuotionis feruor

† Psal. 18.

Constitutio principis qualiter scribenda est.

a ¶ Salubriter] .i. ad salutem animarum.

b ¶ Solidas] .i. firmas quæ inconcussæ seruãdæ sunt donec per illum qui potest in totum uel in partem fuerint reuocatæ. ar. 40. d. c. consequẽs, & c. nostro. 25. q. 2. c. 1. & 2. in corpore auth. de admi. off. § ul col lat. 3. cum similib.

c ¶ Lucidas] quia constitutio principis dêt esse clara, non obscura 4 di. c. erit aût lex. & non per signorum captiones, nec per cõpendiosa enigmata, sed per literarũ consequentiam est scribenda & exemplicanda, ar. C. de uete. enu. l. 1 §. quod autem, in contra facientem pœna falsi locum habet, ut eodem ti. l. 2. § eandem autem pœnam, alias est uersus sub § hoc autem.

d ¶ Maturitate,] cum qua & non cum leuitate vel precipitatione facienda est constitutio principis. C. de leg. l. humanum, & in proœmio lib 6 sicut & sententia proferenda, arg C. de sent ex breuiculo recitan. l 2 11. q. 3 c. summopere. extra de re iud. pastoralis, §. uerum. Clem. 5.

e ¶ Indubias] i. indubitatas.

f ¶ Adiungamus] al. ias adiungentes, hoc nõ incongruũ nec insolitum existit, cum & omissum per antecessorem, per successorem suppleri & induci frequentissime sit repertum, arg. ff. de testi. l. quæsitum, extra de rescr. c litteris.

g ¶ Dies diei] verba sunt psalmographi prophetæ Dauid.

h ¶ Paucorum] sed quomodo dicit paucos, cum multi essent fratres, id quod sequitur facientes? Respondeo q̃ pauci dicuntur respectu multo maioris numeri aliorum, 45. d. ca disciplina, ubi 23. milia hominum pauci dicuntur respectiue, ff. de uer sig l maiore ext. de cle. excom. mi. c. latores, & ibi. no.

i ¶ Verba] super quib. ex quo recta sunt & clara, nulla debet fieri in obscurum ædificat.o. ff. de leg. 3. l. ille. §. cum in uerbis, & argu. ff de uer. obl. l. continuus §. cum ita.

k ¶ Conuertens in deuium,] idest peruersum intellectum forte amplectentes declarationem uerborum ipsorum mente circumuenta, contra iura, ff de leg l. contra legem, extra de reg iur. in c. certum est. lib 6. cum potius esset contrarium faciendum, i. verba ostendere, ut mens seruetur, C de lib præt. l 3. ff. qui petant tu l. scire, §. ad aliud de iurepat. l. adigere, §. quamuis, no. extra de uerbo. sign. cap. intelligentia, & dicta l. contra legem.

l ¶ Illaque] declarationum uerba.

m ¶ Suis.] sume uerba, accommodans sensibus, quæ sequuntur.

n ¶ Eis.] expone s. sensibus, uel eis, scilicet verba declarationem conuertentibus in deuium.

o ¶ Contraria] maxime attenta verborum mente.

p ¶ Accommodans] .i. applicans uel inducens.

q ¶ Ingrata Deo] sume verbum, reddatur, quod est inf. & enumerat sex incommoda, quæ ex tali scientia proueniunt, & hoc est primum, & per hoc quod dicit, ingrata Deo, est penitus excludenda, argum. in corpore authent. ut non luxu. contra naturam, in prin. col lat 6.

r ¶ Superioribus contumax.] Secundum incommodum, q̃ ex hoc etiam est tollenda, argum. 6. q 3. cap. si autem nobis, & c. seq. extra de maio. & obe cap 2. argumen. ff. de re mil. l. 3. § bello & l. miles. § irreuerens.

s ¶ Præfato ordini detrahens.] Tertium incommodum, & per hoc suam turpitudinem ostendens, cum turpis sit pars suo vniuerso non congruens. 8. d. cap quæ contra. & aliter viue re uolens quam se habeant mores eorum inter quos viuit, suspiciosus aut intemperans est, 51 dist. c quisquis, 12. distinctio. illa, & argum. extra de sta. regu. recolentes.

uantis, [a] nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcūque alium quam ad Fratres dictarum rerum perueniret compendium: [b] quod [c] proculdubio modus utendi fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesiæ subsecuta patientia, euidenter declarauit. [d] Et quod talis intentio [e] fuerit ordinantis [f] ex hoc patet, quod illarum rerum sibi & Ecclesiæ Romanæ dominium dumtaxat [g] retinuit, quarum usum facti liceret [h] habere ordini, vel fratribus antedictis talis autem dominii [i] carentia [k] re [l] in præsenti, [m] ac spe [n] in futurum omnimodo denudat, quo ad paupertatem temporalem, quam [o] altiorem (præ Mendicantibus aliis [p] in communi habentibus [q]) sibi [r] vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit [t] non habentem. Quod [u] autem † quo ad res quę usu [x] consumuntur, non sint censendi vsuarii [y] fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis: dicere si quidem quod in talibus rebus [z] vsus iuris vel facti separatus a proprietate rei seu dominio possit constitui, repugnat [a] iuri, obuiat [b] rationi, nec prędecessoris nostri prædicta fuisse uidetur [c] intentio [d] Romanę Ecclesiæ talium [e] bonorum dominiū reseruare. Quis enim sanæ mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti [f] patris, unius oui, seu casei aut frusti panis, & aliorum usu consumptibilium, quæ sæpe fratribus ipsis ad consumendum eu estigio [g] conferuntur, dominium Romanæ Ecclesiæ, & vsum fratribus retinere? profecto probabile non uidetur [h], præsertim cum illorum bonorum dumtaxat [i] dominium, pręfatæ Ecclesiæ reseruauerit, quorum [k] simplex usus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis: quod [l] nequaquam potest in rebus vsu consumptibilibus [m] reperiri, in quibus nec ius utendi, nec vsus facti separata a rei proprietate seu [n] dominio possunt constitui, vel haberi [o]. Et

a ¶ Reseruantis] scilicet Papæ Nicolai quarti.
b ¶ Compendium,] idest utilitas, uel cōmodum.
c ¶ Quod.] scilicet q̄ ad fratres, & non ad alium illarum rerum perueniet compendium.
d ¶ Declarauit,] quasi dicat, ipsis rerum experimētis hoc clare cognitum est C. vt in pos. leg. l. ip sis rerum.
e ¶ Et quod talis intentio.] scilicet q̄ ad ipsos fratres, & n̄ ad alium dicta rerū vtilitas prouenir et.
f ¶ Ordinantis.] scilicet Papæ Nicolai, ut supra.
g ¶ Dumtaxat] quasi dicat, non aliarum.
h ¶ Liceret.] licitum foret.
i ¶ Dominii.] scilicet Romanæ Ecclesię reseruati.
k ¶ Carentia.] scilicet quo ad fratres ipsos.
l ¶ Re] scilicet ipsa.
m ¶ In præsenti.) scilicet tempore.
n ¶ Spe.) consequendi commodum.
o ¶ Quam.) scilicet paupertatem.
p ¶ Aliis.] ut Prædicatoribus.
q ¶ Habētibus.) subaudi aliqua, si nō habes in textu.
r ¶ Sibi uendicant) id est attribuunt.
s ¶ Dicti fratres) scilicet Minores.

† vide Glossam positā i Clemē. Exiui (pro inde vers. solutio. vē dicendū.

b ¶ Ouiat rationi.) est igitur extirpandum necessario, cum ratione careat. 9. di stin. cap. cor episcopi.
c ¶ Videtur.) idest præsumitur.
d ¶ Intentio.) ad quam est p̄re omnibus recurrendum. extra de pręben d. cum olim & eod. tit. quia sępe. lib. 6. de cōces. præben. auctoritate Martini.
e Talium bonorum) scilicet usu consumptibilium.
f Tanti patris.] quia non solum purus homo, sed & uicarius Christi fuit. de transla. episc. c. inter de re iudi. ad Apostolicæ, §. nos lib. 6.
g Eu estigio,) idest de proximo. argu. ff. de offic. præsi. l. plebiscito. de rescrip. statutum, §. insuper. li. 6. de sta. mon. c. periculoso, §. uerum. eo. lib.
h ¶ Non uidetur.) cum per tantum patrem de tā modicis curandum uerisimiliter non fuerit argu. ff. de iud. le sed & si susceperit. §. sed & si proponas, extr. de simo. etsi quęstiones cum similibus. Et super hoc uidere potes ea quæ alias super hoc plene dixi in decret. Exectabilis in gloss. quod redundare.

t Accipe sano mō, hoc enim dicit gl hęc ad oñdendam amplissimā Romani Pōtificis potestatē sicut notata est super gl. in proęmio Cle in uerbo papa. in hac edit. oc.

t Non efficit) hoc ideo, quia habere dominium quod nullo tempore posset commodum illi cuius est reportare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur, quare pauperiorem ex hoc dicere se non potest, cum paupertas ex solo non habere commodum indicatur 12. q. 1. cap pauper immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur. C de usuf l anti quitas inst. eo. tit §. ne tamen magis non haberi quam haberi forte expediens, argu. ff. de ædil. edic. l. bouem, § aliquando
u Quod autem) Quarta pars.
x Vsu consumuntur.) ut sunt res ad uictum humanum necessariæ insti. de vsufru. § constituitur ff de vsufruc. earum rerum, quæ usu consumuntur. l. si tibi uini. & de uerb. sig. l. uerbo anus.

i Dumtaxat) quasi dicas, non aliorum.
K Quorum,) scilicet bonorum.
l Quod,) scilicet ad fratres dicti ordinis pertinere simplicem usum facti.
m Consumptibilibus.) idest quæ per usum consumuntur.
n ¶ Seu dominio) idest existenti sine proprietate & dominio.
o Vel haberi,) hoc infra multis rationibus comprobatur.

a ¶De talibus rebus].s. vsu consumptibilibus, & quarum vsus potest ad ipsos fratres pertinere.
b Non intellexerit].s. Papa Nicolaus.
c Dum respondet]in dicto c. exiit.
d Legi]istam legem habes ff. de vsufr. l. omnium. §. constituitur. Inf. eo. titu. § constituitur. C. eo. tit. l. antiquitas.
e Abscedente]. i. separato existente, sic exponitur d. § constituitur.
f ¶ Inutile redderetur] Nota: tem dici penitus inutilē, cuius vsus, & commoditas perpetuo submouetur ut hic, & in l. legib. sup. proxime allegatis huius ratio pōt dici, quia omnium rerū substātiam uel existentiā natura naturans, i. Deus cōparauit, ut ex eis humana natura fructus perciperet. inst. de re. diui. §. in pecudum. quæcūq. n. in terris facta sunt, ad seruitiū hominis facta sunt, cū sit dignissima creaturarum, ff de ædi. edi. l iustissime.

Hois seruitio cūcta sūt deputata.

p Et pro quo] .s. petendo tanquam agenti competere, vel negando alicui competere.
q Reales competunt actiones] .s. confessoria & negatoria ff. si vsusfruct. petatur. l. 1. & l. uti frui §. vtrum. & §. si partis, si seruitus vendicetur. l. loci corpus. §. in confessoria. In rē cōfessoria cōpetit asserenti sibi dēri seruitutem, & negatoria illi cui negat alteri fore debitam. eo. ti. l. 1. Dicuntur autem reales actiones cōfessoria & negatoria ab impositione talium nominum, non aūt ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confessoria uerbis affirmatiuis, negatoria verbis proponit negatiuis, nā & qñq. confessoria uerbis negatiuis, negatoria affirmatiuis proponi reperitur, ut i ser uitute altius nō tollendi est videre. ff. de no. ope. nunc. l. si priusquam. instit. de act. §. æque & ibi not. & d. l. 2. Dicas etiam q̄ illæ reales actiones, quæ pro iurib incorporalib. competunt, dantur etiam illi qui possidet, uel quasi ipsum ius corporale, quod quasi possideri uidetur, quandiu in contrarium per alium factum non est, ff. si seruitus uen. l. si forte, §. sciendum & l. sicuti § sed si queratur. Secus autem in actionib. realib competentib. pro corporalibus, quę non dantur possidenti & detinenti: nam possidenti non est prodita in rem actio ff. uti pos. l. 2. §. interdictum, instit. de actio. §. sic itaque. licet possidenti, sed non detinenti detur, ff de rei uendi. l. officium no. de hoc extra de iu. d. c. examinata. Si quæras quæ sit ratio quare realis actio possidenti & detinenti non detur pro re corporali, sed pro re incorporali? Respondeo rei uendicatio non datur ad alium effectum, nisi quod possessio corporalis penes conuentū existens in actorem transferatur de rei uen. L. qui restitu ere. C. de alie. iudici. l. 1 cum igitur actor illā quam petit, penes se ipsum excludit, quia quod petit, intus habet, sufficit enim sibi quod effectualiter possideat, dicto § interdum. Sed realis actio pro incorporalibus competens non datur ad illum effectum tātum: sed ut ille qui debet seruitutem, nihil faciat, nullūque impedimentum præstet, sed patiatur alium cui debetur pacifice illa uti ff de usufr. l. 5. §. 1. de serui. l quotiens, de seruit. rusti. prædi. l. 1 in fi. cum similibus, expedit igitur, quod ipsi possidenti detur actio, ut submotionem impedimenti aduersarii & eius potentiam consequatur, cum aliter iure etiam suo uti libere & plene non posset.

Vsusfructus quib. actionibus peti potest.

Actio realis an possit dari possidēti.

Actio realis non datur possidēti pro re corporali sed bene pro re incorporali.

quòd de [a] talibus rebus non intellexerit, [b] euidenter ostenditur, dum respondet [c] legi [d] dicenti, non posse usumfructum a dominio perpetuo separari, ne dominiū dominis, semper abscedente [e] usu, inutile [f] redderetur, quę quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes unum vsus rei, & penes alium dominium possit (licet [g] inutile) remanere, [h] quod [i] nequaquam in rebus vsu consumptibilibus potest esse, cum in illis per vsum uel abusum [k] usuarii substātia talis rei esse [l] desinat, & per consequēs proprietas etiam inutilis non subsistat.[m] Cum.n. vsusfructus prout est in re [n] constitutus, qui seruitus dicitur personalis, [o] & pro [p] quo reales [q] competunt actiones, nihil sit aliud, quam ius utendi, nec vsus qui etiam personalis [r] est seruitus, sit aliud quam ius tantum utendi rebus [s] alienis salua [t] rei substantia, idest, [u] ius percipiendi fructus, & utilitatem [x] aliam in to-

g Licet inutile,]quo ad commoditatem usus.
h Remanere]scilicet de ipsarum rerum subsistenti natura.
i Quod].s. q̄ usus penes vnū, & proprietas inutilis penes alium valeat remanere.
k Vel abusum] licet alias abusus in mala parte sumi consueuerit, vt dixi in decr. cum inter nonnullos hic tamen in bonā sumitur: quia in talibus reb. vsus & abusus idem sunt, ff. de vsufr. ea. rerum, quæ vsu consu. l. hoc senatus §. 1. & vlt. cum similibus, & ideo appallatur abusus: quia per vsum in talibus reb. res ipsæ ad totalem exinanitionem deducuntur, & de esse ad non esse reducuntur, ut hic.
l Esse desinat] qualiter talium rerum substantia habet per vsum tolli, uel in parte minui, dicitur ff. de vsu fru. earum rerum, quæ usu consu l. 1.
m Non subsistat] eius n quod non est, nulla est substantia de præsenti, ff. de leg. 1. l. q̄ in rerum, de uerb. obl. l. interdum. inst. de inuti. stip. 2. responso.
n In re constitutus,] vel inter viuos per pactum, vel iudicialem adiudicationem, vel per vltimam uoluntatem, ff de vsufr. plurib. §. 2. inst. eo. tit. § Et dicitur in re constitutus, i. in certo corpore, quo sublato & ipsum vsumfructum tolli necesse est, ff de usufr. l 2. inst. eo. tit. in prin. & §. finitur, ff quib. mo. usufr. tol. l. repeti, § rei, dicitur & in re constitui, quia rem ipsam afficit sicut cæteræ seruitutes.
o Personalis,] quia personę constituit ut & prædium non habenti, quod non est in seruitutibus realibus & prędialib. ff de ser. l. 1. contra. prædi. & cum persona finitur, ff. quib. mo. vsufr. amittatur, l. sicut, §. morte, nec a persona abdicatur, immo si in alium per cōmercium transferatur, statim rei domino applicatur, ff de iure do. l. vsusfr. & d. § finitur, licet commoditas fructuum percipiendorum per commercium in alium trasferri possit, & ita intelligitur lex, quæ alias contrarium diceret, ff de vsuf. l. arborib. §. vsufructuarius. de peri & commo. rei uenditæ l. necessario, §. ul. alias est sub l. quod si pēdente. & de nouatio. l. 4. arg etiam ad hoc ext. de loca. c. vestra,

Abusus in bonā & malam partem sumitur.

Vsusfructus quare dr̄ personalis seruitus.

r Personalis est seruitus]ff. de serui. l 2. & quare dicatur personalis, dic ut dixi de seruitute usus fructus supra in gl quia personę.
s Reb. alienis] h. d. quia res propriæ nulli seruire possunt iure seruitutis, ut dixi sup in gl. usuarius.
t Salua rei substantia] i. ne in totum pereat rei substātia, ff. de usufr. l. 1. & ita ibi no.
u Idest,] exponit illa uerba, ius utendi, posita in diffinitione uel descriptione usus fructus uel usus.
x Vtilitatem aliam]dura deambulandi, iactandi, i. solatiandi in fundo usufructuario uel usuario. ff de vsu & habi, l. plenum.

a In

bere cum contra quemlibet rei possessorem peti possit, ff. si vsusfr. pet. l. uti frui. §. vlt. ius aũt utẽdi iure seu seruitute, pōt dici, illud ꝙ superficiario in re superficiaria compet. uel emphyteotæ, vel feudatur, ff. si ager vectigalis, l. 1. & 2. de superficie l. 1 §. ult.

tum [a] vel pro parte [b] suo nomine [c], qui possunt ex re, in qua vsusfructus seu vsus constituitur, prouenire [d], propter [e] quod proprietas reputatur inutilis, a qua perpetuo abscedit [f] vsusfructus seu vsus constitutus rebus, ex quibus ipsis [g] stantibus vsufructuario seu vsuario nulla possit vtilitas [h] prouenire: patet quod ad hoc quod talis vsusfructus vel usus in re aliqua constitui ualeat, requiritur, [i] quod ex re illa possint fructus vel vtilitas (salua ipsius rei substantia) ad fructuarium vel vsuarium peruenire. Quod si nulla ipsa ipsos posset ex re ipsa vtilitas (salua rei substantia) prouenire, quales res constat esse vsu [k] consumptibiles, nequaquam posset in rebus ipsis cuiquam vsusfructus uel usus constitui, vel a [l] quoquam haberi. Adhuc [m] nec ius vtendi, quod nec est ius in re, nec [n] seruitus personalis, sed [o] mere ius personale, pro quo reales [p] actiones non [q] competunt, in rebus talibus [r], vel rebus ipsis vtendi potest constitui vel haberi, cum & ius tale [s] exigat, quod ex re ipsa, quæ ad vtendum conceditur [t] tali modo ad vsuarium peruenire posset utilitas [u] aliqua, ac cum usu permanere vsuarii, substantia [x] salua rei, quod [y] nequaquam potest (sicut ad [z] sensum potest percipi) in rebus vsu consumptibilibus reperiri [a]. Rursus nec simplex [b] vsus, qui nec [c] est seruitus, nec pro illo competit ius [e] utendi, in talibus [f] rebus potest constitui uel haberi: cum enim uti re aliqua, nihil sit aliud proprie, quam fructus rei siue utilitatem [g] aliam insolidum, vel pro parte recipere, qui [h] ex ea possunt (salua rei substantia) prouenire, restat quos re illa uti [i] quis nequeat, ex qua (eius salua substantia) nulla sibi prouenire potest utilitas, quales res vsu consumptibiles

a ¶ In totum.] hoc referas ad usufructuarium, qui oēs fructus rei suos facit, ff. de usufr. l. vsufructu legato, in fi. & l. item si fundi.

b ¶ Pro parte.] hoc ad vsuarium referendum est, qui fructus rei in totum suos non facit, sed illos solũ qui sibi ad vsum sufficiũt, inst. de vsu. & habi. §. minus, ff. eo. ti. l. si habitatio. §. si vsus, & l. plenum, & l. fundi.

c ¶ Suo nomine.] quasi dicat iure suo, non alieno.

d ¶ Prouenire.] intellige uel artificialiter uel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, supr. glo. proxi. allegatis.

e ¶ Propter quod.] s. quia vsufructuarius & vsuarius omnes rei fructus uel partem recipiunt iure suo.

f ¶ Abscedit.] idest separatur, & quæ sit huius ratio, dic ut dixi supr. in glo. no rem dixi.

g ¶ Ipsis stantibus) i. in sua essentiali substantia perseuerantibus.

h ¶ Vtilitas prouenire.] exemplum potest poni per iura. ff. de vsufruct. leg. statuæ, a contrario sensu, de ope. seruo. le. ult. cum enim vsusfructus & vsus sint ius tantum, quo quis potestatem assequitur rei, fructus & vtilitates alias consequendi, sublata & nō existente tali vtilitate, uidetur nō existere ius ad illas tantum indultum, ff. de usufru. l. 2. insti. eo. tit. in princ. sicut sublata re sine culpa, submouetur ius ad illam petendam competens, ff. de condi. furti. leg. in re furtiua, & argu. ff. de leg. 3. le. mortuo boue.

i Requiritur ratio est, quam dixi in glo. proxi. præcedenti.

K Vsu consumptibiles. illis n. in sua substantia remanẽtib. nulla inuenitur utilitas, cum ipsa non insurgat nec proueniat, nisi ex talium rerum consumptione, insti. de vsufru. §. constituitur.

l A quoquam haberi. ratio est, quam dixi sup. prox. in gl. exemplum.

m Adhuc, probat ulterius ꝙ in reb. consumptibilib. simplex haberi nequeat usus facti.

n Nec seruitus personalis, quæ est triplex, scilicet usufructus, usus & habitatio, aliæ dicuntur reales seu prædiales, ff. de serui. l. 1. de usufr. l. si quis binas, & ibi no. & rōne seruitutis personalis dr̃ quis in re ius habere cum contra quemlibet rei possessorem peti possit,

[margin: ...itutis g...nalis, est ...plex.]

o ¶ Sed mere.] quasi dicat, non iure competens, nec rem afficiens, sed tm̃ personæ cohærens, rei possessorem non sequens, ff. ad Treb. leg. 1. §. si hæres.

p ¶ Reales actiones). s. confessoria & negatoria.

q ¶ Non competunt) sed actio personalis ex pacto, argum. ff. de seru. l. ut pomum, de serui. rust. prædio. leg. prætoris. cum ibi no. de vsufru. l. si quis binas.

r In rebus talibus.) s. vsu consumptibilibus.

s Ius tale) s. mere personale.

t Conceditur.] vt est videre in commodatario, cui ad certum vsum res conceditur ff. commodati, leg. in commodato §. sicut. extra eod. ti. cap. 1. uel creditori uel depositario, quibus vsus rei obligatæ uel depositæ permissus est, expresse in creditore, uel tacite in depositario, ff. depositi. le. die §. 1. & C. eod. titu. si depositi.

u Vtilitas aliqua.] consideranda iuxta rei ad vtendum cōcessæ qualitatem.

x Substantia salua rei.] sublata. n. re nullus in ea vsus potest subsistere.

y Quod.] s. ius vtendi substantia salua rei.

z Ad sensum.] s. uisus, p quem oculata fide ueritas magis q̃ p aliũ sensum animis hominum infigitur, insti. de gra. cogn. §. vlt.

a Reperiri.] cum ipsæ per usum consumptione totali subiiciantur, & de esse ad non esse redigantur.

b Rursus nec simplex.) scilicet sine iure existens.

c Nec est seruitus.] & sic per consequens ius in re nō imponens.

d Nec pro illo.] scilicet simplici usu facti.

e Ius vtendi.] s. qualitercunque quæsitum.

f Talibus rebus] s. vsu consumptibilibus.

g Vtilitatem aliam] quæ considerari pōt iuxta rei vtilibus qualitatem. ff. de vsufr. l. numismatum & l. si cuius §. et alias est sub l. æquissimum.

h Qui) s. fructus, vel alias utilitas.

i Vti quis nequeat,] s. durabili usu perseuerantes, alias

alias momentaneum, ut inf sequitur.
a Esse constat. cum (vt sup dixi) per vsum esse penitus desinant.
b ¶ Ex quib.] sup dictis, ver. quo autem, hucusque.
c ¶ Seruitus personalis] ff. de seru. l. 1.
d ¶ Ius personale] dic ut sup. prox. dixi uer. sed mere.
e ¶ Sine iure aliquo] hic inferius latius explicabitur.
f ¶ Præmissorum] s. vsus, qui sit seruitus personalis, vel qui sit ius mere personale, vel actus vtendi aliquo iure.
g ¶ Substantia,] alias desinit in ea omnis vsus, vt sup. dixi.
h ¶ Seu vtenti] s. sine aliquo iure.
i ¶ Reperiri] quia per vsum totaliter esse desinunt, vt prædixi.
K ¶ Nec obuiat] quinta pars.
l ¶ Supradictis] s. in parte præcedenti, & maxime in ver. quod autem.
m ¶ Idē prędecessor noster] s. Nicolaus quartus.
n ¶ Illorum] s. bonorum.
o ¶ Hoc enim] s. quod dominium taliū bonorum sibi reseruauerit.
p Dumtaxat] quasi dicat, non de aliis, per ea quę dicta sunt sup. proxi.
q Non sunt cōsumptibiles] subaudi, sed durabiles.
r Non est sustentabilis] s. commode.
s ¶ Non sunt pauca.] subaudi, immo multa. sicut est habitatio stratus siue lectus, & similia, ff de verborū sig. l. quos nos, §. verbum, viuere de au. & arg. le. l. vestis, §. viria lia & familiaria, cum similib.
t Licet autem.] Sexta pars.
u ¶ Nec ius vtendi] quod esse debet salua rerum substantia.
x Nec ipsum vti] s durabile.
y Ipsis] s. rebus consumptibilibus.
z Sumitur] probatur hoc, ff. de usuf. earum rerum quæ vsu. consu. l hoc senatus, §. 1 & seq nam abusus in rebus talib. pro absumptione, i. consumptione accipitur, vt ibidem dicitur.
a ¶ Quod est vti] cum de se non sit ei consumptibile, sed conseruabile ff de vsufr. l. 1. insti. eo. tit. in princ. & statim sequitur.
b ¶ Maneat] ut in iurib. sup. prox. alle. ff. de usu & habi. l plenum.

esse[a] constat. Ex[b] quibus patet, quod nec vsus, qui est seruitus[c] psonalis, nec ius utendi, quod non est seruitus, sed mere ius[d] personale, nec actus ipse utendi sine iure[e] aliquo, possunt in rebus vsu consumptibilibus constitui, vel haberi, cum quodlibet præmissorum[f] exigat, quod ex re ipsa (salua rei substantia[g]) possit habenti ius utendi, seu[h] vtenti ex re ipsa vtilitas aliqua prouenire, quod utique in rebus nequit vsu consumptibilibus reperiri.

¶ Nec[k] obuiat supradictis,[l] quod idem[m] prædecessor noster in ordinatione prædicta, etiam illorum[n] quę ad uitæ sustentationem pertinent, sibi & Romanę Ecclesiæ dominium reseruarit: hoc enim[o] de rebus illis dumtaxat[p] debet intelligi, quę vsu non sunt[q] consumptibiles, sine quibus humana uita non est[r] substentabilis, quę utique non sunt pauca.[s] Licet[t] autem in rebus usu consumptibilibus, nec ius vtendi,[u] nec ipsum[x] vti possit constitui vel haberi, ipsis[y] tamen poterit ius abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus vsu consumptibilibus) pro rei consumptione sumitur,[z] quod ei opponitur, quod est[a] vti. Vti quidem præsupponit, quod cum vsu salua rei substātia maneat;[b] sed abuti exigit,[c] quod cum actu huiusmodi rei substantia consumatur,[d] cum abuti[e] nihil aliud, quam contra naturam usus, vti[f] in hac[g] materia proprie possit dici. Licet autem[h] quis re vsibili[i] absque iure utendi aliquo uti[k] possit, ipsum[l] tamen uti etiam in re[m] tali absque iure utendi separato a domino uel coniuncto nec ab aliquo potest[n] constitui, nec[o] a quoquam haberi. Et quod[p] talis usus constitui nequeat, ex hoc patet, quod dare, uel constituere quod suum non[q] est, nec ad se[r] pertinet nemo[s] potest, licet interdum illud[t] dare possit aliter quam sit[u] suum. Actus autem ipse uten

c Exigi] s. necessario.
d Consumat] cum sine consumptione in talib rebus non sit vsus, vnde quasi assidua permutatione extingui dicuntur, inst. de vsuf. §. constituitur.
e Cum abuti] s. de le rei consumptibile.
f Vti.] de sui natura rei conseruabile.
g In hac materia] h. d quia in alia materia abusus in alia parte sumitur, & ideo reprobatus, quod dic ut sup. in gl licet alias.
h ¶ Licet aūt.] adhuc probat, quod vsus facti absque alio iure habe ri non possit.
i ¶ Re vsibili] .i. apta ad utendum.
K Vti possit] s. de facto, ut est uidere in fure, prædone, raptore, & simili.
l Ipsum tamen] .i. ipsa potestas utendi.
m In re tali] s. vsibili.
n ¶ Potest constitui, cum regulariter quis alteri nequeat constituere quod non habeat, ut dixi in parte pręcedenti, & in glo. vtuarius. n. & statim sequitur.
o Nec a quoquam haberi,] cum. n. habere proprie, cum effectu debeat intelligi, ff. de ver. si. l nomen filiarum, §. habere, sequitur quod vti re vsibili absque aliquo iure utendi, non sit vsum habere, cum ex hoc illud appareat alienum argu. 14 q. 4. quid dicam, 93. di. illud, 16. qu. 4. licet, C. de fun. rei priu. l. usus aquæ. lib. 11.
p Et quod talis vsus] s. absque aliquo iure vtendi.
q ¶ Suum non est] sci licet quo ad dominium.
r Nec ad se pertinet] s. alias quam iure dominii. Et h d quia aliquando quis id quod ad se pertinet sine dominio alteri constituit, ut inquilinus, qui domum conductam alteri locando eius usum transfert, C. commodati, l. nemo prohibetur. Et vsufructuarius qui non est dominus, vsumfructum transfert, ff. de vsufr. arborib. §. usufructuarius.
s Nemo potest] nisi ex ui pacti, iuris uel iudicis auctoritate aliud contingat, extra de do. inter uir. & uxo c. nuper. ff de reg iu. nemo plus iuris, in quibus, de hoc, cum similibus.
t Illud] s quod suum est, uel ad se pertinet.
u Quam sit suum] hoc dicit propter dominium proprietatis, qui in ipsa habeat usumfructum causalem, &
tamen

Vsufructuarius usūfru ctū trāsfert

di ad vtẽtem pertinet, in quantum quis suorum actuum per liberum arbitrium & voluntatem dominus dicitur [a], cum per [b] hoc illos non exercere: ualeat uel etiã exercere: non autem actus ipse vtendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re sua actum illum valeat exercere, quod [d] utique nihil est aliud quam quod actuum suum ad rem concedentis ad actum suum vtens valeat applicare. Sicut [c] qui equum suum alicui commodat, non actum equitandi concedit [f] commodatario, sed quod actum illum [g] in equo suo ualeat exercere: quod non est utique actum vtendi simplicem concedere sine [h] iure, cum hæc cõcedere nihil sit aliud quam concedere ius utendi: quod quidem ius [i] utendi separatum a proprietate seu dominio in rebus, quę usu consumuntur, nequit [k] constitui, ut patet manifestius ex prædictis. Præterea quod simplex usus idest, sine iure vtendi proprietate, seu dominio separatus, etiam in re usibili haberi nequeat, sic probatur: Si enim possit haberi usus [m] talis, aut ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post completum actum huiusmodi haberetur [n]. Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet: quod non est, nequaquam [o] haberi potest, patet autem, quod actus ipse antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est, ex quo sequitur quod haberi minime potest: licet enim & ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi, per [p] hoc tamen actus ipse in rerum natura nisi in [q] potentia, non [r] existit; cum autem actus est in fieri [s], nec adhuc quod ipse actus in rerum natura sit, potest [t] dici, licet, pro eo quod sit in fieri [u], dici possit, quod enim de actu [x] qui est in fieri [y], præteriit, uel futurum est, iam non in rerum [z] natura, sed in [a] memoria, uel [b] apprehensione tantum est, quare, nisi prout in

tũ non illud causaliter, sed formaliter, alteri cõstituit licet ipsum taliter, idest formaliter non habeat. arg ff. si vsusfru peta l. uti frui. & ideo pactionib. dicitur posse constitui. ff de vsusfr. l. 3. inst. co. ti. §.

a ¶ Dñs dr.] vñ legitur ꝙ libertas est, naturalis facultas eius qđ cuique facere libet, nisi qđ ui aut iure prohibetur. ff. de sta. ho l. libertas. & ideo scribitur, quod vis animæ non infertur 21. q 5. §. 1. Licet autem quis suorum actuum dicatur dominus per naturalem libertatem arbitrii, nõ autem membrorum suorum dominus dr vt illorum æstimationem facere possit. ff. ad leg. Aquil. liber homo. cum illa æstimationem nõ recipiant. ff si qua d. pau. fecis. dicatur. le. ex hoc. de iis qui deie. uel effu. leg. vlti.

b ¶ Cum per hoc.] scilicet liberum arbitrium.

c ¶ Ad eũ pertinet.] ratio huius est: quia actus vel opera unius non est alterius, ff de cond. indeb. l. si non sortem, §. libertus.

d ¶ Quod] s. concedere alteri in re sua actum aliquem exercere.

c ¶ Sicut.] exemplificat.

f ¶ Concedit commodatario.] cum illũ per se habere noscatur.

g ¶ Actum illum.] s. æquitandi.

h ¶ Sine iure.] scilicet vtendi, immo cum in re utendi fit talis concessio.

i ¶ Ius utendi, in tantum quod non est reuocabile, nisi actu completo. ff. commodati. le. in commodadato. §. sicut. extra eo. tit. ca. 1.

K ¶ Nequit constitui] cum in rebus talibus habens usum, proprietatem censeatur habere, ut pluries dixi in parte præcedenti.

l Præterea.] probat adhuc simplicẽ usum facti absque aliquo iure esse non posse.

m Vsus talis.] scilicet absque aliquo iure.

n Haberetur,] vltra ista nullum tempus est dare, quia omne tempus uel in pręteritum, uel in præsens, uel futurum diuiditur ff. de iniust. testa. l. cum in secundo, insti. de uerb. oblig. l. conditiones, ff. si cer. pet. l. cum ad præsens, cum legibus sequentibus.

o ¶ Nequaquam haberi potest.] comprobatur hoc per iura, ff com præd. l. si seruitutis, §. futuro, sicut & persona quæ nondum est, re aliqua uti non põt ff. de iure codic l. quidam referũt, extra de eccl. ædi. c. ad audiẽtiam 2. sicut quod in rerum natura non est, in stipulationem deduci non potest, inst. de inu. stipu. circa pri. & per alia quæ dixi in c. cum inter nonnullos.

p ¶ Per hoc tñ] s. ꝙ hẽt facultatem illum exercendi.

q ¶ Nisi in potentia.] talis potẽtia alias appellatur aptitudo, extra de bapt. maiores, §. cæterũ, sicut de iustitia, inquantum est humana creatura, dr, ꝙ est cõstans & perpetua volũtas in potẽtia videlicet uel aptitudine, q̃a in actu frequẽter est cõtrarium, ff. de iust. & iu. l. iustitia. Et de matrimonio ꝙ est cõiunctio maris & feminæ, indiuiduam uitæ consuetudinem retinens, s. aptitudine vel proposito, licet non actu. In. tit. de iure persona. circa prin. 27. q 7. §. 1. & de possessione momentanea C. de momenta poss l. 1. qui legitimã personam, l. momentaneæ

r ¶ Non existis.] opus est facto, quod quidem sola voluntas vel facultas non inducit, sed operatio facti, ff. de consti pec. l. promissorum, § constitutio, qui mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut, §. si uoluntate. de re iud. l. 4. § ait p̃tor, de pig act. l. non est mirum, extra de off. or. pastoralis, § vl. ut lit. non conte quoniam, §. in aliis, cum ibi nota. de eo qui mit. in poss. c. 1. in fin de hoc de re iud. cum aliquibus.

s ¶ In fieri.] idest, exercitio ipso facti. a

t ¶ potest dici.] qui actus aliquis ante, quã completus sit, esse completus dici non potest, sicut de illo qui est in uia eundi ad sanctum Iacobum, dici non potest quod iuerit, donec intentionem suã compleuerit, arg. ad hoc ff de cond ob cau. leg. si pecuniam, de uerb. obl. l. ita stipulatus essem. de for. §. siue igitur, instit. de oblig quæ ex deli. nasc. §. manifestus, C. de posthu. hære. inst. l. penult. ad Syllania. l penult.

u ¶ In fieri,] expone ut sup. proxi.

x ¶ De actu,] scilicet inchoato.

y ¶ In fieri,] scilicet completo.

z ¶ In rerum natura,] hoc referri ad pręteritum & futurum potest.

a ¶ In memoria,] scilicet præteriti.

b ¶ Vel apprehensione.] scilicet futuri.

Vsusfructus formalis differt a causa.

Libertatis diffinitio.

Membrorũ dominus ꝓpriorum nemo uidetur.

Vniuersitas delinquere potest.

Matrimonii definitio, & explicatio.

memoria, vel apprehensione tantum est, haberi [a] nequaquam potest. Quod autem in præsenti fit, momentaneum, [b] vel instantaneum [c] est: quod vtique magis intellectu quam sensu percipi potest: [d] vnde nec potest haberi pro tunc, [e] nisi pro momento illo seu instanti, in quo cum fit, [f] potest dici actum post actum completum, licet si ex facto ipso producta res aliqua fuerit, res ipsa aliqua facta haberi [g] valeat; factum tamen ipsum quod iam transit, nisi in memoria (prout supra dictum est) non habetur. [h] Præterea [i] si simplex vsus absque iure vtendi haberi possit ab aliquo, constat quod non iustus esset actus vtendi huiusmodi reputandus, [k] cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat utendi: talis autem vsus non iustus ad perfectionis statum nequaquam [l] pertinet, nec perfectioni aliquid [m] adiicit, sed sibi repugnare potius, ac detrahere [n] noscitur manifeste. Quod autem vsum non iustum conditor [o] canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, nequaquam debet aliquis sapiens æstimare: [p] immo quod de iusto [q] intellexerit, ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione curauit adiicere, quod illarum rerum dumtaxat in se & Ecclesiam Romanam recipiebat dominiũ, quarum vsum facti liceret [r] habere fratribus seu ordini antedictis: subiungens [s] nihilominus, quod non rerum [t] omnium vsum habere debeant fratres ipsi: quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure vtendi attinet, nulla rerum quoad fratres differentia est censenda; sic enim uti de facto [u] possunt prohibitis, vt permissis, [x] quare præmissa rerum [y] distinctio [z] ad illum vsum facti potius [a] est referenda, pro

a ¶ Haberi].s.de præsenti.

b ¶ Momentaneum] Idem per momentum durans arg. C.si de momen. pos.fue.appellatum, l.1. qui legi personam, &c.l.momentaneæ.

c ¶ Instantaneum].i in instanti faciendum.

d Percipi potest] simile ff.de sol. ratum. rem ratam haberi, l. quo enim §. Iulian. ext.de donatio. Apostolicæ.

e Pro tunc].s. præsenti.

f Cum fit, potest dici actum,] cum statim vel in momento esse desinat. argu. ad hoc ff. de condi. ob cau.l. qui se. 2. respon. de dona inter uirum, & vxor.l 2.§.ul de iure dotiũ l.licet si pecuniam.

g Haberi,] cum effectu intelligitur, ff. de verbo.sign. l.nomen. §. habere, immo alias tale habere in momento desinens, esset derisorium argu. ff.de iure do. l cum post, § gener. cum ibi no. & de leg. 1. legato generaliter.

h Non habetur] illud enim quod iam factum est, cum in instanti non sit, de præsenti non hẽtur: quia se non potest habere ad esse uel non esse præsens, arg. ff. si cer. pet. cum ad præsens, de iniusto test. l.cum secundo, inst. de uer. obli. §. conditiones, & quod iam factum est, pro non facto haberi non potest, ff.de capti. & postli. reue. in bello, § factæ, in corpore authẽt. de æquãdo.§.r.coll.7 72. q 5. si Paulus, nec ipsum factum amplius esse pôt. arg.C.de sacrosan.eccl l.1. arg.62, dist.§ pariter, quare consueuit dici, quod de tempore non habemus nisi nunc. Et super hoc quod hic dicitur de tempore præterito, præsenti vel futuro, uide quod plene tractat Aug.lib.11.confessionum.

Nunc, & nil aliud de tpe constat hẽri.

i Præterea] adhuc probare nititur, simplicem usum facti sine aliquo iure non posse subsistere.

k Reputandus] hoc probatur clare per ea quæ dixi in decret.cum inter nonnullos. in gl. sed unde.

l Nequaquam pertinet] cum perfecti sit nulli nocere, quod fecerat vsum non iustum habendo, omnib. autẽ velle prodesse 14 q.5.in c denique.

m Aliquid adiicit] cum ad perfectum spectat omnia contemnere 15.q.1.§.1.

n Detrahere noscitur] quia cum perfecti sit (ut dixi) nihil etiam iuste habere velle, sed omnia contemnere iniustum vsum habendo se in repugnantiã deducit, ar. C.de mu.pa.l.1.§ professor.li.10.ff. de uaca.mun.l.in honoribus, §. philosophis, de uariis & extraor. cogni. l.1.§: & an philosophis, 12.q.2.c. gloria episcopi. in ver. si Socrates.

o Conditor canonis].s.Nicolaus.

p Aestimare,] cum enim ipse sit Christi uicarius. de transl.epi.c. quanto. de re iud. Apostolicæ §. nos, lib.6. & lex animata in terris, in corpore authẽ.de con sue. circa fin.coll.4. nihil iniustũ in dubio permittere uẽ, argu. 21.di.c. nunc autem, 40 d.c.non nos. cum ipsemet profiteatur se velle obtinere quod suæ uolunt leges. in corpore auth.de iud. §.omnis, colla 6. nec vult a iuris tramite declinare, extra de proba. licet, §.1. & argumẽ. de excep.cap. cum inter, & ne alias iniustitia, uel iniuria oriatur vnde iura nasci debent, C. vnde vi. l. meminerint, extra de accu.l.qualiter, & ne sua constitutio aliquid imperfectum, vel iniustum continere dicatur, contra, l. si quis seruum, C. quã mili. non pos. lib. 12. de his quibus, vt ind. l.cum Syllanianum, cum & ipse sua rescripta contra ius elicita præcipiat ab omnibus refutari, C. de preci impe. offer. l. rescripta, 25. quæsti.2. cap. nec damnosa, & cap. seq. immo auferenda sunt de manibus portantis, & principi referenda, C. de paga sacrifi. & re eo. l. sicut. no. extra de fi. instr. pastoralis. Item si priuatus aliquid iniustum uel iniuriosum alteri in dubio permittere non videtur, ff. de his quæ infrau cre. l. si pater, de cond. ind. l. si procurator, § Celsus, multominus princeps, in corpore authen. ut differentes iudices, §. si tamen contingit, coll 9.

Princeps h[...] terris est di[...] ctus lex an[...] mata.

q De iusto] s usu.

r Liceret].i licitum esset, per hoc excludens vsum nõ iustum, arg. 14 q.4.c. quid dicam, 23.q.7.c.1.ff. de cond. inst. filios.

s Subiungens] dictum c. Exiit §. præterea loca.

t Non rerum] omnium, puta pecuniæ.

u De facto] ex quo supponitur absque omni iure.

x Vt permissis] in quib censetur usus non iustus, ex quo est absque iure utendi, ut supra.

y Rerum) quarum vsum licet vel non licet habere fratribus ipsis.

z Distinctio] facta per papam Nicolaum.

a Potius est referenda,) si quæras quare hoc? Respondeo: quia ad illum relata magis iuri communi conuenit:

nit: & p consequens rei agendæ utilior est, quare ipsa potius est suscipiēda, arg. ff. de iur. l. quoties idem sermo. & minus p hoc hēt iniquitatis, quare potius est eligēda ar. e. ti. l. quoties nihil. nam verba sunt in dubio interpretāda, vt iuri cōi non obuiēt, ar. extra de rescr. causam q. de cō sue. cum dilectus, & (qđ plus est) verba ad extraneū sensum trahēda sūt, vbi res de qua agitur, aliter salua esse nō posset, C. de libe. præteri. l. 4. & no. extra de uerb. sig. c. intelligentia.

a ¶ Ius vtendi.] saltē personale.

b Quarūdam enim rerum.] ut pecuniæ.

c ¶ Quarundam.] vt duarum tunicarum breuium & similiū vt in dicto, c. Exijt, §. licet autem.

d ¶ Ex quo.] scilicet quarūdam rerum vsus est prohibitus, & quarundam permissus.

e ¶ Ordinatio.] s. Nicolai.

f ¶ Loquitur.] s. ipse Nicolaus p ordinationem: nam ipsa ordinatio cum de se sit inanimata, nō loquitur, secūdum eū modū loquēdi scriptura loqui dicitur, idest Deus vel homo per scripturā, C. de sum. tri. epistola, inter claras circa prin. & ibi no.

ura lo quitur.

g ¶ De tali.] scilicet vsu.

h ¶ Idest.] congrua est hæc expositio, cū sine iure vtendi omnis vsus iniustus censeatur: ut sup. & plene probaui, in c. cum inter nonnullos, ad qđ super hoc te remisi.

quo ipsis competit fratribus ius [a] vtendi: quarundam [b] enim rerum vsus fratribus ipsis prohibitus noscitur, & quarundam [c] permissus: ex quo [d] sequitur, quòd vsus facti, de quo ordinatio [e] loquitur, [f] de tali [g] intelligi debeat, qui iustus sit, idest, [h] pro quo competat ius utendi: & hoc conditor ipse [i] canonis exprimit euidenter, cum in eadem ordinatione adiecerit, quod moderatus [k] vsus in expressis [l] prius rebus ipsis fratribus est concessus. [m] Præterea [n] si in rebus consumptibilibus possit vsus constitui vel haberi, nequaquam simplex [o] nec à rei substantia, proprietate, seu dominio separatus vsus huiusmodi posset [p] dici: cum per talem usum, id est vtendi actum & in ipso actu, & cum ipso actu res consumatur huiusmodi, ac in ipsius rei exerceatur substantia, nec sine rei ipsius consumptione esse [q] valeat vsus talis: ex quo patet, quod vsus talis nec simplex nec separatus [r] à dominio potest dici.

¶ Rursus [s] † nedum fratribus ipsis ordinatio [t] prædicta non profuit, sed etiam occasionaliter honori [u] sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non [x] leuiter detrahit, & detraxit. Nunquid non præfatæ Ecclesiæ derogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro ecclesiastico, [y] nunc in sœculari, [z] interdum quoque coram pedaneis [a] iudicibus, & plerunque pro rebus paruis [b] & uilibus [c] continue [d] litigare? Hoc [e] autem notum [f] est fieri: cum occasione retentionis [g] dicti dominii omnes causæ occurrentes agendo uel defendendo pro bonis huiusmodi nomine Romanæ Ecclesiæ uirtute

t ¶ Ordinatio prædicta.] s. Nicolai.

u ¶ Honori.] qui seruandus est, cum enim ex pcepto Christi matri carnali sit honor exhibēdus, & ēt ex iuris dispositione, ff. de obst. ali. l. 1. §. 1. & l. liberto, cum sim. multis: multo fortius matri spūali, qualis est Ecclesia Romana, mater oīum fideliū & magistra, 12 dis. c. nō decet. extra de sū. tri. dānamus, ad ff. de for. cōp. c. vl. 2. q. 6. c. ad Romanā 2. & de tali honore dici consueuit, q est qbuscūque diuitijs pferendus, ff. si qs omi. cā test. l. Iulian', & arg. ff. de aur. & ar. le. l. vestes, §. muliebria.

x Non leuiter] quasi dicat, immo grauiter.

y ¶ Foro ecclesiastico.] s. contra clericum, uel laicum pro iure ecclesiastico spāli, vel ei annexo, extra de iud. quanto, vel alias tēporali iurisdōni ecclesiæ subditum, de fo. comp. licet, cum similibus.

z ¶ Sæculari.] cui cū rei sūt subditi, actor forum eorum sequi tenet, de fo. cōp. c. si clericus, 11. q. 1. experientiæ, C. de iur. om. iud. l. in criminali, cum similibus.

a ¶ Pedaneis iudicibus.] quales sunt q humiliora & viliora negotia disceptāt, C. de peda. iud. p totū, & maxime in l. vlt.

b ¶ Paruis.] paruæ dici possūt respectu habito ad qualitatē potentis, argu. ff. de iud. l. sed & si susceperit, §. sed si proponas, extra de simo. & si quæstionis & plene dixi, in c. execrabilis.

† Vide Bar. li. 2. Minor. 8. dis. dicētē cōstōnē Martini non ꝑ se fus correctā adde Baldū relatū p Pe. de Auch. in clemen. Exiui.

i ¶ Ipse] scilicet Nicolaus.

K ¶ Moderatus vsus.] Per hoc denotare volens, vsum competere cum iure in rebus permissis: cum immoderatio, a iure primi dicatur, vt in proœ decr. & de ver. sig. c. vlt. & arg. C. unde ui. l. 1. ff. de testi. l. 1.

l ¶ Expressis prius] Dicto c. exijt, §. in alio, & §. quia vero.

m ¶ Est concessus] Ex hoc concluditur manifeste, vsum competere cum iure vtendi, prouenienti ex concessione principis, tale ius inducentis arg. 8. dist. quo iure, ff. de iniu. l. iniuriarum, §. 1.

n ¶ Præterea.] Adhuc probat, in rebus consumptibilibus simplicem vsum non cadere.

o ¶ Simplex] i. ab omni re.

p ¶ Posset dici.] Ratio est, quæ sequitur &c.

q ¶ Esse valeat.] Hoc sup pluries probatum est, quare non est iterandum.

r ¶ Nec separatus a dominio] cum habens in talibus rebus vsum, habere dicatur dominium, vt sup. pluries probaui.

s ¶ Rursus.] Septima pars.

c ¶ Vilibus] Hic uidere potes, quod no. in cor. auth. de man. prin. §. si tibi, coll. 3.

d ¶ Continue litigare.] Quasi dicat, certe detrahit: cū episcopus, i. litigiosum non debeat exhibere: cum ex hoc ordinari etiam prohibeat 27. dist. §. j & c. 1. & seruum Dei litigare non deceat: quare dicitur, quod verecundia, non est uituperanda, sed laudanda, ff. de tribus actio, l. illud, § qui tamen. de alieno, iudicii l. item si res, §. potest In hoc autem potissime detrahitur, cū ecclesia litigando, partem cum alio faciens habeat ad præsentiam iudicis infimi uenire, C. de episco. & cler. l. iubemus, & ipsa sit illa, ad quam vndecunque omnis oppressus recursum habiturus est, ut ad matrem, 2. q. 9. c. ad romanam, & c. omnis oppressus.

e Hoc autem.] s. litigare: etiam coram pedaneis iudicibus.

f ¶ Notum.] Quod probatione non eget 2. q. 1. de manifesta, extra de iureiuran. ad nostram, C. de accus. ea quidem.

g ¶ Retentionis.] Scilicet factæ per Nicolaum Papam,

cuiusdam priuilegii à felicis recordationis Martino Papa iiii. prædecessore nostro concessi, super hoc agitetur,[a] & (quod grauius est censendum) procuratores causarum huiusmodi multos vexare [b] dicuntur indebite, licet potestas attributa procuratoribus talibus per priuilegium antedictum quo ad administrationem bonorum [c] præmissorum, dudum seruata non fuerit, nec [d] seruetur: quæ [e] omnia in notam [f] & iniuriam [g] sanctę Romanæ Ecclesiæ non est dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta [h] ecclesiarum prælatis, & rectoribus [i] grauis existere nimium, & molesta [k] monstratur. Numquid non graue præmissis [l] potest existere, quòd ipsos oporteat se opponere [m] sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ ipsorum [n] caput [o] noscitur & magistra, [p] ac cum ea agendo vel defendendo litigare [q] assidue, vel cedere iuri [r] suo? hoc [s] tamen oportet illos [t] facere, cum in multis dicti fratres prædictis [u] existere dicantur iniurii; [x] sicut multorum prælatorum, & rectorum diuersarum prouinciarum adhuc in curia existentium habet insinuatio, [y] qui quidem fratres facta [z] sua per procuratores nituntur defendere [a] antedictos.

¶ Nos [b] itaque, qui veritatem tenemur colere, [c] velut ille, qui illius, [d] qui veritas [e] noscitur, [f] licet [g] immeriti, vicem teneamus [h] in terris, illa volentes in sancta Dei Ecclesię, quæ non verbo obtinent tantum, sed quę re potius obseruari: [i] premissis [k] in scrutinio rectę considerationis adductis, [l] ac delibera

a Agitentur.] idest agitari habeant coram certis iudibus uel conseruatoribus deputatis.
b Vexare indebite.] quod per ecclesiam alijs prohibetur, de rescrip. nonnulli, &c. quia nonnulli, cum sim. ergo ab hoc dēt Ecclesia abstinere, extra de na. ex libe. uen. c. 1. ar. ff. de fide iuss. tutor. si seruitus vendicet, in l. altius, de cōd. inde. l. frater a fratre. 11. q 1. Siluester 25. dist. c. vlt.
c ¶ Bonorum præmissorum] quorum dominiū fuit Ecclesiæ Romanæ per Nicolaum Papam retētum.
d Nec seruetur.] quare ex hoc dici posset aliqualiter abrogata, arg. 4. di. § leget, & arg eo. q̄ no. in fi. in corpore authen. de man. pri. §. patrocinio coll. 3. de tabel. § illud quoq;, coll. 4. Vel dic φ potestas licita per priuilegiū illud procuratoribus concessa p eos abutētes illo nō fuit seruata: quare p hoc priuilegiū amittere debuerūt, 74. dist. c. vbi ista, 11. q 4. priuilegium, extra de priuileg. tuarum.
e Quæ omnia.] s. litigare, & p priuilegiū alios uexare indebite, vt supra.
f Notam] idest diffamationem.
g Iniuriam.] quę pt dici insurgere hoc casu ex indebita, p̄textu priuilegij facta de aliquo, vexatione. arg. extra de fo. cōp. c. nullus.
h Antedicta.] s. prædicti dominij retentiua.
i Et rectoribus.] quocunque nomine censeatur, arg. 1. q. 3. saluator, & p istā copulatiuam. Et vr̄ hic innui, quod simplices ecclesiarum rectores non dicantur prę lati: cum de sui natura copula coniugat diuersa, ff. de le 3. l. ea tamē adiectio. Sed de hoc dic, ut no extra de iud. decernimus, de offi. ord. c. cum ab ecclesiarum, & hoc verbum, prælatis, denotat, ecclesiæ prælatos maiores, arg. dicti c. decernimus.

Copula coniungit diuersa.

k Et molesta.] quare ex hoc merito tollenda, arg. 4. dist. c. erit autem lex.
l Præmissis.] s prælatis, & rectoribus.
m Opponere] l. litigando.
n Ipsorum.] s. prælatorum & rectorum.
o Caput noscitur.] 12. dist. c. non decet.
p Et magistra.] extra de priuileg. antiqua.
q Litigare.] certe negari non pōt, quin hoc eis sit graue: cum Ecclesia personam parentis representans, sancta & honesta semper videri debet prælatis & rectoribus, arg. ff de obse. a libe. l. liberto.
r Cedere iuri suo.] quod esset contra l. [illegible] iud, ff. de pe, hære.
s Hoc tamen.] scilicet litigare, vel iuri suo cedere.
t Illos] s. prælatos & rectores.
u Prædictis] s. prelatis & rectoribus.
x Iniurij] idest iniuriosi seu contumeliosi, arg. ff. de iniu. l. item apud, § conuitium, cum similibus.
y Insinuatio.] idest patefactio & assertio. simile extra de app. ex insinuatione.
z Facta sua.] s. contitiosa seu iniuriosa, vel alijs vexationem inducentia, vt supra.
a Defendere.] & male, quia p aliū talia facere perinde est ac si facerēt p se ipsos, arg. ff. de vi & vi ar. l. 1. § deiecisse, de iniu l non solum, §. mandato, & §. proculus. Et taliū pcuratorū habentium a fratrib. plenā & liberā potestatem facta ipsis fratribus nocent. ff. de trib. act. l pcuratoris C. de excoct. & trans. mill. an. l. in excoctione. lib. 12.
b Nos itaq;.] Octaua pars.
c Colere.] p approbationē: veritati. n: manifestæ cedit opinio, 8. dis c. veritate. extra de purg. vulg. c. significātib. ff. quādo act. de pecu. est an na. l. quæsitū, alias est §. vlt l cū simi. & hoc verum, nisi vbi inducitur p̄sumptio iuris, & de iure, uel fictio: quia illi debet præcise stari, not. de spon, is q, ff. quod metus cau. l. vlt. C. de proba. l. si ue possidetis, 50. dis. c. ferrum.
d Illius] s. Dei.
e Veritas.] subaudi esse.
f Noscitur.] vnde vere dr̄ via, veritas & uita: via, in exemplo non errans: veritas, in promisso nō fallens: vita in præmio, s. æterno non moriens, de poen dist. 2. c si enim inquit, ver. qui dicit, 11. q 3. existimant, & c. imperatores, no. de hoc in corpore auth. de si. instru. circa. prin. coll. 6.

Deus ē via, ueritas & uita.

g Licet immeriti.] h. d. pp humilitatem, vel pp pronitatem humanæ naturæ ad peccandum, 12. q. 1 omnis ætas, in corpore auth. de mon. §. si quis igitur, circa fi. coll. 1 alias nullus eum sanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit 11. dist. non nos.

Natura humana prona est ad peccandum.

h Teneamus in terrijs] simile extra de transla. epis. c. quanto, vt eccl. benefi. c. 1. de re iud. ad Apostolicæ, §. nos autem, lib. 6.
i Obseruari.] C. plus ualere quod agitur, per totum, dixi sup. co. in uerbo, colere.
k Præmissis] sup. in hac decr. recitatis.
l Adductis.] per hunc modum hominis actus ad finē prosperum deducitur, arg. C. de legi humanum, de re pu. l. dubium non est, 11. q. 3 summopere.

a Diligenti.] simile, C. ne filius pro patre. auth. habita. quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur, 20. dist. c. in quibus C. de inge. manu. l. si auiâ. de fideicom. li. l. vlt. ff. de bo. pos. l. in bonorum, cum simi.
b Dicti ordinis.] s. fratrum Minorum.
c Non verbis tantum.] ad hoc facit 16. q. 1. si cupis. C. de episc. & cler. l. decernimus.
d Simulatis actib.] simulatio hic in mala parte sumitur: quare infra peruersa appellatur: aliàs in bona accipitur sup quo vide quod nota. de his quæ vi metusve cau. sunt, c. 1. ad tales autē actus dominus respectum non habet: cor enim syncerum, non manum interrogat 13. q. 5. c. si quid inuenisti. & plus respicit cogitationes quā actus, 14. q. 6. c. si sacerdotib ad finem.
e Operibus claris,] quasi dicat, patentibus, non occultis, ad instar operum Christi quæ patentia, nō clādestina fuerunt: iuxta per eum dicta, Ego palā locutus sum mundo, &c. & iuxta id: Qui male agit, odit lucē, & ar. ad hoc ff. de admi. tut. l. nō existimo de ritu nu. l. vl. C. de repu. l. vxor. cū similibus. Vel dic claris, idest non implicitis, sed explicitis: nō obfuscatis, sed dilucidis: claritas enim in agibilibus à iure approbatur. ff. de instito act. l. sed & si. §. proscribere, in corpore aut. de test. imperfect. § nos igitur. col 8.

tione cum fratribus nostris & multis alijs præhabita diligenti [a], dignum arbitrantes & congruum, professores dicti ordinis [b] non verbis [c] tantum, non simulatis [d] actibus, sed operibus [e] claris, veritate [f] suffultis perfectioris status, ac altioris paupertatis sibi prærogatiuam præ alijs Mendicantibus vendicare, ac nihilominus honori [g] sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, (cuius obnubilari [h] posset gloria, si tam peruersæ [i] simulationi, quę profecto & ipsis simulantibus officit [k], & alijs scandali [l] materiam subministrat, dissimulando illi occurrerre consentiret [m]) ac insuper volentes indemnitati prȩlatorum & rectorum [n] salubriter super hoc prouidere, nolentes in posterum sub prętextu seu pallio [o] talis dominii temporalis verbalis [p], nudi [q] ac ęnigmatici [r], tanta bona, quanta dicti Fratres faciunt infici [s], ac fomentum [t] tantis malis, quanta [u] procedunt ex simulatione huiusmodi ministrare [x]: De fratrum [y] nostrorum consilio, hoc edicto in perpetuum valituro sancimus, quod in bonis, quæ in [z] posterum conferentur [a] vel offerentur, [b] aut aliàs quomodolibet [c] obuenire continget Fratribus seu ordini supradictis (exceptis [d] ecclesiis [e], oratoriis [f], officinis [g] & habitationibus, ac vasis, libris & vestimentis diuinis officiis dedicatis [h]

f Veritate suffultus.] quasi dicat non fictione vel simulatione, simulata enim pro infectis habenda sunt.
a ¶ Intentio] ad quam semper recurrendum est: & superficiei literæ est pręferenda, extra de præb. cū olim. ff de cond. & dem. l. in conditionib. de leg. 1. si seruus plurium, §. fi.

b ¶ Dicta regula.] s. sancti Francisci.

c ¶ Euangelico fundetur eloquio.] idest fundamentum suscipiat ex verbo Euangelico.

d Roboretur exemplo.] s. quo ad omnia in ea contenta, vt supra.

e ¶ Multa. de quib. inf subiicitur.

f ¶ Nec exemplo.] s. facti.

g ¶ Conditor regulæ.] beatus Franciscus.

h ¶ Denarium vel pecuniam.] de denario vel pecunia recipiendis specialis per regulam facta fuit interdictio, dicto c. Exiit. §. cęterum in eadem: quia ipsorum receptio naturaliter, vt in pluribus, frequenter quem ad illicitū impellit.

i ¶ Nec firmauerunt exēplo] cū & Christus & Apostoli habuisse loculos & pecuniam sint reperti: quod ꝓsequere vt dixi in c. cum inter nō nullos.

k interdixit.) Matt. 10 ca.

l Quod tamen.) scilicet pecuniam portare.

m Dicta testantur.) sed vbi? Vide quod nota. plene in capitu. cum inter nonnullos, in gl scripturæ sacræ.

n Præterea Augustinus) expositor uerborū Christi interdicentis Apostolis cum ad prædicandum mitterētur, pecuniam portare.

o Dicit exp̄sse.) d. c. Mat. 10 & Th. ibidē post eum.

p ¶ Quod illud.) s. pecuniam non portare.

q ¶ Non fuit præceptum.] id est in vim præcepti iniunctum: quia tunc cōtra facere, esset peccatum, distinct. §. vltim. secus in iis quę sunt de consilio perfectionis, vt ibi, & 14 quæstione prima, quia ergo, not. extra de ætа. & quali. ad aures.

r Quam] s. potestatem recipiendi necessaria ab iis quibus Euangelium prędicabant.

s Seruare Apostolis licuit.] non erat enim magnum ab illis vitæ necessaria, & tpalia recipere, qb. spūalia ministrabāt 1 ad Cor. 9. extra de pręscr. cum ex officii, de off ord c si episcopus, lib. 9 13. q. 1. §. his ita.

t ¶ Sed hoc.] s. quod regula eorum Euangelico fundetur eloquio, & fide Christi & Apostolorum roboretur exemplo, quod sine proprio speciali uel communi habeant esse fratres: vt fuerat Christus & Apostoli. Hic autem sume literam, videtur intellexisse dicere quę est infra.

u Obedientia.) quę dicitur melior quam victima. extra de maio. & obe. ca. illud, & quę sit ratio, exprimitur, sup. c. quorundā, §. pen.

x Intellexisse dicere) subaudi, non autem prohibuisse usum ēt cum iure vtendi & hoc latius infra patebit.

y Quod utique.) sic ipsum intellexisse.

z Declarationib. nostris.) s. factis in constitutionibus, Ad conditorem, & quod cū inter nonnullos, cum in eis non dicatur quin carere proprio, & sub obedientia, & in castitate uiuerē debeant, & qn quo ad Euangelica in regula expressa, ipsa regula Euangelica dicatur.

a Ipsum.) s. Nicolaū quartum.

b Dixisse.) s. in sua declaratione.

c Nudo] i. depurato & de nudo ab omni proprietate & dominio, & ab omni iure vtendi.

d Quo ad Christum & Apostolos.] licet quo ad fratres de tali vsu expresserit.

e ¶ Fecerit mentionem.] hic videre potes quod dixi sup. eodem. §. proximo, circa prin. in glos. unde salto.

f Ius aliud.] saltem personale, uel personę cohærens.

g De sola abdicatione proprietatis.] de ipsa sola mentione faciendo per modum abdicationis, aliud ius abdicasse in dubio nō videtur sensisse, argumen. ff. de fund instructo, l. quęsitum, §. idem respondit domo. & lege, cum de laniomis, §. cum fundi. in lib. feud. de feud. c. g lege prima, in fin.

h Non iuris alterius.] s. utendi.

i Quantum ad ipsos.] s. Christum & Apostolos.

Tpalia recipiat q spiritualia ministrat,

a Etiam

mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus prædecessor noster videtur sensisse, quod Christus, & Apostoli etiam [a] quo ad proprietatem habuerunt aliquid in communi: cum enim in sua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixisset [b], respondens obiectioni tacitæ, quæ sibi de loculis, quos Christus habuisse in Euangelio [c] legitur, poterat fieri, statim, quæ sequuntur, subiunxit: Nec his quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur Christum loculos [d] habuisse: nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt [e] opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum [f] imperfectioni condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic & infirmorum personam Christum asserit in loculis suscepisse: Aliàs impertinens [g] de loculis fuisset obiectio, nisi intellexisset, Christum etiam quo ad proprietatem loculos habuisse. Præterea si diceretur, Christum in loculis habuisse tantummodo simplicem vsum [h] facti, frustra [i] diceretur, quòd in persona infirmorum ipsos Christus habuit loculos: cum [k] secundum eum † perfectis [l] etiam conueniat habere simplicem vsum facti. Et [m] si quæratur propter [n] quos infirmos istos loculos habuerit, Augustinus [o], cuius dictum insertum est [p] in decretis, respondet dicens: habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat: unde [q] constat ipsum [r] de suis [s] discipulis hoc sensisse. Nec hoc scilicet in communi, & quo ad proprietatem aliqua habere derogat, iuxta dictum Gregorij noni prædicti, altissimæ [t] paupertati, qui in quadam sua decretali [u] dicit expresse, fratres Prædicatores [x] & Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari; & tamen cōstat ipsos Prędicatores habere in communi etiam quo ad proprietatem aliqua, [y] quod [z] eorum [a] regulæ, & statui non [b] repugnat. Hoc ēt [c] Alexander [d] prædecessor noster præfatus in condēnatione libelli [e] contra statum Prędicatorum, & Minorum editi, vide-

Suorum app pellatione q cōtinentur.

a Etiam quo ad proprietatem.] quasi dicat nedum quo ad ius vtendi.
b Dixisset.] d.c. Exiit. §. porrò.
c In Euangelio legitur.] Ioan. 12. & 13. cap. & 12. q. 1. cap. habebat Dominus.
d Loculos.] hoc verbum expone vt dixi in c. cum inter nonnullos, in gl. scripturę sacræ.
e Perfecta sunt opera.] ipse. n. opus imperfectionis non nouit.
f Infirmorum.] ratione imperfectionis.
g Impertinens.] hic nihil curo dicere: quia satis dixi ēt ante publicationē huius constitutionis in c. cum inter nōnullos, in gl. quæ incipit, mirabile ibi videas.
h Vsum facti.] absque alio iure proprietatis.
i Frustra diceretur.] & sic quo ad hoc sua declaratio fuisset inanis, frustratoria, & vacua: quod non est cēsendum: quia in constōne verba apposita non debent esse superflua, C. de nouo cod compo. circa medium 19 dis. si Romanorum, nec frustratoria, ff. de leg. 1. l. si qn. immo debent aliquid operari, ff. de vsu. l. si stipulatus, extra de maior. & obe. solitæ. de priui. c. si papa, lib. 6. de concef. preb. cap. cum ei quem. cle. 5.
k Secundum eum.] s. Christum: uel dic eum, s. Nicolaum iiii.
l Perfectis etiam.] quasi dicat nedum ratione imperfectionis infirmis.
m Et si quæratur.] forte per volētem diligenter cūcta rimari & pfecte intelligere id quod legitur, arg. in corpore authen. de quæstio. §. pen. col. 6. & in c. quia nonnunquam, §. nos autem.
n Propter quos.] id est, quorum contemplatione & intuitu.
o Augustinus.] Ecclesię doctor egregius & confessor eximius. extra de reliquiis, ca. gloriosus, lib. 6.
p Insertum est in decretis.] 12. q. 1. c. habebat Dominus, hanc auctoritatem Augustini expone, & super ea dic vt plene not. in c. cum inter nonnullos, in glo. scripturæ sacræ, vltra medium glossæ.
q Vnde.] scilicet quia Dominus loculos habebat oblata conseruans, & suorum, &c.
r Ipsum.] scilicet Christum.
s De suis discipulis.] illi appellatione suorum de quibus præmiserat, non immerito comprehenduntur: vt pote per eum sine fraude & fictione recepti & sui familiares, & domestici cōmensales, arg. extr. de ver. sign. c. sicut, de priui. c. licet, de sent. excommunic. quicunque, lib. 6. ratione enim seruitij dicebantur sui, C. in quibus cau. col. censi. l. 2. lib. 12. & ibi not. Alibi autem alio respectu sui dicuntur, cōtra quos quis testimonium ferre non cogitur, C. ad Turpil. si fœmina. & ibi no. per Gar. dicto cap. quicunque. & ad hoc facit extra de testi. c. de cætero.
t Altissimæ paupertatis.] cū nec videantur derogare perfectioni: quia sine eius impedimēto possunt in communi aliqua possideri, 12. q. 1. c. expedit.
u Decretali.] extrauaganti.
x Prædicatores.] Nomina prædicatores præmittit: quia primo processit eorum institutio. simile extra de excess. prala. cap. 1. de relig. dom. c. 1. de dec. c. 1. in suprascriptione, lib. 6.
y Aliqua] puta horrea, cellaria, pro grano, & uino recolligēdis.
z Quod.] scilicet habere aliqua in communi.
a Eorum.] s. Prædicatorum.
b Non repugnat.] cū ipsorum regula habere eis talia non interdicat.
c Hoc etiam.] s. quod habere aliqua in communi etiam quo ad proprietatem, non derogat paupertati.
d Alexander.] s. quartus cuius confirmationem dicti detractores pro se inducebant, ut sup. in par 2.
e Libelli.] id est facta de libello subuersiuo, uel detractorio quantum in se erat ordinum Prędicatorum, & Minorum. Et quæ sit pœna contra proponentem libellum diffamatorium alterius, vide quod legitur C. de famo. libel. l. 1. ff. de iureiur. l. lex Cornelia, §. si quis librum, & 5. q. 1. c. quidam.

a ¶ In qua] scilicet condemnatione.
b ¶ De dictis fratribus.] s. Prædicatoribus & Minoribus.
c ¶ Ijdem fratres.] s. Minores & Prædicatores.
d ¶ Propter Deum delinquerint.] sic fecerunt Apostoli, vt in Euangelio legitur, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c.
e ¶ Exilia] idest tenuia, & pauperrima sicut vulgariter dici cõsueuit, quod frequenter aliqua ecclesia vel dignitas habet prouẽtus pauperes & exiles. merito autem sic dicũtur exilia, quia eisdem fratribus per q̃stum publicũ tribuere victum solet incerta n èdicitas extra de relig. do, c. 5. §. confirmatos C. de mendic. vali. l. 1. lib. 10.
f ¶ Pauperem] idest in paupertate viuere volentem.
g ¶ Perfectionem euãgelicam] iuxta quem saltem de cõsilio omnia abdicanda sunt, vt in Euangelio legitur. Si vis perfectus esse, vẽde omnia quę habes, & da pauperibus. 14. q. 1. §. 1 no ex tra de çia. & quali. ad aures
h ¶ propter quod] s. quod Christum dicũtur imitari. & perfectionem Euãgelicam amplexari.
i ¶ Eos.] i. Fratres Prędicatores.
k In statu saluandorum.] per hoc quod reliquerunt oĩa propter Deum.
l ¶ Sed etiam perfectorum] in hoc s. q̃d Christum imitantes perfectionem Euangelicam amplexantur.

tur sensisse, in [a] qua aliquando de dictis [b] fratribus quæ sequuntur subiunxit: cum insuper respondet, quod ijdem fratres [c] omnia propter [d] Deum dereliquerint, exilia [e] vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem [f], perfectionem [g] Euangelicam amplexando, propter [h] quod euidenter apparet eos [i], non solum in statu saluandorum [k] existere, sed [l], etiam perfectorum, & per suç religionis obseruantiam [m], quæ quidem ipsius perfectionis Euangelicæ tenet [n] formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem [o] gloriam promererivbi [p] quidem expresse dicit, Prædicatores Christum pauperem imitari [q], ipsosque perfectionem Euangelicam amplexari [r], & in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religionis obseruantia perfectionis Euangelicæ tenet formam: & tamen constat ipsos [s] habere posse etiam [t] quo ad proprietatem aliqua [u] iuxta eorum regulam in communi. Nec obstat [x] quod dicunt Innocentium (alias Cęlestinum) v. prædecessorem nostrum dixisse altam paupertatem esse habere pauca [y] propria, pp̃ter Deum; altiorem quæ nulla [z] habet propria, tamẽ habet in [a] communi; altissimã, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in cõmuni: dicimus quidem quod hoc dixerit. non ut Papa [b], sed vt frater [c] Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua quare [d] dicta pręmissorum [e] summorum Pontificum [e] sunt ei [f] merito præferenda [g]. Dicunt etiam, quod Apostolus de tali altissima [z] loquitur paupertate dicens [i], & altissima

10

20

30

40

50

m Obseruantiam] de se multum meritoriam existentem, ut in c. quorundam, § pen.
n Tenet formam] in relinquendo omnia propter Deum
o Præcellentem gloriam] s. vitæ æternæ, iuxta verbũ Euangelii, Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.
p Vbi quidem.] s. in dicti libelli condemnatione.
q Imitari.] volendo in paupertate uiuere.
r Amplexari.] In relinquendo omnia propter Deum.
s Ipsos] scilicet Prædicatores.
t Etiam quo ad proprietatem] quasi dicat, nedum quo ad vsum.
u Aliqua.] expone hic vt supra.
x Nec obstat] s. prædict. s. quod habere aliqua in communi non obuiat altissimæ paupertati.
y Pauca propria.] sorte ad uitæ sustentationem ar 47. dist. c. sicut ibi,
z Nulla habet propria.] s. in singulari.
a In communi.] ideo in illis magistraliter dici potuit esse altiorem paupertatem quam in propriis, quia illa vere dici non possunt propria ar. ff. de uerb. sign. l. pupillus §. ult. 47 dist. c sicut hi. & quia in illis non competit sic plena dispositio sicut in propriis. ff. communi diui. l. Sabinus. iuncta l. in re mandata. C manda. & in illis natural: uitio eueniit negligi quod communiter possidetur, Co. quando & quib quarta pars l 2. libr. 10 Et per eandem viam loquendi magistraliter vel argumẽtaliter potuit moueri innocentius iste ad dicendum quod altissima sit paupertas, nihil habere velle, etiã in communi propter abdicationem omnimodam sollicitudinis temporalium: quæ uix sine peccato saltẽ ueniali exerceri potest. 16. distin. æqualis.
b ¶ Non ut papa.] tamquam Papa enim multũ potuisset dclarando, nedum fidei articulum: immo & nouum [1] articulum inducendo, quod intellige ut diximus in capit. cum inter non nullos, in uerbo, declaramus.
c ¶ Sed ut frater Petrus.] & sicut priuatus, vel ut magister non potest constitutionem generalem inducere, cum hoc facere solum spectet ad principem. C. de legi. l. 1. Sic alias est reperire quod quis Papa, existens. aliqua profert non tamquam Papa, sed ut magister, & tamen eius dictis tanquam magistri non statur, extra de restit. spol. c. Ifas, §. nos autem, cum ibi not. Nec interlocutoriæ eius sine causæ cognitione prolatæ in certo negotio. statũ in alio, cum non vt princeps eam sic tulisse dicatur, C. de legib. l. 3. §. vlt. & alias reperitur q̃ aliquis non ipse, sed ut aliquis aliqua facit ff de adopt. l. si pater, §. qui duos solu mat. l. si uero negotium, §. 1. ad senatusc. Syllan l si sequens in fin. C. de admin. tu. l. cum quędam cum similibus.
d ¶ Quare, s. quia illa dixit non ut papa. sed ut frater Petrus.
e ¶ Summorum Pontificum.] s Nicolai 4. su. in uersu, adhuc idem, & Gregor su. in uerso, nec hoc s. & Alex. 3 verb hoc etiam.
f Ei,] s. Innocentio, qui prædicta non ut papa, sed vt priuatus dixit,
g præferenda] vtpote auctorizabilia, & ab om. obseruanda, 11 dist. nolite ext. de const ca. 1 C. de legi. leges vt gñales, cum ut dixi sine impedimento perfectionis possit in communi aliqua possideri, 12. q. 1. expedit.
h De tali altissima] s. quib nihil habet in proprio uel communi.
i Dicens] 2. ad Cor, 8, c,

60

possessi... ter uegli... frequent...

1 Vide ... S. Th. e. 2 ... 4. ar. 10,

paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quod euidenter est falsum:[a] quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui[b] etiam[c] in speciali bona temporalia obtinebāt,[d] de[e] quibus Apostolus[f] asserit, quod supra[g] vires suas miserant eleemosynas sanctis.

¶ Quod[h] autem dicitur in declaratione Nicolai prædecessoris nostri contineri,[i] quod fratres Minores in rebus, quæ eis obueniunt, habent tantum simplicem vsum facti, dicimus, quod si ipse intellexerit simplicē vsum facti denudatum omni[k] iure, ita quod fratres ipsi seu ordo nullum ius[l] habeant vtendi, hoc est expresse contra declarationē Gregorij, Innocentii, Alexandri summorum Pontificum prędictorum, quib. expresse quod talium bonorum ordo vsum habeat, continetur:[m] quod de vsu iuris est intelligēdum necessario, ut superius est[n] probatum. Adhuc dicimus, quod est cū hoc impossibile, scilicet vsum facti simplicē absque iure aliquo (quod nihil aliud quam ipsum vti proprie potest dici) posse in re aliqua etiam vsu non consumptibili ab aliquo obtineri, prout in decretali, Ad conditorem canonum, est probatum, & † Augustinus in libro 11. de actu tenet expresse. Præterea si simpliciter vsus denudatus ab omni iure haberi posset ab aliquo, constat, quòd actus vtendi huiusmodi esset reputandus non iustus[o] cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat vtendi: vsus autem non iustus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adijcit, sed sibi repugnare potius noscitur[p] manifeste. Quod autem vsum talem non iustum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, probabile[q] non videtur, immo quod de iusto intellexerit, ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione adijcit, quod illarum rerum dumtaxat in se, & etiam Romana Ecclesia recipiebat dominium, quarum vsum facti liceret[r] habere fratribus, seu ordini antedictis: subiungens, quòd non rerum omnium[s] vsum habere debeant fratres ipsi. Quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure utendi attinet, nulla[t] rerum potest censeri differentia quo ad fratres; sic enim uti de facto possunt prohibitis[u] vt permissis.[x] Ex quo sequitur quod vsus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi[y] debeat, qui iustus sit, & pro quo competat ius vtendi: & ipse videtur conditor canonis ex eo etiam sensisse, quod in eadem ordinatione sub iunxerit,[z] quod moderatus vsus in expensis prius rebus ipsis fratribus est concessus.

¶ Rursus[a] impugnatores[b] cōstitutionū huiusmodi asserere publice perhibentur, quod li-

H 3.

a ¶ Est falsum.] s. quod Apostolus dicta uerba protulit loquendo de paupertate Christi & Apostolorum.
b ¶ Qui.] s. Macedones.
c ¶ Etiā in speciali.] quasi dicat, nedum in communi.
d ¶ Obtinebāt.] alias eleemosynas de quibus sequitur, facere minime potuissent, vt plene dixi in cap. cum inter nonnullos, in gl. scripturæ sacræ, circa finem.
e ¶ De quibus.] s. Macedonibus.
f ¶ Apostolus asserit.] dicto c. 2. ad Corinth 8.
g ¶ Supra vires suas] id est, sup. quam commode pati posset ualor facultatum suarum argu. ff de iure do. l si ue generalis, de reli. l. at si quis, §. æquum, vbi pupil. educ debe. l in alimentorum, §. 1. C. de rescin. uend l. quisquis, ubi uerba similia sic exponi consueuerunt.
h ¶ Quod autem dicitur [Sexta pars]
i ¶ Contineri.] dicto cap. Exijt. §. porro.
K ¶ Omni iure.] saltem personali vel per sonæ cohærenti.
l Nullum ius] etiam personale.
m ¶ Continentur] un de illorum plurium videtur super hoc iudicium præferendum vel saltem iuxta illud Nicolai 4 dictum fore intelligendum, consueuit enim esse integrum iudicium quod plurimorum sententijs comprobatur, & quod a pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. dil a quibus, & per ampliores homines perfectissima ueritas reuelatur, C. de fideic. l ult. de inge. manumis l. 3. & maxime per ea quæ inf. subijciuntur. s. quod ordo vsum habeat.
n ¶ Est probatum.] s in § quod autem subsequenter, in decr. Ad conditorem canonum vbi de hoc satis dixi, quare hic non repeto.
o ¶ Non iustus.] qualiter hoc per iura probetur uide quod not. in cap. cum inter nonnullos. in glo. sed vnde.
p ¶ Noscitur manifeste] & hoc probatur ut dixi in c. ad conditorem, in §. licet autem in rebus, in uersi. præterea si simplex,
q ¶ Probabile non uidet] videas hic quod late dixi dicto cap Ad conditorem, in verbo æstimare.
r ¶ Liceret] idest, licitū esset: per hoc excludens vsum iniustum arg 14 q 4 c. quid dicam 21 q 7 ca. 1. ff de cōd & demon l. filius & dixi dicto c Ad conditorem § licet.
s ¶ Non rerū oīum.] puta pecuniæ.
t ¶ Nulla rerum.] in quibus licet uel non licet habere fratribus ipsis.
u ¶ Prohibitis.] ut pecunia.
x ¶ Vt permissis.] in quibus censeretur vsus non iustus, ex quo esset absque omni iure utendi.
y ¶ Intelligi debeat.] sed qualiter hoc, vide quod dixi dicto c. Ad conditorem §. licet circa fin. in glo. si quæras quare hoc.
z ¶ Subiunxerit.] & hic etiam vides quod ibidem post dictam g'. dixi.
a ¶ Rursus.] 7. pars.
b ¶ Impugnatores. §. s.' dictatum constitutionum. Ad conditorem, & cum inter nō nullos.
c ¶ Publice.] in hoc deterius committebant quam si occulte asserer ent, p̄p maioris mali exempli perniciem 11. q. 3 præcipue, & arg extra de excess. præl. quam sit, & quia rationibus, & au-

Dictū inter dū quod plurimorū iis approbatur.

... ita: & ... de do. christiana, ... &c.

Publica delicta sunt occultis grauiora.

bellum, & dicta magiſtrorum aſſerentium dictam [a] paupertatem & vitam dictorum fratrũ [b] non eſſe Euangelicam & Apoſtolicã, ſummi Pontifices damnauerunt, [c] diſtrictius per Apoſtolicas litteras inhibentes, [d] ne quiſquam præmiſſa [e] vel aliquid pręmiſſorum cõtumaciter adſtruere, [f] ſeu quomodolibet præſumeret defenſare: [g] ſtatuentes, quod pręſumẽs contrarium tamquam contumax Eccleſiæ Romanę rebellis [h] ac vt hęreticus [i] haberetur. Ad quod [k] dicimus aſſertionem [l] huiuſmodi falſam eſſe: non enim continetur in ſenteutia ſupradicta, quod contrafaciens vt hęreticus haberetur: quę quidem quo ad hoc continet [m] quæ ſequuntur: Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, nequiſquã pręmiſſa vel aliquod præmiſſorum pertinaciter [n] aſſerere, vel quomodolibet defenſare pręſumat: quicumque vero hoc [o] præſumpſerit, tanquam contumax & Eccleſiæ Romanæ rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adiectum, ꝙ ut [p] hæreticus † haberetur, vt patet in ſerie ſententiæ [q] condemnationis prædictæ.

¶ Rurſus [r] aſſeruiſſe dicuntur publice [s] huiuſmodi aſſertore), quod abdicatio [t] iuris in cuiuſcunque [u] rei proprietate & in vſu eius eſt [x] ſancta & meritoria propter Deum, & a Chriſto in ſcipſo ſeruata, [y] Apoſtolis impoſita, & ab ipſis ſub voto aſſumpta: nec propter hoc vſus facti ad ſuſtentationem naturæ in Chriſto, & Apoſtolis conuincitur eſſe non [z] iuſtus, ſed tanto iuſtior atque perfectior & Deo [a] acceptior, & mundo exemplarior, quanto plenius renunciatum fuerit omni iuri per ꝙ poteſt ſic vtens ꝓ vſu huiuſmodi quomólibet contendere, uel in judicio litigare. Quæ q; dem aſſertio continet multa [b] falſa: cum neq; Chriſtum expropriationem [c] prædictam omnis juris in cuiuſcunque rei proprietate, & in eius vſu in ſe ſeruaſſe, nec eã impoſuiſſe Apoſtolis, neq; ſub voto ab ipſis fuiſſe receptã Euãgelica ſeu Apoſtolica doceat [d]

auctoritatib. defendere ſe nitunt. 32. q. 4. c nemo, ubi dr̃ ꝙ tolerabilior eſt culpa ſi lateat, quam ſi culpæ vſurpetur auctoritas, & ibidem hoc notatur.

a Dictam paupertatem] ſcilicet arctiſſimam.

b Fratrum] ſcilicet Minorum.

c Damnauerunt.] non ſine periculo aſſeruntur, falſo tamen dicti ſummi Pontifices hoc damnaſſe: ſi enim uerũ eſſet, pro damnato debet haberi qđ ipſi damnaſſent. 11 di. ca. hoc ueſtræ, & c. ſeq. C de ſum tri. l. 1. cum ſimi.

d Inhibentes.] tali inhibitioni, ſi facta fuiſſet, obtẽperari debuiſſ. 14 diſt. deniq;. 11. q. 3. qui reſiſtit, extra de maio. & obe. ſi qs. ff. de reg iur. l. non uidetur dolo. §. qui iuſſu.

e Præmiſſa.] ſ. dictam paupertatem, & uitam fratrum non eſſe Euangelicam & Apoſtolicam.

f Adſtruere] idest, affirmare ſimile extra de cã poſ. cum Eccleſia. § nos igitur.

g Defenſare.] ſi per dictos ſummos Pontifices ꝑmiſſa fuiſſent damnata, & inhibita, ex tunc ipſa defendentes damnabiliores cęteris forent cenſendi 24. q. ult. qui aliorum.

h Eccleſię Romanæ rebellis.] cuius pęna magna eſt, ut colligit 11. q. 3. qui reſiſtit, extra qui ſi ſint legi. per uenerabilem, & c. pẽ. & dicetur latius inf. e. c. in fine.

i Hęreticus hẽretur.] hic uidere potes qđ dixi in c. cum inter nonnullos.

k Ad ꝙ dicimus.] hic Icipit impugnare cõſtitutionem ꝓ impugnatores aſſertam.

l Aſſertionem hmõi falſam eſse.] vnde ſic allegantes uiderentur falũ criminis ſe reos feciſse, ut dixi ſup. in §. quod autem ſubſequenter, in gl unde falſo.

m Conti net quæ ſequuntur.] ponit tenorem ſnæ, ut per eius recitationem aperiat aſsertionem prædictam fore falſum.

n Pertinaciter] hic poſses recitare quæ dixi in c. cum inter nonnullos, in uerbo, pertinaciter.

o Hoc præſumpſerit.] ſ. prædicta, uel aliquod de præmiſſis pertinaciter aſserere.

p Vt hæreticus haberetur.] patet hic manifeſte, ꝙ nõ omnis cõtumax uel rebellis Eccleſiæ Romanę hæreticus eſt cenſendus. Super hoc autem vide, ꝙ legitur & no. 19. diſt. c. nulli fas, & 35. q. 5. violatores. & per Gar. extra de ele c. generali. lib. 6.

q Sententiæ.] licet autem præmiſſa aſſerens, uel aliquod ꝑmiſſorum ſecundum ſeriem ſnīæ contumax dicatur & rebellis: hoc de illo forte habet intelligi, qui dictam paupertatem, & uitã fratrum in nihilum forte Euangelicam & Apoſtolicam diceret: non autem qui diceret eam in omnibus non eſſe talem: cũ nec in omnibus talis fuerit ut ſup. in §. quod autem ſubſequenter, ver. adhuc licet declaratio.

r Rurſus aſſeruiſſe.] Octaua pars.

ſ Publice.] hic dicere potes quod no. ſup pro xi. §. in ſimili. verbo, publice.

t Abdicatio iuris.] verbum, iuris, ſecundum intentionem iſtorum aſſertorum habet exponi etiam perſonalis vel perſonæ cohærentis.

u Cuiuſcunque rei.] etiã vſu conſumptibilis ſecundum iſtos, cum dicat, cuiuſcunque.

x Eſt ſancta.] pro talibus aſſertoribus facit conſtitutio Nicolai tertij, Exijt, §. porro. Sed illa non ſic debet intelligi, ut patet in decreta. Ad conditorem & inf. dicetur.

y Seruata] hoc de Chriſto & Apoſtolis ex ſenſu proprio, abſq; auctoritate aliqua ſacræ ſcripturæ moti ſunt ad dicendum, ut infra ſequitur.

z Eſſe non iuſtus.] & hoc etiam male dicebat, ut infra patebit.

a Deo acceptior.] prout talibus aſſertoribus uiſum eſt: ſed deſipiunt, vt inf. colligitur.

b Multa falſa] propter quæ in cęteris nihil uel ſaltem minus auctoritatis remanere uidetur. ar. 16. diſt. canones. 3 q. 6 c. pum. de conſec. diſt. 3. non liceat 9. diſt c ſi ad ſcripturas. ff. de ædil. edic. l. cum eiuſdem & de hoc not. C. de tranſa. le. ſi ex falſis, & plenius per Hoſt. extra de fide inſtru. ex litteris, & per inno. de hæret. fraternitatis.

c Expropriationem.] idest, abdicationem.

d Doceat hiſtoria.] unde erubeſcere debent tales loquentes ſup hoc abſq; ſcripturæ auctoritate, in corpore auth. de trea. & ſemiſ. § cõſideremus. coll. 3. vñ ſi

illi

† No tex. ... bñ & gs ... cõ hereti... uide gl. ... 1. de uſu ... hęreticus ... q 3. & ... Turrecre. ... 4. par. 1. c. ... Rom.

Eccleſię Romanæ rebellis non ſemꝑ eſt hæreticus.

Illi in dicendo hoc afferant reperiri in scriptura sacra, non procul erunt à pœna criminis falsi, vt dixi sup. in glo. vnde falso.

l Quàm sit iustus.] hoc autem nullatenus dici necesse potest: omnis enim actus iniusti Deus aspernator est: & ideo Cain munera non respexit, 14. q. 5. cap. scriptum est, alias sequeretur, quod quis male faciendo, vel peruerse viuendo, suam conditionem meliorem faceret, contra iura. ff. de fur. l. inficiando, § is, & melioris esset conditionis stultus quàm peritus, contra. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. extra, de præbend. cum qui, libro 6.

historia: sed contrarium euidentius manifestat.[a] Quod autem in prædicta assertione adijcitur, quòd per abdicationem iuris[b] prædicti, videlicet proprietatis, is vsus facti ad sustentationem[c] naturæ in Christo, & Apostolis non conuincitur esse non iustus, sed tanto iustior, & cætera: impossibilitatem[d] includit & errorem[e] dictum huiusmodi euidenter. Impossibile[f] enim est actum humanum extrinsecum esse iustum, si exercens actum ipsum nullum ius habeat illud exercendi: immo non iustus seu iniustus necessario[g] conuincitur talis vsus. Item[h] est absurdum, & erroneum, quòd actus alicuius non habentis ius actum huiusmodi faciendi, sit iustior & Deo[i] acceptior, quam habentis, cum concludat actum[k] iniustum iustiorem, & Deo acceptiorem existere, quàm[l] sit iustus.

¶ Ex[m] præmissis autem inferre nituntur,[n] (vt fertur) quod prędictorum summorum Pontificum diffinitio, quam diffinierunt de paupertate Christi, & Apostolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula, (prout superius expresserunt[o]) per nos non potuit mutari: proculdubio falsa asserunt dicendo prædecessores nostros diffiniuisse talia, vt superius est probatũ.[p] & adhuc sic loquentes dum[q] per talia constitutiones[r] nostras impugnare satagunt, constitutiones illas[s] quibus se adiuuant, ostendunt (si eorum falsæ assertiones veræ[t] existerent) fore inualidas, erroneas, & infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem[u] Nicolai quarti prædecessoris nostri, in qua se fundant, præcipue aliquid[x] statuere commune, nec sibi[y] licuit contra[z] statuta Gregorij, Innocentij, & Alexandri prædictorum statuere, aut aliquid declarare, quod tamen ipsum[a] fecisse[b] (secundum eorum assertionem) noscitur[c] euidenter. Cum enim illi[d] declarauerunt, quod ordo Minorum habet vsum earum rerũ, quas licet[e] eis habere, quod[f] ad vsum iuris est referendum necessario, superius est probatum:[g] ipse[h] vero secundum[i] ipsos statuit, quod

a Manifestat.] super hoc vide quod notaui in c. cum inter nonnullos, in gl. scripturæ.
b Iuris prædicti.] scilicet personalis etiã, vel personæ cohærentis.
c Sustentationem.] quam à se nulla professio potest excludere, vt in cap. Exiit, §. porro, ver. ac autem.
d Impossibilitatem includit.] quæ tolerabilis non est in iure. arg. ff de actio. & oblig. nõ solum. in fi. inst. de inuti. stip. circa princ. 4. dist. c. erit autem lex.
e Et errorem.] ex hoc tale dictum damnabile est de iure. ar. C de castren pec. mili. l. errat lib. 12 C de diuersis rescrip. l. falso. de pact. l. si pacto, de iudi. c. I.
f Impossibile etiam est] s. de iure, cuius impossibilitas, & naturæ æquiparari consueuerunt ff de condit. instit. l. conditiones, & l. filius, quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur. l. vlt. & ibi no. & arg. extra de iureiuran. c. contingit. lib. 6. 22. q. 4 inter cætera.
g Necessario conuincitur.] qualiter hæc per iura probetur euidenter, vide quod dixi in ca. cum inter nonnullos: in gl. sed vnde.
h Item est absurdũ.] collige per hoc bonum fore modum argumentandi per reductionem absurditatum argum. extra, de except. cum inter. & de præbend. dudum. § nos igitur. lib. 6. ff. soluto matrimo. l. diuortio.
i Et Deo acceptior.] istud enim nullo modo potest esse: omnis enim vsus iure vtendi subsistens iniustus, & iniuriosus est, vt probaui plene in cap. cum inter in glos. sed vnde. quare de tali iniusto vsu nihil Deo acceptum offerri potest. 14. q. cap. 1. & in multis cap. seq. 1. non est putanda extra de deci. ex transmissa. & argum. ff. pro soc. l. cum duobus. § socium vniuersa. alias est in l. si fratres.
k Actum iniustum.] qualis est quicunque sine iure vtendi existens, ut prædixi.

m Ex præmissis.] Nona pars.
n Nituntur.] s. dicti doctores.
o Expresserunt.) vt sup. in par. a & sequentibus duabus colligitur.
p Est probatũ.] sup. in §. quod autem sub sequentes.
q Dum per talia] s. quę dicunt, definita per nostros antecessores, & per nos immutari non potuisse.
r Constitutiones nostras.] s. Ad conditorem, & Cum inter nonnullos.
s Illas.] Honorij tertij, scilicet. Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai tertij vt sup in parte secunda.
t Veræ existerent] s. quod definita per alios nobis nõ licuisset mutare.
u Constitutionem.) s. Exiit, qui seminat.
x Aliquid statuere.] prout illi asserunt.
y Nec sibi.] s. Nicolao
z Contra statuta.] de quib. vidisti sup. in §. quod autem sub sequentes.
a ¶ Ipsum] s. Nicolaum.
b ¶ Fecisse.] scilicet aliqua statuendo, vel declarando contra statuta prædecessorum.
c ¶ Noscitur euidenter] dicto capitulo. Exiit § porro & recitatur supra in § adhuc licet.
d ¶ Illi] scilicet Gregorius, Innocentius, Alexander.
e Licet] deest, licitum est.
f Quod] s. res ad vsum
g Est probatum] sup in § quod autem dicitur.
h Ipse vero] s. Nicolaus.
i Secundum ipsos.] s. detractores.

Impossibili. non est tolerabilis iure.

Impossibilia iuris, & naturæ æquiparantur.

Stultus non dẽt esse melioris cõditionis quam peritus.

a ¶ Vsum facti.] qui de se non est possibilis absque iure, vt in c. ad conditorem, & supra in §. quod autem, dicitur.

b ¶ Statuit.] s. Nicolaus 3. secundum eos.

c ¶ Duntaxat.] hoc uerbum relatum ad præcedentia, inducit sensum, quod sua ordinatio & declaratio, non autem prædecessorum, sit à fratribus obseruanda.

gaudeat potestate successor, quanta gauisus extitit antecessor: nec habeat imperiũ par in parem extra de elec. innotuit & d. c. Exijt. §. cæterum sanctum. ff. ad Trebel. l. ille a quo §. tempestiuum.

f ¶ Pater.] id est, apparet.

nec ordo, nec fratres: ius vtendi habeant, sed tantummodo simplicem vsum [a] facti: & insuper ordinauit, decreuit, & statuit [b] huiusmodi constitutionem, ordinationem, & declarationem suam duntaxat [c] a fratribus ipsis præcise & inuiolabiliter, perpetuis temporibus obseruandam: constat non solum quod contra declarationes prædecessorum prædictorum ordinauerit; [d] sed [e] ipsum illas, [f] quantum ad ea quæ sua declaratio continet, [g] etiam reuocasse. [h] Ipse [i] quoque prædecessor noster in sua declaratione subiunxit, [k] ad sedis Apostolicæ declarationem & ordinationem eorum, & circa ea quæ ipse declarauerat, [l] pertinere, sic dicens: si quid in prædictis [m] ambiguitatis emerserit, hoc ad culmen sedis Apostolicæ deducatur: [n] vt ex auctoritate Apostolica sua [o] in hoc manifestetur intentio, cui solum concessum est in [p] his statuta condere, & condita declarare: [q] cuius tamen contrarium asserunt huiusmodi assertores. [r] Adhuc patet [s] quod [t] asserunt esse falsum: licet enim Innocentius tertius prædictus in generali concilio interdixisset [u] nouas religiones institui: tamen successores ipsius non (obstante interdicto huiusmodi) plures leguntur ordines confirmasse, qui [x] etiam (aliquibus exceptis) fuerunt postea per Gregorium nouum prædecessorem nostrum dissoluti certo modo in Concilio generali. [y] Si igitur post interdictum generalis [z] concilii licuit summis Pontificibus [a] non confirmatos ordines confirmare, & [b] eorum successoribus sic confirmatos in totum dissoluere, [c] non est mirum, si quod declarat circa regulas ordinum, [d] solus [e] summus Pontifex vel ordinat, liceat eius successoribus declarare, seu alias immutare. [f] Patet autem quod neque Honorii confirmatio, neque Gregorii, neque Alexandri, neque Nicolai prædictorum facta fuerit in Concilio generali, cum per nullum ipsorum fuerit generale Concilium celebratum, [g] licet Innocentius iiii. celebrauit concilium generale, tamen in illo [h] nec auctoritate alicuius Concilii facta fuit [i] ipsius declaratio

d ¶ Ordinauerit.] s. quod fratres ius vtendi non habeant, sed solum simplicem usũ facti.

e ¶ Sed ipsum.] s. Nicolaum.

f ¶ Illas.] s. declarationes prædecessorum.

g Continet.] s. super abdicatione proprietatis & iure vtendi, & super simplici usu facti.

h ¶ Reuocasse.] volẽdo suam constitutionem non tantum fore per fratres obseruandam vel reuocasse aliter, scilicet per suam constitutionem nõ aliis præcedentibus cõtrariam, extra de cogna. spirit. c. 1. & de const. licet Romanus lib. 6.

i ¶ Ipse quoque prædecessor.] s. Nicolaus iiii.

k ¶ Subiunxit.] d. c. Exiit qui § vlt.

l ¶ Declarauerat.] d. c. Exiit.

m ¶ In prædictis.] s. per se ordinatis.

n ¶ Deducatur.] simile 24. q. 1. rogamus.

o ¶ Sua.] s. sedis Apostolicæ.

p ¶ In his.] quæ facta Christi & Apostolorum, & per consequens fidei concernunt.

q ¶ Declarare.] ad solam ergo sedem Apostolicam spectat super fide, aliqua disponere, vel etiam declarare, vt hic, & 24. q. 1. c. quotiens, & c. hæc est fides, & d. c. Exiit, §. nos igitur, cle. 5. sicut & cæteræ maiores cãe ad eam referuntur. e. causa & q. cap. rogamus, extra de app. vt debitus, in fi.

t ¶ Quod asserunt.] s. definita per prædecessores mutari vel in dubium reuocari nõ posse per successorẽ.

u ¶ Interdixisset.] extra de reli. do. ne nimia.

x ¶ Qui etiam.] s. ordines per successores confirmati.

y ¶ In concilio generali.] extra de relig. do. c. religionum. lib 6.

z ¶ Generalis concilii.] s. Innocentii iii.

a ¶ Summis Pontificibus.] successorib. Innocẽtii interdicẽtis.

b ¶ Eorum.] s. confirmantium.

c ¶ Dissoluere.] vt d. c. religionum.

d Ordinum.] s. Minorum. & idem si aliorum.

e ¶ Solus.] quasi dicat sine concilio generali, vt probant sequentia & argu. C. de leg. l. vlt. in fi.

f Immutare.] Argumentatur a minori, si enim Papa immutat statuta generalis concilii, de quibus minus videbatur quod posset, ut puta cum plena, & magna maturitate disposita; multo fortius poterit immutare vel declarare statuta per solum prædecessorem sine concilio edita. extra de ele. cum in cunctis, cum ibi not. Vel potest dici quod hic sumatur idẽ argumẽtum alio modo: si enim licuit successorib. confirmatos ordines per antecessores in toto dissoluere, quod est plus: multo fortius licet eis illorum regulam declarare, quod est minus. ff. de reg. iur. l. non debet cui. extra eo. tit. c. cui licet lib 6.

g Celebratum.] & sic quilibet ex eis confirmationem prædictã solus fecit: & sic successori eorum licuit super regula declarationem facere, licet per eos confirmata: cum etiam liceret si per eos fuisset in generali concilio confirmata, vt supra.

r Assertores.] In hoc enim quod dicunt, statuta prædecessorum per successores mutari non posse, vel in dubium reuocari, rubore confundi deberent: cum Nicolaus iiii in cuius constitutione principaliter se fundant, contrarium asserat: vnde ex suis met codicib. conuincuntur, arg. 37. dist. c. si quid vero. potissime cũ tãta

Statuta prædecessorum per successores mutari põt.

h In illo.] scilicet generali concilio.

i Facta fuit.] subaudi, sed per eum solum.

a Supra-

a ¶Supradicta] de qua fit mentio ſup.in parte 2.
b ¶ Declarauit] falſo igitur ſua confirmatio ſuper hoc allegatur, ut alias ſup.dixi.
c ¶Generali concilio] Lugduni celebrato.
d ¶Approbatos] extra de exceſ.præla.c. nimis inique. & c. nimis praua.

tia? Videas quod dixi in c.cum inter nonnullos.in gl. ſed unde ſequitur.
t ¶Hoc enim].ſ. ꝙ Chriſtus & Apoſtoli in his quæ habuerunt, ſimplicem vſum facti habuerunt.
v ¶Contrarium reperiri] ſed ubi? Vide ꝙ dixi in c. cum inter nonnullos. in gl. ſcripturæ ſacræ.

ſupradicta. [a] Nicolaus autem quartus nec celebrauit generale concilium, nec aliquid circa dictam regulam declarauit. [b] Gregorius autem nonus prædictus nec confirmauit, nec declarauit dictam regulam: ſed in generali [c] concilio, ubi caſſati fuerunt nonnulli Mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum & Prædicatorum ordines non caſſauit, ſed aſſeruit approbatos, [d] ſic dicens: [e] ad eos, quod euidens ex eis utilitas Eccleſię uniuerſali proueniens perhibet approbatos, pręſentem non patimur conſtitutionem extendi.

¶Præterea [f] dicant nobis vbi [g] legunt aſſertiones [h] huiuſmodi, quod ad [i] fidem, vel [k] mores pertineat, Chriſtum, & Apoſtolos non habuiſſe in his quę habuerunt, niſi ſimplicem vſum [l] facti? profecto directe hoc ad fidem non pertinet, cum de hoc [m] articulus non [n] ſit aliquis, nec ſub [o] quo ualeat comprehendi, ut patet in [p] ſymbolis, in quibus articuli fidei continentur: nec etiam reducte ne † quaſi [q] hoc ſacra ſcriptura contineat, quo negato tota ſcriptura facta redditur dubia [r]: & per conſequens, [s] articuli fidei, qui habent per ſcripturam ſacram probari, redduntur dubii & incerti: hoc [t] enim in ſcriptura ſacra non poterit, ſed contrarium [u] reperiri. De fratribus autem Minoribus prædictis [x] conſtat, [y] quòd de ipſorum paupertate, & ſimplici vſu [z] facti, ſeu de dominio eorum, quę [a] ipſis offeruntur, quòd ſummus Pontifex illud ſibi & Romanæ Eccleſiæ reſeruauerit [b] uel potuerit reſeruare, nec quòd illud reſeruatum [c] ſucceſsori abiicere [d] non liceat, ſi hoc expedire [e] uiderit, ſeu quòd procuratores conſtitutos auctoritate ſummi Pontificis [f] pro negotiis ordinis prædicti ſucceſsor reuocare non ualeat, in [g] prædictis ſymbolis, Euangelio, [h] neque actibus Apoſtolorum & Epiſtolis mentio aliqua non [i] habetur. Vnde non

† al. nec.

e ¶ Sic dicens] extra de reli do. ca. religionum diuerſitatem §. ſane, lib.6.
f ¶ Præterea] decima pars.
g ¶Vbi legunt.] Si.n. non legunt: quia nec legere poſſunt, ut ſequitur, oportet eos ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit, ne dum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionis uideantur amittere, 11. diſt. cap. quis ne ſciat.
h ¶Aſſertiones huiuſmodi].ſ. definitę per clauem ſcientię in fide & morib. per Romanos Pontifices, nō poſſe per ſucceſſores reuocari, ut ſupra in parte 2.
i ¶Ad fidem] i. fidei articulos.
k ¶ Vel omnes].ſ. reformandos, uel reformatos conſeruandos.
l ¶Vſum facti] abſq; omni iure utendi, ſecundum eos.
m ¶ Cum de hoc].ſ. ſimplici vſu facti.
n ¶Articulus non ſit aliquis].ſ. principalis.
o ¶ Sub quo].ſ. articulo.
p ¶ In ſymbolis] ſymbolis 3 dicit in plurali: quia unum primo fuit factum per Apoſtolos, Credo i Deū, Aliud fuit factum in Nicęna ſynodo, Credo in unum Deum. Aliud per Athanaſium, Quicūque vult. Et quare dr̄ ſymbolum, uide quod not. 15. diſtinct. capitu. canones.

Vide oīno B. Th. par. 1 q. 36. art 2. ad 2. & B. Antonium par. 4. ti. 8. c. 4. § 4.

q ¶Quaſi hoc] ſ. quod Chriſtus & Apoſtoli in his quæ habuerunt, non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti.
r ¶Dubia] p negationem, ut hic, & ar. ff. de col. bo le. 1. §. ſed cum proſint, quib. ad liberta. proclamare non licet. l. 2. per illam n. res dubia fieri dicitur, ut dictis iurib. & C. de acq. poſ. l. nemo. de fi. inſt. l. plures, & hoc verbum de negatione tali, quæ de ſe poteſt eſſe probabilis, per improbabilem n. negationem, puta quæ fieret contra aduerſarium ſuam tantum intentionem ſuam de iure communi, non diceretur eſſici res dubia. ſic not. Ion. extra de uerb. ſig. ex parte.
s ¶ Per conſequens] ſed uñ prouenit illa conſequen-

Negatio facit rem dubiam.

x ¶Prædictis] ſup. in hac decr.
y ¶Conſtat] hic ſume literam, quæ eſt inf. & conſtrue, mentio aliqua non hētur in prædictis ſymbolis, Euāgelio, actib. Apoſtolorum, & Epiſtolis de ipſorū paupertate, &c.
z ¶ vſu facti.] quem ſolū abſque omni iure utendi pdicti aſſerunt ſe habere.
a ¶Quę ipſis offerūtur] per talem oblationem acquireretur ipſis fratrib. dñiū eorum, quæ offeruntur, ſi ipſi ꝓprietatis forent capaces, ut dixi in c. cum inter nonnullos, in gl. ſcripturæ ſacræ.
b ¶ Reſeruauerit.] d. ca. exiit §. ad hæc cum fratres.
c ¶Reſeruatum.] ſ. Romanæ Eccleſię ex diſpoſitione dicti. c. per miniſterium ipſorū fratrum, ſicut p miniſterium filii patri acquiritur, p ſeruum dño, p monachum monaſterio, vt dicto § ad hæc.
d ¶Abiicere] i. abdicare ſeu repellere.
e ¶Expedire uiderit] ex cā, & ꝗ illa eſſe poſſit, colligitur ex decre. Ad conditorem. § quamquā, & § rurſus nedum.
f ¶ Summi Pontificis] vt contingit de Martino Papa 4. dicto § rurſus
g ¶In prędictis ſymbolis) Credo in Deū Credo in unū Deū, & Quicunque] vult, vt ſupra proxim. dixi.
h Euangelio] i. aliquo.
i ¶ Non habetur] relinquitur ergo diſpoſitioni iuris. arg. in li. feu. de feu. cogni. c. 1. in fi. §. quib. ex cau. ma. 4. nec non. §. quod eis, ius autem eſt ut ſucceſſor ſtatuta per pręceſſorem, maxime ex cauſa ualeat reuocare vt ſup. circa prin. decr. in gl. ſed quia fronte, potiſſime cum prædeceſſori non licuerit in talib. ſucceſſorib. legem aliquam imponere pari poſt eum uel potius eadem poteſtate iunctoris. extra de ele. innotuit, & d. c. Exiit §. cæterum, cum & ſcriptum ſit ſententiam Romanæ ſedis poſſe in melius commutari. 35 q. 9. c. ſententiam, & c. graue. extra de re iud. olim in corpore auth. de nup. §. 1. 2. coll. 4.

Monachus monaſterio acquirit.

Snīæ Papæ I melius mutari poteſt.

possuut ex prædictis [a] cõcludere nisi falso, quin contra ordinata per summos Pontifices circa talia [b] valeat sucessor aliud ordinare [c]: quod [d] Nicolaus præfatus expresse in sua declaratione inseruit [e], vt superius plenius continetur [f].

¶ Nos itaque [g] ne fabricatores mendaciorum [h] huiusmodi, ac etiam assertores [i] de tam pestifera [k] erronea [l] & damnata [m] doctrina, confutatione [n] ac confusione vtique omni digna gloriari [o] valeant, & alios trahere in errorem, [p] cum ausu arreptando ac petulantia [q] improba ausi [r] defendere publice fuerint damnatam per constitionem prædictam [s] hęresim, ac etiã probare, videlicet [t] quod Christus, & eius Apostoli in ijs quę habuisse leguntur, tantũ habuerint absque iure aliquo simplicem vsum facti, ex quo (si verum esset) sequeretur [u] vsum Christi fuisse non iustum, quod profecto blasphemiam continet, & catholicæ fidei inimicum [x], cum hoc de pertinaci [y] animositate acerronea [z] non sit dubium processisse, omnes & singulos, qui uerbo ac scripto per se uel alium seu alios talia [a] publicè psumpserunt, ipsos quoque, qui eos docuerũt [b] in talibus, & ut præmissa facerent, in damnatam [c] incidisse hęresim, ac ut hereticos [d] euitandos [e] fore de fratrum [f] nostorum consilio declaramus. [g] Si quis autem damnata per constitutionem, Cum inter, prędictam, hæreses, vel ipsarum alteram deinceps [i] scienter [k] verbo [l] vel scripto defendere, vel approbare præsumpserit, de fratrum eorundem consilio decer-

Gloriari in peccato est detestabile.

a ¶ Ex prædictis ꝙ colliguntur ex §. ad impugnandas.
b ¶ Circa talia] i. regulam fratrum Minorum concernentia.
c ¶ Aliud ordinare] cum & posset eorum Minorum ordinem tollere, ut dixi in c. quorundam, in gl. ꝑprie.
d ¶ Quod.] s. ut successor contra statuta possit ordinare.
e Inseruit.] dicto ca. Exiit. § ult.
f Continetur] sup. in §. ex præmissis. ver. ipse quoque.
g Nos itaque.] Vndecima pars.
h Mendaciorum] huiusmodi quæ recitantẽ sup. in parte a.
i Assertores,] & per ꝯñs suæ animæ occisores, testãte sacra scriptura, homo qui mentitur, occidit animam.
K Pestifera.] i. pestem inducenti.
l Erronea.] & sic per consequens, uitanda, ut dist. ca. nolite errare. C. de castren. pecu. militum. l. errat. libr. 12.
m Damnata doctrina] vt puta quem in errorem potestatis clauium impellens, & sic per consequens abominanda, ar. C. de hære. l. damnato, extra de sum tri. damnamus.
n Confutatione] i. refutatione seu abominatione.
o Gloriari ualeant.] in hoc enim est detestabile, iuxta uerbum psalmographi. Quid gloriaris in malitia, &c. & iuxta uerbum prophetæ Hieremiæ, Nõ glorietur diues, &c Hier. 2. nam & hoc graue crimen maxime in psonis ecclesiasticis reputatur, extra de exces. præla. qutm sit graue cum per hoc suum delictum publicent, & per hoc grauius peccẽt ff. vi bo. rapt l. 2. § si re deposita, & alias sup. dixi in gl. ex hoc magis.
p In errorem.] istud multum vitandum est, 28. q. 1. sæpe malorum, & de hoc dixi in c. dierum, circa principium.
q Petulantia.] i. temeritate uel pertinacia, simile uerbum. ff. de re mil. l. omne delictum. § qui manus. C. si quis imperatori maledixerit, l. vni.
r ¶ Ausi defendere.] per hoc deteriores cæteri forent censendi. 24 q. vlt qui aliorum, 11. q. 3. qui consentit, no. extra de offi. dele c. 1.
s Prædictam] s. cum inter nonnullos.
t ¶ Videlicet] specificat hæresim damnatam.
u Sequeretur.] Vñ autem proueniat hæc consequentia, uide quod no. in c. cum inter nonnullos. in gl. sed vnde.
x Inimicum] hic dicas ut dixi in d. c. cum inter. super verbo simili, inimicum.
y Pertinaci,] potes super hoc videre quæ no. dicto. c. cum inter. in uerbo, pertinaciter.
z Erronea.] i. in fide.
a ¶ Talia publice præsumpserunt.] supple asserere, ꝗ non habes in textu.
b ¶ Docuerunt] docentes ergo & facientes pœna eadẽ puniuntur, culpa. n. similis est prohibita discere & docere. C. de mathema. l. culpa.
c In damnatam.] s. ꝑ dictam decretalem, cum inter.
d Vt hæreticos,] vt pro tamquã expoue.
e Euitandos] igitur vitandi sunt hæretici: vt nec i domo vel terra foueãtur, nec negotiatio cũ eis exerceatur. ext. de hæ. c. sicut & eis dicendũ est, nõ nouimus uos 93. dist. diaconi.
f De fratrũ.] sup. ista clausula dic ut dixi in c. Execrabilis. §. nos. in gl. collige hic, & sequenti.
g Declaramus.] non inducitur ergo hic iuris noui editio, sed antiq. declaratio, & sup. hoc uide ꝙ dixi in c. cum inter, in uerbo, declaramus. & in glo. vit. eiusdem capituli.
h Hæreses.] s. Christum, eiusque Apostolos non habuisse aliqua in spãli, uel in cõmuni, & quod in iis, quæ habuisse leguntur, ius non habuerunt.
i Deinceps.] uideas hoc quod dixi in cap. cum inter not. in uerbo finali, deinceps, vñ ꝑ hoc verbum uideretur ꝙ ante hanc decret. præmissa defendere vel approuare non esset hæreticum, dicas tamen contrarium ex quo fuit publicata decr. cum inter: cum extunc alia tanquam hæretica, ibidem sint damnata, ut ibi dixi, & hoc verbum, deinceps, habet effectum suum quoad uitationem de talibus tamquam de uere hęreticis faciendam.
K Scienter.] i. certa scientia vel propositus, secus autem cauta dispositionis ad maiorem veritatis indagi nem, arg. c. quia nonnunquam. § nos. uel secus si non ex certa scientia, sed forte mente alienata talia fierent, tunc. n. non imputaretur facienti, cum satis ipsa mentis alienatione puniatur, ar. ff. de of. præs. l. diuus ad le. Cor. de sica. l. in factum, cum multis similibus, vel secus si talia defenderentur vel approbarentur ignoranter forte per talem qui aliqua in scriptis redacta ignoraret esse talia, arg. ff. de l. 2. l. Titia. § Lucia C plus ualere quod agitur, l. vlt de donat. l. nec ignorans
l Verbo uel scripto] Aequiparantur ergo ista duo, verbo aliquid proferre uel scripto, ut alias 65 dist. c. 2. extra de ele. ubi maius §. nulli. li. 6. Vnde facit argumẽ. sicut est excommunicatus participãs scienter excõmu-

nimus, ut tamquam hæreticus ob omnibus euidenter habeatur. Adhuc quod cõſtitutionem noſtram, Ad conditorem canonum, ſupradictam inſano[a] auſu impugnare niſi[b] ſunt (ſicut fertur) diſtrictius de eorundem fratrum conſilio inhibemus,[c] ne quiſquam contra diffinita, ordinata, ſeu facta per[d] ipſam uerbo uel ſcripto ſcienter[e] approbet aliquid,[f] uel defendat. Si quis uero contra præſumpſerit tamquam contumax[g] & rebellis[h] Romanæ Eccleſiæ ab omnibus habeatur. Nulli[i] ergo, &c. Data Auinion. quarto idus Nouembris Pontificatus noſtri, anno nono.

excõicatus ... ſcribens ... excõicatum,

municato cum eo loquendo, ſic ſibi litteram mittendo. ita ſentit Gar. arg. extra de ſent. excom. c. conſtitutionem. li. 6.

a ¶ Inſano]. i. non ſano, ſed potius veſano.

b ¶ Niſi ſunt] id eſt conati ſunt.

c ¶ Inhibemus] ut alias ſæpe dixi poſt talem inhibitioné contra faciens peccaret mortaliter 4. diſt. denique, & pœna dignum ſe redderet. extra de conſtit. c. cognoſcentes, cum ſimi lib.

d ¶ Per ipſam]. ſ. conſtitutionem Ad conditorem.

e ¶ Scienter approbet] hic repete quę ſupra dixi proxime in glo. 1. ex certa ſcientia.

a ¶ Reprobamus] ex quibus causis consuetudo reprobetur. not. extra 6 lib. de consuetud. in summ. Ioann. Mon.

b ¶ Onerosus.] sed quomodo est hic episcopus onerosus, qui habet quod petit? Dic quod est onerosus quo ad intentum aduersariorum dicentium episcopum uelle visitare, & intrare capitulum cum pluribus, & contra eorum cõsuetudinem, quam prætendebant Ioann. Mona.

c ¶ Religiosa] contra extra de offi. ordi. vt iuxta. Dic, casus est diuersus, non aduersus, nam ibi loquitur vbi prælatus uisitat, alium locum a capitulo suo, hic quando uisitat ꝓprium capitulum, cuius personas propter coniunctionẽ maiorem quã habet ad suam ecclesiam præ cæteris ecclesiis sibi subiectis extra de test. requisiti. §. penul. est verisimilius, vt easdem personas melius noscat. Vel dic quod hic determinat illam taxando hoc dictum indeterminatum: ibi, ne subditus nimium aggrauentur: & decet personas religiosas in tali articulo assumi argumen. extra de stat regn. in singulis. circa princip. Ioann. Mona.

d ¶ Non obstante.] Sed quare tollit hic consuetudinem, & compositiones quaslibet: quia licet uisitationi non præscribatur, nec procurationi, quæ debetur ratione uisitationis: præscribi tamen potest quotitati procuratoris. no. extra de præscri. cum ex officii. extra de censi cum uenerabilis. Sic uidetur quod præscribi possit quotitati assistentium, uisi tanti, argu. ff. de usur. qui semisses. i. respon & ff quemadmodum vsusfr. amit. le is qui. licet consuetudo hic narrata per hæc allegata non sit præscriptibilis. Dic tamen, quod hæc constitutio in aliis facit gratiam, quia si ista uerba non ponerentur, remanerent compositio & cõsuetudo non reprobatæ, extra 6 lib. de const. capit. 1 Nec est inconueniens, quod eadem decretalis contineat ius in una parte, & gratiam in altera. extra de conces. præb. constitutus. Et forsan papa fuit motus ad prędictis cassando propter grauẽ litem, quæ fuerat inter partes: ne recidiuum nouæ litis prætextu consuetudinis alterius uel compositionis subintraret.

e ¶ Reprobationis.] 1 eod. in uerbo. reprobamus.

f ¶ Constitutionis.] sup. eo. in uerb. decernimus.

VT quos uirtutis.] g ¶ Qui uero.] Illum §. aliqui libri non habent uique ad §. vt aptem. & tenorem huius habes in extrauaganti Execrabilis, quæ est una de xx. glossatis per Zenzeliũ in titu. de præben & ibi uide, Habes etiam eam intra in tit. de præb. cum glossa domini Gulel. de Monte Lauduno

Vnam

Visitationi an possit pręscribi.

† Vide cõci. Tri. ses. 7. di. reformatione, c 2 & 4. & ses. 24. de reforma. 17.

quem seu quos collatio seu ordinatio spectauerit, disponendum, quod nisi fecerit, ex tunc secundo sit ipso iure priuatus, & inhabilis ad sacros ordines, & ad quodcunque beneficium ecclesiasticum obtinendum.

¶Vt autem præmissorum fructus facilius subsequatur, omnibus & singulis ordinariis in virtute sanctæ obedientię, & sub pena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, quam eos (si in exequendis subsequentibus negligentes fuerint) incurrere volumus ipso facto, districte præcipimus, & mandamus, vt sub certa & formidabili pœna eorum arbitrio infligenda, subditis suis plures dignitates & personatus aut ecclesias, quibus cura imminet animarum, aut dignitaté vel personatum cum alio beneficio, cui cura similis sit annexa, obtinentibus, iniungere debeant quòd dispensationes, auctoritate quarum huiusmodi Ecclesias, personatus vel dignitates obtinent, si quas habent, necnon & titulos Ecclesiarum, dignitatum vel personatuum eorundem intra tempus pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipsis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent: De processibus habendis super his exhibitis, propositis & productis, redituri absque moræ dispendio per scripta publica conficienda super his sedem Apostolicam certiorem.

De maioritate, & obedientia.

¶Bonifacius octauus.

¶Omnes Christi fideles de necessitate salutis subsunt Romano Pontifici, qui vtrumque gladium habet, & omnes iudicat. Hac tamen extrauagãs regem Franciæ, & regnicolas non amplius subijcit Ecclesiæ Romanæ, quam prius erant, vt patet infra de priuilegijs meruit.

CAP. I.

VNam sanctã Ecclesiã catholicã, & ipsam Apostolicã vrgente nos credere cogi-

---

VNam sanctam Ecclesiam.] ¶Ponatur sic casus, quod erant dubitantes quidam, aut forte credentes, vel etiam asserentes, nõ esse de necessitate salutis subesse summo Pontifici, quod quidem vel verbo fieri poterat, quia forte sic dicebãt vel facto, quia talia agebant & operabantur, ac si non esset de necessitate salutis: Huic autem morbo pestifero obuiare volens sanctissimus pater dominus, dominus Bonifacius papa viij hanc decr. edidit, vbi hoc plenissime declaratur. Intentio itaque huius decretalis est inducere rationes exempla, & auctoritates, subesse summo Pontifici esse de necessitate salutis, quod tripliciter hic probatur. Primo per quasdam conditiones generales, quæ ipsi Ecclesię congruunt. Secundo, per quasdam adaptationes speciales, quæ ad ipsam Ecclesiam adaptantur. Tertio, per gladios, qui in ipsa Ecclesia continentur. Tota igitur hæc decre. diuiditur in quatuor partes: quia primo ponũtur præfatæ conditiones generales cõgruẽtes Ecclesiæ, per quas probari potest, quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis. Secundo adducuntur quædã adaptationes spũales, per quas probatur hoc idem. Tertio agitur de ipsis gladiis, qui sunt in Ecclesia, per quos declaratur hoc idem. Quarto & vltimo, conclusio tot modis inuestigata, videlicet, quod subesse summo Pontifici sit de necessitate salutis, infertur ex omnibus antedictis. Secunda: ibi] vna nempe fuit.] Tertia, ibi, [In hac eiusque potestate] Quarta,] ibi, Porro subesse.] Propter primum sciendum quidem, quod numerare possumus sex conditiones generales congruentes Ecclesiæ, ex quib. possunt sumi sex rationes, quod Ecclesia habet vnũ caput, & quod subesse illi capiti, est de necessitate salutis, vt sit prima conditio, quod Ecclesia est vna, secũda, quod est sancta, tertia quod est catholica, quarta, quod est Apostolica, quinta, quod extra ipsã nõ est salus, sexta & vltima, quia extra ipsam non est remissio peccatorũ. Itaq; in prima parte, quæ agitur de istis conditionibus Ecclesię congruentib. dominus papa tria facit; quia primo istas conditiones narrat, secũdo eas declarat, tertio eas corroborat & confirmat. secunda, ibi, sponso in Canticis] tertia ibi,] In qua vnus.] Dic ergo Ecclesiam esse vnam, quę fuit conditio prima, sanctã, quæ fuit secunda, catholicam, quę fuit tertia, & ipsam Apostolicam, quę fuit quarta, extra quam non est salus, quæ fuit cõditio quinta, nec remissio peccatorũ, quę fuit sexta. [Nosque hanc] idest Ecclesiã, esse sic vnam, sic sanctam, &c. vel hanc, idest hanc fidem de ecclesia, quod sit vna firmiter credimus, & simpliciter confitemur.

¶Notandum autem est, quod ex istis sex conditionibus Ecclesiæ congruentibus (vt supra tetigimus) sumi possunt sex rationes, quod subesse sũmo Pontifici sit de necessitate salutis. Vt prima sit rõ, quia ecclesia est vna siue est vnum corpus, sed vni corpori non competit, nisi vnum caput: quia aliter esset monstrum. Arguatur ergo sic: Omnia membra, quę sunt in vno corpore, non saluantur nisi coniuncta illi corpori, & subdita vni capiti, a quo infunditur eis motus, & sensus, sed omnes Christiani sunt membra unius corporis: quia sunt membra Ecclesiæ, quę est vna, & vnum corpus: ergo omnes huiusmodi Christiani saluantur, ut coniũcti Ecclesiæ, & vt coniuncti vni capiti, idest summo Põtifici. Secunda ratio ad hoc idem sumitur ex secunda conditione, videlicet quod Ecclesia non solum est vna, sed etiam est sancta, idest, sancita & firmata in unitate: si enim ecclesia vacillaret quantum ad vnitatem, quia aliquando esset vna, aliquando non esset vna, & per consequens aliquando haberet vnum caput, aliquando haberet plura capita, posset quis dicere non esse de necessitate salutis subesse huic capiti: quia forte posset saluari sub alio capite. Sed cum ecclesia sit una, & sit sancta, i. sic in vnitate fulcita, quod non posset habere nisi unum supremum caput, subesse illi capiti erit de necessitate salutis. Quod si dicatur, quod sanctum dicit quid purum,

Ecclesia est vna.

Christiani oẽs sunt mẽbra unius corporis.

Ecclesia est sancta.

dice-

diceemus, ex hoc etiam ꝙ dicit qui firmum: quia firmitas est ex puritate: infirmitas, ex impuritate: nam & incorpore surgit infirmitas ex impuritate, ut quia oriuntur in eo im munditiæ corporales & mali humores, & in anima etiam surgit infirmitas ex impuritate, ut quia oriuntur in ea immūditiæ spirituales, & malæ cogitationes. Formetur autem, sic rō: Quicquid est unum & sanctum, i. sic in unitate sancitum, ꝙ nō pōt esse nisi unū corpus, & habere vnū caput, mēbra non poterunt saluari nisi coniuncta illi corpori, & subdita illi capiti: Ecclesia est huiusmodi, ergo &c. Mēbra quidem ex hoc saluantur & viuunt: quia mouētur & sentiunt, & motus & sensus eius infunduntur a capite, si non sunt subdita capiti, non mouētur nec sentiunt, propter ꝙ viuere & saluari non poterunt. Tertia rō sumitur ex tertia cōditione, quia Ecclesia est catholica & vniuersalis siue generalis, sic. n. ait Isidorus: qa catholicus vniuersalis siue generalis interpretatur. nā Græci (vt dr) vniuersale catholicon vocant. Si ergo fides, quam tenet Ecclesia, vel ipsa Ecclesia esset particularis, continens vnam gentem vel vnum populum, sicut sunt multæ gentes & multi populi, sic forte essent multæ Ecclesiæ & multa capita. Sed cum sit catholica & vniuersalis, quia omnes obligantur (si uolunt esse in statu salutis) ad credendum & tenendum ꝙ credit & tenet Ecclesia: ideo sicut non pōt esse nisi unum vniuersum ꝙ omnia comprehēdit: ita quantum ad statum salutis non potest esse nisi una ecclesia, eo ꝙ ecclesia comprehendit oēs, qui volunt esse in statu salutis. Formetur aūt sic rō. Illud quod est catholicum & vniuersale, & comprehendit omnes, qui volunt esse in statu salutis, non potest esse nisi unum, & habere vnū caput, cui oportet esse subditos omnes volētes esse in statu salutis, ecclesia est huiusmodi: ergo, &c. Quarta ratio sumitur ex quarta conditione, quia ecclesia est Apostolica, tenet n. illam fidem, quam Apostoli tradiderunt & docuerunt, de quib. potest intelligi quod dr in psal ꝙ in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ut nullus possit se excusare se non subesse ecclesiæ, omnes. n. Apostoli fidem prædicauerunt, & docuerunt. Vnde Apost. ait ad Gala. 2. Ascendi autem ſm reuelationem, contuli cum illis, i. cum aliis Apostolis, Euangelium, ꝙ prædico gentibus, & subdit causam, ne forte in vanum currerem, aut cucurissem. Ne ergo vana esset prædicatio sua, & ne videretur gentibus, vel aliis quòd prædicaret aliud quàm alii Apostoli, uoluit Apostolus de Euangelio ꝙ prædicabat, conferre cum illis. Item ecclesia est Apostolica; quia illam fidem tenet & docet, quam concorditer prædicauerunt & docuerunt Apostoli. Formetur ergo sic ratio, illud quod est Apostolicum, & tenet illam eandem fidem, quam Apostoli docuerunt, non potest esse nisi quid vnum, & vnum corpus habere, & vnum caput, cui oportet esse subdita omnia mēbra, si volunt esse in statu salutis, huiusmodi autem ecclesia est: ergo, &c. Quinta autem & sexta ratio sumitur ex quinta, & sexta conditione, videlicet ꝙ extra ecclesiam non est salus, idest, non acquiritur beatitudo, quæ est per gratiam consummatam, nec extra ipsam est remissio peccatorum, quæ potest esse per gratiam initiatam: ita quòd nec gratia consummata, quæ est salus & beatitudo nostra: nec gratia initiata per quam remittuntur peccata, potest esse nisi per ecclesiam. Si ergo ecclesia est una & habet vnum caput, omnes volētes recedere a peccatis & adipisci salutē, oportet esse sub capite Ecclesiæ, i. sub summo Pontifice: rō autem per se patere potest. Notandum autem ꝙ omnes istæ sex conditiones continentur in symbolo, vbi dicitur, ꝙ credimus in Ecclesiam unam, quantum ad conditionem primam, sanctam, quantum ad cōditionem secundam, catholicam, quantum ad tertiam, & Apostolicam, quantum ad quartam, & quod confitemur vnum baptisma in remissionē peccatorum, quantū ad gratiam, initiatā, & quod expectamus resurrectionem mortuorum, & uitam venturi sæculi, quantum ad gratiam consummatam; ideo impingere contra hoc, est impingere contra symbolum

mur: & tenere. Nosq; hāc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso [a] in Canticis proclamante, Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est matri suę, electa genitrici suę, quæ unum corpus mysticum repræsentat, cuius caput Christus: Christi uero Deus. In qua [b] vnus dominus, una fides, vnū baptisma.

a ¶ Sponso in Canticis, &c.] Hic illas sex rationes conclusionis præfatæ, quod subesse summo Pontifici sit de necessitate salutis, declarat & manifestat, p ea quæ habentur in canticis, & per ea quæ ait Apost. dicens, sponso proclamante in Canticis, supple de sua sponsa, i. de ecclesia, quæ una est columba mea, una est matri suæ, electa genitrici, quæ scribuntur Canticorum 6. & subdit, quæ, s. columba mea, sic una, sic perfecta, sic electa unum corpus mysticum, i. vnam ecclesiam repræsentat, & addit ꝙ huius corporis caput est Christus, Christi vero Deus. No autem quod hic tanguntur sex, per quæ declarantur sex conditiones, videlicet ꝙ corpus mysticum, i. ecclesia, est una quantum ad conditionem primam, est columba, i. innocens, & sine felle & sancta, quantum ad conditionem secundā; est perfecta i. catholica quantum ad conditionem tertiā. Nam ſm philosophum, totum & perfectum idem, uel proximum secundum naturam. Nam illud est perfectum quod totum habet, & nihil ei deficit, & illud etiam totum est, quod omnia habet. Et quod dicit philosophus totum & perfectum idem, possumus nos dicere catholicum & perfectum idem, vel proximum secundum naturam. Nam catholicum idem est quod generale, & uniuersale, quod omnia comprehēdit, & etiam perfectum est cui nihil deficit, & omnia comprehendit. Ista etiam ecclesia est una matri suæ, electa genitrici suæ, quantum ad conditionem quartam. Apostoli quidem unam fidem prædicauerunt, vnam fidem elegerunt, quam tenens ecclesia d ci potest Apostolica. Huiusmodi autem ecclesiæ caput est Christus, qui est agnus Dei tollens peccata mūdi, cuius caput est Deus pater, a quo est genitus, quem uidere est salus nostra. Iuxta illud, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Ergo sicut per hoc quod ecclesia est una, colūba, i. sancta, perfecta, i. catholica, vna matri suæ, & electa genitrici suæ, i. Apostolica, declaratæ sunt quatuor conditiones, sic per hoc quod eius caput est Christus qui est agnus tollens peccata nostra, & caput Christi Deus, qui est salus nostra, declarantur aliæ duæ conditiones, videlicet quod per ecclesiam est peccatorum remissio, & salutis adeptio.

b ¶ In qua vnus] hic illas sex conditiones, quas primo narrauit & postea declarauit, roborat & confirmat; sic. n. iacet textus ad Ephes. 4. vnde illa uerba sunt sumpta, vnum corpus, & vnus spiritus, & subditur, unus Dominus, vna fides, vnum baptisma, unus Deus, & pater, omnium, ecclesia est ergo vnum corpus, per quod est una, & vnica, quæ fuit conditio prima. Est in ea unus spiritus, per quem est sancta, quę fuit secunda. Est in ea vnus dominus, per quē & uniuersalis & catholica, quæ fuit tertia. est in ea una fides, per quam est Apostolica: quia tenet illam fidem, quam prædicauerunt Apostoli, quæ fuit conditio quarta. est in ea vnum baptisma, per ꝙ est peccatorū remissio, quæ fuit qnta. est in ea unus Deus & pater omniū, per quē est salutis ade-

Marginalia: Infirmitas, corporis unde surgit. — Cant. 6. — Ecclesia est catholica. — Ecclesia quare dr Apostolica. — Totū & perfectū idem. — Catholicum quid est. — Salus nostra est uidere Deum.

¶ Vna nempe [a] fuit diluuii tẽpore arca Noe, vnam Ecclesiam pręfigurans, quæ in uno cubito consummata, unum Noe videlicet, gubernatorem habuit, & rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem [b] veneramur & unicam, dicente Domino in propheta; Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meã: pro anima enim, idest, seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicam, scilicet Ecclesiam nominauit, propter sponsi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesiæ

adeptio, quæ fuit sexta. Aduertendum est, quod dñs papa noluit omnia uerba ista ponere, ne legẽtib. tædium generaret, sed uoluit breuius pertransire, & non nisi tria nominauit, videlicet q in ecclesia est unus dominus una fides, vnum baptisma, per quæ tria omnes illæ sex conditiones roborantur & cõfirmantur: nam quia in ecclesia unus dñs, ideo ipsa est una & catholica, i. generalis: quia uero in ea una est fides, ideo ipsa est sancta & Apostolica, est enim per fidem sancta, i. sancita, dicente Hugone, quod nihil est certius homini sua fide. per hoc est etiam Apostolica, q illam fidem tenet ecclesia, quam Apostoli docuerũt. Sed quia in ecclesia unum est baptisma, dicitur in ea esse peccatorum remissio, & salutis adeptio, nam per hoc quod baptizamur, nobis peccata remittuntur, & cælestis ianua aperitur

Baptismus quia facit.

a ¶ Vna nempe fuit.] postquam sunt positæ illæ sex condõnes, p quas sumi possunt sex rõnes, q est de necessitate salutis subesse summo Pontifici, ponuntur quædã aliæ adaptationes per quas concludi põt hoc idem. Circa quod quattuor facit, secũdum quod quattuor, huiusmodi adaptationes ibi traduntur, ut sit prima adaptatio per hoc q ecclesia figurata est p arcam Noe. Secunda, per hoc q propheta in persona Christi orat, qđ, Deus eruat a framea animam suam, & de manu canis unicam suã. Tertia per hoc qđ ecclesia figurata est p tunicam Domini inconsutilẽ, quæ scissa nõ fuit, sed sorte prouenit. Quarta per hoc quod Christus dixit Petro: Pasce oues meas. Secunda est, ibi Hanc aũt veneramur. Tertia: ibi, Hęc est tunica. Quarta: ibi, Igitur ecclesiæ. Dicit ergo. una nempe fuit diluuii tempore arca Noe, unum ec[c]l[e]siam præfigurans. Hæc una arca fuit in uno cubito consummata unum habuit rectorem & gubernatorem Noe, extra eam omnia existentia super terram legimus fuisse de lata. Aduertendũ est qđ illa arca Noe Dei ecclesiam figurabat, qđ sex modis Augustinus declarat. 15. de ciui Dei & 26. Primo ex eius uacillatione, nam sicut illa arca ferebat super aquas fluctuantes, sic ecclesia militans in hoc seculo non sine fluctuationib. requiescit. Scđo hoc idem patet ex illius arcæ materia. Nam sicut ex ligno fabricata est arca, & p lignum ibi saluatæ sunt animæ, sic ex ligno crucis dependet salus ecclesiæ. Tertio, hoc idem patet ex illius arcæ proportione, nam (ut Augustinus ait) proportio illius arcæ erat, ut proportio corporis humani, erat. n sexcies, siue sex uicib magis longa q̃ lata & decies longa quam alta trecentorum enim cubitorum erat longitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius, & sic & corpus humanum dispositum est, ut sit decies longum, quam grossum. & sexies longum quam latũ & ex hoc figurabat ecclesiam, cuius redemptor factus homo ad saluandum homines uenit. Et hæc omnia clarescunt his uersibus.

Ecclesia est arcæ Noe cõparata.

Arca Noe q̃ta fuit altitudinis lõgitudinis & in latitudinis.

Ter deuis alta cubitus, & longa trecentis.
Et decies quiuis lata fit arca Noe.
Sex vicibus longum latum transcendit, & altum.
Denis, humani corporis instar habens.

Quarto, arca figurat ecclesiã, si bene cõsideramus eius ostium, qđ positũ fuit ex latere, nã & Christo in cruce latus fuit apertum, unde fluxerunt sacramenta, per quæ dicitur Ecclesia esse formata. Quinto, arca significabat Ecclesiam, si consideremus eius compositionem, fuit enim composita ex lignis quadratis, quod ad stabilitatem ecclesiæ pertinet. Corpus. n. quadratũ, cuiusmodi est taxillus. ex quacunque parte uertatur, stat. Sexto, arca illa significat ecclesiam, si cõsideremus distinctionem eius, erat. n. arca illa bicamerata. secundum. n. communem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata superius. duæ autem erant cameræ inferiores, vna apothecaria, & alia seminaria vbi stabant immunditię, tres aũt erant cameræ superiores, In quarum una erãt animalia mitia, in alia immitia, i media uero homines, & aues. Sic & ecclesia (ut Aug. ibidem tradit), est bicamerata, quia composita ex Iudæis & Gentib. siue ex Iudæis & Græcis, ut nomine Græcorũ intelligamus Gentes. est tricamerata, quia ex tribus filiis Noe omnes homines sunt reparati, ex quib facta est ecclesia ista. Itaque arca, quæ [ut patuit] sex modis ecclesiam figurabat, inferius erat ampla, superius stricta, in uno cubito consummata, per unum rectorem gubernata. Ex quibus possunt sumi duæ rationes, esse de necessitate salutis subesse summo pontifici. nam ecclesia inferius est magnæ latitudinis, quia multi sunt prælati inferiores, superius restringitur, quia pauciores sunt prælati superiores. Vel inferius est magnæ latitudinis, qa multi sunt laici, superius restringitur, qa pauciores sunt prælati, & in uno cubito consummatur, quia in summo pontifice terminetur. Sicut ergo tota illa arca stabat sub uno cubito, sic tota ecclesia stat sub summo pontifice. Et sicut extra arcam non erat salus & quicquid saluabatur erat sub illo cubito, sic extra ecclesiam non est salus, & quicquid saluatur, est sub summo pontifice. Secunda ratio ad hoc idem sumitur non solum si cõsideremus unitatem cubiti, sed etiam si considemus unitatem rectoris, nam sicut totius arcæ erat rector unus Noe, & nihil saluabatur nisi sub eo, sic totius ecclesiæ rector est unus summus Pontifex, & nihil saluatur nisi sub ipso.

Taxillus est corpus quadratum.

psal. 21.

Prælati superiores pauciores sunt quam inferiores.

b ¶ Hanc autem ueneramus, &c.] hic prosequitur adaptationem secundam ex eo quod propheta in persona Christi orat dicens, Erue a framea Deus animã meam. pro anima enim Christus, i. pro seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus unicam s. ecclesiam nominauit, & hoc propter quattuor quãtum ad præsens spectat propter unitatem sponsi, fidei, & sacramentorum & charitatis. Aduertendum ergo q in omnib. his quattuor summus Pontifex quandam principalitatẽ dr obtinere, nam si consideremus unitatem sponsi, ipse est unius sponsi vnus principalis uicarius. Vnde gl. super illo uerbo Matthæi 16. Tibi dabo, &c. vult quod hoc specialiter Petro concessit, ut ad unitatem nos inuitaret, & subdit, ideo enim eum principalem Apostolorum constituit ut ecclesia unum principalem Christi haberet uicarium. Rursus si consideremus unitatem fidei summus pontifex est huius fidei principalis doctor & definitor, nam & concilia generalia ubi talia sunt definita, & ubi symboli sunt compositi, non nisi auctoritate summi pontificis poterant aggregari. Tertio, si consideremus unitatem sacramentorum, summus pontifex ut est Christi principalis uicarius, est eorum principalis dispensator. Quarto, si consideremus unitatem charitatis, quam habent membra ad Christum, & ad eius uicarium, summus Pontifex eam cum quadã principalitate habet. Ergo ecclesia ex his est una, & ex his est salus, & in his summus pontifex

Conciliũ generale nõ fit sine papa.

Põtifex principalitatem hēt, non nisi sub summo Pontifice saluari poterimus: sibi itaque subesse erit de necessitate salutis.

a ¶Hæc est tunica, &c.] Hic prosequit adaptationem tertiam, qa Ecclesia figurata est per tunicam Dñi incõsutilē, q̃ scissa nõ fuit, sed sorte prouenit. Sciẽdũ ergo, φ vestes Dñi fuerunt quadripartitę, quatuor militibus tributę, inter quas fuit una tunica inconsutilis desuper contexta per totum, quæ non fuit diuisa, sed p sortem habita vt patet Io. 19. c. Sciendum enim φ secũdũ Aug. vtrumq significat Ecclesiam tam vestis quadripartita, q̃ tunica sortita: aliter tñ, & aliter. Nam uestis Dñi quadripartita significat ecclesiã quatuor, s. partib. in orbe diffusam, & in eisdem æqualiter, idest concorditer distributam. Tunica uero illa sortita significat ecclesiam quantum ad unitatem charitatis, quæ charitas est desuper, quia habet supereminentiorem uiam, & est contexta per totum, quia est catholica, quod idem est qđ gñalis & totalis Est inconsutilis ut non diuidat, sed una permaneat, & oẽs in unum colligat. Sorte est habita, in qua diuina gratia commendat, quia cum sors mittit, nõ psonæ, sed occulto Dei iudicio cedit, quæ oĩs sunt uerba Augustini exponentis dictum textum Euangelii. Ex hac autem adaptatione patere potest, qđ subesse summo Põtifici est de necessitate salutis, non n. esset tunica Dñi, idest ecclesia inconsutilis & contexta per totũ, nisi esset sub uno capite colligata. uolentes ergo se a capite subtrahere, uolunt hãc tunicam scindere, sed si consideratur ueritas eam nõ scindunt q a scindi non potest. Itaq; s. subtrahentes ab unitate capitis, non dicuntur ecclesiam scindere, uel tunicam Dñi diuidere, sed dicuntur ex tunc ad hmõi tunicam uel ad ecclesiam minime pertinere, ut tales existentes tunc ad salutem nequeant promoueri.

unitatem Hæc [a] est tunica illa Domini inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed sorte prouenit. Igitur [b] Ecclesię unius & unicæ, unum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus uidelicet, & Christi uicarius Petrus, Petrique successor: Dicente [c] Domino ipsi Petro, Pasce oues meas; meas, inquit, & generaliter, non singulariter has uel illas; per quod commisisse sibi intelligitur [c] vniuersas. Siue ergo Græci, [d] siue alij se dicat Petro eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse:

Dñe. p vestẽ Xpi cõ-ae significatur.

Prædef. non subdunt q-a unitate ecclesiae turbabunt.

b ¶Igitur ecclesiæ unius.] Hic prosequitur adaptationem quartam ex eo φ oẽs oues, idest ipsi Christiani commissi sunt ipsi Petro. Circa φ tria facit, secundum φ hoc tripliciter pbat Primo, ex unitate corporis, & capitis Secũdo, ex unitate commissionis ouium. Tertio, ex unitate ouilis & pastoris. Secunda ibi, [Dicẽte Dño.] Tertia ibi, [Siue ergo Græci.] Prima ratio talis est, ubi est unũ corpus, & unũ caput, non duo capita, quasi mõstrũ, qa est ibi Christus, est Christi uicarius Petrus, Petriq. successor ibi, supple, nullus saluat nisi subsit Christo, Christiq. uicario Petro, Petriq. successori, sed unius & unicæ ecclesię est unum corpus, & vnũ caput, nõ duo capita, quasi mõstrũ, Christus Christiq uicarius Petrus, Petriq. successor. ergo in ecclesia nullus saluat, nisi subsit, &c De hac autem rõne non ponit nisi virtutẽ medij, uidelicet φ unius, & unicæ ecclesiæ est unum corpus, & unum caput Notandũ st φ quasi inferendo dicit, igit ecclesiæ unius & unicæ unum corpus, & unum caput, &c. qa licet hoc sit propositũ principale, φ nullus saluat nisi subsit Christo capiti & eius uicario, tñ inferẽdo & concludendo ista dicit, qa oĩa hæc ex pmissis sequuntur & concludunt. Si enim vna fuit arca Noe ecclesiã figurãs, & φ Xps vnum caput orauit, p unica ecclesia sua, & unica fuit tũnica Christi inconsutilis, pertete ex præmissis possumus inferre & dicere. Igit unius & unicæ ecclesiæ, vnum corpus, unum caput, &c ubi supplẽdum est φ si Christo capiti & eius uicario subesse nol umus, salutẽ nõ poterimus adipisci. Notãdum est, qđ dicit, vnius & vnicæ. Nam plura vr importare vnicum q̃ unum. Nam tũc quis hēt vnum, qñ hēt aliud. Sed tunc dr hēre vnicum qñ non hēt aliud, nec sperat vlterius hēre aliud, nec hēt in quo aspectum dirigat. vnde Greg super illo uerbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc erat vidua. Vult φ iõ erat vnicus filius, qa mr eius erat uidua, & nõ sperabat ulterius filios pcreare, nec habebat in quẽ aspectũ dirigeret. Vere itaque Ecclesia est una sponsa Christi, & vnica, qa Christus nõ hēt aliã spõsã, nec sperat ulterius hēre aliã spõsam, nec dirigit suũ aspectũ, nec suã affectionem ad aliã sponsam: iõ nullus confidat de alia sponsa, uel de alia Ecclesia, & sub nullo credat saluari, nisi sub sponso, uel sub capite ipsius ecclesiæ Christo, Christiq; uicario Petro Petrique successore.

Vnus & unicus differt.

Ioan. 19.

c ¶Dicente Dño ipsi Petro, pasce oues meas, &c]Hic probat hoc idem ex unitate commissionis. non n. factæ sunt plures cõmissiones principales, sed facta est vna principalis commissio, & omnes oues uni & eidẽ Petro & eius successoribus principaliter & uniuersaliter sunt commissę Formet autem sic ratio Cuicunque Dñs commisit oues suas, nõ has uel illas, intelligitur sibi universaliter commisisse, & ex hoc intelligit non esse salutem alicuius ouis, nisi sub eo, & sub eius successoribus cui oẽs oues gñaliter sunt commissæ Sed dicẽte Dño ipsi Petro, Pasce oues meas, qa nõ ingt singulariter. pasce has vel illas, sibi commisisse intelligit gñaliter uniuersas, & per cõsequens non intelligit saluari aliqua ouis, nisi sub Petro & successoribus eius, ita φ subesse sibi est de necessitate salutis, quæ est nostra conclusio principalis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, ut patet ex littera,

d ¶Siue ergo Græci, &c. Hic probat hoc idem ex unitate ouilis & pastoris Formet autẽ sic ratio Vnicũque est unum ouile & unicus pastor, siue Græci, siue alii dicãt se non esse sub ipso pastore, uel sub eius uicario, uel sub successorib. suis, dicunt se non esse de illis quibus, nec ad ouile huius ptinere, & per consequens dicunt se non esse in statu salutis. Sed dicente Domino in Ioãne, ut habet Io. 10. Constat unum ouile & unicũ esse pastorẽ, siue ergo Græci, siue alii dicant se Petro eiusq. successoribus non esse commissos, necesse est qđ fateat se non esse de omnibus Christi, nec pertinere ad ouile Christi, & p consequens fatentur se quoq. tales non esse in statu salutis De hac autem rõne ponit uirtutem medij, ut patet ex littera. Notãdum aũt hanc decretalem sic ordinate procedere, φ ex omnib. fere uerbis habetur conclusio principalis, quæ ponit in fine decr. quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis. Nam si considerentur conditiones superius generales, φ ecclesia est una, sancta, &c. Si considerentur adaptationes superadditæ, φ fuit una arca figurans ecclesiam, quod unica est ecclesia pro qua Christus orauit, quod unica fuit tunica Christi inconsutilis, quod ecclesia est unum corpus habens unum caput, quod una facta fuit Petro de omnibus ouibus commissio principalis, quod ecclesia est unum ouile habens unum pastorem, omnia ista clamant cõtra eos qui saluari uolunt, nisi subsint summo pontifici, omnia ista protestantur quod sic subesse est de necessitate salutis.

Ecclesia est unũ ouile.

dicente Domino in Ioanne, Vnum ouile & vnicũ eſſe paſtorem.

¶ In hac [a] eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem uidelicet, & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur. Nam [b] dicentibus Apoſtolis: Ecce gladii duo hic, in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe [c] qui in poteſtate Petri, temporalem gladium eſſe negat, male uerbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in uaginam. Vterque [d] ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille uero ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, in manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet [e]

ideſt malos Chriſtianos, non ferro, ſed uerbo: innuens eſſe duos gladios, unum ſpũalem, qui ferit verbo, & alium materialem, q ferit ferro, & ſubdit de materiali gladio: Quid tu denuo vſurpare gladiũ tentas, quem ſemel iuſſus es reponere in uaginã? qa ergo dicit Dñs Petro d materiali gladio, conuerte gladiũ tuum in uaginã: ſummus Põt fex, quãuis ille gladius ſit ſuus, & quamuis ſit in poteſtate ſua, nõ dẽt tñ illo gladio uti vel ferire. Notãdum etiam gladium materialem eſſe ſummi Pontificis, & eſſe in poteſtate eius: oſtendit idẽ Ber. ibidem loquens ſummo Pontifici dicẽs: videlicet, quem materialem gladium, qui tuum negat: non ſatis mihi vr̃ attẽdere verbũ Dñi dicentis, Conuerte gladium tuum in vaginam.

Ioan. 10.

a ¶ In hac eiuſque poteſtate] Hic ponitur tertia pars principalis huiuſmodi decr. in qua poſtquam dñs Papa ex conditionibus generalib congruentibus Eccleſiæ ꝓbauit ꝙ ſibi ſubeſſe, eſt de neceſſitate ſalutis. Et poſtea ꝓbauit hoc idem ex quibuſdam adaptationibus ſpecialibus ad Eccleſiam adaptatis. Hic tertio vult hoc idem probare ex ipſis gladiis, qui ſunt Eccleſia. Circaq duo facit, quia primo agit de illorum duorum gladiorum pluralitate, poteſtate, & uſu. Secũdo agit de eorũ ordine: ibi, [Oportet ãt.] Circa primũ duo facit: quia proponit primo quod intendit, ſecundo probat quod dixerat: ibi, [Nam dicẽtibus. Dicit ergo in hac, ideſt in Eccleſia, eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem uidelicet & temporalem Euãgelicis dictis inſtruimur.

Gladii duo ſunt in Eccleſia.

b Nam dicentibus,] Probat quod dixerat: ſed dixerat duos gladios in Eccleſia, & eos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: & quia non eodem modo illi gladii ſunt in poteſtate Eccleſiæ: nec eodem modo pertinent ad vſum Eccleſiæ: ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum eſſe gladios in Eccleſia. Secundo oſtendit eos ambos eſſe in poteſtate Eccleſiæ. Tertio declarat non eodem modo eos in poteſtate Eccleſia: ſed alterum ad vſum, alterum ad patientiam & nutum. Secunda ibi, [Conuerte.] Tertia: ibi, [Vterq ergo.] Dicit igitur: nam dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic, id eſt in Eccleſia, cum Apoſtoli loquerentur, & quia ipſi Apoſtoli repræſentabant Eccleſiam, ſi inter ipſos Apoſtolos erant duo gladii, cõſequens eſt ꝙ in ipſa Eccleſia ſint duo gladii, dicentibus itaque Apoſtolis duos gladios eſſe ibi, non reſpondit nimis eſſe, ſed ſatis. Notandũ tm ergo, ꝙ ſi eſſent plures gladii quã duo, non dixiſſet Dñs, ſatis eſt, ſed parum eſt. Et ſi eſſent pauciores, non dixiſſet ſatis eſt, ſed nimis eſt, ex ipſis itaque verbis Dñi dicentis, ſatis eſt, datur intelligi duos gladios in Eccleſia, non plures nec pauciores.

c ¶ Certe q in poteſtate.] Hic oſtendit hos duos gladios eſſe in ptãte Eccleſiæ: dixerat enim in hac, ideſt in Eccleſia, eiuſq. ptãte duos eſſe gladios: & quia probauerat duos gladios in Eccleſia, vult probare hos duos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ſed quia nullus dubitet ſpũalem gladium eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ideo dñs papa probat hoc de gladio tẽporali dicens: certe q in ptãte Petri tpalem gladium eſſe negat, male uerbũ attẽdit Dñi ꝓferentis: Cõuerte gladiũ tuũ in vaginam. Notandum aũt ꝙ ſecũdum unum modum adaptandi duo gladii erãt inter Apoſtolos, & ſcđm hoc duo gladii ſunt in Eccleſia: quia Apoſtoli locum tenebant Eccleſiæ: unus aũt illorum erat uiſibilis: quia fuit extractus, & ſignificabat gladium tpalem ſiue materialem: qa reſpicit corpora & facit læſionem uiſibilem, alius autem ſtabat inuiſibilis, qa non fuit extractus, & ſignificare poterit gladiũ ſpũalem, q ferit animas, & facit læſionem inuiſibilem, ergo ſi de gladio extracto, & uiſibili, qui ſignificat gladium materialem, dixit Petro, conuerte gladium tuum in uaginam, liquide patet, ꝙ gladius materialis eſt Petri, & eſt in poteſtate Petri: conſequens eſt igit. ꝙ vterque gladius ſit Eccleſiæ, & in ptãte Eccleſiæ. Notandum etiam ꝙ iſtam ſniam tenet Bernardus ad Eugenium 4. dicẽs: Aggredere eos,

Gladiorum alter uiſibilis, alter inuiſibilis.

Matth. 26.

d ¶ Vterq; ergo eſt.] quia oſtẽderat utrunque gladiũ in Eccleſia, & vtrunq. in poteſtate Eccleſiæ eſſe. Hic vult oſtendere non eodem modo vtrumque gladium ad eccleſiam pertinere: ideo ait, quod vterq. eſt in ptãte Eccleſiæ: ſpũalis ſ. gladius & materialis: nõ tñ eodem modo, is quidem, i. materialis pro Eccleſia: Ille uero, i. ſpũalis ab Eccleſia exercẽdus. Ille, i. ſpũalis ſacerdotis manu utiť. iſte ãt, i. materialis, manu regũ & militum, ſed ad nutum & patiẽtiam ſacerdotis. Notãdum aũt utrumq. gladium eſſe in Eccleſia, & in ptãte Eccleſiæ, ſed non eodem modo, quia ſpũalis eſt in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ ad uſum, materialis uero non ad vſum, ſed ad patiẽtiam & ad nutum. Sacerdos ergo cum ſpũali gladio excommunicando inobedientes ferit, & eo propria manu utit, cum materiali vero non ferit, & eo propria manu non utitur, Sed reges & milites eo dẽnt uti & ferire ſm nutum & patiẽtiam ſacerdotis, eſt. n. nutus p aliqua ſigna cognoſcere alterius uoluntatem. Reges ergo & principes videntes per ſigna hoc expedire Eccleſiæ: debent contra rebelles & inobedientes materialem gladium exercere. Materialis itaque gladius non ab Eccleſia, quia non manu eccleſiæ, ſed manu Regum & militum, tamen pro Eccleſia, ideſt pro utilitate Eccleſiæ ad nutum, & patientiam Eccleſiæ exerceť. Notandum ẽt ꝙ accipiendo hoc gñaliter & ſpãliter poſſumus dicere, quod ad imperium & nutum Eccleſiæ materialis gladius exerceť. ad imperium gñaliter, quia mandat eccleſia gñaliter ꝙ fiat iuſtitia. Sed ad nutum ſpãliter, quia poteſt ſpãliter innuere, etiam ꝙ de iſto fiat iuſtitia. Notandũ etiam quod accipiendo iuſtitiam in aliquo ſpãliter, dr̃ materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam ſacerdotis, ad nutũ quidem, quia per aliqua ſigna denotat regib & militibus, quod pro eccſeſia & ad utilitatem Eccleſiæ materialis gladius extrahatur, ad patientiam vero, quia in hoc quod aliquis punitur in corpore, ſic Eccleſia ſuſtinet & patitur & condolet, & compatitur patienti. Notandum quod hos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ aliter & aliter, unum ad uſum manu Eccleſiæ & ab Eccleſia, alium ad nutum & pro Eccleſia manu militis, tradit & ſcribit Bernardus ad Eugenium quartum.

d ¶ Oportet aũt gladiũ, &c.] Poſtquam determinauit de pluralitate, ptãte, & vſu iſtorum gladiorum, vult determinare de eorũ ordinẽ, & hoc eſt principale propoſitum, quia ut patet, principalis intẽtio huiuſmodi decre.

autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati: Nam [a] cum dicat Apostolus: Nō est potestas nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam [b] secundum beatum Dionysium, lex diuinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinē vniuersi omnia æque ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tāto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarū rerum gubernatione clarius oculis intuemur. Nā veritate testante [d], spiritualis potestas terrenam potestatem instituere ha-

decre. est ostēdere, quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis, prout vltima conclusio manifeste declarat: & quia ex ordine gladiorū hoc aperte patet: ideo agit de pluralitate, potestate, & vsu illorum gladiorum quędam præambula. Sed agere de ordine est ad propositū principale: posset tamē qui vellet ex ipsis præambulis rōnes formare ad propositum principales. duo ergo facit, quia primo ponit quem ordinem habent huiusmodi gladij. Secūdo probat quod dixerat: ibi, Nam cum dicat. dixit ergo, oportet autem gladium esse sub gladio: & temporalē auctoritatem subiici spirituali potestati, quasi dicat, quod hi gladii habent hunc ordinem, quia gladius est sub gladio, cum temporalis, & materialis sit sub spirituali.

a ¶ Nam cum dicat Apostolus.] hic probat qđ dixerat, videlicet qđ debet esse gladius sub gladio. Circa qđ tria facit, quia probat hoc per Apostolum. Secundo per Dionysium. Tertio subiungit multa media simul probantia propositum. Secunda ibi, Nam secundum. Tertia ibi, Quod etiam. Dicit ergo secundum Apostolum. Non est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt a Deo ordinata sunt: non autē ordinata essent, nisi gladius esse sub gladio, & tanquā inferior reduceretur per alium in suprema. Notandum autem quod non potest esse essentialis ordo inter aliqua, nisi vnum sit perfectius alio, & vbi vnum magis appropinquat ad Deum, quam aliud: habet enim se res respectu Dei, sicut vnū respectu vnitatis, vt innuit Dionysius quinto de diuinis nominibus & sicut non sunt duo numeri essentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates, quam alius: sic non sunt duæ res essentialiter differentes, quin vna perfectior sit alia. Si ergo isti gladij sint per se distincti & ordinati, oportet vnum esse sub alio, & vnum esse perfectiorem alio.

b Nam secundum.] hic probat hoc idem per beatum Dionysium: formetur sic ratio. Secundum legem diuinitatis infima reducuntur in suprema per media. & secundum ordinem vniuersi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinationem reducūtur: cum aūt spiritualis potestas excellat terrenam potestatē dignitate & nobilitate, quia spiritualia temporalia antecedunt, istæ duæ potestates non æque immediate reducentur ad ordinem: sed vna reducetur per aliam, terrena per spiritualem. Notandum autem, quod hæc ratio non cōcludit solum terrenam potestatē esse sub spirituali, quia temporalia communiter sunt sub spiritualibus: sed etiā probat, quod terrena potestas habet reduci in Deum per spiritualē, hoc est, habet dirigi & gubernari per ipsam. Notandū etiam, quod ista ratio est sumpta a Dionysio, & est ad propositum principale, & est declaratio eius quod Apostolus dixerat, dicebatur enim per Apostolū, potestates a Deo sunt, & ordinatę sunt. Cum ergo dubitari posset quo ordine ordinatæ sunt potestates, hoc dubium soluit dicens, quod oportet eas vt res aliquæ sunt in vniuerso ordinatas esse, quia infima per media, inferiora per superiora ad ordinem reducuntur.

c ¶ Quod etiā ex decimarum datione, &c.] Hic multa media sumit ad probandum: quod potestas terrena est sub spirituali. Circa quod duo facit, quia primo facit quod dictum est. Secundo ex dictis infert ad propositum multas conclusiones ibi. Nam veritate testante. Dicit ergo etiam, supple sic esse, quod terrena potestas subsit spirituali ex decimarum datione & benedictione, &c. Notandum est hic posita quattuor media ad propositum quod terrena potestas subest spirituali. Primum medium de decimis habetur in canone. Secundū de benedictione siue de sanctificatione, habetur ab Hug. de sacramentis lib. 2. par. 2. Tertiū de potestatis acceptione, habetur ab eodem Hug. eo. lib. & eadem parte. 2. Quartū vero ex ipsarum rerum gubernatione, potest haberi ex verbis Augus. 11. de tri. c. 4. Propter primum sciendum, quod si de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra laicorū est in cēsum Ecclesiæ. terrena itaq; potestas secundum omnia bona terrena quæ habet est sub Ecclesia. Propter secundum sciendum, quod Hug. de sacra libro & parte præassignatis ait, quod sacerdotalis dignitas regalem potestatem sacrat & benedicit: secundum Apostolum, qui benedicit, maior est. Ergo quia per Ecclesiam terrena potestas benedicitur, sanctificatur, inungitur quidem si sit inungenda, absoluitur si delinquat. Sed cum inungitur, etiam absoluitur & benedicitur & sanctificatur: quare terrenam potestatem, & specialiter reges excellentiores propter vnctionem, & omnes Christianos propter absolutionem, oportet sub esse Ecclesiæ. Propter tertium, sciendum (vt Hug. ait li. & par. præassignatis) quod spiritualis potestas est maior dignitate quàm terrena: quod in illo antiquo populo veteris testamenti declaratur manifeste, vbi primum a Deo sacerdotium institutum est postea vero per sacerdotium regalis potestas, iubente Domino ordinata est. potuisset enim Deus si voluisset per seipsum vocare Saulem, & dare sibi potestatem regalem: sed voluit hoc fieri per Samuelem: insinuans potestatem terrenam dependere a potestate ecclesiastica, & sibi debere esse subiectam. Propter quartum sciendum, quod Augu. 3. de trin. c. 4. vult quod totum vniuersum quodam ordine regatur: quia corpora grossiora reguntur per subtiliora, & tota corporalis creatura per spiritualem: sed turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso. Si ergo in toto vniuerso corporalia reguntur per spiritualia, turpe esset si in genere humano, quod est pars vniuersi, terrenæ potestates non subessent spiritualibus, & non regerentur per ipsas.

d ¶ Nam veritate testante, &c.] hic concludit de ecclesiastica potestate plures, & varias conclusiones ad propositum vtiles. Circa quod quattuor facit, quia primo concludit, quod spiritualis potestas potest terrenam potestatem instituere, iudicare, transferre, & plantare. Secundo concludit de ecclesiastica potestate, & potissime de suprema, quæ à solo Deo, non ab homine poterit iudicari. Tertio concludit de eadem, quomodo est humana, & quomodo est diuina. Quarto concludit etiam, quod cum ista ita sint ordinata, quod qui Ecclesiæ potestati resistit, Dei ordina-

Potestas terrena subest spirituali.

Terra tota laicorū ē in censu Ecclesiæ.

Reges quare sub sunt Ecclesiæ.

Sacerdotiū præcessit regalē potestatem.

Corporalia p spiritualia reguntur.

Spiritualia præcedunt temporalia.

tioni resistit: & quod nō pōt qs ecclesiæ potestati resistere cū salute, nisi duo asserat principia, vt Manicheus errans posuit, quod scriptura sacra veritatem asserens, negat & destruit. Secunda ibi, Ergo si deuiat Tertia ibi, Est autem. Quarta ibi, Quicunq; igitur. Continuatur, ergo sic: Bene dictū est quod potestas ecclesiastica potestatē terrenā benedicit, sanctificat, & ab ea potestas terrena potestatē accipit Nā veritate attestāte, i. canone Bibliæ asserēte, spiritualis ptās terrenam potestatē instituere habet: & supple, si habet eā instituere, habet eā iudicare, si bona nō fuerit: quia cuius est condere, eius est destruere: & quia etiam quantū ad terrenam potestatē habet eā instituere: & si nō bona fuerit habet eā iudicare & destituere sic s. secūdū hūc modū de ecclesia & ecclesiastica potestate verificetur vaticiniū Hieremiæ, Ecce cōstitui te hodie, i. à die qua formata ecclesia super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes ea destituendo: ædifices & plantes ea instituendo. Notandum autem, quod dicit, veritate testante spiritualis potestas terrenā instituere hēt quia vt patet ex veteri lege & ex canone Bibliæ. primum a Deo sacerdotiū institutum est: & post iubēte Domino per sacerdotiū regalis potestas ordinata est.

Hiere 1.

bet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia & ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, & cætera quæ sequuntur. Ergo[a] si deuiat terrena potestas iudicabitur à potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, à suo superiori: Si vero suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testāte Apostolo; Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem [b] hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominē) non humana, sed potius diuina ore diuino Petro data, sibique suisque successoribus in ipso, quem cōfessus fuit petra firmata: dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaueris: & cætera. Quicumque [c] igitur huic potestati à Deo sic ordinatæ, resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manichæus) fingat esse principia: quod falsum & hæreticum iudicamus; quia te-

a Ergo si deuiat, &c.] hic ponit conclusionē secundā de ecclesiastica potestate, & potissime de suprema, qa si deuiat, a Deo solo poterit iudicari Continuetur ergo sic, Dictum est, si deuiat terrena potestas, iudicabit a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, iudicabit a suo superiori: si vero suprema spiritualis potestas deuiat, a solo Deo, nō ab homine poterit iudicari, testante Apostolo: spiritualis homo iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur. Notandū autē quod ille est spiritualis homo, qui habet sanā mentē & sanū iudicium. sicut ille est sanus corporaliter, qui habet sanū gustū & habet sanū iudicium de saporibus. sic & ille est spiritualiter sanus, qui habet sanā mentem, & habet sanū & rectum iudicium de agibilibus sicut ergo solus ille, qui est sanus corporaliter, potest recte alia corporalia iudicare: sic solus ille q est spiritualis potest de omnibus iudicare tā de spiritualibus, q̄ de corporalibus: quia corporalia sub spiritualibus continētur Notādum etiā quod idē esse spiritualē & sanū spiritualiter, quia quicūq. est de spiritualibus, habet sanā mentē, & habet rectū iudiciū de rebus Notandū Et quod sicut habēs gustū infectū male iudicat de saporibus, & in suo iudicio ab omnibus iudicatur; quia si habet gustum infectum cholera, etiam dulcē iudicabit amarum: sic habens mentem infectam. habet prauum iudicium de agibilibus & in suo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit esse faciendum, quod non est faciendum, iuxta illud.

Spiritualis quilibet sanā mentem habet.

Dicit amor cęcus, dedecus esse decus.

Itaq spiritualis homo, & habēs sanā mētem iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur, quia in suo iudicio à nemine reprehenditur Notandū et, quod duplex est spiritualitas, personalis, & secūdum statū, & duplex est iudiciū, siue duplex est correctio, auctoritatiua, & fraterna. Itaq. spiritualis personaliter oēs iudicat quia, omnes male agētes pōt corrigere correctione fraterna, & ipse a nemine iudicatur, qa si est spiritualis bonus & sanctus, nil agit de quo possit iudicari vel reprehendi. Est aūt alia spiritualitas secundū statū, qū est in statu sāctissimo & spiritualissimo: & in hoc statu est solus sūmus Pontifex: ideoque quilibet eū nominat, & nominare debet sanctissimū patrem. Ille omnia iudicat etiā auctoritate qui a supra omnes auctoritatem habet, & ipse à nemine iudicat, quia nullus habet auctoritatē super ipsū: personaliter ergo possunt esse, & forte sunt multi sanctiores papa, & spiritualiores eo, sed secūdum statum nullus est ita spiritualis nec ita sctus. & qa auctoritatiue iudicare respicit spūalitatē & sanctitate se sūdū statū ideo auctoritatiue ipse sol9 est ille spiritualis hō qui iudicat oīa & ipse à nemine iudicatur.

Spiritualitas est duplex.

1 Al. superna.

Papa sāctiores multi possunt esse

b Est autē hæc auctoritas, &c.] hic ponit cōclusionē tertiā de ecclesiastica potestate, ostēdēs quomodo sit humana, & quomodo non humana, vel ostēdit quomodo sit humana, & quomodo diuina. est enim humana, qa data est homini, & est humana qa sic exercet per hoīem, tñ nō est humana, qa sit data ab hoīe, sed potius est potestas diuina, qa data a Deo, nā de ore diuino Petro est data sibi, suisq successoribus Est etiā hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipso Chro petra, quā Petrus cōfessus fuit dicēte Dño ipsi Petro, Quodcūq ligaueris, &c. littera patet quidē. Notādū autē quod hæc auctoritas dupliciter est humana, & dupliciter diuina. Est aūt humana, data est homini, & est humana, quia exercetur per hominem, sed est diuina, quia est data à Christo, qui erat Deus, & est diuina, quia firmata est in petra firma in Chro q erat verus Deus Notādū etiā, quod oīa ista quattuor possunt haberi ex Euāgelio, Nā quod sit humana, quæ data est homini, habetur ex Euāgelio, vbi dr, Tibi dabo, &c quod et sit humana, quia exercetur ab hoīe, patet ex Euāgelio, dū dr. Quodcūq. ligaueris, &c. Qd uero diuina, quia data à Deo, patet ex Euangelio, quia ipse Christus, qui erat Deus loquebatur qñ dixit, Tibi dabo & quod sit diuina, quia fundata in eo, patet ex Euāgelio, quia ipse Christus qui erat Deus, loquebat cū dixit, Super hāc petrā, .i. sup meipsum, qui sum petra. & quia significor per patrē ædificabo ecclesiam meam.

Auctoritas Papæ est humana & diuina.

c Quicunq. igitur, &c] hic ponit conclusionē quartam de ecclesiastica potestate dicēs. Quicunq igitur huic potestati, supple, ecclesiasticæ a Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit, & supple, non pōt esse in statu salutis, nisi forte fingat duo principia & duos Deos, sicut finxit Manichæus hæreticus, qd dictū falsum & hæreticū iudicamus, quia teste Moyse, nō in principiis, sed in principio cælum Deus creauit & terram Notandū autem, qd Deus pater secūdū vnum modū exponēdi, quē tangit Aug super Gen in principio idest in filio creauit. &c. Et qa pater & filius nō sunt duo principia, sed vnū principiū, qa immo tota Trini-

In principio & nō in principiis D[eus] cęlū creauit & terram

Trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, relatiue ad creaturã nõ sunt plura principia, sed vnũ principium, ut dicit Aug 4. de tri. c. 13. ideo non in principiis sed in principio cælũ Deus creauit & terrã Notandũ ẽt, ꝙ si essent duo Dij, possunt esse plura capita in regimine humani generis, & vnũ caput posset referri in vnũ Deũ, & aliud in aliũ Deũ: Sed cum hoc sit falsum, & hæreticum, sicut non est nisi unus Deus, & unus Dei filius Iesus Christus, ita Ecclesia non habet nisi unum caput, & unum principalem uicarium Iesu Christi, cui subesse est de necessitate salutis.

a ¶Porro subesse Romano Pontifici.] Hic ponit conclusionem tot modis inuestigatam, & ẽt illatam ab omnibus antedictis. Continuetur autem sic, quia ex conditionibus quibusdam generalibus competentibus Ecclesiæ, & q̃a ex quibusdam adaptationibus spiritualibus adaptatis Ecclesiæ, & tertio, quia ex ipsis gladijs, qui sunt in Ecclesia. patet ꝙ tenemur subesse Romano Pontifici. porro, idest, certe, q̃a sic est: Ideo omnibus hic consideratis declaramus, dicimus, & diffinimus oĩno esse de necessitate salutis omni humanæ creaturæ subesse summo Põtifici. Notandum autem, ꝙ ait dñs papa se declarare dicere, & diffinire oĩno, ꝙ sibi subesse est de necessitate salutis, &c. quæ pñt sic adaptari, ut concludamus, ꝙ subesse summo Pontifici est de necessitate salutis: declaramus, si consideramus conditiones gñales, su. positas competẽtes Ecclesiæ: dicimus, si consideremus adaptationes spũales adaptatas Ecclesiæ: & hoc diffinimus, si consideramus ipsos gladios, q̃ sunt in Ecclesia, & oĩno, idest penitus: vel oĩno, idest præfatis oĩb. consideratis, pronuntiamus sic est esse. Et hęc de expositione præsentis decretalis editæ a sanctissimo patre & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia papa octauo, dicta sufficiant. Io. Mona.

ADDITIO. Quæro vtrum potestas spũalis debeat dñari temporali: Et vr̃ ꝙ non, quia iurisdictiones sũt distinctæ, ut in authen quo opor. epi. in prin. coll. 1. de consecr. dist. 3. celebritatem, in fin. Non ergo papa debet se intromittere de potestate temporali, sed debet tẽporalia dimittere Imperatori, Regibus, & aliis dñis temporalibus 8. dist. quo iure, arg. extra qui filii sint leg. c. lator. & c. causam, alias poneret falcem suam in messem alenam, su. de ele. c. venerabilem, quod nõ est faciendum, 6. q. 3. c. 1. præterea secundum Hug Imperator a solo Deo hẽt potestatem in temporalibus, papa in spũalibus & sic iurisdõnes sunt distinctæ, ut dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat a papa, gladiũ tñ ab altari. 93. dist. legimus, & ẽt ante fuit imperiũ q̃ Apostolatus. Præterea potestas spũalis indigeret tpali multoties. 23. q. 5. administratores, ergo nõ dominat̃ ei. præterea si potestas spũalis dominaret̃ temporali, haberet dominium tpalium Sed dñium earundem rerum non potest esse simul, & semel insolidum eodem tempore apud plures, ff. commo. l. si ut certo, §. si duobus uehiculum, ergo nullus alter haberet dominium, quod est falsum, ergo, &c.

stante Moyse, Nõ in principijs, sed in principio cęlum Deus creauit & terram.

¶Porro[a] subesse Romano Põtifici omni †humanę creaturæ declaramus dicimus, diffinimus, & pronuntiamus omnino esse de necessitate salutis. Datum Lateranen. Pontificatus nostri anno octauo.

¶Ioannes xxij.

¶Prælati non discurrant p̃sertim habitu transformato, qui si ad curiã uenerint, inde recedere nõ debẽt sine Papæ licẽtia; alias ipsi et recepiẽtes illos excõmunicati sunt.

CAP. II.

VT prælatorum inepta discursib. grauitas, & simplicitas simulationib. obuiat̃, & ipsorum ad Christi uicarium indeuotio, religiositati quippe contraria, non immerito arguenda: cũ reuerẽtiã illorum sanctitas lucẽ puritas firmosq. maturitas poscat gressus, vt sint vita mũdi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum quia ipsorum quo-

Contrarium vr̃, Christus commisit summo Pontifici vices suas, vt habetur Math. 16. c. & 24. q. 1. quodcunque. Sed Christo data erat omnis potestas in cœlo, & in terra, Matth. 28. ergo summus Pontifex, qui est eius vicarius, habebit hanc potestatem. extra de transla. cap. quanto.

Rñdeo & dico, q̃ potestas spiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ per rationes, quas Host. inducit in summa, qui fil. sint leg. § qualiter, & a quo. Item quia Iesus Christus filius Dei dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis Dominus fuit, & de iure naturali in Imperatorem, & quoscunque alios depositionis sententias ferre potuisset, & damnationis, & qualcunque alias, ut pote in personas, quas creauerat, & donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiam conseruabat. Et eadem ratione, & vicarius eius potest. Nam non uideretur Dominus discretus fuisse (vt cum reuerẽtia eius loquar) nisi unicum post se talem uicarium reliquisset qui hæc omnia posset. Fuit autem iste uicarius eius Petrus, Matth. 15. ultra medium. Et idem dicendum est de successorib. Petri, cum eadem absurditas sequeretur, si post mortem petri humanam naturam a se creatam sine regimine vnius personæ reliquisset. arg. ad hoc sup. qui filii sint leg. per venerabilem, ultra medium. de hoc no. Inn. sup. de fo. comp. c. licet. Et io dñs Bonifacius 8. motus aliis efficacibus rationibus & exemplis & auctoritatib. sacræ scripturæ, declarauit, dixit, & diffiniuit subesse Romano pontifici omnem humanã creaturam esse de necessitate salutis, ut in Extrauag. vnam sanctam, quæ hic de verbo ad uerbum posita est, cum gl. domini Io. Mo. qui plene declarat hanc quæstionem.

Ad argumenta in contrarium respondeo. Ad primũ cum dr̃, quod iurisdictiones sunt distinctæ, &c. dicit Host. sic, Ego iurisdictiones assero, & vtramq; a Deo processisse, ut dicta auth. quomo. opor. epi. tamen quãto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo sacerdotium maius, ꝙ probatur ex ordine scripturæ dictæ authen. Et sic intellige ꝙ non multum discrepant sacerdotium, & imperium, ut auth. de nõn alie. aut permut. rebus eccles. §. si minus coll. 2. Non multum discrepant quo ad principium, unde procedunt, sed multum discrepant quo ad maioritatem. Inde est ꝙ caput episcopi inungitur, sed armus regis, & episcopus chrismate, rex oleo, ut sciatur ꝙ episcopus est uicarius capitis nostri, idest Iesu Christi, & ut ostendat̃ quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatem, extra de sacra unct. c. 1. uer. sed in ueteri testamento. Et eodem modo respondetur ad secundam oppositionem. Et quod dicitur ante fuisse imperium quã Apostolatum, hoc non facit ad propositum, quia potestas non ratione temporis est maior, sed potius ratione dignitatis. Nam & si Andreas primus uenit ad fidem quam Petrus, prælatus est tñ Petrus Andreæ, cum in Apostolorum catalogo semper primas quasi præcipuus præmittatur, uo quod Petrus

Iurisdictio spũalis oẽs creaturas humanas adstringit.

sit potior tempore sed potior dignitate.

Ad tertium argumētum dico quod licet, ut s. dictū est, omnis humana creatura subsit Papæ, & sic potesta ti spirituali: non tamen sequitur quod habeat dominium omnium rerum temporalium.

Dñiū est duplex.

Ad cui⁹ declarationē sciēdum est, ꝙ est duplex dñium Est. n. qđdam dñium iure diui no : quoddam aliud iure humano. s dist. quo iure. Diuinū dominium est illud, qđ est apud Deum super oēm creaturam, ipse enim Deus creator est omnium vniuerso rū, q3 enim manet in æternū, creauit omnia simul sitē in Gē c. 1. In principio creauit Deus cęlum & terrā. Et uide de hoc qđ legit & no s. de sum. tri. & fide catho. ca 1. Isto dñio Dñi est terra, & plenitudo eius in. psa lup de deci. cai tua nobis & dicto ca. quo iure. Illud dñiū est verum dñium, simplex & absolutum, & vnus est dñs omnium Creaturarū Deus. Et iō proprie loquendo omnes creaturæ, proprietates, res & possessiones, & bona alia in nullius bonis sunt vere, absolute, & proprie, nisi Dei. Circa quod dominiū dicit Hosti lu. de vo. & vo. redemp c. quod sup, in magna glo. ver. mihi tamen videtur sic in aduentu Christi omnis honor, & omnis principatus, & oē dñium, & iurisdō de iure, & ex iusta cā p illū qui supremā manū hēt, nec errare pt, oī infideli subtracta fuerint, & ad fideles trāslata. Quod hoc iusta cā fuerit, pbat Eccl. 10. Regnū de gēte ad gētē trāsfert pp iniustitias, & iniurias, & cōtumelias, & diuersos dolos. Qđ hoc factum sit, comprobat. sup. de cōst. c. translato, & hoc in personam Christi filij Dei uiui, qui non solum sacerdos fuit, sed & rex Lucæ 1 Ecce concipies in vtero, &c vsque & regni eius non erit finis. vnde & ipse dixit Math. 2. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Huius autem regni, & sacerdotij principatum perpetuum commisit filius Dei Petro & successoribus eius, ut patet in eo quod legitur. & not in. 6 de homic. pro humani & sup. qui fi iunt le. per venerabilem, §. rationib. per totum, & maxime in ver. fin. Et de tali dominio di uino dico, ꝙ ois tpalis pōtas est subiecta spūali, & debet potestas spiritualis potestati temporali dominari.

al. intimato.

Christus fuit sacerdos & rex.

rundam (ut fide dignorū habet assertio) eo uana prorupit interdum ne di xerimus perniciosa temeritas, quod (vestibus spiritualib. sanctitatis abiectis, dissimulato habitu) ad remotas a suis sedib. partes se trāsferunt. Qui nimmo ad sedem Apostolicam clanculo nobis nō visis, nec insinuato † ꝙ venerint, venisse, latitasse, discessisseq; dicātur: Nos ne tacentibus nobis non precisus huiusmodi mor bus inualeat: dum proui dū creditur, quod incautum, licitum, quod impune: Omnib. episcopis superioribusq; plātis sub obtestatione diuini iudicii inhibemus, ne absq; rōnabili cā, timoris forte uel alia, extra suarum ciuitatis, & diœcesis ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiscrete discurrant. Inhibemus etiam ne qui episcoporum & superiorū ipsorum latenter (prę sertim habitu transformato) venientes ab curiam, de ipsa (Romani Pontificis non præsentati conspectibus vel saltem ab eo recedēdi licē tia non obtenta) recedāt Si qui vero episcoporū & superiorum huiusmo di nostræ inhibitionis cōtradictores extiterint, & absq; ipsius Romani Pontificis recedendi licentia concessa, eoq; non uiso recesserint ab eadē, nec non si qui scienter receptauerint antedictos, nisi id confestim eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipsum ad eius crediderint deduci notitiam, manifestare curauerint (etiam si episcopopali ar chiepiscopali, patriarchali, vel quauis alia dignitate præfulgeat) eos excō municationis sententia innodamus.

Ioannes xxij.

¶ *Prælati ad curiam nō debēt more noctuę latenter venire, nec inde sine Papali licentia recedere alias infideles iudicantur & sententia excommunicationis ligantur.*

C A P. III

Et si deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicite, et per omnia velut lucis

Aliud est dñium ꝙ secundum legistas uocatur legale dominium, & ita nominat Accur ff de ver. sig l. recte, secūdum vero canonistas uocatur humanū, vt in dicto c quo iure. De isto legali vel humano dñio dicit Inn. sic, quod eius iuris est, ꝙ ad aliquem spectat vel requiritur de iure naturali, vt sunt dñia, obligationes, & huiusmodi & c. Innuēs expsse, ꝙ rerum dñia, & obligationes sunt de iure naturali, idest, de iure gentium. Non aūt a iure ciuili vel Imperatore, ut actiones, ff. de iust & iu. l ex hoc iure Inst de rerum di ui. §. feræ, ita not. Inno de const. c. quæ in ecclesiarum, & Compost. dicit ibidem, ꝙ a iure gentium descē dunt dominia: sed per leges principū distin guūtur modi, p quos rerum dominia acquiruntur, ff de acqui re. do per totū & inst. de re. diu per totū. Et de hoc intelligit ꝙ legitur s dis quo iure, & sic concordant in hoc ꝙ dominia sunt de iure gētium. Vr mihi ꝙ dominium rerum legale vel humanū fuit a Deo collatum humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gentiū, vel ciuili Nam Deus omnia quæ creauit, fecit p p rationalem creaturam, & omnia subiecit rationali creaturę. Gē c 1 Et sic reseruato sibi uniuersali, et vero dominio oīum creaturarum, huius dominij utilitatē cō cessit ab initio humanæ creaturæ quo ad vsum; ꝙ uidet intelligere Accursius. C. de iur do. l in rebus. sup verbo naturaliter, vbi dicit ꝙ iure primæuo non distinguebantur dominia, nisi quantum ad vsum, & c. unde aū ius gēt um omnia fuerunt communia quousque iure gentium vsibus primorum parentum introductum fuit, quod terræ diuiderentur, & limitarentur, & appropriarent, vt vnusquisque quod suum esset, sciret. Vnde lex dicit, quod iure gentium dominia sunt distincta, non dicit introducta, vt dicta l. ff de iust. & iu. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentium diuidantur dominia, sequitur quod ante diuisionem erant dominia communia, arg ff. com diui. l. 4 circa prin. cum ibi notatis, unde ex cōcessione diuina vtilitatis dominij rerum causatur quoddam dominiū legale vel humanum, ꝙ respectu veri dominij diuini nōn dr dominium, sed in se consideratum dr verum: illud uero dominium legale vel

Dñiū legale vel humanū quale est, & an fuerit ab initio introductum.

Vel humanum prout erat in communi, nō debet dici iuris gentium, sed diuini. Prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium, sic consideratum, est iuris gentium. Et tale dñium non est apud papam tantum, sed apud oēs, qui iuste acquirunt: & ex quo semel acquisitū est, non licet papæ vel alicui alteri auferre, vel occupare sine iusta causa, quia esset cōtra ius naturale diuinū, quo vnicuique dictum est: Nec faciat alteri, qđ sibi non vult fieri, vt in pr m. decretorum. Et Dominus dicit in Euangelio Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, 9 q. 2. nullus alterius, facit ad hoc C de ce...ta. l si quis, li. 12. Et hoc intelligo sine causa, quia ex iusta causa posset aliquis priuari ab homine, vel a iure tali dominio. ff de relig & sump fun l. si quis sepulchrum, C. pro quib. cau. ser. li. acci. per totum, & ff. & C. de bo. dam per totum Vnde per hoc respondetur ad ar ꝙ quantum ad humanā creaturam illa subest spirituali potestati, sicut dictum est. Sed dñia rerum aliarum sunt apud singulos q iuste acquirunt: verum est de dominio legali vel humano, sed diuinum dñium est apud Deum. Nec est cōtradictio, diuersis respectib. accepto dominio.

Dñium rei non possit dominio suo tollit.

Noctua nocte videt, lex huic ex cæcat ocellos.

Ad illa iura communia, quæ dicunt ꝙ Imperator est dominus mundi, ff ad leg. Rhod. l. deprecatio. responde vt no. C. de quadrie. preser. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

AD vniuersalis.

filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis vt in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul & custodum partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane peruenit auditum, quod nonnulli pontificali prædit dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verentur se ab ouium suarum cura, mercenarij more, tempore longo subducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubescunt vagari per deuia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus, & superioribus honore præcepto, sic abiecti, & indecori interdum ad sedem Apostolicam clanculo declinare præsumunt, vbi more noctuę cuius intuitum nox illuminat, excecat, de die latentes, horis tenebrarū, quos suis arbitrātur conformari desiderijs, visitāt, suos eis euomentes conceptus iniquos, & conspirationes forsan illicitas aduersus nos, & alios pertractantes, & demum abinde (non absque nota bilissedis prædictæ contemptu) reuerentia tam consueta quàm debita nō exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipso petita licentia, nec obtenta, recedunt.

¶ Nos igitur, & ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentijs fidem imponere cupientes, de fratrum nostrorum consilio hoc generali prohibemus edicto, ne de cætero præsul aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotiis Ecclesiæ sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat pernoctare: firmiter statuentes, vt quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitus visitet, ad Papam (si hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reuerentiam consuetam, & debitum exhibiturus eidem: nullatenus recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia, & obtenta. Quod si secus a quoquam super his fuerit attentatum, nos quoscunq; prælatos quamuis etiam partriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, necnon quolibet alio, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumpserint, nisi ante receptionem huiusmodi eidem Romano Pontifici significauerint aduentum illorum: decernimus eo ipso notam infidelitatis incurrere ac excommunicationis sententię subiacere. Nulli ergo, &c.

De tregua, & pace.

¶ Sixtus quartus.

¶ Sixtus Papa volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia Cardinalium & eorum qui Cardinalibus sunt familiares in Regno Franciæ existentia, sua dispositioni vsque ad certum tempus reseruat. De beneficijs promouendorum quid fieri debet ostendit Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam sententiam (nisi in vno casu) vetat appellari. Quid de causis in curia pendentibus faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diuersis curijs diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. seruādas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari & seruari.

a ¶ Ad regimen.] hęc habetur infra sub tit. de præben.

b ¶ Execrabilis.] ista habetur infra sub tit. de præb. cum glo Gulielmi de Monte Laudano, & est inter xx. Ioannis xxij cum gl. domini Zenzelini sub eo tit. de præb.

Discordia est extinguenda & pax cōseruanda.

CAP. I.

AD vniuersalis Ecclesię regimē diuina disponēte clementia, vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius: quàm exorta inter personas ecclesiasticas (principis tenebrarum astutia) discordiarum fomenta per nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere, vt cuiusuis altercationis salubriter euulsis seminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (diuina nobis assistente gratia) imponere, & conseruare valeamus. Cupientes itaque, vt suscitata retroactis temporibus discordia (proh. dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, alijsque terris & dominij clarissimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas occasione cuiusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam personæ prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, ne si (quod absit) maiora fomenta sumeret, damna pariter & grauiora scandala, periculaque subsequerentur, fine debito claudatur, & totaliter secludatur: Auctoritate Apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus, & singulis prælatis, & alijs personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum, & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum & diminiorum eorundem collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet: de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficiis ecclesiasticus cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus: quæ deinceps in Februarii, Aprilis, Iunii, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo dispositioni Apostolicæ ex aliqua generali reseruatione in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus fęlicium recordationū Benedicti xii. quæ incipit: Ad regimen [a] aut Ioan. xxii. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ incipit: Execrabilis. [b] seu constitutiones, & regulas cancellariæ Apostolicæ per nos super hoc editas reseruata generaliter non existant) perinde ac si aliqua a sede Apostolica vel eius legatis expectatiuę litteræ non emanassent, libere disponendi facultatem concedimus per præsentes. Et quia isti summi Pontifices prædecessores nostri consueuerunt se in concessionibus gratiarum expectatiuarum † personis benemeritis exhibęre liberales, nostræ intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominiis, regni huiusmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris, & dominiis concessas (quibus in aliquo pręiudicare non intendimus per pręsentes, quasque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouisionē, pręsentationem, seu quamuis aliam dispositionem singulorum ex pręlatis, & aliis personis pręNdictis. Ex quibus quidem sex gratijs, duę gratiæ expectatiuę concedimus duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipse, & charissima in Christo filia nostra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vien. necnon magistri & pręsidentes, ac alii officiarii in aliqua ex parlamentis regis eiusdem regni nobis super hoc vnanimiter supplicabant: qui duo nominati per regem & reginam, Delphinum, magistros, pręsidentes, & officiarios pręfatos gaudeant pręrogatiuis ad instar familiarium nostrorū continuorum commensalium. Ipsisq; sex gratiis consumptis, alias sex gratias similes aliis sex gratiis personis idoneis modo & forma pręmissis concedere intendimus.

† Gratia expectatiuas, & mādata de puidēdo nemini amplius concedi decreuit conc. Trid. ses. 24 de reforma, cap. 19.

¶ Volumus autem ac eidem auctoritate & tenore pręsentiū decernimus, & declaramus beneficia, quæ venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium familiares, continui commensales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominiis pręfatis obtinent, & in posterum obtinebunt dispositioni Apostolicę in posterum censeri reseruata, quamdiu duntaxat Cardinales pręfati vitā duxerint in humanis, ac post obitum eorundē Cardinaliū per sex annos continue sequentes: Quibus quidem sex annis elapsis, alii ad quos eorūdem beneficiorum collatio, prouisio, pręsentatio, electio seu quęuis alia dispositio alias pertinet de beneficiis familiarium huiusmodi in regno, Delphinatu, terris

terris & dominiis, prefatis consistentibus, in prædictis mensibus, disponere ualeant, huiusmodi reseruatione non obstante.

¶Concedimus etiam, quod beneficiorum quæ promouendi per nos ad dignitates seu beneficia consistorialia ipsarum prouisionum per nos de eorum personis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ ius eis quomodolibet competit ac competere poterit per promotiones ad dignitates, & alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecrationis eisdem promouendis impediendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis a sacris canonibus definiti uacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supradictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent alias dispositioni Apostolicæ (ut prefertur) reseruata, ad prælatos & personas supradictas; Si uero in aliis mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices successores nostros collatio, prouisio, & omnimoda dispositio pertineat.

Notarii Apostolici in magno sunt numero.

¶Et quoniam sedis Apostolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiusdem sedis notarios gestari solitum publice & continue gestant, & in posterum gestabunt, beneficia in eiusdem regno, Delphinatu, & terris consistentia dumtaxat censeantur reseruata, quodque † omnes & singulæ causę beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vsque ad diffinitiuam inclusiue in prima dumtaxat instantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interlocutoria uel a grauamine negotium principale minimè concernente, quod non possit per appellationem a diffinitiua sententia reparari. In aliis uero instantiis in curia Romana tractentur, cognoscantur, & fine debito terminentur.

*Vide conc. Trid sess. 24. de reforma. c. 20.

Appellat an liceat añ diffinitiuã, in iã de c. super eo 2. ext. de app.

¶Causæ vero beneficiales pendentes in dicta curia inter nostros aut dictorum Cardinalium familiares continuos commensales, ipsis Cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione aut recreationis causa secedentibus, necnon præfatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios a præmissis, qui per sex menses curiam prædictam secuti sunt, & sequuntur de præsenti curiales & quoscunque alios eorum aduersarios super quibusuis beneficiis eisdem aduersariis auctoritate ordinaria collatis, per illos, quibus commissæ reperiuntur, seu alios per nos ad id deputatos, seu etiam deputandos iudices audiantur, cognoscantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ uero similes causæ beneficiales inter quoscunque alios pendentes, & quibusuis iudicib. seu auditorib. commissæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciæ auctoritate Apostolica committantur audiendę, & cognoscendæ, & fine debito terminandæ, cum necessaria earundem causarum aduocatione. Præterea quia aliquæ ex supradictis causis in eadem Romana curia super petitorio, & diuersis curiis ipsius regni super possessorio tractantur, volumus quod in eisdem causis in diuersis curiis super petitorio & possessorio unico & eodem contextu pendentib. (suspenso petitorio, & censuris super hoc latis) in possessorio, in curiis eorundem iudicum coram quib. causæ possessorii pendeant de præsenti, procedãt, causæque ipsæ super huiusmodi possessorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioqui biennio elapso, liceat partib. ipsis procedere super petitorio, & ulterius dictis causis expeditis super possessorio, aut huiusmodi biennio elapso altera partium litigãtium coram iudice cõpetenti auctoritate Apostolica deputato, poterit ius suum prosequi, ipseq; Apostolicus iudex intra aliud biẽnium cãm in petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo auocata, & lis penitus extincta censeatur. Et si forsan aliqs eorundem iudicum cuiusuis sibi commissæ causę expeditionẽ malitiose prorogare, aut differre præsumpserit, excõicationis, & omnium beneficiorum priuationis pœnas ipso facto incurrat, a qua quidẽ excõicationis pęna absolui nequeat, nisi a nobis & successorib. nostris Romanis Pontificib. præterquam in † mortis articulo, quodq; de cætero in lic teris expediendis in regno Franciæ, Delphinatus, & terris aliisq; dñiis prædictis seruentur [a] taxę super hoc editę per Io. xxii. Papã pfatũ, & excessus, si qui fuerint, corrigãtur.

¶Et quia propter assiduas guerras, & nouitates, quæ continue uigent in dicto regno, ptenditur ecclesias, dũ uacant grauatas, in taxa.

[a] ¶ Taxæ] Vide pro hoc extrauagantem, Cum ad sacrosanctę, quæ est inter xx. Ioannis xxii sub ut. de sent. excom.

Cã eadem diuersis respectibus in diuersis curiis tractari potest.

† In mortis art. nulla est casuu reseruatio, atque idõ oẽs sacerdotes quoslibet pænitentes a q buscuis peccatis & censuris absoluere põt conc. Tri. sess 14. c 7 de casuũ reseruatione.

xa etiam reformata in concilio Constantiniensi, quæ reducta est ad medietatem antiquæ taxæ, quod grauatus in eadem taxa prælatus promouendus soluat communia, & minuta seruitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant, tantum pro uera æstimatione fructuum ecclesiæ & monasterii, ad quæ sit promotus, eaque in dicta cancellaria & camera Apostolica inuiolabiliter obseruari mandamus.

¶Et quia in supradictis concessionib. regnum ac regem maxima sumus charitate cõplexi, credendum est non immerito, ut se deuotos & obedientes erga sanctam Romanam Ecclesiam exhibeant. Quare uolumus & eisdem auctoritate & tenore statuimus, q̃ præfatus Rex intra quatuor menses præmissa acceptare & obseruare, ac in regno, Delphinatu, & dominiis huiusmodi obseruari facere, necnon intra alios duos, præfatos quattuor immediate sequentes menses super acceptatione & obseruatione, aliisque præmissis omnib. & singulis per suas patentes litteras nos & sedem præfatam certificare teneatur: Alioquin præsentes litteræ, & inde secuta quæcunque, sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos. n. extunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quo quam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, cõstitutionis, declarationis, indulti, mandati & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ M. cccclxxii. septimo idus Augusti, Põtifi. nostri anno 1.

¶Sixtus quartus.

¶ *Discordia inter religiosos Mendicantes & ecclesiarum parochialium rectores in partibus Germaniæ quattuor delegatis cõmissa, per eos sub certis formis & modis in pacem & concordiam conuersa fuit, quam Romanus Pontifex confirmat, præcipiens sub pœna excommunicationis illam a prælatis obseruari.*

CAP. II.

Vices illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam meritis licet insufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata uestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere satagẽtes, inter Christi fideles quoslibet, & præsertim sub vno atque eodem sacerdotii vexillo nobiscum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confouere vigillanti sollicitudine meditamur assidue, & quæ iis contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posita submouere, prout rerum & temporum circumstantiæ id non immerito exposcere dinoscuntur.

¶Nuper siquidem pro parte tam uenerabilium fratrum nostrorum Moguntinen. & Treueren. archiepiscoporum, ac Herbipolẽ. & Vuormacien. & Spiren. episcoporum, quã dilecti filii nobis uiri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus [a] Romani imperii existit, ad nostrũ peruenit auditum, quod inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitanorũ ordinum professores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam ecclesiarũ prælatos, instigante illo, qui tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret in partibus Germaniæ, & præsertim in oppido Esslingẽ. Constan. diœcesis suscitata sunt nonnulla dissensionum, & scandalorum fomenta, ex certis causis tunc nobis expressis, quæ nisi per uigilantiam pastoralis officii celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter peruenire.

¶Nos igitur attendẽtes, q̃ sacrosancta Romana ecclesia ab eius fundatione primæua in ordine sacerdotali, quem Petrus Apost. & eius successores obseruarũt, instituta, & per uiros pudicos & sacerdotes uirtuosos adaucta, & longissimis temporib. feliciter conseruata extitit: Rursusq; animaduertens q̃ hodiernis tẽpib. hominum crescente malitia, nisi ager dñicus cultorib. idoneis, buccinatorib. spiritus sancti, & præconibus uerbi Dei (qui præter cæteros in ordinib. fratrum Mendicantium gratia assistente diuina in copioso numero reperiuntur) assidue coleretur, veprib. malorum & sentibus vitiorũ omnium ce-

Vices illius.] a ¶Ex electoribus] electores imperatoris sunt septem: tres ecclesiastici, & quattuor laici de quib. per glo. in c. ad Apostolicę, de sent. & re iud. li. 6.

Matt. 16.

Sacerdotes dicuntur sub eodẽ uexillo cum papa militate.

1. Pet. 5.

Ecclesia Ro. p quos fuit instituta, ad aucta, & conseruata.

Prædicatores multi in ordinib. mẽdicãtium reperiuntur.

celeriter obrueretur: non potuimus non nisi ab intimis cordis nostri dolere, quod inter tales uiros, qui se mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apostolum, onera portare deberent, discordiæ seminarium excitaretur. Vnde cum vellemus super his ea, qua decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Gulielmo Hostiensi & Angelo Prenesti episcopis, & dilectis filiis nostris Iuliano tituli sancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli sancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ uocis oraculo commisimus, & mandauimus, vt a singulis partibus prædictis vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propositis, inter eas cōcordiam tractarent. Qui quidem episcopi & Cardinales statutis loco & tempore conuocatis, auditis, & intellectis partibus prędictis (ut prefertur) & in prēmissis grauiter & consulte procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt: Videlicet, quod ipsi parochiani sacerdotes decętero non dicant a Mendicantibus hæreses processisse, cū in ueritate fides nostra sit illuminata, & ecclesia exaltata per eosdem, & præsertim per ordines prędicatorum & Minorum, ut iura testantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parochianos nō teneri audire missam in eorum parochiis dieb. festiuis & dominicis, cum iure sit cautum † illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, & bene caueāt propter pœnas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi mendicantes desistant prædicare, quòd parochiani non sint obligati saltem in paschate, proprio confiteri sacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus saltē in paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres mendicantes non censeantur exclusi, quominus secundum iuris communis & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem, confessiones, audire, & pœnitentias iniungere valeant. Quod etiam de cętero inter ipsos fratres mendicantes & curatos quo ad effectum prædicandi, horas cantandi, campanas pulsandi, seruetur consuetudo antiqua, quę temporib. antiquis seruata fuit in ipso oppido Eslingen. Et casu quo ueniat aliqua occasio siue necessitas, nō fiat commutatio temporis uel horæ in ipsis prædicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium ecclesiarum: Nec etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia, & accessu abstrahant siue retrahant quoquo modo. Et uice versa ipsi rectores, & prælati aliquo modo non detrahant mendicantibus, sed illum fauorem, quem possunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præstant, ita ut vera unitas & perfecta charitas inter eos ostendatur.

¶ Nos itaque illius uices gerentes in terris, qui apostolis dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo uobis: cupientes super his opportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra certa scientia & mera uoluntate, concordiam prædictam, ac omnia & singula per prefatos episcopos & Cardinales ordinata, ad hoc ut perpetuo inconcussa persistant, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia approbamus & confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus. Supplentes omnes & singulos defectus tam iuris quam facti, qui forsan interuenerunt in eisdem. Iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon prioribus, guardianis, & singulis fratribus ordinum Mendicantium sub pœna excommunicationis latæ sententię, quam contra facientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere uolumus eo ipso: a qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu partis læsę, & debita satisfactione præuia, ut inuiolabiliter obseruent, & quantum in eis est, ab aliis obseruari faciant. Et insuper quascunque lites & causas coram quibuscumq; causarum palatii Apostolici auditoribus seu alibi occasione præmissorum, inter dilectos filios decanum & capitulum ecclesiæ Spiren. & curatum dicti oppidi, ac fratres prędictos indecisas pendentes, illarum status, tenores & formas, & in eis gesta & actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia & auctoritate prædictis aduocamus, & litem seu lites ipsas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prędictis litis huiusmodi consortibus seu illis adherentibus perpetuum silentium imponimus: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac pri-

Ca. ut dñicis de parochiis, & ahe parochi. uide concil. Tri. ses. 2. in decr. de obseruādis in celebratione missę. §. moneant.

† Ca. omnis utriusque sexus. de pęn. & remiss.

† Vide concilium Latera. sub Leone x. sess. 11. in decreto incip. Supernę maiestatis.

Ioa. 16.

Suppletio quãdoque fit de iure & de facto. uide no. in c. bonæ 1. de post pla. in antiquis.

priuilegiis eisdem fratribus in genere uel in specie concessis.cęterisque contrariis quibuscumque.Nulli ergo,&c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę. M.ccccLxxvii.xv.Calen.Iulii,Pontificatus nostri anno secundo.

LIBER SECVNDVS.

De iudiciis.

Iudicii descriptio.

¶Nota pro rubricæ intellectu quod iudicium est actus legitimus trium personarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap.forus,§.in omni.de uerb sign in antiq. vbi dicitur,quod in omni negotio requiruntur etiam tres testes.

Testes nō sēper necessarii sunt.

Sed dic,quod testes non semper sunt necessarii, sed quando est factum negatum,vel aliæ probationes desunt, vt dicto § in omni.& § 4.q 4 cap.1.Et dicitur iudicium non a iudice (ut dicit Ioan.Mona) sed a iuris disquisitione seu discussione . Nam causa est dum proponitur,iudicium dum discutitur, iustitia dum finitur.dicto cap forus,de verb sign.Vel potes dicere,si uis, quod iudicium non ab actore uel a reo dicitur , sed a iudice sicut a persona principaliori argum.C.de accu.qui explicandi.Et redditur iudicium in inuitū, ff.de uerb.oblig.le.inter stipulantem,§ 1.Et expone, de iudiciis,idest de processibus iudiciariis,qui enumerantur in cap.quoniā,extra de prob. Sic accipitur C. de iud.sancimus,& cap.pia de except.lib.6 in prin.& c.nonnulli.de rescrip in antiq.& ff ut leg.nom.l.etiā in prin.Vel dic de iudiciis, idest, de iuris disquisitione seu discussione,ut dictum est.

Iudicii xv.significatiōes declarantur.

¶ Nota insuper quod iudicium habet xv. significationes.Primo modo est actio , ut iudicium familiæ erciscundæ,idest,actio.ff.de iudi.iudi.le. in tribus.extra de probat capit.ex literis . Secundo modo est lis siue controuersia,ut iudicium pendet de hæreditate , &c. ff ad Trebe.l.1 2.responso & ff.de pec.quod debetur. Tertio modo est auctoritas , vt negotia ecclesiastica non sunt iudicio laicorum disponenda extra de iudic. cap.decernimus.Quarto modo est forus,vt causa iuris patronatus debet diffiniri iudicio ecclesiastico , idest in foro ecclesiæ.c quanto extra de iudi.Quinto modo est arbitrium 2.q.6 a iudicibus,& ff. qui satisd.cog.arbitrio.de offic.deleg ab arbitris libr 6.Sic enim arbiter est iudex,ergo arbitrium est iudicium . Sexto modo est ultima uoluntas , ut iudicium testatoris non debet esse cassum .C.de sacrosanct.ecclesi. l.1. de sepul.licet in fi.lib 6.Septimo est quæstio , ut iudicium ambiguum est ad papam referendum capitulo per uenerabilem .§ rationibus , extra qui fil. sint leg.C.de orig.iur.l.quoniam.Octauo modo iudicium dicitur esse discretio,vt furiosus & impubes non possunt esse iudices,quia carent iudicio , idest,discretione.ff.de iudi.l.cum prætor,cap graue. de præb in antiquis.Nono est sententia , ut iudex punire potest eos , qui suo neglexerint parere iudicio idest,sententiæ, de offi.deleg.cap.de causis.alias,in causis de appel. si duobus circa fin.de præscrip cap.si ff. de leg. 3 l.qui concubinam.§.si hæres & Ecclesiastici 18.ibi, Ante iudicium iustitiam tibi para Decimo est instantia,ut iudicium perit triennio l. properandum § 1 C.de iudi.& capitu.iudi.& cap uenerabilis,eod.tit. in antiq. Vndecimo est discussio,ut hic C.& ff.eod.tit.& cap. forus, de uerb.sig.Duodecimo est potestas iudicandi.ff.de iu. l.iudicium soluitur, uetante eo qui iudicare iusserat . &c.Tertiodecimo est pernicies , unde Apostolus 1.ad Corinth 11.ibi, Qui mādūcat & bibit indigne corpus & sanguinem Domini,iudicium,idest, perniciem sibi manducat & bibit:Sic exponitur 4.sent.distin.9 in fi. Quartodecimo est pæna, in Matth. Qui occiderit,reus erit iudicio,idest,pæna sic in Ioanne . Qui bona egerunt,ibunt in uitam æternam qui uero mala, in resurrectionem iudicii,idest, pænæ æternæ ultimo iudiciū dicitur esse processus iudicialis, cap.1.eo.tit.libr.6.de excep.pia.eo lib.Et ista xv.significata his uersibus cōprahendi possunt.

Matth.5. Ioan.6.

Versus.

Actio,lis,actor,forus,arbiter,vltima velle:
Quæstio,discret.senten.instant.discussio,posse:
Pernicies, pæna,processus iudicialis.

Vide Ioan.Mona.super rubrica de iud. libr.6.& etiam glo.in c.in iudiciis,de reg.iur.lib. 6 Nullibi tamē clarius habentur hæc exposita,quam hic.

¶Ioannes,xxii.

FRequentes.] ¶Super cathedram.] nunc est sub tit.de sepul.in cle. & incipit,dudum.

¶ Decretalem , super cathedram, quæ est in Cle. in cap.dudum innouata, iubet obseruari: neque propter illum debent religiosi Mendicantes esse molesti & graues prælatis,neque prælati ipsis religiosis . Et si sint aliquæ iniuriæ uel molestationes hinc inde factæ, Papa vult iustitiæ complementum breuiter exhiberi summarie,simpliciter & de plano,sine strepitu & figura iudicij, vel aliter prout qualitas excessuum exigit. Nō obstantibus quibuscunque obstaculis,quę possent his obuiare.

CAP. VNICVM.

FRequentes,immo innumerosę quodāmodo de diuersis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum episcoporū, aliorumque superiorum prælatorum, nec non dilectorum filiorum, rectorum,curatorum,& parochialium sacerdotum querelæ contra dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum,nostrorum & sedis Apostolicæ excitarunt auditum,& clamorosis insinuationibus excitare & fatigare non cessant, quod iidem fratres decretalem , Dudum. editam a felicis recordationis Bonifacio papa viii. pdecessore nostro,quæ incipit Super cathedram [a].Ac per pię memorię Clementem papam v. prædecessorem nostrum in Vienēn. con-

cencilio innouatam temere obseruare non curant, sed ipsam transgredi nõn timentes in eiusmodi sedis contemptum, animarum suarum periculum, & eorundem, & ecclesiarum parochialium præiudicium & grauamẽ. Intelleximus quoque, quod plerumque præfatis dictorum prædicatorum, & minorum, necnon Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum personis idem prædecessor Bonifacius constitutionem prædictam, in qua tantum de ipsis prædicatorum & minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter & inconcusse seruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos subsequenter constitutionem eandem quo ad omnia in ea contenta duximus extendendam, a prædictis episcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & sacerdotibus, contra tenorem constitutionis prædictæ graues iniuriæ atque molestiæ in diuersis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris nostri archiepiscopi Burdegalen. & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalen. & aliarum ecclesiarum, prioratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, sacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quam sęcularium ciuitatis & diœces. prædictarum nobis extitit intimatum, quod prędicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem, multa eisdem & eorum singulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi qui ea tueatur, existat: Nos uolentes de fratrum nostrorum consilio decretalem prædictam, Super cathedram, irrefragabiliter obseruari, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, seu alium, uel alios etiam si sint extra loca in quibus estis conseruatores seu iudices deputati, tam eisdem archiepiscopo, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis sacerdotibus, vicariis, ac clero ciuitatis, & diœces. prædictarum, & eorum cuilibet aduersus prædictos, quàm econuerso eisdem fratribus aduersus archiepiscopum, capitula, pręlatos, priores, conuentus, rectores, sacerdotes, uicarios, ac clerum, præfatos singulos eorundem efficacibus defensionibus præsidio assistentes, ac facientes decretalem prędictam quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obseruari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem archiepiscopis, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, uicariis, ac clero, vel alicui seu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos archiepiscopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, sacerdotes, uicarios, ac clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsum eisdem fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipsis hincinde quibuscumque iniuriis, molestationibus, grauaminibus, & damnis vicissim illatis hactenus, et etiam in posterum inferrendis eisdem contra tenorem constitutionis eiusdem, in illis uidelicet quę iudicialem requirunt indaginem, summarie,[a] simpliciter & de plano, sine strepitu iudicii & figura, in aliis uero prout qualitas ipsorum exigit iustitiæ complementum: Molestatores & maiores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles quandocumque & quotiescumque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque exemptionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prædictis, uel alicui seu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quam pręfatis archiepiscopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, uicariis, ac clero, seu ipsorum alicui uel aliquibus, communiter uel diuisim, sub quacumque forma uel expressione uerborum ab eadem sede concessis, ac eiusdem Bonifacii, quo cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem uel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra dietã vnam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur.[b] Seu ne iudices, & conseruatores a sede deputati prędicta extra ciuitatẽ & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra vnam dietam a fine diœcesis eiusdem trahere pręsumant:

Const. õnem papalẽ violans periculo se subijjcit.

Iura condere parum esset, nisi qui ea tueretur existeret. ff. de orig. iuris, l. 2. §. post originẽ de electio c. vbi periculum. §. pte tes. lib. 9.

[a] ¶ Summarie, &c.] propter ista uerba hęc extrauagans sub hoc titu. fuit posita. Quæ autem causæ sint sic decidendæ, vide capitu. dispendiosam, eodem titu. in cle. Et quid illa uerba importẽt, declaratur per cap. sæpe. de verb. signi. in clem.

[b] ¶ Euocetur.] loquitur de capitu. statutum de rescrip. libro 6.

a ¶Conseruatores,] loquitur de c.i.de off. dele.li.6.
b ¶Numerum,] uide c.cum in multis. de rescr.lib.6.

c Inhabiles.] supple perpetuo, ex quo intra sex dictos menses non compleuerint præmissa: & in hoc additur ad decre. dudum, per quam tenet Innocen. statim libera dimissione facta de illis beneficiis, quæ iniuste tenẽbat, desinebat esse suspensus intelligibilis, & infamis, quod intelligebat Host. supra de rescri postulasti in fi. in restitutione prius tñ facta de fructibus male perceptis: ante vero non, hic autem indefinite, & sic perpetuo eos inhabilitat. Qui. n. simpliciter deponitur, perpetuo deponitur, ut 50 dist. ca. 1. in fi. quod crederem uerum, si pœna imponeretur pro crimine cũ causæ cognitione & definitiue, & beneficia talis statim possint cõferri, ex quo est p sniam damnatus, si vero interloquendo nõ expressa cã, tunc vsq; ad solutionẽ iel gitur suspensus, ne rũpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. Si uero fuerit cã expressa. vt quia pro contumacia uel offensa, tunc vsque quo de illis satisfaciat: sed ubi pro contumacia vt hic dr̃, tunc non est ꝑpetua pœna simpliciter apposita, sed temporalis tm̃: quandiu contumacia durat, ut sup. de conti. ex litteris, ubi de hoc, quare hæc decr. vr̃ intelligenda ẜm dictas opiniones doctorũ: sed prima vr̃ verior, s. ꝙ pęna sit ꝑpetua, per hoc quod ponitur infra in uer. alioquin. ibi, ex tũc, &c. ubi inhabilitatur quo ad ordines, & quo ad quodcunque aliud beneficium, & priuatur et licite obtento: magnũ etenim crimen est tantam inobedientiã cõmittere aduersus sic deliberatã & sic expressã principis voluntatẽ: & ideo satis pro crimine potius q̃ pro cõtumacia vr̃ dicta pœna infligi arg. sup. de maio. & obe. illud. 81. dist. si qui sunt presbyteri, cum similibus.

d Qui uero.] Septima pars.

e Deinceps] hoc intelligas de his in quibus tpe constitutiõnis non obtinebat ius in re, sed ad rem. sup. dicit in §. per hoc, quam tm̃ iste §. rescrip. secundum esset d ua cãtibus alias quam per istam constitutionem, in quibus antiqua iura non permutantur, cũ per specialem prouisionem cõia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 29 di. per totũ, & sic quantũ ad hoc est cõstitutiua iuris noui, non autem recitatiua antiqui, simile de hoc legitur supra de præben. de multa.

Pœna alicui imposita, an intelligatur perpetua.

dem [a]) intra tempus, vt præscribitur, limitatum verbo & facto ac sine fraude, coram ordinariis sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint [b], & illo sint ipso iure priuati, in quo ius eis alias competebat, & inhabiles [c] penitus ad quæcunque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur.

¶Qui vero [d] deinceps [e] receperint dignitatem vel personatum, seu officium aut aliud beneficium, curam animarum habens annexum, si antea simile beneficium obtinebant, illud, [f] quo ipso iure (postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude cessantibus quo minus [g] habeant, steterit [h]) priuati noscuntur, absque moræ dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo [i]: Alioquin [k] ex-tunc sint ipso iure secundo [l] priuati, & nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud ecclesiasticum beneficium inhabiles reputentur.

¶Quæ [m] omnia & singula beneficia vacatura [n] vt præmittitur, uel dimissa, nostrę & sedis [o] Apostolicæ dispositioni, de ipsorum fratrum consilio reseruamus: Inhibẽtes, ne quis pręter Romanum Pontificem quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis dispo nere, uel circa illa per medium permutationis, uel alias innouari hoc quoquo modo [p] præsumat. Nos [q] enim si secus actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus [r] & inane.

¶ Cæterum [s] ordinarios intelligimus in casibus suprascriptis episcopos, [t] in quorũ ciuitatib. vel diœcesibus consistunt

f Illud, quo ipso iure.] de quo supr. de præb. de multa. & c. licet episcopus. lib. 6.

g Quo minus habeant) subaudi, possessionem.

h Steterit.] simile sup. de ele commissa §. annus, lib. 6.

i Pari modo.] s. intra sex menses sub testimonio publico verbaliter, realiter & cum effectu.

K Alioquin] versiculus.

l Secundo.] & sic habito isto, scilicet secundo, in quo ius habebat & habito scilicet primo, in quo non habebat ius, & in hoc additur secunda pœna ad dictam decr. de multa, nam primũ erat ibi, scilicet, ꝙ esset primo bñficio ipso iure priuatus, & secundo priuaretur: sed hodie in casu huius ca. sunt ipso iure priuati utroque ut hic patet: tertia ut sit inhabilis ab ordinibus suscipiendis, quarta a quocunque beneficio, ut infra sequitur.

m Quæ omnia] Octaua pars.

n Vacatura, vt præmittitur] ut quia elliget quod mallet, ibi plura tenebat cum dispensatione: vel retinebit ultimum vbi alia tenebat sine dispẽsatione, vel primũ vacabit quod licite obtinebat, vbi secundum adipiscitur, in quo habebat ius ad rem tempore quo illa constitutio fuit facta: alias contra, ut suᵉ quia omnibus ipso iure priuatus erit, si hanc decr. non seruet, & sic possunt esse vacatura propter illã decret. altero de quattuor modis.

o Sedis Apostolicæ,] & sic durabit perpetuo hæc prouisio, cum sedis ipsa non moriatur, ut sup. de rescrip. si gratiose, lib. 6. 12. q. 2 liberti.

p Quoquo modo] & in hoc casu cessabunt prouisiones illarum decre. su de præb. statutum, & c. Apostolica. li. 6. cum non sit mirum si per speciale generale, & p ultimũ prioribus derogatur, sup. de rescri. 1. & de cfti de leg. super quæstionum, in prin.

q Nos enim.] versiculus.

r Irritũ decernimus.] de hac decr. dic vt sup. de ele. si eo, tempore, & de conces. præb. quia cunctis. li. 6.

s Cæterum.] Nona pars.

t Episcopos.] & sic stricte accipitur hic ordinarius pro diœcesano tantum: alias autem regulariter accipitur pro prælato alicuius ecclesiæ, maxime in bñficiis

Ordinarius in iure pro quibus accipitur.

ad

ad plenam eorum collationem spectantib. sup. de ele. licet canon. & de off ord li. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniacen. committit curam animarum: instituit & destituit, & facit per quem vult epm ordinari. & breuiter in omnib. & per oia disponit de presbyteris suis sicut epi scopi de suis pprijs, numquid censebitur diœcesanus ipse abbas in hoc casu? Non credo, cũ hic sit specialis prouisio, a qua recedendum nõ est, etsi per quã dura sit, ff. qui & a quibus, l. prospexit, & sic erit hic casus episcopalis qui computetur inter illos, de quib. no. Host. sup. de usur. cũ tu.

a ¶ Capitula] quæ succedũt in administratione ecclesiæ uacantis, de ma & obe epi scopali li 6. de hęre. cum ex iniuncto, in fin.

b ¶ Et hi] uersiculus.

c Dimissis] per obedientes huic constitutioni.

d Perditis,] subaudi propter pœnam huius constitutionis, vbi rebelles vel inobedientes in dimittendo fuissent.

e Quamprimum commode poterunt] simile sup. de ele cupientes, § 1. in fi. li. 6.

f Valeamus] & sic ex hoc, & ex multis sup. positis apparet, ꝙ constitutio specialem prouisionem continet, nec in aliquo papa intendit per istam decr. de multa, vel alia iura de hac materia loquentia quãtum ad alia beneficia corrigere, uel in aliquo immutare, nec est in aliis ad consequentiam trahenda, ar. 1. q. 7. exigunt. 19. di sciendum, cum similibus.

g Quantum.] Decima pars. Gulielm. de monte Lauduno.

h Modificationem] hoc. n. restrictionem denotat, ut sup de uer sig. transmissæ.

i Animarum cura] exercenda s. in foro animæ, ut hic, siue in foro contentioso, ut inf ibi, nec non. ergo a cõtrario sensu de beneficiis simplicib. etiam ordinẽ presbyteralem, diaconalem, uel alium sibi annexũ, ex quo alias curam non habent, non intromittit se hæc constitutio, sed de curatis dumtaxat adhoc ꝙ dicantur priuati ipsi obtinentes, ut sup. patet.

k Perpetuos] in hoc deuiat a decre. sup. de præb. cum singula, in prin lib. 6. & est casus diuersus, non aduersus. Sed quæ est ratio diuersitatis? Dic quod ambitio monachorum, cui soli dicta decret cum singula. obuiat, quæ tanto damnabilior est, quanto ipsi mittendo manum ad aratrum, respiciendoque retro, in ipsis auaritiæ accenditur appetitus, ut sup. de elec quorundam li 6. hic autẽ uniuersos prospicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia specialiter, illa uero circa multiplicia quæcumque sint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam uerbo, perpetuos, quod ista decre. non adstringit temporales officiales episcoporum seu ministros, sicut sunt Priores claustrales officiales episcoporum, seu uicarii pœnitentiarii, celerarii, seu similes, qui de anno in annum in suis monasteriis commutantur, ut de hoc dixi supra

l Necnon] uersi. Supra locutus est papa de cura, quæ exercetur in foro animæ, nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioso, quam uocat textus specialem iurisdi. sup. de præb. super e. li. 6. & de elec. dudum 2. § tandem.

m Illa] s. beneficia.

n Ratione beneficiorum] No. ex hoc, ꝙ consuetum est exerceri per ministros beneficiorũ, talia ipsa beneficia iudicari, iuxta hoc qđ dr̃, talia accipi subiecta, qualia prædicata permittunt, ut no. gl. sup. de deci. dudũ, in fi. & sic non curemus de nominib. beneficiorũ, sed de his potius, quæ solita sunt fieri per ministros ipsorum, cum officium istarum personarum subiectarum regulæ, sicut sunt canonici, archipresbyteri & similes, de quib hẽs, 1. q. 3. Saluator, secundum diuersas consuetudines circa diuersa versetur, & ideo illis titulis de off. archi & cæterorum sequentium, non potuit dari certa doctrina de certis officiis, certis dignitatib applicandis, immo unum & idem officium certis quandoque officialibus applicatur, sicut uides de sacrista & custode, qui habent sibi cauere de oleo, ut supra. de offi. sacristæ & custodis, unde uidebis, quod in ecclesiis aliquibus archidiaconatus sunt omnino sine cura aliqua & iurisdictione, sicut est in ecclesia Valentina, & præpositus, sicut sunt illi, de quib. no. Inn. supra de præb. de multa.

o ¶ Visitare.] Nota hic subsequenter sex, quæ ad spirituale forum contentiosum spectant, s. visitare, inquirere, procurare, suspendere, excommunicare, absoluere ab excommunicatione, & suspensione. Septimum apponit decr. dudum, § tandem, s. interdicere, quorum etiam alterum tantum sufficeret per se quantum ad pœnam huius constitutionis, quod patet in hoc inf addit, seu quod totam orationem alternatiuam facere uidetur, vt sup de rescr. inter cęteras. Quid ergo erit de istis pręlatis religiosis, seu sæcularibus, qui ecclesias, in quib habent perpetuos uicarios, quos præsentant episcopis, & ibi ratione temporalium de quib. habent eis respondere, semel in anno uisitant ab antiquo de consuetudine & procurantur? Non uidetur habere locum hæc decr. cum ratione alicuius spiritualitatis hoc non faciant, sed ratione temporalitatis dũtaxat, & ideo cum non attingãt aliquid quod uersetur circa subiectionẽ regulæ, non habet locum hæc decr. secus autem si uisitatio tenderet ad aliquid tangens diuinum officium quantumcumque modicum, sicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent dum uisitant inquirere, nisi de custodia eucharistiæ, & pannis altaris, & similib. ita quod non excommunicant, nec corrigunt, alias nec absoluunt, de quo dic ut per Inn. & Host sup de censi auctoritate.

Visitare] sed qui sunt illi, qui de iure possunt uisitare, & a uisitatis procurationes accipere? De epis & archiepiscopis non est dubium, dumnã sint loca alias non se uisitabilia. ut sup de censib. auctoritate, c. perpetuo li. 6 Sed numquid patroni clerici? Idem uidetur causa temporalium prouentuum, de quib. est eis per suos uicarios respondendũ, ut sup. de app. bonæ, & de pb. in La-

---

beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundum præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, uel ecclesiis cathedralibus uacantibus capitula [a] earundem. Et hi [b] de beneficiis tam dimissis, [c] quàm (ut præmittitur) perditis, [d] nos vel Apostolicam sedem certificare studeant quamprimum commode poterunt [e] indilate, ut de illis salubriter disponere ualeamus. [f] Quantum [g] autem ad modificationem [h] personatuum attinet antefa ctam, illa dumtaxat & non alia beneficia ecclesiastica quocumque nomine nuncupentur, curam habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum [i] cura annexa, non per uicarios perpetuos, [k] sed per rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales uicarios exercenda. Necnon [l] etiam illa [m] quorum ministris ratione beneficiorum [n] huiusmodi competit uisitare, [o]

Subiecta talia sunt, qualia pmittuntur ab eorũ prædicatis.

Forũ spũale contentiosũ hñs, quid exercere põt.

Cura dupli- in foro exercetur.

Monachorũ ambitio plˀ est cõpescenda, quam aliorum.

Visitare & procurationes accipere quib. pmittitur.

inquirere, [a] procurationes [b] recipere, suspendere, [c] excommunicare, d seu [e] ab excommunicationis, & suspensionis sententiis absoluere [f] de consuetudine [g] uel de iure, [h] iuribus alijs de animarum cura loquentibus in suo robore quo ad cætera permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum moderationis, statutorum, constitutionum reseruationis, inhibitionis & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione xiii. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Lateranensi. De his non reperitur in iure: ideo si talia exerceant, credo ꝙ magis hæc faciant de consuetudine, uel ex institutione fundationis, quam de iure. arg. 18. q. 2. Eleutherius, & licet talia exerceãt, nõ propter hoc solum cadent sub edictum huiusmodi decr. cum temporaliter potius, quam spiritualiter uideantur hæc tacere, sic in recipientib. albergas, hoc idem no tani plenius sup. quare, dic ut ibi. Gul. de monte Lauduno.

a ¶ Inquirere] quantumcunque de modicis reb. dumtamen sint tales, quæ sint ecclesiasticis regulis subiectæ, secus de mere profanis, ut supra dixi.

b ¶ Procurationes] q̃ ratione uisitationis, & sic de iure dẽntur, quia secus si rõne cõsuetudinis pietatis, vel cõstitutionis sint alias sine uisitatione debitæ, de quib. loquuntur iura. 18 q 2. Eleuther. sup. de sup negl. præl. c. 2. de præscr. cum ex officii, quæ tales in aliquib. locis uocantur albergę uel cęnæ.

c ¶ Suspendere] tali suspensione, s. quæ procedat a claue de qua sup de excess. præl. tanta, & quæ attingat diuinum officium, ut 11. qu. 3. si quis tempus in utroque. alias autem non potest intelligi de alia suspensione, qua suspenditur quis a solo beneficio, uel alijs actib. temporalib. a quibus etiam suspendit abbatissa, quæ non habet claues, & alii sæculares, de quib. supra de m. & obed. delicta, de pæ noua. de elec si compromissarius. li. 6 1. responso. nec de illa de qua loquuntur iura sup. de temp ord. ex tenore, & c. ꝙ translationem ubi de hoc per Host. & de pæ omnis.

Abbatissa suspẽdere põt lice claues ecclesiæ nõ habeat. Excõicare ꝗd est.

d ¶ Excommunicare] ꝙ est extra communionem hominum & perceptionem sacramentorum aliquem ponere, siue distrahat a communione hominum tãtum, siue sacramentorum tantum, siue utriusque & intelligo. si exercendo iurisdictionem in foro contentioso solemniter hoc faciat, quia secus si tanquam simpliciter curatus iuxta decr. sup. de off ord. si sacerdos.

Seu, alternatiua p̃cedentia & sequẽtia respicit.

e ¶ Seu] ista est alternatiua, de qua sup dixi, quæ omnia præcedentia & subsequentia respicit, arg. supra de app. secundo. & c. inquisitioni.

f ¶ Absoluere] & sic no. quod non semper qui excommunicat absoluit, ut de consec. d 4. sane de sen. excõ. tua, & c. quicumque. lib. 6. C. ubi senato. quotiens, §. adeo. C. de offi. procons. l 2. Contra de pæn dist. 1 uerbum, ubi dicitur quod dominus par ius ligandi & soluendi esse uoluit. ex quo utrumque pari conditione promisit. ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi, de quo dic ut ibi.

g ¶ De consuetudine] puta archidiaconis uel abbatibus, seu alias in dignitate constitutis, ut in ca. dudum 2. & requiritur quod talis consuetudo sit alias legitimè per xl. annos præscripta, ut su. de consue. cum tanto, in si ubi de hoc, & dixi plene in extrauag. Suscepti. Sed quid erit de singulis canonicis uel aliis clericis ciuitatis uel diœcesis Beluacen qui ex indulgentia uel consuetudine habent iurisdictionem super seruitores suos, non tamen ꝙ possint excõicare, uel alias spiritualiter seu corporaliter coercere eosdem, ut legitur supra de fo. comp. cum contingat, uel de illis qui habẽt parochiales ecclesias prębendis suis annexas, in quib. iurisdictionem spiritualem obtinent, & etiam curam animarum, secundum quosdam, de quibus loquitur

Iurisdõnem hñt aliqui i suos seruitores.

capitulum sup. de præb. sup. eo. l b. 6. numquid tales põtuerunt tenere unum beneficium curatum cum talibus beneficiis, uel prębendis, alias de se simplicibus. Credo quod sic, maxime si exponas in c cum contingat. coerctione, sub temporali, non spirituali coerctione, iuxta cap. supra de verb sign. quærenti. prout exponit ibi Hostien. quia iurisdictio temporalis non reddit beneficium curatum, nec alias incompatibile aliis. Hoc idem facit pro istis archidiaconis uel aliis beneficiatis, qui licet habeant uillas uel castra suis beneficiis alias simplicib annexa, in quibus iurisdictionem obtinẽt tantummodo temporalem, non tamen pp hoc eorum beneficia curata dicentur. Et idem credo de istis ecclesiis ruralibus in quibus rectores decimas & primitias percipiunt, nullam tamen curam animarum exercent inibi, uel quia non sunt ibi parochiani, uel quia si sint, quia forte superuenerunt ibi aliqui Bordalarii, uel alias ab antiquo sunt ibi pauci ignes, cura tamen animarum illorũ per uicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes, & similia ipsis soluunt, quod potest fieri de iure sup. de deci. cum sint homines, & c. in aliquibus, in fi. Sicut nec religiosi possunt dici curati, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iusto. sup. de deci. statuto lib. 6. & c. religiosi. conci. Vienen. Ad decre super eo. dic quod illa cura uel iurisdictio spiritualis nõ inest ibi præbendis, quæ sunt principales, sed de ecclesiis potius, quæ sunt accessoriæ, & sic ecclesia non iudicatur ibi ut principale, argum. de præben. extirpandæ, § qui uero, & sic consuetudo dat iurisdictionem: quia si nedum ipsam dat constitutis in dignitatib. immo & priuatis personis, ut in decr. cum contingat, nec alibi est ita expressa, ut no. Host. non tamen potest dare potestatem excommunicandi talib. priuatis personis, ut sup. de offi. archi. cum satis. nec degradandi, seu deponendi, ut sup. de elec transmissa, secundum Host. ibi. nec etiam capiendi clericos, seu corporaliter puniendi, ut credo, argu supra de cler. coniug. clerici. li. sexto.

Religiosi n possunt di curati.

Excõicatio degradatio &c non p cõpetere e cõsuetudi

h De iure] sed quis est ille, qui de iure possit præmissa, uel eorum alterum exercere, satis est dubiũ. Hic ue dicendum, ꝙ in hoc casu illi dicuntur hẽre præmissa de iure, qui eliguntur ab aliquib. su. se in prælatos, & per superiores suos confirmãtur; nam licet per electionem ius administran si quis acquirat, non tamen exercitium donec sit confirmatus, maxime in exercitio censuræ ecclesiasticæ de quo plene in glo. no. 63 dist quanto, & per Inn. & Host. sup. de off. or. cum ab ecclesiarum, & c quanto. per electionẽ n. exercitus & quodlibet collegium sibi imperatorem & prælatũ eligit 93. di. legum, sed ille in solas personas eligentium iurisdictionem obtinet, & sic est iudex personarum, non territorii, ꝙ territorium solus eps de iure cõi obtinet in diœcesi sua 6 q. oẽs basilicæ. nisi forsan talis inferior prælatus haberet certas parochias, uel alia loca pro territorio, iuxta c. sup. de præb. super eo. li. 6 sed hoc potius esset de consuetudine q̃ de iure. & hic de iure loquimur tantum, & hoc ꝙ dixi de electis confirmatis, idẽ dico de institutis per epos institutione auctorizabili, dumtamen præsint personis collegiatis, & curam animarum

Imperator prælatus p electionem assumũtur

marum in ipsis exerceant, de quibus loquitur c. de re- ... etsi principalis concil. Vienen. & dic ut per Host. sup. de offi. ord. i. cũ satis, & idem de approbatis a iure, sicut sunt electi in c. concordia, de quib. sup de elect. nihil est, in fi. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantũ ad ueritatẽ istæ pęnæ spirituales non pñt fieri p moniales, cum procedant a claue, & clauis vsus non cadat in moniales, ut legitur & no. sup. de excess. pla. tanta & de pœn. noua, de verb sig. qrenti. cum similib. de iure .n seu consuetudine, non proprie cadunt istæ pęnę spirituales in singulares personas, ut su. dixi. Sed quid de curatis parochialium ecclesiarum, nunquid pñt istas spirituales pęnas exercere, seu excommunicare, suspẽdere, uel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad præsens: sed dic ut per Inno & Host. sup. de offi. ordi. si sacerdos, & in summa Host. de sen. excomm. §. quis possit excommunicare, & 2 q. 1. nemo.

Spirituales non exerceri moniales.

Curati an ... exerceri ...

¶ Declaratio amplissima & luculentissima extrauagãtis, Execrabilis, quæ est vna de xx glossatis per dominum Zenzelinum sub tit. de præbendis.

Execrabilis quorundam ambitio, &c] Super hac noua constitutione dubietates insurgunt, & quæstiones, vt sequitur. Primo in quibusdã ecclesiis, puta Anicien. Leod. & similib. sunt q̃dã officia uel bñficia, quæ uocantur abbatiæ, quarũ aliquæ hẽnt animarum curã, & parochias. Aliquę nec curam animarum hẽnt, nec parochias, immo aliquæ nec ecclesiæ, nec dignitates uel personatus esse censentur, & tñ canonicis ipsarum ecclesiarum assignantur, seu conferri consueuerunt ita q canonicus hẽt p̃bendam & illã abbatiam. Quærit̃ an hmõi officia seu bñficia veniãt in cõstitutionem, ita q canonicus talem abbatiam cum suo canonicatu obtinens, teneatur ipsam dimittere, si extra eã habeat aliam dignitatem uel personatum, quos licet uigore dictæ constitutionis nouæ retinere?

[Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam alias non: vel isto modo non potest retinerẽ aliud beneficium curatum, ubi curam animarum annexam habet Ecclesia.]

Item in aliquibus ecclesiis sunt quædam custodiæ, quorum custodes non hẽnt legere nec cantare, nec se diuinis officiis intromittere in ecclesia, nec alias curã aliquã in ecclesia exercere, sed solum pulsare cãpanas parare ecclesias pãnis aureis, aut portare libros in choro, luminaria accendere, custodias, reliquias, thesaurũ, & similia ministeria in ecclesia expensis propriis facere, quarum expensarum occasione eiusdem custodiis fuerunt postmodum annexæ aliquæ parochiales ecclesiæ curam animarum hẽntes, in qb. cura exercetur per proprios & perpetuos sacerdotes, licet in eis sic annexis custodes hẽant de cõsuetudine uisitare, excommunicare delinquẽtes, & absoluere, & horum occasione p̃dictarum quasi archidiaconi vulgariter nominantur & reputantur. Nunc quæritur, vtrum tales custodiæ veniant in constõnem prædictam, ita q hẽntes eas teneãtur illas dimittere, potissime cum quodam tempore in aliquib. ecclesijs (orta materia quæstionis) inuenistur fore finaliter definitum, tales custodias nec dignitates vel personatus esse, nec curam animarum habere, sed simplicia esse officia absque cura?

[Cadunt sub constitutione.]

Item sunt aliquæ ecclesiæ, ubi rectores creantur per electionem, & vocantur creati qñq; abbates, qñq. rectores, qñq; præp siti, qñ]; archim andritæ, qñq. diuersis aliis nominib. s̃m consuetudinem locorum, nullam tñ curam habent, nisi q canonicos congregant tanquam caput, sicut est in partibus Apulię. Quæritur utrum talia beneficia ueniant in præfatam constitutionem? De iure cõi uidetur q habeant curam & iurisdictionem per electionem & confirmationem, sed si per priuilegium vel constitutionem approbatam amiserant, curam non habent?

... consuetudinem.

[Non cadunt in constitutione.]

Item quidã ex dispensatione Apostolica duas obtinet in diuersis ecclesijs dignitates, quarum alteri dũtaxat cura imminet animarum, & cum eisdẽ simul plures canonicatus & præbendas, in alijs tũ ecclesijs canonicatus & prębendas, quib. parochiales ecclesiæ sunt annexæ, in quib. perpetui vicarii dẽnt institui, an aliquib. tamẽ earundẽ pp procuratoris obtinentis hmõi dignitatẽ in remotis agentis, & hoc ignorantis desidiam seu negligentiam, reperiuntur tẽpore constõnis nostræ nouiter promulgatæ esse uicarij temporales. Modo quęritur, an s̃m formã dictæ constõnis dictus obtinens dignitates hmõi canonicatus & præbendas tales, cum parochijs sic annexis, si dignitates voluerit retinere, dimittere teneatur illas in quib. contra iuris debitum reperti sunt dicti vicarij tpales, uel hoc non obstante, cum pp talem desidiam nõ possit natura beneficiorũ censeri mutata, quin præfatæ parochiæ sint canonicatib. & p̃bendis ipsis annexæ, ipsos possit licite retinere, potissime cum idem obtinens postquam sciuit de tali desidia procuratorũ suorum ad ipsas ecclesias elegerit vicarios repræsentandos, & instituendos perpetuo in eisdem licet nõdum potuerint ordinarijs præsentari propter temporis breuitatem?

[Non cadunt sub constitutione.]

Item quæritur, nunquid officia curiæ Romanæ computentur in numero officiorum quo ad nostram constitutionem, ita q si quis habet duas alias dignitates teneatur aliam dimittere, uel possit retinere omnes si vna illarum erat sine cura.

[Non computantur, nec cadunt in constitutione.]

Archip̃sbiterorũ Bituricē. diœcesis. qualitas.

Item presbyteratus Bituricen. diœcesis uisitationem & iurisdictionem habentes consueuerunt conferri parochialium ecclesiarũ rectorib. ipsius diocesis p ipsos archiepos, sed statim archiepo defuncto desinit archip̃sbyter ille, qui p eum fuerat positus, & capitulum ecclesię Bituricen. creat archipresbyteros nouos, creato uero archiepo cessant archipresbyteri positi p capitulum, & archieps ponit nouos & qñq positos amouet pro libito uoluntatis, & ita fuit antiquis temporib. de quo non extat memoria, obseruatum. Quærit, vtrum archipresbyteratus hmõi sub constõne cadant adeo, ut ille qui hmõi archipresbiteratum cum hẽret, parochialem ecclesiam acceptauit, utrumq. retinere ualeat, & si non, utrum de iure ceciderit à iure parochialis ecclesiæ per acceptationem archipresbyteratus, & si non ceciderit ab iure, vtrum retinere possit parochialem ecclesiam, quam primo obtinuit.

Non cadunt sub constitutione.]

Item in regno Apuliæ sunt ecclesiæ habentes parochiam, tenuissimæ quo ad fructus: pp q ordinarii, & alii, ad quos spectat collatio siue prouisio dictarum ecclesiarũ de more patriæ vniri consueuerunt pluralitatem talium ecclesiarum conferre, non recipiẽtes ipsas ecclesias pp hoc se faciunt promoueri ad sacerdotiũ, nec ẽt ad sacros ordines: & faciunt deseruiri dictis ecclesiis p uicarios ipsa es ... bñ placitum suum, plurimi præterea summi Pontifices plurib. contulerunt q possent acceptare in dictis partib. beneficium vsq. ad valorem xv. librarũm, vel lx uel lx. vnciarum auri, cuius cõcessionis p̃textu est uidere q obtinuerit quinque quadraginta & sexaginta de dictis ecclesijs: Modo quæritur, vtrum reuocatoria nuper facta ad supradicta beneficia siue ecclesias se extendat?

[Respondetur quod sic.]

Episcopus cũ suo capitulo subuenire uolẽs exiguitati cuiusdam collegiatę ecclesiæ suæ diœcesis, quandã parochialem ecclesiam eiusdem diœcesis (rectoris ipsius accedente consensu) post cessum vel decessum rectoris hmõi dictæ ecclesię collegiatæ vniuit. Nunc vero prædictam ecclesiam uigore nouę constitutionis vacare contingit, quodam alio curalo beneficio electo à rectore præfato, & prædicta ecclesia re & uerbo dimissa. Hinc quæritur, an præfata unio forma præscripta, locum sibi uendicet reseruatione dictæ constitutionis non obstante, uel econtra?

M [Sub

[Sub constõne cadit, uel reseruat domino nostro.]

Item dubitatur si prædicta vel consimilis vnio facta fuerit per sedem Apostolicam, & sub forma prædictorum verborum, quid iuris?

[Respondetur ut supra proxime, dumtamen legitime sit facta unio.]

Item quidam archidiaconus in suo archidiaconatu obstante sibi longa consuetudine non potest inquirere, nec suspēdere, nec excōicare uel absoluere, nec aliq̃ iurisdōnem exercere, sed ecc'elias rectorū sui archidiaconatus uisitare pōt, & procurationes ab eis recipere, dūtaxat. Quæritur cū alias talis archidiaconus nullam hēat parochialē ecclesiam annexā dicto archidiaconatui, an ex pmissis sub forma dictæ constōnis nouę curā animarum hēre reputatur? Et est q̃rentis intentio vtrum oratio soluta posita prope finem constōnis prædictæ ibi, necnon & illa quorum ministris rōne bñficiorum hmōi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, &c ponatur pro coniunctiua in casu dictæ constitutionis.

[Comprehenditur sub constitutione.]

Item cum eidem bñficium curatum obtinenti prouisum est de quodā archidiaconatu in quadam cathedrali ecclesia, cuius archidiaconatus rōne idē archidiaconus caput est cuiuidam ecclesiæ collegiatæ sæcularis: hic archidiaconus est in possessione pacifica, uel quasi visitādi & procurationes recipiendi duntaxat. Cæterum possessionē dictæ collegiatæ ecclesię nec hēt nec habuit, nec regimē canonicarū ipsius, nec qcq̃ percipit de decimis & alijs fructib. bñficij sui prædicti, oib. his de facto p aliud occupatis & detentis. Ex his quæritur cum præfatus archidiaconus pro parte sit in possessione iurium spiritualium prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam non hēat personarum suæ collegiatæ ecclesiæ prædictæ, & sup ea & aliis iurib. ipsius pendeat lis in curia, vtrum talis archidiaconus retinendo illud curatum beneficium pęnæ nouæ constitutionis adstringatur?

[Curam habet, & sub constitutione cadit.]

Item quidā in ecclesia collegiata à iurisdone ordinarii exēpta & Apostolicæ sedi subiecta obtinet decanatum, & in ea est caput capituli, & ad decanatum assumit decanus p electionem, nec electus a capitulo alia cōfirmatione indiget de cōsuetudine, sed tm̄ electus instituit & installatur a capitulo de cōsuetudine supradicta: ipse vero decanus rōne dignitatis cōuocat canonicos ad capitulum, & hēt in capitulo primā uocē, uox tñ ipsius plus q̃ simplicis canonici in effectu nō operatur. Ipse g se insolidū rōne dignitatis, nec uisitat, nec procurationes recipit, nec excōicat, vel suspēdit, aut ēt interdicit, nec audit cōfessiones, uel absoluit, nec pdecessores eius una cū suo capitulo pdicta consueuerunt exercere, licet ipse & pdecessores eiusdē una cū suo capitulo excessus clericorū pdictę ecclesiæ interdū delinquentium corrigere consueuerunt, & punire per chori priuationem & distributionem grossorum fructuū bñficiorum, quæ in ipsa ecclesia obtinent, & ad ipsius capituli dispositionem pertinēt suspēsio & subtractio, & ipsorum delinquentium corporum detentio aliqñ, duntaxat citra alicuius alterius iurisdonis spiritualis exercitium, uidelicet visitandi, corrigendi, procurationes recipiendi, excōicandi, suspendendi, uel aliter seu alias interdicendi, confessiones audiendi, pœnitentias imponendi uel absoluendi. Quare cū dubitetur, an in casu simili cōstō noua pt[illegible] loquens de bñficiis curam habentib. aiarum uendicet sibi locum, quæritur vtrum decanus decanatum pdictum cum alio bñficio seu dignitate curam aiarum habente iuxta constōnem ante dictam ex dispensatione dudum obtenta possit licite retinere, & sine pœna constitutionis eiusdem.

Iurisdō spiritualis in multis consistit.

[Curam habet, & sub constitutione cadit.

Itē in regno Siciliæ cōiter ecclesiæ parochiales atq; curatæ consueuerūt p Apostolicam sedem ac etiam p ordinarios plures uni dignitates, & alias parochiales ecclesias siue curatas obtinēti conferri, licet illi quib. conferebantur, essent impuberes qñq. vel legitima ætate minores, & q ecclesiæ supradictæ quantum ad eos, quib. taliter conferebantur, non censebantur esse secundum consuetudinem a longis retro temporibus in dictis partib. obseruatam, quia cura earum in ipsis per capellanos etiam non perpetuos gerebatur. Cum itaq. multi fuerunt in curia Romana, ac regno pdicto & alijs partibus, qui per collationem Apostolicę sedis & ordinariorum obtinuerint plura & multa talia bñficia, q̃ ex virtute constitutionis pfatę nuper editæ sup curatis beneficijs dimittendis, oporteret eos dimittere, pium esset q circa eorum indemnitatem Apostolica benignitas prouidere dignaretur, & si sanctitati vestræ placeret, modus congruus vr, q quantum ad tenorem constōnis prædictæ, beneficia parochias habentia siue curas in partib. supradicti decernerentur perinde haberi ac si fuissent ipsa & ipsarum curę per perpetuos uicarios gubernatæ, & q futuris temporib per vicarios perpetuos gubernentur, & q illi qui dicta bñficia obtinebant & nondum dimiserunt, ipsa non teneātur dimittere, si qui uero dimiserunt eadem ad ipsa (quotcunq. fuerint) auctoritate vestra restituantur in integrum ac ad eadem redeant, ac si ea nullatenus dimisissent cōstitutione prædicta in contrarium super hoc edita non obstante.

[Dimittant, & de prouisione facienda deliberatur.]

Item quæritur, utrum præfata cōstitutio adstringat aliquem habentem ecclesiā curatam, & canonicatum & præbendam sacerdotalem simul, qui canonicatus & præbenda requirunt residentiam personalem.

[Non cadit sub constitutione.]

Item in quadam ecclesia cathedrali fuit olim facta compositio inter epm ex una parte, & capitulum ex altera q vicaria, quæ qñq. collata fuerat clericis quandoq. laicis soli canonico per epm, ad quem spectabat collatio conferitur, qui vicarius nihil specialiter habet in ecclesia, nec habet aliquod officium, nec aliquam prærogatiuam, sed de obuentionib. curiæ vel iurisdōnis sæcularis ciuitatis habet tertiam partem, & in hospitio vicariæ habet carceres & custodem, qui una cum custodib. episcopi custodit captos.

[Dimittat, & de prouisione facienda deliberabitur.]

Item in eadem compositione continetur, q unus archipresbyteratus, qui appellatur à nomine cathedralis ecclesiæ, utpote archipresbyteratus Ferrarieñ. soli canonico conferetur, non tamen archipresbyter hēt aliquam pogatiuam in ecclesia uel ciuitate, sed hēt ecclesiam curatam annexam archipresbyteratui, & uisitat certas ecclesias, etiam contra resistentes visitationi potest censuram ecclesiasticam exercere, sed aliam iurisdictionem nō habet, dispensatum est cum tal. auctoritate Apostolica, q possit dicta beneficia retinere una cum quadam ecclesia, cuius cura per uicarium perpetuum gubernatur. Nunc dubitatur, an dicti duo vicariatus & archipresbyteratus possint dici beneficia in eadem ecclesia. Ratio dubitationis est, cum sola nomina habeant ab ecclesia cathedrali, & solis canonicis conferantur.

[Non cadit sub constitutione.]

Item dubitatur, an constitutio Execrabilis, extendit se ad præfata tria beneficia.

[Constitutio non extenditur.]

Quidam habens unam ecclesiam curatam sine ppetuo vicario, hēt aliam curatam, in qua est perpetuus uicarius. Quæritur an possit, non obstante noua constitutione, utrumque retinere, maxime si super hoc fuerat cum eodem legitime dispensatum.

[Respondetur quod sic, secundum constitutionem illam.]

Item cum constitutio liget intra mensem a tēpore notitiæ, & constitutio ipsa nondū sit publicata nisi in Romana curia, sed ad aliquos extra curiā peruenit p famā seu rumorem, & ad aliquos p relatum quorundā duntaxat,

dumtaxat. Quæritur à quo tempore incipiat currere dictus mensis, ante quam cõstitutio ipsa per prælatos vel deputatos ab ipsis fuerit solemniter publicata in ecclesijs cathedralibus eorundem, & aliis locis solẽnibus, in quibus consueuerunt talia publicari.

Responsio. [A tempore notitiæ, alias a tpe constitutionis nouæ.

Item cum per constitutioné eandẽ dimitti debeant beneficia curata intra mensem vnico retento duntaxat, & illa dimitti debeant nedum verbaliter, sed etiã realiter, & absentes a beneficiis, in curia vel alibi existentes verbaliter ea dimittant & realiter, quod possunt]. Quæritur an per hoc sit cõstitutioni satisfactũ, dum tamen postmodum non impediant per se vel per alios illos, quibus dominus papa de beneficiis sic dimissis seu resignatis duxerit prouidendum.

Responsio. [Faciant realiter, vt citius possunt.]

Adornatus de Graphicano significauit paternitati nostra, & infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt sub constitutione, in quibus non sunt perpetui vicarii. Paschasius presbyter officiat eam per certas hebdomadas ministrando sacramenta.

Responsio. [Cadit sub forma.

Item Prioratus habens parochialem ecclesiam sine perpetuo vicario, cadit in constitutione. habens perpetuum hoc cadit, quoniam si habent curam, locum habet constitutio, aliàs non.

Item idem in domibus Beatæ Mariæ Theutonicorum, Bethleem, & similibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Episcopatus Tholosanus in redditibus plurimum abundãs, in nouam metropolim propter multiplices causas hic expressas erigitur: cui pro suffraganeis ecclesiis sint deputata quattuor villæ in nouas ciuitates erectæ, adiecta cum illis ecclesia Apamiarum. Et quibus episcopis & archiepiscopis prius suberant, quidque earum cuilibet pro redditibus sit assignatum, hic exprimitur, & tandem censura ecclesiastica in rebelles profertuntur. Aduerte, quod ecclesia de Vauro, & ecclesia de Mirapice sunt sub ecclesia Tholosana tanquam suffraganeæ, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus causas erigendi & diuidendi ecclesias, alias aliis subijciendi, & alias alijs eximendi, & ad solum Papam hac omnia spectare: cui in singulari priuilegio, maiores causa, maioraque negotia reseruantur. patet in c. 1. de translatio. episcop. cum suis concordantijs.

CAP. V.

Saluator noster, cuius nutui cuncta seruiunt, in agro mundi huius messem multam aspiciens, & operariorum raritatem attendens, dominum messis rogandum esse, vt in illam operarios mitteret, censuit; & ipse 10 idem etiam exiens mane veluti paterfamilias diligens horis diei varijs operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex sicut eodem Domino disponente vicarius eius in terris esse dignoscitur, sic & ipsius actibus (in quantum finit humana fragilitas) se cõformare tenetur. Vbi ergo super 20 excrescere messem, populi videlicet multitudinem viderit, operarios debet oportunos adijcere, & iuxta propheticum uerbum, augere custodiã; custodes & cultores idoneos in Dominicam vineam destinare.

Messis multa, operarii pauci.

¶Sane considerantes attentius, & intra pectoris claustra meditatione solicita reuoluẽtes quod in tanta multitudine populi, quan 30 ta fęcundauit altissimus ciuitaté & dięcesim Tholosanã, singulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere; quodq; durũ erat atq; difficile per talem latã & diffusam dięcesim ad vnum tantum a personis ecclesiasticis & mũdanis recursum habuerit. Attẽ 40 dentes etiam, quod licet Tholosanus episcopatus redditibus abundaret immensis, nõ tamen supererat hucusque memoria, quod ex suorum opulentia copiosa redditunm aliquid in ecclesia vel dięcesi Tholosana prouenisset in diuini cultus augmentum: immo sic ex adipe prodierat, & ꝑdibat iniquitas, 50 vt multo iam tẽpore luxus circa carnis desideria, euectionũ pompa, immensitas clientulę immoderata diffluxio in parentes, sumptus enormes, aut vsus extraordinarij, sibi vendicassent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præsul vnicus Tholossanus incrassatus, & dilatatus & excessiuis huiusmodi opibus aliàs super 60 bus periculose recalcitrans Deum factorem derelinqueret, & a suo salutari recedens, perniciosum exemplum in subditos deriuaret. Pensantes quoque, quod sanctæ memorię Clemens Papa V. prędecessor noster eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœcesis antefatę longe minus in populo ac redditibus affluebãt; tamen extũc benedicente Domino incredibiliter creuerint in utroq;, & iugiter crescere dignoscãtur, spiritu bea-

Pastor singulariũ cuium vultus inspicere debet.

Psalm. 71.

Diuitiæ qñque sunt cã Dei relinquendi. Deute. 3.

tæ considerationis inductus, ad diuisionem episcopatus eiusdem firmiter dum viueret, intendebat: licet morte præuentus suum in hac parte nequiuerit implere conceptum.

¶ Nos pium prædecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, & tam dissipare malum, quod prædictorum redditLum copia assecutiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum, & spiritualem animarum profectum, quos (si iuxta facultatis exigentiam, & diffusam latitudinem dictæ diœcesis sufficiens numerus in eadem vtilitate præsulum deputetur) in dubio prouenire speramus, promouere salubriter intendentes. Præmissis, & alijs suadentibus iustis causis, ex certa nostra scientia de fratrum nostrorum consilio concordi, & Apostolicæ plenitudine potestatis ad laudem Dei, exaltationem Ecclesiæ, fideliumque salutem, episcopatum ipsum dictamque diœcesim Tholosanam Apostolica auctoritate diuidimus in quinque diœceses, quas per certos distingui limites faciemus. Volentes ac decernentes, quòd præter ciuitatem Tholosanam, quæ suam propriam, & distinctam habebit diœcesim certis finibus limitandum, subscriptæ quattuor villæ, quarum quamlibet eiusdem consilio, & auctoritate in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo insignimus, scilicet de monte Albano, pridem de Caturcen. diœcesis, cui adijcietur certa pars dictæ quondam diœcesis Tholosanæ, ac sancti Papuli de Riuis, & de Lumberij, & de ipsa quondam Tholosana diœcesi existentes, quattuor separatas diœceses habeant certis limitibus distinguendas. Quodque Beati Martini de monte Albano, vbi corporis sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum prædictę ciuitatis montis Albani, & beati Pauli, dictæ ciuitatis Sancti Pauli, Mariæ de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiaci, necnon Beatę Mariæ de Riuis Ecclesiæ ipsius ciuitatis Riuen. sint de cętero, & habeantur perpetuo Ecclesię cathedrales. Et quia Ecclesia Tholosana sicut solemniori statu, & conditione potiori refulget, sic & grandioris honoris titulo efferenda est, ipsam hucusque suffraganeam Ecclesiæ Narbonen. ac totam quondam diœcesim Tholosanam de fratrum nostrorum consilio, & ex certa nostra scientia, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ab omni iurisdictione, potestate, ab subiectione archiepiscopi, capituli, & eiusdem ecclesiæ Narbonen. penitus eximentes, eam ad laudem diuini nominis, & honorem ecclesiæ sanctæ suæ, in archiepiscopalem seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus & insignijs sedis metropolitæ decoramus: auctoritate Apostolica decernendo, vt ex nunc pro metropolitana ecclesia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum est, vt ex quo de filia facta mater metropolicæ dignitatis suscepit insignia, & suffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem prouinciam habeat, vt ad iudicium Archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omnes causæ suffraganeorũ episcoporum, & personarum ecclesiasticarum, ac ciuitatum eiusdem prouinciæ iuxta sacrorum statuta canonum referuntur: Nos præfatas quatuor ciuitates & ecclesias cathedrales cum earum dięcesibus (vt pręmittitur) distinguendas, necnõ ciuitatem, & ecclesiam Apamiarum cum sua diœcesi ex nunc ipsius ecclesiæ Tholosanæ suffraganeas, ac de prouincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, & iure metropolita. subiicimus, & subiectas esse volumus eas illi. Prænominatos montis Albani, quæ de dięcesi Caturcen. & bituricen. prouincia, & Apamiarum ciuitates, & ecclesias, quæ de prouincia Narbonen. hactenus fuisse noscuntur: necnon reliquas tres ciuitates & ecclesias Sancti Papuli Riuen. & Lumberiacen. quæ ab olim de dięcesi Tholosana fuerunt, cum earum diœcesibus, conuentibus, collegijs siue capitulis a iurisdictione, potestate ac subiectione quacumque Bituricen. & Narbonen. Archiepiscoporum, ac Caturcen. & quondam Tholosan. episcoporum, capitulorum, & abbatum, atque cõuentuum & ordinariorum quorumlibet aliorum ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subiectæ, auctoritate præsentium perpetuo eximentes de prędictorum consilio, & plenitudine potestatis.

¶ De bonis autem, redditibus, prouẽtibus, & iuribus dicti quondam episcopatus Tholosan. ipsi Tholosa. decem milia, & singulis alijs prædictis ecclesijs (Apamiarũ excepta, cui de ipsis bonis, redditibus & prouentibus, iurib. vltra illa quæ habere dingoscitur, certam assignabimus portionẽ nostris alijs litteris distinguendam) singula quinque millia librarum Turonen. annui redditus, & perpetui prouentus, quę quidem vnicuique illarum suisque pontificibus (dignitate ac onere & circumstantijs alijs attente pensatis) debere sufficere vidimus

Ecclesia vnaquęq; fit mater de filia.

Eccles. Tholosana quantum habuit in redditibus.

Eccles. Tholosana fuit olim suffraganea Narbon. ecclesiæ.

vidimus, præter redditus, prouentus, & iura, quæ ad prædictas ecclesias, & conuentus earum antea pertinebant, de quibus ad honorē Dei, & ipsarum ecclesiarum commodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prædicta de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum ecclesiarū præsules, qui pro tempore fuerint, in rebus, & locis cuilibet magis adiacentibus, & vicinis, iuxta distinctionem seu limitationem diœcesium singularum per alias nostras literas faciendam.

¶ Interim tamen distinctione seu limitatione prædicta pendente, volumus quòd eorum quilibet summam eum contingentē pro rata accipiat annuatim de bonis, redditibus, prouentibus, & iuribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus deputandos. Residuum vero redituum, prouentuum & iurium ipsorum, quod facta de illis (vt præmissum est) assignatione, superauerit, necnon iurisdictionem spiritualem, & temporalem, quę ad dictum quondā episcopatum Tholosanū vsque ad tempus diuisionis huiusmodi pertinebat, & quę distinctione seu limitatione post tacta pendente, faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia etiam si dignitates, personatus ac officia existant (exceptis his ad quæ quis per electionem assumitur, & in quibus, vel ad quæ auctoritate literarum Apostolicarū alicui seu aliquibus ius est aliquod acquisitum: quibus per id nullum volumus prę iudicium generari) nunc, & in antea vsque ad distinctionem dięcesum vacatura, dispositioni nostræ, ac sedis Apostolicæ de fratrū ipsorum consilio reseruamus. ¶ Hæc igitur per dictę sedis prudentiam circunspectam sic statuta salubriter, & vtiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prędicta districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscunque prę eminentiæ, ordinis, cōditionis, aut status, etiam si archiepiscopali, & episcopali seu regia præfulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem, Apostolicam reseruationem, & alia supradicta quouis modo turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attētari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium prę sumpserint, nisi intra octo dierū spatium post publicationem prę sentium resipuerint cum effectu excommunicationis in personas, & interdicti in vniuersitates, ac suspensionis in conuentus, capitula, siue collegia, de consilio, & auctoritate prędictis sententias promulgamus: a quibus non nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium (prę terquam in mortis † articulo) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum diuisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemptionum, decorationis, promulgationis, infringere, vel ei ausu, &c. Datum Auinion. viij. Calend. Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

[Margin: …licatio, …rdictū, …uspensio …diuersa …tur.]

[Margin: † In articulo mortis nulla est casuum reseruatio: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pęnitētes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt. Cōciliū Trident. sess. 14. c. 7 de casuū reseruatio.]

¶ Idem.

¶ Impedientes episcopatus Tolosani erectionem in ecclesiam cathedralem, & eius diuisionem in quinque diœceses, vltra pœnas in constitutione superiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunque beneficia spiritualia, & temporalia. Et si sint personæ ecclesiasticæ, efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia ecclesiastica.

C A P. VI.

NVper certis ex causis, quę nostrum, & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam episcopatum Tholosanum in archiepiscopalem seu metropolitanam ereximus ecclesiam: quatuor villas, quarum quamlibet insigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales ecclesias creauimus, vnam videlicet in uilla montis Albani, quondam Caturcen. diœcesis, adiicienda sibi certa parte quondam diœcesis Tholosan. alteram in uilla Lumberiaci, aliam in uilla sancti Papuli, & aliam in uilla de Riuis, & de Robestria quondam Tholosan. diœcesis. Quas quidem ecclesias una cum Apamiarum ecclesia, tamquam suffraganeas subiecimus ipsi metropolitanę Tholosanę ecclesiæ. De bonis quoque, & redditibus dicti quondam episcopatus Tholosan. tam ipsi Tholosan. quam prædictis ecclesiis suffraganeis certam portionem, quam unicuique illarum debere sufficere uidimus, prouidimus assignandam, totali bonorum, & redituum ipsorum residuo dispositioni nostrę, & sedis Apostolicę

a ¶ Literis.] intelligit dec. sup proxim. ꝙ propter istam, & sequentem extrauagantes iamdudum impressas, curauimus imprimendum.

residuo dispositioni nostræ, & sedis Apostolicæ reseruato. Alia enim circa præmissa fecimus, decreuimus, & ordinauimus ex certa nostra scientia, de ipsorum fratrum concordi consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, districtius inhibentes, ne quis cuiuscumque præminentiæ, ordinis, conditionis, aut status, etiam si archiepiscopali dignitate fulgeret, ipsam ordinationem nostrã impedire præsumeret, uel turbare, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrariũ facerent, nisi resipuerint cum effectu intra octo dierũ spatium post publicationem ordinationis ipsius, excommunicationis in personas, interdicti in uniuersitates, ac suspentionis sententias in capitula, conuentus, siue collegia duximus promulgandas: prout hæc, & alia in Apostolicis literis [a] inde confectis plenius continẽtur. ¶ Verum quia ipsa nostra ordinatio eo efficacius, & inuiolabilius speratur seruari quo plurium, & grauiorum vallata fuerit adiectione pœnarum: Nos ad obseruationẽ inconcussam ipsius eo amplius anhelantes, quo euidentius in diuini cultus augmentum, & salutem fidelium animarum noscitur redundare, præfatis adiiciendo sententijs, omnes, & singulos scienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, seu turbantibus, vel impedientibus dantes consilium, auxilium, vel fauorem directe, vel indirecte, publice, uel occulte, cuiuscunq; sint conditionis, dignitatis, ordinis aut status ecclesiastici, vel mundani, etiam si archiepiscopali, aut maiori, aut superiori præfulgeant dignitate: nisi intra octo dierum spatium post publicationem præsentiũ ab huiusmodi impedimento seu turbatione ac impensione cõsilij, auxilii, vel fauoris resipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officiis, & beneficiis quibuscunque spiritualibus, & temporalibus etiam si dignitates, vel prælaturæ quæuis fuerint, quæ ab ecclesiis seu in ecclesiis quibuscunque obtinebunt, ex certa nostra scientia, & de ipsorum fratrum consilio, & Apostolicę plenitudine potestatis priuatos esse decernimus ipso facto. Et sic libere ipsa feuda, locationes, vel officia aut beneficia spiritualia, & tẽporalia, dignitates, & prælaturæ, & ad ipsas, ad quas spectant, reuertantur ecclesias, & deuoluantur ad rectores, capitula seu collegia eorundem quòd de illis pro sua voluntate disponant. Et ad dignitates, & prælaturas per electionem aut alium modũ licitum idoneas personas assumant. Personasque ecclesiasticas, quæ culpabiles fuerint in præmissis inhabilitamus ad quæcunque ecclesiastica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auin. iiii. Non. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

¶ Idem Bartholomæo electo Narbon. diœce. Aguelme de Blauia Engolimen. Eduen. Archi. & magistro Berengario de Lagiis Lemouicen. & Narbo. ecclesiarum canonico.

¶ Executores quatuor dantur ad pœnas superiores solemniter publicandas.

C A P. VII.

ii NVper ex certis causis, quæ nostrum, & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter, induxerunt, &c.

Vt supra proxime, vsque ad beneficia ecclesiastica obtinenda.

Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus priuationem, & inhabilitationem nostram huiusmodi vos omnes seu tres, uel duo, siue unus ex uobis, per vos vel alium seu alios in ecclesiis, & solẽnibus locis, & aliis, de quibus, & quotiens expedire videritis, solemniter publicetis: ne quisquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auin. ii. Idus Nouemb. Pontificatus nostri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbanen.

¶ Dispensat cum quodam abbate, vt episcopus possit esse, licet defectum patiatur in ordinibus, & ætate. Ex hac, & sequenti cognoscimus causas, & formas dispensandi. Quæcunque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Rom. xv.

C A P. VIII.

ii NVper ex certis rationabilib. & manifestis causis, quæ ad hoc nostrũ animũ induxerunt ciuitatem Lumban. olim villã de Lũbanis, tũc intra Tholosanæ diœcesis limites cõstitutã, qui locus insignis ac multiplici

commo-

cōmoditate dotatus existit, de fratrū nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, per litteras nostras sub certa forma in ciuitate ereximus, ciuitatisque vocabulo duximus decorandam: statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis sancti Augustini ex tunc haberetur & existeret cathedralis; ac deinde volentes eidem ecclesiæ de pastore idoneo salubriter prouidere, in abbatem eiusdem ecclesiæ virum vtique literatum & literarum scientia præditum, vitæ & morum honestate decoratum; discretionis & consilij maturitate conspicuum direximus oculos nostræ mentis, teque (non obstante defectu ætatis & ordinum quem pateris, cum tonsuratus modo in clericum & in xxvij. ætatis tuæ anno uel circa constitutus esse dicaris, super quo tecum gratiose duximus dispensandum) de fratrum nostrorum consilio ipsi ecclesiæ præfecimus in episcopum & pastorem, curam & administrationem ipsius ecclesiæ tibi in spiritualibus & temporalibus committendo. Vnde licet nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec Apostolicas literas promotionem tuam huiusmodi continentes (cum illas non habeas) possis ostendere: Nos tibi vt (constitutione felicis recordationis Gregorij Papæ octaui prædecessoris nostri, & qualibet alia super hoc in contrarium edita nequaquam obstante) possis eiusdem ecclesiæ Lumban. & quorumcumque bonorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem libere exercere, auctoritate præsentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum anno quarto, vt supra.

Dispensatio facile ob ..., q mal ... qualitati ... pollet.

¶ Idem venerabili fratri Bernardo episcopo montis Albani ad uniuersalis ecclesiæ regimen exercendum diuina dispensatione uocato.

¶ *Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam pastoralem administret in ecclesia, que de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu dignissima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.*

CAP. IX.

Ad cuiuslibet status ecclesiæ aciem sollicitæ considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, ut earum singulæ pastorib. gubernētur idoneis, & prouidis rectoribus disponantur: quorum dispensatione prouida & prouidentia circūspecta (illius cooperante clementia, qui vere pastor & rector agnoscitur) spiritualium & temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis & rationabilibus causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem olim uillam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœcesis constituta, qui locus insignis existit, ac vbertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, ciuitatis uocabulo duximus decorandam: statuentes ac ēt decernentes, ut ecclesia monasterij illius loci mōtis Albani monasterij Casa dei ad Roman. Eccles. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremonten. diœce, tunc immediate subiecta, ex tunc haberetur & existeret ecclesia cathedralis: postmodum uero de celebri sic salubri prouisione ipsius montis Albani ut sponsi solatio letaretur, sollicite cogitantes ac uolentes illum eidem præficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius charitas circa plebem suo regimini committendam, & in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorum: Ad te tunc monasterii prædicti abbatem, quem literarum scientia præditum uitæ & morum honestate decoratum, discretionis & consilii maturitate conspicuum in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum nobis & fratribus nostris placida tua conuersatio cōtinuata diu apud sedem Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostræ: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis eidem ecclesiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem sanctæ ecclesiæ teipsum in pastorem, tibique curam & administrationem illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per uenerabilem fratrem nostrum Berengarium episcopum Tusculan. munus consecrationis impendi: Firma spe, fiducia

Ecclesiæ cuiuslibet status est per Papā attendendus.

Ecclesiæ spōsus prælatus dicitur esse.

Ecclesiæ viduatæ præficiendus, in multis dēt esse commodatus.

spe, fiducia tenentes, quòd eadem ecclesia monasterij Albani (Dominica assistente clementia) per tuæ circunspectionis, & industriæ studium fructuosum seruabitur a noxiis, & aduersis, & spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium quàm suaue, ac dilectione pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias dilectus sollicitusq; custodi, vt liber non pateat aditus inuasori, & Dominus insuspicabili hora vēturus sic te inuenerit sic agentem, cursu consumato, qui tuo labori præponitur, & horum fide seruata, quæ tuæ sollicitudini committuntur, te te pertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Prælatus bonus multa bona facit ecclesiæ: iugum Dei est leue, & suaue.

Fidelis in modico in multa constituetur.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Eburedunen. collectori fructuum primi anni, &c.

¶ *Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum vacantium & vacaturorum vsque ad certi temporis spatium deputatorum pro camara Apostolica oneribus facilius supportandis, possit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant sub tali reseruatione; &c.*

C A P. X.

Postulasti per Apostolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi super dubiis infrascriptis circa commissam tuæ industriæ recollectionē fructuum prædictorum (aliàs præbendarum aut beneficiorum) imminentibus sit agendum; Tuæ itaq. consultationi breuiter respondētes, te scire volumus beneplaciti nostri esse super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ iuxta verum taxata valorem, quòd illum nequaquā excedunt, cum obtinentibus huiusmodi beneficiat prout melius, & vtilius diœcesanis locorum (in quibus huiusmodi beneficia fuerint, quorum consilia in hac parte renquiras) & tibi videbitur, ualeas conuenire. Nos enim ipsorum diœcesan. & tuam conscientiam super his oneramus.

Conscientiā aliorū quandoque Papa onerat.

¶ Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prædictorum exclusæ, hoc tamen volumus de distributionib. ipsis intelligi, quæ dantur eis qui horis interfuot, sic quòd illæ quæ soluuntur iis qui sunt in ciuitate, vel loco præsentes, quamuis horis non intersint eisdem, non sint ab onere, dictæ recollectionis immunes.

¶ Porro declarationem illam, factam per nos in deputatione seu reseruatione fructuum prædictorum, ut uidelicet non extendantur ad uicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus institutas ad Missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere uolumus in altaribus dotatis certis feudis usuaticis seu censibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis uicibus, singulis septimanis, & in Ecclesia Cathedrali horis interesse diuinis, dummodo valor annuus ipsorum altarium summam xx. libr. Turonensiū non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reseruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum posset canonico hebdomadario (cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere; volumus quòd de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitii onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera nostra residuum percepturus. Cęterum prębendas illorum, qui taxationem decimę soluere recusantes abesse velle dissimulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, vt per illorū absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi uel de prębenda percipere valeas; de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco uel in ciuitate pręsentes, cum tamen ecclesię fabrica tales prębendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reseruatione comprehendi pręfata, ut uidelicet eas iuxta deputationis nostrę modum percipere ualeas; canonicorum ipsorum absentia non obstante. Ridiculum enim esses, vt eadem fabrica potiori quàm nos priuilegio in talibus vteretur.

Reddit p[...] missis cele[...] brandis a [...] cedentib. [...] licti, nō su[...] aliquatenu[...] diminuēdi[...]

Papa in pe[...] ceptione [...] ctuum est [...] bricæ præ[...] tendus.

¶ De illis denique qui licet per multos menses tenuerint Ecclesias vel prębendas, nihil tamen se percepisse asserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinem patrię prædecesso-

Testari de bonis ecclesiæ, an clerici possint, qui de no. in ca. præsenti, de off. or. lib. 6.

decessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibi satisfacere nequeunt de fructibus antedictis, nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis & uolumus, ut si est ita, oblationi huiusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Auinion. v. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

¶Idem.

¶Cum Romanus Pontifex pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus fructus beneficiorũ vacantium vsque ad certum tempus reseruasset, circa illam reseruationem plurima ambiguitates orta sunt, quas hic soluit.

C A P. XL.

CVm nonnullæ ecclesiasticæ personæ in cathedralibus ecclesiis canonicatus, præbendas dignitates, personatus, & officia, ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam uacantium & quæ in diuersis orbis partibus usque ad triennium uacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus per nostras sub certa forma litteras duximus reseruandos, iuxta tenorem litterarum ipsarum cameræ nostræ soluere teneantur, præsertim cum archiepiscopales & episcopales ecclesiæ ac regulares abbatiæ ab huiusmodi solutione fructuum (ut dicunt) in dictis literis eximantur.

Fructus bñficiorũ a Papa qñque pro Ecclesiæ Romanæ necessitatib. reseruantur.

¶Nos dubitationem huiusmodi amputare uolentes, auctoritate Apostolica declaramus, quod cũ sub appellatione archiepiscopalis uel episcopalis ecclesiæ aut regularis abbatiæ, huiusmodi præbendæ, dignitates, personatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prędictos[a] nec non & præbendarum officiorum monachorum, monasteriorum regulariũ, ac redditus abbatiarum, seu abbatum earundem, quæ in beneficiis ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus redditus & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictę cameræ iuxta prædictarum litterarum tenorem debere persolui, ac idem super solutione omnium fructuum, redditoum & prouentuum commendatariarum curtuum[b] seu grangiarum, monasteriorum, domorum & locorum conuentualium, quæ pro beneficiis ecclesiasticis (vt prædicitur) conceduntur (nisi dumtaxat in fructibus illorum quę sunt forsan excepta) declaramus & præcipimus obseruari.

Dubitationes sunt amputandę.

¶Præterea cum in aliquibus ecclesiis tam cathedralibus quam aliis, panis & potus pro quotidianis distributionib. ipsarum ecclesiarum canonicis & personis de præbendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecunię summa & aliquando alterum pro altero pro singulis mẽsibus, uel habdomadis etiã canonicis studiorum causa, aut alias pro eorum negotiis de licentia capitulorũ ecclesiarum ipsarum ab ecclesiis eisdem absentibus exhibeantur, & etiam persoluantur, declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quãtitatem & pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense uel hebdomada dictis canonicis (ut prædicitur) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tãtum, quæ præfatis canonicis quotidie ꝓ diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude.

Distributiones quotidianæ, qñque consistũt in potu & pane, qñque in aliis rebus.

¶Adiicimus insuper declarationi prædictæ, quod si obtinenti curatũ beneficiũ, aliud sibi cõsimile collatum fuerit, uel etiam in posterum conferatur, post secũdi pacificam possessionem adeptam & fructuũ perceptionem ipsius, nihil de fructibus eiusdẽ primi beneficii (nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus) percipere possit, sed pro dicta camera nostra iuxta formam dictarũ litterarũ recipiantur, & etiam exigantur. Vbi uero fructuum, redditurum & prouentuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prædicta, quod fructus redditus & prouẽtus beneficiorum huiusmodi cum uacare contigerit, per medium diuidãtur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam uero medietatem ille pro sua sustentatione percipiat,

Horarũ qdã sunt diurnæ qdã nocturnæ.

CVM nonnullę] a ¶ Prædictos.] alias prædicta. b ¶ Curtuum.] alias cultuum.

Administratores ad uoluntatē superiorum qñq. sunt remouibiles.

piat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere.

¶Grangias autem & alia loca Cisterciensis ordinis, & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes vel administratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, redditus, & prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta ac literis nostris super illa cōfectis aliquatenus non includi, Nulli ergo omnino, &c. Datum Auinione Nonis Ianuarii, Pontificatus nostri anno quarto.

¶Idem.

¶*Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, cameræ Apostolicæ deputantur.*

CAP. XII.

Cum nonnullæ ecclesiasticæ personæ reuocare conētur in dubium, an si obtinenti dignitatem vel aliud beneficium ecclesiasticum cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu quo ambo beneficia ipsa successiue vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno quo vacāt ratione deputationis fructuum, redditnum, & prouentuum ecclesiasticorum tunc vacantium, & quæ vsque ad certum tempus vacare contingeret quos pro Ecclesię Romanę necessitatibus releuandis, per nostras literas duximus deputandos nostræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatem huiusmodi remouere volentes auctoritate Apostolica declaramus, amborum eorundem beneficiorū fructus, redditus & prouentus (cum vtrumque ipsorum vacet) pro eadē camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶Benedictus xij.

¶*Dispositioni Apostolicæ reseruātur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, uel ab ea recedentium, si moriātur in locis ultra duas diatas legales ab ipsa curia non distantibus.*

CAP. XIII.

a ¶ Omnes patriarchales.] accipe infra in fine, reseruamus ordinationi, & cætera.

Beneficiis rō cantib. sunt assumendi viri, qui illis præsint, & prosint,

Ad regimen Ecclesiæ generalis quāquam immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis vt debemus, quod per nostræ diligentiæ studiū ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina, & alia beneficia ecclesiastica iuxta diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsint & prosint committendis eis ecclesiis monasteriis & beneficiis prælibatis.

¶Præmissorum itaque cōsideratione inducti, & suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, omnes patriarchales,[a] archiepiscopales, & episcopales ecclesias, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus & officia, necnon canonicatus & præbendas, & ecclesias, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, secularia & regularia quęcūque & qualiacumq; fuerint ēt si ad illa personæ consueuerint seu debuerint, per electionem seu quemuis alium modum assumi, nūc apud sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura, necnō per depositionem vel priuationem seu trāslationem, aut muneris consecrationis suspēsionē, per fœlicis recordationis Ioannem Papam vigesimum secundum, prædecessorē nostrū, seu eius auctoritate factas, & per nos seu auctoritate nostra in antea faciendas ubilibet: Necnon si forsan tpe iam dicti prędecessoris aliqui in concordia, uel discordia electi uel postulati, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & admissa per ipsum prædecessorem uel auctoritate ipsius extiterint, seu quorum electorū uel postulatorum, & in antea eligēdorum seu postulandorum ac renuntiantiū electionem cassari, uel postulationem repelli aut renūtiationē admitti per eos vel auctoritate nostra contingeret apud sedem prædictam uel alibi vbicumque. Ac etiam per obitum Cardinaliū eiusdem Ecclesiæ Romanę ac officialium dictæ sedis, videlicet camerarii, vice cancellarii, notariorū, auditorūm literarū cōtradictarum, & Apostolici Palatii causarum auditorum, correctorum, & scriptorum literarum Apostolicarū ac pęnitentiarii præfatæ sedis, ac abbreuiatorum, necnon commensalium, & aliorum quorumlibet capellanorum sedis

Electio cassatur, & postulatio repellitur.

Officiarii sedis diuersi sunt.

eius-

eiusdem, & etiam quorumcunque legatorum siue nũtiorum, ac in terris Ecclesiæ Romanæ rectorum & thesaurariorum, per dictum Ioannem prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum, seu missorum hactenus, vel a nobis deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia & in antea vacatura vbicumque dictos legatos, vel nuntios seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: Necnon quorumlibet pro quo quibuscũque negotiis ad Romanam curiam uenientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis a dicta curia ultra duas diætas legales non distantibus iam forsan obierint, vel eos in antea transire contigerit de hac luce: Ac etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quacunque causa ad quæuis loca secedentium, si eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas diætas ab eadem curia (vt præmittitur) non remotis; dummodo eorum propriũ domicilium non existat ibidem, iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoueri, nunc per obitum huiusmodi vacantia, & in posterum vacatura: Rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates. personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, & ecclesias, cæteraque beneficia ecclesiastica, sæcularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa personæ consueuerunt, & debuerint per electionem, aut quemuis alium modum assumi, quæ promoti per dictum prædecessorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiscopalium, & episcopalium ecclesiarum, necnon monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum nunc vacantia: Et qui per nos seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiusmodi obtinebunt: Necnon etiam quę per assecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum ecclesiarum, & beneficiorum aliorum per nos uel eundem Ioannem prędecessorem, seu auctoritate litterarum nostrarum; uel ipsius Ioannis prędecessoris collatorum, & conferendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vacatura (plena super præmissis omnibus, & singulis cum fratribus nostris collatione pręhabita, & matura deliberatione secuta) ordinationi, dispositioni, & prouisioni nostrę (donec miserationis diuinæ clementia nos uniuersalis Ecclesiæ regimini præsidere concesserit) de ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica reseruamus: decernentes extunc irritum & inane si secus super pręmissis, & quolibet eorum per quoscunque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel alicui, siue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reseruationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo. M. CCCXXXV.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ Beneficia quæcunque sint dispositioni Apostolicæ reseruata, per talem reseruationem sunt affecta, ita quod illorum collatio non tenet, si per alium a Romano Pontifice fuerit facta.

CAP. XIV.

AD Romani Pontificis prouidentiam, & circunspectionem prouidam spectare dignoscitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriuntur in dies) suæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inspectis, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri per diuersas

Lites ex iurium dubiis sępe oriunt.

diuersas eorum constitutiones, quas suo tempore dumtaxat durare, uoluerint, quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ sui & sanctæ Romanæ Ecclesię uiuentium, & tunc existentium Cardinalium familiares continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durãte, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinaliũ eorundem uel alias recessissent, nec nõ illa quæ etiam fructuum & prouentuum camerę Apostolicæ debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, uniti subcollectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuscunque locis uacauerint, cum irritantis appositione decreti, & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorũ occurrentibus uacationibus, inter utriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ sæpe numero hæsitatum extiterit, an beneficia huiusmodi propter reseruationem & decretum prædicta, reseruata uel affecta remanserint, ita quod nullus præter Romanum Pontificem de illis disponere potuerit siue possit, reseruatione & decreto obsistentibus supradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiusmodi uarias quoque iurisperitorũ opiniones & discrepationes ipsas aduerteremus, plerumque pro reseruatione & affectione præmissis, interdum uero contra pronunciatum & diffinitum fore.

Prælatus uigilẽ pastorẽ imitari dẽt.

¶Nos qui uigilis more pastoris super his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus; & propterea in singulis causis super quibusuis beneficiis ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus usque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus: cupiẽtes, (quẽadmodum nostro incũbit officio) dubiis huiusmodi finem imponere, subditorum obuiare dispendiis, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani quinti, Gregorii noni, Bonifacii octaui Romanorum Põtificum etiam prędecessorum nostrorum, qui ad submouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes similes per suas litteras ediderunt, uestigiis inhærendo, ac prouide considerantes effectum per reseruationem, manusque appositionem eorundem prędecessorum in dictis beneficiis in esse productum per obitum ipsorum nequaquam censeri debere reuocatum; Romani quoque Pontificis manus appositionem prædictam tantæ efficaciæ tantę uirtutis existere, ut etsi litteræ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum & reseruatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reseruatis quibuscunque aliis fuisse adeptam, huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto de uenerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia ecclesiastica sæcularia & cuiusuis ordinis regularia, (etiam si præpositatus, canonicatus, præpositturæ, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, uel officia fuerint, etiam si ad illa consueuerint qui illis præficiuntur per electionem assumi, eisque cura immineat animarum ut prẽmittitur) reseruata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reseruanda, ac etiam quouis modo uacantia & in antea uacatura: per huiusmodi reseruationem & decretum remansisse, & remanere semper affecta, nullumque de illis (cum primum uacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea uice quouis modo disponere potuisse siue posse, harum serie decernimus & pariter declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum super eisdem beneficiis, ut præmittitur, reseruatis, committendis causis per dilectos filios magistros, capellanos nostros causarum Palatii Apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari, & secundũ præmissa, nec aliter sententiari & diffiniri uolumus, atque mandamus eis & eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretãdi facultate sublata: Decernentes extunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę cõstitutionis, declarationis, uoluntatis, mandati & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ M. cccclxvii. Calen.

Lites debẽt esse breues.

Romani Põtificis manus est magnæ uirtutis.

Beneficia per dãt affecta.

Hæc extra
pus repe
nt inter.
rio xxii.
b ti. de el.
m gl. dñi
nzelini,
it uero po
itur cũ gl.
ali. de mõ
Laudu.

S Vscepti 1.] Hæc decr. potest intitulari sub titulo, de rescriptis, uel sub tit. de elect. uel ne sede uac. vel sub illo, ut eccl bene, vel sub illo, de uerb. sig. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ constitutionis duplex occasio. Secundo facti, de quo agitur, summaria recitatio. Tertio super taxatis constituitur. Quarto de non taxatis annectitur. Quinto non seruantib. diuersa pœna apponitur. Secunda, [Cum itaque] Tertio [Nos de illo] Quarta, [In illis] Quinta, [Et si quicquam.] Et sic hæc facta est ad declarationem illorum iurium sup. ut eccl. bene. ca. unico. in fin ne se. ua. va c. 1. per Inn. de uer. sig. tua. de priuile. si papa, & de præbend. si tibi concesso. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

a ¶Suscepti] simile supra de præb. suscepti. lib 6.

b Dispendio,] de his de rescr. dispendia. in prin. li. 6.

c Ministrorũ,] generi .n. talium intēdit hic papa prouidere, non aũt psonis singularib. & sic erit perpetuum & fauorabile art. 12. qu. 2. liberti, maxime cum fiat in fauorem diuini cultus, ut patet inf alias n mere glonalia personas non transgrediuntur, immo cum eis pereunt, & maxime dent vt odiosa restringi. inst. de iure na. §. sed & quod principi. sup. de rescr. quia per ambitiosam. li. 6 Notãter ēt dicit, ministrorum sub nomine offici, non proprio, q. d. hic papa, prouidere intendimus arti & uirtuosæ industriæ hominum, non naturæ, sicut econtrario uitium hois dēt haberi odio non natura. 8 a. di. odio, & 86. di. donare. Notabis ēt hic, ꝙ papa nedum diuino cultui, de quo inf immo ēt dispendio ministrorũ prouidere intendit, ēt principalius & fortius, ꝙ patet in hoc, quod in scripturæ ordine hic præmittit. arg. iurium, sup. de ele. si quis tuto, & de præb. mandato, li. 6 Ex quo sequitur ꝙ nedum residentes uere, sicut sũt illi, qui intersunt horis diuinis: immo etiam præsumptiue & iuris fictione, sicut existentes in papæ uel Cardinaliũ seruitio, uel studio theologiæ uel similes gaudeant huiusmodi beneficio decr. de quo dicit infra. Gulel. de monte Laudu.

tium odio
sequamur
n naturã.

d ¶ Et cultus] multa sunt specialia in fauorem diuini cultus statuta sup de cond. ex parte, de rescr. g 1 per ambitiosam, lib 6. de cele m s grauí. concil. Viennen vnde cum cultus diuinus sit iuris publici 1. distin. ius publicum, pacto priuatorum tolli, seu ipsi renunciari non potest, ff. de pa c. l ius publicum, su. de foro comp si diligenti, maxime cum uideatur inhærere præceptis primæ tabulæ, 32. qu. 7. quid in oib. ex quo inf. ꝙ ēt papa non possit super hoc sine magna cã dispensare, cum nõ la infirmitas ab hoc excusat, ne uicarius tollat pensum a domino sibi ipsi aliter super quemlibet uiuentem de eius patrimonio reseruatũ, sup de cele miss. c. 1. nisi ēt super subtracto, nisi illud restituat, ut sic nõ remittatur peccatum, si cũ pōt (maxime Deo) non restituatur ablatum. cum ēt idem esset de pensione alicui dño priuato subtractæ sup. de usur. cũ tu 16 q 1. reuertimini. cum simi Sed nunquid poterit huic beneficio renũtiari? Credo ꝙ sic, inquantum tangit ius cuiuslis priuati. sed in quantum: ecclesiæ non, argu. sup. de arbi. cum tempore.

Cultui d'u no renũtiari non potest.

Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Ne sede uacante aliquid innouetur.

¶Ioannes uigesimus secundus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶Papa uolens prouidere diuino cultui & ministris eisdē, & occurrere dispendijs, quæ ipsis quotidie imminent propter occupationes uacantiũ ecclesiarum primi anni, quæ cōpetunt ex diuersis titulis aliquibus ecclesijs seu personis, statuit quod quando talis occupatio imminebit in beneficijs, quæ consueuerunt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa, pro qua consueuit dari decima. si ipsam eligendã duxerint, tali residuo penes eũ cui collatum est beneficium, remanēte, uel dimissa eidē summa prædicta, possint dictũ residuum sibi assumere, dũ tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores, alias post decem dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In nō taxatis autem fructus decimabiles illis anni diuidantur per medium, & utrique eorũ medietas tribuatur, ita quod si alter dimidia noluerit contentari, ipsa in nolentem transeat ipso iure. Et si quicquã aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNIC.

SVscepti regiminis [a] nos cura sollicitat, ut quæ in ecclesiis non absque dispendio [b] ministrorum, & cultus [d] detrimento diuini seruari uideamus, p appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque [c] in nonnullis Ecclesiis [f]

e ¶ Cum itaque] Secunda pars.

f ¶ Ecclesiis] de quib. si in priuilegio, uel statuto expresse actũ est, expressioni stabit, su de priu accepimus, 9 q. 3. cōquestus, saluo hoc ꝙ legitur contra consuetudinem uel statuta inferiorum, sup. de ele. sæpe. & de off. or. præsenti. li 5. alias visus obtinuit, ꝙ monasteria seu loca collegiata non comprehēdantur, multominus ipsę ecclesiæ cathedrales, argu. supra te præb. c. n de concess. præb dilectus. Si q̃ras quam Ecclesiam dices collegiatã, uel conuentualem quantum ad hæc? Credo ꝙ illa dumtaxat, in qua sunt duo vel plures tanquam facientes unum corpus, cōsueuerũt conuentus, capitulum uel collegium uocari, & sic nihil faciet ibi pluralitas personarum uel paucitas, dum tñ sint duo uel tres: sed ipsa realitas, s. ꝙ ibi conuenient, unum corpus facientes insimul. Item credulitas gentium & opinio, s. ꝙ cōiter a gentib consueuerũt sic appellari & haberi ut tales. hoc dico per iura. su. de ele. nullus, de excess. prælator. dilecta de proba. per tuas. qui si sint legi transmissæ 3. q. 7. § tria. de præb. de multa. per Innoc. Quid ergo erit de prioratibus monasteriorum Olumal Casę Dei, Grandimonten. maioris monasterii Præmonstraten. uel similibus, in quorum aliquib. quandoque consueuerunt esse quattuor monachi, iquãdoque associantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cum uacabunt? Credo quod non debeant collectores ab illis tanquam a collegiatis excludi, cum tales potius sint tanquam per modum associationis, quam collegii seu conuentus per c. dilecta,

Ecclesia' q̃s dr̃ collegiata.

Archipsbyteri Bituric. mutant mutato plato.

dilectat de hoc plene notaui sup. de rescr. & principalis, & de statu reg.ne in agro. Sed quid de celeraria ecclesiæ sancti Stephani Tholosæ; in qua de anno in annum mutantur celerarii, vel de archipresbyteralib. d. ecclesiis Bituricen. qui ad mutationem archiepiscopi uel capituli in regimine cathedralis Ecclesiæ renouantur, nunquid a talibus percipient? Credo, φ non, cũ nõ dicantur uacare proprie, nec initõ beneficiorum est apud celerarios seu archipresbyteros temporales; sed apud illos potius, quorum isti vices gerunt, sicut dr̃ de vicariis temporalib. in fin. extrauagantis, Execrabilis, & dixi, su. de offi. uica. quæ de ecclesiis conci. Viennen. fac. t sup. de consue. c. 1. lib. 6. in verba perpetua. Et idem dico pari ratione de grangiis monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi sanctæ claræ, vel de prolhano seu similium, & de aliis possessionib. traditis sub annua pensione fratrib. de ordine, uel aliis ad vitam vel aliud tẽpus modicum, quæ per eorum cessum uel decessum non dicerentur uacare, ut sup. de præb. quamuis, in prin. lib. 6. 16. q. 1 possessiones, facit quod legitur & no. su. de præscr. li. diligenti.

† Vide extr. Pii V. Pont. Max. in cip. Duũ nimis

obseruetur, [a] & a longis [b] retroactis temporibus, fuerit obseruatum, quod fructus † primi uel secundi, aut alterius [c] cuiusque sequentis anni, beneficiorum uacantium [d] in eisdem, defuncto, uel fabricæ, aut ecclesiis vel perso-

a ¶ Obseruetur] sub prætextu priuilegii uel statuti. de quib. inf. Gul. de monte Lauduno.

b ¶ Et a longos] & hic ubi consuetudo allegatur Et sic no. sufficere consuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

Infinitas reprobatur.

c Primi, uel secundi, aut alterius] vel tertii, uel quarti, seu deinceps, sicut lex de replicationib. inst. de excep. quod in infinitum est ite hodie in aliquib. locis, quæ infinita, tamquam dispendiosa nouis beneficiatis, in illis partib. merito est reprobanda, arg. sup. de rescr. cũ in multis, li. 6 Hic quæro primo, si contingat in primo anno bis uacare beneficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos per duos annos? Dicunt quidam φ habebit a t pe primæ uacationis vsque ad secundam, & a secunda per totum annum completum, per l. ff ad tenatusc Turp. l in seuatusconsult. §. quamquam Secundo quæro, an posito quod de consuetudine mortuus primo anno, fabrica secundo inibi colligeret, si papa pro se uel pro passagio hoc simpliciter leuãdum iusserit, uel iussum per alios ex certa scientia confirmauerit, quo ordine isti leuabunt? Si esset hoc uerbum, anteferri, non esset dubium: immo etiam dato φ non sit, adhuc uidetur φ Apostolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare, licet ultimus sit in concessione, ex quo cõcurrit cum aliis, iuxta ea quæ leguntur sup. de præb hi, qui li. 6. maxime si adiecerit papa in suo priuilegio, illis non obstantib. de quib. legitur sup. de rescr. alias de priu. si papa. lib. 6. ubi dictum est satis de hoc in fine.

Consuẽtũ ad præterita, uel pendentia, non extẽditur nisi imp la caueatur.

d Vacantium] a tempore s. introductionis consuetudinis, priuilegii, vel statuti, & sic alia beneficia, quæ ante illam introductionem, uacare inceperant, licet illis superuenientib. adhuuc erant libera & uacantia, non cadunt sub aliquo illorum, cum constitutio iuris publici uel priuati non extendet se ad præterita uel pendentia, nisi de his expresse caueatur in ipsa, in auth. ut cum de appel. cog in prin. sup. de iud. dispendiosam, in fi. conc. Vienniẽ Quod credo uerum, si sit ibi adiectio aliqua certi temporis, ut quia dr̃, fructus uacantium p tres annos, qui tunc cursus illius termini incipiet statim post editam publicatam, uel editam si sit decretũ, in auth. ut fa. no. constit. in prin. sup. de elect. si eo tempore, lib. 6. sup. de uerb. sign. abbatia, de elect. quisquis, vel etiam si uerbum futuri temporis sit ibi insertum, puta, uacatura, uel uacabunt, ut supra de rescript. alias de priuil. si papa. li. 6. Secus si dixit simpliciter fructus uacantium, ut hic uidetur, quia tunc intelligi debet

& de iis, quæ inueniuntur t pe concessionis libere uacare alias quam per adeptionem pacificam secundi: quia tunc & fructus primi non habebit, ut sup. de præb. si tibi concesso. li. 6. & pari ratione idem de permutatisvr, vt inf. dicetur, & dixi sup. de præb. si plures: cõcilium. Viennen. Et credo φ pacifica adeptio secũdi sufficit ad hoc, φ primum quod incompassibile est, ipso iure uacet, ad lucrãdos in hoc casu fructus in quocumque beneficio minori episcopatu, siue sit solemnis abbatia, seu φ uis aliud, dum tamen alias sub tali forma caderet, per iura, sup. de præbẽ. de multa, de ele. commissa li. 6. 21. q. 2. si quis. excepto episcopatu pp quem quis non amittit priora beneficia statim adepta possessione, nisi post tempora de consecrandis epis, quod est speciale in ipsis, ut sup. de elec. cum in cunctis, cum uero. in princ. Sed quæ beneficia dicuntur uacantia in hoc casu? Dic uacans proprie dr̃, φ a nemine est occupatum seu possessum, & ideo hæreditas iacens uacare dr̃, nec in eam furtum committi potest, ex quo adita non est, ff de estrac. & expil. l. 2. ff. de furtis. l. hæreditariæ. Et potest dici uacans de iure & de facto. Item de iure tm̃, non autem de facto, ut sup. de rest. spo. c. 2. Item de facto tm̃, non autem de iure. sup. de conces. præb. cum nostris. Sed in primo casu hoc contingit multipliciter, morte, renunciatione, depositione, permutatione. Mors. n. naturalis oĩa soluit, in tm̃ φ & si in instanti miraculose resuscitetur sicut Lazarus, non recuperaret beneficium: immo ipsum collectores leuarent, arg eorum quæ leguntur, & notatur, 13. q. 7. licite, nec in beneficialib. aliquid de iure mortui ad successorem transmittitur, seu ius unius continuatur in alium, nisi sola lis incepta prius cum mortuo, & hoc fit de quadam æquitate, non de rigore, cum ius beneficiale adeo personale sit, φ personã non trãsgreditur: immo in successore per oĩa ius nouum creatur, licet secus sit in successionib hr̃ditariis, in qb. successor secundus in iure primi succedit continuãdo ius primi ad fm̃ sine innouatione iuris, ut hæc probãtur sup. de præb. c. i. 7. q. i. Moyses, su. ut lit. penden. si hi cõtra quos, in fi. ff. de iud. tam ex contractib & idem in iure proprietatis reali, seu personali, quamuis ecclesiastico, sup. de off. deleg. qm̃, ut lite penden. ecclesia, maxime vniuersali, su. de testi. significauerunt, in prin. cum ibi notatis, de hoc dicetur in extra. Execrabilis. in aliis aũt modis sicut in cessione & simili. licet perdat ius, dum tñ alias ltimè fiat, non tñ ipsa possessio, nisi hoc per sniam iudicis declaretur, uel nisi euidenter appareat possidentem habuisse pro derelicto facto uel uerbo, cũ semel possidens semper possidens præsumatur, hoc probatur sup. de hære cum fm̃ de præb. licet eps, li. 6. inst. de rerum diui §. fin. sup. de priu. dudum. In quo ergo casu de præmissis hẽbit collector uacantem? Dic φ de iis quæ constant uerbo & facto uacare, non est dubiũ, sed quia de aliquib. est dubium hic. Primo quæro an beneficia permutata ltimè uacare dicantur? Et uĩ φ non. Primo pp rationem, sup. de præb. si tibi concesso. li. 6. Secũdo, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo consensu seu uoluntate permutantium, sed ex traditione rei: nam antequam ego habeam tuam præbendam & tu meam, non est completa permutatio, licet secus sit in emptione & uenditione, quæ habẽt initium efficax ex ipso consensu, ff de rer. permu. l. i. § item emptio. Si ergo adeptio sola rei permutatæ hunc contractum perficiat, clarũ est, φ antea nihil φ sit ibi uacans, reperitur, cum totum sit in pendenti, nec & re adepta, cum iam sit possessum, & sic non inuenitur aliquod instans uel momentum quo ista beneficia uocauerint, & sic non debebuntur collectoribus istis. Contrarium patet, Nam in resignatione reperitur libera iuris pro

Vacãs quis dr̃ proprie dr̃.

Mortuus si resurgeret beneficium non recuperaret.

Beneficia permutata an dicantur uacare.

nis habeutibus annalia de consuetudine [a] priuilegio b, vel statuto applicetur in totum [c]; ita quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos alias de iure fructus ipsi spe-

periĩ refutatio utriusque, quæ ambę cõfuse & vno spiramine ad instar psonarũ diuinarũ fieri non possunt, immo ad diuersitatem suppositorum habet hic sequi diuersitas actuũ, ita ꝙ in exercendis istis actib. impossibile est, quid sit, dare aliquod instãs in quo uacãs extet vnum antequam aliud subsequatur: quod de rigore credo verius, sed de æquitate primum, per c. ꝑdictum, si tibi concesso. & su. de rer. perm. licet libr. 6. Sed quid erit si sine alia uacatione beneficiĩ diuidatur in xii. iuxta decre. su. de consti. cum accessissent, sicut factum fuit de præpositura Cæsaraugustana: ita ꝙ præpositus qui nunc totum tenebat, habeat nũc tantũ vnã de xii. numquid aliæ partes dicentur vacãtes. Vr̃ ꝙ in altera parte quantumcunque modica saluetur totus titulus, & sic nõ dicat̃ uacare: talia em̃ nomina, quæ sunt iuris potius quam facti, sicut sunt dignitates, nobilitates, corpora, vel similia, in qualibet parte modica, integra perseuerant: maxime quantum ad ea, quæ in honoribus cõsistũt hoc dico ꝑ iura su. de iurepat. c. 1. ff. de serui. vix. no. 16. q. 7. piæ mẽtis. facit ff ad municip. l. sicut municipii. §. vlt de consec. dist. 4. vbi pars. & dist. 5 nõ mediocriter. cum similibus. in contrarium uidetur, qa cum saparatorũ separata sit ratio, & aliud sit de parte separata a toto, & de specieb. subtractis a genere, quã esset de ipso toto in se integre persistente, & non possit dici quin ex quo partes diuisæ & separatæ fuerint ꝑ momentũ antequã alicui cõferrentur uacantes existerẽt, & sic affectæ fuerint ꝑ iura speciali alicui de cõtentis in hac decret arg. iurium sup allegatorum. facit su. de rescrip pastoralis. su. de offi. deleg præterea, in fi. gl. a cõtrario sensu. & de re. iur. in toto. lib 6. Primum vr̃ verius. Si enim ante concessionem uacantiũ Ecclesia aliqua sit unita alicui dignitati uel præbendæ post cessum uel decessum rectoris, iuxta decre su. de restit. spo. cũ uenissent, & de re. eccle non alie. si una concil. Vienñ. si post talẽ cõcessionẽ moriatur rector uel cedat, non habebit eã collector, su. de reser. cã te. Sed qd erit de altaribus uel beneficiis aliis, quæ ex deuotione decedentiũ, & aliorũ quotidie post dictam cõcessionẽ de nouo constituuntur perpetuo & dotantur? Nunqd ipsa ipsi collectores habebunt? Videtur ꝙ non: ꝑ iura. su de const. quoniã constitutio, de rescr. ꝑ litteras, cõcil Vienñ Contrarium uidetur per ñ de offi. archi dilecto ubi illa consuetudo, quæ de se stricti iuris est, ad monasterium quod de nouo creatur, se extendit. Credo ꝙ ubi causa priuilegii, statuti, vel consuetudinis huiusmodi de se extẽsiua sit in futurum, sicut est hic, futura respiciat, maxime in realibus, quæ quasi sunt fauorabilia, ut in secundis concordantiis, secus qñ cã est actus trãsiens, maxime in iis q̃ fauore psonarũ fiunt, q̃ quasi sunt odiosa, ut in primis. De hac nota ni satis su. de ui. & hone. cler quoniã. concil Viennẽ qđ crederem verũ, nisi fructus seu prouentus dictorũ beneficiorũ essent ad certos usus deputati, puta ad uitã sacerdotis & suæ familiæ, uel cæterorum pauperum in hospitalibus, uel monialium seu aliorum religiosorum, qui uix de illis possent sustentari, nec habent vnde alias uiuerent, nisi per suffragia inde dicata, sicut est de illis redditib deputatis pro uita pauperum in se de Barchæ, quia de talibus nec leuabitur decima, nec cadunt sub uacantib. arg su de præb. significatũ. &c. ꝑ litteras, & de reli do. quia contingit concil. Vieñ. immo nec alia q̃ non excedũt. vii. libras Turoñ prout interpretatus fuit Greg. in concip. Lugdu. tempore quo concessit decimam passagio ultramarino. Guili. de mõte Lauduno.

a ¶ De consuetudine.] & sic ualet consuetudo quod fructus unius Ecclesiæ ad tẽpus alii applicẽtur, ut sit membrũ uni' & eiusdẽ corporis, cũ ista ecclesia militãs sit unica, & vnũ corpus mysticũ faciat, ut su. de sum. trin. firmiter, §. vna, & de exces. prælat. frequens. conc. Vienñ alii seruat. facit su. de elect. cum non deceat. li. 6.

fideles huius suæ improbandę [a] utique consuetudinis vitio intendentes, si quisquam ex eis genere nobilis, uel dignitatis titulo insignitus, pśertim extra suarum partium limites debitum † naturæ persoluat, in suis uel alienis remotis partibus sepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis [b] affectu truculenter [c] exenterant [d], ac illud membratim uel in frusta [e] immaniter [f] concidentes, ea subsequenter aquis immersa exponunt ignibus deoquenda. Et tandem (ab ossibus tegumento [g] carnis excusso) eadem ad partes prædictas mittunt, seu deferunt tumulanda. Quod non solum diuinæ maiestatis conspectui abominabile plurimum redditur [i], sed etiam humanæ considerationis obtuitibus [k] accurrit vehementius abhorrendum [l]. ¶ Volentes igitur (prout officii nostri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, tantæque immanitatis, [m] & impietatis abusus penitus deleatur, nec extendatur [n] ad alios: Apostolica auctoritate statuimus & ordinamus, ut cum quis cuiuscūq; status aut generis seu dignitatis [o] extiterit, in ciuitatibus, terris, seu locis, in qui-

a ¶ Improbandæ.] & merito, cum enim consuetudo qua tenditur ad rerum abusum, sit reprobata extra de consue. ex parte de offic. ordi. si canonici lib 6. multo magis illa est reprobanda, qua tēditur ad abusum corporum humanorum, quę non recipiunt (propter corū excellentiam) æstimationem, §. si quadru. pau. fe. dis. leg ex hac lege. ff. de his qui deie. uel effu. leg. prima. §. sed cum homo sic nec libertas æstimationē recipit ff. de reg iur. l. libertas.

Corpus humanū nō recipit æstimationem,

b ¶ Impiæ pietatis.] prætextu enim pietatis impietas non est committenda. 30. q 1. nosse. 1. q. 1. non est putanda, & sicut ministerium pietatis est consolari merentium corda. 45. dist. disciplina, in fin. sic desolari eadē sub colore obsequendæ, voluntati improbæ defunctorum est impietas: contristatur si quis merito cum uidet illa diuidi, quæ non patiuntur diuisionem commodam, quo casu in re etiam cōi nō fit diuisio, sed de iure fit uni adiudicatio totius rei, æstimatione alteri pro sua parte danda. Inst. d. offi iudi. ff eadem. & §. seq. de leg. 1. nō non amplius, §. vlt. nec per hoc c derogatur electioni sepulturæ, sed modus hic narratus merito reprobatur vt infra §. sed ut defunctorum. Sic Iacob. & Ioseph. elegerunt sepulturam, ut Iacob. conditus aromatib integre, & Ioseph corpore incinerato eius ossa ad sepulturam paternam portarentur. Gen. c. ulti extra de sep. c. 1 lib 6. 13 q. 2. c Ebron & c. unaquæque. ver. Item Ioseph Ioan. Mona. Cardinalis.

† Mori est naturæ debitū soluere.

Rei cōis adiudicatio fit si. diuidi nō possit,

c ¶ Truculenter.] a truculentus, qui est plenus truculētia, ut in hymno.

Arcet luporum truculentam rabiem:

d ¶ Exenterant.] i. extrahunt interiora, unde exentera intestina dicuntur, quasi ex intra trahantur. ex quo uerbo & pluribus positis in hac constitutione videntur intestina per incisionem corporis non debent extrahi, ut forsan corpus per aliquot dies custodiatur super terram ad expectādum defuncti amicos, & nō redditur. 23 q. 5. si non licet Item ius statuit quo loco quis debet sepeliri, & licet ius det electionem sepulturæ, hoc iuris beneficium non debet trahi ad dispendium illicitum. C. de usuc. pro empto, cum qui. siue sit illicitum in modo uel facto, ut hoc c. & dicto c. si nō licet. Item humana corpora sub certa pæna prohibentur sepeliri in ciuitatib. ff. de sepul. uiol. l. 3. §. diuus, ne contingat infectio, quæ si contingat, est purgāda ff. de no. ope. nun. l de pupillo, §. si quis riuos. ergo propter beneficium electionis sepulturæ non debet committi, unde babeatur cōtagium, horror, seu infectio. Et ideo ne contingat infectio, debet corpus tradi ecclesiasticæ sepulturæ, & fieri seruitium cōuocatis amicis. Sed contra, licet corpus humanum cōdire aromatibus. & hoc est ornare ipsum, sed ornatus præsupponit mundū, nā munda ornari debent, nō immunda, unde Apostolus,

Exentera qd dicantur.

Mortuo aliquo an possint intestina extrahi, vt expectentur amici.

ad Romanos 13. Abiiciamus opera tenebrarū, hoc est vitia, & induamur arma lucis, idest, uirtutes quæ faciunt hominem lucidum & armatum contra vitia, & vt dicit Boetius: Prius sunt extirpanda uitia, quam inferantur uirtutes, ergo condiendum prius erit a fæcibus mūdandū: q̄ fit leuius per incisionē. Dicūt quidam q̄ hoc est tolerabile in maximis uiris extra torum proprium longe morientibus, vel in remotis ualde sepulturam eligentib. Dic contra, ne fiat diuisio incommoda, quæ etiam est prohibita in profanis, ut dictū est, præsertim cū ius cōe sine captione & calumnia electionis sepulturæ intelligendum sit. ff ad exhi. le. pen. & ad arg. dic ornatum præsupponit mundum, dum tamē mundare quod intenditur non sit prohibitum, ut hic. Et est hic aliud hoc mundare contra naturā rei, nam cadauer, idest, caro data vermibus, debet dari terræ, nam caro est terra, & in terram reuerti debet. vnde q̄ corpus Iesu Christi & Iacob fuit conditum aromatibus, ut habetur Io 19. & Gen. vlt non tamē habetur ibi quod fuerit exenteratum. Ioan Mon.

e ¶ Frusta.] sine s. in ultima syllaba. Et est frustū, pars carnis uel panis: sicut lupus frustatim comedit agnū, 13. q. i. §. his ita uer. item Apostolus, laborantem agricolam, &c.

f ¶ Immaniter.] idest crudeliter C. de emen. ser. l. 1. in fi. Reperitur tamen quandoque immanis pro grandi, vt hic, immania cete, & forte est ratio, quia grandes consueuerunt esse crudeles.

Immanis duo significat.

g Tegumento.] idest, coopertura ff. de auro & argen. leg. argen in princ.

h ¶ Tumulanda.] Illud forte attendentes.

Mollitius ossa cubant, tumuli sociata parentū. Alias. Mollius ossa cubāt, manibus tumulta parentum, I M.

i ¶ Redditur.] cum diuiditur quod commode diuidi nequit, & sic in re Dei peccatur extra de cor vit. significauit, 23 q. 5. si non licet.

K ¶ Obtuitib.] idest, aspectibus.

l Abhorrendum.] nam quod quis abhorret in seipso, iure naturali habet abhorrere in alio. extra de offic. ordi. ad reprimendam, & dicto cap. si non licet. iuxta illud.

Quod tibi uis fieri. mihi fac quod nō tibi, noli: Sic potes in terris uiuere iure poli. Ioan. Mona.

m ¶ Immanitatis.] idest crudelitatis.

n ¶ Nec extēdatur ad alios.] deinceps, quia statuta dāt formam futuris negotiis, extra de consti. c. ult C. de legi. & con. l. leges & constitutiones.

Moriuntur magni ut parui.

o ¶ Dignitatis.] nunquid comprehenduntur episcopi, & etiā laici reges? Dic q̄ sic, quia unus est introitus omnib. ad uitam, & similis exitus. Sap 7. & quo ad id de quo agitur est negotium ecclesiasticum, in quo oēs æqualiter subsunt Papæ statuenti. Nec hoc casu tollā-

tur

tur desiderium defunctorum, sed differtur, ut infra §. prox. Nec obstat quod notabilia sunt specialiter exprimenda alias viderentur neglecta, ff. de iniu l. item apud, 8. edictum, quia hic respicitur status hominis post mortem, in quo non est distinctio liberi uel serui. auth. de monachis § 1 coll i.

a Catholicæ fidei] & sic hæc constitutio nõ inhibet, vbi catholicus decederet in terris Saracenorum, immo inhibetur modus hic expressus. Sed si sunt tanti, deberent conditi aromatibus, ut dictum est de Iacob: alias permittantur incinerari, ut in Ioseph. vnde subaudi hic, maxime.

b Ipso facto] sed pœna excõmunicationis ante istam constitutionem, aut præter eam, ut in casu posito, locum sibi non vendicat, ut pote antea non inflicta. Et dico istũ modum esse illicitũ ante istã constitutionem: quia corpus humanum cuius facies ad similitudinem cælestis pulchritudinis est figurata, nec maculari, nec defigurari dẽt. C. de pœ. l. si quis in metallum. Item improba est voluntas defuncti, qua mãdat reliquias suas post mortem suam in mare proiici, ff. de cõdi. inst. condit. & l. quidam ff de leg. 1. seruo alieno, §. fi. quod tamen non est ita horribile sicut istud. Item humana natura est erubescẽda, in auth. ut defun. seu fu § 1. coll. 5 Sed contra. ff de reli & su. fu. cũ in diuersis. Sol. lex illa non dicit, utrum humanum corpus debeat diuidi vel nõ, sed quærit quid iuris sit si diuisum fuerit forte ab hostib. vel ab aliis. Nec obstant C. de adulte. l quamuis adulterii, in fi. ubi quis decapitatur, nec C. de ser. fug auth. sed nouo iure, ubi manus amputatur, nec extra de homi. tua nos, §. ult. ubi oculi eruuntur, & uirilia amputantur; quia hæc fiunt ad iustitiam exercendam, vt pœna unius sit metus multorum, C. ad le. Iu. repe. l. 1. Nec obst. si dicatur, homo mortuus non est homo, quia saltem retinet figuram, & reliquias humanæ naturæ: & ideo etiam post mortem corpus humanum non recipit æstimationem, arg. auth ut defun. seu eorum. §. 1. coll. præ. in fi. & C. de sepul uiol l. 3. & fi.

c Mortis articulo] hoc semper excipitur, extra, lib. 6. de præ. felicis. §. p̃senti. ecõtra. de off. ord. c pastoralis, §. i.

d ¶ Sepultura] sed quo defuncto imponitur pœna hic? Dic ex sequela præcedentis delicti, sicut & honor fit ei ex signis quæ in eo apparauerunt ipso uiuo. ext. de sen. excom. a nobis 2. Sed tu dices: iste nõ mandauit in specie: sed tãtum in genere, quod non continet illicitum, ff. de condit. inst. l. si procurator. Solut iste mandãs genus vel secundum unum solitum mandare: quod hic reprobatur, & ideo hic punitur. vel dic quod hic punitur sine culpa, licet non sine causa: quia hic punitur propter detestationẽ facti, & sequelæ eiusdem, sicut sæpe fit, ut no. ext. de constitu c. cognoscentes, & cap. antiqua de priu. Ioan. Mona.

ADDITIO. Adde ad materiam huius decr consilium Oldr. 77 quod incipit, thema tale est, ubi cõcludit, quod nepos non eligens sepulturam, sepelitur in sepulchro patris, & aui, licet sit in ecclesia mendicantium, dato quod superiores eiusdem sint sepulti in ecclesia parochiali, ubi uide optimas rationes. Io. Francisci.

bus catholicæ[a] fidei cultus viget diem de cætero claudet extremum: circa corpora defunctorũ huiusmodi abusus uel similis nullatenus obseruetur, ne fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed ut defunctorum corpora, sic impie ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus uiuentes elegerint sepeliri, aut in ciuitate, castro, uel loco ubi decesserint, uel loco uicino ecclesiasticæ sepulturæ tradantur ad tempus, ita quod demum incineratis corporibus, aut alias ad loca vbi sepulturam elegerint, deportentur, & sepeliantur in eis. Nos enim si prędicti defuncti executor vel executores aut familiares eius, seu quiuis alii cuiuscumque ordinis, conditionis, status, aut gradus fuerint, etiam si pontificali dignitate pręfulgeant, aliquid contra huiusmodi nostri statuti, & ordinationis tenorem præsumpserint attentare, defunctorum corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excommunicationis sententiam, (quam exnunc in ipsos proferimus) ipso[b] facto se nouerint incursuros, a qua non, nisi per Apostolicam sedem (præterquam in mortis[c] articulo †) possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille cuius corpus sic inhumanè tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura.[d] Nulli ergo, &c. Datum Lateran. xii. Calend. Martii, pontificatus nostri anno sexto.

¶Bonifacius Octauus.

¶Super prædicationibus, confessionibus, & sepulturis, prouidet hoc ca. ut tollat contentiones, quæ olim erant inter curatos ex una parte, & Iacobitas, & cordigeros ex altera. Hoc cap. licet fuisset sublatum per extrauagantem, inter cũctas, quæ est infra de priui: est tamen hodie innouatum per cle. dudum. de sepult.

CAP. II.

SVper† cathedrã[e] præeminẽtiæ pastoralis diuina disponente clemẽtia constituti, & si multis & arduis, quæ in amplum

e SVper cathedram] Hoc statutum ordinat, prouidet, & decidit super tribus articulis, s. de prædicatio. nib. faciendis, & confessionib audiendis, ac de sepulturis, & occasione earum lucris. Super quib fuit grandis contentio inter prælatos, & rectores parochialium ecclesiarũ ex parte una, & prædicatores & minores ex altera, p̃sertim a tpe felicis recordationis Martini Papæ iiij. cuius indultũ prædictis fratrib cõcessũ per hoc statutum est sublatũ. Et hoc statutũ diuiditur in octo partes. Et primo ponit auctor proœmium ad dicẽda. Secundo, §. Ab olim, factũ super dictis articulis narrat Tertio, quarto, & quinto §. Diligenti, & §. Statuimus, & §. Huiusmodi quoque super dictis trib. articulis prouidet seu ordinat. Sexto, §. Nos etenim, priuilegia indulgentias, gratias uerbo uel scripto cõcessas cõsuetudines, conuentiones, & statuta, & pacta, prout p̃ dictis seu aliquib. eorum sunt aduersa, cassat & irritat Septimo, §. Cæterũ, prælatos & rectores rogat & hortatur, ut se dictis fratrib. beneuolos reddant, secus faciendo præ-

Facies humana est ad similitudinẽ diuinæ pulchritudinis figurata.

Corpus humanum pro iustitiã exercendã uariis pœnis subiici potest.

Mortis quæ que pœnam ponitur.

†Vide conc. Trid ses. 14. c. 7. de casuũ reseruatione.

Additio Io. Franc.

† Ad intellectum huius extrau. uide oĩno Old. con. 187. inc. Qõnes ppositæ, ti de sepulturis, & cons. 288. inc. Scd'a qõ est, eo. ti. Anch. in c. 3. q. 13. de consti. & Are cõs. 85. inc. Conside rata diligenter.

platis & rectoribus comminatur. Octauo §. nulli ergo, ut præmissa non infringantur, mandat, & cōtrariū faciens indignationem Dei & beatorum Apostolorū incurrat. Et pro prælatis & rectoribus illa sunt specialiter notanda. Primum est, quod nō est hic specialiter concessum, censetur esse denegatum. arg. C. de appel. præcipimus, in h extra lib. 6. de elect. constitutio. Et est ratio, cum dicti Fratres pugnent contra ius cōe, quod non est expresse sublatum stat. extra de priuil. pastoralis. præsertim vbi priuilegium habet alias effectum, ut d. c. pastoralis, &c in his. Item secundo hac constitutione priuilegia, pacta, consuetudines, conuentiones, statuta, gratiæ seu indulgentiæ hic ordinatis aduersa p hanc constitutionem reuocentur. simile uideo extra libr. 6 de elect. cū non deceat, &c qa sæpe. & eod. libr. de sen. excō. c. ultı. in fi. Item uidetur notandū, quod prælati non denegent dictis Fratrib. licentiam petitā simpliciter, ne id quod est potestatis ordinariæ, fiat potestatis Apostolicæ, & potest fieri hæc concessio simpliciter, uel ad tēpus Et forte dare simpliciter, ne pro malitia notaretur. Et concedendo simpliciter est facultas reuocandi, qñ uolet ordinarius, uel totum, uel in partem, si de iudi iudicium soluitur. Contra dic, nam in hoc casu est gratis, licentia & beneplacitum; siue quo ad prælatos, siue quo ad papam gratiose concedentem in negligentia prælatorū, inf. eo. §. statuimus, & uertic. si uero ijdem. Et gratia non debet reuocari, cum sit perpetua. extra lib. 6. de offi deleg si super. Et nos beneficiis deceat adiuuari, nō decipi. ff. commo. in comodato, §. si ex facto. in fi. arg. C. de donat. quæ sub modo l. pfecta. Nec obstat l. iudiciū, in qua nō fit datio, sed cognitio, & cogniti executio & hoc in simili not. extra de elect. in causis. Et hic non præsumeretur malitia, si platus sic diceret, do uobis usque ad tale tēpus, deliberaturus postmodum de tēpore longiori, prout audiam merita & diligentiam Fratrum eligendorum Item notandū ne dicti Fratres metas exeant dictæ ordinationis & ipsis exeuntibus sint repellendi, unde delegatis principis uenientibus ad certam prouinciam, præses eiusdem non debet sinere eos amplius facere, q̄ eorū legatio se extēdat, auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. volumus, coll. 2 Et est ratio, delegatus habēs potestatem a principe, illud tantum prosequatur, quod sibi specialiter est cōcessum, nec alia usurpet. C. de execu & exac. l. quicunque, lib. 12. præsertim, cum contra hoc statutū Fratres priuilegiati non existant, immo priuilegium si contra ipsum statutum habent, est sublatum. inf eo. 6. nos etenim. Sed an isto casu plati possint animaduertere in tales excedentes, notaui extra lib. 6. de priuile. c. episcoporū. Pro fratribus illud est notandum, ut ip si formam huius statuti diligenter obseruent, & ipsius limites nō excedant, extra lib. 6 de priuileg. uolentes, in princ. Sic eni seruare debent, priuilegia, ut eorum mentem minime trāsgredi uideātur extra de priui. porro. & excedentes metas priuilegiorum coerceri possunt, si suo indulto non contenti iustitiam impediunt aliorū. extra de priuil parentibus, priuilegiū enim meretur amittere, &c. 11 q. 3. priuilegium, extra de sent. excō. contingit 2.

Negatū censetur quod expresse non cōceditur.

Gratiæ papæ est perpetua.

Romanæ curiæ alueum vndique confluunt, [a] quasi torrens [b], prægrauemur negotiis [c], curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur, circa id tamen feruentibus uotis intendimus, uacamus instantius [d], ac operosæ studium sollicitudinis impertimur, ut ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præcisis radicitus dissidiorum [e] vepribus [f], & litigiosorum anfractibus [g] omnino subductis) inter ecclesiarum antistites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos [h], cæterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæstuet, inualescat concordiæ vnitas, animorum identitas perseueret. Scimus enim & ex euidentia facti colligimus, qđ non [i] nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus, quod dissensiones [k] & scandala prauis actibus aditum præparant, rancores & odia suscitant, & illicitis moribus ausum præbent.

¶ Cathedram.) cathedra est nomen græcum, & est ecclia sedes præsidentis. Et componit a cathos, qđ est sedes, & edita, idest, sponda, q̄ est pars lecti. Et proprie cathedra est doctorum, quæ cōpetit præ cæteris summo Pontifici: qui sicut præeminet cæteris dignitate, ita cęteros pcellat sanctitate. 1. q. 1. vilissimus.

Cathedra quid sit. & vnde dr.

a Confluunt.) vnde omnes oppressi sedē Apostolicam possunt adire. 2. q. 6. omnis & c. seq.

b Torrens] nam proprie dr̄ torrēs qui ex diuersis partibus, aquam recipiens, torret, idest, uertit & voluit: sic Papa nunc ad hunc, nunc ad illū se vertere habet & uoluere.

Negotium vnde dr̄.

c Negotii.] unde papa prægrauatur idest, præ aliis grauatur negotiis. Et est negotium quasi negans otium. Non ergo uacet otiis & nugis, qui curis exercitari habent innumeris, ut sequit.

d ¶ Instātius.] ex hoc nota, quod habēs ad multa intendere, ad id debet qđ est grauius manū apponere, sicut ille qui se vult liberare iuris præsumptione, ab eo quod est sibi grauius soluendo se liberat. ff. & C de sol. l. 1.

e ¶ Dissidiorū]idest discordiarum, ut habetur:

Conueniet nulli qui secum dissidet ipse.

f Vepribus.] sicut enim uepres pannos & carnes hominum lacerant, sic & dissidia mentes.

versus.

g ¶ Anfractibus.] qui nonnullas moras habent ff. ut lega. no. l. etiam.

h Deputatos.] vt pascāt præcipue, non ut tondeant seu pascant, nisi accessorie, extra de pseri. cum ex officii. extra de tēsi procuratores, &c. cū Apostolus, extra li. 6. de offi. ord. si eps. Sed hodie grex 1. iste sic respicitur, quod nulli seu pauci (proh dolor) intendunt ad pasturā, & oēs cōiter ad tōsurā, intendētes emūgere, nō nutrire, lac & lanā curātes, non ouē. in termino a quo, in quo incipere deberēt. ut est uisitatio, & medio p quē procedere dēt, ut est correctio, & morū reformatio, sicut gallus sup prunas currentes, vt in termino ad quē principaliter tendunt ut est ventris & bursæ repletio prout proponunt diutius immorentur, & ob hæc prælati nō dicuntur pastores a pascendo actiue, sed passiue, ppter quod dicuntur exactores ab improbe exigendo, ut dicatur in utroque brachio tam ecclesiastico quam sæculari, exinanite, exinanite usq; ad fundamentum in ea.

i Quæ hic paulo acrius dicuntur de malis pastoribus sunt accipienda.

i Quod non.] sic ordina litteram, quod non bene colit auctor pacis, idest, Deus, nisi in tempore pacis, hoc est in statu tranquillo: nam pax est status tranquillus, secundum Isidorum.

Ordo litteræ

k Dissensiones & scandala] cum ergo hæc duo mala infra scripta sequentia inferant, dissensionib. & scandalis totis est uiribus obuiandum, ne pullulēt, & si pullulauerint, tunc tollantur. seu, ut possibile est, minuantur, his ergo prohibitis & mala sequentia prohibētur, extra 6. lib. de reg iur. cum quid prohibetur.

a ¶ Ab

a Ab olim] secunda pars, in qua præmisso proœmio factum super quo statuitur & ordinatur, narrat.
b Aemulo] .i. inuido, ab æmulor, quod multa significat. unde uersus.
Aemulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.
dicitur exosus bella, i. ualde odiens bella, & ideo hæc discordia, quam Deus habet exosam, ab omnib. extirpetur, ar. C. de hære Manichæos, quem.n. odit dominus, habet odire seruus.
n Salubrem] .i. salutis uberem.

Versus.

Zizania q d dicitur.

c Zizaniæ] est primæ declinationis, & fæminini generis in singulari, & in plurali est neutri, & secundæ declinationis, & primæ unde uersus
Ex zizania, sunt zizania plura, niæq;.
Et est zizania herba peruersa, quam poetæ infelix lolium uocãt, & significat scandala, uel iuuantes mala: et ideo sator dr̄ diabolus, ut hic, & su. de ele. licet.
d ¶ Prædicationib.] hic est primus articulus.
e ¶ Audiendis] Secundus articulus.
f ¶ Tumulandis] Tertius articulus.
g ¶ Patris,] qui habet sumere consiliũ pro liberis suis, ff. ad leg. Iul. de adulter. nec in ea.
h ¶ Exactæ.] i. exquisitæ. C. manda. in re mandata. Et significata huius uerbi, exigo, uide ext. 6. lib. de iud. cap. 1. in fin Ioan. Mona.
i ¶ Periculis] quandoque incursis, a pereundo: & q̃nq; euasis seu præuisis a periendo, iuxta illud.
Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
Et illud.
Non uadit peritum, qui uult audire peritum.
Et curare debemus de periculis, vt illa euadamus seu præuideamus, non ut ea incurramus, & ideo dico periculum dictũ a perio, non a pereo, vt secunda sit longa, non breuis, ut in supino de perio, ut in uersu prædicto.
k ¶ Onusta.] ab onus .i. sarcina. sic onustus .i. sarcinatus.
l ¶ Dispendiis.] expone ut extra libro 6. in proœmio §. penultimo
m ¶ Exosa] .i. valde vel perfecte odiens, vt

Ab olim[a] siquidem inter prælatos & rectores seu sacerdotes ac clericos parochialium ecclesiarum per diuersas mundi prouincias constitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum Fratres ex altera (pacis æmulo[b] satore zizaniæ[c] procurante) grauis & periculosa discordia extitit suscitata super prædicationibus[d] fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis[e], pœnitentijs iniungendis eisdem, & tumulandis[f] defunctorum corporibus, qui apud Fratrum ipsorum ecclesias siue loca noscãtur eligere sepulturam.

¶ Nos autẽ (pii patris[g] more laudabili) moleste ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ[h] considerationis examen, ac intra pectoris claustra sollicite reuoluentes, quàm sit plena periculis,[i] quam onusta[k] dispendiis,[l] quamque in diuinæ maiestatis conspectu reddatur exosa[m] discordia supradicta: Et propterea intendentes paternę sollicitudinis studio illam prorsus euellere, ac omnimode submouere, nullis unquam futuris temporibus fauente domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, ut huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem[n] & celerem per Apostolicę solertię studium consequatur, diligenti[o] cum fratribus nostris deliberatione præhabita super eo, ad honorem Dei & exaltationem catholicæ fidei, quietum statum partium prędictarum, ad salutis animarum fideliũ incremẽtum, de ipsorum fratrum consilio,[p] auctoritate Apostolica statuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in ecclesiis, & locis eorum, ac in plateis communibus libere ualeãt clero & populo prędicare, ac proponere uerbum Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum[q] prę lati prędicare uoluerint, vel corã se facere solemniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de prælatorum ipsorum uoluntate processerit ac licentia speciali.

¶ In studiis autẽ generalibus,[r] ubi sermones ad clerum ex more fieri solent, dieb. illis quibus prędicari solemniter consueuit, ad funera ẽt mortuorum, & in festis specialib. siue peculiaribus eorundem Fratrum, possint iidẽ fratres, & liceat eis libere prædicare, nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in prędictis locis Dei verbum proponi, episcopus uel prælatus superior[s] clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione, uel causa urgẽte clerum ipsum duceret congregandum.

¶ In ecclesiis[t] autem

o ¶ Diligenti] modo tres prædictos articulos per ordinem prosequitur, & hẽt uia dicta secundum hos tres articulos.
p ¶ Consilio.] quid importẽt hæc uerba not. extra 6. li. de hæret. super eo.
q ¶ Locorum p̄lati] intelligo p̄latos in re communi, ut ep̄os, vel consuetudine, ut decanus Baioceñ Baioris. Et hoc ꝓbatur in uer. vel ep̄us, uel p̄latus, &c. Et sic est differentia inter prælatum & episcopum & latius est uerbum prælati & no in simili, extra 6 lib. de tempo. ordi cum nullus. nec nomine prælati continetur rector ecclesiæ, cum specificatur contra prælatum, supr. eod. §. ab olim. Quid si uicarius hoc faciat. Dic idem, q͂ enim ordinarii p se nequeunt, per alios expediant. extra de offi. ord. inter. extra 6. li: de offi. ordi. si episcopus.
r ¶ Generalib.] non ergo in uillis seu castris, extra de cle. nõ resid. tuæ. Et loca in quib. iura docentur, debent esse studia legitima, ff. in ꝓœmio § illud uero. Et legitimum est quod iure concessum & ap.ꝓbatum est ff. de uer. sig. l. lege obuenire, uel antiqua consuetudine, cuius memoria nõ existit, hęc enim æquipollent, extra de uerbo. signific. super quibusdam. ff. de aqua quo. & æstiu. l. hoc iure, §. ductus aquæ.
s ¶ Superior.] non intelligitur hic tantum superior ep̄s, sed superior prælatus respectu cleri, uel ex consuetudine, uel priuilegio.
t ¶ In ecclesiis] supra eod. §. diligenti, & vers. in studiis, ubi sunt Fratrib. quędã lo-

loca permissa eis certis modificationibus ad prædicandum: si ipsis loca parochialia cum certa moderatione sunt interdicta, vt hic: & cum officium prædicandi in communi eis non competat, sed prelatis & curatis, extra de offi. ord. inter. & inf. eo. §. huiusmodi quoque omnem locum eis reputo interdictum, qui hic non reperitur permissus. Sed quæro, an possit in cœmeteriis vel capellis vicinis? Dic quod non, extra 6. lib. de sen. excom. si ciuitas.

a ¶ Superior] expone vt sup. ver. proxi.

b ¶ Statuimus.] Secundus articulus in quo sic procedit. Nam primo præmittit duo quæ incumbunt fratribus antequam audiant confessiones, vt licentiam audiendi confessiones petere, & post concessam licentiam fratres eligere, inf. eod. uer. ac deinde. Tertio & quarto, ver. extra, & vers. numerus, ponit duas modificationes circa prædicta. Quinto decidit quid sit agendum cum est obtenta licentia, & fratres electi sunt, & eorum personæ acceptatæ, vt] ver & si iidem. Sexto, quid sit agendum quando personæ non sunt acceptatæ, inf. vers. quod si forte Septimo, ver. si vero in casu recusationis prælatorum dat fratrib. licentiam gratiosam. Octauo, ver. per huiusmodi autem, dictam licentia moderatur.

c ¶ Vicarii.] pro parte Prædicatorum sunt tres gradus, sicut pro parte Minorum. Sequitur statim de tribus gradib. Et fuit hoc factum, vt paritas in dictis ordinibus seruaretur, in sequenti tamen ver. non ponuntur nisi duo gradus, nec mirum: quia grauius est eligere fratres ad ministerium audiendi confessiones, quam ad licentiam in genere petendam: ex qua consequenter peti debet sequens gradus inf. versic. proxim. Et hic appellatur vicarii illi, qui sunt in certis prouinciis seu regnis, vbi non sunt Prouinciales Priores, sed Prouinciales constituerunt vicarios, vt prouincialis Angliæ facit vicarium in Scotia, vbi non est Prouincialis.

d ¶ Prælatorum.] iure communi, vt episcopi vel consuetudine seu priuilegio. hic. n. dant prælationem, ar. extra de consang. & affi. c. 1.

e ¶ Fuerint.] post licentiam datam, inf. eo. ver. ac deinde.

f ¶ Impendere.] ab illis solum a quibus possunt absoluere curati inf. eo. ver. per huiusmodi, extra 6. li. de pæ. & remis. si episcopus.

g ¶ Ac deinde.] & sic nota gradum non concursum inter hunc ver. & præcedentem §. Et dicunt quidam deinde, .i. obtenta licentia præmissa fiat electio, vt sequitur. Tu dic deinde, i. post licentiam præmissam petitam dumtaxat: nam peti potest & consilium & licentia, & non obtineri, extra de arbit. cum olim, extra de reg. licet. Et hic habetur ex sequentib. in quib. papa prouidet, nedum in casu obtentæ licentiæ, sed etiam in alio, in quo oportet quod fiat electio, & si oporteret licentiam hoc casu obtinere, iam esset in potestate prælatorum istos ordines impedire: quod papa non intendit, vt inf sequitur. Aliquando tamen non sufficit licentiam petere, extra de pœn. & remis. omnis, extra 6. lib. de electio. si religiosus.

parochialibus fratres ibi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere uerbum Dei, nisi fratres prædicti a parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint vel uocati: & de ipsorum beneplacito, & assensu seu petita licentia fuerit, & obtenta, nisi episcopus vel prælatis superior [a] per eosdem fratres prædicari mandaret.

¶ Statuimus [b] etiam & ordinamus auctoritate prædicta, vt in singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, uel in ciuitatib. & diœcesibus locis ipsis uicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, Magistri, Priores, prouinciales prædicatorum, aut eorum uicarii, [c] & Generales, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorum ordinum prædictorum, ad præsentiam prelatorum [d] eorundem locorum se conferant, per se uel per fratres, quos ad hoc idoneos forte putauerint, humiliter petituri, ut fratres qui ad hoc electi fuerint, [e] in eorum ciuitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi uolentium audire libere ualeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere [f] de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac [g] deinde præfati Magistri, Priores, Prouinciales & Ministri ordinum prædictorum, eligere studeant personas [h] sufficientes, idoneas, uita probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium & officium exequendum [i] quas sic ab ipsis electas, repræsentent uel faciant præsentari prelatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœcesibus eorundem huiusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi uolentium audiant, [k] imponant pœnitentias salutares & beneficium solutionis impendant, [l] prout superius

h ¶ Personas.] sed quales? Dic sex qualitatib. sequentib. in textu fulgentes: nec mirum: quia isti falcem suam in messem alienam mittere satagunt: & ideo si tales non sunt, quales hic depinguntur, sunt in culpa. ff. loca. si quis domum, §. si quis vitulos, etenim isti fratres de gratia prælatorum vel sedis Apostolicæ in narratis hic se immiscent, vt hoc versi & inf. eod. versic. si vero iidem.

i ¶ Exequendum.] quod est ars artium. extra de æta. & quali: cum sit.

k ¶ Audiant.] & illi solum de quibus est dictum supra eod. super verbo, impendere.

l ¶ Impendant.] si hæc tria faciunt, ergo habent curam animarum, & curati curam ecclesiarum habent in toto in suis territoriis, ergo isti saltem in tanto. Sed dices, habent ex concessio. prælatorum gratiosa, vel papæ, su. eo. ver. numerus, & ver. si vero, & sic sunt delegati, qui nihil proprium habent, sed alienam iurisdictionem exequuntur, ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. §. qui mandatum. Solu. delegatus respectu delegantis alienam iurisdictionem exequitur: ipse tamen delegatus habet iurisdictionem & honorem, quam exercet nomine suo. Vel dicti fratres videntur ordinarii per hanc constitutionem eis iurisdictionem tribuentem: nam hæc ordinatio est statutum, & concessio generalis per hunc canonem, inf. e. in d. Et hæc ordinatio

Fratres pro confessionibus audiendis deputati, an sint delegati vel ordinarii.

est expressum, extra ciuitates, & diœceses, in quibus fuerint deputatę, per quas eas volumus, & nõ per prouincias [a] deputari, confessiones nullatenus auditurę.

¶ Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officiũ exercendum, esse debet prout vniuersitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit [b] eorundem. Et si ijdem prælati petitã licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint, illam præfati Magistri, Ministri & alij cum gratiarum recipiãt [c] actione, dictæque personæ sic electæ commissum sibi officiũ exequantur.

¶ Quòd si fortè iam dicti prælati quemquã [d] ex dictis fratrib. præsentatis eisdem ad huiusmodi officium nollẽt [e] habere, vel non ducerent admittendũ: eo amoto, vel subtracto, loco ipsius similiter [f] eisdem præsentãdus prelatis possit & debeat alius surrogari.

¶ Si uero ijdem prelati præfatis fratribus ad confessiones (vt premittitur) audiendas electis huiusmodi exhibere licentiam recusarint [h], nos ex nunc ipsius ut confessiones sibi confiteri uolentium libere liciteque audire ualeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri gratiose [i] concedimus [k] de plenitudine Apostolicæ potestatis. ¶ Per huius-

dinatio est potius vicaria, quæ est ad vniuersitatem territorii. inf. eo. ver numerus, & tales videntur ordinarii. no 6. lib. de app Romana, & ff de ver. sig. pupillus, §. territorium. Tu ergo frater si curam habes, vide si hoc est aduersum constitutioni, extra 6. lib. de verbor. sign. Exiit. Tu dic, licet fratrib. sit concessum, q faciant tria, q̃ ad curatos de iure ptinent, nõ tñ pp hęc sunt dicendi habere curam animarũ, nec principalem, quia nõ sunt prælati, nec delegatam, quia talia facere non sic eis committitur, quòd ad eorum executionẽ obligentur, sed in arbitrio, & libera voluntate eorum, remanet quòd talia exequantur, sicut eis placuerit & visum fuerit expedire. Fideles etiam nõ sunt fratrib. obligati, nec quantum ad præmissa ad fratres recurrere sunt adstricti. Et ideo licet hæc constitutio sit statutum, & concessio generalis: & in perpetuũ duratura, quantum ad pręmissa quę fratribus sunt concessa, non tamen fratres propter hoc curati aut ordinarij debent dici. Si autem aliqui fratres minus prudẽter propter præmissa modo prædicto eis concessa, sibi attribuere præsumpserint, quod curam habeãt animarum: videant si hoc sit contrarium dictæ constitutioni, Exiit.

a ¶ Prouincias.] quid importat prouincia, ciuitas & diœcesis, habere extra 6. li. de censi. Romana. s. tñ. extra lib 6. de præb. quamuis 1. in fi.

b ¶ Exigit] & sic nota numerum præsidentium considerari, prout subditorum necessitas exposcit, authen. vt deter. sit nu. cleri. circa princ coll. 1. extra de vita, & hon. cler. quoniam, & extra de instit. cap. 1. extra lib. 6. de stat. regu. cap. vnico. §. sane. Sed quid si episcopus dicat pauciores sufficiunt, & fratres contradicunt: quidam recipiuntur per episcopum, illi de quibus sibi videbitur, & si fratres volunt, de aliis contendant, argu. ff. de aqua quoti. & æsti l. 1. §. Trebatius. Sed ille §. loquitur vbi taxatio erat facta, tunc in eo quod excedebat poterit prohiberi, exemplum extra de censi. cum Apostolis: vnde dic, recurrendum ad arbitrium boni viri, i. iudicis, qui debet esse medium inter extrema. ar. ff. de pign. actio. si seruos, in fin. Cod. de Iudæis, l. nullus, ff de verb. oblig. continuus, §. cum ita. extra de offic. deleg. de causis, ff de testib quæsitum. Et forsan caute faceret episcopus, si in exordio cum licentiã concedit, taxaret numerum, etenim multa fieri possunt ab initio, quæ locum non habent ex post facto, ff. de pact. l. in traditionibus. C. de don. quæ sub mo. l. 1. & l. perfecta.

Prælati sunt plures vel pauciores deputandi pro necessitate subiectorũ.

c ¶ Gratiarum recipiant.] cum nihil communi iure sibi valeant vendicare, & ob hoc fratrum potestas in expressis hac ordinatione est mensurãda, non vltra taxanda. extra. de priuil porro.

d ¶ Quemquam.] & sic nõ possunt plures refutari. Dic contra, quia hoc verbum, quenquam, est inris, qđ æqui pollet vniuersali: & extendi debet in edictis prætorum. ff. de vi. bo. rap. l. 2. §. homines, ff. de neg. gest. l. §. 1. & 2. ff. de const. pecu. l. 1. §. 2. alias fieri posset fraus huic constitutioni, quæ requirit multa in fratrib. assumendis sup. eod. verb. ac deinde.

e ¶ Nollent.] hoc verbum, & sequens respicit solum factum, & sic fuit dictum in concedendo hoc ius deferendo prælatis: ita q hic non versatur causæ cognitio, aliud. n. est arbitrium, q refertur ad arbitriũ boni viri, ut est pmissum. Aliud voluntas, quæ refertur ad propriũ motũ, ff. de hær. inst. si qui. Sempronium, ff. de le. 2. l, 1 ff. ad Treb. quia poterat. Voluntas. n. quæ est dominia in regno animæ, cogi non potest.

f ¶ Similiter.] vt sup. verb. ac deinde.

g ¶ Surrogari.] sed nũquid hæc surrogatio fieri poterit pluries? Videtur q non, quia semel sufficit, arg. ff. de arbi. si duo, §. semel ff. de aqua pl ac. l. in diem, ff. de bon. auct. iud. pos l. fi. §. fi. ff de leg. 3. fideicommissa. §. si quis decẽ. Sol. dicta iura loquũtur, vbi res effectum habuit, sed hic non habuit, & ideo est iterandum. Sed quoties? dic trinam requisitionem ad minus necessariam. Et similis qõ no. ext. de of. del. cum causa. & distingue circa hoc. Aut recusatur surrogatus a prelato ex causa, ut pote quia non habet qualitates expressas, sup. eo. ver. ac deinde, & tunc fratres sibi imputent qui malum elegerunt, mala. n electio est in culpa, ff. de neg. nam, & Seruiuus, in fi. Insti. de soc. in fi. extra 6. lib. de elect. si compromissarius, §. 1. Aut sine causa & tunc succedit papalis, licentia seu gratia. inf. ver proxi. in dubiis, dic vt no. sup. ver. exigit.

Surrogati fratrum an possit pluries fieri.

h ¶ Recusarint.] quid si neglexerint? Dic idem, si tertio requisiti non fecerint vt no. in simili. d. c. cum causa. & no. diligenter tres gradus positus in toto isto, §. contra eo statuimus. Vnde gradib præcedentib. diligenter non seruatis, fratres non hñt potestatem inf. scriptam, nam primo gradu non expleto non est locus secundo, arg. ff. de acq. hæ l. 3. & l. quamdiu.

i ¶ Gratiosæ.] quæ est arcte interpretanda, quatenus ius tertii tangit, ff n ne quid in loco pub. l 2. §. merito, & §. si quis a principe. Alii dicunt large in odium prelati recusantis, & in fauorem animarum: hæc tamen interpretatio verba statuti non excedat. ex priui. porro. Et in re dubia melius est verbis edicti seruire ff de exec. l. 2. §. licet autem.

k ¶ Concedimus.] sup. de suppl. neg. præl. cap 1. Sed nunquid per hoc concilio generali, extra de pœnit. & remi. omnis derogatur? Vr, quòd sic arg. extra lib. 6. de const. c 1. Sol hic non est contradictio, sed compatientia, & sic vtrumq. tenet. extra de priuil. in his & j. dicetur. Itẽ prouisio specialis tollit generalem, C. de pact. conuen. tam super do, l. fin. Sed illa lex loquitur ubi spe-

specialis prouisio erat hoīs, sed gñalis, legis. Sed hic vtraq; erat iuris, quo casu spālis prouisio nō tollit gñalem, sed geminat subsidiū, ut plenius prouideatur saluti aīarum, qꝫ respicit præsens cōcessio, su. eo uer. ac deinde. sicut iuris subsidiū geminatur, ut plenius improbitas reprimatur. ff. nau. caup. sta. & ita de facto. §. ex hoc edicto. Itē hæc est spālis, illa gñalis, ergo ista illi derogat extra lib. 6. de reg. iu. generi & ibi not. Sol. ubi genus & species legātur diuersis, & ad diuersos fines intelligatur dicta regula. Nā si mihi est relictū genus, & tibi species illius gñalis, meum legatum non est extinctum sed attenuatū. ff. de adi. leg. qui hoiem. Et mihi donatur ut habeā & tibi similiter, & isti sunt diuersi fines. Sed in hoc casu tam gñalis prouisio quam spālis est ad eundem finem, ut saluti aiarū prouideatur, & ideo una alii nō obsistit, sed cōcurrunt, sicut si genus & species uni essent legata, ut d. c. gñi not. Sed dices, ergo cōfessus tenebitur iterato confiteri. Sol. hoc non est ex necessitate sacramenti, sed ex obligatione tui, qui uoluntate a Fratrem accessisti, su eo. §. statuimus. relicto patre spūali, cui es adstrictus, non fratri, ad quē uoluntarie vadis, nec ita subuenitur illi qui uoluntate facit, sicut illi qui ex necessitate. ff. de procu. l. procurator, q pro euictione. & ibi not. Nec prima rō, quæ loquitur in iurib. cōmunib. obstat. Sed hæc concessio est gratiosa priuilegialiter data quæ non tollit ius præcedens, nisi de ipso fiat mentio spālis, extra de capel. mon. ex parte. Sed illud c. loquitur ubi priuilegiū datur sine magna deliberatione. Sed istud fuit datū cū magna deliberatione, & est statutū, ut inf. in fi. Itē ut est dictum, gñale & spāle hic non tendūt ad diuersos fines, & iō se cōpatiuntur. Item si non hēret qñque teneri subditus ad curatum, posset prorsus eius ptās in auditione confessionem exhauriri. Et priuilegium non tenet, qꝫ vergit in enormem alterius læsionem. extra de deci. suggestum ff de val. & pup. subst. ex facto, in prin. & §. 1. Et esset in ptāte subditorum totaliter recedere a curato. Quo casu qualibet curabit, qui morbū nescit. Ait Boetius: Si operam medicantis expectat, oportet vt vulnus detegat. Item & si curati nō interhit p p subditum, qui forsan bñ confessus est Fratri: interest tñ curati p p sī cognoscere vultum pecoris, cui dictū est in Ecclesiastico 22. c. Curam illius habet. Itē subditus possea transire nunquam ueniendo ad confessionem dicēdo se Fratri confessum. Item quilibet dabit curatus ecclesiastica sacra subdito, quem non nouit dispositum, maxime ubi sub iiri sunt aliqua notoria crimina, nec pōt Frater reuelare confessa: ut dicit dictum concilium, oīs. Item hoc indultū pōt operari multos effectus, cum hoc qꝫ constet dictum concilium de cōfitendo saltem semel in anno proprio sacerdoti, ergo stabit concilium cum hoc indulto extra de priuileg. in his, & c. pastoralis. Item papa per hoc indultū non auffert hic ptātē curati, sed socium hic sibi cum multis modificationibus adiungit, ergo curatus remanet non exclusus, sed inclusus. Nec obstat si dicat, duob. competit ptās insolidum: ergo Frater, postquā expleuit cum certa persona, non pōt curatus cum eodem super eodem. ff. de off consul l. unica. Sol. ubi duo essent dari ab initio pariter procedit argū. Sed curatus datus est ab antiquo sicut hēns ptāte ab exordio fundationis ecclesiæ. 20. dist. in nouo testamento. Ite Frater de nouo adueniens qui dari præsumitur, ut potestas curati non tollatur sed iuuetur. Vnde ius cōe quod est procurato est fortius iure priuilegiato. Nec mirum, primum necessarium, secūdum uoluntarium licet sit æqualis potestas audiendi & absoluendi, tñ tñ ner proxi. necessitate ueniendi ad curatū remanente,

Confessus religioso priui legiato, an a i fratrem teneatur iterū confiteri ꝓprio curato.

Boetius.

modi autem concessionem [a] nequaquam intendimus personis seu Fratribus ipsis ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est a iure [b] concessa, nisi for-

quæ non est hic expresse sublata. Itē hæc cōcessio gratiosa, ut hæc quæ est uoluntaria, non tollit necessitatē d. c. oīs arg ff. fam. ercis. l. alienationes. Sed contra potestas. Fratrum est delegata seu a maiore habita, siue habeatur ab epo, siue a papa, ut hic totali §. ergo est potior ptāte rectoris; igitur cōfessus recto ri iterata cōfessione non eget, minus egebit confessus Fratri. Solu uoluntarium & necessarium tollunt contrarium. Et est in hoc argumento fallacia figuræ dictionis, nā si excedat hæc ptās in quanto, nō sequitur qꝫ excedat in quoto seu quali iterationis. Item contra, confitens epo, licet sit parochianus curati subditi epo non hēt iterato confiteri rectori, ergo minus confessus fratri, qui hēt ptātem papalem, quia omnis ptās delegata a papa est maior oī alia ordinaria. Item si frater hēt causam a plato, ut sup. in princ. huius. §. ergo maiori est ista ptās in delegato epi, q̄ in ipso rectore subdito epi, cum oīs delegatus repræsentet personam delegantis, 93 dist. c. ult. & 94. dist. c. 1. Sol. non nego, quin papa hoc possit facere si uelit, sed dico qꝫ nunquam ius alterius tollit, nisi expresse hoc agatur, ff ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis a principe præsertim vbi vtrunque potest seruari. Ne sit deterior conditio confitentis habētis consilium animæ a duobus. Et firmius est iudicium plurium quam unius extra de off deleg. prudētiam. §. 1 item cōmissio spālis derogaret dicto concilio, omnis, & ut ibi . t tñ. nō tamē gñalis, ut hic & optimum argum. ext. lib. 6. de hæret. p hoc, in princ. & ibi no. in simili. Item dictum concilium habet, ut remittatur seruitus bñ imposita subdito, s quod semel in anno confitetur proprio sacerdoti, hoc est curato, sic est interpretatus Martinus papa 4. & sic est de iure interpretandum, cum dictum cōciliū de iure cōmuni loquatur. Sed dicti fratres iure cōmuni nihil obtinēt, sed gratiosa concessione vel platorū uel papæ, ut hic. Et dico bñ imposita, tū quia ꝓprius sacerdos melius agnoscere hēt vultum pecoris sui, tum qa subdito ministrare hēt ecclastica sacra inf. eo. §. huius & duo requirit huiusmodi concilium & iustā causam qꝫ non ꝓprio, sed alieno confiteat sacerdoti, & licentiam proprii sacerdotis, ut liquet in dicto concilio. §. si quis aūt ubi non sine mysterio est aduersatiua coniunctio, aūt. Et ideo si iusta causa non subsit, quanquam licentiam habeat papæ uel epi, aut etiam proprii sacerdotis, & licite confessus fuerit, & ēt absolutus sit, ut dicunt uerba præsentis indulgētiæ dēbit tñ confiteri iuxta concilium memoratum proprio sacerdoti. alias poterit arceri pœna dicti concilii, non quia peccata non fuerunt dimissa, sed quia contempsit salubre statutum, cuius tenor in toto non est seruatus, & ob hoc est ei parendum in eo quod non fuit seruatum a rg. ff de seru. vrb. præd. si domus. Nec insurgit inconueniens, si iterum confiteatur proprio sacerdoti: quia hęc iterata confessio non est ex defectu sacramenti, sed ex contemptu dicti concilii. Verū iusta cā concurrēte cum licentia Romani Pontificis uel epi, prædicta seruitus est sublata. Et qꝫ licētia præ dicta in gñe data uideatur esse concessa, cū iusta causa subest recedendi a proprio sacerdote, non absurde dici poset, arg ff ad muni. l. Luc. §. Imperator. alias potestas iuste concessa reuocari non debet.

a ¶ Concessionem.] su proximo. positam.

b ¶ A iure.] sed quæ est ista ptās a iure concessa curatis quæro: Nec quæro de ptāte papæ in casibus sibi reseruatis, qui notantur extra de transl. epis. c. 1. Nec loquor de ptāte papæ dispensandi, de qua tractant doctores in tractatu de dispensatione b sed loquor de potestate, quæ est per sacrm pænitentiæ super criminibus. Et de hoc tractat Hug. & Hostien. in summa. & Gu-

Guliel. Durandi in repertorio, & Frater Tho. 4. sen. d. 19. Et dico in ista materia, ꝙ quilibet sacerdos potestate ordinis regulariter põt a quolibet peccato absoluere. Quod sic probo: Io. 20. dr, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed dices, hoc dictũ est Apostolis. Dic ꝙ epalis dignitas in hoc non adiicit, de quo agitur su ordinẽ sacerdotalem, & qd adiiciat, no. ext. lib. 6 de sen. excõ cum medicinalis.

san eis ecclesiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam specialiter du-

Et in ordinatione cuiuslibet sacerdotis ẽt dicta verba per ordinatorem dñr, vt patet in lib. Pontificali. Itẽ in capite Chro oĩa descendunt, 21. d. in nouo, & Io. 1 Nam de eius plenitudine oẽs accepimus. Cũ ergo sacerdos rite ordinatus habeat ptãtem conficiẽdi corpus Christi uerum, ut ext. de sum. tri. firmiter, §. vna uero, & ptãs, quæ est su. corpus Christi mysticum descendat a potestate, quæ est corpus Christi uerum. de consec. d. 2. quia corpus, & c. quia passus. Cũ igitur quilibet sacerdos qñ est recte ordinatus potest ministerialiter in uerbo Dei conuertere panem & vinum cum aqua in calice mistum in corpus Christi uerũ & sanguinem de conse. di. 2. panis & c. calice. ergo con similiter poterit ministerialiter peccatorem quẽlibet conuertere in membrum Xpi, & corpori Christi mystico adunare per sacrm pniæ. Item dico secundo, ꝙ licet sacerdos habeat hoc ex ptãte ordinis: non habet tñ ptãtem iurisdictionis seu exercitii nisi in subditos. Vnde sicut in foro iudiciali quis non ligat nec absoluit nisi subditum, ita nec in foro pniali, ext. de paroch. nullus, ext. de iud. c. at si clerici, ext. de pæn. & remis. c. omnis, § si quis. Et sicut sacerdos non hẽt exercitium suæ ptãtis in corpus Xpi uerum, qñ nõ habet materiam ad sacrificandum, sicut panem & vinum, sic nec in hoc casu agere potest, nisi in materiam sibi subiectam, arg. 10. di. quis nesciat, 12. dist. c. 1. & 2. 19. di. ita dominus ergo in foro pœnitentiæ duo requirũtur ad peccata remittenda, s. ptãs ordinis quo ad se, & iurisdictio seu exercitium ptãtis, quæ a maioribus in inferiores descendit, 21. dist. in nouo. nã ibi tangitur ordo nascentis ecclesiæ a Deo. Hinc est ꝙ a sũmo sacerdote ad maiores sacerdotes, hoc est ẽpo, & a maioribus sacerdotibus in curatos fit deriuatio, & ptãtis descensus, & summus sacerdos ptãtem maiorum sacerdotum, & magni sacerdote ptãtem curatorum arctare possunt, sicut maius imperium habentes, ff. de iudi. iudicium 63. dist. Salonitanæ, extra de off. or. cũ ab ecclesiarũ. Vnde sicut summus sacerdos arctat potestatem magnorum sacerdotum in absoluẽdo, 17. q. 4. si quis suadente, & illam eandem ptãtem arctatam in certis casib. qñque laxat, extra de sent. excom. peruenit, & 6 lib eod. tit. religioso. i. rñ. sic sacerdos magnus ptãtem sacerdotis curati ex cã arctare põt, & laxare eandem, cum sit ordinarius totius suæ ciuitatis & diœcesis, 11 q. 1. de persona. Cum acrius unum factum in una regione puniatur, quam in alia, & iõ maiorem iudicem requirit ff de abig. l. 1. 1. respon. Ipse tamen ẽps peccat, si sine cã arctat. 11. q. 1. peruenit. & d c cum ab ecclesiarum. Quædam ẽt sunt reseruata a iure ipsis ẽpis. extra lib. 6 de pæni. & remis. si ẽps. Primus est, ubi solemnis est pænitentia imponenda. 50. dist. in capite 26 q 6. ca. 1. Secundus, ubicunque est arduum & graue factum. 16. dist. de conciliis, 65. dis. de persona. ext de offi archid. c fi. & 26. q. 6. c. ult. præsertim si fuerit difficile & ambiguum, extra qui fil. sint legit. per uenerabilem. Et est ro, quia maiora negotia maiores iudices requirũt ext de app. ut debitus, in fi. Tertius est in restõne male ablatorũ incertorũ in magna quantitate. extra de iudæ. cum sit, extra de testa. tua & 82. dist. §. 1 & c. 1. extra de usu cum tu. Quartus est ubicunq. absolutio ab excõicatione reseruata ẽpo est necessaria, extra de sent. exco. de cætero, & c. de mo-

Casus episcopis reseruati.

nialibus. Sicut uideo in dispensatione, quæ nõ est permissa inferiori ẽpo, ext. de uot. & voti redem. c. 1. Sed nunquid ab alio q̃ ab excõicatione poterit absoluerẽ sacerdos curatus, vtpote ab iniectione manuum, pp q̃ pœna excõicationis imponit? Dic ꝙ nõ. Et est rõ, cum idem sit factum pp ꝙ est peccatum. Et pœna peccati nõ dẽt ferri p diuersos, sed per eundẽ, secus si ex alio facto emergerent, v. g. Excõicatio uel suspensio infligitur pp peccatum, & irregularitas pp immistionem, suspensione vel excõicatione durante, quo casu inferior posset absoluere a primo, non dispensare cum secundo, ext. li. 6. de sen. excom. c. 1. § vlt ext. li. 6. de sen. & re iud. æterni, §. fin. ext de sen. excom. nuper, §. in secundo. Quintus, in publico blasphematore Dei & sanctorum, ext de male, cap. 2. Sextus, in incendiariis domorum. Et septimus, in trũcatorib. membrorum, 23. q. vlt. si quis membrorum, & c. seq. Octauus, in homicidio, cum. n. truncatio mẽbrorum sit minor homicidio, si primum reseruatur ẽpo, magis sm Nam cui sunt prohibita minora, magis & maiora, ff de ser. expor. l. cui pacto. ext. de sent. excom. cum illorum. circa prin. Nonus, vbi statutum synodale, vel cõsuetudo aliquos casus reseruaret ẽpo, nam consuetudo dat iurisdictionem, ẽt in foro pniali, arg. ex de ele dudum 2. & de præscr. ex transmissa, & c. cum olim & c. veniens. Vbi aũt ius uel consuetudo seu expressa reseruatio non abdicat a curatis, curati habent plenam ptãtem absoluendi, & pnias occultas & publicas iniungendi. de pæn. di. 1. multiplex, & di. 3. de pœnitentib. 26. q 6 presbyteri, & ext de pæn. & remis. omnis, quę ponit regulam quam seruabo, nisi inueniam uitiatam, ff de reg. iur. l. 1 & 30. di. c. vlt. vbi est expressum de publica. Credo tñ ꝙ pœnitentiã per ẽpm impositam inferior minuere non potest 20. dist. inferior, ext. de maio. & obed. cum inferior. Nec obst. 50. dist. accedens, & 33 q. 2. latorem, quia ibi expresse fuit concessum inferiori. Sed quæro, nunquid ẽpi ista constitutione non obstante possunt reseruare sibi casus de quib ante hanc constõnem poterant curati absoluere. Et uĩ ꝙ non: quia hoc iam esset priuilegiũ diminuere vel auferre seu decurtare, ꝙ fieri nõ dẽt, ẽt indirecte, ext. de priu. quanto. Dic contra, quia licet fratres sint exempti ab ẽpo, non tamẽ parochiani. arg. ext. de priu ex ore. & li. 6. eo ti. per exemptionem. Nec obst. hæc littera: quia non uĩ potestas concessa a iure, quæ est iure reuocata, ff. de diuor. diuortium. Item sicut ẽpi potestatem ordinariam arctare possunt inferiorum suorum, multo magis extraordinariam & aduentitiam: nec dẽt idem parochianus diuerso iure censeri quo ad curatos, & quo ad fratres, ext. de priu. quia circa. vt ille qui non est sub curato, non sit sub fratre quo ad id de quo agitur. Et nihil est curatis a iure concessum, nisi quod non est ab ẽpis reseruatum. Item illa sunt de bene esse, & accidentali a non debent mutare ptãtem episcoporum, quæ est substantialis, fundamentalis, & ordinaria, no. ext. li. de hære per hoc, arg ext. de priu. patentib. ext de eccl. ædifi ad audientiam. 1 Et alias uno uerbo contingeret multa iura subuerti. ꝙ esse non debet. extra de ele. ecclesia 2. § deniq; Nec obstat arg. in oppositum: quia cuilibet est licitum facere in re propria ꝙ placet, dummodo non animo iniuriandi, & nemini facit iniuriam qui utitur iure suo, ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique, ff. de iniur. iniuriarum, §. is qui.

cerent faciendam.

¶Huiusmodi[a] quoque statuto & ordinationi--

a ¶ Huiusmodi] hic §. tractat de lacte & lana, ad quę inhiant prælati, curati & fratres, vt plerunq; quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, contra doctrinã Apost. Et hic § diuidi in tres partes. Primo dictis religiosis cõcedit liberã sepulturam. Scdo, ver. verum curatis reseruat quartam, in multis casib. specificãdo

cam,

bus nostris adiicimus, ut fratres dictorum ordinum in ecclesiis vel locis suis ubilibet constitutis liberam (ut sequitur) habeant sepulturam, uidelicet quod omnes ad eam recipere ualeant, q sepeliri elegerint in locis, & ecclesiis memoratis.[a]

¶Verum ne parochiales ecclesiæ & ipsarū curati siue rectores, q ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure[b] competere, prędicare, seu proponere uerbum Dei & confessiones audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur; auctoritate Apostolica constituimus, & ordinamus eadem, ut dictorū ordinū fratres de obuētionib. omnib. tam funeralib. quam quibuscunq; & quomodocunque relictis, distincte uel indistincte: ad quoscunque certos uel determinatos usus, de quib. etiā quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit, uel nō debet de iure, nec non de datis uel qualitercunque donatis in morte seu mortis articulo in infirmitate donantis uel dantis, de qua decesserit quomodocunque directe, vel indirecte fratrib. ipsis uel aliis pro eisdem, quartam[c] partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) parochialib. sacerdotib. & ecclesiarum rectorib. seu curatis largiri integre teneantur, facturi & curaturi, ꝙ nec alii nec aliis, a quib quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem, uel cōmodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, seu quod in morte, uel ab infirmis huiusmodi dādum uel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundē dantiū uel donantiū sanitate, sibi dari vel donari procurent: In quib. per ipsos curandis eorum intendimus conscientias onerari, ut si (ꝙ absit) per fratres ipsos dolo uel fraude quicquam in hac parte agi fortasse cōtigerit (præter id quod eos propterea dictis sacerdotib. rectoribus, & curatis teneri uolumus) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil ualeant parochiales, rectores, curati & prelati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sit adstricti, neque ad id

eam. Tertio, verb. vltrà, mādat ampliorem portionem non exigendam. Sed nunquid idē est seruandum aliis religiosis Mendicantibus & non Mēdicantibus? Dic, prædicti duo articuli gratiose cōcessi Prædicatoribus, & Minoribus, vt supra patet, ad consequētiā non sunt trahendi Sed hic §. in quo limitatur ius cōmune, ad consequentiam est trahendus ff. de legi. nō possunt, & l. sequenti, & extra, 6. lib. de re iudi. quæ à iure, & hoc dico quo ad emolumēta sepulturæ, non quo ad ipsam sepulturam, quia de iure communi nō est concessa sepultura: hoc est ius recipiēdi ad sepulturam oēs. Sed qui habent ius recipiendi ad sepulturam quo ad partē curatorum, cēsetur hoc ius commune. Vel dic alios religiosos iure antiquo censeri, & Prędicatores & Minores: hoc iure arctari, vt istud quodammodo sequatur ex præcedentibus quę nō sunt cōcessa aliis religiosis.

a Memoratis.] etiam si essent minus religiosę extra, lib. 6. de sepul. cum qs. § si qs.

b ¶De iure] extra de testa. c. si. Et verbum, in fraudē, ibi positū fecit hoc adiici, ne locus fraudi relinqueretur: quoniam frequenter fraus fiebat in animarum contra agentium periculum & rectorū detrimētū qb. vtinā sit occursū.

c ¶Quartam.] sed nūquid ista quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus & si legantes apud fratres non elegerunt sepulturā? Dic qd nō. Et sic no. extra de sepul. c. 1. & ratio redditur hoc §. Nam iure communi quis debet sepeliri vbi recipit ecclesiastica sacramenta, extra de sepultu. cap. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio sepulturæ in vltima voluntate, decuit, ut data electio prædicta fieret sine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quandoque erat tertia, quandoque quarta, quandoque dimidia, hic limitatur, & taxatur, ut sit quarta ad remouendum discordias, ut hic, & extra de sepul c. certificari. Et ubi hoc consuetudine canonica vel statuto, vt hic, uel alio modo legitimo non taxaretur, dicerem illam dimidiam in dubio, arg. ff. de ver. sig. nomen filiarum, §. portionis, ff. de vsufru. etiam Nam priuilegium datum fauore vltimæ voluntatis, debet intelligi sine cuiusque iniuria. C. de emanc. libe. nec auus, & ideo fit hæc compensatio hic, non in q̄stione proposita. Et si curatus de omnibus relictis haberet quartam, esset fortunatus si haberet subditum, q centum millium, marcharu legasset. Item legatarius integrum debet habere legatum regulariter, & ideo defalcationem eiusdem denego, ubi nō est iure expressum, ar. ff. de reg. iur. l. 1 p̄sertim ac ultimæ voluntates, quæ p lege seruant. auth. de nupti. §. disponat. coll. 4 minuantur, & vt vltima voluntas prorsus sit libera, C. de sacrosā. eccl. l. 1. Sed quæro eligēs sepulturā apud fratres habet Missam anteq̄ portetur ad fratres in parochia sua: nunquid de isto emolumento aliquid habebūt fratres, vel p̄ hoc diminuetur quarta dictorum curatorum? Dic ꝙ nō, quia hoc casu stabo iuri cōi, ubi non reperio ipsum infractum, extra. 6 lib. de electi. constitu. 1. Sed q̄ro, nunquid funus debet portari primo ad parochiā ppriā? Dic ꝙ sic, si sit cōsuetudo, q̄ in his seruatur, extra de sepu. certificari, & in §. proxi. non tollit consuetudo simpliciter, sed consuetudo aduersa præcedentibus. Sed quid si non est consuetudo? idem dico, quia sicut ista funeratus sacramenta recepit a proprio curato dum uiueret, sic honestū est, ut ultimum uale recipiat a suo curato habendo Missam in propria ecclesia. arg de consec. dist. 1. non oportet. Item eligēdo alibi sepulturam vr eligere ppter fructū animæ, qui in ecclesia propria p sacramenta ecclesiæ habuit exordiū, vñ nō decet, ꝙ in fine frustraretur Missa in propria ecclesia, & sic augebit qd intendit, qd. n. faciendū erat sine electione, qd facit electioni nō repugnat,

Sepulturæ libera est electio.

Voluntas ultima p lege seruatur.

Mortuus an prius sit ad suā parochiā portandus, si alibi elegit sepulturam.

à quoquã possint aliqualiter coerceri: Nos etenim [a] (vt in cũctis æqualiter & pacifice fauente Domino ꝓcedatur) vniuersa priuilegia, gratias, ĩdulgẽtias verbo seu scripto sub quacunq; forma vel expressione, seu cõceptione verborũ a nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prædictorum concessa, nec non consuetudines, conuentiones, statuta, & pacta in quãtum sunt pręmissis vel alicui præmisso rum cõtraria, ea pęnitus reuocamus, vacuamus, cassamus & irritamus, qui nimo cassa, vel vacua & irrita nũtiamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis.

¶ Cæterum vniuersos ecclesiarum prælatos cuiuscũque præeminentiæ status, vel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales & curatos, siue rectores prædictos præsentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominusq; eis districte præcipiẽdo mandamus, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia prædictos ordines professores eorum habentes affectu beneuolo commẽdatos, fratribus ipsis nõ se difficiles, graues, duros aut asperos, sed potius fauorabiles, ꝓpitios, ac benignos, piaque munificẽtia liberales, se studeãt exhibere: sic eos in prædicationis officio, & propositionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs supradictis tãquam cooperatores eorum idoneos & laborum suorum participes prompta benignitate recipiãt, ac affectuose admittere non omittant, vt proinde illis æternę beatitudinis præmiũ augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quod si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apostolicę sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem vbere fauore prosequitur & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur: nec eadẽ æquanimiter pati posset, quin super hoc prouisionis opportunæ remediũ adhiberet, ipsosque nihilominus cælestis indignatio principis digna promeriti rependẽtis, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime præteriret.

¶ Nulli ergo omnino & cætera.

De decimis.

¶ Bonifacius octauus collectori decimæ.

¶ *Cum Bonifacius decimam certis ex causis hic in principio expressis ab ecclesiis & ecclesiasticis personis exigi statuisset, multa dubia circa illam suborta sunt, q̃ hic clare et prolixe manifestãtur.*

sed concordat, est implendum: sicut intentioni eligentis & iuri consonum, ar. ff. de euict. in creditore, ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. Labeo.

a ¶ Nos etenim.] sed nunquid hic §. respicit tres articulos pręcedentes, vel solum immediatum de sepulturis? Dic quod omnia, præsertim propter verba quæ sequuntur, pręmissis, vel alicui præmissorum. Sed quæro, pactum est super sepultura, quod haberi potest regulariter, licet hoc modificetur, extra 6. lib. ca. 1. & 3 mota controuersia super hoc est sententiatum & confirmatum per sedem Apostolicam, vt de facto vidi ante hanc constitutionem: Nunquid per hunc §. tollitur dicta sentẽtia & confirmatio? Videtur quod sic, quia si pactum tollatur, & quod sequitur ex virtute pacti, arg. C. de duobus reis, l. fin. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure communi, & hoc quod non est expresse sublatũ, sta. C. de appel. præcipimus, in fin. nec sentẽtia pactum est sublatum, ergo pactum est sic fortificatum sicut sententia & confirmatione, arg. extra 6. lib. de pact. quãuis & 6. lib. de iureiu. licet. & 6. lib. de foro comp. cap. fin. Plus enim hoc potest simpliciter, vt dictis iuribus. Item argu. authen. vt cum de appellatio. cog. no. in prin. & §. 1. & ibi no. legem nouam non referri ad causam pendentem in iudicio seu decisam sententia: etiam si lex ad pręterita referatur, dominus Io. Monac. de partib. Picardiæ Cardinalis.

Additio Io. Fran. de Pauinis.

ADDITIO. Ad intellectum istius decretalis, super cathedram, est omnino videndus tractatus siue consilium Oldradi, quod incipit, Grauamina, quę fratribus ordinum Mendicantium inferuntur, & est in numero meorum. 83. vbi examinantur & determinãtur per partes difficultates resultantes tam super verbo, libera, de quo in textu, quam super alijs, de quibus ibi: vbi concluditur in effectu quod verbum, libera, notat quandam prærogatiuam absolutam, & dominium super actu cui adijcitur, de elect. cum nobis olim, in fi. &c. Item ꝙ licitũ est fratribus etiam processionaliter ire ad assumendum funus per alienas parochias, cũ eis videãtur concessa omnia, per quę perueniatur ad fi. l. 3 § vlt. de ser. vrb. præd. Item, ꝙ de relictis ab his, qui apud eos non eligunt sepulturã, nulla quarta debetur: quia cessat rõ constitutionis, l. quod dictũ, de pac. Itẽ ꝙ de relictis fratrib. affectione sãguinis, amicitię uel meriti, dẽt solui quarta. Itẽ ꝙ decretalis non hẽt locum nisi in relictis fratribus, apud quos eligit sepultura per infirmum, qui in ea infirmitate decesserit, ut no. in l. alumnæ, ff. de adi. leg. Item ꝙ non hẽt locum vbi testator expresse relinquit canonicã portionem ecclesiæ parochiali, argu. in l. cum quo. ff. ad legẽ Falc. Item ꝙ non debetur quarta de obligationib. quæ fiunt in anniuersario, & aliis officijs sequentibus. Item, nec de mortuarijs inquantum differunt a funerabilib. Itẽ ꝙ parochia debet recipere quartam, de manibus fratrum, & nõ hæredũ defuncti. itẽ, ꝙ quarta debetur de relictis pro ornamẽtis, libris & tabulis, & luminaribus, &c. item ꝙ de datis inter viuos, & in sanitate quorũ dominiũ statim transiuit, quarta non debet. item ꝙ parẽtes possunt eligere ibi sepulturã pro filiis. itẽ, ꝙ quarta debetur de pecunia relicta ad cõplendã ecclesiam: licet si quarta detraheret, non sufficeret pecunia ad istũ usũ. item ꝙ dicta dec. nõ extendit se ad eos, qui mortui sunt ante eam cõditam: sed in illis seruari debuit decr. inter cunctas Benedicti xi. ioã. Frans.

vide

vide textum cum glossa in clementina secunda, eod. tit. vbi hac extrauagans in multis declaratur.

CAP. VNICVM.

DEclarationes, quas in negotio decimæ per nos nuper impositę, pro prosecutione guerræ ac negotii regni Siciliæ contra hostes, de ecclesiis, & personis ecclesiasticis per totam Italiam, & cætera loca cõstitutis volumus obseruari (cuius quidem decimæ in illis partib. te superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De redditib. & prouentib. leprosariarum, domorum Dei, & hospitalium pauperum, qui in vsus leprosorum, infirmorum, & pauperum conuertuntur, decima non soluetur: Moniales aliæq; regulares personę, quarum redditus, & prouẽtus ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habẽdo vitæ suæ sustentationẽ necesse habent publice mendicare, & eleemosynas publice petere, dictã decimam non desoluent. Sęculares quoq; clerici, quorũ ecclesiastici redditus & prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præstabunt.

¶ Si vero vna persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis prouentibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunq; modica fuerint de omnibus, & singulis decima persoluetur: sed non soluetur de pitantiis monachorum. Similiter de his, quę à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis: vt ex his perpetui emantur redditus: Item de xeniis prælatis & aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non soluetur.

¶ Soluentium decimam electioni seu arbitrio committitur, verum ipsam velint soluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare, ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin iuxta æstimationem communem per totum tẽpus soluere tenebuntur.

¶ Declaramus autem, quod hi qui elegerint soluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & soluant decimam pro solo precio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quæ in ecclesia sua vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deseruiri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum prouentuum portionem: non de vicariatus seu firmarii portione: non de vniuersis ipsius ecclesiæ vel beneficii prouentibus decimam exhibebit.

Beneficia aliqua sũt quæ personalem residentiam non requirunt.

¶ Declaramus etiam quod de syluis seu nemoribus, quæ non consueuerunt vendi, nil soluetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc æstimabitur quantum valere debent annui reditus partis venditæ secundum assisiam, quę consueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit: & de sola ęstimatione decima persolueretur, & non de eo quod percipere tur de dictis syluis seu nemoribus, quæ vendi non consueuerunt, nisi forte vendantur durante decima: quia tunc soluetur ex venditione pascuagii seu herbagii, aut alterius consimilis prouentus eorundem nemorum, & syluarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia, & similia, non soluetur decima de his: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemq. de pascuis, herbagiis, & consimilibus obuentionibus syluarum volumus obseruari.

¶ De stagnis, & piscariis decima sic soluetur: videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione vltima recepti: ut pretio diuiso in partes secundum annorum terminum, durante decima soluatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa uenditione recepti, quot fuerũt anni prædicti, ut si fortè sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum

venditum, & tunc vendantur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, soluetur ipsa decima de tribus partibus prætij tantum, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentur partes pretij prout plures, & pauciores fuerint dicti anni. De piscarijs autem fluminum & lacuum, & venationibus si vendantur, & syluis cęduis, idem quod de stagnis fiet. De piscibus stagnorum vel beluis garenarum, quos pro vsu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non soluetur. Et quia nonnulli obtinēt à monasterijs & ecclesiis prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones, & census, in soluenda de his decima credimus distinguendum; videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, siue hoc sit concessum per sedem Apostolicam, siue per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de illorum prouentibus soluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus prioratuum vel aliorum prędictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum æstimatione communi valeant annui proueutus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum, seu redditMuum huiusmodi: & secundum hoc ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio quàm valeant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium uel ecclesia de illo in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris, vel obsequii præstiti vel præstandi talia sunt concessa: ij, quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuum suorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, & de illis

Redditus obtinentur ab ecclesiis uariis modis.

Labor est remunerādus.

(sicut de alijs quos pro certis suis vtilitatib. expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos, quæ prædiximus, seruabuntur. Nec deducentur expensæ, quæ pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangijs, seu domibus, in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscuntur. Expensæ autem illorum monachorum vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangijs seu domibus ad iustam firmam seu pensionem concessis, siue determinatæ, siue non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium vel ecclesia, cuius illorum est proprietas cum suis prouentibus, decimabit.

Res transit cum onere suo. 11 q. 1. si quis laicus.

¶ Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persoluent; sed qui eis pręstant huiusmodi victualia in decimatione suorum prouentuum, & reddituum numerabunt, & soluent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent etiam si non visitarent decimam pręstare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit quod sibi debetur, & de quo soluisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem quam tantum in victualibus licet percipi, forsan remittit persona ecclesiastica cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum aliis prouentibus suis cum soluet, decimam ęstimabit: cum etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur.

Procurationes qūq. in uictualibus qūq. in pecunia recipiuntur.

¶ In soluendo decimam supradictā solę expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensæ autem, quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, uel etiam in ędificiis construendis uel conseruandis, nullatenus deducentur: sic ut nec illę quę in villis tuendis fierēt in guerris, seu etiam caualcatis. De iis quoq; quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus, soluetur decima, deductis salariis moderatis, quæ ante concessionē decimæ consueuerunt solui iudicib.

Expensarum quędā fiunt in re. quędā extra rem.

&

& officialibus similibusque personis, siue quibus iurisdictio & cætera similia nequeant expediri: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensæ officialium, iudicum, & continuarum personarum factæ in vestibus siue victualibus, minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem æris alieni quo persona soluens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, et si certæ res ecclesiasticę pp hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima præstabitur. Soluetur autem de obligationibus, siue fiant pro benedictione nubentium, pro exequiis mortuorum, necnon de prouentibus singulorum prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque sibi & aliis personis ecclesiasticis non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persoluetur.

Emendæ pñt ab excõicatis recipi.

¶ Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia, nisi in illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistunt fructus & redditus, vnde decima persoluetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

¶ Sed si ex probabilibus seu verisimilibus pręsumptionibus apparuerit quisquam pensatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima persoluisse, ita quod super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sic eius subditus, & non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi: & tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æstimati, pro eo quòd minus soluerit etiam nominatim excommunicabitur: si eius contumacia exegerit & visum fuerit expedire. Episcopi autem & abbates, cæteręque personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquantur: ita quòd sufficiat quo ad tales excommunicationis sententia, quę in nullo modo soluentes vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter profeetur. Super his autem fiet compulsio per cēsuram ecclesiasticam, prout nobis, & illi cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens visum fuerit) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ vel suorum æstimationem prouentuum, cum fuerit facienda fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari. Rector parochialis, qui urgente necessitate ecclesiæ, puta quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curę propter multitudinem parochianorum vel diuisionem parochiæ suæ: sed necesse habet vnum vel duos vel plures capellanos conducere, & eis propter victum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimæ solutione deducere: sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet. Quòd si in diuersis ciuitatibus & diœcesibus diuersa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœcesi, in qua illud fuerit, decima persoluetur. De eleemosynis vero seu oblationibus, datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quę in ciuitatibus & aliquibus castris & locis dictarum prouinciarum in certis festiuitatibus, in candelis & aliis consueuerunt dari & offerri ad opus fabricę deputatis, decima non soluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quę colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur: interdum per clericos, quę ad opus consortii reducuntur, & quę offeruntur vt luminaria in ecclesia, cruces & calices reparentur, & etiam ex illis pauperibus subueniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules cuiuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis prouentibus ecclesiasticis decimam persoluent. Illę quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis & alias pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in conseruandis & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium, & ex quibus fructus & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent: de decima huiusmodi minime deducentur. Nec etiam illæ quæ fiūt pro custodia castrorum, quamuis fiant maiores solito. Insuper de oblationibus minutissimis,

Capellanī pñt operas suas locare, vide no. i c. significatū, de præben.

Obligatiões quq; per laicos, quq; p clericos colliguntur.

simis, quas percipiunt ecclesiasticę personę ratione ecclesiarum suarum pro sepulturis & dandis pœnitentiis, decima persoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianæ distributiones prouētus ecclesiastici sint, de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis præsentibus, debere solui decimam declaramus. Illi quoque qui disputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent soluere decimam, de aliqua certa summa soluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum & hortorum soluetur decima. De his autem quæ consumuntur vsu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, soluetur decima, deductis expensis necessariis, quæ fiunt pro custodia: si vero sunt personarum, decima non soluetur.

Deum ī negotiis nr̄is hēre dēmus præ oculis.

¶ Tu ergo in his solum Deum & iustitiam pro præmissis prę oculis habens, ex prędictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: super maioribus vero decisionem Apostolici oraculi expectes.

¶ Volumus quoque & præsentium tibi auctoritate mandamus, vt in unamquanque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis, existat, quæ decimam ipsam nullo modo, uel non integre, scienter, aut non secundum verum ualorem fructuum suorum perceptorum, siue non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit siue fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges: Et etiam in singulos, qui scienter impedimentum præstiterint directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus decimæ prædictæ soluantur. Et omnes & singulos, qui huiusmodi sententias latas incurrerint: per te & per alios, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam excōmunicatos publice nunties, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus alias manus tuas contra ipsos prout proter uiam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd si satisfecerent, post plenam & integram satisfactionem ab huiusmodi ex communicationibus iuxta ecclesiæ formam absoluas eosdem, & dispenses cum eis super

Sīt excōicationis publicandę modus.

irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint à diuinis: Prouiso hactenus quòd contra decimam huiusmodi non soluētes nullatenus sine speciali mandato Apostolicę sedis inuocetur brachium sæculare. Quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel priuilegia ecclesiarum & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorum: ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

V Iam ambitiosæ;

De regularibus, & transeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religiosi Mendicantes sub excommunicationis pœna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quæsito colore: quam ipso facto incurrunt tam recepti quàm recipientes quacunque licentia non obstante. Quid iuris sit de iam receptis, subdit.

CAP. VNICVM.

Cupiditas olb. plerūm religiosis Mēdicantib. est pcludenda.

VIam ambitiosæ cupiditatis religiosis potissime Mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines præsertim monasticos (fucatis tamen colorib. asserentibus ob frugem melioris vitæ, aut arctioris obseruantiæ) tam sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Camaldulēsis, Vallis vmbrosę, canonicorum regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum cōuolare nitentibus, licentiam à sede Apostolica seu legatis aut nuntiis eiusdem sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, præsertim ea ratione (vt verisimile est, prout facti euidētia docet) vt liberius degant, dignitatesque & beneficia monastica consequi valeant, & ex certis

a ¶ Debeat.] cape verbum, admitti, aut recipi. quod est infra.

tis aliis causis honestati non consonis obtinentibus. Ac volentes etiam conseruationi ordinum Mendicantium prouidere: auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium declaramus, & etiam decernimus, statuens quòd de cætero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuscunque gradus, status, conditionis, uel religionis existat, quantumcunque & qualitercunque, possit & debeat a virtute cuiuscunque licentiæ, etiam indulti Apostolici, seu pœnitentiarij nostri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apostolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nuntiorum sedis Apostolicæ, quàm alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præsertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterij, aut loci monastici, seu alias in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis, vel alijs expressis (ordine Carthusiensium duntaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrunt. Et quam ex nunc, prout ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia, & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et a nemine, nisi dumtaxat a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficaciæ vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ, seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, siue professionem emiserit siue non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit (etiam si beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumuis obtineat) stare in eius totali ordinatione, & in huiusmodi ordine monastico Altissimo deseruire.

Ordo Carthusiẽsium præ cęteris ampliori potitur prærogatiua.

† Vide Cõc. Trid. ses. 14. cap. 7. de casuum reseruatione.

¶ Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, vel sine habitu, uel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum a die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem uel ordinem, unde cum licentia vel sine licentia recesserat, remanere. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius apostata excommunicatus in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari: etiam per inuocationem auxilij brachij sæcularis, quotiens fuerit opportunum.

¶ In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiæ vel indulti, absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis pœnis: & nihilominus secus facta non teneant ipso iure: Huiusmodi licentijs & indultis, necnon constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium ordinum prædictorum, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habita foret, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę declarationis, decreti, statuti, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Sebenis iij. Calend. Augusti, Pontifi. nostri anno primo.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Religiosi sine sui superioris licentia ultra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati; nec ibi sunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.*

CAP. II.

Religionis habitus sine ipsius veritate parum prodest.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis

ligionis gestantes habitum, sed a ueritate religionis omnino vacui, & à modestia penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur: Et vt illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos, & alios in errores præcipitare seu retinere valeant, sub ouili veste ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas, & erroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt: In ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, necnon & os suum ponentes in cęlum, lingua eorum falsidica transeunte super terram, sanctæ Romanæ Ecclesiæ detrahere constitutionibus, & alia multa a fide deuia in suis sermonib. & secretis collocutionib. euomere insanis ausib. non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos.

Lupinus animus sub ouili veste, à multis geritur.

Os in cęlum ponunt, qui Romanę ecclesiæ detrahunt constitutionibus.

¶ Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ studijs cupientes, vniuersis, & singulis religiosis cuiuscunq; conditionis religionis, ordinis vel status exstant: de fratrum nostrorum consilio stricte ius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius litteras patentes cōcessa, de cætero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus (nisi duntaxat viris litteratis, prouidis & expertis) huiusmodi licentiam impertiri præsumant. Nos enim quoscunque presumentes contrarium quouis modo excommunicationis subiacere sententiæ volumus ipso facto: A qua nullus ab alio quàm a Romano Pontifice possit (nisi duntaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere.

¶ Cęterum vniuersalis Ecclesiæ prælatis in virtute sanctę obedientiæ districte præcipiendo, præsentium tenore mandamus, quatenus nullos religiosos ad partes se transferentes prædictas, nisi per patentes superioris sui ordinis litteras de licentia speciali se illud transferendi sibi concessa prælatis eisdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus suis, & diœcesibus ac locis, & terris alijs ad prædicationis officium vel diuinorum celebrationem admittant: sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerali custodiæ (donec de dicta licentia speciali modo do prædicto sibi constiterit) detinendo. Et nihilominus si quos religiosos approbare, quę sedes Apostolica reprobauit, vel quæ alias sunt fidei obuia in suis prædicationib. seu secretis collocutionib. dogmatizare persenserint, vt tales (quibuscunque cessantibus priuilegijs possint licite capere, & carcerali custodiæ, sicut suos possent subditos mancipare, licentiam impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de præmissis summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicij & figura, per se vel per alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare; quousque de prædictis seu eorum aliquo reperint reos esse, iuxta statuta canonum, & in aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant: Non obstantibus exemptionibus, & alijs quibuscunque priuilegijs, & litteris Apostolicis eisdem religiosis vel eorum ordinibus ab eadem sede concessis vel in posterum concedendis, etiam si de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda. Quæ quantum ad prædicta vel aliquod eorundem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auin. 6. Idus Maij Pontificatus nostri anno nono.

Religiosi sine sui superiori licētia se absentare nō debent.

Approbanda per sedem Apostolicā non sunt approbanda.

De religiosis domibus.

Ioannes xxij.

¶ *Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis quæ nec sunt culpabiles nec suspectæ sub habitu Beguinarum viuere: nec sunt tales per ordinarios molestandæ. vide cap. 1. eod. tit. in Clemen.*

CAP. VNICVM.

RAtio † recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sanę felicis recordationis Clemens Papa Quintus prędecessor noster,

† Vide ea eo. tit. in cle & c. ad nostrū in clem de hæ. & extrau. Io. sa S. Roman eo. ti. de religi. D. Guidonē Carmel in sūm de hæ. tit. de hæ. tit. Beguinoru, & Eymericum Directorio quisitorum par. 2. q. ...

ster, cum de mulieribus quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent, præcipue de Alemaniæ partibus insinuata sinistra, & præsertim quòd earum quædam de summa Trinitate, & diuina essentia disputarent & prædicarent, ac circa articulos fidei, & ecclesiastica sacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducerent, & multorum simplicium animas in diuersos errores inducerent; ex his & alijs frequenter de illis additis habens eas non indigna ratione suspectas, in illas quæ statum huiusmodi noviter assumptum sectarentur ulterius aut que illum de nouo assumerent, excommunicationis sententiam promulgauit.

¶Verum quia in multis mundi partib. plurimæ sunt mulieres, quæ similiter vulgo Beguinę vocatę, segregatę, quandoque in parentum aut suis, interdum vero in alijs aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, uitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputādi, aut auctoritatem seu temeritatem potius prædicandi nullo mō sibi vsurpant, nec se vel alias seu alios quoslibet præmissis opinionib. erroribusq; inuoluunt, nec vlla super his est, aut fuit hactenus nota seu suspicio contra eas, quæ ipsas dissimiles a luce sua constringeret: Vt nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occasio prębeatur ad lapsum: & ne periculis, damnis & scandalis plurimis, quę proinde uerisimiliter sequerentur, pro prouisione ecclesiæ moderna occupentur: Beguinis huiusmodi inculpabiles (vt pręmittitur) nec suspectas sub prohibitione & abolitione præmissis (quia de ipsis prædecessor noster præfatus nullatenus sensisse dignoscitur) de fratrum nostrorum consilio declaramus, & volumus non includi.

Religiosæ mulieres qd facere dēnt.

¶Locorum ordinariis nihilominus iniungentes, vt eas sub prętextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis, aut iuribus a quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus: Inuocato si opus fuerit, auxilio brachii † sæcularis.

† Brachiū sęculare potest qñque ab ecclesia inuocari. ca. 1. de of. or. in antiq.

¶Cæterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per sedem Apostolicam aliter ordinatū extiterit) latenus ex pręmissis intēdimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prędicta spectabunt, curam peruigilem, & sollicitudinem debitā præcipimus adhibere, ne pręmissarum sēquētes in uia, & ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus, & disputationum & prędicationum temeritarib. se inuoluāt, eas quę contra prædicta præsumpserint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Porro mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis ex quibus prohibitio processerit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoquo modo mutauerint, vere sub prædicta decernimus remanere censura & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi uolumus & mandamus, quòd ab errore de more reuocatę, non vltra inficiant sanas oues.

a ¶Benedictus] iste Benedictus fuit duodecimus natione Tholosanus Sauardanus Apamiarum diœcesis primum appellatus Iacob. Fornerii, abbas fontis frigidi, ordinis Cistercientis, & magister in sacra pagina, deinde eps Apamiarum & deinde episcopus Mirapiscen. postea tituli sanctæ priscæ pbyter Cardinalis, assumptus ad papatum ann. dñi M.cccxxxiv. xx Decēb. & ann. M.cccxxxxix xxv Aprilis uita functus est, Pontificatus sui anno v. successit Ioan. xxii. sibi uero successit Clemens vi. Io. Fran.

b ¶Perpetuam] sic & omnia instrumēta ad hoc fiunt 1. q. 3. salaberrimū, 2. q. 1. omnes fœminæ; & quia hoc graue negociū est & ut magis teneatur hæc prouisio, merito est perpetuæ memoriæ seruanda, facit de pœnis, in quibusdam de schismaticis, ca. 1. de pęnis, in c. felicis. li. 6. & quod not. in c. ad Apostolicæ, in pri. de re iud. eo. li. 6. ubi nota quod solus papa sine concilio potest hoc facere, & facit hæc extrauagans ius commune, cap. pastoralis, de fide instrumento. & ibi not. Io. Fran.

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

¶Benedictus[a] duodecimus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam[b] rei memoriam.

¶Taxat procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: Saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, & præscriptiones, & indemnitatem pauperum, inhibet contrauenire, punit transgressores & eorum familiares, &c. Et locari debet sub rubrica de censibus & procurationibus.

Vas

CAP. I.

VAs [a] † electionis [b] Paulus Apostolus egregius prædicator, se & eos, qui secum erant, proprijs manibus exhibebat, [c] † ut Pseudo [d] & subdolis operarijs sub prædicationis specie lucra sectantibus locũ præcluderet, &his quos ipse pascebat pabulo [e] verbi Dei, non existeret onerosus.

¶Sane licet circa modestiam in exigẽdis procurationibus, obseruandam a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanauerunt instituta: quia tamẽ (sicut experiẽtia docet) nonnulli prælatorum, [f] necnon dioecesis nútiorum, vel legatorum Apostolicæ sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt, & reddunt in dictarum procurationũ exactionibus onerosos, [g] vt oppressi subditi huiusmodi onera nequeãt supportare, & uictũ longi temporis breuis hora consumat. Nos attendentes, quod parentes [h] debent thesaurizare filiis, non delitiis fastidiosis eorum substantiam absorbere; ac cupientes pro diuersitate conditionum visitantium prælatorum, & prouinciarũ ac ecclesiasticarum etiam facultatum certum modum sufficientem visitantibus & supportabilem uisitatis in præmissis fore de cætero obseruandum de fratrum nostrorum consilio [i] præsentis constitutionis edicto, Statuimus, quòd cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, prouincijs, & partibus adiacentibus, & in vicinis eisdem, necnõ in Delphinatu Burgundiæ, Sabaudiæ prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepiscopi [k] & episcopi, ac alij prælati & personæ ecclesiasticæ, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter uisitabunt: Ijdem archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesijs pro procuratione vnius diei siue in victualibus, siue a uolentibus in pecunia, ultra trecentorum, a monastrijs vero & alijs ecclesijs vel prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium uel conuentum duodecim uel plurĩũ personarum, ultra ducentorum ac quinquaginta. Ab habentibus uero paucarũ personarum collegium seu conuentum & qbusuis alijs ecclesijs, prioratibus & locis, ultra ducentorum: Episcopi uero ab ecclesijs cathedrabus, ultra ducentorũ. A monasterijs uero & ecclesijs a his ac prioratib. sæcularibus uel regulari bus habẽtibus collegiũ, uel conuentum duodecim uel plurium personarum, ultra ducentorum, quinquaginta: Ab habentibus uero paucarum personarum col-

VAs electionis i [.] ¶ Diu dititur in 5 qua que partes principales Nã primo exorditur. Secundo ibi, (Statuimus.) taxat procurationes. Tertio ibi, (in super) punit transgressores. Quarto ibi, (Præmissis) extendit constitutionẽ. Quinto subdit clausulas consuetas cum data ibi.

[Nulli &c.] Prima pars tres habet rónes exẽplares impulsiuas ad condendam hãc cõstitutionem. Secunda pars triplicitet taxat quantitatem procurationum exigendarum, iuxta triplicem diuisionem prouinciarum & regnorum, & qualitatem uisitantiũ etiam si per alios uisitant modificando, & extendendo ac declarando. vt infra patet. Tertia pars punit visitatores, transgressores & eorum familiam. etiam si a sponte nolẽtibus recipiant, uel receptum remittentibus non restituant. Quarta pars extendit constitutionem ad charitatiuum subsidium. Taxat valorem Turonensium, & excipit tres casus. Vltima ibi. [Nulli.] subdit clausulas consuetas cum datis.

a ¶ Vas,] hoc nomen fuit sibi impositum cælitus in eius conuersione. Actuum, 9. ca. & hoc principium sumptum est ex ca. cũ Apostolus, in prin. de censib.

b ¶ Electionis.] & ideo nõ uitiosum, in quo omne oleum & vinum facile corrũpitur. de pæ. dis. 3. h sina a me adde textu Marci 2. in fine.

c Exhibebat.] idest, procurator 18. q. 1. iã nunc 2 1 q 1.

d ¶ Pseudo.] idest, falsis: Et est græcum nomen indeclinabile vt not. in dicto c. cum Apostolus, cõtra quos fota monitionem concilij generalis de qua in ca. irrefragabili. in fine, de offic. ordina.

e Pabulo.] est enim verbum Dei pabulum animæ ex quo uiuit, c. inter cætera de offi. ordina. quia non in solo pane, &c sed I omni uerbo, &c ut ibi.

f Prælatorum,] etiam Cardinalium, ut probat textus in ca. cum Apostolus, uersic. Cardinales. de cẽsibus & in cap. procurationes in princ. eod. titul. & ibi no.

g Onerosos,] vsque ad exinanitionem extremæ uirtutis, 10. q. 3 cauendum, & 1. qu. 3 placuit. ideo seruandum est quod statuit concilium Viennen. in cle. ad nostrum. §. fin de censib.

h ¶ Parentes.] 16. qu. 1 prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apostolus, &c. & quod beatius est dare, quam accipere. Et cum mysterio accumulantur tot rationes, vt si aliquæ cessarent, non cessat dispositio. Insti. de nupt. §. affinitatis.

i ¶ Consilio.] ad quod non arctabat sequendum, nec petendum, secundum glo. & doctores in cap. Apostolicæ. de re iudi. & in cap. i. de schismal. lib. 6. licet Ioã. Mona. in hoc uariauerit factus Cardinalis. Sed quod papa regatur consilio Cardinaliũ, probatur in cap licet, & in Genesi, & cap. ecclesia 2. in fin de electi. sicut episcopi cõsilio canonicorum regi debent, cap. nouit, & ca: quanto. de iis quæ fiunt a prælat. capi. quæsiuit, & capitul. final de iis quæ fiunt a maio par. ca. Host in summa. in ti. de offi. archipresb. § quæ pertinent uer. potest. præsertim in laudis 2. & hoc seruat consuetudo.

k Archiepiscopi.] idem, & in patriarchis, primatibus, & alijs etiam pluribus. id est & abbatibus, de qbus uide infra. ibidẽ sunt enim primates & patriarchæ, 99. distin. prouinciæ, & dixi su-

† De materia huius extrauagantis vide cõciliũ Lateran sub Alexan. 3. c. Concilium Lateran. sub Inn 3. c. 33. Concilium Oxoniense c. vt singula. & Cõcilium Trid sel 24. de reforma. ca 1.

† Actuum cap 20.

1 Hãc extrauagantem glos hic Ioãnes Franciscus Pauin.

Consilium Cardinaliũ an debeat papa sequi.

2 Vtrũ in arduis teneat papa regrete cõsilium Cardinaliũ vide late p Filippũ Frãcũ & doctores i c. super eo de hære. l. 6. adde Abbatẽ i c qũsiuit. de his q̃ fiunt a pl.

legium, seu conuentum, & quibusuis aliis ecclesiis, prioratibus & locis, [a] ultra ducentorum: Episcopi uero ab ecclesiis cathedralibus vltra ducentorum: A monasteriis uero & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus collegium habentibus duodecim uel plurium personarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus uero personarum collegium pauciorum, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis, ultra centum, & quadraginta: Abbates [b] quoque a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium ultra centum: Ab aliis quoque habentibus minus collegium ab ecclesiis, prioratibus & locis quibuscunque ultra octuaginta. Archidiaconi quoque ultra trigintaquinque, Archipresbyteri quoque vltra viij. Turonen. argenti ualorem recipere non præsumant. Si uero [c] præfati archiepiscopi, prælati, & personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata: Iidem archiepiscopi a suis & aliis cathedralibus ecclesiis, ultra centum xx. A monasteriis vero & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus, & regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium personarum, ultra centum; Ab habentibus uero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis ultra lxxx. Episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis ultra lxxx. Abbates ultra lx. Archidiaconi ultra xxx. Turonen. argenti ualorem non recipiant quoquo modo.

¶ In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Suetiæ regnis, terris, ac prouinciis, & partibus eisdem adiacentibus archiepiscopi, & episcopi, alii quoque prælati & personæ ecclesiasticæ cum (ut præmittitur) personaliter visitabunt; Iidem archiepiscopi & episcopi, etiam si primates existāt a suis uel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus & personis earum pro procuratione unius diei siue in uictualibus, siue a uolentibus in pecunia ultra trecentum & uiginti; A monasteriis uero & aliis ecclesijs prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum ultra cc. & lx. Ab aliis uero monasterijs, ecclesiis seu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque ecclesiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum & viginti; Episcopi etiam a cathedralibus ecclesijs, ultra ducentorum & viginti; A monasterijs uero & aliis ecclesijs & prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum & lxxx. Ab habentibus vero collegium minus, & quibuslibet alijs ecclesijs, & prioratibus atque locis, vltra centum & quinquaginta; Abbates insuper a monasterijs prioratibus, seu ecclesijs habentibus collegium xii. vel plurium personarum, ultra centum. Ab habentibus vero minus collegium, ac ecclesijs prioratibus, & alijs locis quibuslibet, ultra lxxx. Archidiaconi vero ultra quinquaginta; Archipresbyteri [d] etiam ultra decem Turonen. argenti ualorem recipere non præsumant. Si uero [e] iidem archiepiscopi, episcopi & prælati, ac personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios [f] visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata, dicti archiepiscopi, etiam si primates

---

supr. in secunda quæstione primæ partis, & idem archiepiscopi & metropolitani & nudis tantum uerbis differant no. in capit. duo. de offic. ord. vide in Spe in tit. de offic. ordina. §. sunt quoque. & in uer. & nota. sic & archiepiscopi sicut episcopi. not. in ca. quam periculosum. de sent. excom. lib. 6.

a ¶ Locis.] non credo comprehendi hospitalia pauperum propter infra dicenda, puta leprosorum & aliorum infirmorum mendicātium panem sicut nec grangias per c. fi. de censi & idem forte de fabricis & commissariis, de quibus canonica portio non detrahitur. ca pit. fin. de testam. & de aliis, de quibus non esset soluenda decima, de qua in clemen. si beneficiorum. de decim. de quibus omnibus dic, vt ibi plene nor. Circa hoc tamen tenendum est illud, quod concludit Fridericus de Senis in consil. 111. Et an episcopus possit priuilegiare hospitale tempore constructionis, vt non possit ab eo vel successoribus visitari. uide eundem in consil. 148 Et quid de domibus leprosorum, vide per eundem in consil. 130. Et adde in simili quod firmat Pet. de Ancharano de testatore, in consil. 128. & quod examinat Guliel. de monte Lauduno in gl. super extrauagan. suscepti. Ioan. xxii. super ver. in totum. Io. Franc.

b ¶ Abbates.] idem credo de prioribus etiam canonicorum regularium. argumen. capit. quod Dei timorem. de stat. monach. & aliorum quorumcunque visitandorum etiam Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus, de quibus in clemen. Exiui. de uerbo. signi. Io. Fr.

c ¶ Si vero] hic determinat quæ habentur in c. felicis, de censi lib. 6.

d ¶ Archipresbyteri] Quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, subdit infra, in uersic. illud quoque, Ioan Franc.

e ¶ Ex priuilegio.] sine priuilegio vero non possunt, alias cōtrafacientes puniuntur, ut in c. felicis. de censi lib 6.

f ¶ Per alios.] hæc constitutio approbat quod no. Ioan. Andr.

mates existant, ab huiusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis, ultra centum: Episcopi ultra lxxx. Abbates[a] ultra lx. Archidiaconi ultra triginta Turonen. argenti valorem pro procuratione qualibet unius diei recipere non præsumant.

¶ In Castellæ quoque Legionis, Aragoniæ & Portugaliæ regnis & dominiis, terris & prouinciis regum Castellæ, Aragoniæ, & Portugaliæ, & partibus adiacentibus etiam uicinis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ cum (ut præmittitur) personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis & suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in uictualibus, siue a uolentibus in pecunia, ultra centū & quadraginta: A monasteriis uero & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum & viginti: Ab habentibus vero minus collegium, alijsque ecclesiis, prioratibus atque locis, vltra centum: Episcopi etiam a cathedralibus ecclesijs, vltra centum: A monasteriis uero & Prioratibus sæcularibus, vel regularibus habentibus collegium xii. uel plurium personarum, vltra octuaginta: Ab habentibus vero minus collegium, alijsque ecclesiis, prioratibus & locis ultra sexaginta. Abbates[b] etiam a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium xii. vel plurium personarum, vltra quinquaginta, Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis, ultra quadraginta. Archidiaconi uero, vltra xxv. Archipresbyteri vero, vltra v. Turonensium. argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi, & prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere possint, in pecunia numerata: siue archiepiscopi ab eisdem suis & suffraganeorum suorum ecclesiis, ultra octoginta. A monasteriis uero & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium xii. vel plurium personarum, ultra sexaginta: Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus siue locis, vltra quinquaginta: Episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus siue locis: vltra quadraginta: Abbates vero ab eorum monasteriis, prioratibus ecclesiis siue locis, ultra triginta; Archidiaconi uero ultra uiginti Turonen.

Prælatorum vicem gerentes natus cē sentur nominib.

in c. felici. de censib. in gl. super uer. officio. Et adde q prælati aliquando habent officiales de offi. uic. c. 2 & 3. de appel. Romana de off. or. c. Romana. de offi. de leg. c. 4 in an. lib 6. & c. insinuante. Quandoque habent uicarium in spiritualibus de temp ord. cap. 3 § 1. lib. 6. Quandoque habent uicarium generalem, dicto ca. 3. §. episcopo autem, de temp ord. & de offi. uic. c. fi. de præb. c. statutum. li. 6. Quandoque habent simpliciter uicarium, c. statutum, & c. ut officiū, & c. ut commissi. de hære. l.b 6. Quandoque tales uocātur locum tenentes 93. d. c. h. Siue ergo quis uicarius a sede Apostolica deputetur, ut in c. is cui de elect. li. 6. siue a capitulo ecclesiæ cathedralis episcopali sede uacante, ut in c. penul. de supplen. negli. prælat. li. 6. ubi potest ex consuetudine uisitare saluis notatis in cle. 1. de hac siue ab electa in abbatissam a maiori parte capituli, c. indemnitatib. de elec. li. 6 siue ab alio prælato electo cōcorditer in casu capituli, n. h. l. de elect. cum ui sitat, potest recipere procurationē iuxta istā taxam. arg. notatorum in d. ca. felicis. de censi. facit c. si episcopus de offi. ord. eod lib. Et si sunt plures, tunc solum principalis, seu non foraneus poterit hoc generaliter facere ut probat cle. & si principalis, de relic. Quid si plures essent oio æquales officiales vel uicarii. Dic ut ibi no. Quid de foraneis in locis suis? Dic attenda illorū manda ta. adde tex. in l. 1. C. de offi. eius qui uic. alterius gerit. Fran.

a ¶ Abbates.] de patre abbate Cluniacē siū, quomodo teneatur uisitare subditos suos mediatos & immediatos, vide Oldr. in cōsi. 155. quod incipit: Prima quæstio. & adde quātum ad abbates, idē uidetur esse effectus inquisitionis generalis & specialis, ut dicit idē Oldradus, in consil. 227. qd incipit. licet quātum Ioan. Franc.

b ¶ Abbates] honeste facerent abbates & alii religiosi nō exigere pecuniā, sed cōformare se laudabilibus cōsuetudinibus & cōstitutionib. monasteriorū, & contentari comedere cum aliis in refectorio, & dormire in dormitorio communibus, ut melius ualerent occulo intelligere quō se habeant omnia, tam in ecclesia quam in mēta, & tam de die quā de nocte, & propter bonum exemplum arg. eius quod not. in cle ad nostrū. de censi. in uersi. uoluerint, & in ca. magnæ de uoto, quia q agitur a prælatis, citò a subditis trahitur in exēplu, ut ibi & in c. præcipue. 11. q. 3. alias tot mortibus digni sunt quot pniciosa exēpla, &c. ut ibi & hoc satis dicit. §. nostræ īn intētionis. i. uer. nec ultra & vers. cæteru. Tenētur n. visitatores n minus exēplo q verbo ædificare & plātare, c. qm & c. inter cætera de offic. or d. facit c. Romana in h de censi. lib. 6 ubi vide not. glosā. And i no. uer. & in c. singulis. de stat. mon. In huiusmodi nāque actib regularia. n sunt subtilitates neq; glossæ exquirēdæ, nec appellationes admittendæ, sed simpliciter oia sunt expediēda c. ad nostra, reprehēsibilis & cū spec. alis. de appe. Nō est in omittenduū, qn plātus religiosus, in mortali cōstitutus, notorius vel infamatus sit incorrigibilis, & propterea a subditis appelletur, dēt appel. deferri, alias pro tan-

Arcarius pōt uisitare & procurationem recipere.

Abbas Cluniacēsis subditos mediatos & immediatos uisitare potest.

Prælatorum gesta sūt subditorū exempla.

argenti ualorem recipere non attentent.

¶Ab Apuliæ uero, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ [a], Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicę, & cęteris aliis Italiæ partibus, nec non Sclauonię, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, isulisque, & aliis, prouinciis, & partibus omnibus vltramarinis & etiam transmarinis, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi ac plati alii & personæ ecclesiasticæ cōsistentes, cum (vt præmittitur) personaliter visitabūt: Iidem patriarchæ & archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in uictualibus, siue a uolentibus in pecunia vltra sexaginta: A monasteriis uero & ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus uel regularibus habentibus collegiū xii. vel plurium personarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus uero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, vltra xl. Episcopi, etiā a cathedralibus ecclesiis, vltra quinquaginta: A monasteriis uero aliisq; ecclesiis, & prioratib. sæcularibus vel regularib. habentib. collegium duodecim vel plurium personarum, vltra quadraginta: Ab habētibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis seu prioratibus uel locis quibuslibet, vltra triginta: Abbates [b] vero a suis monasteriis uel prioratibus simile collegium uel maius habentibus, vltra viginti: Ab habentibus vero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, vltra sexdecim: Archidiaconi ultra decem Turoné. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si uero prælati, patriarchæ, [c] archiepiscopi, & personę ecclesiasticę proxime nominati, ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata, dicti patriarchæ seu archiepiscopi ab eisdem suis, vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra quadraginta: A monasteriis quoque & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra triginta. Ab habentibus uero minus collegium, & ecclesiis aliis, prioratibus siue locis, & subditis quibuscumque, vltra vigintiocto. Episcopi quoque a suis cathedralibus & quibuslibet alijs ecclesijs, monasterijs, prioratibus atque locis, ultra uiginti: Abbates etiam ultra decem, nec non archidiaconi ultra quinque Turonen. argenti ualorem recipere non pręsumant. Ita quod expēsæ seu sumptus vniuersi, seu taxatio pecuniaria huiusmodi procurationis totius diei, [d] videlicet in pecunia vel victualibus & necessariis aliis prędictam summam uel ualorem aliquatenus non excedat, nec ultra dictas sūmas vel taxationes seu valores earum prætextu cuiusuis consuetudinis uel alias, vel ipsis prælatis vel familia- tibus

---

...ratio excessu satisfacere compelletur, de appellat. de priore. quia ad talem non pertinet iudici alia correctio. 3. quæst. 8. iudicet. Misericorditer etiam, & non passim sunt corrigendi monachi, & non more latronum in grauem carcerem detradendi de statu monach capit. ea quæ. & non debent esse prælati nimis graues in corrigendo, alias de consilio conuentus, idest, capituli, est correctio temperanda. dicto capitu reprehensibilis. in fin. de his quæ fiunt a prælat. nouit. & cap. ea noscitur. & ideo dicit textus in dicto capit. Romana. in fin. consuetudines rationabiles & approbatas, secundum Host. & Ioann. Andr. ibidem in nouella. Ioann. Franc.

Monachi sunt misericorditer corrigendi.

a ¶ Siciliæ.] nota. quod huiusmodi insulæ sunt pars prouinciæ cui adhærent. leg. insulę. ff. de iudic. cum ibi nota. facit ff. de uerbo sign. leg. notionem. §. i. faciunt not. in capit. quoniam a nobis. de decim. ex quo sequitur, quod qui in Sicilia uel Corsica est, aut Sardinia, debet respondere in Italia, vt not. in dicta le. insulæ, probatur ff ad municip. le. qui ex uico. Idem dico de eo qui est in insula Maioricarum, ut teneatur respondere regno Nauariæ, ut patet sup. §. statuimus, ubi dicitur illi adiacere, & cæt.

b ¶ Abbates.] de abbatissa uero dicit Archid. quod etiam pro uisitandis monasteriis sibi subiectis ei non licet egredi monasterium, per textum in capi. i. de stat. regu. libro 6. ibi, quacunque ratione, sed debet per alium uisitationem facere, circa quod vide not. in Clemé i. in princi. eod. titu. in glo. istorum. mouetur etiam archidiaconus: quia quod generaliter scriptum est, generaliter est accipiendum, capitu. 2. de coniug. lepros. Item fortificatur prohibitio in eo quod ibi duo casus excipiuntur: in aliis ergo stet valida. de decim ad audientiam, 31. distin. omnino. 31. quæstio. i. quomodo. & c. 8 distinct si consuetudinem. Et licet textus ille non videatur loqui de abbatissa, nihilominus appellatio monacho rum includit abbatiss. ubi de salute animæ agitur. capitu. fin. de simo. item ibi in §. uerum, exprimit de abbatissa, & hæc opinio multum sapit honestatem, de quo per Ioan. And. in dicto cap. i. de statu regu. in 6 & dixi in tractatu uisitationum. quæst. 2.

Abbatissæ monasteriū egredi non debent.

Monachorū appellatione includuntur abbates.

c ¶ Patriarchæ.] nota patriarchæ, & sicut capitul exigit extendit capi Romana. de censib ita fortius vna clausula debet extendere aliam, arg. in l doli, clausula, de verb obl & capi. 2. requiritis supra de appella & le. 4 ff de vi non rapt. Ioan. Franci.

d ¶ Diei.] hoc intelligo, nisi quando ex causa oporteret visitantem ibi stare per plures dies ex causis necessariis & culpa uisitandorum, vt habetur in ca. cum querente, de offic. ordin. tunc enim sibi debent imputare uisitandi, quia necessitas legem non habet, de quo plene dixi in tractatu uisitationum. quæst. 4. primæ partis. Ioan. Franci.

a ¶ No-

ribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam a volentibus, quando ex conuentione vel consuetudine minus soluere consueuerint, quod propter prædicta non plus soluant. Illud quoque quod de archidiaconis superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpositis, aliisque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus uisitationis officium & procurationis receptio ex priuilegio sedis Apostolicæ, vel de iure seu consuetudine competere dignoscuntur: Decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquib. regionibus archipresbyteri nominantur [a], circa quos in receptione huiusmodi procurationis id quod supra statutum est de aliis archipresbyteris, volumus obseruari.

¶Nostræ tamen intentionis existit, quod si ex conuentione uel consuetud ne tã ecclesiæ cathedrales, quam collegiatæ, & aliæ quælibet sæculares, ac etiam monasteria, prioratus conuentuales, & loca alia quæuis ecclesiastica, earumque capitula, collegia seu conuẽtus, & rectores etiam & personæ prælatis qui buiuis visitantibus (ut præfertur) minus debeant uel consueuerint, [b] quam p nos superius est statutum, ad soluendum vltra conuentionem uel cõsuetudinem huiusmodi nullatenus adstringantur, sed supius circa eos consuetudo & conuẽtio huiusmodi obseruentur. Huiusmodi etiam moderationes & taxationes ad prælatos quoslibet, q prætextu cuiusuis cõsuetudinis in monasteriis, siue locis aliis ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis [c] extendimus, & etiam prorogamus, [d] prouiso nihilominus, quod in locis q buslibet secũdum quod maior uel minus rerum copia fuerit in iisdem, nec non iuxta maiorem vel minorem personarum & euectionum [e] numerum huiusmodi uisitatiuum, expensarum maiorum uel minorum debita moderatio teneatur, ita tamen quod maiores expensæ non excedant summam superius limitatam.

¶Insuper pdictis omnibus archiepiscopis primatibus, episcopis & aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra cõuentionem uel consuetudinem huiusmodi circa personas & loca ubi fuerint nec ultra moderationes & taxationes prædictas quicquã præsumant recipere districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam constitutionem præsentem pœnæ [f] adiectione iuuari, statuimus, q si dicti uisitantes per se, vel (si ex priuilegio eis competat) per alios uisitationis officiũ exercuerint, & procurationes receperint (vt præfertur) ipsi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas aliquid sciẽter exegerint, vel receperint etiam a volẽte:

a ¶ Nominantur.] vt no. in d. c. cum Apostolus. super verbo, decani. Io. Fran.

b ¶ Consueuerint] h. d. pp ea quæ habentur in cap. cum ex officii, de præscript. & not. in cle. ad nostrum, circa princi. de censib. adde quod habetur p Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de censib. in fin. & in mercu. super regula, plus semper, de regu. iu. lib. 6. & in c fi. eo. titu. & libr. & per Lapum allegatione 50.

c ¶ Charitatis.] h. d. pp ea, quæ habẽtur in clem. ad nostrum, circa fi. de censi. & in d. c. cum Apostolus, ad finem.

d ¶ Prorogamus] patet ergo hic, & int. ver. pmissis, q hæc constõ quamuis pænalis, extenditur ad casus similes ex identitate rationis: quasi tunc non e catur extensio, quia quod est ex ratione est & ex mente, ut not. in c. si postquam. de ele. lib. 6 & in c. sciant cuncti, præsertim vbi est omnino eadem ratio. not de tempo. ord. d. c. 1. eod. lib. & no. Archid. de pœni disti. 1. c. vulgaris, in §. pœnæ, alias secus, ut not. Butriga. in clem. 1. de relcrip. facit deci. 277. quod not Ioan. Andr. in nouel la. de regu iu. odia. ad fin. & in clement. 1. de consangu. & affinit. & in clemẽ. auditor. de rescri. & in clem. 1. de foro compet. & per Barto. in leg furti. §. fin. ff de iis qui not. infam. & Butri. de præb. in ca. dilectus. facit l. tantum §. 1. ff. de seru corrupt. & quod habetur in le. 1. ff de lega. 1. & in le. maximum uitium, C. de libe. & posthu. & le. si quis seruo. C. de furt. & Butr. in cle. 1. de of. vica. & in authẽ. quas actiones, C. de sacrosan. eccle. & in le. 2. C. de pat. qui fil. distra. & per modernos. in le. si vero. §. de viro. ff. solu mat. uide Ioan. de Ana. in repertorio, in verbo, lex siue consti-

tutio, &c. habebit enim locum in spirituali visitatione, de qua in c. excommunicamus. in § adiicim. de hær. & in ea de qua in c. Eleutherius. 17. q. 2. & in ea de qua in c. seruitium. ead. causa & quæstione, de quibus no. in ca. accedente, de præscript. & in capit. præterea. de iure patro. & in c procurationes. de censib & in omnibus aliis similibus procurationibus.

e ¶ Euectionum.] & an numerus personarũ & euectionũ dẽat alias esse æqualis, uide plene per doctores in ca. cum ad quorundam, de exces. præl & dixi sup. q. prox. circa prin.

f ¶ Pœnæ.] ut quos Dei timor, &c. de uit. & hon cler. ut clericorum. 82. di. plurimos. & c. felicis. § præmissis, de pœnis. lib 6 qa non semper omnia deducuntur in iudicium, & ideo sola phibitio quandocũque parum proficit, & inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus sancitur, ut refert dicere Macrobrium Io. An. in dicto ca. exigit. de censib. Et nota hic imponi pænam pecuniariam pro delicto: quia nõ applicatur uisitãti neque parti, sed Ecclesiæ, sic & qũ esset applicanda pauperibus, ut in ca. ad liberandam, de Iudæ. & in c. quia plerique, de immunit. eccle. etiam vsque ad quadruplum 18. disti. quoniam quidam, 1. q. 7. sancimus, 23. q. 1. militare. Si autem applicaretur uisitanti, procederet de radice auaritiæ & cupiditate, & ideo imponi non posset nisi in casib. a iure expressis c. licet. de pœn. 16. q. 2. cum deuotissimam, & de rapt. in archiepa tu. quia nec conuentionalis in foro ecclesiastico exigi debet, alias modestiæ pontificalis obliuisceretur, qui inhonestis quæsti[illegible] but

Cõstõ et pænalis oñque ampliatur ex identitate rationis.

Lex q deuiantes nõ punit est imperfecta.

Pœna pecuniaria qñq imponitur pro delicto.

duplum [a] eius quod ipsi iidem prælati, uel eis scientibus aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam huiusmodi ecclesiis, monasteriis, & aliis locis a quibus illa receperint, restituere teneantur. Si uero dictis prælatis per alios uisitantibus, hi qui pro eis uisitationis officium exercebunt, per se uel alios ultra moderationes seu taxationes prædictas quicquam exegerint seu receperint etiam uolentibus duplum eius quod ultra receperint, ecclesiis & monasteriis uel locis aliis a quibus id receptum fuerit intra præfatum terminum restituere teneantur. Alioquin ex tunc dicti prælati, qui ultra moderationes & taxationes prædictas, seu conuentionem, uel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis siue locis vltra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictum. Hi vero pro dictis prelatis visitationem huiusmodi (ut premittitur) exercentes, ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousque grauatis ecclesiis monasteriis, siue locis de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adiicientes constitutioni presenti, quod si quis de familia prælati personaliter visitantis aliquid vltra moderationes & taxationes præfatas per se vel alios, prelato ignorante, nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis visitatis, duplum eius quod ultra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi ecclesiis monasteriis, & locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin ex tunc [b] recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio, & beneficio sit eo ipso suspensus. Si vero laicus, [c] tamdiu ingressum ecclesiæ sibi nouerit interdictum, & a communione Eucharistiæ ipso facto nouerit se suspensum, donec de duplo huiusmodi grauatis ecclesiis monasterijs siue locis satisfecerit cum effectu: Nulla eisdem ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus, in his donantium remissionem [d] liberalitate, uel gratia ualitura. Cæterum moderationes & taxationes huiusmodi in illis locis volumus obseruari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesiæ, monasterii, uel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcepimus modestiam abhiberi, quod per hæc quę ad exonerationem locorum ecclesiarum statuendam prouidimus, non doleant se grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quàm ipsi subditi pati possint, indultam sibi existiment potestatem.

¶Præmissis quoque adiiciendo statuimus, [e] quod si dicti prelati uel aliqui eorundem ex Apostolica indulgentia, uel consuetudine, seu de iure, petant sibi ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis eorumque capitulis, collegiis, uel conuentibus, rectoribus, seu personis moderatiuum seu charitatiuum [f] subsidiuum exhiberi, non possint a singulis eccle-

sijs,

bus anhelando desideraret cum aliena iactura ditari, ca. suam, & ca. constitutus, de pœ. nisi pro mensura interesse, dilecti, de arbit. Est enim naturæ congruum pœnas exigi, quæ cum cõpetenti conferuntur moderatione uel a legibus certo fine conclusæ statuuntur, l. 1. C de sententiis, quæ pro eo quod inter. prof. hoc tenent Card. & But. post Hostien. in dicto ca. dilecti, sed Abbas contra, & male, saltem in spirituali, & ecclesiastico. Ioann. Fran.

a ¶ Duplum] hoc sumptum est ex ca procurationis. in fi. de censi. & cap. quia plerique, de immu. eccl. & credo, quod in isto duplo computetur exactum, & receptum, facit 23. q i. militare. 28 d. quoniam 1. q. 1. concussionis, & c. exigit, de censi. lib. 6 ubi nota illud quod hic dicitur de familia. Et quod prælatus tenetur de facto ipsorum facit. 86. dist. an putatis, & de electio. generali, §. fin. Ioan. Fran.

b ¶ Ex tunc]. s. elapso secundo mense, ut nota in d. cap. exigit. super uersi. extunc & facta restitutione, statim sunt absoluti sine alia sententia. 11. di. si qui cum suis, & de spon. in c. non est. Ioan.

c ¶ Laicus] puta cocus cle. ad nostrum. de cẽsib. uel notarius, vel alii, de quib. in c. Romana. §. procurationis de censibus & ibi no. de sigillatoribus, quod tamen dẽt intelligi secundum, quod ibi declarat Io. An. in nouella. Ioan. Fon.

d ¶ Remissionem,] hoc sumptum est ex capit. exigit. de censi. lib. 6. ubi not. quod quis rem suam vel sibi debitam remittere non potest, licet in re sua quis sit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati, & nihil tam naturale, &c. ut in §. per traditionem inst. de re. diui. Et si post restitutionem factam ille iterum donaret, credo idem propter uerba hic geminata scilicet remissionem liberalitate uel gratia, quia præsumeretur in fraudem facta, arg. ff. de donat inter uir. & uxo. l. si sponsus. §. recte, & ff. ad Velleian. l. quamuis. §. si cum essem. & quod habetur in cap. commissa. de electio. cum similibus, & quod not. 14. q. 3. plerique, & in cap. quanto. de priui. Licet Io. And uideatur innuere contrarium in simili. in ca. statutum. circa fin. de rescrip. lib 6. super uer. remissionem, per leg sed si ego ff. ad Velleian. & ea, quæ habentur in cap. Gemma. de spon. quia alias facile fieret fraus legi, &c. Ioan. Fant.

e ¶ Statuimus.] concor. cum dicto c. cum Apostolus §. fin. de censib.

f ¶ Charitatiuum subsidium] quod ex manifesta & rationabili causa tantum peti potest cum charitate, vt dicto capi. cum Apostolus §. prohibemus. hæc enim duo simul

Charitatiuũ subsidiũ quare & a quib. peti põt.

siis, monasteriis, siue locis pro subsidio huiusmodi ultra petere uel re- cipere (etiam a uolentibus) nisi quantum ascenderent singulæ procurationes in pactum per nos superius moderatum, quas iidem prælati possent recipere, quādo ex priuilegio per alium uisitarent.

¶ Porro Turonenses prædictos tales fore intelligemus, quod duodecim ipsorum valeant unum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunii Florentini.

¶ Per constitutionem autem huiusmodi nolumus, quod prædicti prælati, uel alii, quibus visitationis officiū & procurationum receptio ex priuilegio sedis Apostolicæ, vel alias de consuetudine vel de iure competere dignoscuntur, ius uisitandi seu procurationes recipiendi sibi ualeant uendicare.[b] Nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus super præmissis per prædecessores nostros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Insuper abbates Cisterciēsis [c] ordinis sua monasteria uisitantes, sub præfata constitutione nostra nolumus comprehendi, cum super his per aliam constitutionem nostram duximus spāliter prouidēdum. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostrarum constitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis & præcepti ac uoluntatis [d] infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem [e] oīpotentis Dei, ac beatorū Petri &

requiruntur, & qa hæc est charitas, non currit contra eam præscriptio secundum Host. alias multum longe a paterna pietate uideretur, si ꝓpositi subditis suis graues existerent, quos in cunctis necessitatibus pastoris dēnt more fouere, & potest episcopus met compellere eos ad hoc soluendum, secundum Inn. & Hostien. allegant 45. dist. qui emendandum tamen non excedant, vt cap sane & ca. cum ad quorundā. de excel. prælat. alias posset appellari secundum communem sententiam doctorū ibi, per quam appellationem essent tuti ab excommunicatione, & vbi esset dubium, superioris arbitrio esset determinandum. arg. 10. q. 3. quia cognouimus. & 11 q. 1. si clericus & not in dicto c. cum Apostolus. Adde quæ plene habentur per Inno. in ca. ex parte. de verbo. signi. & Butri. in c. uenerabilis de censib. Quæ autem sint iustæ causæ petendi charitatiuum subsidium, uide Oldradum in consil. 205. quod incipit, circa propositam quæstionem, & possint prælati conuocari ad concilium gñale imponere clero charitatiuum subsidium, tenet Inn in ca. i. de statu mona & no. 10. qu. 3. vnio. & quid de priore Generali ordinis Camaldulensium, an pro expensis factis in sua promotione & cōi seruitio cameræ Apostolicæ, possit a subditis petere charitatiuum subsidiū, & qñ per epos possit exigi, vide per Calderinum in cons. 30 in tit. de censib. Et adde ꝙ ad subsidium impositum per Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficiis, quæ tenēt ut administratores. Et quædam alia circa subsidium papæ, uide per Ludouicū in consil. 458. Adde ēt ꝙ si c sede uacāte statuit & iurat de minuendo charitatiuo subsidio, pt postea soluere debitā summā constōne hmōi non obstāte, secundum Lapum allegatione 20. Cōsulo ꝙ clerici impetrent a sede Apostolica priuilegium ad instar priuilegii cleri Paduani, dudum a sede Apostolica obtenti, quod pro charitatiuo subsidio nō possint grauari ultra certā & specificā summam soluēdam in termino annorum duorum, maxime ꝓꝑ crebras translationes. q̄ hodie fiunt cū magna iactura cuiusque cleri. Adde ēt qđ an a pœna suprapposita, & non repetita hic. s. qđ exigeretur subsidium charitatium ultra taxā prædictam ualeat exigens, maxime si exigat a sponte soluentibus excusari, uidetur tenenda conclusio Lapi allegatione 38.

a ¶ Florenum.] quid si mutentur monetæ, & facultates ecclesiarum crescant. Vide quæ plene habentur in c. quanto, & c. olim. de cēsib. Et hæc intelligo, nisi sup hoc in aliquib partib, essent beneficia taxata ad minorem summam: quia tunc illa taxa esset seruanda, ꝙ vř esse de mente huius constōnis. & probatur ex notatis in clem. si beneficiorū. de deci. in gl. in ver. taxatione dem. facit ad hoc extra uag. Ioan. xxii. q̄ incipit. Suscepti. iunctis declarationib. q̄ super ea emanuerunt, de quibus plene habetur in dicta clemē. si beneficiorum, quas doctores post glossam dicūt extendi debere ad casus similes.]

b ¶ Vendicare] simile in cap. 1 de sta. reg. lib. 6.

c ¶ Cisterciensis.] propter illud verbum patet, quod clem. Ad nostrum, de censi. q̄ principaliter ꝓꝑ Cistercienses facta fuit, de quibus hic subiicitur, in quantum præcipue loquitur de charitatiua hospitalitate remanet in suo uigore, & quomodo per clausulas derogatorias cōsuetas poni in litteris legatorū derogetur derogatoriis clausulis cōtentis in priuilegiis hmōi monasteriorum super procurationibus soluendis, vide plene per Frider. de Senis in consilio 238. & plura dubia circa mādatū Apostolicum de compellendo exēptos ad contribuendū cū aliis clericis ad onera legatorū & nūtiorum sedis Apostolicæ, uide per eundem Frid. in consilio. 248.

d ¶ Voluntatis.] de importantia istorum verborū, uide gl. in c. statutū, de hæret. li. 6. & cle. 1. de off. vic. & in clē. 1. de rer permu. & in ca. statuimus, de off. deleg. in 6. & in c. litigantes. de offi. ordi. li. per Butr. in c. preterea requisisti. de appel. & Abba. in c. cum te, de re iud. De uerbo aūt, iniungimus, habetr in cle. qa cōtingit de relig. domi. De uerbo, volumus, ꝑ Abb. in c. si qui fil. sint legi. De uerbo, decernimus. no. in clem. gñalem. de ęta. & qual. & in cle. per lrās. de p̄b. & in clem. si una. de reb. eccle. non alie. & in cl. quamuis de appel. & in cl. litteras, de rescr. in c. si. de verb. sig lib. 6. De uerbo, censemus, in clem. i. de prob. De uerbis simul iunctis, decernimus & declaramus, in c. 1. de cler ægr. lib. 6. Adde qđ qñque illa uerba improprientur ꝑ c. in his. de uerb. sign. Adde decis. 206. in antiq. q̄ incipit, utrum si contra reum scđm f. subiectam materiam & qñ in materia magis est erratum q̄ in forma, sic & ubi Papa loquitur ut magister. ut in c. litteras. de rest. spol. & cap. cum Martha. de celebr. Miss.

e ¶ Indignationem.] humano more loquitur, quoniā non indignatur neque irascitur Deus, 32. q. 4. in cōmutabilis, & no. in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. ubi probatur, qđ illa important talē anathemate terrendum. quo Deus iratus animas percutit. Vel pōt dici, quo[d] dēt alias iudicis arbitrio puniri posse & dēat, ex quo nō est certa pœna statuta, ꝑ ea q̄ habentur

in

in c.de caussis.de offi.deleg. & c.super his,de accu. & c. fin.de dolo & contu & l.1.de iure deli.no.in ver. ult. in c.si canonici, & in versi.condigna.in c.quia pleriq; de offi.ord.lib. 6. Adde etiam ꝙ pœna maledictionis est pęna æterna,ut no.Ioan. And. in ca.Romana, versi.pen.super uer. maledictionē, de censib. lib 6. in nouella post Host. imūgitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & nō remittitē nisi restituatur, &c. de vsur. cum tu. nec aliter potèst absolui 4.q. 3. si res,& in regula peccatum de reg. iu. ubi si iudex,idest episcopus non potest dispēsare,alias secus ut no. in cap licet de pęnis. Adde quod refert Io. And.in c.1.in fin. de suppl. negl. præl. lib. 6. in nouelle, & ꝙ ꝑ sultationem papæ, & osculum talis indignatio remittatur,uidetur tenere Io And. in solutione 6 lib. in nouella, licet post excommunicationem propterea non consequeretur absolutionem, cle. si summus, de sent.excom.

a ¶ Incursurum,] & sic est canon ferendæ sententiæ, & non latæ,ut probatur in ca. zelatū, de iure pat. & mitius agitur cum lege quam cum homine,ca. si celebrat. de cle.excom.mi.l. Celsus, ff de arbi.c dolētes, de celeb Mis. & habetur in ca. unico. de sagit. in c. uno. de eo qui fur.ord.sus.secus si deceretur,excōmunicamus sic facientem,&c. & ita intelligitur c. 1. de deposito, & cap.Salonitanæ. 63.distin. de quo plene in ca.sicut suis de simo.& in l. in criminali, de iurisd. omn. iud. Et quod monitio debeat præcedere, uide per glos. in clem. attendētes,in fi.de sta.reg etiam cōtra rebelles uisitare uolentibus, & illos impedientes. ubi autem ipso facto pęna incurreret, licet requiretur ꝙ deberet de excessu cōstare parte citata,tamen absq. alia sniā declaratoria posset pœna publicari & exigi,& hoc sufficeret per not.in c pro humani.in fin.de homicid lib. 6.in clem pręsenti.de censib.& in clem multorum, in fi. de pęnis, & ita intelligi potest Lapus allegatione 135. & not.in ca.commissa,de elect.clem. 1.de seque. poss & fruct.& in cap.cum qui de præben.in 6.& decis.33.in antiq.& adde quod not.glo.in clem. 1.de immuni,eccle super uersi pro infectis.

Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. [a] Datum [b] Auinione xv. Calend. Ianuarii, Pontificatus uero nostri anno ii.

De celebratione Missarum.

¶ Ioannes xxii.

¶ Narratis perturbationib.plurimis,quę ecclesię, præsertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, ꝙ dum Missę celebrantur, in quibus deuotius oratur,certę preces hic expressę ad Deum effundātur. Et ut Christiani ad id sint prōptiores, uiginti dies īdulgentiarū cunctis hoc facientib.elargitur. Aduerte ꝙ sub hoc tit. apte potuisset locari extrauagās Docta.quæ est sup. de uita & honest.clericorum, ut ibi tractatum est.

CAP. VNI.

DIscipulorū Christi gesta nos instruunt,ut in pelago huius mundi procella surgentes ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta ut fluctus in nauiculam quam Iesum sequentes intrauerant, operirent, Christum dormientem vocib. excitarunt supplicib. & aduersus ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis præsidiū postularunt.Cū itaque catholicam Ecclesiam, quę congregationē †fidelium comprehēdit, uideamus (quod dolentes inter imus) pacis ęmuli, zizaniorumq; satoris malitia procurāte,discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos; quod quasi operiant ipsam totam: hæreticos insuper Ecclesiam ipsam cernamus, & schismaticos impugnare ferociter, ac ut inconsutilem † Domini tunicam scindant, multipliciter laborare: Cum fratribus nostris deliberatione pręhabita diligenti, expediens (immo necessarium potius) æstimamus, ut ad illum qui ad dexteram patris residet in excelsis, qui caput est congregationis eiusdem,cuique potestas omnis tam in cęlo quam

b ¶ Datum. [de concernentibus datas, uide plene per Ioan. And.super data lib 6.in gl. Et quare no ponitur indictio, sed solum anni pontificatus,ibi uide plene in nouella,& an error in talibus uitiet Et adde quod vsque ad tempora Eugenii non ponebātur in litteris Apostolicis anni Dñi, ꝓut factū est ab eius tēpore citra, & hodie fit ad faciliorem habendā notitiam temporum tunc currentium, unde error in illis haberet uitiare rescriptum per ea quæ plene allegat Ioan.An ibidem, maxime propter stylum cancellariæ, qui etiam habet, quod ultimum uerbum temporis debet complere vltimam lineam, qui stylus est attendendus,ut in c quam graue in fi de crimi. fal. cum similib. Et adde quod a natiuitate Domini id est, ab ipso die natiuitatis Christi, & non a die circumcisionis est computandum & incipiēdum principium anni in Romana curia, vt vult Deci. in nou. 5. Item quod secundum cursum Franciæ & Angliæ, annus incarnationis non incipit post annum natiuitatis, sicut secundum cursum Romanæ curiæ, sed post mensem Martii concurrunt sub eodem numero tam annus a natiuitate præcedens, quam annus incarnationis sequens, ut vult alia decisio in nou. num. 18. Et adde quod mensis intelligitur tot dies habere,quot habet mensis, in quo negotium faciendum occurrit, & quod deficit in mēse occurrenti,suppletur de mense sequenti.no.Ioan. And. in c.quā sit,de elect.li. 6.& ita communiter seruatur, ut no. But.in c.licet,de sup negli.pręlat.& Bar.in l.cum bissextus,ff.de verb. sig.licet Hostien. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare quam arctare.Adde quod dies incipit,a media nocte more Romano. l.more Romano,ff.de fer. & adde no.in c consuluit,de of.deleg.Quid autem de loco loci,uide Bar. in l.cum tabernam, § idem quæsi it,ff. de pig.per Ioā, And.in nouella,in c.abbate sane,de re iu. li. 6. & in c, inter,de fide instru.Et omnino uide glo.in c.pronunciandum, de consec.dist. 3.

Lucæ 8.

† Vide Turrecrematam in sūma de ecclesia li.1. c.1.

† Vide l. Federici Imp. incip. inconsutilē tunicā habetur post Directoriū inquisitorum inter lras Apostolicas ꝓ officio S. Inquisitionis.

in terra noscitur tradita, cique venti & maria obsecundant, leuemus cum manibus corda nostra: Ipsumque deuotis pulsantes precibus apud eum sedulis orationibus insistamus, vt insurgentes præmissæ fremitus tempestatis, quæ quasi uniuersorum Christicolarum regna concutit, subditos contra dominos violato fœdere erigit, hęreticis & schismaticis, ac rebellibus Ecclesiæ Dei, insurgendi cótra ipsam, eiusque iura vsurpandi insania damnabili ausum pandit: flatus cessare, fluctusque prædictos quiescere sua faciat omnipotenti virtute: Cordaq; hæreticorum, schismaticorum, aliorumque rebellium ad Dei Ecclesiæ vnitatem ac deuotionem inclinet, & habiliter: vel forsan, cum præmissis pertinaciter intendant persistere, ipsorum elidat superbiam, eorumque obstinatam malitiam suæ virtute dexteræ conterat, & prosternat. Corda quoque subditorum ad eorum superiores, & eorum superiorum conuertat ad subditos, ipsosque dissidentes in concordiæ veritate concilíet & confirmet, sicq; de ipsis superiorib. pręsidere, quod sic regnent vt dirigantur, eorumque regimen cedat subditis ad salutem perpetuam, quietem & pacem, nobisque ipse cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc ꝙ in votis gerimus, efficaciter promouere possimus.

¶Et quia in Missarum solemnijs ad Deum consueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum consilio ordinamus, quod in singulis Missarũ celebrationibus post dictum à celebrante Pater noster, Responsioneq; secuta, antequam in Missa ulterius procedatur, illud canticum, Lætatus †sum in ijs, quæ dicta sunt mihi, totũ cum Gloria patri, a religiosis clericis, & alijs litteratis præsentibus cum deuotione dicantur. Et primo dicantur kirie eleison. Christe eleison kirie eleison. Pater noster. Et post isti versiculi subsequãtur: Domine saluos fac reges. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ. Et reges eos, & extolle illos vsque in æternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribbus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Collecta.

Ecclesię tuæ quęsumus Domine ꝑces placatus admitte, vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.

Hostium nostrorum quęsumus Domine elide superbiam: eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Benedicat celebrans consequenter.

¶Nos autem Christi fideles ad exequendũ supradicta promptius donis volentes spiritualibus animare, omnibus uere pęnitentib. & confessis, tam his celebrantibus, quam ipsis assistentibus obseruantibus supradicta, quam alijs preces tunc deuotas Deo fundentibus pro præmissis diebus, & Missis singulis quib. hæc fecerint xx. dies omnipotentis Dei misericordia, & B. Petri & Pauli Apostolorũ eius auctoritate confisi, de iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum 12. Calen. Iulii, anno 12.

De reliquiis, & veneratione sanctorum.

¶Sixtus quartus.

¶Qui Conceptionem immaculatæ Virginis deuote celebrabunt in eodem festo & eius octauis officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales consequuntur Christi fideles in corporis Christi solemnitate.

CAP. I.

CVM præexcelsa meritorum insignia, quibus regina cœlorum Virgo Dei genitrix gloriosa sedibus ꝓlata æthereis, syderib. quasi stella matutina ꝓrutilãs deuotę cõsiderationis indagine ꝑscrutamur & intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipsa vtpote via misericordię, & mater gratię & pietatis, amica humani generis, cõsolatrix ꝓ salute fidelium, qui delictorum onere grauantur sedula oratrix, & peruigil ad regem, quẽ genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum reputamus, vniuersos Christi fideles, vt omnipotenti Deo (cuius prouidentia eiusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternę morti obnoxia, eam sui vnigeniti habitaculum sancti

sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatæ virginis mira Conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia, Missas, & alia diuina officia dicant, & illis intersint, indulgētijs, & peccatorum remissionibus inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis & intercessione, diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti eiusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, auctoritate Apostolica, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes, & singuli Christi fideles vtriusque sexus qui Missam, & officium Conceptionis eiusdem Virginis gloriosæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis notarij nostri, & quæ desuper a nobis emanauit, Missæ & officij huiusmodi institutionem in die festiuitatis Conceptionis eiusdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote celebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiens id fecerint, eandem prorsus indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, quam iuxta fœlicis recordationis Vrbani † iiij. in concilio Viennensi approbatas † ac Martini v. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones consequuntur, illi, qui Missam & horas canonicas in festo Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi à primis vesperis, & per illius octauas iuxta Romanę ecclesię constitutionem celebrant, dicunt, aut missæ officio & horis huiusmodi interest: præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ M. cccclxvi.iij. Calend. Martij Pontificatus nostri anno sexto.

[Margin: ...onceptio-...s B Virgi-...officium ...quo fuit ...inatum.]

[Margin: ...c consti-...onem Vr-...i habes ...rtam in ...ment. 1. ...reliq. & ...erat. ...forte, ap-...batam.]

¶ Idem in eadem materia.

¶ Excomunicationem ipso facto incurrunt prædicatores asserentes diuinam Virginem in peccato mortali fuisse cōcepetam: qui etiam dicunt quod festum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult præsentem constitutionem in locis populosis publicari.

CAP. II.

Graue † nimis gerimus molestum, cum sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorū; qui ad Euangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicando commissis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti: Cum facile deleri nequeant, qui multorū cordibus sic publice prædicando diffusius, & damnabilius imprimunt errores.

[Margin: † Vide conc. Trid. sess 5. in decreto de peccato originali §. vlt. & extrauagantē Pij v. Pontificis maximi incip. Super specula. Domini vbi hoc statutū confirmatur & approbatur.]

¶ Sane cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ semperque Virginis Mariæ Conceptione publice festum solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuersorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum publice per diuersas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos: eiusdem immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicū ediderunt; ex quorum assertionibus & prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, maiora merito exoriri formidantur in dies.

¶ Nos igitur huiusmodi temerarijs ausibus, ac peruersis assertionibus ac scandalosis, & quæ exinde in Dei ecclesia exoriri possunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium Conceptionis celebrantes, seu huiusmodi ser-

[Margin: Scādalis ecclesiasticis obuiandum est a prælatis.]

mones audientes, alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falsas & erroneas, à veritate penitus alienas, editosq; desuper libros prędictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apostolica tenore pręsentium reprobamus & damnamus. Ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuscumque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cætero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse aut dictos libros pro veris legere, tenere, uel habere postquã de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio quam a Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere.

¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus simili pęnę ac censuræ subiicientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes, videlicet, gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen vel peccatum incurrere mortale, cum nõdum sit à Romana Ecclesia, & Apostolica sede decisum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque quibus communiter vel diuisim a sede Apostolica indultum existat, quod interdici suspendi, uel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam ac expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

¶ Et ne de pręmissis aliquãdo valeant ignorantiam allegare: volumus quod locorum ordinarij requisiti pręsentes litteras in ecclesiis consistentibus in eorum ciuitatibus, & suarum diœcesum, & locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret pręsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiã volumus, & dicta auctoritate decernimus quod earundem litterarum transumpto † manu publici notarij confecto & authentico alicuius pręlati ecclesiastici sigillo munito vbique stetur, prout staretur eiusdem originalibus litteris, si forẽt exhibitę vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reprobationis, dãnationis statuti, ordinationis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario contrarię. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ se nouerint incursurum. Datum Romę apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini M. cccclxxxiij. pridie nonas Septembris, Pontificatus nostri anno x.ij.

† Instrũ ex originali transumptũ q̃lque facit plenã fidé.

De immunit. eccles.

¶ Benedictus xi.

¶ *Decretalis, clericis laicos eod. tit. lib. 6. habet locum tantum quo ad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quo ad soluentes: præcipit deinde Lateranense, & generale concilia diligenter obseruari.*

Q VOD olim Hæc constitutio diuidi ur in tres partes Nã primo recitans constitutionẽ Bonifacij illam restringit. Scdo, §. Cęterum, suiam duorum conciliorum subiungit. Tertio §. Attẽte, transgressorib dictorum conciliorum pęnas comminatur.

a ¶ Statutum est.] extra 6. lib. de immunita. eccles. clericis.

ADDITIO. In ca. clericis laicos. eo. tit. in 6. quod hodie reuocatum est, & etiam hæc declaratio saltẽ quo ad primam partem, vt c. 1. eod. tit. in Clemen.

b ¶ Ad exigentes.] hoc est ab inuitis extorquẽtes ff de le. 3. l fideicommissa, §. si rem, secundo respon. & alias significationes habet hoc uerbũ, ut notaui extra 6 lib. de iud. ca. iuris. Ioan. Mona.

c ¶ Dante auxilium.] omnes isti pari pœna puniuntur. argum.

Diuisio textualis.

Exigere ab inuitis torquere.

CAP. I.

Q Vod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædecessorem nostrum contra laicos exigentes siue recipientes a clericis & ecclesiasticis personis tallias, decimam, uel aliam quotã seu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum suorum, aut ecclesiarum: nec non aduersus soluentes, aut promittentes, uel consentientes se soluturos, pœnis adiectis statutum est [a], quantum ad pœnas ipsas ex causa de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes [b] tantummodo, & ad exigẽdum dantes auxilium [c], consilium uel fauorẽ, non autem quo ad easdem pęnas in soluentibus aut recipientibus a sponte dantibus deinceps uendicet sibi locum. ¶ Cęterum attendant sollicite ecclesiarum pręlati, & alij cleri

† vide c. ... ti. in Cle notatis ... per doct.

ti Lateranense[a] concilium, quod in huiusmodi subuentionib. solum casum necessitatis,[b] aut communis vtilitatis, vbi laicorū ad id nō supperant facultates, deliberatione prouida noscitur excepisse; & deinde gnāle[c] statuisse concilium[d] propter quorundam imprudentiam, etiā in hoc casu Romanum Pontificem (cuius interest communibus prouidere vtilitatib.) primitus consulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorum conciliorū trāsgressores existant aliquid in casu prędicto, & multo magis si casus ipse non subsit quoquo modo vel titulo inconsulto Romano Pōtifice occasione subuentionum dictarum cōcedendo laicis, vel ēt promittendo: Alioquin tanquā canonum & tam solemnium conciliorum temerarii transgressores, quas proculdubio Deo propitio idem infliget Pōtifex, grauissimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum, & cętera.

Pastoralis[e] cura sollicitudinis super cūctas populi Christiani nationes inuigilare remediis subiectorum, eorundem periculis obuiare, ac scandala remouere cōpellit. Sane quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacii, &c. vt in cle. v. eo. tit.

extra de off. deleg. c. 1. Inst. de obl. quæ ex delic. nas. § pen.

a ¶Lateranense] extra eo. tit. c. non minus.

b ¶Necessitatis, &c.] Nota necessitatem & vtilitatem æquiparari.

c ¶Generale.] extra de immu. eccl. si aduersus.

d ¶Concilium.] No. illud concilium dēre scribi p c. dr. n. à cō, ciliū. & quadam similitudine ciliorū, quia sicut cilia iunguntur cum oculi quiescere cupiunt, ita quoque cōcorditer iunguntur homines in concilio. Est autem cilium sollicuIus quo oculus tegitur, quia oculos celat. Sed consilium per s est quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde cōsiliorum, & consiliarius.

e Pastoralis.] ¶Tale uel simile puto fuisse exordiū decisum de decr. pastoralis, in cōpilatione Gregoriana sub diuersis collocata titu. qui sequunt, de rescr. de sacra. nō ite de off. iud. deleg. de of. or. de iu. de cau. pos. & propr. de fide instr. de exce. de appe. de ijs quæ fi. à pla. de do. de deci. de iure pat. de priuil. Item habetur in 6. de cle. ægro. & in cle. de sen. & re iu.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus Liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De simonia.

¶Vrbanus iiij. alias v.

¶Pastus uel iocalia exigentes; & etiam dantes pro religionis ingressu si sint seculares personæ, excōmunicationis, si conuentus uel capitulum, suspensionis sententias ipso facto incurrunt, cuius utriusque uinculi absolutio soli Papæ reseruatur: alijs pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid sponte & sine pactione obtulerint. Quid de personis tam tali labe fœdatis, & bonis sic receptis faciendum sit, tandē patefacit.

Sane, † ne in vinea Domini, nostri (licet insufficientibus meritis) commissa custodiæ, nascentes vepres & spinę adeo conualescant, quod speratam fructificationem ipsius impediret, diligentiæ nostræ incumbit officio, ut illas extirpare radicitus solerti studio, procuremus.

¶Sane multorum fide dignorum relationę didicimus, quod in nonullis ecclesiis monasteriis, prioratib. & aliis locis religiosis, tam virorum quam mulierum, ordinum, regionū, & partium diuersarum detestabilis & a canonibus reprobata seruatur abusio quod cum personę aliquæ recipiuntur ab eis ad obseruantiam regularem ipsę temeritate pręsumptuosa pastus seu prandia[f] capitulis & conuentibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorū, prioratuum & locorum, aut pecunia, aut iocalia, seu res alias ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratib. & locis seu præsidentib. ex statuto seu consuetudine, quæ corruptela est potius dicenda, tribuere compelluntur; Ex quib. de-

Sane.] alias incipit: Sane ne ī vinea alias Ne ī vinea. Hāc extrauag. allegat in c. de simoniace, ext. de simon. acutissim' iuris vtriusque interpres do. Felinus Sādęus Ferrariēsis sacri palatii Apostolici auditor Et ibi dicit se audiuisse a fide dignis, quod Vrbanus v. nō intendebat comprehēdere Moniales pauperes, quæ consueuerunt aliquid recipere vigore cōsuetudinis. Allegat ēt ibidem Felinus extrauagantem Martini v. q. incipit, Multa, & extrauagātē eiusdem, quæ incipit, Damnabile. Itē extrauagantem Eugenij 4. quæ incipit, cum detestabilem, quas asserit fuisse reuocatas, ideo nec dignas occupare membranas, dist. 19. si Romanorum, §. itē si ideo.

f ¶Prandia.] Vide c. Iacobus, eo. ti. in antiquis.

cori ecclesiasticæ, & immaculatæ religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratione huiusmodi criminis, quam expensarum onere à sacræ religionis proposito retrahuntur: Ipsęque ecclesiæ, monasteria, & loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur.

¶Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pęnis in talia pręsumentes inflictis a iure in suo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorē: Vniuersis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis & magistris necnon abbatissis & prioriss, aliisque prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum & locorum quorumlibet religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocunque nomine censeantur, ac capitulis & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore præsentium auctoritate Apostolica, (quamuis sit eis à iure inhibitum) districtius inhibemus, ne tam a maribus quam a mulieribus volentibus ingredi eorum religionem, ecclesias, monasteria prioratus, domus seu loca in earundem personarum receptione, aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia seu coenas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vsum ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum aliū deputata vel deputanda, directe uel indirecte petere, uel exigere qoquomodo præsumant: Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant ac in victu & vestitu sicut alias personas suarum ecclesiarum monasteriorum, prioratuum, domorum, & locorum syncera charitate pertractent. Illa duntaxat, quæ personæ ipsę ingredientes pure & sponte, & plena liberalitate omnique pactione cessante dare offerre ecclesiis, & monasteriis, prioratib. domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi: Nos enim qui secus egerint, si sint singulares personæ, tam dantes quam recipientes, huiusmodi excommunicationis, si capitulum vel conuentus fuerit, suspensionis sententijs eo ipso decernimus subiacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeāt absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Cæterum personis illis vtriusque sexus, quę iam labe hmōi sunt fędatæ, earum prouidentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per suos locorum diœcesanos hac vice dumtaxat a crimine huiusmodi, & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apostolica absoluantur: canonica proinde ipsis pœnitentia salutari imposita, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire, & demum cum ipsis, vt in earum ecclesijs, monasteriis, prioratibus, dignitatib. & locis licite valeant remanere, misericorditer dispēsetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum seu locorum eorum, sunt supplicata, ea ad dictum vsum licite concedimus retineri. Si vero ad specialem vsum abbatis seu abbatissæ, priorissæ, aut alterius singularis personæ retineātur, illa unire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum 2. Nonas mensis Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

¶Paulus Venetus Papa secundus.

¶ *Omnes simoniaci cuiuscunque dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati: nec habent simoniace ordinati, ordinis executionem. Et electiones, aut aliæ prouisiones per simoniam factæ non ualent. nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiā simoniæ eadem censura ligantur, qui a solo Papa absoluentur, Et omnes prædicti sunt Romano Pontifici reuelandi.*

C A P. II.

CVm † detestabile scelus simoniacæ prauitatis, tām diuinorum quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Non considerantes, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate peccandi, ac summis desideriis affectantes, ut horum pestiferum uitium non ex vsu solum, sed etiam ex

† Vide extrauag. Pij v. inci. Cū primū §. Et ut sim oniacæ prauitatis, ꝗ quī, hæc cōtrō iniolabiliter obseruari mādat. Et de itellectu decis. Cassadoru. 5. ti. de cōstit.

ex mentibus hominum saltem propter pœnarum metum penitus euellatur: prædecessorũ nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspẽsionis, priuationis, & interdicti, sententias, censuras & pœnas dudum à Romanis pontificibus prædictis & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & illos qui cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitatib. præfulgeant, & eorum quemlibet tam manifestũ quàm occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, cõfirmantes & innouantes Apostolica auctoritate declaramus, quòd omnes illi qui simoniace † ordinati fuerint, a suorum sint ordinum executione suspensi.

† Vide c. de simoniace. & ibi plene per canonistas, extra de simon. adde omnino B. Tho. 2.2. q. 100 art. 2. ad quartum argumentum.

¶ Per electiones vero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

¶ Statuentes † præterea, quòd vniuersi & singuli etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando vel recipiẽdo simoniam commiserint, aut quòd illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente nõ possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti.

† Vide oĩno Castadorum [illegible] sione 5. titulo de constitutionibus.

¶ Et vt huiusmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, sęcularibusq; personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctę obedientię districtius iniungimus, vt omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse uel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex dixerit committendum, per se uel alios reuelare quanto citius non omittant. Pro reulatione huiusmodi etiã si complices fuerint, non solum ueniam a nobis, sed etiam gratiam consecuti, si eorum iudicio participes tanti criminis ualeant coerceri. Quod si non fecerint, absolui non valeant, donec prædicta reuelent, & complices huiusmodi directi arctius punientur. Nulli ergo, & cætera: nostræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere & cætera. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dñicę M.cccclxiii. ix. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno primo publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prædicto.

† Complices criminis qñque præmiãtur C. ad l. Iul. maie. l. quisquis in fine.

De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ Christiani arma portãtes ad infideles Christianos impugnantes ipso facto sunt excommunicati, capientium serui infames, & intestabiles tam actiue quàm passiue, & eorum bona confiscata, vide cap. ita quorundã, & c. ad liberandam. extra eo. tit.

CAP. I.

MVlta mentis † amaritudine concitamur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes quòd renati fonte baptismatis, in deuijs oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis suæ totis viribus vindicare potius iniuriatoribus suis faueant Sarracenorum videlicet horribili, & perfidiæ nationi: & degenerantes miserabiliter a statu fidelium, famæ propriæ immemores, & salutis obliti, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia, & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre præsumunt. Ex quo manifeste apparet quòd Christianos, qui ad defensionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanserunt talibus adiuti subsidijs irreuerenter impugnant, propter quòd fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire.

† Præter c. ita quorũdã & c. ad liberandam extra d. iudęis. vide Cle. I. eo. tit & processum Bullæ in cœna Domini. § 7

Hæreditatẽ Dñi defendũt qui infideles impugnans.

¶ Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues trangressus vlterius sustinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papę iii. prędecessoris nostri vestigiis inhæren-

inhærentes præsentium tenore statuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel fauorē præstare quoquo modo præsumat. Nos vero illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, a qua absolui nequeant, nisi tantum de bonis proprijs in dictæ terræ subsidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, uel miserint, aut deferre, uel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum; nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) absoluantur sententia, absque mandato sedis Apostolicæ speciali. Et nihilominus si personas eorum capi contingat, in seruitutem, & capturam illorum esse volumus, in quorum ceciderint capionem. Auctoritate insuper Apostolica statuentes, ut illi qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrant perpetuo sint infames, & intestabiles habeantur, ita quòd nec testari, neç legata eius seu relicta percipere valeant, & insuper ad successiones tam ex testamento, quam ab intestato sint prorsus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tamquam excommunicati, hostesque catholicæ fidei (postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit) diebus Dominicis, & festiuis publice nuncientur, & in fiscum bona eorum omnia deuoluantur.

Ioannes xxij.

¶ Iudæi ad fidem conuersi non sunt in bonis molestandi, ne sint deterioris conditionis post baptismum, quam essent ante.

C A P. II.

† Vide oīno extrau Pauli Papæ 3. incip. Cupientes Iudæos. vbi de hac materia plenius cauetur.

Dignum † arbitrantes & iuri consonum, fonte renatos baptismati Iudaica, cæcitate dimissa amplioribus fauoribus aut gratijs, quàm antea abundare: indecens, & absurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogātur mendicare fideles: vniuersis & singulis rectorib. & alijs officialibus comitatus Venesini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apostolicam sedem districte præcipimus & mādamus, quatenus conuersis huiusmodi, & qui in posterum conuertentur, in possessionibus, & bonis alijs quocunque nomine censeantur quæ in comitatibus, & terris prædictis conuersionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione prædicta nullam molestiam inferant, nec ab alijs inferri permittant, sed ipsis in his & alijs se fauorabiles exhibentes, ipsos ab iniuriis, & molestijs protegant & defendant, vt sic de seruitute ad libertatem transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. Nulli ergo, & cetera: nostrorum præceptionis & mandati infringere. Datum Auin. x. Calend. Augusti, anno iiij.

Ex eo.] ¶ Hæc decre. interpretat cōstitutionem extra 6. lib. de hære. cap. per hoc. Et i quatuor partes diuiditur. Primo dictam constitutionem eius 2. respond. recitat. Secundo vers. [Nos consulere.] iuncta ipsum responsum quæstionem formans dicti responsi interpretationem dat. Tertio § [Verum.] Et quarto §. [Rationē.] circa præmissa duos casus: qui emerserūt determinat.

a ¶ Processus.] Vsque

De hereticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquisitoribus hereticæ prauitatis.

¶ Decretalem, Per hoc eo tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœcesanos vsurpare vetans.

C A P. I.

Ex eo † quòd quedam nouella constitutio super negotio hereticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prædecessore nostro edita continet, quod in ipso negotio per diœcesanos Episcopos, & Inquisitores super eodem facto inquiri valeant communiter vel diuisim, & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus a: Nos consulere voluistis, quando, & quotiens sit ista processuum communicatio facienda, Nos

† Præter no tata in c. per hoc. de hæ ret. li 6 vide Nicolaū Eymericū Di rectorio inq sitorū, part 3. q 50 51. & 52. Repert rium inqui sitorū verb communicar §. Sed quo & Zanchin tract. de hæ re, c. 15.

hue mens dictæ constitutionis recitatur: sed postmodum quæstio formatur, & solutio eiusdem, & satis pauci editio subiicitur.
a ¶Nos autem ad quæsita per ordinem respondendum.
b Procedunt &c.] nō est diuisio, nec in facto, nec in iure, sed potestatis datæ persecuti, arg. ff. de off. procõsul. l. una, extra, lib. 6. de off. deleg. cum plures.
c ¶Per legem.] uide auth. ad hæc C. de iudi.
V As electionis.] d ¶Generali] ext. de pœn. & remis. c. omnis.

¶Nos [a] autem de fratrum nostrorum consilio intelligendo dyœcesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum hi & illi separatim, non quando episcopi tantum, uel inquisitores tantum procedunt, consultationi uestræ breuiter respondemus, quod quando utrique procedunt [b] seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset uideri per legem [c] ciuilem, quod sicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, ut puta quando administrator delegat causam sibi sententia reseruata, saltem in principio, i. contestatione, rursus in medio, & semel in fine, quæ sunt examinata audire debet, ita & in casu præsenti, ubi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat, quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admisit. Vnum sane casum excipimus, si alter commodè non possit procedere, nisi alterius actis uisis; Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

¶Verum quia † nonnulli diœcesani partē partis prouentuum de hæreticorum bonis in quisitionis officio deputatæ propter expensas, quas dum inquirunt in ſpedicto negotio faciunt, a uobis exigere molliuntur, hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarii sint, ideoque officium tale quod eis incumbit, propriis eos oportet explere stipendiis) fieri pœnitus prohibemus. Rationem autem iidem diœcesani prouentuum, obuentionum ex inquisitionis officio a uobis, non obstante aliqua constitutione consuetudine, vel mandato contrariis non exposcant, sed eam cameræ nostræ uel alii, cui nos vel successores nostri Romani pontifices mandaremus reddendam reddatis, quæ generaliter obseruari iubemus.

†Vide Eymericū in Directario inqsitorum pa. 3. q. 104 & q. 105. & seq.

Ioan. xxij.

¶Tres errores magistri Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis hic damnantur.

CAP. II.

Vas electionis † doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuersum, præsumptuosam illorum audaciam refrænare sollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggessit, & iuxta Sapientis † eloquium. Quisque suæ prudentiæ modum ponat. Sanè dudum cum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliaco sacræ theologiæ doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocauissemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum quòd ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat, infrascriptos articulos periculosos continentes errores docens publicè in suis prædicationibus & in scholis. Primo siquidem asserens, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante omnis utriusque sexus, edicto in concilio generali, † [d] Romanus Pontifex non potest facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio, quod papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, immo nec Deus, quin confessus habenti licentiā teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse (ut præmittitur) proprium curatum.

¶Nos igitur scire uolentes si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum præmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, & ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus, tam in nostra & fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quàm alias coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magister

† De materia uide B. Th. & alios, li. 4. sen di. 17. & canonistas in c. omnis. de pœ. & remis.
Rom. 12.
Prou. c. 23.
Scilicet Late r. ndub Inn. iii c. 12.

gister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratũ credere & tenere in præmissis & aliis, quę tenenda & credenda esse sedes Apostolica definiret. Nos igitur attendentes, quod prædictorum articulorum assertio præiudicatio, & doctrina redundare poterant in multarum pniciem animarum ipsos per prælatos magistros in theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratrib. nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas comperimus, pręmissos articulos doctrinam non sanam sed periculosam multum & ueritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrariis demonstratis, in consistorio reuocauit, asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium uerum esse, & dicẽs se nescire rationibus sibi factis in contrariũ respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animę simplicium prolabãtur, omnes articulos & quemlibet eorũ tanquam falsos & erroneos, & a doctrina sacra deuios auctoritate Apostolica cõdemnamus & reprobamus de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram & contrarium esse catholicum asserentes, s. quod illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilii generale. † Optantesque ueritatis uias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Põtificum prædecessorum nostrorum uestigiis innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per nos (vt pręmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis uel aliquo ipsorum, vtpote a catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca uniuersitati uestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis uestrum in ciuitatibus & diœcesibus uestris cõuocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per nos seu alios solemniter publicetis. Nos etiam eidẽ magistro Ioãni mandamus, ꝙ in scholis & sermone Parisius prædictos articulos & contenta in eis tamquam veritati contraria propriæ uocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare: Quod se facturum dictus magister Ioãnes efficaciter repromisit. Datum Auin. viij. Cal. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

† Idest cõcilium generale Lateran. sub Inno. 2. c. 21. & refertur in c. omnis. de pæn. & remis.

¶Idem.

¶Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt officiales & nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali, sed de eorum excessibus informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

C A P. III.

Cum Matthæus † de Pontinian. ordinis prædicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus friuola occasione quæsita, nostra & Apostolicę sedi reuerentia & honore postpositis, in dilectum filiũ C. de Baleto, archidiaconum Foroliuien. capellanum, nostrum Campanię maritimæque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cætero talium præsumptorib. obuiare, uniuersis & singulis tam ordinariis, quám delegatis iudicibus & inquisitoribus prauitatis eiusdem, & aliis vniuersis & singulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales vel nuntios, aut ipsorum aliquem quauis occasione vel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de tenore præsentium mentionẽ, procedere quoquo modo præsumant, aut in eos uel ipsorum aliquem excommunicationis uel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare. Nos n. ex nunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatũ huiusmodi contigerit attentari. ¶Volumus tamen quod diœcesani & inquisitores prædicti super ijs, quæ negotium tangũt fidei, alii uero super

† Super hac constitutione ui de omnino consilium Lapi inc. Factum super quo id consilium nunc circũfertur post cõsilia Oldra. adde Eymericum in Directorio inquisit. par. 3. q. 26.

super iis, quæ rem tangũt vel publicam vel priuatam, siue ordinarii[1], siue delegati quacunque auctoritate fuerint prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales, & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare, idque nobis significare studeant, ut prouidere super hoc de remedio opportuno ualeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auin. xii. Calend. Ianuarii pontificatus nostri anno undecimo.

De schismaticis.

¶Benedictus xi.

¶Processus & sententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobum & Petrum de Columna tanquam schismaticos, & eorum posteros, renocat hic Benedictus undecimus, exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat, & sic (ut clare patet) hæc extrauagans corrigit, & prorsus renocat capitulum vnicum. eod. tit. lib. 6.

CAP. VNIC.

Dvdum bonę memoriæ[a] Bonifacius Papa octauus prædecessor noster contra Iacobum, Petrum & Ioannem de sancto Vito, 10 Ottonem quondam Agapitum, Stephanum, & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi, & filios olim Ioannis de Columna, & posteritatem eorum, necnon contra Richardum Petrum, 20 & Ioannem de Monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuscumque status, etiam si imperiali vel regali dignitate fulgerent, contra ipsam insuper Prænestem dum vi- 30 xituarios fecit processus sententias graues pœnas habentes, & multas,[b] prout in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis[c] & prolixis breues exprimimus, quod intelligi vo- 40 lumus specialiter singulas numeratas, & nominatim expressas.[d] Inter cætera siquidem deposuit dictos Iacobum atque Petrum a Cardinalatibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, reddens eos & 50 filios dicti Iacobi, & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolicæ dignitatis apicem & Cardinalatus honorem, ipsos, eosdemque Iacobum & Ottonem, & Richardum beneficiis ecclesia- 60 sticis & ecclesiis cunctis priuauit, eosque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab urbe, & ita Ecclesiæ supradictæ ipsorum confiscauit bona

Dvdum.] ¶ Hæc epistola plures processus narratos extra 6. lib. de schism. capi. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam processus contra Columnenses, & adhærentes eisdem primo in genere, & postmodum specialius recitat, Secundo §. Nos itaque, paucos de dictis processibus excipiens cęteros alios viribus euacuat, quandam inhibitionẽ annectens. Tertio versi. Non obstantibus, euacuationem huiusmodi per non obstantia corroborat.

Bonæ memoriæ post mortem dicũt aliqui.

a ¶ Bonæ memoriæ.] papa post obitum d bonæ memoriæ, ext. de æta. & qual. bonæ. Idem in epis, & superioribus. extr. de ele. bonæ memoriæ 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi sic nominabuntur? Dic φ sic: qa pars corporis Papæ sunt, & de eius latere & patricii merito appellantur, C. ad leg. Iul. maiest. quisquis. extra. 6. libr. de offic. lega. c. 1. insti. quibus mod. ius pat. pot. sol. §. filiusfamilias, ex quo enim uiciniores sunt summi Pontificis, maiori prerogatiua gaudere debent, arg. ff. si tabu. testa. nullæ extabũt. l. i. 1. respon. Cardinales enim sũt liberi primi gradus & sunt membra capitis, cæteri plati sunt mẽbra corporis: alii autem sunt liberi nõ primi gradus. Si autẽ sunt præmissis inferiores, improprie bonæ memoriæ dicunt, extra de appel. bonę, extra de cõfi. uti bonæ. vtrum reges dicũtur clarę uel inclytę memorię, & olim imperatores dicebantur diuę memorię, C. mã. liti. 16. q. 3. placuit. Sed quęro, quidam Papa exactionibus improbis, simoniis & turpiloquiis ecclesiam fœdauit, ut hic, nũquid pp dictos actus possit dici malæ memoriæ? Dic φ non, quia respici dẽt non ad id qđ fecit, sed ad id φ ipsum facere decuit ff. de off. presi. sed licet, ff. de iust. & iure, l. pen. §. pretor. extra de elect. cum causam, unde malus prælatus, & si non habeat diadema sanctitatis, hẽt tñ diadema dignitatis quæ ex se, nec de se peccauit, licet suppositũ cui dignitas inerat, male egerit, pp quod dignitas sibi coniuncta infecta fuit, 7. q. 1. scire, & not. simile. C. de sum. tr. inter claras 2. rñ. Itẽ prælatus etsi non sit bonus, pro bono tamen ponitur vñ Prouerb. 26. Sicut q mittit lapidẽ in aceruũ Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem, certum est, q in computãdo denarios paruulus pro mille ponitur, sic prælatus quia psidens est toti cõitati uirtute secundum Philosophũ, & ob hoc debet honorari, quia partes sunt plati auth. de incestis nup. §. sancimus, col. 2. ff. de obseq. l. liberto, & dii uocantur pp ordinis excellẽtiam, & officii dignitatem, extra de hæret. cũ ex iniuncto. Item platus nõ dr bonæ memoriæ ratione suppositi, sed dignitatis, quæ de se, nec a se deliquit & delictum personæ nõ redũdat in damnum ecclesiæ, extra 6. li. de re iur. delictũ, & hoc casus ubi de his ponerem, sicut vilem ponerem, ext. de in integr. restit. cum ex litteris, in princip. & extra de verb. sign. venerabili, & extra de acc. licet, extra 6. lib. de hæret. cum secundum. in fi. extra. 6. li. de sent. excõ statutum, ext. eod. lib. de verbo. signi. venerius, extra eod. libr. de cõcess. preb. auctoritate, ext. de rescript. constituimus, extra, de frigid. & malefic. c. fi.

Cardinales respectu papæ sunt liberi primi gradus.

b ¶ Multas.] quæ sit dña inter multam & pœnam, habetur, ff. de uer. sign. si quis, & not. C. de mõ mult.

c ¶ Ex multis.] in proœ. ff. § 5

d ¶ Expressas.] similis modus loquendi habetur, C. de pscrip. xxx. vel xl. an oẽs, & no. de hoc extra. 6. li. de procur. qui ad agẽdũ. Et ratio huius dicti est, quia hic agitur deliberando, quod est promptius quã ligare ff. de action. & oblig.

Iura facilius soluunt, q̃ ligent.

Ātia-

Arianus, extra de proba ex litteris, præsertim ab iis, quæ surgunt ex delicto, ff. de pactis, l. si tibi decem § quædam.

a ¶ Et alias.] hæc dictio, alias, aliqñ est aduerbiũ tpis, ut cũ dicitur, alias hoc faciam & aliquando loci, ut cum dr̃, alias venit ad me sed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, ut sit sensus, quod nedum pœnas & multas prædictas, sed etiam alias idest aliter omnia illa q̃ i ex cessibus, &c. Alii dicunt ꝙ debet esse dictio, alia: sed hoc nihil est propter adiectiua, quæ sequũtur, s. latas, & inflictas, &c. quia tunc secundum stylum curiæ diceretur in neutro genere, non in feminino, nec hic seruatur grammatica Prisciani dicentis, ꝙ masculinum & femininum genera concipiunt neutrum & Priscianus melius dicit inspiciendo dignitatẽ generum. Sed stylus curiæ omnia superiora per neutrum sententiosius comprehẽdit, nam neutrum adiectiuum de omni gñe secundum philosophum prædicatur ut uir est album, mulier est album, & mancipium est album.

Adiectiuũ neutrum de oĩ gñe prædicatur.

b ¶ Eisque.] scilicet reddimus illud, quod sententia siue pœna abstulit, quod est infra

c ¶ Reddimus.] quæro, unus de prædictis est excommunicatus occasione dictorum processuum, & se immiscens postmodum diuinis, factus est irregularis, postmodũ recipit beneficium, nunquid post hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur quod sic, quia verbum reddendi, significat retro dare, ff. de uerb. sign. uerbũ reddendi, hoc idẽ innuit textus præcedẽs ibi, nec & pro præterito, &c. Dic ubi iur.

Bñficium in irregularitate acquisitũ an illa purgata retineri possit.

& iura, plurium excommunicationum sententiis innodauit, addixit in famiæ capiendos exposuit, iudicauit schismaticos, & tãquam hæreticos puniendos, ab administrationibus & officiis, iurisdictionibus exercitio, & dignitatibus in urbe & circa, in Romana Ecclesia & curia, ac ipsorum posteros perpetuo, & in terris Romanæ Ecclesiæ usque in quartam generationem per masculinum, & femininũ sexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem, & habitationem urbis, circumpositæ regionis & terrarum subiectarum Ecclesiæ interdixit, & intestabiles fecit.

¶ Nos itaque qui eius uices in terris gerimus, cuius est proprium misereri & parcere, eorum miseriis & ærumnis compatimur, ad clemẽtiam pro eis commouemur, ipsis pietatis nostræ aperimus uiscera, & mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non auertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depositionis a Cardinalatibus, priuationis a beneficiis, & ecclesiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & aliis concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præsens) sententias, pœnas, & multas, & alias [a] quæ in processibus memoratis, siue alibi continentur, uerbo etiam in uita ipsius uel in morte in eos latas, & inflictas seu confirmatas & innouatas per prędecessorem eundem, sicut si (ut prędicitur) essent per nos specialiter numeratę, & nominatim expressę tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioannis de Col. masculinam, & fœmininam prolem eorundem Ioannis, & filiorum per vtrumque sexum posteritatem descendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioanne de Monte nigro prefatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, susceptores & sequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & uirib. uacuamus: Ita quod nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquę personæ impeti, quæ incurrissent eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque [b] quod quęuis alia quàm præfatarum depositionis a Cardinalatibus, priuationis beneficiorum, & ecclesiarum, confiscationis bonorum et iurium, quæ (ut prẽmittitur) dictis ciuibus seu aliis sunt concessa, & inhabilitatis ad papatum sententia sine pœna abstulit, reddimus. [c] Et irregularitatem, [d] quam quoquomodo contraxerint, remouemus, & notam abolemus [e] ipsius: Inhibentes ne iam dicta Praeneste cum monte suo reędificetur uel muniatur, aut ciuitatis nomẽ siue episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis, per quę præsentibus non expressa

non esset alii acquisitum in re vel ad rem, crederem istum ius habere in beneficio, uitio expresse purgato per dominum qui potest. arg. ff. de uin. si fur. & notatur simile, extra de renuntia. post trãslationem, in fin. Sed vitio non expresse purgato, opus est noua electione, uel collatione, argu. extra de æta. & qual. cum bonæ. extra de exce præl. tanta, nota simile de elc. dudũ, secus si alter haberet ius in re, uel ad rem, C. de emanc. libe. nec auus & extra, 6. libr. de rescrip. quamuis, Sed dices dicta decret. excipit hunc casum. Sed dic qd hic non est expresse dictum, sed in genere, non loquendo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, unde exceptionem, quæ competebat ex factis papæ papa non tollit, nisi extra de cõsuetu. cum olim in fi. & d. c. quãuis & ideo quod hic dicitur, intelligo, qd pro tunc non possit impeti in iure nouiter acquisito.

d ¶ Irregularitatem] occasione præmissorum incursam, nam ad præcedentia faciẽda est relatio. ff. de postula. l. 1. §. deinde cũ adiecit, secus de irregularitate aliũde causata.

Relatio fi ad ñcedẽtia

e ¶ Abolemus.] idest delemus: unde abolere est, quod olet uel macular, tollere seu auferre. Et qd sit abolitio, & eiusdem diuisio, not. Azo. Cod. de abolit.

Abolere qd est.

pressa uel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de uerbo ad uerbum debeat in nostris litteris fieri mētio specialis.

De furtis.

Ioannes xxii.

¶Publicatio excommunicationis lata in eos qui furati sunt thesaurum ecclesie, quem iubente Clemente Papa de Perusio in Lucanam ciuitatem tres uiri hic nominati deportauerant, & hic habetur optima practica monendi malefactores, ut intra certum terminum satisfaciant, alias excommunicationem incurrent, & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifestat.

CAP. VNICVM.

INfideles & stolidæ prædicationis alumni se ꝑ culpæ uitium indignos efficiūt, ut matris ecclesiæ filii nuncupentur, dū ad ipsius matris iniuriam se conuertunt, quod grauinos commotione perturbat, matris eiusdem pietatem offendunt, & his in perniciem miserabili cæcitate delapsis, respergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis.

¶Dudum si quidem nonnulli degeneres filii, qui ad quæque nefaria currere sunt ausi peruersis ausibus in matris eiusdem prosilientes iniuriam & offensam, illā thesauri sui maximam partem, quę de Perusio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clemētis papæ quinti prędecessoris nostri, dum adhuc uiueret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, clericum Burdegalen. diœcesis, & Guliel. de Luna seruientem prædecessoris eiusdem, una cum dilecto filio Iacobo de Casalib. decano ecclesię sancti Seuerini Burdegalen. diœcesis capellano nostro, extiterat deportata, & quæ in sacristia monasterii sancti Fedriani Lucanen. tunc tēporis seruabatur, deinde ad cameram prædecessoris eiusdem fideliter deferendam, tēpore inuasionis ciuitatis Lucan. direpserunt in prędam, & de præfata sacristia per uiolentiā asportarunt.

¶Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti sollicitis studiis prætendentes, oēs & singulos asportātes thesaurum prædictū, & alios penes quos aliqua de thesauro fuerunt uel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac fidelium multitudine copiosa monemus, ut ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quatuor mensium spatium a die datæ publicationis pręsentium numerandum, cum integritate restituant & assignent ac omnes & singulos scientes ubi vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint uel existant, ut intra terminū supradictum nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant, alioquin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiuscunque dignitatis, status, vel cōditionis extiterint, etsi patriarchali uel superiori, aut alia quacunque præmineant dignitate, ex nunc auctoritate prædicta excōmunicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per diœcesanos locorum, & rectores parochialium ecclesiarum, ciuitatum & diœcesum earundem, singulis dieb. dominicis, & festiuis pulsatis campanis & candelis extinctis excōmunicatos publicè nunciari, processuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon & contra ciuitates, communitates, uniuersitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in præmissis culpabiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, & uiderimus expedire. Non obstante si eis aut eorum aliquibus vel alicui sub quacunque forma uel conceptione uerborum, a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam & expressam ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri possit, uel quomodolibet retardari.

¶Vt autem huiusmodi nostra monitio uerius ad cōem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas monitionem continentes eandem, in ecclesia Auinionē. appendi uel affigi ostiis, seu superliminaribus eiusdem ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ita ꝙ omnes, & singuli, quos monitio ipsa contingit uel contingere potest, nullam postea possint excusationem prę-

prætendere, quòd ad eos talis monitio non peruenerit vel quo ignorauerint eandem: Cum non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnib. publicatur. Datum Auinione ii. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

De crimine falsi.

Ioan. xxii.

¶ Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de uero auro, & argento debent inferre in publicum, ut pauperib. erogetur, quantum de falso & adulterino posuerũt. Et si eorum facultates non sufficiant, pęna per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt Et si sint clerici beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur: Vide extrauagantem Io. quæ incipit: Prodiens, & est sub eo. tit. collocata.

C A P. VNICVM.

† Vide B. T. 2.2.q.77.a.2 ad 1. argu & ibid. Caieta. Old. cõl. 74. incip. An Alchimista peccet, & late Cassaneũ in catalogo gloriæ mũdi pe. 11 considera tione, 40.

Monera falsa ab oculis fidis facile discernuntur.

SPondent † quas non exhibent diuitias pauperes Alchimistæ, pariter qui se sapiẽtes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscii, eos qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint admirantur, quibus cum ueritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, idemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant, eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non alias alchimistum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant.

¶ Hæc itaque perpetuis uolentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, vt quicunque huiusmodi aurum vel argentum fecerint vel fieri secuto facto mandauerint, vel ad hoc scienter dum id fieret facientib. ministrauerint, aut scienter uel auro vel argento vsi fuerint vendendo vel dando in solutum, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperib. erogandum, quanti alchimicum existat, circa quos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse, facientibus nihilominus aurum vel argentum alchimicũ, aut ipso (ut præmittitur) scienter vtentibus perpetuæ infamię nota respersis.

Alchimistę sunt ifames.

¶ Quòd si ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis pænam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij, personarum differentiam, illasque attẽdendo circunstantias) commutare. Illos uero qui in tantæ ignorantiam infælicitatis prorupe rint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia iuris præcepta contemnant artis excedãt metas, legumque uiolent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimico cudendo seu fundẽdo, cudi seu fundi faciendo monetam hac animaduersione percelli iubemus, ut ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra pręd ictas pœnas priuentur beneficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

Qui non hẽt in ære, luat in corpore, ff. de in ius uo. l. fi. C. de ser. fug. l. quicunque & in sti. de pę. te. liti. §. fi.

¶ Nter cunctas. ¶ Hæc constiõ hẽt sex partes. In qua

De priuilegijs.

¶ Benedictus xi.

¶ Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minoribus priuilegia plurima circa tria, uidelicet circa prædicationes, confessionum auditiones, & sepulturas. De secundo in §. Sed quia multotiẽs. De tertio in § porro. Et licet sit reuocata per clem. 2. de sepul. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non sunt retractata Et potuisset non inepte poni sub ti. de sepult. Sed non inconueniens idẽ ca diuersis respectibus sub uarijs collocari titulis, vt patet in c. significantib. ext. de libel. obla. & de appell.

C A P. I.

† Vide extrauag Sixti iv. inc. Vices illius de treg. & pace, iter communes

INter cunctas † sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, & debitum Apostolicæ seruitutis adstringit, illa debet esse præcipua, ut gregi

gregi [a] Dominico nobis superna dispositione cõmisso, [b] animarum cura non desit, [c] ne illum lupus [d] rapax antiquus serpens humani generis inimicus inuadat eiusque sanguis de nostris (quod absit) clamante propheta, [e] manibus requiratur. Debemus insuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inserere, remouere [g] scandala, iurgiorum [h] amputare materiam, & intelligere super egenum & pauperẽ: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

¶Sane [k] dudum bonæ memoriæ Bonifacius papa octauus prędecessor noster, quandam specialem inter prælatos, rectores, seu sacerdotes & clericos parochialium ecclesiarum ex parte una, & prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera, super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem fratres ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis constitutionem [l] edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, & pullulatæ inquietitudines pro tranquillitate noscuntur, sicque dum ansam soluisse se credidit, nodum ligasse uidetur, & septem, uno hydræ [k] amputato capite, suscitasse. Nec mirum, quia plerunque pariunt nouitates discordiam, præsertim dũ ab eo quod diu æquum visum est, per nouam cõstitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens uel alia causa subest.

¶Ideoque cupientes, ut ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quo amplior in agro domini operariorum numerus operetur, super egenum intendens, & pauperem, ac nouitatem per eandem constitutionem iuductam: Statuimus de fratrum nostrorum cõsilio, ut priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesiis ac locis ipsorum, quæ impræsentiarum habent & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis, libere absque diœcesanorum, & aliorum prælatorum petita licentia ualeant clero & populo prędicare, eique proponere uerbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœcesani prædicti prędicarent, uel coram se facerent prædicari, prædicent iidem fratres: putamus etenim dignum, ut maiori [p] minor, & superiori [q] inferior deferat in hac parte, nisi forsan aliud circa hoc facerent de uoluntate diœcesanorum ipsorum, aut in studiis generalibus præ dicarẽt diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent & solemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus

rum prima prooemiũ ad dicenda, generale, & postmodum speciale præmittitur. Secundo §. ideoque, articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. Sed quia: articulus de confessionibus audiendis. Quarto, §. Porro, articulus de lucris sepolturarum deciditur. Quinto §. ad hoc. papa clerum alloquitur. Sexto §. Hæc autem, hic statuta per multa non obstantia firmantur.

a ¶Gregi Dominico] in quo debet esse aliquid speciale, Cod de grege Dominico. l. vna, lib. 11. & cuius præcipuus est director extra 6. li. de electio, vbi §. cæterorum.

b ¶ Commisso.] in persona Petri, per hęc verba, Pasce oues meas, extra de elect. significasti.

c Non desit,] ne papa faciat ut pastores mali, quorum defectus ponuntur Ezechiel. 33. c.

d ¶ Lupus rapax.] hæc uerba dicta sunt primo de Beniamen. Gen. 49.

e ¶ Propheta.] ex Ezechie. 3 sanguinem eius, scilicet impii, de manu tua requiram, extra de offi. or. irrefragabili, 1. respõ. & dic sanguinem idest, peccatum, quod est sanguine piandum vt Leuit. 4. & Hæbræ. 9.

f ¶ Pacem inserere] cum sit uicarius regis pacifici, idest Christi, in proœ decre. sic econtra inimicus homo, idest demon zizaniam seminat, extra de electio. licet de uitanda.

g ¶ Remouere scandala] extra 6. libr. de offi. lega offic

h ¶ Iurgiorum amputare materiam.] quæ ex cupiditate procedit, extra in proœ. decre.

i ¶ Egenum.] in psal. 40.

k ¶ Sane] hic prosequitur proœmium speciale, recitans constitutionem, Super cathedram. quæ nominatur inf. §. si

l ¶ Constitutionem.] quæ incipiebat: Super cathedram & illo per istam reuocata, ut infr. eodem, in fin. est hodie approbata per Clementem quintum, patet in cap. 2. de sepul. in Clemen. Ista autem quæ est Benedicti xi. ibidem reuocatur.

m Nodum ligasse uidetur.] extra de uerborum significa. cum olim.

n Hydræ.] hydra est serpens aquaticus dictus ab hydro quod est aqua, cui secundum fabulas uno capite abscisso plura nascebantur eidem, secundum sensum autem moralem unum male gestum plura mala generat, quia uno principio illicito dato multa mala sequuntur, authent. ut iudi. sine quoquo suffr. §. 1. coll. 2 aqua cuius cursus obturatur, multos meatus fęcit.

o Pariunt nouitates discordiam] ext. de consue. cum consuetudinis.

p Maiori.] nota statum prælatorum maiorem statu religiosorum, at religiosi ad prælaturam ascendere non debent, argu. 93. dis. legimus, in 1. n. extra 6 lib. de electio nullus in fi.

q Superiori] not. quod exempti vt prædicatores & minores iure communi superiores episcoporum esse censetur & si iidem exempti in pluribus casibus prælatis subsunt, extra de hæret. ad abolendam, extra 6 libr. de præb cap. 1. in fi & aliquando sunt sedis Apostolicæ delegati legatione generali extra 6. lib. de sta. regu c. unico, §. & quoniam, ff. de constitu. princ. l. 2.

a ¶In-

psalm. 10.

Sanguis impii de manu plati requiretur.

Hydra quid sit.

psal. 40.

Vitium vnũ plura gñat.

r Intellige sano modo quoniam in his, in qbus sunt exẽpti episcopis non obtẽperaut, & ita pñt dici superiores.

Inuitus est q nō probat cō sensisse.

a ¶ Inuitis.] dic inuitum qui non probatur consensisse, ff. de fur. qui uas. § uetare, ff. de procur. filiusfamilias. §. inuitus, & ff de seru. urba præd. inuitum, argum. contra ff. mand. qui patitur.

b ¶ Superioribus.] superiorem uoco dioecesanum seu illum, qui habet ius dioeceseos. & concurrere potest cum rectore, ext. 6 libr. de tempo. ord. eos, & c. cum nullus, ut è metropolitanus, cui non est superior in prouincia sua, nisi in certis casibus nota. extra de offic. ordin. pastoralis.

† Prædicatio nō semper retrahit audiētes a peccato.

c ¶ Ad salutem.] Roma, 10.

d ¶ Concilii.] extra de pœniten. & remissio. omnis.

e ¶ In morte.] extra de off. ordin. pastoralis. § 1. extra 6. lib. de pænit. ca. final. § præsenti.

Rom. 8.

cum dioecesanis in prædicatione cōcurrere poterunt. Vbi uero iidem dioecesani vocarent generaliter ad se clerum aliqua ratione, uel urgente causa illum ducerent congregandum, ea hora in studiis memoratis diebus sæpedicti fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In ecclesiis autem parochialibus fratres ipsi inuitis eorum rectoribus[a] seu sacerdotibus nisi iussi a superioribus[b] eorundem) non audeant prædicare.

¶ Sed † quia multotiēs propositum verbum Dei audientem a peccato nō retrahit, idcirco post prædicationem necessarium est pœnitentiæ sacramentum, circa quod (nisi articulus necessitatis occurrat) sacerdoti facienda oris confessio (prout scriptum est: Corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutē[c]) exigitur: alias frustra esset in sacramento eodem sacerdotis (qui inter lepram & lepram debet discernere) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones & pœnitentias iniungendas, libere auctoritate Apostolica absque licentia dioecesanorum & aliorum prælatorū inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quib. subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri uolentes: Non religiosos, qui secundum statuta suorum ordinum propriis prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne cōfiteantur aliis prohibentur, absoluant, ipsisque pœnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis uero uel alias sentētias per prælatos latas contra hoc vel in eius fraudem, denuntiamus irritas & inanes, nec confessi ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis & absolui pœnitentes de illis sacerdotibus propriis teneantur (sicut etiam non tenentur) iterum confiteri, non obstante constitutione generalis concilij,[d] † quæ sano intellectu (ne sequatur absurdum, quod per pœnitentiam dimissa peccata quis cōfiteri debeat, & quod liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus) intelligenda est (ut ex ea patet) de illis qui peccata sua confiteri aliis neglexerunt. Sed sacerdotes ipsis taliter confessis & absolutis adstricti sint ministrare Eucharistiæ, & extremę unctionis etiam sacramentum.

† Scilicet Literam subiuno. 3. c. ai.

¶ Super confessione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius præiudicio (si falsum dicat) agatur in iudicio animæ seu pœnitentiæ foro, stabitur simplici verbo illius qui sacramenta petit prædicta, & dicit fratribus se confessum. Duos † tamē casus excipimus, s. si sacerdos asserat eum excommunicatum aut notoriè peccatorē. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, uel in fraudem: quia si hoc egerit a delicto tali nisi plenè satisfecerit (præterquam in morte[e]) absolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur.

† Vide doctrinā concilii Tri. ses. 4. c. 7. decasuum reseruatione.

¶ Vt autem diœcesanis honor debitus reseruetur, præcipimus, ut Prouinciales Priores Prædicatorum, & Ministri minorum ordinum præfatorum, per se uel alios verbo vel scripto eis significent, se fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum & pœnitentiarum iniungendarum officium elegisse, & non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a diœcesanis eisdem, quòd ijdem electi fratres de ipsorum beneplacito & licentia, dictum possint in eorum ciuitatibus & diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegent, uel intra triduum non concedant, ex tunc iidem fratres nihilominus auctoritate eadem huiusmodi officium exequantur. Datam uero licentiam per dioecesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quod sæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis, quàm parochiales sacerdotes noscuntur habere. Sicque de casibus episcopis & superioribus quos, inferius adnotamus, ac sedi Apostolicæ reseruatis, se nullatenus intromittant.

¶ Obseruent ergo sollicite dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus

nibus, pro quibus solemnis est pœnitentia [a] indicenda: Modo eodem excommunicatos respuant & clericos, qui propter delictum, irregularitaté aliquam incurrerunt. [b] Inconueniens [c] enim existimamus, vt à peccato absoluat, qui pœnitentiam ei debitam imponere [d] aut irregularitatis pœnam peccati sequelam, [e] uel excommunicationē, quæ infligitur maxime a iure [f] quandoque pro crimine, quæ ve quem [g] ab ecclesia, & per consequés a participatione ecclesiasticorum sacramentorum excludit, [h] remouere non potest.

¶Incendiarios eosque qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis consuetudo præscripta canonicè in episcopatibus aliquibus reseruauit episcopis, similiter non admittant, quam consuetudinem (ex causa, quæ iuste ad ad animum nostrum mouit) solummodo circa voluntarios homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ violatores, & sortilegos approbamus. Quod si forsan antequam ab eo qui potestatem habet, absolui possint, mors talium confiteri volentium verisimiliter timeatur, etiam in prædictis casibus sæpefati fratres eos confiteri volentes audiant, ipsisque beneficium absolutionis impédant, sed subeant iuramentum quod liberati se suis episcopis & excommunicatoribu

præsentabunt: excommunicantium super his, pro quibus ab eis excommunicati erant & episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandatis. [i]

¶ Verum quia post baptismum inter cætera magis ad salutem necessaria † est propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & sectanda sectari, a quo per peccatum lapsi resurgunt, pęnitentiæ sacramentum perficiunt: Grandis nobis sollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueantur fratres, qui oleo dulcedinis uerbi eiusdem nostros foueant subditos, a peccatis prohibeát: increpationis vino peccatorum suorum mordeant vulnera, eosque ad illa pęnitentiæ acrimonia [k] purgandum & tergendum prouocent [l] & inducant. Ad id vero exequendum sententia † diuinæ legis exposcitur, desideratur ordo, & vitæ integritas etiam postulatur. Scriptum [m] est enim: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia labia [n] sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius: alias prout ad eum pertinet inter peccatum, & peccatum non posset discernere, nec peccator existens, Dei deberet narrare iustitias, & testamentum illius assumere per os suum. Nam cuius vita despicitur, consequens est vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt Priores & Ministri Generales, & Prouinciales Prædicatorum, & Minorum ordinum præfatorum, uel eorum vicarii, de discretorum consilio ad tam salubre officium fratres diuina scientia doctos, discretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin districtam reddent in futuro examine rationem) eligant, & assumant: sic enim quod prędicabunt, facient, quæ arguent, operari cessabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cęterum, lice (sicut prædicitur) de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubescentiam, quæ magna est pęnitentiæ pars; ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus

q

a ¶Pœnitentia.] indicenda, 50. dist. in capite, 26. q. 6. c. 1.
b ¶Incurrerūt.] quia idem factum est peccatum, & ipsum est pęna peccati, ut est clericidium, vel ablatio membri, 55. distin. si Euangelica, secus si ex diuersis factis emergerent, ut excommunicatio, quæ est pęna peccati, & irregularitas, quæ contraheretur propter immistionem, excommunicatione, seu suspēsione durāte, & tūc pt fieri absolutio a primo per prælatum, non dispensatio, exēplum pone ex. 6. lib. de sen. & re judic. cum æterni, extra 6. lib. de sent. excommunicationis, cū medicinalis.
c ¶Inconueniens] declarat quod præmiserat dicens, existimamus inconueniēs, ut scilicet ille absoluat a peccato, qui non pt imponere debitā pęnitentiam ei, scilicet peccatori, & qui non pōt remouere irregularitatem, sequelam peccati, &c.
d ¶Imponere] scilicet non potest, quod est inf. nam cum pænittere sit pęnam pro peccato tenere, & pęna sit mēsura culpæ, no. extra 6. li. de pęn. ca. si. §. illud & §. seq. vbi debita pęna non potest infligi per aliquam, ergo nec pęnitentia salutaris.
e ¶Sequelam,] ut dido c. si Euangelica.
f ¶A iure.] 7. q. 4. si quis suadente.
g ¶Quem.] idest aliquem.
h ¶Excludit.] de istis excommunicationib. maiori & minori habeē extra de sent. excōmunicationis, nuper, & c. penul.
i ¶Mandatis.] extra de sen. excommunicationis, de cætero, & c. ea noscitur, &c. quā nis.
k ¶Acrimonia.] hoc verbū exposui extra 6. lib de statu regu. ca. vnico, §. finali.
l ¶Prouocent.] hic accipitur in bona parte, ut alias, ff de ædil. edic. quod si nolit, §. qui mancipia.
m ¶Scriptum.] Oseę 4 extra de renunt. ca. nisi cum pridem, §. pro defectu.
n ¶Labia] Malac. 2. & extra de hęret cum ex iniuncto, ver. licet.

Pęnitere est pęnam pro peccato tenere.

† Verbi Dei propositio est ad salutē valde necessaria.

Forte, scientia.

Oseæ c. 4.

Malac.

Psal. 49.

mus salubre: districte in iungimus, vt fratres ipsi confitentes attente moneant, & in suis prædicationibus exhortentur, quod suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno, asserendo id ad animarum profectũ proculdubio pertinere.

¶ Porro vt circa sepulturam apud loca eorundem fratrum eligẽtium sepeliri, & portionrm canonicam de relictis eisdem fratrib. minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, ut corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint, dum viuerent sepulturam, processionaliter cũ cruce, thuribulo, & aqua benedicta cantando seu legendo officium mortuorum, vel psalmos, & alienas ingredientes parochias, possint assumere, & ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscumque vero relictis præfatis fratribus in cõmuni, vel singulis vltimis decedentium voluntatib. siue apud eos sepeliendi sint, siue alibi: nulla per parochiales sacerdotes morientiũ à qua fratres ipsos liberos esse volumus, canonica portio, vel multominus per episcopos episcopalis [a] quarta omnino, cum eis tã quam exempti non subsint nec etiam debita iure parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode diuisionem recipiant: alias eiusdem medietatis æstimationem soluant parochiali ecclesiæ, & sacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis vero quas fratres portant, portio non petatur. Moneant autem iidem fratres, & pro posse inducant confitentes sibi vt de proprijs bonis suis parochialib. ecclesijs, eorumque sacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddãt. Ad hoc non murmuret quæsumus sæcularis clerus, non gerant moleste prælati, quod circa pręmissa sic duximus prouidendum. Attendant quanta ex ijs, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter considerent, quod eorum onera cum alijs nostro beneficio salubriter & quasi necessario patiuntur.

¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipsi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque sunt pauperes, nil habentes singuli in communi rustica [b] prædia, immo nec vrbana, uel mobilia, eorum alteri vel etiam vniuersi mendicant victum, quærunt vestitum, & eatenus sustinere possunt, quatenus uel uiuorum pietas, aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur [c] eorum qui omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, nisi qui triturantis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos subtractis alimentis necare. [f] Inopes [g] patrimonii onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, & a curialibus res ecclesiis vel piis locis donatas, a quartæ præstatione, seu lucratiuorum inscriptionibus lex facit immunes. [h] Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam. [i] Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis ecclesiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum, solutioni non subiacent canonicę portionis. [k] Pauperes autem (vt dictum est) sunt fratres, & quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, siue in cultum diuinum, & ecclesiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere super egenum & pauperem, & non obliuisci eorum, cum humanitatis sit etiam sæcularis principis prospicere egenis, & dare operam ut pauperibus alimenta non desint, non tam pie quã quodammodo iuste in eodem articulo egimus, egenos eosdem (vt præmittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exemptos. Hæc autem (dicta constitutione, quę incipit, Super cathedram, quam penitus reuocamus, alijsque quibuscunque constitutionibus specialibus, & generalibus statutis, priui-

Funeraliũ noĩe qd̃ intelligatur.

Falcidia nõ detur de relictis pauperibus.

Psal. 40.

Pauperibus subueniendum est.

a ¶ Episcopalis quarta.] de qua habetur 12. q. 2. concessu, & trib. c. sequentibus.
b ¶ Rustica prædia.] p̃dium rusticum ab urbano non loco, sed qualitate secernitur, C. de præd. mino. l. si prædium.
c Non misereatur.] arg C. ne fil. pro pat. auth habita.
d ¶ Voluntatem] argu extra de exces. p̃l. nimis, 1. responso.
e ¶ Triturãtis. Deut. 25 extra de præb. exstirpandæ, 1 respon. & 1. Timoth. 5.
f ¶ Necare.] ff de alen. & exhib. li. necare.
g Inopes] authẽ. de coll § nullus aũt molestetur, coll. 9.
h ¶ Immunes] C de sacrosan. eccle sancimus 2. auth. de eccle. ti. §. si quis uero res, coll. 9.
i Falcidiam.] C. ad leg. Fal. authẽ similiter, quæ sumitur ex auth. de eccl titu §. si autem hæres.
k Portionis.] extra de testa. ca. 6.
l Non desint] C. de sacrosan. eccl. priuilegia, in fine.

a ¶ Nequaquam obstantibus.] de uiribus illorum non obstantium notatur in Extrauag. rem non nouam. in fi. Ioan. Mon.

priuilegijs, indulgentijs, sub quacumq. forma verborum concessis, etiam si de ipsis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris litteris oportet fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, sententiis, consuetudinibus contrariis, nequaquam obstantibus [a]) inuiolabiliter obseruari sancimus. Nulli ergo omnino omnium liceat hanc paginam nostrorũ statuti, denuntiationis exemptionis, praeceptorum, approbationis, iussionis, voluntatis, reuocationis, & sanctionis infringere. Si quis autem, & cętera.

¶ Clemens quintus.

¶ *Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, vnam sanctam. supra de maior. & obed non amplius subijciuntur Ecclesiæ Romanæ quam prius erant.*

CAP. II.

MEruit charissimi filii nostri Philippi regis Francorum illustris syncerae affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum praeclara merita meruerunt: Meruit insuper regnicolarum puritas ac deuotionis synceritas, ut tam regem quam regnum fauore beneuolo prosequamur. Hinc est quòd nos regi, & regno per definitionem, & declarationem bonae memoriae Bonifacii Papae octaui praedecessoris nostri, quae incipit. Vnam sanctam. nullum volumus vel intendimus praeiudiciũ generari. Nec quòd per illam rex, regnum, & regnicolae praelibati amplius Ecclesiae sint subiecti Romanae, quam antea existebant: Sed omnia intelligantur in eodẽ esse & statu, quo erant ante definitionem praefatam: tam quantum ad Ecclesiam, quam etiam ad regem, regnum, & regniculas superius nominatos.

Regnũ Franciae Papae fauore prosequitur.

¶ Eugenius quartus.

¶ *Ordinarij non possunt ferre cẽsuras in suos subditos pro suis negotijs Romam euntes, ibi manentes aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs, quod si fecerint, irritum est. Et si beneficia illorum alijs sint collata, tam dantes quam recipientes ipsõ facto sunt excõmunicati, & à solo Papa absoluendi.*

CAP. III.

DIuina † in eminẽti sedis Apostolicę speculo disponente clementia cõstituti, ad ea libenter intendimus, per quę officiales praedictae sedis obsequiis eius (ad quã veluti fidelium omniũ matrem, pro animarum salute quęrenda, & iustitia prosequenda, de diuersis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius se promptiores valeant exhiberi: Hinc est ꝙ nos ex certis rationabilibus causis, moti, et nonnullorum praedecessorum nostrorum vestigijs inhęrentes, districtius inhibemus locorum ordinarijs, nec non commissarijs, & delegatis eorum, caeterisque vniuersis & singulis quacumque potestate & auctoritate praefulgeant, cuiuscunque dignitatis gradus vel pręeminentiae fuerint, ne contra officiales praefatos quocumque nomine nuncupentur, in nostris & dictae sedis obsequijs nunc & pro tẽpore existentes, necnon quoscunque alios ꝓ suis & eorum causis uel negotijs prosequendis ad sedem praedictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti aut priuationis officiorum, aut beneficiorum seu quamuis aliam sententiam promulgare praesumant.

† Vide conc. trid. sessio. 23 de refor. c. 1. circa finem, & sess. 24. de reforma. c. 11. §. quę vero priuilegia.

¶ Nos enim omnes & singulos processus & sententias contra tenorem & mentem nostrę inhibitionis huiusmodi latas & habitas, & in posterum habendas, ac etiam promulgãdas, & quaecunque inde secuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliusque extitisse uel existere roboris uel momenti. Necnon quicquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, uel in posterũ cõtigerit attẽtari, etiam decernimus irritum & inane. Et nihilominus in omnes & singulos ordinarios, & officiales commissarios & delegatos eorum qui se dignitatibus ac beneficijs ecclesiasticis qui buscunque officialiũ, aut negotia huiusmodi apud dictã sedẽ prosequentiũ pręg

EXhibita.] a ¶ Constitutioné.] quæ incipit, suscepti, & est una de xx. glossatis per Zenzelinum, & posita sub tit. de electio Et inter has repetitur cum gl. Gulielmi de Monte Laudu no in tit. ne sede Vacante.

Dantes & recipiẽtes quãdoque æqualiter puniuntur.

dictorum, eos illis forsã priuando atque priuatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque priuationis prætextu illa personis aliis conferẽdo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittẽdo, tam in dantes quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sententia absolui nequeant nisi a nobis, uel per nos deputãdis, præterquam in mortis articulo constituti.

¶Pręmissa autem a die affixionis præsentium ad ualuas basilicę principis Apostolorũ de Vrbe, ex certa scientia quoscunque ligare volumus & arctare. Non obstantibus Apostolicis & quibuscumque generalibus, aut prouincialibus aut synodalibus conciliis, edictis constitutionibus, ordinationibns, & Apostolicis priuilegiis, per quæ effectus pręsentiũ impedire possit quomodolibet uel differri, etiam si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis: & quę præsentibus volumus habere pro sufficienter expressis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę inhibitionis ª declarationis, constitutionis & volũtatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.cccc. xx.ii. octauo idus Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

¶Ioannes, xxii. Magistro & Fratri hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani.

¶Præmissa tenore duarum constitutionum, dicit quod hospitalarij sancti Ioannis ex statuto, consuetudine, uel priuilegio habẽtes annalia beneficiorum uacantium; percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes si in illis essent residentes.

CAP. IIII.

EXhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quod dudum post constitutionem ª per nos editam, qua specialiter & expresse cauetur, quòd habentes annalia in ecclesiis de consuetudine, priuilegio vel statuto, qui ratione dictorum annaliũ fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscumq. sequentis anni beneficiorum uacantiũ sibi hactenus in totũ uendicauerant, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prętextu cuiusuis priuilegii consuetudinis, uel statuti, quouis modo perciperent: sed ipsius summæ perceptione duntaxat deberent esse contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus illos soliti essent cum integritate percipere, mallent, ipsum habere residuum, & obtinẽtibus beneficia dimittere summam memoratam, quo casu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam constitutionem fecimus, in qua specialiter cauebatur, quòd si huiusmodi beneficiũ obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficiũ existeret, minime residerent, ad debitum seruitium impendendum capitulo eiusdem ecclesię nihil deberet accrescere, cum cessante causa † cessare debeat pariter quod uigebat. Quodq; ex uerbis declarationis huius satis innui uidebatur: quòd fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum uacantium uobis debitorum de prædictis consuetudine, priuilegio, uel statuto, quo ad fructus non residentium in eisdem, qui uobis accrescere debent, nullum adhuc commodum assequi potuistis licet (ut præmittitur) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, ut quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque petitionem uestram iuri consonam æstimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati uestræ prouidere uolentes, præsenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ Ecclesiæ uel beneficii uacantis, cuius annalia in quibus consistunt

† l. adigere. §. quãuis. ff. de iure pat. c. cũ cessante. de app.

Annaliũ perceptio multiplici iure potest cõpetere.

Petitio iuri cõsona exaudiri meretur.

stant, debentur uobis ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiusmodi (si in ecclesia vbi illa consistunt personalem residentiam facerent) deberetur, si non resideāt ibidem vere vel interpretatiue, utpote per speciale priuilegium Apostolicū, uel alias ex causa rationabili ab huiusmodi residentia legitime excusentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accrescat, uobis accrescere debet secundum intentionem, & mentem declaratoriæ memoriæ. Nulli ergo, & cætera, ut supra. Datum Auinione Calen. Martii, Pontifi. nostri anno quinto.

Bñficiatus a residentia facienda qñ que excusatur.

De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Episcopus Caturcen. propter varios excessus per ipsum perpetratos, præsertim quia sedi Apostolicæ, suis subditis & sibiipsi iniuriosus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depositionis sententiam meruit, priuatusque fuit pontificali, sacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt scilicet cognoscamus crimina & excessus, quibus prælatus deponi possit. Facit hoc cap. veritatis, extra de dolo & contu. & cap. ex litteris, & cap. tanta est clauis Petri. de exces. præl. Et nisi antiqui libri hoc capitulum sub titulo, De pœnis, annotauissent, sub titulo, De excessibus prælatorum, positum fuisset.*

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis quæ nostrorum debent esse actuum regula, patenter instruimur, aures nostras subditorum a suis præpositis oppressorum indebite & aggrauatorum iniuste, non obturare clamoribus, sed ipsi ipsas potius compassiuis affectibus inclinare, vt per solertis inquisitionis indaginem clamores huiusmodi opere † completos esse viderimus, liberationis opportunæ remedium solicitis studiis apponamus, pœna nihilominus debita punituri in hac patratorum qualitatem excessuum illicitos oppressores. Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi sui propter duritiam eorum qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum descendit: Et summi templi præposito, qui iuxta nominis interpretationem in uias prauas usq; diuerterat, comminando, sic ait: † Expellam te de statione tua, & de tuo ministerio te deponam. Dudum siquidem fama graui, clamore frequenti & querela flebili subditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi olim Caturcensem episcopum, de multiplicatis excessibus, oppressionibus grauibus, enormibusque criminibus esse reum: nos mala huiusmodi nolentes ante credere, quam probare super illis inquisitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipsius uiso, & examinato processu luculenter inuenimus, quod eius fuerat uitiosus ingressus, cum per ambitionem nimiam, & per abrupta simoniacæ prauitatis ad pontificalem ascendisset honorem. Progressus autem eius (vt execrando conueniret initio) iniuriosus extiterat quo ad tria. Primo videlicet quo ad Apostolicam sedem, cui (licet ipsum honorasset in multis, & tandem ad episcopalis dignitatis apicem promouisset) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad sedem ipsam ab eo uel officialib. eius per subditos oppressos emissis, nedum deferre contemptibiliter renuens, sed eas verbo vilipendens, & facto suis præcipiendo ministris, quod de appellationibus huiusmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contra oppressiones debuerat esse appellatio ipsa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per spoliationem beneficiorum, & alias indebite affligendo multipliciter, non absque uitio ingratitudinis uolans iuramentum fidelitatis ab ipso præstitum dictę sedi: nec ueritus matris Ecclesiæ transgressionē apertam, nonnullis quādoq; per suas patentes litteras de uacaturis mandauit beneficiis prouideri, uias ad uacationem eorum aperiens nimis illicitas & suspectas: perniciosus etiam fuit, & frequens litterarum Apostolicarum abusus. Secundo uero quantum ad subditos erga quos non pii prælati uel pastoris peregit officium, quinimmo tanquam fur improbus, crudelisque tyrannus sub pallio charitatiui subsidii incussis terro-

Gen. 18.

Exod. c. 3.

Esa. 22.

Prælati non debent esse creduli.

Appellatio est remed. ū contra oppressione.

Prælatus erga subditos pastoris officium peragere debet.

terroribus, uiolentijs, & iniuriis illatis, dolosis inductionibus & fraudibus exquisitis veluti recursor iniquus, extorsionib. eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessiuas & ecclesiis importabiles, utpote multiplicatio euictionum numero canonib. †diffinito, interdum per se, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio quandoq; nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandæ cupiditatis affectum, impenso, ad alios quæstus illicitos & damnatos suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curauit. Et cum inuenit subditos suis in hoc reprobandis affectib. non parentes, nec alias ab eis exigere potuit concupita, calumniosas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuersa eis grauamina subdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam aut cõfessos suis priuauit beneficiis, occasionem pro causa confingens, non rationem his, sed tyrannidem potius prosequens personalem. Multa falsa scienter instrumenta dictauit, per suos illa faciens notarios publicari, & ut illis qualem ipse habuerat ad ecclesias præberet ingressum, instituere ei præsentatos, seu institutionis suæ eis concedere litteras sæpius renuit nisi primitus certa sibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis prætextu, nũc vero simpliciter in suis manib. resignata modo iure, (vt prætendebat) ordinario, modo super hoc (ut dicebat) Apostolico munimine indulto, de facto scienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & simoniaca prauitate: subiectas sibi ecclesias occupans earum redditus vsurpauit: & sic in suis fuit corruptus iudicijs processum eorũ & finem in pecuniarium commodum ordinando, quandoque iustificans impium, innoxium iniuste condemnans, sic & alios corrumpere iudices pro obtinenda super oppressionibus inchoatis iniusta uictoria nisus fuit.

† Vide conciliũ Late. sub Alexan. iij. c. 4 Cõcilium Later. sub Ian. iij. c. 33. Concilium Oxoniense. ca. ut singula. & Concilium Triden. sess. 24 de reformat. c. 3.

Tertio, quantum ad se, vt qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset: suæ namque famæ prodigus se periuriis patenter inuoluit, irregularitatisque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus suum fornicando peccans per continuatum in continẽtiæ vitium, quo se dudum foedauerat. pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & foemora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius sic reprehendendi ingressus, sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, ut vitio huiusmodi siue culpis nescius finem imponere & periculosus egressus, cum adeo foret in ipso habituata malitia quod (remanente sibi ad solita facultate) in iniquitatis opere uoluntas sibi deficere minime speraretur.

Propter quod ne prioribus peius committeret, illud solum æstimamus salubre remediũ, vt quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque super præmissis & pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabita diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quippe ob suas iniquitates ne præsit, est abiectus a Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum a Domino, de consilio omnium, & singulorum fratrum ipsorum perpetuæ depositionis sententiam duximus promulgandam: pontificali eum & sacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes, ut ibi committendis cessantibus, agat pœnitentiam de commissis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ promulgationis & condemnationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Auinione xv. Calen. Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

De pœnitentiis, & remissionibus.

¶Bonifacius Octauus.

¶Centesimo quoque anno uisitantibus basilicas Petri & Pauli Apostolorum plenissima peccatorum venia conceditur.

CAP.

ANtiquorum.] ¶ Hæc epistola satis grosse fuit cōposita Et habet sex partes Primo, super remissionibus & indulgentijs cōcessis accedentibus ad Ecclesiam principis Apostolorum de Vrbe fidā antiquorū relationē cōmemorat. Secūdo, § Nos igitur. remissiones & indulgentias hmōi confirmat, approbat & innouat. Tertio, §. Vt autem, accedentibus ad ecclesias beatorū Apostolorum Petri & Pauli de Vrbe, vere pænitentibus & confessis plenissimam indulgentiam peccatorū dat. Quarto, §. Statuentes. quid pro indulgentia prædicta dictis vere pænitentibus & confessis fieri oporteat statuēdo taxat. Quinto, §. vnusquisque tamen. antipophorizat. Sexto, §. Nulli inhibēs præmissa non infringi, vult, vt secus facientes maledictionē incurrant.

† Vide doctores scholasticos lib. 4. sent. dist. 19. 20. & 21. inde.n. fient aperta quæ tradūtur in textu & glossis adde Roffensē contra Lutherū, ar. 17. & aliquot sequētibus.

CAP. I.

ANtiquorū † hēt fida relatio [a], quòd accedētibus ad honorabilem basilicam [b] principis Apostolorum [c] de Vrbe [d], concessæ sunt magnæ remissiones & indulgentiæ peccatorum, [e]

¶ Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutē appetimus & procuramus libētius singulorum huiusmodi remissiones & indulgentias oēs & singulas ratas, & gratas habentes [f], ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocino communimus.

¶ Vt autem beatissimi Petrus & Paulus Apostoli ea amplius honorentur quo ipsorum basilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequētatione magis senserint se refertos [g]: Nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum eius meritis & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter vere pænitentibus & confessis [h]: vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur [i] in huiusmodi præsenti & quoli-

a ¶ Relatio.] ad quam recurrendū est in antiquis, ff. de lega. 3. si chorus. §. 1. extra de prob. c. cum causam.

b ¶ Basilicam.] idest ecclesiā. ext. de relig. dom c. 1. 16. q. 7. omnes basilicæ. Et proprie est domus regia, uel palatium regis, sed modo per translationem dicitur ecclesia, quia est palatium summi regis.

Basilica qd est.

c ¶ Apostolorum.] idest beati Petri, qui primatum habuit, & successores sui in Ecclesia Dei. 21. distin. nouo.

d ¶ De Vrbe.] loquitur vulgariter: nam loquendū est vt plures. arg. extra de transla. epic. inter corporalia. §. sed neque, nam re vera ecclesia sancti Petri non est in Vrbe, sed in ciuitate Leonina, & minus ecclesia sancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd nō est in continentibus ædificiis. Quid autē importet hoc nomen, Vrbis, villa, ciuitas, no. extra. lib. 6. de senten. excommu. si ciuitas.

e ¶ Peccatorum.] idest pœnarum pro peccatis debitarum, sic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

f ¶ Habentes] per hāc ratificationē & cōfirmationem non ratificantur nisi legitima concesse extra lib. 6 de rescrip. si gratiose. §. si extra de elect. dudum 2. § pen.

g ¶ Refertos.] non refectos, quia refectio proprie est corporis, sed refertio est proprie mentis; vnde dic, refertos; idest plenos, bene fartos, obesos seu crassos. Et descendit refertus à refercio, cis, quod componitur de re & farcio cis Ioan. Monachus.

h Et confessis.] qui est vere penitēs & cōfessus, habet veniā culpæ quam solus Deus in contritione remittit q̄ nō datur nisi correcto, extra li. 6. de reg. iur. peccati venia, & pœna æterna debita prō culpa mortali commutatur à Deo in pœnam temporalē. Nam sicut culpa respectu illius in quē cōmissa est, fuit infinita, sic & pœna debet esse infinita, cuius infinitas tollitur p remissionem culpæ Sed quāta remaneat, ignorat minister Dei, qui in pœnitentiæ sacramento aliquam portionē illius pœnæ remittit, vnde minister Dei post præmissa arbitratur de pœna, quam credit superesse ad arbitrium suum, & sic intelligitur, q omnes pænitentiæ sunt arbitrariæ. 16. q. 7. tempora. extra de pænit. & remis. quæsitum. &c. seq. Tanta tamen posset esse cōtritio confitentis, q nedum culpa, sed pena prorsus tolleretur; verum qa hoc est dubium apud homines, minister Dei præsertim vicarius Christi & successor petri istam pœnam certis de causis vt hic, & in voto vltramarino, & quibusdam alijs commutat in certus actus satisfactorios. Sed pone: iste minister minus discrete, seu sine causa legitima taxat: nūqd confessus ad plus tenebitur? Dic q sic vt suppleatur quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. si quis condemnatur, & hoc requirit virtus diuinæ iustitiæ, manet ergo petri iudiciū, vbicunq; ex ipsius æquitate fertur iudicium 24 q. 1. manet. 11. q. 3. tunc vera, est.n sibi cōmissum dispensare 1, id est discrete pensare, non dissipare. ff. de offi proc. Cæsa. l. 1. nec nego, quin sit absolutus, ita q pęna æterna commutata est in temporalem: quia hoc video in eo qui non est minister. extra de ele. dudū 2. Et ibi est absolutus non pp sacrm fidei, sed pp fidem sacramenti: sed indiscretio ministri in hoc se onerantis vel mei confitentis à debita pœna tpali me nō releuat confitentē. Et dic, confessis proposito & facto.

i ¶ Confitebuntur.] facto, sunt tū confessi proposito, aliàs non sunt filij Dei, sed inimici. Tu dic: confitebūtur & proposito & facto. Sed cum opera uiua ad vitā æternam valeant, & mortificata viuificari possint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expressus in mortali peccato factus, possint prodesse ad remissionē pęnarū p peccatis debitarū, licet post laborē hmōi sit vere pænitens & confessus Et notandū 2, quod ad hoc quod indulgētiæ valeant, quattuor principaliter requirūtur, & quintū etiā huic proposito potest addi ratione materiæ. Requiritur enim auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod addi potest, congruitas in tēpore Primo ergo requiritur auctoritas in concedente, quæ typica est, & principaliter residet in summo Pontifice; sicut .n. videmus quod in corpore natu-

Peccati pœna debet esse infinita.

Qualiter intelligatur, q pœnitentiæ sunt arbitrariæ.

1 Dispensarē vnde dicitur,

2 Indulgentiæ vt valeāt quot requisita exigantur vide beatū Th. in qōnibus additis ad 2. par. q. 25. art. 2.

naturali vnicū est caput, in quo positi sunt oēs sensus, sic in corpore mystico quod est Ecclesia, est ponere caput vnū habēs plenitudinē potestatis. Hoc. n. sic esse voluit ordinatio diuina. Et huic cōcordat rō recta: voluit namq. diuina ordinatio, ꝙ ecclesia militans repræsentaret Ecclesiā triumphantē de quib. no. sup. 6. lib. de ele. fundamenta. Vnde Io. in Apocaly. Vidi, inquit, Hierusalē descendentē de cælo: quia Hierusalē terrestris, hoc est Ecclesia militās, exemplificata est & formata ad instar cælestis Hierusalē, q̄ sursum est, quę est mater nostra: videlicet Ecclesiæ triūphātis. Ibi autem ſm beatum Dionysium nouē sunt ordines angelorū sub triplici hierarchia dispositi. Et est ordo sub ordine, & tādem oēs sub vno capite qd est vnus Deus & si ibi velimus amplius ascēdere, inueniemus ꝙ pluralitas diuinarū personarū reducitur ad vnitatē essentiæ, rōnem illius ordinis diuina sapientia in Ecclesia militante voluit exemplari. Vnde. in Iob dr̄: Numquid nosti ordinē cæli & ponis rōnem eius in terra? Si aūt in Ecclesia militāte esset ponere duo capita de pari se habentia, quorū vnum alteri minime subderetur, nō esse rō cælestis ordinis congruenter in ea posita. Sed tūc rō cælestis ordinis proprie & pfecta in terra ponitur, sic cūcti gradus prælatorū & principatuū sub vno capite collocētur, & ei obediāt & subdātur: hmōi aūt est solus Romanus Pōtifex vicarius Christi & successor Petri, cui in hmōi designationē dictū est à Dño, Tu vocaberis Cephas qd interpretaē caput: huic ēt veritati cōcordat rō recta. Nā ſm Proculū, oīs multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſm Philosophū, in vnoquoque genere est reperire vnum primum & supremum, quod est mensura & regula omnium aliorū in illo genere contentorum. Et alibi, Monadem sequitur dyas. Oportet igit ꝙ multitudo hoīum reducatur ad vnum, & in genere hoīum sit reperire vnū hoīem primum, qui sit supremus in illo genere, qui sit mensura & regula oīum aliorū hoīum: hmōi aūt est Romanus Pontifex, qui est inter oēs homines supremus, existēs mensura & regula directiua oīum aliorum cui plene oēs catholici simpliciter sunt subiecti. Ad vltimū aūt intantum se extendit ista subiectio, ꝙ qñ plenitudo gentium intrauerit, vt oīs Israel saluus fiat, sicut dicit Apostolus ad Romanos 11. c. Tūc oēs nationes orbis terrarum huic vnico capiti subiicientur, & obedient. Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Io. Erit vnum ouile, & vnus pastor. Sicut ergo in corpore materiali est ponere caput vnū, in quo sunt oēs sensus, seu plenitudo sentiendi: sic in Ecclesia militante (ne sit tamquam corpus monstruosum si duo haberet capita) est tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pontificē, in quo est plenitudo ptātis, & auctoritatis, q̄ si quidem ptātē contulit ei Dominus qñ beato Petro dixit, Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatū &c. & quodcunq. solueris, &c. Ipse aūt Romanus Pontifex est qui concessit istam indulgentiam, & in ipso (vt iam ostensum est) plenitudo residet ptātis. Et sic patet primum, videlicet, ꝙ est auctoritas in cōcedente. Scdm est idoneitas in recipiēte. Nā secūdum Philosophum actus actiuorum sunt in patiente disposito. Nā thesaurus Ecclesiæ non applicatur nisi ei qui est membrum Ecclesiæ. 11 q. 3. nihil sic debet. 23. q. 4. si quis à catholica. Et certū est ꝙ remanēte culpa nō remittitur pœna, quia secundū Aug. nō dimittit Deus dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Si aūt manēte culpa remitteretur pœna, esset dedecus culpæ sine decore iustitiæ, & sic esset aliquid inordinatum in vniuersa: quod diuina sapientia non permittit. arg. in au th. de hæred. & falc. § inordinatū. coll. 1. Oportet ergo ꝙ capax indulgentiæ sit purgatus à culpa, quod fit in contritione, ille ergo est habilis indulgentiam recipere, qui est vere pænitēs & confessus. Et hoc tāgitur in forma indulgentię, cum dr̄ ꝙ vere pænitentibus & cōfessis hæc indulgentia sit concessa, non aliis arg. C de ex quibus caus. infam. irrog. l. si ... cum allegatis. li. 12. extra de appe. pastoralis.

Hierusalem est & terrestris & cælestis.

Cephas dicitur caput.

Indulgentia solis donatis cōceditur.

1 Al. pudore.

in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc est honor Dei & exaltatio fidei: in omni. n. concessione indulgentiarum ecclesiasticarum finaliter dēt attendi, vt p hoc Deus honoretur, & fides exaltet catholica. Quartum est vtilitas in opere, hoc est, ꝙ opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, sit vtile & ordinabile ad finem prædictum, s. ad honorē Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum est, ꝙ in cōcessione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, sed genus operis: indulgentia n principaliter respicit gratiam, non meritum, aliàs non diceretur indulgentia. Si n. quis ostendisset regem vel principem, ita ꝙ pp offensam hmōi mereretur ſm legem patriæ manu vel pede truncari, & vt liberaretur a tali pœna, quam meruit, offerret principi duo vel tria millia florenorum, talis liberatio remissio dici non mereretur, sed potius redemptio & quædam commutatio. arg. ff de contrahen. empt. l. 1. Si autē rex condonaret ei pęnam hmōi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret; tunc talis liberatio remissio vocaretur: ergo indulgentiæ ecclesiasticæ principaliter respiciūt gratiam, nō meritum: meritū dico proprium, respiciunt tamen meritum alienum, s. meritum Christi, immo super illud fundantur, & ex illo sumuntur. Passio nāque Christi excessiua fuit, vnde & excessus vocatur in Luca: vbi dr̄ quod in transfiguratione Christi apparuerunt Moyses & Helias cum eo, & dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem, vnica enim gutta sanguinis tam pretiosi sufficisset pro redēptione totius mundi. Nam pp coniunctionem humanitatis cum diuinitate quantulacunq. passio Christi, perpessa pro redemptione nostra, habebat pretium infinitum. Noluit aūt Christus quod excessus iste frustra fuisset, & ꝙ de nihilo nobis seruiret: sed voluit ꝙ esset thesaurus ecclesiæ per suum vicarium Romanū Pontificem pro fidelibus loco & tempore dispensandus, dispensatur aūt cum eis, cum indulgentiæ conceduntur. Nam pp vnionem capitis & mēbrorum, meritum capitis attribuitur & applicatur membris, & quia sic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur à pęna, ideo quantum ad ipsos liberatio dr̄ remissio, seu indulgentia, licet quo ad Christum qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copiosa. vnde in Psal. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eū redemptio. Nec est timendū seu phantastice optandum, ꝙ per talē dispensationem thesauri, q̄ fit in collationē indulgentiarum, præfatus thesaurus in aliquo minuatur: Nā si oēs catholici vtriusque sexus per vniuersum orbem dispersi, in hoc anno centesimo pro hac indulgentia obtinenda uenirent ad vrbē, & perfecte præfatā indulgentiam obtinerent, tota oīum indulgentia in minori portione se haberet, ad thesaurum, ex quo sumitur, quām sit proportio vnius guttæ aquæ ad totum oceanum, vel vnius grani milii ad montem sancti Bernardi: quia finiti ad finitum est proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: pp infinitatem n. suam præfatus thesaurus ex dispensatione sua non diminuitur, nec decrescit. Versus.

Mille licet sumant, deperit inde nihil.

Quia indulgentiæ respiciunt principaliter gratiam, non meritum proprium: ideo in indulgentiis conferēdis non attenditur principaliter quantitas operis, vñ in præsenti indulgentia, Romanis, qui visitando Apostolorū basilicas satis parum laborant, plenissima concedit indulgentia, sicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hispaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus & expensis. attenditur ergo in istis indulgētiis conferendis principaliter nō quātitas operis, sed genus operis, hoc est dictū, ꝙ opus ꝙ pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, sit opus tale, quod ordinetur ad finem prętactum in collatione indulgentiarū intentū, qui est videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatus Ecclesię in vrbe existens. Peregrinatio vero ad præfata, beatorum Apostolorum

Indulgentiæ est cōcedēda in honorem Dei & exaltationem fidei.

Remissio differt à redemptione.

Indulgētiæ per Christi meritum fundatur.

Thesaurus Ecclesiæ per dispensationem eius nō minuitur.

Indulgētia tanta conceditur Romanis quanta venientibus à remotis.

stolorũ basilicas, ad honorẽ Dei, & exaltationẽ fidei, vt plurimũ ordinatur: per hoc enim ꝙ ex tali peregrinatione sancti Apostoli honorãtur, Deus in ipsis se reputat honorari. ipsi enim pro Christi honore conseruando & dilatãdo, seipsos exposuerũt suppliciis in uita pariter & in morte: ipse autem Dominus se honorantes honorare decreuit, unde dicit in 1. li. Regum 2. c. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autẽ contemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicum exaltatur, eo ꝙ ex omnibus Christianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, ad basilicam uidelicet sancti Petri. Nũc cernit apertissime beatus Petrus orationem illam exauditam, quam Christus ad patrem suum fudit pro eo dicens. Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, videt enim ꝙ vndique cateruatim ruunt fideles populi ad ipsius basilicam, fidem catholicã ꝓfitentes, vñ fit uidelicet ꝙ eius fides secundũ Christi rogationem non deficit, sed magis ꝓficit man festissimis incrementis. Num uerum esse poterat ꝙ Bernardus dicit. An nõ limina Apostolorũ magis ambitio q̃ deuotio territ, sed nunc econtrario potest dici, ꝙ deuotio, non ambitio limina Apostolorũ territ, & eorum basilicas frequẽtat, seu frequentare facit. O quantum credendũ est beatissimos Apostolos exultare, cernentes suas basilicas a populo Christiano cũ intẽso feruore fidei populosius & frequentius q̃ solerent, & vigente deuotione populi accedentiũ ordine non seruato, impetuosius frequẽtari non fuit a dieb. antiquis tanta deuotio, nec tãtus fidei feruor in populo Christiano, ex quo gaudent nõ soli Apostoli, sed totus etiam cœlestis exercitus & confunditur diabolus & angeli eius Sic igitur patet veritas & soliditas hmõi indulgentiæ, in quam sic excellẽtissime confluũt quatuor causæ prædictæ: quæ ad hoc ꝙ indulgentiæ ualeãt principaliter requiruntur. Quintũ quod põt adiici, est congruitas ex tẽpore concessa: est enim hæc indulgentia in tempore congruo, uidelicet in anno Iubileo In Leuitico liquidem legitur, ꝙ annus quinquagesimus erat Iubileus, in quo scđm legis p̃ceptum clangebant tunc tubis, & remittebantur peccata: hic legalis Iubileus typicus erat, & uerũ Iubileũ, qui in aduentu Christi sumpsit initium, figurabat. Ad hoc enim Christus venit, vt remissionem & indulgentiam p̃dicaret spiritualium debitorũ, uidelicet peccatorum, vñ ipse p Esaiam dicit Esa. 61 c Spiritus Dñi super me: eo ꝙ vnxerit me, ad Euangelizandum pauperibus misit me. Et sequitur: ut prædicarem captiuis indulgentiam Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgẽtia siue remissio debitorum. Et in exordio prædicationis suæ sic orsus est. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, in quo uerbo, forma & efficacia præsentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia solis pœnitentib. & confessis conceditur, & eis regnum cœlorum propinquissimum esse facit. Et q̃a Christus in ortu suo secundum communem cursum humanæ naturæ fari non poterat, ideo in iubileo isto clangentes præmisit, ut dr̃ in Luca secundo c. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicẽtium Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, &c Quamdiu enim est in peccato aliquis, non est ei pax cum Deo, quia scđm Esaiam. c. 48. Non est pax impiis, dicit Dominus, remissa culpa remanente pœnę debito nondum est pax perfecta, sed vtroque remisso plenissime pax hominib habetur cũ Deo, quod per istam indulgentiam obtinetur. A natiuitate igitur Domini nostri Iesu Christi, in qua uerus Iubileus incœpit, quilibet sequens annus quinquagesimus vocari potest rectissime Iubileus. Quod aũt summus Pontifex non in anno quinquagesimo, sed in cẽtesimo indulgentiam istã cõcederet (sicut ego ex ore ipsius audiui) duplex rõ mouit eum primo. quia vulgatum est ꝙ talis indulgentia in annis centesimis a natiuitate Christi olim concedi solebat Et quiã, ut dicit cõmentator, Sermo q̃ diffamatur ab omnib ñ est oĩno

Fides petri nõ deficiet.

Annus Iubileus typicus uerũ Iubileũ figurauit.

Pax non est impii.

Anus Iubileus nõ sine cã fuit centesimo quoq; anno.

falsus. Et quia istud sic publice famatũ erat & uulgatum, noluit summus põtifex ꝙ hoc anno cẽtesimo in tp̃e sui regiminis sed in cursum temporis accedẽte, populus Christianus hoc munere frustraretur. Alia causa fuit, quia ob fauorem indulgentiæ transmarinæ, q̃ similis huic extitit, hanc indulgentiam, non in anno quinquagesimo, quia frequẽter euenit: sed in hoc cẽtesimo concedere voluit: & deinceps in quolibet anno cẽtesimo secuturo; eo ꝙ periodus humanę uitę annũ cẽtesimũ (nisi in paucissimis) non trãscendit Ad hoc ẽt adduci pñt alię congruentię, ex quib. sequentes assumo. Prima est, quia p istam indulgentiam, quæ uere pœnitentib. & confessis conceditur, duplex indulgentia, culpę videlicet & pęnę habetur, & ideo congrue non in quinquagesimo, qui simplicem remissionem denotat, sed in centesimo conceditur, qui dupli em cõtinet iubileum. Secunda congruentia est, quia secundũ Bedã & Hieronymum numerus centesimus transit a leua ad dexteram, sicut etiam dicit gl. super il'ud de parabola seminis: Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum, aliud quidem tricesimum, aliud sexagesimum aliud centesimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc sæculo purgatus a culpa, sed nõ liberatus a pœna, non transit a leua ad dexterã, sed ad pœna p̃sentis transit ad pœnã purgatorii seu quando migrat liberatus a culpa & pœna trãsit a leua ad dexteram Et quia p̃sens indulgẽtia sic disponit hominem, ut si pęna ad empta decedat, transeat absque medio a leua p̃sentis aduersitatis ad dexteram æternæ fœlicitatis, & ideirco in anno centesimo cõgrue cõceditur, q quidem centesimus est numerus transiens a leua ad dexteram, sicut dixi. Tertia, quoniam ille Iubileus de quo agit Leuit. 25. redire faciebat temporalia, sed iste spiritualia, & ideo non est mirum si duplicetur tempus Quarta, hæc indulgentia plenissima p numerum magis perfectum, vt est centenarius, debuit designari: pro tanto, quia usq; ad ipsum fit ascensus per continuã adiectionem vnitatis ad p̃cedentem numerum: & vltra ipsum tali modo non procedit, sed fit egressus ad principium numeri, ad unitatem. Et ulterius tali modo vsque ad aliũ centenarium fit processu, quod non est in aliquo alio numero. Quinta, quadragesimus est numerus abundans, reddens in sua abũdantia quinquagesimam Et est duplex quadragesima: vna deletiua mali, ut vulgaris; alia operatiua boni vt illa q̃ est inter pascha & Ascensionẽ Dñi: & p has duas quadragesimas hõs grãm in duabus quinquagesimis abũdat. Et p hanc in centesimo abundanter in gloria crescit Et dic arg. ꝙ ille textus nõ dat liberationem puram, sed sub conditione & qñ aliquid est concessum sub conditione, non respicit tempus ipsius concessionis, sed conditionis existẽtis, ff de cond. & dem. l cum qui, & ibi not. ff de leg 2 le. non oportet, & ideo in hac concessione respiciã non tempus concessionis ipsius, sed conditionis existẽtis. Et ꝙ hic sit conditio, liquet sic: quia hæc dictio, qui, iuncta cum verbo futuri temporis, condõnem importat, ff. de le. 1. l. Stichuum. ff. de auro & ar. le. Quintus. Et tunc ad ar. hic non consequit quis indulgẽtiam ex operib. mortuis, vt concludit arg. sed ex existentia cõditionis, vt est ostensum: vñ cõsiderato opere, quod est virtuosum de genere, & ab agente fit pia, & recta intentionis scđm dictamen rectæ rationis, quo ad bonum homo naturaliter inclinatur: tale opus p̃t dici aliquo modo viuũ & meritorium, licet non perfecte saltem merito cõgrui, licet nõ merito cõdigni. Et p tali opere dari põt indulgentia, cum fuerit dispositus p pœnitentiam subsequentem. Sed ponamus q̃d Papa alicui existenti in gratia concedat indulgentiam sine cã rationabili non facienti opus bonum, pro quo esset indulgentia merito concedenda, quæritur, utrum ualeat? Vr̃ ꝙ sic: quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec hẽt superiorem, quem sequi debeat, & a quo debeat regulari, ergo si det sibi indulgentiam, tenet: & ſvalet ei cui datur, quia capax est; sed papa qui oĩa & gra-

Vitæ humanę periodus cẽtũ annos nõ trãscẽdit. nisi in paucissimis.

Numerus cẽtenarius est perfectus.

Quadragesima ẽ duplex.

Indulgentia alicui cõcessa sine cã an valeat.

præcipue maiora agere dēt cum discretione & secundum iudicium rectæ rationis, peccata sit in concedende. Sed dicendum ꝙ liceat papa hēat plenitudinē ptātis quantum ad omnia bona ecclesiastica, temporalia & spiritualia, non habet tñ illam vt dominus, sed ut minister & dispensator domini principalis: tñ licet ñ habeat superiorem in terris, cum tamē hēt in cælis. Et iō dispensatio talium bonorum ab eo non dēt fieri, nisi in illis casib. in quib. uerisimiliter apparet, qđ dominus, cuius sunt huiusmodi bona, consensum adhiberet ut potestas super ratione restringatur. 12. q. 3. illa. constat autem ꝙ Deo non placet, ꝙ tanta bona sua sine cā rationabili concedantur: & iō talis concessio nō valet. Quamuis ergo ille, qui est uerus dñs alicuius rei si illam dēt alicui sine causa rationabili, potest tenere talis donatio, quia fit de consensu dñi: non meretur tamen donans, nec agit fructuose, sed potius peccat: quia cum quilibet ea quæ agit, teneaẗ agere scdm iudicium rectę rōnis: & qui sic agit, fructuose agit & meret, oportet ꝙ quicunq; agit contra iudicium rectæ rōnis, peccet. Item quæritur, quidam in bono statu fecit partem illorum dierum, & ante completionē labitur in mortale peccatum: & tandem illis dieb. completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiam? Dic ꝙ non, quia dicta uerba respiciunt peccata commissa, non committenda. Nam indulgētia ista completa dat remissionem pęnæ, si adsit uera confessio & pnīa intra hunc annum, quib remittitur culpa affectiue ꝑ solum Deum, sacramentaliter ꝑ sacramentum pnīæ & ministerialiter per ministerium debitum ecclesiæ, & indultum non respicit futuras pœnas, sed præteritas, argu. extra de consue. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta commutat pœnas omnium peccatorum alias debitas in hunc laborē, & sic hæc indulgentia non respicit culpas commissas post iter peregrinationis arreptum, sed ante. Secus dicerem in tali casu: Confiteor in spāli quæcūq; scio, & in generali de aliis: dolens super eo, ꝙ alia quæ commisi nescio reminisci tandem sum memor unius peccati grauis: iste (ut habetur 4 sententiarum) de isto peccato potest habere purgationem post mortem: quod non esset, si non esset vere confessus: & sic vera cōfessio hoc casu tollit pęnam. Nec obstat ꝙ sciens & memorans de peccato illud tenetur confiteri: ergo non est plene confessus. Dic qđ peccatum est remissum: sed fit iterato confessio spālis ne uideatur contemptus: nam postquam scit, nec confiteatur: ex suo contemptu nouo ligatur extra de sente. excom per tuas, §, nos igitur. vnde sicut uere cōtritus hēt remissionem culpæ, hñs propositum cōfitendi postea: & si non confiteatur cum potest, peccat, sic confiteos in genere de neglectis, & postmodum reminiscēs tenetur ad confessionē: primo tñ erat remissio culpæ: & per consequens pœnæ per hanc indulgentiam. Item quæro. Aliquis fuit vere penitēs & confessus añ istam indulgentiam & multa fuerunt sibi iniuncta nec loquo de iniunctis tangentib. partem, ut in furto qui hoc hac indulgentia no remittitur. Nam licet Deus ꝑ ueram contritionem & confessionem dimittat peccatum; damnum tñ vel iniuriam illatum seu illatam homini non dimittit. Sic. n. Deus & quilibet alius gratiā dēt facere, ut ius alterius non absorbeat, ar. C. de emāci li. nec auos, ff ne quid in lo. pu l. 2. §. si quis a principe. nunquid illa iniuncta tollentur per istam indulgentiam? Et vr̃ ꝙ sic: Ponamus ꝙ iste non fuisset cōfessus ante istam indulgentiam: constat ꝙ ꝑ istam indulgentiam omnia fuissent ablata: & cōstat ꝙ iste tantum ex peccando fuit fatuus, sed in alio casu confitendo fuit sapiens: & fatuus non dēt esse melioris cōdōnis q̄ peritus, ff. quod ui aut clam. l. seruus, extra li. 6. de ṗb. cum qui. Cum igitur secūdo casu pœna tollatur, multo magis & primo. Item hic remanet pœna pro peccato: ergo illa tollitur ꝑ indulgentiam, quæ est plenissima, vt hic dicit: quæ plenissima non pōt dici quo ad cordis contritionē, nec oris confessionem, qui hic supponuntur: ergo erit plenissima quo ad satisfactionem. Item in particularib. indulgētiis fit in tanto: ergo in plena, vt est hic, fiet remissio in toto, ar. ff. de rei vend. l. quæ de tota. Sed contra: spālis obligatio ꝑ gñalem absolutionē nō tollitur, cū ligatio, & solutio sibi inuicem rñdere dēant, extra de pœnit. & remis. c. 1. ergo iste confessus spāliter se ligans, non soluet eius obligationē ꝑ solutionē generalem non facientem mētionē de spāli obligatione, extra, 6. lib. de const. c. 1. extra deci. ca. ex multiplici, ff. de ver. obl. l. doli clausula ff. de pœnis, le. sanctio, & est ratio. ex quo enim iste confitens specialiter sibi prouidet: generalis prouisio prouidet, & prouiso non prouidetur, C. de pac. conuent. tam super dote quam dona. propter nup. l. ult. unde papa hoc hic non exprimens pœnitentiam iam iniunctam & acceptam non sustulit: nec dico quin papa remittere potuerit: sed non sustulit quod non expressit. Item vt apparet ex hoc textu, qui sunt, uel qui erunt intra centesimum annum vere pœnitentes & confessi: habent hanc indulgentiam, facientes quod inf sequitur: & sic non claudūtur confessi ante hanc indulgentiam, alias bene fuit dispensatum. Item dato ꝙ non essent verba illa, oībus in ṗsenti anno, &c. adhuc idem vr̃ ꝙ verbū, uere pœnitentes & confessi, nō importat qui fuerant, sed q̄ sunt dumtaxat: nisi forte ex admisto 1, vt in hoc sophismate, album fuit disputandū disputent artistę. Sed ad hoc vltimum pōt rñderi, ista non hr̃e locum vbi adiectiuū nō respicit certum tp̄s, ut cum dr̃ homo albus. Nā inter adiectiuum tale & substantiuū, intelligitur q̄ est, secūdum Priscianum, sed secus in adiectiuo tp̄s discernēte, ut in verbo, confessus, quod est præteriti temporis, & actus in eo designatus est præteritus, sed terminus adhuc potest esse ṗsens uel iam pręteritus. Et ideo in suppletione ṗteriti, deponentes, vel passiui, ponitur q̄ est, uel qui fuit, vnde si fui confessus ante hāc indulgentiam, si remansi in gratia, est ueritas ꝙ sum confessus, i. remaneo in illa uera cōtritione, & dato ꝙ labar in peccatum, & postea uere confitear, adhuc illa confessio prima vere remanet, & opere prima reuiuiscūt. Item datur particularis indulgentia uere pœnitentib. & confessis, pone unius anni: si non daretur nisi illis, q̄ sunt actu in confitendo, ridiculum esset, ergo extēdetur ad illos qui confessi sunt: Et papa declarauit cōsistorialiter, ꝙ pnīæ ante iniunctæ ēt tolluntur ꝑ commutationem operis satisfactorii hic positi. Dixit ēt ꝙ vota (excepto Hierosolymitano, & ingressu religionis) tolluntur ꝑ hanc indulgentiam. Et ego dixi hoc verum de uotis, quæ essent ṗp commutationem pñiæ, vel essent imposita in satisfactionem peccatorum. Secus videbatur de uotis hec non respicientibus: v. g. Aliquis existens in periculo maris, vouit ire ad sanctum Iacobum, uel existens infirmus, unde tale uotum cū non sit propter pœnam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam satisfactoriam de pœnis peccatorum? Respondit tamen mihi papa qđ etiam vult hoc totum tolli ꝑ hāc indulgentiam: quod potest papa, licet uerba indulgētiæ hoc non patiantur: & est secus cū peccatum uel uotum tāgit tertium: quia hoc non tollitur per hanc indulgentiam, sed quando proponitur sanctū, hoc est ordinatū in Deum: vnde tale uotum per hanc indulgentiam tollitur. Declarauit etiā quod sui pœnitētiārii nihil debent iniungere ultra iniunctionem hic positam: alias (vt dicebat) indulgentia frustraretur. nisi confitens volens facere opera supererogationis, voluntarie, pñiam satisfactoriam aliam ab hac taxata reciperet: nisi ad aliū finem iniungeretur: v. g. Pœnitentia nedum est ad remissionem pœnarum pro commissis & omissis debitarum, sed ad cautelam futurorū: & quo ad istud forsan potest pœnitentia iniungi. Item quæro, monachus ab abbas humiliter requirit, ut ueniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirenda. Quæritur, an abbas iuste possit hanc licentiam sibi concedere? Et vr̃ q̄ sic, nam monachus pro utilitate monasterii recede-

Indulgentia anni Iubilei per culpam sequentem impeditur.

Pnīa ꝑ peccatis iniuncta añ indulgētiam ꝑ illam an tollatur.

Stultus non dēt esse melioris condōnis q̄ sapiēs.

1 Al. adiuncto.

Vota an tollātur per indulgentiam anni Iubilei

1 Monachus an possit ab abbate licētiari, ut eat ad annum Iubileum.

cedere potest abbate imperante, ext. de post, ca. ex parte, 16. q. 1. monachi, 2. Contra uouens uotũ peregrinationis celeberrimæ, & tandem religionẽ intrans, non uſ fractor uoti: quia illud in melius cõmutat, extra de uo. & uo. red. scripturæ, ext. de iureiu. peruenit 2. ergo melius est uouere religionẽ & prosequi, ꝙ prosequi dictã indulgentiã: ergo cum abbas de meliori debet prospicere monacho suo, dictam licẽtiam ꝑꝑ maius bonũ admittendum concedere non dẽt. Respõdeo ꝙ potest, vt concludit prima ratio & eo efficacius recipit indulgentiam, quo magis est dispositus interius per virtuosa exercitia religionis. Ad argu. in oppositum dicẽdum est, ꝙ actus peregrinãdi compatitur secum omnia illa quæ sunt essentialia religionis: & ideo cum utrumque religio & peregrinatio sit quid bonũ, necesse est, ꝙ ambo simul sint maius bonum quam alterum tantum, s. obseruantiam religionis tantum: quia omne totum est maius sua parte, & ideo ambo simul tamquam maius bonum, magis disponunt ad gratiam suscipiendam & bonum indulgentiarum. Ratio aũt in oppositum procedit, ac si obseruantia religionis & peregrinationis essent inuicẽ incompatibiles, ꝙ non est uerum, & facit 20. q. 4. monachum, §. fi. Sed contra, monachatus omnem maculã abstergit. auth. de mo. in princ. colla. 1. & abstersum facit crescere in opera uirtuosa, sed per indulgentiã prædictam nõ habetur nisi primum: ergo monachatus melior. Sol. cum per tramites cões proceditur, bene arguis sed in hac indulgentia proceditur per semitam cõpendii, ut est præmissum. Sed quæro, aliquis uere pœnitẽs & confessus inchoauerat hmõi indulgentiam, & firmiter proponebat eam perficere, sed infirmitate superueniente mortuus est, nunquid debet hmõi indulgentia gaudere, ac si eam perfecisset? Vſ ꝙ non: quia hæc cõcessio non est pura, sed conditionalis, ut superius est probatum in gl. super uer. confitebuntur, quæ conditio vſ defecisse, ut arg ff. de cond. & dem. l. qui hęredi. §. fi. Contra uſ fauore indulgentiæ, quæ animam liberat a pęna, sicut seruus cui legata est libertas, si per certum tempus seruiret, libertatem consequitur, licet per aduersam fortunam fuerit impeditus seruire, ff. de statu. li. l. cum hæres, §. Stichus i. C. de con. inser. l. fi. Dic, aut infirmus uiuit usque ad tps ꝙ peregrinari debuit, & sic uſ liberatus, ut d. §. Stichus, aut non, & tunc nõ est liberatus. Et est ratio: quia concessio indulgentiarum nedum est sub condõne, vt est dictum, concepta, sed in diem, unde oportet utrumque subesse, quia per infirmitatem non dẽt plus consequi, quam si in ueritate q̃ dictam indulgentiam perfecisset, ut d. l. cum hæres, §. seruire, & §. Stichus, & eo. ti. l. si hæreditas, 1. respõ. ff. de uer. ob. l. in illa stipulatione, & l. insulam, ext. de ele. 6. lib. commissa. 1. rñ. Quicquid sit de iure, papa declarauit quod illi qui inceperunt uenire, licet non peruenerint, morte uel alio legitimo impedimento detenti, uel si uenerint, nec compleuerint, habeant hanc indulgentiam: Item quæro, cui sufficit hoc casu confiteri ẽt iis quę sedis Apostolicæ uel epis reseruantur? Et uſ ꝙ simplici sacerdoti: quia longe maiorem iniunctionem simplex sacerdos potest facere, quã sit pęna contenta. Contra dic quia confitens eget discreto confessore nedum ꝑꝑ pænitentiam sibi iniungendam, ut arguis, sed ẽt ꝑꝑ confitentis directionem, quæ melius fiet per maiorem quã per minorem. Nam sicut in foro iudici

Indulgentia plenaria an cõcedaſ illi q peregrinationẽ re qui sitã morte ꝑ uẽtus imple re ñ po tuit.

Rñsio vera ad quæstionem.

Cõfessor discretus est valde utilis.

bet centesimo secuturo annis, non solum plenam & largiorem, immo plenissimam [a] omnium suorum concedemus, & concedimus [b] ueniam peccatorum.[c] Statuentes, [d] vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ a nobis concessę fieri participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis [e] seu interpolatis, [f] & saltem semel in die: [g] Si uero peregrini [k] fuerint, aut forenses, [i] simili [k] modo dieb. xv. ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, [l] qui basilicas ipsas amplius, & deuotius fre-

maiores causæ requirũt maiores iudices, ext. de app. vt debitus, in fine ext. de bap. maiores, in prin. sic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirunt, nec est verisimile, ꝙ papa uno uerbo gradus confitentiũ uoluerit absorbere. ext. de elec. ecclesia uestra 2 §. denique, C. de inoffi. testam. l. si quando, in prin. Est enim ordo ecclesiasticus iste: quia est summus sacerdos ut papa, & magnus sacerdos, ut episcopus, & est sacerdos, ut curatus, & isti in republica clericorum fundant intentionem suã de iure cõi, summus sacerdos in omnibus, magnus sacerdos, & sacerdos in suis territoriis, 21. di. in nouo, ext. de prob. cum causam, extra de paro. & alie. parochia, c. significauit, & c super eo. Nec prosequor quid cuique istorum competat, & de hoc no c. super cathedram, edito post publicationem sexti li. Nec dico confitendum discretioni ex pręcepto seu necessitate, sed ex consilio, seu congruitate.

a ¶ Plenissimam] sed quomodo ista compatiuntur, plenam, largiorem, & plenissimam? Dico papam interpretatum fuisse in consistorio me præsente hanc indulgẽtiam adeo plenam, prout clauium potestas se extendit. quod intelligo prout uerba patiuntur.

b ¶ Veniam] quot modis dicitur uenia, no. ext. lib. 6. de reg. iur. peccati.

c ¶ Peccatorum] i. pœnarum pro peccatis debitarum, ut sup. eo. c. 1. resp.

d Statuentes] concessit, sup. eo. § prox. nunc statuit qui & quando erunt participes huiusmodi indulgentiæ.

e ¶ Continuis] ut quia successiue triginta dies complent sine interruptione, unde continuum est uicinum sine interpositione: qua simul teneatur.

f ¶ Interpolatis.] per unum. l. ab inter, & polus, unde interpolare est obscurare & interrumpere, ut hic, ubi quis quia fuit prima feria, & interpolate fuit, idest interrupit, quia in secunda feria non iuit, sed tertia.

g ¶ Et saltem semel in die.] hæc uerba papa in consistorio sic est interpretatus cum præcedentib. ut continuatio, sed interpolatio etiam prosit., si sit semel facta in die in una dictarum basilicarum uerbi gratia. Semel in die uado ad utramque basilicam, & sic est cõtinuatio quo ad illam diem, siue sit continuatio siue interpolatio quo ad dies præcedentes. posset etiam esse interpolatio ut semel in die uadam ad sanctum petrum dũtaxat & alia die continue seu interpolate ad sanctũ paulũ dũtaxat, & tũc istæ duę itinerationes erũt ꝓ una die.

h ¶ Peregrini.] de quibus habetur extra de peregrin. c. uno, & extra de cleri. per totum.

i ¶ Forenses.] idest, qui uenientes de foris nõ uenerũt cã peregrinationis, uidentes tñ hanc indulgẽtiam cõsequuntur eandem. Quid de curialibus existentib. in curia Papali? Rñdet Sixtus papa, illos facere dẽre, xxx. dies Et est ratio, quia isti uere peregrinantur, nec uenissent forenses, sed vt moraturi in curia accedunt, ut Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum sui recessus ignorãt, cum legem Papæ imponere nequeant, ut causæ eorum finem accipiant extra de appel. ex insinuatione.

K ¶ Simili] s. dieb. cõtinuis seu interpolatis & saltem semel in die, unde similis modus est utrobique licet terminus ex una parte sit recisior.

l ¶ Consequet.] aliqua sequet. Sed quomodo hoc põt esse cũ ibi hẽant plenissimã indulgẽtiã, su. c §. ut aũt. in

Interpolatio qu d ſit.

Curiales cũ nõ sint peregrinãtes, an possint indul gentias mereri.

quētabit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ confirmationis,[a] approbationis innouationis, concessionis [b] & constitutionis[c] in fringere,[d] &c. Datū Romæ apud sanctū Petrum viij. Calen. Martii Pontific. nostri anno sexto.

¶ Clemens sextus archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis.

¶ *Annus iubileus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnib. veræ pænitentibus & confessis visitantibus basilicas beatorum Petri & Pauli, per istā extrauagātem ad annum quinquagesimum reducitur.*

CAP. II.

Vnigenitus Dei filius de sinu patris in uterū dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substantiam diuinitati suæ, in suppositi vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens, ut haberet vnde hominē lapsum redimeret, & pro eo satis faceret Deo patri. Vbi. n. venit plenitudo tēporis † misit Deus filium suum factum sub lege, natū ex muliere, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque factus † nobis a Deo sapiētia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, nō per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium † sanguinē introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Non .n. † corruptibilib. auro & argēto, sed sui ipsius agni icōtaminati & immaculati pretioso sanguine nos redemit: quē in ara crucis innocēs immolatus, non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redēptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam proflu uium noscitur effudisse: ita ut a planta † pedis vsque ad verticem capitis, nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, ut nec superuacua, inanis, aut superflua,

Indulgētia an possit obtineri maior per unā q̄ per aliam.

in si cū superlatiuus dicat qualitatē intēsam in termino, ultra quē nō cōtingit progredi, & cōparatiuus eādē qualitatē dicat extēsam, tū circa terminū, & positiuus eandē significat absolute. Sol. ingredi aulā gloriæ recipit plus & minus. Nā si quis est in gratia per verā cōfessionē & verā pænitētiā, & est sine obligatione ad pænā, per hāc indulgentiam eo sic mortuo statim euolat, & sic hēt statim plenissimā indulgentiā quantū ad ingressum domus cælestis; verū si ille idem cū prędictis se ornasset, credo deuotius & efficacius tunc ingrederetur domum regni cælesti melius intensiue, qa ut habetur in Ioan. In domo patris mei mansiones multæ sunt, vnde dicit gl. ille patris, dispositi pro dignitate meriti, vnde dic q̄ cōsequi efficacius pōt referri ad fructum, quē quis ex indulgētia cōsequit, sic uidelicet q̄ maioris pænæ remissionē obtineat. Et sic uerba prædicta nō possunt hēre ueritatem, quia superlatiuus gradus qui per superabundantiā dr̄, oīum graduū consummationem includit. Item ista indulgentia per quam sinuosalis culpę remissio & totius pænæ, in quadā priuatione seu negatione cōsistit, in priuatione aūt & negatione non inuenit magis & minus. Vnde qa ingredi in regnū cęlorū inquantū includit adeptionem gloriæ, est quid positiuum, & in quo inuenit magis & minus, pōt dici q̄ aliquis efficaci' & pfecti' pōt ingredi regnum cęlorum. itē hoc aduerbiū, efficacius, pōt referri ad medium per quod aliquis meretur illud pp̄ qđ hmōi indulgentiam cōsequatur, qđ est opus operatu & deuotio operantis, hc uidelicet intelligendo, qđ agens ad hoc qđ indulgentiæ fructū determinatū inde cōsequat efficacius, agit ad hoc q̄ illū valeat obtinere, quia si ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus verū fructu indulgentiæ consequeretur. Cum aūt plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum est de se, sint efficaciora ad aliquid promerēdum, quāto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictę peregrinationis, tāto efficacius fructum dictę peregrinationis consequitur.

a ¶ Nostræ cōfirmationis] approbatę, s. eo. §. nos igit.
b ¶ Concessionis.] su. eo. §. ut autem.
c ¶ Constitutioni.] sup eo §. statuentes.
d ¶ Infringere.] vel ei ausu temerario cōtraire, Et hoc anno M.ccc. qui incipit a Natiuitate Dn̄i scđm usum Ecclesiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiā plenam ter in anno: primo die Iouis sancta his qui principaliter venerāt pp̄ hāc indulgētiā, ēt si nō fuissent ad basilicas dictorū Apostolorū nisi semel. Et die dedicationis basilicarum dictorū Apostolorū, q̄ est dies octaua post festū beati Martini hyemalis. Et die Natiuitas seq. Io Mon. Card.

ADDITIO. Adde q̄dā notanda in simili indulgentia plenaria cōcessa crucem assumentibus contra infideles: examinata per Io. Andr. in nouella, in c. ad liberandū, de Iudæis. Adde etiam q̄dam pulchra decisa ad propositum per Hostien. in sum. de remissionibus. post titulū, de pænitentiis, in §. quibus prosint, & in § ad quid ualēt & inquantū, & alias §. seq. Adde ēt nōnulla pulchra in simili per Card. Flor. in clem. si dūm, de reli. & uene. san. in fi. Et an uerte tertia uel quarta pars pænitentiæ, quę ponunt in cle. 2. de pænit & remi. ponatur exēplificatiue tm̄, uide Old. in cons. 10. q̄ incipit: Factu tale est dn̄s Clemēs, & c in vlt. dicti consiliis Et adde q̄ dn̄s Clemēs vi. de anno M.cccl. reducit Iubileū ad annum quinquagesimū in perpetuū per bullā suā & decretalē, q̄ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiam ecclesiā uisitādā, uidelicet sancti Ioannis Lateranēsis, ubi etiam inter alia declarauit, q̄ accedētes ad indulgentiam huiusmodi post iter arreptum impedire legitime quo minus ad urbem illo anno valeāt peruenire, aut in uia, uel dierum prætaxato numero nō completo in urbe decesserit, eandē indulgētiam consequātur: & insuper nihilominus omnes & singulas indulgentias, tam per eum q̄ per prædecessores suos Romanos Pōtifices, tam prtatis trib. ecclesiis, q̄ aliis de dicta vrbe concessas confirmauit & innouauit Pontificatus sui anno. 1 in Auinion. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit. Et paulus ii. ēt reduxit ad uicesimumquintum Et deinde Sixtus iiii confirmauit cū reuocatione oīum aliarum plenariarum indulgentiarum, & plura alia, examinaui super glossis, quas fecā ad dictam decr. vnigenitus I Clementis 6. Et ibi poteris uidere, uide etiam aliqua per Iac. de Zochis, in repetitione capituli, omnis utriusque sextus, de pænit & remiss. in vlt. parte 1. Ioan. Fran.

† Ad Gal. 4. † 1. Cor. 1. † Ad Heb. 9. 1. Pet. 1. Esai. c. 1.

10 20 30 40 50 60

Tantæ

tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisiuit, uolens suis thesaurizare filiis, pius pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui usi sunt, Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario † repositum, non in agro † absconditum, sed per beatum Petrum cœli clauigerum, eiusque successores suos in terris uicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum & propriis, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ tēporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum, beatæ Dei genetricis, omniū electorum à primo iusto usque ad vltimum merita, adminiculum præstare noscuntur, de cuius consumptione seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi (vt prædictum est) merita, quam pro eo quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viii. prædecessor noster pie (sicut indubie credimus) considerans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines gloriosi principes terrę Petrus & Paulus per quos Euangelium Christi Romæ resplenduit, & per quos ecclesia religionis sumpsit exordiū, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ cęteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei uirtute pręcellunt: Quorum uni, s. Apostolorum principi, sicut bono dispensatori, claues regni cælorum commisit: Alteri tamquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticę eruditionis iniunxit) in speciali ueneratione haberi debeant, & debita honorificentia uenerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia a cunctis Christi fidelibus eis deuotius adhibenda, ipsorumque patrocinio fauorabilius assequendo, inconsumptibilem thesaurum huiusmodi pro excitanda, & remuneranda deuotione fidelium uoluit aperire, decernens de fratrum suorum consilio, ut omnes qui in anno a Natiuitate Domini M. ccc. & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo, ad dictorum Apostolorum basilicas de urbe accederent reuerenter, ipsasque si Romani, ad minus triginta, si uero peregrini aut forenses fuerint, vigintiquinque diebus continuis, vel interpolatis, saltem semel in die; dumtamen uere pœnitentes, & confessi existerent personaliter uisitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam ueniam peccatorum.

† Lucæ 10.

† Matth. 13.

Thesaurus ecclesiæ ex sanctorū meritis adiuuatur, nec consumi potest.

Petri & Pauli laudes.

¶Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mosaica † (quam non uenit dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iubileus remissionis & gaudii, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur, quodque ipse quinqnagenarius numerus in testamentis, ueteri quidem ex legis datione, nouo ex uisibili spiritus sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur. Quodque huic plura & grandia diuinarum adaptātur mysteria scripturarum, & clamorem pecularis populi nostri Romani, uidelicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysis & Aaron per proprios & solemnes nuntios ad hoc destinatos speciales orantis prò toto Christiano populo, & dicentis: Domine aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, desiderantes benignius exaudire, non quidem ut sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio, sed ut illius prædilecti populi & cūctorum fidelium augeatur deuotio, fides splēdeat, spes uigeat, charitas uehementius incalescat: Volentesque quam plurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem ualeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex suprascriptis & aliis iustis causis, ad annum quinquagesimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum consilio prædictorum, & Apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui uerè pœnitentes & confessi in anno a Natiuitate eiusdem M. ccc. quinqnagesimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apostolorum basilicas & Lateran. ecclesiam (quam † inclytæ recordationis Constantinus, postquam per beatum Siluestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisse, quamque idem

† Leuit. 25. ubi plenissime de anno quinquagesimo, siue Iubileo.

Vitæ hoīum est breuis.

† Cōstātinus à B. Siluestrū baptizatus ecclesia Lateranensem cōstruxit, uide Nicephorum Callistū li. 7. historiæ Ecclesiasticæ, c. 49.

idem beatus Siluester nouo sanctificationis, & chrismationis genere dedicasse legitur, & in cuius Ecclesię parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius uenerānda, quam ex his & aliis certis & rationabilibus causis, ut ipsa Ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus uenerandam,) causa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita uidelicet vt quicumque uoluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus triginta; si vero peregrini aut forenses, modo simili quindecim diebus ad prædictas basilicas & ecclesias accedere teneantur: Adiicientes vt ij etiam qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in uia vel dierum prætaxato numero non completo in dicta urbe decesserint, vere pœnitentes (vt præmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas indulgentias per nos vel prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænominatis, quàm aliis basilicis & ecclesiis de dicta vrbe concessas, ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, & cætera. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apostolorum sese nouerit incursurum. Datum Autin. vi. Calend. Fabruarii, Pontificatus nostri anno primo.

¶Quocirca fraternitati uestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli uestrum in singulis vestris ciuitatibus, & diœcesibus, prædictas nostras litteras subditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente domino ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Cæterum quia præsentes literę nequirent forsan propter uiarum discrimina vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commodè præsentari, uolumus quod per te frater archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoque munitum sigillo, vobis fratres suffraganei transmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

¶Paulus Venetus papa secundus.

¶Constitutio casus Papæ reseruatos comprehendens, certis ex causis hic ponitur, a quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia sedis Apostolicæ.

CAP. III.

ET si Dominici † gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentię remissionis, vel facultatis obuentu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut ueniæ facilitas † eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque consideratione habita, olim emanauit a nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo pater & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia papa secundus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quæ semel in uita, & semel in mortis articulo conceduntur, formā instituit, ne passim sine exceptione quorumcunque crimitnū procliniores redderentur hoīes ad peccandum, per regulam in cancellaria Apostolica publicatam, statuit & ordinauit q̄ in quibuscunque concessionibus & facultatibus absoluendi, casus infrascripti tamquam speciali sedi Apostolicæ reseruati semper intelligerentur excepti: Videlicet offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis interdicti ab eadem sede impositi, Criminum hæresis, Conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ seu rebellionis eiusdem pontificis uel sedis Apo-

† Præter casus hic papę reseruatos, plures alios sibi reseruat papa singulis annis in processu bullæ in cœna Dñi. Et uide cōc Tri. ses. 14 c. 7. de c. suum de reseruatione.

† Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquēdi, c. vt clericorū, extra de. zi. & hoc c.

Casus papales.

Apostolicę, presbytericidii, Offensę personalis in episcopum seu alium prælatum, Inuasionis, Deprædationis, Occupationis, aut deuastationis terrarum Romanę Ecclesiæ mediate vel immediatè subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam uenientium, prohibitionis deuolutionis causarum ad dictam curiam; Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: Impositionis nouorum onerum realium uel personalium ecclesiis uel ecclesiasticis personi; Simoniæ super ordinibus, uel beneficijs assequendis in eadem curia vel extra contractę: Et generaliter in casibus contentis in bulla, quæ consueuit in die cœnæ domini per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans quod plerumque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia tam præsentibus, quàm absentibus, etiam oraculo viuæ uocis concedere (ne prætextu concessionis huiusmodi, vel pœnitentes, vel confessores in suprascriptis casibus fallantur & fallant) statuit & decreuit, suæ intentionis fuisse & esse per qualcunque concessiones, & facultates per suam sanctitatem tam scripto, quam uerbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suæ sanctitatis licentia: quinimmo concessiones, & indulta prædicta quo ad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari.

¶Vt autem ipsa constitutio (quę dudum, s. quinto Calendas Aprilis, anni ab incarnatione domini nostri Iesu Christi M. ccccLxvi. Pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam prætendere ualeat in futurum, præsentibus inseri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat nonem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lxviii. v. nonas Martii, Pont. nostri anno quinto.

¶Sixtus quartus.

¶Bulla confirmationis anni iubilei, publicata apud sanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur, quod annus iubileus est ad breuius tempus reductus, quam olim esset, quoniam uigesimoquinto quoquo anno cunctis fidelibus basilicas urbis Romanæ hic expressas uisitantibus illius indulgentia conceduntur: Et illo durante aliæ indulgentiæ ubique cessant.

CAP. IV.

Qvemadmodum † operosi uigilisque pastoris solertia oues suæ custodiæ deputatas curat a ferarum præseruare incursibus, & ad statum prosperum fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos (quib. dispositione superna uniuersi gregis dominici sollicitudo commissa est) & supremis desideramus affectibus, & studiis nitimur indefessis cunctos Christi fideles, quos a iustitię semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare auctori, ut æternæ felicitatis præmiis nostri redemptoris inęstimabili charitate media potiātur, sintque nostræ operationis ministerio, utilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem quod eorum saluti conueniat, atque ad nostram & prędecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa ii. prędecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de uenerabilium fratrum nostrorum tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus) consilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad annum uigesimumquintum Apostolica auctoritate restrinxit: ac uoluit, statuit, & decreuit ex causis prędictis, quod singulis xxv. annis Iubileus annus prędictus celebrari deberet, quoquo anno Domini M. ccccLxxiv. proxime futuro, videlicet a vigilia natiuitatis domini nostri Iesu Christi idem annus Iubileus inciperet, & vt sequitur finiretur, ac vniuersi & singuli vtriusq; sexus fideles, qui beatorum Apostolorum Petri, & Pauli basilicas, Lateranensi quoque, & sanctæ Mariæ maioris almæ urbis ecclesias statutis diebus deuote uisitarent, omnes & singulas in-

† Vide extrauagātem Greg: xii. in ci. Dñs ac redemptor, qua indicitur sanctus Iubileus pro ann. 1575:

indulgentias & peccatorum remissiones con sequerentur, quas idem pontifex suique prędecessores anno iubileo huiusmodi basilicas, & ecclesias prędictas visitantibus deuote cō cesserant, per quasdam primo, & deinde nos qui (dicto prædecessore sicut domino placuit sublato de medio) fuimus diuina dispo nente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per nostras litteras eiusdem Pauli prędecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdē suis litteris contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus, & ordinamus, quod annus Iubileus prędictus cum eisdem indulgentijs & remissionibus ple narijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiusdem incipere & ut sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prędictis (quarum tenores præsentibus haberi uolumus pro expressis) plenius continetur.

¶Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium inten ti, multorum principum & aliorum Christi fi delium ac deuotarum personarū pulsati precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesiis, mo nasterijs & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iubilei celebritas minui, vel intermitti posset, cum animarum non modico detrimento: Nos qui vniuersorum creden tium profectibus & saluti prospicere ex debi to ministerij pastoralis adstringimur (ne pro pter aliarum indulgentiarum hactenus a nobis, seu eodem Paulo, uel alijs prædecessoribus nostris concessarum huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus ac remissionis & gra tiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur expertes) remedijs opportunis prouidere volentes, omnes & singulas plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi uota, aut super eis & male ablatis in certis, aut per usurariā prauitatem, & alium illicitum modum extortis dispensandi & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus sedis Apostolicæ reseruatis, facultates concessiones, & indulta a nobis & eadem sede, vel illius auctoritate quibuscūque ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs lo cis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in uita seu in mortis articulo, quouis mo do, aut quauis causa quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsitan conce dendas vel concedenda, auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ pote statis plenitudine, vsque ad nostrum, & eius dem sedis beneplacitum suspendimus, illasq; durante beneplacito nostro & sedis prędictę suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari; indulgentijs tamen basilicarum & ecclesiarum dictę vrbis in suo plenario robo re durantibus: Districtius inhibentes alias in dulgentias (pręter istas dumtaxat) in locis pu blicis vel priuatis prædicari aut nuntiari, earumque prætextu a quæstoribus† aliquid exi gi quoquo modo. Quinimo quæstores & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios a prædicationibus & quæstis huiusmodi faciendis, volumus & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris & pęnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati & uoluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tybure, anno incarnationis Dominicæ. M.cccclxxiij.iv. Cal. Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

Papa cunctorū credētiū saluti ꝓspicere adstringitur.

† Prædicatores, quæstuarios omnino aboleuit concilium Tri. sess. 5. de refor. c. 2 §. ult. & sess. 21. de refor. c. 9.

¶Idem.

¶Sixtus tempore suo multas concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic reuocat.

C A P. V.

Et si dominici gregis salu ti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne cō cedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succe dat, & ab hostis humani generis seruitute ere ptas aīas lucrifaciamus altissimo, qui nobis eas sua bonitate cōmisit: id tamen propēsiori studio pręcauendū esse censemus, ne cuiusuis in

Humiliter poscentibus mos gerendus est.

indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quàm in scriptis confectis exinde litteris vel non, prælatis & personis ecclesiasticis, etiam religiosis & sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hospitalibus, confratrijs, & vniuersitatibus, tam in genere quàm in specie, sub electione vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem vel pro indulgentijs per nos concessis consequendis, ad ecclesias & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratriarum confratres, & sorores, ac in hospitalibus prædictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, & in aliis totiens quotiens, ac in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quascumque indulgentias plenarias, vel non plenarias, absoluere & pœnitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque uota per illos quæcumque in alia pietatis opera commutare libere & licite valeant, fideles præfati ad peccandum & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores existant, in non paruum periculum salutis animarum suarum: Nos qui Deo propitio eiusdem gregis Dominici (meritis licet insufficientibus) causam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipsique ad peccandum procliuiores (vt diximus) liberius prolabantur: Ex præmissis & aliis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, motu proprio (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quòd decętero prętextu facultatum huiusmodi concessarum a nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum verbo, litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei & cruciatæ, nullus confessorum eorundem quempiam cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacumque ecclesiastica, etiam episcopali vel maiori, aut mundana, etiam regali & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticę libertatis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati, seu publice diffamati; conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensę, inobedientię, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscumque in sacris ordinibus constituti: offensæ personalis in episcopũ seu aliũ prælatum: inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum: ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam: delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesiis vel ecclesiasticis personis: simoniæ super ordinibus vel beneficiis consequendis in dicta curia vel extra eum contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in casibus contentis in litteris, quæ consueuerunt in die cœnę Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis vltramarinæ, & visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in Compostella, & castitatis ac religionis uota: Nisi ex speciali licentia & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra de super manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore: non antem per clausulas id importantes: vel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel

Animæ sũt a Deo Papę cõmissæ.

Indulgentię varlo mudo cõceduntur.

Indulgentię ob pia opera sunt concedendæ.

Gregis Dominici cãm gerit papa.

idonea præstita cautione commutare præsumant.

¶ Et si aliqui confessorum prædictorum contra præsentem constitutionem quẽquam absoluere, aut excepta, uota p̃ dicta cõmutare attẽtauerint, absolutio & cõmutatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Et cõtrafaciẽtes eo ipso excõmunicationis sententiam incurrant, a qua (nisi in mortis articulo† cõstituti) ab alio quam a Romano Põtifice absolui nõ possint: Non obstantibus litteris & cõstitutionib. huiusmodi ac cõstitutionibus & ordinationibus, &c.

¶ Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat allegare mandamus eas in cancellaria Apostolica & audientia litterarum contradictarum legi & publicari, ac inter extrauagãtes alias Apostolicas cõstitutiones in quaterno dictæ cancellariæ describi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspẽsionis, inhibitionis mãdati & volũtatis, &c. Datum Spiræ. anno Domini M.cccclxxviij.

De sententia excommunicationis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Excommunicati sunt qui pactis, aut promissionibus iustitiam vel gratiam a sede Apostolica obtinent, & qui talos non reuelant, nec illis absolutio facile conceditur.*

CAP. I.

Excommunicamus † & anathematizamus [b] ex parte Dei omnipotẽtis patris, & filii, & spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes clericos [c], religiosos, & laicos vtriusque sexus, siue sint familiares curiæ, siue alii vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod paruum vel magnũ promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto siue promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus [d], & plenarie non ex

† Vide concil. Trid ses. [illegible] de casuũ reseruatione c. 7.

1 Excõicatio quæ pfertur de qua intelligitur.

a Excõmunicamus.] Hæc pronunciatio reperitur in prouinciali cancellariæ. Et cum quidam scriptor papæ diceretur incidisse in eam, Bonifacius papa octauus hanc pronunciationem innouauit, & eam publicari in audientia fecit. Et diuiditur in quinque partes. Nã primo papa dantes & promittente, acceptantes, & recipientes pro iustitia vel gratia sub quacumque forma verborum assequenda, excommunicat. Secundo §. [Illos.] ad scientes hæc, & intra triduum non denuntiantes dictam excommunicationem prorogat. Tertio, § [Decernimus] absolutionem dictæ excommunicationis sibi reseruat, statuens quid primitus sit agendum pro huiusmodi absolutione assequenda. Quarto, §. [Iustitiam] Iustitiam obtentam post dictã excommunicationem incursam cassat & irritat. Quinto §. [Sed & sciẽter.] Iutẽtes, scienter sic obtentis, post dictam excõmunicationem præmissis pęnis alligat.

a ¶ Excommunicamus 1] nunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio, maior vel minor? Et vĩ q̃ minor. extra lib 6. de reg. iu. in pænis, & ibi no. extra li 6. de excep. pia vbi p ponendo excommunicationem, requirit expressio speciei excommunicationis q̃ non esset necesse, si maior excommunicatio intelligeretur. Dic contra, extra de sent. excom. c. si quẽ & est ratio, quia verbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decre. pia. loquitur in proponendo, vbi impingitur parti, quæ non declarat propositum: hic in pronunciando seu statuendo, cuius interpretatio est intelligenda prout verba sonant extra de spon. ex litteris 1. 10. Monachus.

b ¶ Anathematizatus.] simile extra de hæret. excommunicamus 1. & 2. Et anathema est solemnis excõmunicatio, de qua habeť 11. q. 3. cum aliquis, &c, debent. & est idẽ qđ superna perditio seu maledictio: 11. q. 3. nemo ep̃orum & 24. q. 3. cum sancti & c. corripiãtur, Et dicitur ab ana, quod est sursum, & thema, quadam figura quasi rotunda, habente telum quasi ex transuerso, quæ consueuit poni in frontib. damnatorũ. Sed numquid hæc pronuntiatio est constitutio, sententia, seu mãdatũ? Hæc enim diuersa dicuntur. extra lib. 6. eod. tit. c. quia. Et videtur esse cõstitutio extra eo. tit. c. a nobis. & ĩ eod. §. decernimus. Nãdecretũ est cõstitutio, & proprie p̃t dici sãctio: q̃a hæc constitutio pęnę adiectione firmať. argu inst. de rer. diui §. sanctæ. & dis. 3. in sũma. Itẽ q̃ nullo addito dr̃. simpliciter & perpetuo dicit ff de do. cau. mor. l. Seia. in fi. C. de pęn. l. si seruus. Item ad prohibitum perpetuo antea pęna hic adiicitur, quę dẽt naturam principalis sortiri. ff de pact. do. l. inter socerum. §. cũ inter. extra 6. lib. de reg. iur. accessoriũ. argu. C. de vsu. l. eos in princ ff. si quis cau. l. 2. §. 1.

c ¶ Clericos.] Sed nunquid comprehenduntur hic episcopi? Videtur q̃ non extra 6. lib. de hæret. inquisitores. & ibi no. Dic contra propter generalitatem verborum sequentium. arg. 17. q. 4. si q̃s suadente extra li. 5. eo. ti. c. q̃a periculosum. Item pęnã hic inflictã omnes (nisi hic excipiantur expresse) incurrunt. argum. C. vbi sen. vel cl. l. 1. & ff. de ritu nupt. Senatoris, cum vnumquemque criminosum dignitas non debeat comitari. C. de pęc. ne quis officialium, lib. 10. C. de digni. l. iudices lib. 12. Et hoc arg. dico Cardinales ligari hac cõstitutione. Nec obstat quo not. extra lib. 6. de schism. ca. 1. §. omnẽ quia in alio casu loquitur: & hoc nunquam fuit bonũ exordium, sed ibi secus. Et est ratio huius distinctionis, factum quod est malum in se, quanto committẽs in illud est maior, tanto grauius peccat. 40. dist. homo. Sed forsan ibi non est mihi credendum, qui pro me dixi. Sed nunquid mediatores huius maledictionis tenentur hac pęna? Dic quòd sic, saltem ex §. inf. eo. illos, & hos credo comprehandi. inf. eod. ver. & hanc, & quia participat in criminoso extra eo. nuper. & c. si concubinæ.

d ¶ Sub generalibus,] verbi gratia: nõ intendo uobis esse ingratus, vel dicendo, decẽs est ut laborãs p alio,

reco-

preſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum vel paruum, vel promiſſionem de quacunque re aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint vel receperint pro aliqua iuſtitia ſiue gratia, pro ſe aut pro alio in cauſis vel iudiciis, ſeu alias per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda.

¶ Et hanc ſententiam [a] ad promittentes, & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. ¶ Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint; vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur [b], ſimili decernimus ſententiæ ſubiacere. ¶ Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prędictorum, abſque ſpeciali mandato, noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere [c]: niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet in mortis † articulo [d] cōſtitutus: Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quā cum dedit uel recepit [e] integraliter pauperibus largiatur. [f]

¶ Iuſtitiam vero ſiue gratiam ſic obtentam

recognoſcatur. Multa enim tacita tenent quæ expreſſa vitiant, arg ff. de hæ inſt. l. ſi quis Sempronium. Sed qd ſi verbo non exprimit, ſed facto deponit: vel aliter rogat non ſolitus rogare, alias niſi ſciat ſe muneraturum? Dic, talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Gregor. ar. 22 q 5 canere & plus exprimitur facto, quā verbo, ff. de ædil. edi. l. ſi tamen, §. 1. Sed q̄ eſt ratio, quod hic expreſſa ſeu generaliter dicta vitiēt? Dic quia quod iuſtum eſt, iuſte exequaris, vt Deuter. 21. & eſt caſus extra de ſim. ſicut tuis. 14. q. 4 non ſane, 1. q. 1. non eſt putanda, ff. qđ met. cau l. extat. C. de act & obli l. negātes, inſt. vi bo rap. §. ſed ne dū talia. C. de re milit. contra publicā, in fi. li 12. quia ponēs finem bonum habet illū attingere per bona media, ut dictis iurib. & competenti tempore non agens. cum teneatur finem ponere & attingere illū: illud attingere, cum ſit facti, debet intelligi arbitrio boni viri, ff de uerb. obl l. continuus, §. cū ita. ff. de rei vend. q reſtituere. in fin. Sed numquid aduocatus procurator, uel tabellio petens ſalaria, & conueniēs de eiſdem ligetur hac ſanctione? Dic ꝙ non, 11. q. 3 non licet, ſecus in iudice, vt ead. cau. & quæſt. qui recte, & hic. Et eſt ratio, hic damnata generaliter non referuntur ad perſonas iuſte ſecundum ius ſalaria recipientes. Notatur de hac materia extra de verbor. ſignific. ſuper quibuſdam, & de uita & honeſt cler. cū ab omni C de iura. calu. auth principales. Quid ſi tabellio plus debito acceperit, numquid hac conſtitutione tenetur? Dic quod non, quia non recepit pro iuſtitia ſeu gratia aſſequenda, quod requirit hæc conſtitutio: unde dato ꝙ iudici daretur, uel alius det pecuniam pro iuſtitia differenda aut auferenda, hac conſtitutione non ligatur. quę alio caſu loquitur, argum ff. de lib. & poſt hu. l. commodiſſime. extra lib 6 de reſcrip ſuſceptum. Item cum ſit pęnalis, eam non extendam, de pœn. diſt. 2 pœnæ. Sed numquid ſine parabola pręcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo? Videtur ꝙ ſic, argum ff de orig. iur. l. 2, §. fi. ff. de don. Aquilius Regulus & de ua & extraord. cog. l. 1 § proinde. extra de ſimo. c dilectus, in fi 2. q 2 ſicut epiſcopum. Contra, 1. q 1. eos, in fi. Sol. ibi ſpeciale propter magnitudinem criminis. 1 q 7 c. fi. Item h c ligantur ſcientes tantum, inf. eo. in fin ſed ibi etiam ignorantes, extra de elect. c. penul. & 1. q. 5. præſentium. Item ibi quis ligatur pro peccato alterius, quod non eſt in pœna hic inflicta, 24. q. 3 c. 1. & c. 2. Sed pone: neuter aliquid facto uel uerbo exprimit: & tamen mente uterque gerit, ſeu alter ſe daturum, numquid ligatur hoc uinculo? Dic ꝙ non, quia hæc conſtitutio factum requirit, ſicut ille canon 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Aduocatis procuratoribus licet ꝙ iudicibus [...]tum.

a ¶ Et hanc ſententiam] ſed nunquid hæc ſunt dicta ſupra? Dic loquitur ſup cum ſunt dantes, recipientes, promittentes, & acceptantes, ex verbis emiſſis, ſpāliter vel generaliter ſe obligant: ſed hic loquitur quando parabola præceſſit per proxenetam, & commodum ad alium deuenit, ita ꝙ contractus ſup. damnatus, ſed hic ſequela huius contractus proueniens ad alios ſcienter damnatur pęna conſimili, nec mirum, quia ſcientes & non denuntiantes eadem pœna ligantur, inf. § proxi. vſ dic. ad promittētes, & c. ex ſequela præcedentiū iā ſuperius dānatorū, & hoc innuunt verba ſequentis, §. quæ copulant p verbum, quoque, caſum ſequentē minus dubium præcedentibus in parilitate pœnæ, vt in 1. reſpon huius cap. damnetur contractus: ſecundo ver. & hanc, ſequela eiuſdem commodum continens, tertio, §. illos, ſciētes & non denuntiantes licet nō habeant commodum directo vel ī directo. Ioan. Mon.

b ¶ Perferatur] No. aliquem teneri ad indicandum vel denuntiandum, extra lib 6. de reb. eccle. nō alie. c. 2. ver. clericos. 2. q 7 ſicut, & cap. ſeq. arg. contra ff de condi. ob turp. cau leg. idem & ſi, §. ſi tibi in dicium, & forſan ſm canones ſecus no extra. de furt. qui cum fure. Sed quem vocas hic ſcire? videtur ſi ab alio audiuit, 22 q 5. hoc videtur, ff de adminiſt. tut. l. quidam, §. vlt. ff de pet hæred l. item veniunt, §. quicunque ergo Dic illum ſcire, qui hoc poteſt probare 2 q. 7. plerique, & §. ſeq. & cap. ſi quis epiſcopus. C de proba. l. ſciant.

† Vide ꝯcil. Trid. ſeſ 14. c. 7. ð caſuū reſeruatione.

Denuntiare an quis teneatur.

c ¶ Obtinere] alias Papa non reſeruante ſibi abſolutionem, alii poſſunt abſoluere, extra eod. nuper.

d ¶ Mortis articulo] hoc eſt generale extra lib 6. de pœnis, cap. final. §. præſenti, extra de offic. ord. paſtoralis. §. 1

e ¶ Recepit] quod ſi non habet; tunc luat in corpore. Nam in pœnis pecuniariis, quæ ſurgunt ex delictis, ꝙ non pōt in burſa male agens, in corpore luat ff. de in ius voc l ſi ff de pęn. l 1 in fin extra de do. & contu ſinem, in fi. & no extra de appel. reprehenſibilis.

Corpore det pœnas qui caret ære ſuo.

f ¶ Largiatur.] vt non fiat reſtitutio danti propter eius turpitudinem: nec recipiens commodo retentionis utatur, licet vtrobique verſetur turpitudo, & eſt ratio, quia vterque incidit in factum merito damnatum, ff. de condit. ob turp. cau. l. 1 in fi extra de vita & honeſt cler c. cum ab omni, & quia quod gratis fieri debuit, in pactum lucroſum non dēt conuerti, ff de cond ob turp. cau. ſi veſtimenta, & extra de ſimo. c. nemo & c. de hoc no. ſimile, vnde dans hoc caſu contra recipientem agens, repellitur, ff de cond. ob turp cau. vbi autem. §. Iudex tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnę commutare, arg de offic. præſi l. 2 & l. congruit. turpe lucrū a poſſeſſore extorquebit, & dabit pauperib. ut hic, & ff de iure fiſc. Lucius Sed contra C. de reli. & ſump fu. l. 1. & de al. lu alcatū. Sed ibi non erat malum ſecundū ſe, cum in certis caſib. bene poſſit fieri ludus, ut ibi, & ff. de aleato. l. ſolent, §. 1 hic ſe-

Lucrū turpe eſt extorquendum, & pauperibus dandum.

Ludus est clericis prohibitus.

cus. Dico cum ludum prohibitum regulariter clericis, extra de vita, & honest. cler. clerici 2 extra de excel. prę la. inter dilectos, Auth de sanctis. epis. § interdicimus, col. 9. item contra, 1. de coll. g. illic. l. collegia. Tertio Sed ibi erat res illicita pp carentiam solemnitatis s. quia col legiũ non erat p prin cipe approbatum: hic erat illicitum de se, & ideo hic maior pœ na quam ibi. Nec per remedium hic datum tolluntur antiqua, argum ff nau. cau. stab. l. & ita de facto, § 1. ff. de act. & oblig. l. quotiens, C de sepul. viol. l. 3. extra li. 6. de pœn. ca. fi. §. per hoc quoque, & extra li. 6. de re iud. cum æterni. de quorum aliquib. habetur 13. q. 5. non sane. C. de pœn. iud. qui ma. iud. per totum.

Remedium nouum non dẽt antiquũ tollere.

a ¶ Momenti] & sic nota, quod vitium partis vel defectus tacit gra tiam vel iustitiã nullam, vt hic & extra de rescriptis, cum adeo. extra de æta & quali. cum bonæ, extra 6. li. de rescript. c. 1. extra de fil. presby. c. 2. lib. 6. & l. canonizata, 2. q 7. venales. Firmatur hic pœnæ excommunicationis adiectione. Idem de gratia, quæ gratis debet dari, 1. q. 1 sunt nonnulli.

b ¶ Vtentes] & sic no quod nedum faciens malum: sed vtẽs malefactis sciẽter consimili pœna irretitur, extra de immu. eccle. aduersus, extra de cri. fal. ad falsariorum. C. de cri. fal. l. si falsas, & l. maiorem.

nullius prorsus esse momenti [a] volumus, omnique statuimus carere effe-
10 ctu, & robore firmitatis.
¶ Sed, & sciẽter vtẽtes [b] ipsis, simili sententia excõmunicationis [c] adstringimus. & reseruantes nobis absolutionem eorum cum in premissis omnib. ad pœnas similes obliga-
20 mus.

¶ Idem.

¶ Premissis damnis ex interdicto prouenientibus, statuit, quod propter dominum debita non soluen-
30 *tem, eius terra vel ciuitas sine speciali Papæ licentia non interdicatur.*

CAP. II.

PRouide attendentes, quòd vt frequentius,
40 quamuis non sine causa, sine culpa [d] tamen multorum, interdicti sententię proferuntur [e]: quòdque sunt nonnulli iudices nimis [f] prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis siue causis, quę interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice [g] perspicuis indiciis [h] procedere arguuntur: quodque interdicti tempore diuina organa suspenduntur, & laudes [i], nec ecclesiastica sacramẽta ministrantur [k], vt solent: tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia [l], præsertim per oblationem frequentem Hostię salutaris: adolescentes, & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammantur, & solidantur in fide: fidelium tepescit deuotio, hęreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: Pręsentis constitutionis prouidemus edicto, ut nulla prouincia, ciuitatis, castrum, villa [m], locus [n], territo-

ver. Nos enim, factum contra statutum huiusmodi irritum decernit. Quarto, ver. Non obstantib. dicto statuto obuiantia tollit. Quinto, ver. Nisi a prædicto statuto excipit.

d ¶ Sine culpa.] de hoc no. extra de const. cognoscẽtes.

e ¶ Proferuntur.] extra de spon. nõ est, & no. 1. q. 4. in summa. Quid si hodie consiliis ferretur sententia sine scriptis: nunquid ferẽs esset suspensus? Arg. pro & contra. extra li 6. de reg. iur. nõ præstat. Dic quod sic, extra lib. 6. eo. tit. cum medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud ca. loquitur vbi snia est aliqua, vt dicto c. § si quis, & §: superior sed hic est nulla. Sol. dictũ c. punit temeritatem iudi cum, vt dicto ca. §. si quis, quæ cõuincitur siue snia sit nulla, siue aliqua, iniusta tamen Et quãdo iudex peccans ista constitutione, & illa duplici maledictione dignus est, secũdum Philosophum, & trangressor duarum constitutionum: nec pœna prestat sibi immunitatẽ. ff. de inter. & releg. relegatorum, §. fi. & pone quod excommunicãs esset excommunicatus, snia esset nulla, 24. q. 1. audiuimus, attamen pęna dicti § locum habere.

f ¶ Nimis prompti.] idest, nimis festiui, cõtra iura. C. de senten. ex breui. reci. l. 2. C.

Excõicatio siue iusta siue iniusta timenda est.

c ¶ Excommunicationis] quæ est timenda, siue fuerit iusta, siue iniusta, ut patet 11. q 3. sententia.

PRouide attendentes.] Quod vnus nomine suo pro sui interesse non posset ecclesiam subiicere interdicto, ludum prouisum est. extra, de iis quæ fi à ma. pa c. quæsiuit. Sed hic prouidetur generalius, ut inf proxi. & pręmissa intelligo vbi proceditur a parte, vt dicto c. quęsiuit, aut a iudice conuentione partis, vt hic. Sed quęro: archid aconus qui ex consuetudine excommunicare nõ potest, sed bene eadem consuetudine, potest interdicere, ecclesiam interdicit: nunquid põt? Dic quod sic: quia cum excõicatio, interdictum, uel suspensio in potestate iud. cis regulariter sumuntur paria, extra eod. tit. cum medicinalis, § & hæc eadem, ideo illã pęnam infli get, de qua sibi videbatur, & quæ erit aptior negotio, extra vt lit. non contest. tuæ, & extra quoniam, § fin. item potestas specialiter nõ prohibita, stat arg C. de app. præci pimus, in fi quia in tractatu proh. b. ti, vt est edictum de matrimonio, de procurationibus & similibus, quod nõ est prohibitum expresse, est permissum, extra de spon. cum apud, ff de procur. l mutus, a respon. Et hæc decre habet quinq. dicta. cum 3. proœmium ad dicenda pręmitt it. Sed 2. ver. Existentis, iuxta pręmissa damnat, Tertio

Edictum de matrimonio est prohibitorium.

50 de appe. ne causas, 50. dist. ponderet, 2. q. in primis lo. Monachus.

g ¶ Radice] vt sunt contractus mercatorum, qui dederunt causam præsenti edicto.

h ¶ Indiciis.] C. de rei vendica. l. iudicia. C. de dolo, l. dolum.

i ¶ Laudes.] extra de pęn. & remis. quod in te. extra de consec eccl. vel alta. c. fin.

K ¶ Ministrantur, vt dicto c. quod in te. extra 6. lib. eo. tit. c fin.

60 l ¶ Suffragia.] 13. q. 2. pro obeuentibus, &c. sequenti. & sequen.

m ¶ Villa.] extra de verb. sign c. cum in partibus, extra lib 6. eo. tit. si ciuitas, notatur quid sit

Locus quibus modis accipitur.

n ¶ Locus.] multipliciter accipitur locus: vno modo pro quantitate mensurante rem extra, ut sunt tempus, & locus, secundum Philosophum Et sic ponitur, 13 q. vbicunque 1. & ff. de exerci. l. 1. Alio modo pro parte fundi ff. de verb. sig l. locus. Tertio modo pro efficacia argumenti ut est locus maxima uel differẽtia maxime, secundum quod dicitur ab Aristotile, locus est sedes argumenti vel illud a quo extrahitur argumentum versus.

Versus.

Est locus atque loci sunt artes, sunt loca terræ.

Quarto modo pro conuenienti statu, vt d. l. cum in partibus, in fi. Et sic accepit Horatius, cum dicit.

Singula

Horatius.

Singula quæque locum teneant sortita decenter. Quinto modo pro congregatione habitantium intra metas vnius loci, ut hic, & extra de cle. excom. minist. postulastis. extra 6 lib. eo. ti. alma, respon.

a ¶ Territorum.] quid sit hēs ff. de uer. sign. l. pupillus. ver. territorium.

terdicti, extra eo. ti. lib 6 si sñia. § cæterum, & sic pdicto mō posset directe poni interdictum, extra de spō. est: aut non, & si reditur ad interdictū hic prohibitū: sed primo modo reditur ad interdictum permissum. Sed quæro hoc casu permisso, non interdicit puincia,

rium [a] vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto, p pecuniario debito, vel pro cuiusuis monetæ vel pecuniæ [b] quantitate, quacunque occasione uel causa, seu quouis quæsito colore: pro eo maxime quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolæ seu habitatores aut singulares personæ ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis, huiusmodi debitum seu quantitatem non soluerunt hactenus, aut in antea non persoluent. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus extitit attentatum [c], vel contigerit attentari, illudque reuocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus [d], obligationibus, [e] pacti s [f], conuentionibus [g] compositionibus [h], submissionibus [i], fideiussionibus [k], consensibus [l], processibus [m] & sententiis super hoc habitis, vel habendis iuramentorum [n] pœnarum spiritualium & temporalium seu multarum [o] ap-

Pecuniæ applicatione omnis res continetur.

b ¶ Pecuniæ.] appellatione pecuniȩ oīs res continetur. 1. q. 3. c. totum, ff. de verb. sign. l. pecuniæ verbum, & l. pecuniæ nomine, & C. de const. pec. l. 2 & hoc aut Philosophus dicēs appellatione pecuniæ omnis res continetur, cuius dignitas, i. valor nummismate mensuratur.

Constitutio ad preterita q̄nque extēditur.

c ¶ Attentatum.] & sic hæc constitutio trahitur ad pterita, nec mirum, quia hoc hic cauetur expresse. extr. de consti. c fi 3. q. 5. oēs, C. de sacros. eccl. l. fi. in fi. Et de materia attentatorum ante pœnā incursam, v. g. Ante istā conclusionem est ecclesia interdicta scdm vnum modum ā hic reprobat s. aliqs celebrat in ea ecclesia, tandem fit hæc cōstitutio, non releuatur per hanc constitutionem. not. simile, extra 6 libr. de reg iur c. rat. habitionem, argum. ff de itin. actuque priua l. 1 in fi & l seq C de sen pat. l. fi. in princ ff de capt. & postl. reue. l. in bello, §. factæ, auth. ut cum de appel cogno. circa prin coll. S. ubi no. quod constō, q̄ extenditur ad præterita, non comprehendit decisa p sententiam, & extra lib 6 de reg iu. c. factum. Io Monachus.

vt dicto capitulo non est, sed interdicitur curato, ne celebret tali psente, celebrat, nunquid est iste celebrās irregularis? Ar. qđ sic, extra lib 6 eo ti. ca. is qui. extra de cleri. excom si celebrat. Sed dices ad hoc initius agitur cum lege, q̄ cū ministro legis ff de arbi. le. Celtus Sol hoc casu nedum requiro inhibitionē iuris uel hominis, sed pœnam a iure inflictam, ut d. c. is qui. & pęnalia nō extendam. ff. de pæ. interpretatione, & de pęni. dist. 1 pænæ, & extra lib. 6. de reg iu. odia, & extra eod. libr. de fi. presby cap. 1. in fi. Sed quæro, ex delicto quis condemnatur ad pœnam pecuniariam, nūquid huic constitutioni locus est. Et uī, q̄ non, quia hic loquitur in contractib. & sic ad delicta non extendam, & ēt ratio origin is est consideranda, ff de don qui id q̄. & initium spectandum, ff ad Mace l. sñ. no. de ele. dudum 1. Dic contra ff. de pecul. 3. § idem scribit, & leuiter reuertor ad pænam interdicti tollendam propter rationes sup eo. in prin. ipso tactat Sed quid si oēs & singuli cōsentirēt, uī conuentio tenere. ff. de reg. iur l aliud, § refertur, & ad municip l maior. Dic contra, qa infantes se ad hoc obligare non possent, cum eorum ætas ignoret quid agat C. de fal. mo. l. 1 idem in furioso, ff de rei vend l. quod infans. Item tunc ligarentur mortui, ne commoda ecclesiæ militantis ad eos uenirent, vt su. eo. in prin. Sed contra per le. quæ omnes adstringit hoc potest fieri, extra de consti c si ergo & per pactū, ff de pact l. non impossibile, & per consuetudinē: ergo & per pactum. C de fideiuss. l fi. Sol. pacta hæc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ utilitati animarum, & ubi contra animam hæreses pullulant, ut su. eo. in prin. argu extra de foro comp si diligenti, & de fer conquestus, inf de pact. ius publicum, & male adinuenta, utpote contra pręd̄icta, tēpore non firmantur, auth. ut nul. iud li ha lo. ter. q 1. coll. 9. Item vbi agitur de electionibus, & similibus, quod maior pars facit, omnes facere videntur, ut dicta l quod maior. Item ubi factum omnium respiceret debitum vel publicam utilitatem, quia tunc sufficeret maior pars, extra de iis quæ fiunt a maio. pa. cap. c. fi. Sed ubi agitur tantū de commodo uel incommodo singulorum, consensus omnium est requirendus extra de officio arch. ad hæc in fi. C. de aucto præst. l fin ff de aqua plu arc. l. in concedendo, extra lib. 6. de reg. iur. quod omnes.

Pactū ñ valet q̄ detrahit honori Dei.

Factū a maiori parte, ñ videatur factum ab omnib.

Contractus sunt duplices.

d ¶ Contractib. &c.] & est rō, qa innoxii tūc ligarētur p ista, vt s̄ in prin. extra eo. Romana § fi. & p hoc illicitum hic retractat. Et dic contractib. uel quasi, siue ultro citroque obligatoriis, ut emptio & uenditio & similes vel ex parte una, ut est donatio. C. de sacros ecc. l. vt inter diuinum, instit. de oblig. quæ ex quasi contrac. nas. per totum.

Interesse est æstimatio pecuniaria.

e ¶ Obligationib.] q̄ sunt iuris uinculum insti. de obli. in prin Sed quid si agatur ex obligatione ad interesse. Dic idem, cum interesse sit æstimatio pecuniaria. ff. de re iud l si quis ab alio.

f ¶ Pactis.] quid sit pactum, & quæ cōuentio habetur ff. de pac. l. 1. §. 1. & §. adeo.

g ¶ Conuentionibus.] ab initio.

h ¶ Compositionib.] ex postfacto Io Monachus.

i ¶ Submissionib.] in iudices factis.

K ¶ Fideiussionib.] hoc est oblationib. non principalibus, sed accessoriis. inst. de fideius per totum.

l ¶ Consensibus.] partium. Io. Monachus.

Interdictum q̄q; directe q̄q. indirecte fertur.

m ¶ Processibus.] & sñiis iudicum Quid sit non sit lata sñia interdicti directo, sed solum mandatur rectoribus locorum, in quib. morantur, vel uenerint excommunicati ex causis prædictis q̄ quandiu morantur ibidem cessent a diuinis, ēt trib. diebus post recessum, p ut frequenter fieri consueuit. Vr idem, cum eadem sit ratio ff ad l. Aquil. illud, nam alias præsens constitutio imponeretur verbis, & non reb. & debito fraudaretur effectu. argu. extra lib. 6. de elec commissa, § porro, C. commu de leg l 2. in fi. Dic distinguendū, aut agitur de delicto maiorum, propter q̄ terra posset directo in

n ¶ Iuramentorū.] nam ex quo non tenet contractus, nec confirmatio contractus ualet, ff de fideius. cu lex, nō extra li. 6 de reg. iu non est obligatorum, Arg. contra C de præd. mino. l & si is Sol ut ibi.

o ¶ Multarum.] de quib habes C. de mo. mul. & ff. de ver. sig l. si qua,

a ¶ Spe-

a ¶ Speciali] Sed quali ter sedes Apostolica illicitum, ut hic, faciet licitum, quæ ait quod est licitum, approbantes, & illicitum reprobantes ext. de præb. dilectus 1. Sol illicitū quandoque ex certis circunstantiis toleratur, ut dict. tit. de præ. nisi essent.

b ¶ Apparente] sunt & qui em alii casus, in quib. probare oportet per scripturam. not. extra lib. 5. de censib. Roman § postquam. Ioan. Mona.

Illicitum quandoque toleratur. a

positione, vel quacūque alia firmitate vallatis. Nisi talis suppositio interdicti hactenus forte facta, vel in antea fieret de Apostolicę sedis speciali[a] licentia, & expressa, per ipsius sedis patentes litteras apparente.[b]

¶Clemens quintus.

¶ Andronicum Palæologum se Imperatorē Græcorum nominantē: & hæresis ipsorum fautorem, excommunicatum denuntiat, omnesque cum eo sic manente societatem cōtrahentes ipso facto dicit excommunicatos & eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto. Suntque priuandi bonis quæ ab Ecclesia tenent, & talis societas seu confœderatio nulla est. Facit ca. ad Apostolicæ de sent. & re in lib. 6.

CAP. III.

AD certitudinem præsentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem se nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum † schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per † hoc hæreticorum, & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de fratrum nostrorum consilio denuntiamus excommunicationis sentētiam latam a canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cęterum uniuersis & singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cęteris omnibus cuiuscunque pręeminentię, conditionis, status, nec non uniuersitatis, ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in huiusmodi excommunicatione manente, societatem uel cōfœderationem aliquam contrahere sub quouis ingenio, uel machinatione præsumant, vel ei alias in his, quib. excommunicatus est denuntiatus a nobis præstare consilium, auxilium, vel fauorē publicum vel occultum. Et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium pręsumentes (non obstante qualibet indulgentia sub quacumque forma uerborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) sententiam excommunicationis, quā ex nunc in ipso ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras ipsorum & vniuersitates prædictas, quæ secus attentare præsumpserint, prout expedire videbimus, ecclesiastico curabimus subiicere interdicto. Ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenēt ecclesiis, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout vtile putabimus, processuri. Et nihilominus societatem & cōfœderationem ipsas (etiam si pœnarum & iuramenti additione, vel quacunque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictauis, ij. Nonas Iunij. anno ij.

† al. antiquatorum.

† Quia nullum schisma est, quod non sibi aliquā hæresim confingat, ut recte ab ecclesia recessisse uideatur ita S. Th. 2. 2. q. 39. ar. 1. adde Turrecremat. in summa de Eccl. li. 4. c. & seq.

† Io. de Selua in tract. de bene. par. 1. q. 2. dum meminit huius extrauag. eā tribuit Cle. 6.

Idem.

¶ Excommunicati sunt, qui litteras a Papa ante suam coronationem concessas, impugnant.

CAP. IV.

QVia † nonnulli, prout accepimus, cōtra doctrinam Apostoli suæ prudentiæ, quin potius imprudentiæ innitentes, ac disceptare super his de quibus eis non expedit satagentes, asserere non uerentur, quod summus Pontifex ante suæ coronationis † insignia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, dispēsationibus, & aliis gratiis faciēdis, nec se in litteris episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere. Nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimatur ipsius. Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras super negotiis quibuscunque confectas † quæ a nobis ante donationis nostrę insignia emanarunt, ausi fuerunt impugnare, excommunicationis sententia innodamus. Datum apud Pessecum Burdegalen. diœcesis, anno ij.

† Prou. c. 3. c. ne innitaris. extra de const.

† Vide text. in c. in nomine dñi. 23. dist. uer. electus. & ibi Gem. & alios, & Ioannē de Selua tract. de ben. par. 1. q. 2.

al. cōcessas.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM, QVAE IN SEXTO DECRETALIVM, Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

Primus numerus paginam, secundus columnam denotat.

B

con-

excom-

G

H

re-

scien-

T

vo-

Finis rerum & uerborum, quæ in sexto Decretalium, Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

Gin. Nagy

V. I. D. Joseph. de Marinis